M. G. A. Wordside
Victoria College.
Toronto.

APPIANI

ROMANARUM HISTORIARUM

QUÆ SUPERSUNT

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΪΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ


APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

QUÆ SUPERSUNT

GRÆCE ET LATINE CUM INDICIBUS



PARISIIS
EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT
INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO
VIA JACOB, 56

M DCCC LXXVII

PRÆFATIO.

In Appiano edendo nos adjuverunt subsidia nonnulla quibus carendum erat Schweighæusero. Nam ut discedamus a tribus quattuorve locis, Peiresciani libri scriptura, quæ præstantissimum virum latuerat, egregie restitutis, jam licebat uti Wyttenbachii emendationibus aliquot locorum Præfationis et Syriacorum; codicis Ambrosiani varietate in Punicorum segmentis 56-59, ex uno libro editis; Excerptis Vaticanis, et grammatici Sangermanensis editione Bekkeriana. Quod ad Vaticana fragmenta attinet, numero quinque eruerat Angelus Maius : sed duorum ex Numidicis prolatorum prius errori debebatur; nam in præcedenti libro legitur, Punicis cap. 132. Quattuor reliqua, suis locis posita, uncis duplicatis [[ ]] notavimus. Quæ in fine fragmenta subjecerat Schweighæuserus ex grammatico Sangermanensi tum inedito, communicata secum ab Ruhnkenio, ea passim correximus et novis quibusdam auximus ex editione integra συντάξεως illius, delevimus autem quæ leguntur in libris superstitibus. Denique nunc accessit Epistola Appiani ad Frontonem, ab Angelo Maio reperta.

Ceterum in hoc scriptore prorsus eodem modo versati sumus, quem de Polybio nostro in præfatione ad illum significavimus. Ex Schweighæuseri Commentario ea omnia quæ vir egregius jam edito scriptore, subductis iterum rationibus, veriora aut probabiliora invenerat, in hanc editionem recepimus. Qua re fore sperabamus ut talis prodiret Appianus noster, qualem alteris curis expolitum ipse producturus fuisset editor eo tempore quo Commentarium absolverat. Sed exspectatione nostra auctius quiddam evenit. Posterioribus etiam doctissimi viri in-

ventis, quorum unum alterumve memoratur in notis ad Polybium, plene frui nobis contigit per eximiam benignitatem spectabilis viri *Leclerc*. Is enim, cognito Appianum typis nostris describi, qua est alacritate in literis juvandis, ilico nobis obtulit Schweighæuserianæ editionis exemplum ab editore ad mortem, ut videtur, usurpatum. Quare scriptorem prope jam finitum deintegro tractare cœpimus, cum illo exemplo conferentes. Atque statim intelleximus summa nobis cautione opus esse : egregiis quippe multis talia immixta ibi cernuntur quæ vir doctissimus ipse videri debeat reprobasse et a commentario posterius scripto exclusisse. Sed triginta ferme locis veram scripturam in margine exempli illius restitutam invenimus, partim de conjectura, partim ex codice : in aliis plus centum translationem latinam correxit aut emendavit. Hæc omnia in formis nostris subinde mutanda et recte constituenda curavimus. Reliquæ sunt (præter conjecturas quasdam leviores, levigandæ aliquantillum dictioni facile natas) emendationes aliquot memorabiles, maximam partem etiam probabiles, quas vel non ausi sumus sic tacite recipere, vel formarum typographicarum conditio ægerrime admisisset. His igitur hunc locum destinavimus.

Præfationis § 14 init. Schweighæuserus conjicit, βίβλων, αἳ τὰ ἐς τὴν Ἰταλίαν αὐτὴν αὐτοῖς πάλαι (editur ὄντα αὐτοῖς πολλὰ) πεπραγμένα συνάγουσι. — Initio Italicorum hæc ascripsit : « An ex Appiano est quod habet Suidas in Ἐδικαίου? ubi post alium locum ex Appiano allatum hæc habet : καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Μάρκιος ἀντιλέγειν μὲν πρὸς οὐδὲ ἓν αὐτῶν ἐδικαίου. » Quibus alio tempore additum : « Ni de Marcio Philippo. » Ut sit ex Macedonicis. — In iisdem Italicis Tyrwhitti correctionem memoramus licet receptam a nobis, eclog. V, § 5, ubi Coriolanus matri respondet : Νικᾷς, ὦ μῆτερ· ἀλλὰ νίκην ἕξεις, τὸν υἱὸν ἀπολεῖς. Ille igitur vere et eleganter, Νικᾷς, ὦ μ., ἀλλὰ νίκην ἐξ ἧς τὸν υἱὸν ἀπολεῖς. — Samniticorum eclog. IV, § 4, Schweighæuserus valde probabiliter, καὶ τὰ κέρδη περιβλέπων. — Hispanicorum cap. 76 prope finem, illis verbis, ἱππέας αὐτοῦ μεταθέοντας αὐτὸν οἱ Νομαντῖνοι καταβάντες ἔκτειναν, hæc ascripsit : « An delendam αὐτόν? an leg. ἑκατόν? » — In Punicorum loco varie tentato, cap. 73, Συνεκέκλειστο γὰρ ἐς ἓν

χωρίον καὶ τὸ δέον στρατόπεδον, Tyrwhittus conjecit, καὶ τόδε ὂν στρατόπεδον, « castra scilicet multo minus commoda quam oppidum ejusdem magnitudinis. » — Macedonicorum eclog. IX, § 2, Schweighæuserus conjecit ὑπό τι (legitur ὑπὸ τὸ) τείχιον ὑποστάντες ἐπεβούλευον· et § 5 fine, διὰ τὰς ἔτι παρούσας πρεσβείας, penultimum vocabulum de suo addens. Eorumdem ecloga XIV in fine recte scripsit μεταβολῆς προσιούσης, pro edito προϊούσης, ut est in Syriacorum loco quem confert, cap. 28, προσιόντων ἀτυχημάτων. Quod recipere negleximus. — Eclog. XV initio, in his, τῶν γεγονότων Περσεῖ, præpositionem ἐπὶ Π. adjecit. — Mithridaticorum cap. 118, ad verba καὶ τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα : « An καὶ τὴν Ἀχαΐαν καὶ Ἑλλάδα? Conf. ad Polybium III, 118, » vol. 5, p. 709 — 712. Et translationis verba *occupatos a Mithridate* recte ita mutat, « *quas Mithridates ab eorum societate et imperio abstraxerat.* V. in cap. 27 — 45. »

Civilium lib. I, cap. 99 prope finem Schweighæuserus posuerat ἐπὶ δόξῃ τῶν Μιθριδατείων ἔργων ex codice Augustano, quem et alibi non raro sequitur. Sed ceteri codices cum Vratislaviensi et editionibus ἐπιεικείᾳ. Jam addit : « Perspecte ἐπινίκια τῶν Μ. scribere jussit Petr. Faber, in Agonisticõn libro I, cap. 29. Vide ipsum Fabrum late defendentem hanc emendationem (Thesauri Gron. t. VIII, p. 284 ed. Lugd. B. 1635). » — Locum desperatum lib. III, cap. 81 extr., ubi verba ναυτικῶν περ ἤδη γεγονότων cum historia conciliari non possunt, Tyrwhittus dextre restituit hoc modo : τὸν Ἀντώνιον ἀλώμενον κυνηγετήσειν αὐτίκα. Ὧνπερ ἤδη γεγονότων, οἵ τε Πομπηϊανοὶ et quæ sequuntur in cap. 82. Idem Tyrwhittus lib. IV, cap. 71, in illis, εἰρεσίᾳ δὲ ἐς ἐπίδειξιν χρώμενοι, vere correxit ἐς ἔπειξιν. Nullus ibi ἐπιδείξεως locus. Idem Anglus lib. V, cap. 83 prope fin., verba ἅπαντα μεθεὶς, εὐθὺς ἐς Σικελίαν ἔπλει, ita redintegranda censuit, ἅπαντα μεθεὶς ἐκ χειρῶν, εὐθὺς κ. τ. λ. Ejusdem libri cap. 132 Schweighæuserus in his, ληστευομένης δὲ τῆς τε Ῥώμης αὐτῆς καὶ τῆς Σικελίας περιφανῶς, proposuit καὶ τῆς Ἰταλίας, in quo magna veri species est.

Parthicam historiam nos ab hac editione prorsus exclusisse probabunt periti omnes. Sed si qui sunt qui neglectionis nos insimulent,

legant quæ Schweighæuserus scripsit de centone isto ex Plutarchi scriptis superstitibus misere consarcinato.

In Indice historico et geographico multa nimis breviter indicaverat Schweighæuserus, ut præsertim in hominibus locisve idem nomen habentibus ambiguus fere hæreres de quo potissimum narraret Appianus. Nos additamentis effecimus ut certior jam ex eo rerum a scriptore memoratarum notitia peti possit.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἀρχόμενος συγγράφειν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην προτάξαι τοὺς ὅρους ὅσων ἐθνῶν ἄρχουσι Ῥωμαῖοι. Εἰσὶ δὲ οἵδε· ἐν μὲν τῷ Ὠκεανῷ, Βρεττανῶν τοῦ πλείονος μέρους· διὰ δὲ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐς τήνδε τὴν θάλασσαν ἐσπλέοντί τε, καὶ ἐπὶ τὰς αὐτὰς στήλας περιπλέοντι, νήσων ἄρχουσι πασῶν, καὶ ἠπείρων ὅσαι καθήκουσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Ὧν εἰσιν, ἐν δεξιᾷ, πρῶτοι Μαυρουσίων ὅσοι περὶ τὴν θάλασσαν, ὅσα τε ἄλλα Λιβύων ἔθνη μέχρι Καρχηδόνος· καὶ τούτων ὕπερθε Νομάδες, οὓς Ῥωμαῖοι καλοῦσι Νουμίδας, καὶ τὴν χώραν Νουμιδίαν· ἕτεροι δὲ Λίβυες, ὅσοι περιοικοῦσι τὰς Σύρτεις, μέχρι Κυρήνης· Κυρήνη τε αὐτὴ, καὶ Μαρμαρίδαι, καὶ Ἀμμώνιοι, καὶ οἱ τὴν Μαρείαν λίμνην κατοικοῦσι. Καὶ ἡ μεγάλη πόλις, ἣν Ἀλέξανδρος ἔθηκε πρὸ Αἰγύπτου· Αἴγυπτός τε αὐτὴ μέχρι Αἰθιόπων τῶν ἑῴων, ἀνὰ τὸν Νεῖλον πλέοντι, καὶ μέχρι Πηλουσίου, διὰ θαλάσσης.

II. Ἐπιστρέφοντι δὲ τὸν πλοῦν, καὶ περιιόντι, Συρία τε ἡ Παλαιστίνη, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μοῖρα Ἀράβων· ἐχόμενοι δὲ τῶν Παλαιστινῶν Φοίνικες, ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ· καὶ Φοινίκων ὕπερθεν, ἥ τε Κοίλη Συρία, καὶ μέχρι ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην ἀπὸ θαλάσσης ἄνω· Παλμυρηνοί τε, καὶ ἡ Παλμυρηνῶν ψάμμος ἐπ' αὐτὸν Εὐφράτην καθήκουσα· Κίλικές τε Σύρων ἐχόμενοι, καὶ Καππαδόκαι Κιλίκων ὅμοροι, καὶ μέρος Ἀρμενίων, οὓς καλοῦσιν Ἀρμενίαν Βραχυτέραν· παρά τε τὸν Εὔξεινον Πόντον ἄλλα, ὅσα Ποντικὰ, Ῥωμαίων ὑπήκοα γένη. Σύροι μὲν δὴ καὶ Κίλικες ἐς τήνδε τὴν θάλασσαν ἀφορῶσιν· Ἀρμένιοι δὲ καὶ Καππαδόκαι ἔς τε τὰ Ποντικὰ γένη καθήκουσι, καὶ ἀνὰ τὴν μεσόγαιον ἐπὶ τὴν καλουμένην Ἀρμενίαν Μείζονα, ἧς Ῥωμαῖοι οὐκ ἄρχουσι μὲν ἐς φόρου κομιδὴν, αὐτοὶ δὲ αὐτοῖς ἀποδεικνύουσι τοὺς βασιλέας. Ἀπὸ δὲ Καππαδοκῶν καὶ Κιλίκων ἐς τὴν Ἰωνίαν καταβαίνοντι, ἔστιν ἡ μεγάλη χεῤῥόννησος, ἣν ὅ τε Πόντος ὁ Εὔξεινος καὶ ἡ Προποντὶς καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἐπὶ δεξιὰ, καὶ τὸ Αἰγαῖον· ἐκ δὲ λαιᾶς τὸ Παμφύλιον ἢ Αἰγύπτιον πέλαγος· (λέγεται γὰρ ἄμφω) ποιεῖ χεῤῥόννησον. Καί εἰσιν αὐτῆς οἱ μὲν ἐς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ἀφορῶντες, Πάμφυλοί τε, καὶ Λύκιοι, καὶ μετ' αὐτοὺς Καρία, μέχρι Ἰωνίας· οἱ δ' ἐπὶ τὸν Εὔξεινον καὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον, Γαλάται τε καὶ Βιθυνοὶ, καὶ Μυσοὶ, καὶ Φρύγες· ἐν δὲ μεσογαίῳ, Πισίδαι τε καὶ Λυδοί. Το-

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

PRÆFATIO.

Populi Romani res gestas perscripturus, necessarium duxi fines primum Imperii per singulas provincias summatim describere. Hi autem sic habent. In Oceano, Britannicarum gentium majorem partem continent. Inde per Herculeum fretum in mare Mediterraneum intranti, omnesque ejus oras circumcirca legenti, quidquid insularum regionumve maritimarum in conspectum venit, Romani juris censetur. Harum gentium primi, ad dexteram, sunt Mauri, qua mare accolunt : deinde Afri alii Carthaginem usque. Super hos sunt Nomades, quos Latini Numidas, ipsamque regionem Numidiam, vocant. Sequuntur reliqui Libyes, secundum utramque Syrtim ad Cyrenaicam usque pertinentes : tum Cyrenaica ipsa, Marmaridæ, Ammoniique, et quidquid populorum circa Mareotem lacum habitat. Ad hæc magna illa urbs in Ægypti confinio, Alexandri conditoris nomen referens : ipsaque Ægyptus, patens adverso Nilo navigantibus usque ad Æthiopas orientales, per mare vero usque Pelusium.

II. Hinc cursu flexo in ora occurrit Palæstina, quæ Syriæ pars habetur; supra quam portio quædam Arabiæ est. Ad mare Palæstinos contingunt Phœnices; super quos Syria est, cum ea quæ Cœle vel Cava dicitur, tum reliqua sursum a mari ad Euphratem usque flumen porrecta; Palmyreneque arenis cincta, et ipsa ad Euphratem pertinens. Jam Syrorum confines Cilices; hosque attingentes Cappadoces; et Armeniæ pars ea quam Minorem Armeniam nominant; tum quæ Pontum Euxinum accolunt gentes, quæ uno nomine Ponticæ vocantur, omnes Romano parent imperio. Ex his Syri ac Cilices. Nostrum hoc mare spectant : Armenii vero atque Cappadoces partim Ponticis nationibus sunt finitimi, partim per interiora regionis Majorem, quæ vocatur, Armeniam attingunt; quæ ipsa quidem nulla Romanis tributa pendet, sed ex eorum auctoritate reges accipit. Ex Cappadocia et Cilicia Ioniam versus descendenti occurrit magna illa Peninsula, quam a dextero latere Pontus Euxinus cum Propontide, Hellesponto, marique Ægæo, a lævo autem Pamphylium mare, aut Ægyptium (utroque enim nomine appellatur), facit peninsulam. Hujus incolæ, ad Ægyptium pelagus versi, Pamphylii sunt et Lycii, ac post hos Cares usque Ioniam : cæteri Euxinum, Propontidem, Hellespontumque spectant, Galatæ, Bithyni, Mysi, Phryges : mediterranea

τοσαῦτα ἔθνη τὴν χεῤῥόννησον οἰκοῦσι, καὶ πάντων ἄρχουσι Ῥωμαῖοι.

III. Περάσαντες δὲ, καὶ ἑτέρων ἐθνῶν ἄρχουσιν ἀμφὶ τὸν Πόντον, καὶ Μυσῶν τῶν ἐν Εὐρώπῃ, καὶ Θρακῶν ὅσοι περὶ τὸν Εὔξεινον. Ἀπὸ δὲ Ἰωνίας, κόλπος ἐστὶ θαλάσσης ὁ Αἰγαῖος, καὶ ἕτερος Ἰονίου θαλάσσης, καὶ ὁ Σικελικὸς πορθμὸς, καὶ ἡ Τυῤῥηνὴ θάλασσα μέχρι τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. Τοῦτο μῆκός ἐστιν ἀπ' Ἰωνίας ἐπὶ τὸν Ὠκεανόν. Καὶ ἐν τῷδε αὖ τῷ παράπλῳ Ῥωμαίων ὑπήκοα τοσαῦτα· ἥ τε Ἑλλὰς πᾶσα, καὶ Θεσσαλία, καὶ Μακεδόνες, καὶ ὅσα πρόσοικα ἄλλα Θρακῶν καὶ Ἰλλυριῶν καὶ Παιόνων ἔθνη· αὐτή τε Ἰταλία, μακροτάτη δὴ πάντων ἐθνῶν οὖσα, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰονίου παρήκουσα ἐπὶ πλεῖστον τῆς Τυῤῥηνικῆς θαλάσσης μέχρι Κελτῶν, οὓς αὐτοὶ Γαλάτας προσαγορεύουσι· καὶ Κελτῶν ὅσα ἔθνη τὰ μὲν ἐς τήνδε τὴν θάλασσαν, τὰ δὲ ἐς τὸν βόρειον ὠκεανὸν ἀφορᾷ, τὰ δὲ παρὰ Ῥῆνον ποταμὸν ᾤκηται· Ἰβηρία τε πᾶσα καὶ Κελτίβηρες, ἐπὶ τὸν ἑσπέριον καὶ βόρειον ὠκεανὸν καὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας τελευτῶντες. Καὶ τούτων πέρι, καὶ ἐφ' ἑκάστου, δηλώσω τὰ ἀκριβέστατα, ὅταν ἐς ἕκαστον ἔθνος ἡ γραφὴ περιίῃ. Νῦν δὲ, ὅσον ὅροις μεγάλοις τὴν ἀρχὴν περιλαβεῖν, κατὰ μὲν θάλασσαν, εἴρηται.

IV. Κατὰ δὲ γῆν περιοδεύοντι, μοῖρά τε Μαυρουσίων ἂν εἴη, τῶν παρ' Αἰθίοψι τοῖς περὶ ἑσπέραν· καὶ εἴ τι θερμότερον ἢ θηριῶδες ἄλλο Λιβύης, μέχρι Αἰθιόπων τῶν ἑῴων· ταῦτα μὲν Λιβύης Ῥωμαίοις ὅροι. Τῆς δὲ Ἀσίας, ποταμός τε Εὐφράτης, καὶ τὸ Καύκασον ὄρος, καὶ ἡ Ἀρμενίας τῆς Μείζονος ἀρχὴ, καὶ Κόλχοι παρὰ τὴν Εὔξεινον θάλασσαν ᾠκημένοι, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦδε τοῦ πελάγους. Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ ποταμοὶ δύο, Ῥῆνός τε καὶ Ἴστρος, μάλιστα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὁρίζουσι, καὶ τούτων Ῥῆνος μὲν ἐς τὸν βόρειον ὠκεανὸν, Ἴστρος δὲ ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον καταδιδοῖ. Περάσαντες δέ πῃ καὶ τούσδε, Κελτῶν τῶν ὑπὲρ Ῥῆνον ἄρχουσιν ἐνίων, καὶ Γετῶν, τῶν ὑπὲρ Ἴστρον, οὓς Δακοὺς καλοῦσιν. Ὅροι μὲν οὗτοι κατ' ἤπειρον, ὡς ἐγγύτατα ἐλθεῖν τοῦ ἀκριβοῦς.

V. Νῆσοι δὲ πᾶσαι, ὅσαι τῆς ἐντὸς θαλάσσης εἰσίν· αἵ τε Κυκλάδες, ἢ Σποράδες, ἢ Ἰάδες, ἢ Ἐχινάδες, ἢ Τυῤῥηνίδες, ἢ Γυμνησίαι, ἢ ὅσας ἄλλας ὀνομάζουσιν ἑτέρως, περί τε Λιβύην, καὶ τὸ Ἰόνιον, ἢ Αἰγύπτιον, ἢ Μυρτῷον, ἢ Σικελικὸν, ἢ ὅσα ἄλλα τῆσδε τῆς θαλάσσης ὀνόματα· ὅσαι τε ἐξαιρέτως ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὀνομάζονται μεγάλαι νῆσοι, Κύπρος τε καὶ Κρήτη καὶ Ῥόδος καὶ Λέσβος καὶ Εὔβοια καὶ Σικελία καὶ Σαρδὼ καὶ Κύρνος, καὶ εἴ τις ἄλλη μικροτέρα τε καὶ μείζων· ἅπαντα ταῦτ' ἐστὶ Ῥωμαίοις ὑπήκοα. Καὶ τὸν βόρειον ὠκεανὸν ἐς τὴν Βρεττανίδα νῆσον περάσαντες, ἠπείρου μεγάλης μείζονα, τὸ κράτιστον αὐτῆς ἔχουσιν ὑπὲρ ἥμισυ, οὐδὲν τῆς ἄλλης δεόμενοι· οὐ γὰρ εὔφορος αὐτοῖς ἐστιν οὐδ' ἣν ἔχουσι.

VI. Τούτων τοσούτων καὶ τηλικούτων ἐθνῶν ὄντων

ejus tenent Lydi et Pisidæ. Tot gentes hanc peninsulam habitant, omnes Romanorum subjectæ imperio.

III. Sed et trans Euxinum Pontum provincias habent Mysiam Europæam ac Thraciam, ponto contiguas. Ab Ionia vero Ægæus sinus incipit; inde alter Adriaticus; post quem est fretum Siculum; et inde Tyrrhenum mare, usque columnas Herculeas. Atque hæc est longitudo ab Ionia ad Oceanum usque. In quibus oris hæc sunt Romanæ provinciæ : Græcia universa, Thessalia, Macedonia, tum finitimæ Thraciæ reliqua, et Illyricum ac Pannoniæ. Sequitur ipsa Italia, in longitudinem maxime porrecta et ab Adriatico sinu ac Ionio mari secundum totum fere Tuscum pelagus ad Galliam usque pergens. Hinc Celtica est (Galliam Romani appellant), cum variis, qui eam incolunt, populis; quorum alii Nostrum mare spectant, alii septentrionalem oceanum; pars secundum flumen Rhenum habitat. His universa denique accedit Hispania (Iberia Græcis dicta et Celtiberia), ad septentrionalem occidentalemque oceanum et columnas usque Herculeas pertinens. Ac de singulis harum regionum dicetur subtilius, ubi narrationis ordo ad eam quasque nos deduxerit; nunc crassiori quadam delineatione hæc de universi imperii maritimis finibus dicta sunto.

IV. Terrestri vero itinere ejusdem imperii limites lustranti, occurrit primum pars Mauritaniæ, attingens occidentalem Æthiopiam, tum aliæ propter nimium æstum aut noxias bestias incultiores regiones Africæ, ad orientales usque Æthiopas. Et hi quidem in Africa sunt Romanorum termini. In Asia vero flumen Euphrates, mons Caucasus, Armeniæ majoris regnum, Colchisque ad Pontum Euxinum pertinens, cum reliqua ora secundum eumdem Pontum porrecta. In Europa denique duo maxime fluvii Romanum Imperium claudunt, Rhenus atque Danubius : quorum ille in septentrionalem oceanum, hic in Euxinum Pontum evolvitur. Alicubi tamen ultra hos quoque amnes, et Celtis trans Rhenum nonnullis imperant, et Getis trans Danubium, quos ipsi Dacos vocant. Hi sunt a parte continentis termini, quam proxime fieri potuit ad verum descripti.

V. Jam insulæ quoque, quotquot in Mediterraneo sunt mari, Cyclades, Sporades, Ioniæ, Echinades, Tuscæ, Baleares, seu quocumque alio nomine insulæ vel ad Africam, vel in Ionio mari, vel in Ægyptio vel in Myrtoo, aut Siculo, aut in quacumque denique parte Nostri maris sitæ sunt; tum illæ, quas Græci per eminentiam majores Insulas vocant, Cyprus, Creta, Rhodus, Lesbus, Eubœa, Sicilia, Sardinia, Corsica, et si qua est alia major minorve : universæ Romanorum potestati subjectæ sunt. In septentrionali etiam oceano, transportatis in Britanniam copiis, insulam illam, quæ magna quoque continenti regione major est, occuparunt plus quam dimidiam, et quidem meliorem ejus partem; de reliqua parum solliciti, quando ne id quidem, quod de ea occupant, admodum illis fructuosum est.

VI. Ex his tot ac tantis gentibus, Italiam ipsam magno

τὸ μέγεθος, Ἰταλίαν μὲν αὐτὴν ἐπιμόχθως τε καὶ μόλις ἐν πεντακοσίοις ἔτεσι κατειργάσαντο βεβαίως. Καὶ τούτων τὰ ἡμίσεα βασιλεῦσιν ἐχρῶντο, τὰ δὲ λοιπὰ τοὺς βασιλέας ἐκβαλόντες, καὶ ἐπομόσαντες οὐκ ἀνέξεσθαι βασιλέων, ἀριστοκρατίᾳ τε ἐχρήσαντο ἀπὸ τοῦδε, καὶ προστάταις ἄρχουσιν ἐτησίοις. Διακοσίοις δὲ μάλιστα ἑξῆς, ἐπὶ τοῖς πεντακοσίοις, ἐπὶ μέγα ἦλθεν ἡ ἀρχὴ, καὶ ξενικῆς τε δυνάμεως ἐκράτησαν ἀπείρου, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν τότε ὑπηγάγοντο. Γαΐός τε Καῖσαρ ὑπὲρ τοὺς τότε δυναστεύσας, καὶ τὴν ἡγεμονίαν κρατυνάμενός τε καὶ διαθέμενος ἐς φυλακὴν ἀσφαλῆ, τὸ μὲν σχῆμα τῆς πολιτείας καὶ τὸ ὄνομα ἐφύλαξε, μόναρχον δ' ἑαυτὸν ἐπέστησε πᾶσι. Καὶ ἔστιν ἥδε ἡ ἀρχὴ μέχρι νῦν ὑφ' ἑνὶ ἄρχοντι, οὓς βασιλέας μὲν οὐ λέγουσιν, ὡς ἐγὼ νομίζω, τὸν ὅρκον αἰδούμενοι τὸν πάλαι· αὐτοκράτορας δὲ ὀνομάζουσιν, ὃ καὶ τῶν προσκαίρων στρατηγῶν ὄνομα ἦν· εἰσὶ δὲ ἔργῳ τὰ πάντα βασιλεῖς.

VII. Καὶ ἔστι καὶ τοῖσδε τοῖς αὐτοκράτορσιν, ἐς τὸν παρόντα χρόνον, ἐγγυτάτω διακοσίων ἐτῶν ἄλλων· ἐν οἷς ἥ τε πόλις μάλιστα κατεκοσμήθη, καὶ ἡ πρόσοδος ἐπιπλεῖστον ηὐξήθη, καὶ πάντα ἐν εἰρήνῃ μακρᾷ καὶ εὐσταθεῖ προῆλθεν ἐς εὐδαιμονίαν ἀσφαλῆ. Καί τινα καὶ τοῖς προτέροις ἔθνεσιν οἵδε οἱ αὐτοκράτορες εἰς τὴν ἡγεμονίαν προσέλαβον, καὶ ἀφιστάμενα ἄλλα ἐκρατύναντο· ὅλως τε, δι' εὐβουλίαν, τὰ κράτιστα γῆς καὶ θαλάσσης ἔχοντες, αὔξειν ἐθέλουσι μᾶλλον, ἢ τὴν ἀρχὴν ἐς ἄπειρον ἐκφέρειν ἐπὶ βάρβαρα ἔθνη πενιχρὰ καὶ ἀκερδῆ. Ὧν ἐγώ τινας εἶδον ἐν Ῥώμῃ πρεσβευομένους τε καὶ διδόντας ἑαυτοὺς ὑπηκόους εἶναι, καὶ οὐ δεξάμενον βασιλέα ἄνδρας οὐδὲν αὐτῷ χρησίμους ἐσομένους. Ἔθνεσί τε ἄλλοις, ἀπείροις τὸ πλῆθος, αὐτοὶ διδόασι τοὺς βασιλέας, οὐδὲν αὐτῶν ἐς τὴν ἀρχὴν δεόμενοι· καὶ τῶν ὑπηκόων ἐνίοις προσαναλίσκουσιν, αἰδούμενοι καίπερ ἐπιζημίους ὄντας ἀποθέσθαι. Τήν τε ἀρχὴν ἐν κύκλῳ περικάθηνται μεγάλοις στρατοπέδοις, καὶ φυλάσσουσι τὴν τοσήνδε γῆν καὶ θάλασσαν ὥσπερ χωρίον.

VIII. Ἀρχή τε οὐδεμία προῆλθέ πω μέχρι νῦν ἐς τοσοῦτο μεγέθους καὶ χρόνου. Οὔτε γὰρ τὰ Ἑλλήνων, εἴ τις ὁμοῦ τὰ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ Θηβαίων, δυναστευσάντων παρὰ μέρος, ἀπὸ τῆς Δαρείου στρατείας, ὅθεν αὐτοῖς ἔστιν ἐλλαμπρύνεσθαι μάλιστα, ἐς τὴν Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν, συναγάγοι, πολλὰ ἂν ἔτι φανείη. Οἵ τε ἀγῶνες αὐτοῖς ἐγένοντο οὐκ ἐπὶ ἀρχῆς περικτήσει μᾶλλον, ἢ φιλοτιμίᾳ πρὸς ἀλλήλους· καὶ οἱ λαμπρότατοι περὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας πρὸς ἀρχὰς ἄλλας ἐπιούσας. Οἱ δέ τινες αὐτῶν, ἐς Σικελίαν πλεύσαντες ἐπὶ ἀρχῆς ἑτέρας ἐλπίδι, προσέπταισαν· ἢ εἴ τις ἐς τὴν Ἀσίαν διῆλθε, μικρὰ καὶ ὅδε δράσας, εὐθὺς ἐπανήει. Ὅλως τε ἡ Ἑλληνικὴ δύναμις, καίπερ ἐκθύμως ὑπὲρ ἡγεμονίας ἀγωνισαμένων, οὐ προῆλθεν ὑπὲρ τὴν Ἑλλάδα βεβαίως· ἀλλὰ δεινοὶ μὲν ἐγένοντο, ἀδού-

labore, ac vix intra quingentesimum annum, perdomuerunt. Cujus temporis dimidium vixerunt sub Regibus; dein his expulsis, jurejurando obstricti neminem regem se passuros, per optimates rempubl. administrarunt, et per Magistratus annuos. Ceterum intra ducentos potissimum annos, qui secuti sunt illos quingentos, plurima incrementa cepit Romanorum imperium; nam per id temporis spatium infinitas exterarum gentium copias prostraverunt, plurimasque provincias in suam redegerunt potestatem. Post hæc C. Cæsar, inter æquales suos principatum obtinens, confirmato imperio, et rebus omnibus ad firmam ejus custodiam ordinatis formam quidem ac nomen reipublicæ retinuit; sibi autem summum in universos imperium usurpavit. Atque ad hunc diem summa imperii in unius potestate est : quos quidem non Reges dicunt, religionem opinor, reveriti veteris jurisjurandi; sed Imperatores appellant, quod olim belli ducum ad tempus constitutorum nomen erat : quanquam revera quavis ratione Reges sunt.

VII. Hoc genus Imperatorum, in præsentem diem, jam fere per alios ducentos annos imperium tenent. Intra quod temporis spatium mirifice exornata Urbs est, ac reditus imperii plurimum aucti, omniaque diuturnæ constantisque pacis beneficio in stabilem felicitatem evecta. Hi enim Imperatores veteribus provinciis non nihil etiam adjecerunt, aliasque defectionem molientes continuerunt in officio : in universum autem, quoniam terra marique optima quæque habent in potestate, sapienti consilio opes earum, quas possident, provinciarum augere malunt, quam limites imperii in infinitum proferre ad barbaras gentes inopes ac nihil lucri dominis allaturas. Quarum ego nonnullarum legatos vidi in Urbem missos, qui se suosque populares Romanis dederent; quos ne recepit quidem Imperator, nulli quippe usui sibi futuros. Aliis vero gentibus innumeris dant reges; quas nimirum imperio adjicere suo, nihil ipsorum refert. Sunt autem provinciæ, in quas, quum pudeat quamvis parum utiles abjicere, plus etiam insumunt, quam lucri capiunt. Ceterum circumquaque in præsidiis sunt magni exercitus, qui tam late terra marique patens imperium haud secus atque unum aliquod oppidum aut castellum custodiunt.

VIII. Neque vero ante hanc ætatem ullum unquam vel tam amplum exstitit imperium, vel tam diuturnum. Nam neque res Græcorum, etsi quis inde a Darii expeditione exorsus, unde potissimum claritatis initium Græci ceperunt, usque ad Philippi Amyntæ filii in Græcia imperium deduxerit, atque Atheniensium et Lacedæmoniorum Thebanorumque potentiam, per vices eminentem, in unum congesserit, adeo magnificæ videbuntur. Etenim hi inter se quidem, non tam proferendi imperii causa, quam de dignitate et principatu suarum civitatum, concertarunt; et quibus pugnis maxime inclaruerunt, eas pro propria libertate, contra exteros Reges, Græciam armis invadentes, pugnaverunt. Qui vero ex his in Siciliam, spe potiundi ejus insulæ imperio, transmiserunt, eis male res illa cecidit et in Asiam siquis trajecit, etiam hic, non nimis magnis rebus gestis, mox reversus est. Omninoque Græcorum potentia, quantumvis acriter illi pro suo imperio pugnaverint, extra Græciam nihil firmæ ditionis acquisivit : sed in sua quidem libertate tuenda, invictaque Græcia quam diutissime præ-

λωτον αὐτὴν καὶ ἀήττητον κατασχεῖν ἐπιπλεῖστον· ἀπὸ δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου, καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου, καὶ πάνυ μοι δοκοῦσι πρᾶξαι κακῶς καὶ ἀναξίως αὑτῶν.

IX. Ἥ τε τῆς Ἀσίας ἀρχὴ, ἔργων μὲν πέρι καὶ ἀρετῆς, οὐδ᾽ ἐς τὰ σμικρότατα τῶν Εὐρωπαίων παραβάλλεται, δι᾽ ἀσθένειαν καὶ ἀτολμίαν τῶν ἐθνῶν· καὶ τοῦτο δηλώσει καὶ ἥδε ἡ γραφὴ προϊοῦσα. Ὀλίγαις γὰρ μάχαις Ῥωμαῖοι τοσούτων τῆς Ἀσίας ἐθνῶν κατέσχον, ὅσων ἐπικρατοῦσι, καὶ ταῦτα Μακεδόνων αὐτῶν ὑπερμαχομένων· τὰ δὲ πολλὰ περὶ τὴν Λιβύην καὶ τὴν Εὐρώπην ἐξετρίβησαν. Ἀσσυρίων τε αὖ καὶ Μήδων καὶ Περσῶν, τριῶν τῶνδε μεγίστων ἡγεμονιῶν, εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, συντιθεμένων, οὔτ᾽ ἂν ὁ χρόνος ἐφίκοιτο τῶν ἐνακοσίων ἐτῶν, ὅσα ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐς τὸν παρόντα χρόνον. Τό τε μέγεθος τῆς ἀρχῆς τῆς ἐκείνων οὐδ᾽ ἐς ἥμισυ νομίζω τῆσδε τῆς ἡγεμονίας ἀπαντᾷν· τεκμαιρόμενος, ὅτι Ῥωμαίοις, ἀπό τε δύσεων καὶ τοῦ πρὸς ἑσπέραν ὠκεανοῦ, ἐπὶ τὸ Καύκασον ὄρος καὶ ποταμὸν Εὐφράτην, καὶ ἐς Αἰθίοπας τοὺς ἄνω δι᾽ Αἰγύπτου, καὶ δι᾽ Ἀράβων ἐπὶ τὸν ἑῷον ὠκεανὸν, ἡ ἀρχὴ διεξέρχεται· καὶ ὅρος ἐστὶν αὐτοῖς ὁ ὠκεανὸς ἀρχομένου τε καὶ δυομένου τοῦ θεοῦ· θαλάσσης τε πάσης ἡγεμονεύουσι τῆς ἐντὸς οὔσης, καὶ νήσων ἁπασῶν, καὶ ἐν τῷ ὠκεανῷ Βρεττανῶν. Μήδοις δὲ καὶ Πέρσαις, ὅτε πλείστη θάλασσα, ἦ ὁ Παμφύλιος κόλπος ἦν καὶ μία νῆσος ἡ Κύπρος, ἤ τι που ἄλλο σμικρὸν τῆς Ἰωνίας ἐν θαλάσσῃ, τοῦ τε Περσικοῦ κόλπου (καὶ γὰρ τοῦδε ἐκράτουν) πόσον τι καὶ τὸ τούτου πέλαγός ἐστι.

X. Τὰ δὲ δὴ Μακεδόνων, τὰ μὲν πρὸ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου καὶ πάνυ σμικρὰ ἦν· καὶ ἔστιν ὧν ὑπήκουσαν. Τὰ δὲ αὐτοῦ Φιλίππου, πόνου μὲν καὶ ταλαιπωρίας ἔγεμεν οὐ μεμπτῆς, ἀλλὰ καὶ ταῦτα περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὰ πρόσχωρα μόνα ἦν. Ἐπὶ δὲ Ἀλεξάνδρου, μεγέθει τε καὶ πλήθει καὶ εὐτυχίᾳ καὶ ταχυεργίᾳ διαλάμψασα ἡ ἀρχὴ, καὶ ὀλίγου δεῖν ἐς ἄπειρον καὶ ἀμίμητον ἐλθοῦσα, διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ χρόνου προσέοικεν ἀστραπῇ λαμπρᾷ· ἧς γε, καὶ διαλυθείσης ἐς πολλὰς σατραπείας, ἐπιπλεῖστον ἐξέλαμπε τὰ μέρη. Καὶ τοῖς ἐμοῖς βασιλεῦσι μόνοις ἦν στρατιά τε πεζῶν μυριάδες εἴκοσι, καὶ μυριάδες ἱππέων τέσσαρες, καὶ ἐλέφαντες πολεμισταὶ τριακόσιοι, καὶ ἅρματα ἐς μάχας δισχίλια, καὶ ὅπλα ἐς διαδοχὴν μυριάσι τριάκοντα· καὶ τάδε μὲν αὐτοῖς ἦν ἐς πεζομαχίαν· ἐς δὲ ναυμαχίας, κοντωτὰ, καὶ ὅσα σμικρότερα ἄλλα, δισχίλια· τριήρεις δὲ ἀπὸ ἡμιολίας μέχρι πεντήρους, πεντακόσιαι καὶ χίλιαι· καὶ σκεύη τριηρετικὰ διπλότερα τούτων, θαλαμηγά τε χρυσόπρυμνα καὶ χρυσέμβολα, ἐς πολέμου πομπὴν, οἷς αὐτοὶ διαπλέοντες ἐπέβαινον οἱ βασιλεῖς, ὀκτακόσια. Χρημάτων δ᾽ ἐν τοῖς θησαυροῖς, τέσσαρες καὶ ἑβδομήκοντα μυριάδες ταλάντων Αἰγυπτίων. Ἐς γὰρ δὴ τοσοῦτο παρασκευῆς τε καὶ στρατιᾶς, ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀναγραφῶν φαίνεται, προαγαγών τε καὶ καταλιπὼν ὁ δεύτερος Αἰγύπτου βασι-

standa, eximiam demonstravere virtutem : at post Philippum Amyntæ, Alexandrumque Philippi filium, admodum etiam male, et indigne græco nomine, res suas gessisse mihi videntur.

IX. Jam Asiatica imperia, res gestas virtutemque si spectes, ne cum minimis quidem ex his, quæ Europa protulit, conferenda sunt; tanta fuit illarum gentium infirmitas ac pr ignavia. Quod etiam, in progressu operis, ipsa hæc scriptio declarabit. Paucis enim præliis Romani tot Asiæ provincias, quas ad hunc diem tenent, in suam redegerunt potestatem, quamvis Macedonico etiam milite fuerint defensæ; cum circa Africam Europamque iidem Romani plurimum laboris diu multumque exhauserint. Durationem autem quod attinet imperii, quod si Assyriorum, Medorum, Persarum tria maxima regna, ad Alexandrum usque Macedonem, in unum componas; ne sic quidem nongentorum annorum spatium complebunt, quantum duravit in hodiernum Romanorum potentia. Amplitudo vero eorumdem imperiorum ne dimidium quidem hujus imperii exæquavisse mihi videtur, cogitanti, Romanum imperium ab ultimo Occidente Atlanticoque oceano ad Caucasum usque montem et fluvium Euphratem porrigi, et per Ægyptum usque ad superiores Æthiopas, per Arabiam vero usque ad orientalem pertingere oceanum. Ita et ab occasu et ab ortu solis Oceanus Romanis limes est; ac præterea Mediterraneum mare universum, cunctis cum insulis, tenent, et in Oceano quoque Britanniæ imperant. Medi autem Persæque, quo tempore plurimum mari pollebant, aut Pamphylium sinum habuerunt cum una insula Cypro, aut prope Ioniam insulas nonnullas; tum Persicus sinus quantum pelagi recipit, quod sane non nimis multum est.

X. Denique Macedonum res, ante Philippum Amyntæ filium, tenues omnino fuerunt; ac fuit tempus, quum alienæ quoque potestati essent subjecti. Et Philippus quidem studium in rebus gerendis industriamque non contemnendam affatim demonstravit; ceterum intra Græciam finitimasque regiones potentia ejus substitit. Sub Alexandro autem, cum magnitudine multitudineque, tum prosperitate rerum gestarum ac celeritate, præfulgens Macedonum imperium, ac pæne in infinitum exemplo vix imitabili progressum, propter durationis brevitatem coruscanti fulguri fuit simile. Ac illius quidem, in plures etiam Satrapias distracti, partes adhuc plurimum splenduerunt. Certe soli mei reges exercitum alebant ducentorum millium peditum, quadraginta millium equitum; ad hæc trecentos elephantes bello assuetos; tum curruum militarium duo millia habebant, et parata arma, quantum trecentis aliis militum millibus sufficeret. Præter terrestrem hunc apparatum, ad maritima bella, duo millia actuariarum aliarumque minorum navium præsto erant; longæ vero, ab hemioliis usque quinqueremes, MD et armamenta duplo majori numero longarum navium parata; tum thalamegi auratis puppibus rostrisque, quas ad ostentationem in bello ipsi conscendebant reges, DCCC : pecuniæ vero numeratæ in thesauris DCCXL talentorum Ægyptiorum millia. Tantum certe apparatum tantasque copias, ex regiis tabulis apparet, comparatas relictasque fuisse a secundo post Alexandrum Ægypti rege; qui et ceteroquin

λεὺς μετ' Ἀλέξανδρον· ὃς καὶ πορίσαι δεινότατος ἦν βασιλέων, καὶ δαπανῆσαι λαμπρότατος, καὶ κατασκευάσαι μεγαλουργότατος. Φαίνεται δὲ καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων σατραπῶν, οὐ πολὺ τούτων ἀποδέοντα· ἀλλὰ πάντα ἐς τοὺς ἐπιγόνους αὐτῶν συνετρίφθη, φθαρέντων ἐς ἀλλήλους· ᾧ μόνως ἀρχαὶ μεγάλαι καταλύονται, στασιάσασαι.

XI. Τὰ δὲ Ῥωμαίων μεγέθει τε καὶ εὐτυχίᾳ διήνεγκε, δι' εὐβουλίαν καὶ χρόνον· ἔς τε τὴν περίκτησιν αὐτῶν ἀρετῇ καὶ φερεπονίᾳ καὶ ταλαιπωρίᾳ πάντας ὑπερῆραν, οὔτε ταῖς εὐπραγίαις ἐπαιρόμενοι, μέχρι βεβαίως ἐκράτησαν, οὔτε συστελλόμενοι ταῖς συμφοραῖς· ὧν γε καὶ δύο μυριάδες ἀνδρῶν ἐνίοτε, μιᾶς ἡμέρας, καὶ ἑτέρας τέσσαρες, ἀπώλλυντο, καὶ ἄλλης πέντε· καὶ περὶ τῆς πόλεως αὐτῆς πολλάκις ἐκινδύνευον. Καὶ λιμοί τε καὶ λοιμοὶ συνεχεῖς, καὶ στάσεις, ὁμοῦ πάντα ἐπιπίπτοντα, οὐκ ἀπέστησε τῆς φιλοτιμίας· ἕως ἑπτακοσίοις ἔτεσι κακοπαθοῦντές τε καὶ κινδυνεύοντες, ἀγχωμάλως τὴν ἀρχὴν ἐς τόδε προήγαγον, καὶ τῆς εὐτυχίας ὤναντο διὰ τὴν εὐβουλίαν.

XII. Καὶ τάδε πολλοὶ μὲν Ἑλλήνων, πολλοὶ δὲ Ῥωμαίων, συνέγραψαν. Καὶ ἔστιν ἡ ἱστορία, τῆς Μακεδονικῆς, μεγίστης δὴ τῶν προτέρων οὔσης, πολὺ μείζων. Ἀλλ' ἐντυγχάνοντά με, καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ἐντελῆ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἰδεῖν ἐθέλοντα, ἀπέφερεν ἡ γραφὴ πολλάκις ἀπὸ Καρχηδόνος ἐπὶ Ἴβηρας, καὶ ἐξ Ἰβήρων ἐπὶ Σικελίαν, ἢ Μακεδονίαν, ἢ ἐπὶ πρεσβείας ἢ συμμαχίας ἐς ἄλλα ἔθνη γενομένας· εἶτ' αὖθις ἐς Καρχηδόνα ἀνῆγεν, ἢ Σικελίαν, ὥσπερ ἀλώμενον· καὶ πάλιν ἐκ τούτων, ἀτελῶν ἔτι ὄντων, μετέφερεν. Ἕως οὗ τὰ μέρη συνήγαγον ἐμαυτῷ, ὁσάκις ἐς Σικελίαν ἐστράτευσαν, ἢ ἐπρέσβευσαν, ἢ ὁτιοῦν ἔπραξαν ἐς Σικελίαν, μέχρι κατεστήσαντο αὐτὴν ἐς τὸν κόσμον τὸν παρόντα. Ὁσάκις τε αὖ Καρχηδονίοις ἐπολέμησαν, ἢ ἐσπείσαντο, ἢ ἐπρέσβευσαν ἐς αὐτοὺς, ἢ πρεσβείας ἐδέξαντο παρ' ἐκείνων, ἢ ἔδρασαν ὁτιοῦν, ἢ ἔπαθον πρὸς αὐτῶν, ἕως Καρχηδόνα κατέσκαψαν καὶ τὸ Λιβύων ἔθνος προσέλαβον, καὶ αὖθις ᾤκισαν αὐτοῖς Καρχηδόνα, καὶ Λιβύην κατέστησαν ἐς τὰ νῦν ὄντα. Καὶ τόδε μοι κατὰ ἔθνος ἕκαστον ἐπράχθη, βουλομένῳ τὰ ἐς ἑκάστους ἔργα Ῥωμαίων καταμαθεῖν· ἵνα τὴν τῶν ἐθνῶν ἀσθένειαν ἢ φερεπονίαν, καὶ τὴν τῶν ἑλόντων ἀρετὴν, ἢ εὐτυχίαν, ἢ εἴ τι ἂν ἄλλο συγκύρημα συνηνέχθη, καταμάθοιμι.

XIII. Νομίσας δ' ἄν τινα καὶ ἄλλον οὕτως ἐθελῆσαι μαθεῖν τὰ Ῥωμαίων, συγγράφω κατὰ ἔθνος ἕκαστον· ὅσα δὲ ἐν μέσῳ πρὸς ἑτέρους αὐτοῖς ἐγένετο, ἐξαίρω, καὶ ἐς τὰ ἐκείνων μετατίθημι. Τοὺς δὲ χρόνους, ἐπὶ μὲν πᾶσι, περισσὸν ἡγούμην καταλέγειν· ἐπὶ δὲ τῶν ἐπιφανεστάτων, ἐκ διαστήματος ὑπομνήσω. Καὶ τὰ ὀνόματα Ῥωμαίοις πάλαι μὲν ἦν ἓν, ὥσπερ ἀνθρώποις ἅπασιν, ἑκάστῳ· μετὰ δὲ, ἐγένοντο δύο· καὶ οὐ πολὺς χρόνος, ἐξ οὗ καὶ τρίτον ἤρξατό τισιν, ἐς ἐπίγνωσιν, ἐκ πάθους ἢ ἀρετῆς προστίθεσθαι· καθὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τισὶν, ἐπὶ τὰ ὀνόματα, ἦσαν ἐπικλήσεις. Ἐγὼ δὲ

præter ceteros reges cum ad parandas opes solertissimus, tum in erogandis splendidissimus fuit, in operibusque moliendis magnificentissimus. Atque etiam reliques quod attinet Satrapas, complura opum documenta exstant, his non multum cedentia; sed sub successoribus eorum fracta sunt omnia et attrita, quum jam ipsi in mutuam perniciem ruissent; quæ res una perdere magna imperia solet, internis si dissidiis lacerantur.

XI. Sed Romanorum imperium et magnitudine excelluit et diuturnitate. In quo non minus consilii prudentia eos adjuvit, quam fortuna. Virtute autem et patientia atque industria in parando imperio tanta usi sunt, quantum de nulla alia gente memoratam legimus. Neque secundis rebus elati sunt, donec satis confirmata esset eorum potentia; neque adversis rebus animum unquam abjecerunt; quanquam interdum una die xx, et alia xl hominum millia acie amiserint, et iterum alia l, ac sæpius etiam de ipsa Urbe periclitati sint. Imo nec fames, nec pestis, quibus crebro premebantur, nec seditiones, neque cuncta hæc simul ingruentia, ab ambitione eos abstraxerunt: donec dcc annis, multis cum ærumnis periculisque colluctati, æquabili progressione imperium suum ad hoc fastigium evexerunt, et fortunæ beneficia consilio atque prudentia in usum converterunt suum.

XII. Et has res quidem populi Romani complures et Græci et Latini Scriptores memoriæ prodiderunt; et est argumentum multo copiosius, quam rerum Macedonicarum, quæ ceteroquin præ reliquis superiorum temporum amplissimæ sunt. Quos ego Scriptores quum perlegerem, atque per singulas provincias continenti quadam ratione cognoscere cuperem, quid in earum quaque gessisset Romanorum virtus; huc atque illuc me traduxit stilus, Carthagine in Hispaniam, inde porro in Siciliam, aut in Macedoniam, aut ad legationem aliquam ad alias gentes missam, aut ad societatem cum his contractam. Inde rursus Carthaginem, aut in Siciliam, tamquam errabundum, me reduxit; ac mox iterum ab his, necdum perfectis, alio transtulit. Quare tandem mihi ipse dispersas historiæ partes in unum congessi: velut eas, quæ ad Siciliam pertinent; quoties in illam aut exercitus aut legatos miserunt, et quidquid in Sicilia gesserunt, donec in præsentem formam eam redegissent. Similiter Carthaginienses quod attinet, quotquot cum his bella gesta, quæ fœdera inita, quæ legationes ultro citroque inter duos populos missæ sunt, quas clades mutuo vel intulerunt vel acceperunt; donec diruta Carthago est, et Africa in provinciæ formam redacta, et rursus instaurata Carthago, Africaque in eum, quo nunc est, statum devenit. Idemque feci per singulas provincias, cupiens cognoscere, quid in earum quaque gesserint Romani; ut intelligerem cujusque gentis vel infirmitatem vel industriam, tum victoris populi virtutem atque fortunam, aut si qua denique res alia fuerit, quæ ad ea, quæ effecta sunt, momentum aliquod contulit.

XIII. Ratus autem, fore et aliis gratum, si ea ratione res romanas addiscere possent; nunc eadem ratione provinciatim illas perscribere aggredior, omissis et in propriam cujusque provinciæ historiam dilatis his, quæ alibi interim gesta sunt. Tempora autem ubique annotare, operæ visum est supervacaneæ; sed per intervalla, in rebus illustrioribus, ea annotabo. Jam nomina quod attinet Romanorum, olim cuique non nisi unum nomen fuerat, sicuti aliarum gentium hominibus; dein accessit alterum; et haud ita multo post, ad faciliorem agnitionem, tertium etiam ex aliquo casu aut affectione aut virtutis laude, imponi quibusdam cœptum est: quemadmodum et Græcorum nonnulli nominibus adjuncta habebant cognomina. Equidem igitur inter-

ἔστι μὲν, ὅπου καὶ πάντων ἐπιμνήσομαι, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἐπιφανῶν, ἐς γνώρισμα τῶν ἀνδρῶν· τὰ δὲ πολλὰ καὶ τούτους καὶ τοὺς ἄλλους, ἃ κυριώτατα ἡγοῦνται προσαγορεύσω.

XIV. Τριῶν δὲ βίβλων οὐσῶν, αἳ τὰ ἐς τὴν Ἰταλίαν ὄντα αὐτοῖς πολλὰ πεπραγμένα συνάγουσι, τὰς μὲν τρεῖς ἡγητέον εἶναι Ῥωμαϊκῶν Ἰταλικάς· διὰ δὲ πλῆθος ἔργων, διῄρηνται. Καὶ δηλοῦσιν, ἡ μὲν πρώτη, τὰ τῶν βασιλέων ἑπτὰ γενομένων ἔργα, ἐφεξῆς ἅπαντα ἐφ' ἑαυτῶν, ὡς ἐγένετο· καὶ αὐτὴν ἐπιγράφω, Ῥωμαϊκῶν Βασιλικήν. Ἡ δ' ἑξῆς, τὰ ἐς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν, χωρίς γε τῆς παρὰ τὸν κόλπον τὸν Ἰόνιον· ἐς δὲ σύγκρισιν τῆς προτέρας, ἥδε λέγεται ἡ ἑξῆς Ῥωμαϊκῶν Ἰταλική. Τελευταίῳ δὲ ἔθνει, Σαυνίταις, οἳ παρὰ τὸν Ἰόνιον ᾤκηνται, μεγάλῳ τε καὶ χαλεπῷ, ὀγδοήκοντα ἔτεσι συνεπλάκησαν· μέχρι καὶ τούσδε, καὶ ὅσα σφίσιν ἐγγὺς ἔθνη συνεμάχει, καὶ Ἕλληνας ὅσοι ὑπὸ τὴν Ἰταλίαν εἰσὶν, ὑπηγάγοντο. Καὶ ἔστιν ἥδε, τῶν προτέρων εἰς σύγκρισιν, Ῥωμαϊκῶν Σαυνιτική. Τὰ δὲ λοιπὰ, τούτων ἑκάστη κατὰ λόγον ἐπιγράφονται· Ῥωμαϊκῶν Κελτική τε, καὶ Σικελικὴ, καὶ Ἰβηρικὴ, καὶ Ἀννιβαϊκὴ, καὶ Καρχηδονικὴ, καὶ Μακεδονικὴ, καὶ ἐφεξῆς ὁμοίως. Τέτακται δ' αὐτῶν ἄλλη μετ' ἄλλην, ὡς ἑκάστῳ τὴν ἀρχὴν πρὸ ἑτέρου λαβεῖν συνέπεσεν, εἰ καὶ τὸ τέλος τῷ ἔθνει μετὰ πολλὰ ἕτερα γένηται. Ὅσα δ' αὐτοὶ Ῥωμαῖοι πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασάν τε καὶ ἐπολέμησαν Ἐμφύλια, φοβερώτερα σφίσι ταῦτα μάλιστα γενόμενα, ἐς τοὺς στρατηγοὺς τῶν στάσεων διῄρηται· τὰ μὲν ἐς Μάριόν τε καὶ Σύλλαν· τὰ δ' ἐς Πομπήϊόν τε καὶ Καίσαρα· τὰ δὲ ἐς Ἀντώνιον καὶ τὸν ἕτερον Καίσαρα, τὸν Σεβαστὸν ἐπίκλην, πρὸς τοὺς ἀνδροφόνους τοῦ προτέρου Καίσαρος· τὰ δὲ ἐς ἀλλήλους, αὐτῶν Ἀντωνίου τε καὶ Καίσαρος στασιασάντων· ᾧτινι τελευταίῳ τῶν ἐμφυλίων ὄντι καὶ Αἴγυπτος ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο, καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐς μοναρχίαν περιῆλθεν.

XV. Ὧδε μὲν ἐς βίβλους ἕκαστα τῶν ἐθνῶν, ἡ ἐς στρατηγοὺς τὰ ἐμφύλια, διῄρηται. Ἡ δὲ τελευταία καὶ τὴν στρατιὰν αὐτῶν ὅσην ἔχουσιν, ἢ πρόσοδον ἣν καρποῦνται, καθ' ἕκαστον ἔθνος, ἢ εἴ τι προσαναλίσκουσιν εἰς τὰς ἐπινείους φρουρὰς, ὅσα τε τοιουτότροπα ἄλλα, ἐπιδείξει. Ἁρμόζει δὲ ἀπὸ τοῦ γένους ἄρξασθαι τὸν περὶ τῆς ἀρετῆς αὐτῶν συγγράφοντα. Τίς δὲ ὢν ταῦτα συνέγραψα, πολλοὶ μὲν ἴσασι, καὶ αὐτὸς προέφηνα. Σαφέστερον δ' εἰπεῖν· Ἀππιανὸς Ἀλεξανδρεὺς, ἐς τὰ πρῶτα ἥκων ἐν τῇ πατρίδι, καὶ δίκαις ἐν Ῥώμῃ συναγορεύσας ἐπὶ τῶν βασιλέων, μέχρι με σφῶν ἐπιτροπεύειν ἠξίωσαν. Καὶ εἴ τῳ σπουδὴ καὶ τὰ λοιπὰ μαθεῖν, ἔστι μοι καὶ περὶ τούτου συγγραφή.

dum omnia referam nomina, præsertim virorum illustriorum, quo noscantur facilius; plerumque autem cum hos, tum alios, eo nomine designabo, quod cuique proprium maxime habitum est.

XIV. Quum autem tres sint Libri, quibus res populi Romani intra Italiam gestæ, sane non paucæ, continentur; existimandi quidem omnes sunt Italicam exponere Romanorum historiam; sed propter memorabilium rerum copiam distincti sunt. Horum igitur primus res sub Regibus gestas, quos septem habuit Roma, suo ordine cunctas, res cujusque regis separatim, complectitur : illumque inscribo, Romanarum historiarum Librum de regibus. Sequuntur res gestæ per universam Italiam, exceptis populis mare Superum accolentibus; qui liber ad differentiam prioris inscribitur, Romanarum historiarum Liber Italicus. Postremo omnium Italorum cum Samnitibus, qui Superum mare spectant, magna gente ac feroci, per octoginta annos conflictati sunt Romani; donec et ipsos, eorumque in vicinia socios, et Græcos quotquot inferiorem Italiam incolunt, sibi subjecerunt. Qui eas res exponit, ad priorum discrimen, Romanarum historiarum Samniticus Liber dicetur. Deinceps vero ad horum similitudinem singuli inscribuntur, Romanarum rerum Liber Celticus, Siculus, Hispanicus, tum Annibalicus, Punicus, Macedonicus, et sic porro. Eorum autem ordo est secundum ordinem temporum, quibus bello primum misceri cum unoquoque populo cœperunt Romani; etiamsi interim, donec quemque populum penitus sibi subjecerunt, plurima alia inciderint. Seditionum vero domesticarum historia, Bellorumque Civilium, quæ præ ceteris horrenda eis acciderunt, distributa est per auctores, qui eos motus concitarunt; ut primus Liber Syllam cum Mario; alter Pompeium cum Cæsare; duo sequentes Antonium et alterum Cæsarem, cognomine Augustum, cum interfectoribus superioris Cæsaris; quintus denique eosdem, Cæsarem et Antonium, ipsos inter se contendentes, ostendat; quo civilium bellorum novissimo Ægyptus quoque in Romanorum cessit potestatem, et Romanum imperium in Monarchiam est mutatum.

XV. Ita quidem res singularum gentium in suos libros, et bella civilia juxta suos duces, digerentur. Ultimus autem liber, quantis exercitibus muniatur hoc imperium, quantosque reditus habeat e singulis provinciis, tum si quid insuper impendunt in classes præsidiarias, et quæ sunt ejusdem generis alia, declarabit. Exordium autem capere ab ipsa origine ejus populi conveniet, cujus de virtute sum scripturus. Quis autem sim, qui hæc conscripsi; et multi norunt, et ipse supra indicavi. Sed apertius etiam dicam; Appianus sum, Alexandrinus, Romæ primum in causis pro tribunali Augustorum agendis versatus, tum ab his ad primariam in patria mea dignitatem promotus, quippe quem Procuratorem ipsorum in his oris constituere dignati sunt. Ceterum si quis plura scire cupit, exstant et commentarii de vita nostra conscripti, e quibus reliqua poterit cognoscere.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΡΩΜΑΪΚΩΝ ΒΙΒΛΟΥ Α', ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΚΗΣ.

EX APPIANI ROMANARUM HISTORIARUM LIBRO I, SIVE DE REGIBUS.

EXCERPTA ET FRAGMENTA.

I. Ἐκ τοῦ Φωτίου.

Αἰνείας, τοῦ Ἀγχίσου, τοῦ Κάπυος, ἐν τῷ Τρωϊκῷ ἤκμασε πολέμῳ. Μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας ἔφυγε. Καὶ μετὰ μακρὰν πλάνην καταπλεῖ ἔς τινα τῆς Ἰταλίας αἰγιαλὸν, Λώρεντον ἐπικαλούμενον· ἔνθα καὶ στρατόπεδον αὐτοῦ δείκνυται, καὶ τὴν ἀκτὴν ἀπ' ἐκείνου Τροίαν καλοῦσιν. Ἦρχε τότε Ἀβοριγίνων, τῶν τῇδε Ἰταλῶν, Φαῦνος ὁ τοῦ Ἄρεως, ὃς καὶ ζεύγνυσιν Αἰνείᾳ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Λαουϊνίαν, καὶ δίδωσι γῆν ἐκ περιόδου σταδίων τετρακοσίων. Ὁ δὲ πόλιν τε ἔκτισε, καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς [Λαουϊνίας], Λαουίνιον ἐπωνόμασε. Τρίτῳ δὲ ἔτει, τοῦ Φαύνου τελευτήσαντος, ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν ὁ Αἰνείας κατὰ τὸ κῆδος, καὶ τοὺς Ἀβοριγίνας ἀπὸ τοῦ κηδεστοῦ Λατίνου Φαύνου Λατίνους ἐπωνόμασε. Τρίτῳ δὲ ἔτει πάλιν, ὑπὸ Ῥουτούλων τῶν Τυῤῥηνῶν, διὰ Λαουϊνίαν τὴν γυναῖκα, προμνηστευθεῖσαν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ, ἀναιρεῖται πολέμου νόμῳ ὁ Αἰνείας· καὶ τὴν ἀρχὴν διεδέξατο Εὐρυλέων, Ἀσκάνιος μετονομασθεὶς, ὃς ἐγεννήθη τῷ Αἰνείᾳ ἐκ Κρεούσης τῆς Πριάμου, τῆς ἐν Ἰλίῳ γενομένης αὐτῷ γυναικός· οἱ δὲ ἐκ τῆς Λαουϊνίας Ἀσκάνιον αὐτῷ γεννηθῆναί φασι, τὸν διάδοχον τῆς ἀρχῆς.

II. Ἀσκανίου δὲ τελευτήσαντος ἔτει τετάρτῳ μετὰ τὴν Ἄλβης οἴκισιν (καὶ γὰρ καὶ οὗτος ἔκτισε πόλιν, Ἄλβην καλέσας, καὶ ἀπὸ Λαουϊνίου τὸν λαὸν μετῴκισεν), ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν Σιλούϊος. Καὶ Σιλουΐου παῖδα Αἰνείαν Σιλούϊόν φασιν, Αἰνείου δὲ Λατῖνον Σιλούϊον, τοῦ δὲ Κάπυν, Κάπυος δὲ Κάπετον γενέσθαι, Καπέτου δὲ Τιβερῖνον, τοῦ δὲ Ἀγρίππαν, τοῦ δὲ Ῥωμύλον· καὶ τόνδε μὲν βληθῆναι κεραυνῷ· οὗ γενέσθαι παῖδα Ἀβεντῖνον, Ἀβεντίνου δὲ Προκᾶν γενέσθαι. Καὶ πᾶσι δὲ τὸ Σιλούϊον ἐπώνυμον ἦν. Τῷ δὲ Προκᾷ δύο ἐγενέσθην υἱοί· πρεσβύτερος μὲν Νεμέτωρ, νεώτερος δὲ Ἀμούλιος. Λαβόντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου παρὰ τοῦ πατρὸς τελευτῶντος τὴν ἀρχὴν, ὁ νεώτερος ὕβρει καὶ βίᾳ κατέσχεν ἀφελόμενος. Καὶ τὸν μὲν παῖδα τοῦ ἀδελφοῦ Ἔγεστον κτείνει· τὴν θυγατέρα δὲ Ῥέαν Σιλουΐαν, ἱέρειαν, ἵνα ἄπαις διαμείνῃ, καθίστησι. [Καὶ] τὸν μέντοι Νεμέτωρα τῆς εἰς τὸ σῶμα [τοῦ ἀδελφοῦ] ἐπιβουλῆς ἡ τῶν ἠθῶν ἐξεῖλκε πρᾳότης καὶ ἡ πολλὴ ἐπιείκεια. Ἀλλ' ἡ Σιλουΐα ἔκυε παρὰ τὸν νόμον· καὶ τὴν μὲν Ἀμούλιος ἐπὶ κολάσει συνελάμβανε, δύο δὲ παῖδας ἐκ τῆσδε γενομένους ποιμέσιν ἔδωκεν, εἰς τὸν πλησίον ποταμὸν ἐμβαλεῖν τὰ βρέφη· Θύβρις ἦν ὄνομα

I. *Excerptum Photii, in Bibliotheca, Cod.* LVII.

Æneas, Anchisæ filius, Capyis nepos, Trojano floruit bello. Capto autem Ilio profugit, et variis jactatus erroribus, ad Italiæ quoddam littus se applicuit, quod Laurentum dictum, ubi et castra illius ostenduntur, et ex ipso ora illa maritima Troja nominatur. Imperabat tum Aboriginibus, illius partis Italiæ populo, Faunus, Martis filius, qui et Æneæ filiam suam Laviniam nuptum dedit, atque quadringentorum in circuitu stadiorum agrum ei attribuit; ubi Æneas oppidum ædificavit, quod ab uxoris Laviniæ nomine Lavinium vocavit. Tertio abhinc anno exstincto Fauno, imperium nactus Æneas est jure affinitatis; et Aborigines a soceri Latini Fauni nomine Latinos nominavit. Tertio iterum anno a Rutulis, Tyrrheniæ populis, propter Laviniam, illorum regi antea desponsatam, bello illato tollitur Æneas; imperiumque Euryleon suscepit, Ascanius cognominatus. Hic Æneæ ex Creusa Priami filia, quam in Ilio uxorem ille habuerat, filius fuit; etsi alii ex Lavinia natum Æneæ Ascanium ferunt, regni successorem.

II. Mortuo dein Ascanio, quarto post anno quam Albam condiderat (etenim et hic oppidum condidit, quod Albam nominavit, eoque ex Lavinio coloniam deduxit), Silvius regni habenas accepit. Hujus Silvii filium Æneam Silvium faciunt; Æneæ dein filium Latinum Silvium, Latini Capyn, Capyos Capetum fuisse perhibent; tum Capeti Tiberinum; hujus Agrippam; Agrippæ Romulum; quem fulmine sublatum ferunt, relicto filio Aventino, ex quo Procas: hisque omnibus Silvii additum fuisse cognomentum memorant. Procæ duo filii erant: natu major Numitor, minor Amulius dictus. Quorum quum major, mortuo patre, regnum suscepisset, junior vi et per nefas illi ademit, fratrisque filium Egestum sustulit; filiam autem Rheam Silviam, ne qua liberorum spes esset, Vestalem legit. Ac Numitorem quidem, quum frater vitæ ejus insidiaretur, morum singularis comitas miteque ingenium periculo exemit. At Rheam, quod contra sacerdotii legem peperisset, Amulius puniendi causa in vincula conjecit; duos vero filios ex ea natos in vicinum fluvium, cui Tybris nomen erat, projiciendos pa-

τῷ ποταμῷ. Ῥῶμος δὲ καὶ Ῥωμύλος οἱ παῖδες, ἐξ Αἰνείου ἕλκοντες μητρόθεν τὸ γένος, τὸ γὰρ τοῦ φύσαντος ἄδηλον βδελυττόμενοι, τούτῳ μᾶλλον ἐκκαυχώμενοι ἦσαν.

storibus tradidit. Liberorum nomen Romus et Romulus erat; qui quum ab Ænea per matrem genus ducerent, incertam patris sortem detestantes, Æneæ magis gloriari consueverunt.

II. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Τῶν ἑπτὰ βασιλέων (Ῥωμύλου, Νουμᾶ Πομπιλίου, Ἄγκου Ὀστιλίου, καὶ Ἄγκου ἑτέρου τοῦ καὶ Μαρκίου, ἐπιγόνου Νουμᾶ, Ταρκυνίου, Σερουΐου Τυλλίου, καὶ Ταρκυνίου Λευκίου τοῦ Ταρκυνίου), ὁ πρῶτος, κτίστης τε Ῥώμης καὶ οἰκιστὴς γεγονώς, ἄρξας τε πατρικῶς μᾶλλον ἢ τυραννικῶς, ὅμως ἐσφάγη· ἤ, ὡς ἄλλοι φασίν, ἠφανίσθη. Ὁ δὲ δεύτερος, οὐδὲν ἧττον βεβασιλευκώς, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐτελεύτησε, ζήσας . . . Ὁ δὲ τρίτος ἐκεραυνώθη. Νόσῳ δὲ τὸν βίον ὁ τέταρτος ὑπεξῆλθεν. Ὁ δὲ πέμπτος ὑπὸ ποιμένων ἐσφάγη. Καὶ ὁ ἕκτος ὁμοίως σφαγῇ κατέστρεψε τὸν βίον. Ὁ δὲ ἕβδομος καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς βασιλείας, παρανομῶν, ἐξηλάθη. Ἐξ οὗ, τῆς βασιλείας καταλυθείσης, εἰς τοὺς ὑπάτους τὰ τῆς ἀρχῆς μετετέθη.

II. *Excerptum ejusdem Photii.*

Septem Roma reges habuit: Romulum, Numam Pompilium, Tullum Hostilium, Ancum Marcium, Numæ nepotem, Tarquinium, Servium Tullium, et L. Tarquinium, Tarquinii filium. Horum primus, auctor urbis et conditor, quamvis paterno magis, quam tyrannico more imperasset, trucidatus tamen est; vel, ut aliis placet, disparuit. Alter, nihilo præcedente in imperando inferior, ac forte etiam præstantior, anno ætatis . . . vitam finivit. Tertius fulmine ictus est. Quartus morbo e vita discessit. Quintus a pastoribus jugulatus periit. Sextus similiter cæsus, vitam cum morte commutavit. Septimus et urbe et regno ob tyrannidem exactus est. Inde, soluto regno, ad consules imperium translatum.

III. Ἐκ τοῦ Σουΐδα. — ΛΙΘΑΖΩ.

Κελεύσαντος δὲ Τατίου, τὸν χρυσὸν ἐς τὴν παῖδα ἐλίθαζον, ἔστε τιτρωσκομένη κατεχώσθη.

III. *Fragmentum apud Suidam.*

Jubente Tatio, (Sabini) aurum in puellam (Tarpeiam) projecerunt; donec vulneribus confecta, tumulo obrueretur.

IV. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ῥωμύλον Τατίου αἱ Ῥωμαίων γυναῖκες καὶ Σαβίνων θυγατέρες διήτησαν, αὗται τῷ χάρακι τῶν γονέων προσελθοῦσαι, χεῖράς τε προτείνουσαι, καὶ βρέφη τὰ ἤδη σφίσιν ἐκ τῶν ἀνδρῶν γενόμενα ἐπιδεικνύουσαι, καὶ τοῖς ἀνδράσι μαρτυροῦσαι, μηδὲν ὑβριστικὸν ἐς αὐτὰς ἁμαρτεῖν. Ἐδέοντό τε, οἶκτον λαβεῖν τινὰ τοὺς Σαβίνους σφῶν τε αὐτῶν, καὶ κηδεστῶν, καὶ ἐκγόνων καὶ θυγατέρων· καὶ φείσασθαι συγγενοῦς καὶ μιαροῦ πολέμου, ἢ πρώτας ἀνελεῖν, αἳ τὴν αἰτίαν ἔχουσι τοῦ πολέμου. Οἱ δέ, τῶν τε παρόντων ἀπορίᾳ, καὶ οἴκτῳ τῶν γυναικῶν, συγγιγνώσκοντες ἤδη, μὴ καθ' ὕβριν εἰργάσθαι ταῦτα Ῥωμαίους, ἀλλὰ ὑπὸ χρείας, ἐς τὰς διαλλαγὰς ἐνεδίδουν. Καὶ συνελθόντες Ῥωμύλος τε καὶ Τάτιος ἐς τὴν ἐξ ἐκείνου ἱερὰν καλουμένην ὁδόν, ἐπὶ τοῖσδε συνέβησαν· βασιλεύειν μὲν ἄμφω, Τάτιόν τε καὶ Ῥωμύλον· Σαβίνους δὲ τοὺς τότε τῷ Τατίῳ συστρατεύσαντας, καὶ εἴ τινες ἄλλοι τῶν Σαβίνων ἐθέλοιεν, ἐς τὸ Ῥωμαίων μετοικίζεσθαι ἐπ' ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ.

IV. *Excerptum* I *de Legationibus.*

Bellum Tatii cum Romulo uxores Romanorum, Sabinorum filiæ, composuerunt. Hæ enim ipsæ ad vallum parentum egressæ sunt; protensisque manibus infantes sibi ex maritis jam tum natos ostendentes, ac testimonium maritis exhibentes, nihil ab illis in se injuriose admissum esse, exorabant Sabinos, ipsi se et generos, et nepotes, filias denique, miserarentur, ac nefario inter consanguineos belli facerent finem: aut ipsas se prius, quarum causa ortum esset bellum, interficerent. Illi, partim præsenti difficultate commoti, partim misericordia mulierum tacti, quum et ipsi jam intelligerent, non libidine faciendi injuriam, sed necessitate coactos, facinus illud patrasse Romanos, pacis conditionibus aures præbent. Igitur Romulus Tatiusque, in ea quæ ex illa re Sacra via nominata est congressi, hac lege pacem fecerunt, ut ambo Romulus Tatiusque regnarent, Sabini autem qui cum Tatio militassent, et si qui præterea ejusdem populi voluissent, Romam æquo jure habitatum concederent.

V. Ἐκ τοῦ Σουΐδα. — ΙΔΙΟΞΕΝΟΣ.

Ὁ δὲ στρατηγός, αἰσθόμενος παρ' ἰδιοξένῳ, ἐξήγγειλεν Ὀστιλίῳ.

V. *Fragmentum apud Suidam.*

Imperator autem Albanorum, Fufetius, eam rem, quum a privato hospite intellexisset, Hostilio renunciavit.

VI. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ. — ΒΛΑΣΦΗΜΩ.

Οἱ δὲ ἐβλασφήμουν αὐτόν, ὡς κακῶς ἐπὶ τρισὶν ἀνδράσι τὰ πάντα θέμενον.

VI. *Apud eumdem Suidam.*

Alii conviciis eum (Tullum Hostilium) insectabantur, eo quod tribus viris (Horatiis) rerum omnium fortunam temere commisisset.

VII. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ. — ΔΙΚΑΙΟΥΝ.

Συμβάσεις ποιεῖν, ἐφ' οἷς ἂν Γάβιοι δικαιῶσιν.

VII. *Apud eumdem.*

(Romani censebant,) pacem faciendam esse (a Tarquinio Superbo) iis conditionibus, quas Gabini æquas esse censuissent.

VIII. Ἐκ Γραμματικοῦ ἀνωνύμου.

Ὠνεῖται τὰ τρία βιβλία τῆς τιμῆς τῶν ἐννέα.

VIII. *Apud Grammaticum San-Germanensem, Bekk. Anecd* p. 180, 15.

Emit (Tarquinius) tres libros (a Sibylla oblatos) tanti, quanti antea novem fuerant ab illa æstimati.

IX. Ἐκ τοῦ Σουίδα. — ΟΡΑΤΙΟΣ ΑΧΡΗΣΤΙΑ.

Ὁ δὲ Ὁράτιος λελωβημένος ἦν τὰ σκέλη· ὑπατείας τε οὐκ ἔτυχεν, οὔτε ἐν πολέμῳ, οὔτε ἐν εἰρήνῃ, διὰ τὴν ἀχρηστίαν τῶν ποδῶν.

IX. *Fragmentum apud Suidam.*

Horatius (Cocles) crura habebat debilitata, neque vel belli vel pacis tempore consul creabatur, eo quod usu pedum careret.

X. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ. — ΠΡΟΣΗΣΕΣΘΑΙ.

Οἱ ὕπατοι τὰ ὅρκια προὔτειναν· καὶ ἐς πάντα ἔφασαν ἐνδώσειν μᾶλλον, ἢ Ταρκύνιον προσήσεσθαι.

X. *Suidas.*

Consules ad juramentum, quo se obstrinxerant, provocarunt; et, quamlibet aliam pacis conditionem se accepturos potius, quam Tarquinium recepturos, professi sunt.

XI. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

ἀκουσίαις συνῆσαν. Πρόφασιν δὲ τῆς παρανομίας ἔφερον, ὅτι Ῥηγῖνοι τὴν φρουρὰν προεδίδοσαν Πύῤῥῳ. Καὶ Δέκιος μὲν ἀντὶ φρουράρχου ἦν, καὶ φιλίαν ἔθετο Μαμερτίνοις, τοῖς ἐπὶ τοῦ πορθμοῦ τοῦ Σικελικοῦ κατῳκημένοις, οὐ πρὸ πολλοῦ κἀκείνοις εἰς ἰδίους ξένους ὅμοια δεδρακόσι.

2. Ἀλγήσαντα δ' αὐτὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ἐν Ῥηγίῳ ἰατροῖς ἀπιστοῦντα, μετάπεμπτος ἀπὸ Μεσσήνης ἐθεράπευε Ῥηγῖνος ἀνὴρ, μετῳκηκὼς ἐς Μεσσήνην πρὸ πολλοῦ, ὅτι Ῥηγῖνος ἦν ἀγνοούμενος. Οὗτος αὐτὸν ἔπεισεν, ἐπὶ ἀπαλλαγῇ συντόμῳ, φαρμάκων ἀνασχέσθαι θερμῶν. Καὶ χρίσας τοῖς κατακαίουσι καὶ δαπανῶσιν, ἐκέλευσεν ἀνασχέσθαι τοῦ πόνου, μέχρι αὐτὸς ἐπανέλθοι· καὶ λαθὼν ἔπλευσεν ἐς Μεσσήνην. Ὁ δ' ἐς πολὺ τῆς ὀδύνης ἀνασχόμενος, ἀπενίψατο, καὶ εὗρε τοὺς ὀφθαλμοὺς δεδαπανημένους.

3. Φαβρίκιος δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπὶ διορθώσει τῶνδε πεμφθεὶς, τήν τε πόλιν τοῖς ἔτι Ῥηγίνοις λοιποῖς ἀπεδίδου, καὶ τῶν φρουρῶν τοὺς αἰτίους τῆς ἀποστάσεως ἐς Ῥώμην ἔπεμψεν· οἱ μαστιγωθέντες ἐν ἀγορᾷ μέσῃ, τὰς κεφαλὰς ἀπεκόπησαν, καὶ ἐξεῤῥίφησαν ἄταφοι. Δέκιος δὲ φυλασσόμενος ἐπιμελῶς, οἷα πηρὸς, ἑαυτὸν διεχρήσατο.

X. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι ὁ Πύῤῥος ὁ βασιλεὺς τῆς Ἠπείρου, νικήσας τοὺς Ῥωμαίους, καὶ ἀναλαβεῖν χρῄζων τὴν στρατιὰν ἐκ μάχης εὐτόνου, καὶ Ῥωμαίους ἐλπίζων ἐς διαλύσεις τότε μάλιστα ἐνδώσειν, ἔπεμπεν ἐς Ῥώμην Κινέαν τὸν Θεσσαλὸν, δόξαν ἐπὶ λόγοις ἔχοντα μιμεῖσθαι τὴν Δημοσθένους ἀρετήν. Καὶ παρελθὼν ὁ Κινέας ἐς τὸ βουλευτήριον, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τοῦ βασιλέως ἐσεμνολόγει, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ ἀγῶνι μετριοπάθειαν κατελογίζετο, μήτ' ἐπὶ τὴν πόλιν εὐθὺς ἐλάσαντος, μήτ' ἐπὶ τὸ ἡσσημένων στρατόπεδον· ἐδίδου δ' αὐτοῖς εἰρήνην καὶ φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς Πύῤῥον· εἰ Ταραντίνους μὲν ἐς ταῦτα συμπεριλάβοιεν, τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ κατοικοῦντας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἐῷεν, Λευκανοῖς δὲ καὶ Σαυνίταις καὶ Δαυνίοις καὶ Βρεττίοις ἀποδοῖεν ὅσα αὐτῶν ἔχουσι πολέμῳ λαβόντες. Καὶ γιγνομένων, ἔφη, τούτων, Πύῤῥον ἀποδώσειν αὐτοῖς τοὺς αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων.

2. Οἱ δ' ἐνεδοίαζον ἐπὶ πλεῖστον, τῇ τε δόξῃ τοῦ Πύῤῥου καὶ τῷ συμβεβηκότι πάθει καταπλαγέντες· ἕως Ἄππιος Κλαύδιος, ὁ Καῖκος ἐπίκλησιν, ἤδη τετυφλωμένος, εἰς τὸ βουλευτήριον τοῖς παισὶν αὐτὸν ἀγαγεῖν κελεύσας, Ἠχθόμην, εἶπεν, ὅτι μὴ βλέπω· νῦν δ', ὅτι ἀκούω. Τὰ γὰρ τοιαῦτα ὑμῶν βουλεύματα ἠξίουν μήθ' ὁρᾷν, μήτ' ἀκούειν· οἱ δι' ἓν ἀτύχημα ἀθρόως οὕτως ἑαυτῶν ἐκλέλησθε, καὶ τὸν τοῦτο δράσαντα, αὐτόν τε, καὶ τοὺς ἐπαγομένους αὐτὸν, βουλεύεσθε φίλους ἀντὶ πολεμίων θέσθαι, καὶ τὰ τῶν προγόνων κτήματα Λευκανοῖς καὶ Βρεττίοις δοῦναι. Τί τοῦτ' ἔστιν, ἢ Ῥωμαίους ἐπὶ Μακεδόσι γενέσθαι; καὶ

invitas sibi copularunt. Causam autem flagitii illius hanc prætendebant, quod Rhegini præsidium Pyrrho prodere voluissent. Sic Decius ex præfecto præsidii tyrannus factus est, et cum Mamertinis, qui, trans fretum Siculum habitantes, eodem scelere nuper adversus suos hospites usi erant, societatem contraxit.

2. Cæterum gravi oculorum dolore correptus Decius, cum Rheginorum medicis diffideret, medicum quemdam ex urbe Messana accersivit, qui jam pridem Rhegio Messanam migraverat; quare paucis notum erat, quod Rheginus esset. Is Decio persuasit, si liberari eo dolore quam primum vellet, ut medicamentis calidioribus uteretur : statimque imposito ejusmodi collyrio, quod adurendi ac depascendi vim haberet, eum dolorem tantisper tolerare jussit, quoad ipse rediisset. Interim clam Messanam navigavit. At Decius quum dolorem diu sustinuisset, tandem, abluto collyrio, luminibus se orbatum reperit.

3. Deinceps Fabricius ad ista restituenda missus a Romanis, urbem Rheginis, qui adhuc supererant, reddidit, et milites defectionis auctores Romam misit; qui medio in foro virgis cæsi et capite truncati sunt, sepultura quoque corporibus denegata. Decius vero orbatus luminibus, cum arctissima custodia teneretur, manus sibi ipse attulit.

X. *Excerptum* VI *de Legationibus.*

Pyrrhus, rex Epiri, post victoriam de Romanis partam, quum ex acerrima pugna reficere copias suas cuperet, et Romanos tunc maxime speraret inituros pacem; Cineam Thessalum Romam misit, virum eloquentiæ laude ita clarum, ut etiam cum Demosthene conferretur. Is igitur senatum ingressus, cum alia multa de rege magnifice locutus est, tum vero humanitatem, qua post pugnam usus esset, multis verbis extulit; quod neque ad urbem confestim, nec ad fugatorum castra, duxisset exercitum. Pacem autem et amicitiam Pyrrhi armorumque societatem his conditionibus obtulit Romanis : si Tarentinos eadem societate comprehenderent, reliquos vero Græcos, Italiam incolentes, liberos suique juris esse sinerent; denique Lucanis, Samnitibus, Dauniis atque Brutiis, quidquid illis bello abstulissent, restituerent. Id si fecissent, inquit, Pyrrhum ipsis captivos sine pretio esse redditurum.

2. Ad hæc Romani diutissime, quodnam consilium caperent, addubitarunt, virtute Pyrrhi acceptaque calamitate perculsi; donec tandem Appius Claudius, cui ob amissum senectute usum oculorum Cæcus cognomen erat, quum filios in curiam sese ducere jussisset, hæc verba fecit : Amissum oculorum usum dolueram; nunc, quod non simul aures obsurduerunt, doleo. Etenim hujusmodi vos deliberationem agitantes nec videre unquam, nec audire, volueram. Hanc vos, unam ob calamitatem, subito vestrum obliti? ut in deliberationem adducere sustineatis, is qui eam fecit, et hi qui eum advocarunt, amici ne an hostes sint habendi? et res virtute majorum nostrorum partæ, sint ne Brutiis Lucanisque tradendæ? Quid hoc est aliud, nisi Romanos, Macedonum se servos esse, profiteri? Atque hoc

ταῦτά τινες εἰρήνην, ἀντὶ δουλείας, τολμῶσιν ὀνομάζειν. Ἄλλα τε πολλὰ ὅμοια τούτοις ὁ Ἄππιος εἰπών, καὶ ἐρεθίσας, εἰσηγήσατο· Πύῤῥον, εἰ δέοιτο τῆς Ῥωμαίων φιλίας καὶ συμμαχίας, ἐξ Ἰταλίας ἀπελθόντα πρεσβεύειν· παρόντα δὲ μήτε φίλον ἡγεῖσθαι, μήτε σύμμαχον, μήτε Ῥωμαίοις δικαστὴν ἢ διαιτητήν.

3. Καὶ ἡ βουλὴ ταῦθ᾽, ἅπερ καὶ Ἄππιος εἶπεν, ἀπεκρίνατο Κινέᾳ. Λαιβίνῳ δ᾽ ἄλλα δύο τέλη καταλέγοντες, ἐκήρυξαν οὕτως· εἴ τις ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων αὐτὸν ἐπιδίδωσιν, ἐς τὴν στρατιὰν ἀπογράφεσθαι. Καὶ ὁ Κινέας ἔτι παρών, καὶ θεώμενος αὐτοὺς ὠθουμένους ἐς τὰς ἀπογραφάς, λέγεται πρὸς τὸν Πύῤῥον ἐπανελθὼν εἰπεῖν· ὅτι πρὸς ὕδραν ἐστὶν αὐτοῖς ὁ πόλεμος. Οἱ δὲ οὐ Κινέαν, ἀλλὰ Πύῤῥον αὐτόν, εἰπεῖν τοῦτο τὸ ἔπος, ἰδόντα τὴν στρατιὰν τῶν Ῥωμαίων τῆς προτέρας πλείονα. Καὶ γὰρ ὁ ἕτερος ὕπατος τῷ Λαιβίνῳ Κορουγκάνιος ἧκεν ἐκ Τυῤῥηνίας μεθ᾽ ἧς εἶχε παρασκευῆς. Λέγεται δὲ καὶ τἄλλα περὶ τῆς Ῥώμης πυνθανομένῳ Πύῤῥῳ Κινέας εἰπεῖν, ὅτι πόλις ἐστὶ στρατηγῶν ὅλη. Καὶ τοῦ Πύῤῥου θαυμάσαντος, μεταλαβὼν φάναι, βασιλέων μᾶλλον ἢ στρατηγῶν. Πύῤῥος δ᾽, ὡς οὐδὲν εἰρηναῖον οἱ παρὰ τῆς βουλῆς ἀπήντησεν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἠπείγετο, πάντα δῃῶν. Καὶ φθάνει μὲν ἐς πόλιν Ἀναγνίαν· βαρεῖαν δ᾽ ἔχων ἤδη τὴν στρατιὰν ὑπὸ λείας καὶ πλήθους αἰχμαλώτων, ἀναθέμενος μάχην, ἀνέστρεφεν ἐπὶ Καμπανίας, ἡγουμένων τῶν ἐλεφάντων, καὶ τὴν στρατιὰν ἐς χειμασίαν κατὰ πόλεις διῄρει.

4. Ῥωμαίων δὲ πρέσβεις αὐτὸν ἠξίουν λύσασθαι τῇ πόλει τοὺς αἰχμαλώτους, ἢ ἀντιλαβεῖν ὅσους ἔχουσι Ταραντίνων, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων αὐτοῦ. Ὁ δέ, σπενδομένοις, ἔφη, καθάπερ προεῖπε Κινέας, χαριεῖσθαι τοὺς αἰχμαλώτους· πολεμοῦσι δ᾽ οὐ δώσειν ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἄνδρας τοιούτους καὶ τοσούτους. Ἐξένιζε δ᾽ αὐτοὺς βασιλικῶς. Καὶ τὸν τῆς πρεσβείας ἡγούμενον Φαβρίκιον πυνθανόμενος ἐν τῇ πόλει μέγα δύνασθαι, καὶ δεινῶς πένεσθαι, καθωμίλει λέγων· εἰ πράξειεν αὐτῷ τὰς διαλύσεις, ὑποστράτηγον καὶ κοινωνὸν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἀπάξειν ἐς Ἤπειρον· χρήματά τε αὐτὸν λαβεῖν ἐντεῦθεν ἤδη παρεκάλει, πρόφασιν ὡς δώσοντα τοῖς τὴν εἰρήνην ἐργασομένοις. Ἐπιγελάσας δ᾽ ὁ Φαβρίκιος, περὶ μὲν τῶν κοινῶν οὐδ᾽ ἀπεκρίνατο· Τὴν δ᾽ ἐμήν, ἔφη, παῤῥησίαν οὔτε τῶν σῶν φίλων οὐδείς, οὔτε αὐτὸς οἴσεις σύ, ὦ βασιλεῦ· καὶ τὴν πενίαν τὴν ἐμαυτοῦ μακαρίζω μᾶλλον, ἢ τὸν τῶν τυράννων πλοῦτον ὁμοῦ καὶ φόβον. Οἱ δὲ οὐχ οὕτω φασὶν αὐτόν, ἀλλ᾽, ὅτι μου τῆς φύσεως Ἠπειρῶται μεταλαβόντες, ἐμὲ σοῦ προθήσουσιν.

5. Ὁποτέρως δ᾽ οὖν ἀπεκρίνατο, θαυμάσας αὐτὸν τοῦ φρονήματος ὁ Πύῤῥος, ἑτέραν ὁδὸν ἐς τὰς διαλλαγὰς ἐπενόει· καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐς τῶν Κρονίων τὴν ἑορτὴν ἔπεμπεν ἄνευ φυλάκων, ἐφ᾽ ᾧ, δεχομένης μὲν τῆς πόλεως ἃ ὁ Πύῤῥος προτείνει, μένειν καὶ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολελῦσθαι· μὴ δεχομένης δέ, ἑορτάσαντα

nonnulli pacem, non servitutem, audent nominare? Hæc et in eam sententiam plurima alia, quæ ad incitandos animos valerent, locutus Appius, censuit : Pyrrhum, siquidem cum Romanis amicitiam societatemque contrahere cuperet, Italia prius excedere, ac tum demum legatos mittere oportere : quousque autem maneret, neque amicum aut socium, neque judicem Romanorum arbitrumve esse habendum.

3. Hæc quemadmodum Appius dixit, Cineæ respondit senatus. Dein quum novas duas legiones Lævino conscribere decrevisset, hæc verba proclamaverunt præcones : Qui in locum defunctorum se offerre cupit, iis nomen militiæ dato? Ac Cineas, Romæ etiamnum præsens, ubi certatim ad nomina militiæ danda ruere multitudinem vidit, ad Pyrrhum reversus, dixisse regi fertur : cum hydra ipsis bellum esse. Alii vero, non Cineam, sed ipsum Pyrrhum, quum exercitum Romanorum priori majorem conspexisset, verbum illud dixisse, tradunt : nam alter etiam Consulum Coruncanius, ex Etruria cum copiis, quas habebat, Lævino se conjunxit. Sed et alia de Roma percunctanti Pyrrho respondisse fertur Cineas, imperatorum urbem sibi visam; et mirante Pyrrho, porro excepisse : imo regum potius, quam imperatorum. Pyrrhus vero, quum nihil ei ad pacem esset a senatu responsum, adversus Romam contendit, omnia in itinere populans : ac jam ad Anagniam usque oppidum progressus erat, quum gravem præda et captivorum multitudine videns exercitum, dilata in aliud tempus pugna, præmissis elephantis, in Campaniam est reversus, et copias in hiberna per oppida distribuit.

4. Ibi Romanorum eum convenientes legati, de captivis pretio redimendis cum eo agebant, aut si mallet, Tarentinos, et quotquot ex reliquis ejus sociis in sua essent potestate, contra dare offerebant. At ille : si pacem essent facturi, quemadmodum Cineas prædixisset, gratuito, ait, captivos se eis esse redditurum. Bellum vero gerentibus non traditurum contra sese tantum talium virorum numerum. Ceterum regie excepit legatos, et principem legationis Fabricium, quem multum in civitate posse et admodum pauperem esse intellexerat, adiens : si pacem sibi, inquit, conciliasset, se copiis suis eum præfecturum, et omnium fortunarum suarum participem in Epirum secum transducturum. Jamque nunc pecuniam accipere eum hortatur; speciem prætendens, ut his eam daret, qui pacem perfecissent. Ad hæc ridens Fabricius, de re publica quidem nihil respondit; sed, Meam vero libertatem, inquit, neque amici tui, neque tu ipse, Rex, ferre posses; et paupertatem meam beatiorem duco omnibus regum divitiis cum metu conjunctis. Alii vero non id quidem, sed hoc, dixisse ferunt : Vide, ne Epirotæ meos fuerint mores assumturi, meque tibi antelaturi.

5. Sed utrumvis horum dixerit, admirans animum viri Pyrrhus, aliam viam componendæ pacis sibi tentandam vidit; et captivos, ad celebranda nimirum Saturnalia, sine custodibus liberos dimisit, hac conditione, ut, si Pyrrhi conditiones acciperet populus, soluti captivitate manerent; sin minus, celebrato festo ad sese redirent. Hos senatus,

ἐπανήκειν ἐς αὐτόν. Τούτους ἡ βουλή, πάνυ παρακαλοῦντας καὶ ἐνάγοντας ἐς τὰς διαλύσεις, ἐκέλευσεν ἑορτάσαντας Πύῤῥῳ παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ, καὶ θάνατον ἐπέταξε τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῆς ἡμέρας. Οἱ δὲ καὶ αὐτὴν ἅπαντες ἐφύλαξαν· καὶ Πύῤῥῳ πολεμητέα πάντως αὖθις ἐδόκει.

enixe licet orantes, et ad ineundam pacem commovere studentes, jussit, celebrato festo, ante definitum diem Pyrrho sese ipsos tradere, mortis pœna constituta his qui post illum diem remansissent. Atque eum diem etiam cuncti observaverunt. Quare, ad arma sibi omnino redeundum esse, Pyrrhus judicavit.

XI. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι τὸν Πύῤῥον ἤδη μὲν τὰ Ῥωμαίων κατέπλησσεν, ἐτάρασσε δὲ καὶ τὰ ἐν Μολοσσοῖς θορυβούμενα. Ἀγαθοκλῆς τε, ἄρχων Σικελίας, ἄρτι ἐτεθνήκει· οὗ θυγατέρα Λάνειαν ἔχων ὁ Πύῤῥος ἐν ταῖς γυναιξὶ, τὴν νῆσον οἰκείαν ἀντὶ τῆς Ἰταλίας περιεβλέπετο. Ὤκνει δ' ὅμως ἔτι τοὺς ἐπικαλέσαντας ἄνευ τινὸς εἰρήνης καταλιπεῖν. Ἄσμενος οὖν τῆς προφάσεως τῆς περὶ τὸν αὐτόμολον ἐπιβὰς, ἐμαρτύρει τοῖς ὑπάτοις, καὶ Κινέαν ἔπεμπεν ἐς Ῥώμην, χάριν ὁμολογήσοντα τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀμοιβὴν ἄγοντα, εἰρήνην τε ὅπῃ δύναιτο πράξοντα. Δῶρα δ' ὁ Κινέας ἔφερε πολλὰ μὲν ἀνδράσι, πολλὰ δὲ γυναιξί· φιλοχρήματον καὶ φιλόδωρον εἶναι τὴν πόλιν πυθόμενος, καὶ τὰς γυναῖκας ἰσχύειν παρὰ Ῥωμαίοις ἐκ παλαιοῦ.

2. Οἱ δὲ περὶ μὲν τῶν δώρων ἐνεκελεύσαντο ἀλλήλοις· καί φασιν οὐδένα λαβεῖν οὐδὲν, οὔτε ἄνδρα, οὔτε γυναῖκα. Ἀπεκρίναντο δ' αὐτῷ, καθὰ καὶ πρότερον· ἀπελθόντα Πύῤῥον ἐξ Ἰταλίας, πρεσβεύειν πρὸς αὐτοὺς ἄνευ δώρων· ἀπορήσειν γὰρ οὐδενὸς τῶν δικαίων. Τοὺς δὲ πρέσβεις καὶ αὐτοὶ πολυτελῶς ἐξένιζον, καὶ Πύῤῥῳ τοὺς Ταραντίνων καὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ συμμάχων αἰχμαλώτους ἀντέπεμπον. Ὁ μὲν δὴ Πύῤῥος ἐπὶ τούτοις, ἐς Σικελίαν διέπλει μετά τε τῶν ἐλεφάντων,... καὶ ὀκτακισχιλίων ἱππέων, ὑποσχόμενος τοῖς συμμάχοις ἐκ Σικελίας ἐπανήξειν ἐς τὴν Ἰταλίαν. Καὶ ἐπανῆλθεν ἔτει τρίτῳ, Καρχηδονίων αὐτὸν ἐξελασάντων ἐκ Σικελίας.

XI. *Excerptum* VII *de Legationibus.*

Jam Pyrrhum res Romanæ perculerunt : commovebant vero et turbæ in Molossis exortæ. Simul, mortuo nuper Agathocle, Siciliæ rege, cujus filia Lania [*vel* Lanassa] Pyrrho nupserat, insulam propius ad se, quam Italia, pertinentem circumspicere cœpit. Sed pudebat, socios, qui se advocassent, sine aliqua pacis compositione relinquere. Cupidus igitur occasionem arripiens, quam transfuga proditor præbuerat, consulibus gratum suum animum, quod eorum beneficio servatus esset, professus est, atque ad id ipsum confirmandum Cineam misit, qui etiam captivos in beneficii remunerationem Romam adducendos tradidit; jussitque, quoquo modo posset, pacem componeret. Munera autem complura tum viris, tum matronis distribuenda, secum attulit Cineas; quandoquidem auri munerumque cupidam esse urbem, et ab antiquis temporibus multum apud Romanos posse mulieres, intellexerat.

2. Sed illi de donis mutuo sese adhortabantur : neque quemquam, aiunt, nec virum, nec feminam, quidquam de his accepisse. Responsum autem idem, quod prius, Cineæ dederunt : Italia ubi discessisset Pyrrhus, legatos ad sese sine muneribus mitteret; sic a quoquam nihil ab ipsis esse laturum. Legatos autem et ipsi magnifice exceperunt, Pyrrhoque quotquot Tarentinorum aliorumque ejus sociorum captivos habuerant vicissim remiserunt. Quibus rebus confectis Pyrrhus, cum elephantis suis equitumque octo millibus, in Siciliam trajecit, pollicitus sociis, se ex Sicilia in Italiam reversurum. Rediitque tertio post anno, Carthaginiensibus eum Sicilia expellentibus.

XII. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Πύῤῥος μετὰ τὴν μάχην καὶ τὰς πρὸς Ῥωμαίους συνθήκας ἐς Σικελίαν διέπλει, ὑποσχόμενος τοῖς συμμάχοις ἐκ Σικελίας ἐπανήξειν ἐς Ἰταλίαν. Καὶ ἐπανῆλθεν ἔτει τρίτῳ, Καρχηδονίων αὐτὸν ἐξελασάντων ἐκ Σικελίας, ἤδη καὶ τοῖς Σικελιώταις βαρὺν ἐπί τε ξενίαις καὶ χορηγίαις, καὶ φρουραῖς, καὶ εἰσφοραῖς γενόμενον. Ὁ μὲν δὴ πλούσιος ἐκ τῶνδε γεγονὼς, ἐς τὸ Ῥήγιον διέπλει ναυσὶ καταφράκτοις δέκα καὶ ἑκατὸν, φορτίσι δὲ καὶ ὁλκάσι πολὺ πλείοσιν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, διαναυμαχήσαντες αὐτῷ, κατέδυσαν ναῦς ἑβδομήκοντα, καὶ τὰς λοιπὰς ἄπλους ἐποίησαν, πλὴν δώδεκα μόνων. Αἷς ὁ Πύῤῥος διαφυγὼν ἐτίνυτο Λοκροὺς τοὺς Ἐπιζεφυρίους, ὅτι φρουρὰν αὐτοῦ καὶ τὸν φρούραρχον αὐτῆς, ὑβρίσαντας ἐς αὐτοὺς, ἀνῃρήκεσαν. Ὠμῶς δ' αὐτοὺς καὶ πικρῶς κτείνων τε καὶ συλῶν ὁ Πύῤῥος, οὐδὲ τῶν ἀναθημάτων τῆς Περ-

XII. *Excerptum Peirescianum.*

Post pugnam, composita cum Romanis pace, Pyrrhus in Siciliam trajecit, pollicitus sociis, se ex Sicilia brevi in Italiam reversurum. Ac tertio post anno reversus est, a Carthaginiensibus Sicilia pulsus, quum jam et ipsis Siculis propter molesta hospitia et imperatas præbitiones, præsidiaque et tributa eis imposita, gravis ac exosus fuisset. Quibus tributis ditatus, Rhegium versus vela fecit, navibus tectis decem supra centum, onerariis actuariisque multo pluribus. Sed Pœni eum pugna navali aggressi, naves septuaginta ei depresserunt, reliquasque inutiles reddiderunt, præter duodecim duntaxat; cum quibus quum fuga Pyrrhus Locros Epizephyrios venisset, pœnas petiit a Locrensibus, quod præsidium ipsius cum præfecto, a quibus injuria fuerant affecti, necavissent. Tanta autem acerbitate in illos cædibus simul ac rapinis sæviit, ut nec a donariis

σεφόνης ἀπέσχετο· ἐπισκώψας, τὴν ἄκαιρον εὐσέβειαν εἶναι δεισιδαιμονίαν· τὸ δὲ συλλέξαι πλοῦτον ἄπονον, εὐβουλίαν.

2. Ἀναχθέντα δ' αὐτὸν μετὰ τῶν σύλων, χειμὼν ὑπέλαβε, καὶ τῶν νεῶν τὰς μὲν κατέδυσε καὶ διέφθειρεν αὐτοῖς ἀνδράσι, τὰς δ' ἐς τὴν γῆν ἐξέῤῥιψε. Τὰ δὲ ἱερὰ πάντα σῶα ὁ κλύδων ἐς τοὺς Λοκρῶν λιμένας ἐπανήγαγεν· ὥστε καὶ Πύῤῥον ὀψὲ τῆς ἀσεβείας αἰσθόμενον ἀναθεῖναί τε αὐτὰ ἐς τὸ ἱερὸν τῇ Περσεφόνῃ, καὶ θυσίαις ἱλάσκεσθαι τὴν θεὸν πολλαῖς. Τῶν δὲ ἱερῶν οὐκ ἀπαντώντων, ἔτι μᾶλλον ἐξεμαίνετο· καὶ τοὺς περὶ τῆς ἱεροσυλίας αὐτῷ συμβουλεύσαντας, ἢ λέγοντι συνθεμένους, ἢ διακονησαμένους τὸ ἔργον, ἔκτεινεν. Ὁ μὲν δὴ Πύῤῥος οὕτως ἐπεπράχει κακῶς.

Proserpinæ abstineret, cavillatus per jocum, intempestive religionem colere superstiosorum esse; opes vero colligere sine labore paratas, prudentis viri.

2. His spoliis in naves impositis cum terra solvisset, insecuta tempestas navium alias laceravit et cum ipsis hominibus submersit, alias vero in terram ejecit. Cæterum sacræ omnes opes ad littus Locrensium maris æstu adductæ sunt. Quare Pyrrhus ipse, sero agnito scelere, cuncta Proserpinæ fano restituit, ac plurimis hostiis placare iram Deæ studuit. Sed quum non addicerent victimæ, majori etiam furore incensus, quicumque auctores ipsi ejus sacrilegii aut assensores aut ministri fuerant, trucidavit. In hanc igitur calamitatem res Pyrrhi erant adductæ.

ΕΚ ΤΗΣ

ΤΩΝ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΟΥ Δ′,

ΤΗΣ ΚΕΛΤΙΚΗΣ.

EX APPIANI

ROMANARUM HISTORIARUM

LIBRO IV,

DE REBUS GALLICIS.

EXCERPTA AC FRAGMENTA.

I. Ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ Κελτικῶν.

Κελτοὶ Ῥωμαίοις ἐπεχείρησαν πρῶτοι, καὶ τὴν Ῥώμην εἷλον, ἄνευ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ ἐμπεπρήκασι. Κάμιλλος δὲ αὐτοὺς ἐνίκησε καὶ ἐξήλασε· καὶ μετὰ χρόνον ἐπελθόντας αὖθις ἐνίκησε, καὶ ἐθριάμβευσεν ἀπ' αὐτῶν, ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Καὶ τρίτη δὲ Κελτῶν στρατιὰ ἐμβέβληκεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἣν καὶ αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι διεφθάρκασιν ὑφ' ἡγεμόνι Τίτῳ Κοϊντίῳ. Μετὰ δὲ ταῦτα Βοιοὶ, Κελτικὸν ἔθνος θηριωδέστατον, ἐπῆλθε Ῥωμαίοις. Καὶ αὐτοῖς Γάϊος Σουλπίκιος δικτάτωρ μετὰ στρατιᾶς ἀπήντα, ὅστις καὶ στρατηγήματι τοιούτῳ χρήσασθαι λέγεται· ἐκέλευσε γὰρ τοὺς ἐπὶ τοῦ μετώπου τεταγμένους, ἐξακοντίσαντας ὁμοῦ, συγκαθίσαι τάχιστα, μέχρι βάλωσιν οἱ δεύτεροι, καὶ τρίτοι καὶ τέταρτοι· τοὺς δ' ἀφιέντας, ἀεὶ συνίζειν, ἵνα μὴ κατ' αὐτῶν ἐνεχθείη τὰ δόρατα· βαλόντων δὲ τῶν ὑστάτων, ἀναπηδᾶν πάντας ὁμοῦ, καὶ σὺν βοῇ τάχιστα ἐς χεῖρας ἰέναι. Καταπλήξειν γὰρ ὧδε τοὺς πολεμίους τοσῶνδε δοράτων ἄφεσιν, καὶ ἐπ' αὐτῇ ταχεῖαν ἐπιχείρησιν. Τὰ δὲ δόρατα ἦν οὐκ ἐοικότα ἀκοντίοις· ἃ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὑσσοὺς, ξύλου τετραγώνου τὸ ἥμισυ, καὶ τὸ ἄλλο σιδήρου, τετραγώνου καὶ τοῦδε, καὶ μαλακοῦ, χωρίς γε τῆς αἰχμῆς. Καὶ οἱ Βοιοὶ οὖν ὑπὸ Ῥωμαίων τότε ἐφθάρησαν πανστρατιᾶ.

2. Ἄλλους δὲ πάλιν Κελτοὺς ἐνίκα Ποπίλλιος· καὶ μετ' ἐκεῖνον τοὺς αὐτοὺς Κάμιλλος, ὁ τοῦ Καμίλλου υἱός. Ἔστησε δὲ κατὰ Κελτῶν καὶ Πάππος Αἰμίλιος τρόπαια. Πρὸ δὲ τῶν τοῦ Μαρίου ὑπατειῶν, πλεῖστόν τι καὶ μαχιμώτατον, τῇ τε ἡλικίᾳ μάλιστα φοβερώτατον, χρῆμα Κελτῶν εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Γαλατίαν εἰσέβαλε, καί τινας ὑπάτους Ῥωμαίων ἐνίκησε, καὶ στρατόπεδα κατέκοψεν· ἐφ' οὓς ὁ Μάριος ἀποσταλεὶς, ἅπαντας διέφθειρε. Τελευταῖα δὲ καὶ μέγιστα τῶν ἐς Γαλάτας Ῥωμαίοις πεπραγμένων ἐστὶ τὰ ὑπὸ Γαΐῳ Καίσαρι στρατηγοῦντι γενόμενα. Μυριάσι τε γὰρ ἀνδρῶν ἀγρίων, ἐν τοῖς δέκα ἔτεσιν, ἐν οἷς ἐστρατήγησεν, ἐς χεῖρας ἦλθον (εἴ τις ὑφ' ἓν τὰ μέρη συναγάγοι) τετρακοσίων πλείοσι· καὶ τούτων ἑκατὸν μὲν ἐζώγρησαν, ἑκατὸν δ' ἐν τῷ πόνῳ κατέκανον. Ἔθνη δὲ τετρακόσια, καὶ πόλεις ὑπὲρ ὀκτακοσίας, τὰ μὲν ἀφιστάμενα σφῶν, τὰ δὲ προσεπιλαμβάνοντες, ἐκρατύναντο. Πρὸ δὲ τοῦ Μαρίου, καὶ Φάβιος Μάξιμος ὁ Αἰμιλιανὸς, ὀλίγην κομιδῇ στρατιὰν ἔχων, ἐπολέμησε τοῖς Κελτοῖς· καὶ δώδεκα μυριάδας αὐτῶν ἐν μιᾷ μάχῃ κατέκανε, πεντεκαίδεκα μόνους τῶν ἰδίων ἀποβαλών. Καὶ ταῦτα

I. *Epitome Libri Appiani de rebus Gallicis.*

Galli priores populo Romano arma intulerunt; urbemque, excepto Capitolo, captam incenderunt. Hos Camillus victos expulit, et aliquanto post redintegrantes bellum profligavit iterum, triumphumque de eis reportavit, annos natus octoginta. Tertiam dein ejusdem gentis in Italiam expeditionem Romani ductu T. Quintii, magna cum hostium strage represserunt. Posthac Boii, Gallorum omnium ferocissimi, Romanas opes aggressi sunt; quibus C. Sulpicius Dictator duxit obviam, arte etiam usus in prælio: jussit enim eos qui primi in acie stabant, emissis simul hastis continuo subsidere; donec ii, qui secundi, qui tertii, qui quarti stabant, jaculati essent; singulis post jactum statim subdentibus, ne in ipsos ferrentur hastæ a posterioribus emissæ: at ubi ultimi ejaculati essent, tum vero simul universi subito consurgerent, sublatoque clamore celeriter manus consererent. Sic tot missilium vibratione, consequente mox subito impetu cominus urgentium, perculsum iri hostem. Hastæ autem illis erant, non jaculis similes; sed ejusmodi, quæ pila Romani vocant, hastile quadrangulum habentia, cui præfixum est paris longitudinis ferrum, itidem quadrangulum, ceterum molle, præter cuspidem. Ea igitur ratione Boiorum exercitus omnis internecione deletus est.

2. Aliam rursus Gallorum manum vicit Popillius; et post illum eosdem Camillus, Camilli filius. Porro et Æmilius Papus de Gallis tropæa statuit. Sed paulo ante Marii continuos illos consulatus numerosissimæ bellicosissimæque Celticarum gentium copiæ, magnitudine etiam corporum inprimis formidabiles, in Italiam et Narbonensem irrumpentes, consules aliquot Romanos vicerunt, legionesque eorum ceciderunt: contra quos missus Marius, cunctos delevit. Omnium autem novissimum idemque maximum bellum cum Gallis Romani auspiciis C. Cæsaris gesserunt. Hic enim intra decennium, quo Galliæ præfuit, cum amplius quadragies centenis millibus, si in unam summam conferantur, ferocium hostium conseruit manum: ex quibus capta sunt decies centena millia; totidem acie ceciderunt. Nationes autem CCCC, urbesque plusquam DCCC, vel rebelles retractæ sunt ad officium, vel tum primum subjugatæ. Ante Marium vero, Fabius Maximus Æmilianus, cum modico admodum exercitu Gallos aggressus, centum viginti millia eorum uno prælio occidit, non nisi quindecim suorum

μέντοι ἔπραξε πιεζόμενος ὑπὸ τραύματος ὑπογυίου, καὶ τὰ τάγματα ἐπιὼν, καὶ παραθαῤῥύνων, καὶ διδάσκων ὅπως τοῖς βαρβάροις πολεμητέον, τὰ μὲν ἐπ' ἀπήνης φερόμενος, τὰ δὲ καὶ βάδην χειραγωγούμενος.

3. Καῖσαρ δὲ πολεμήσας αὐτοῖς, πρῶτον μὲν Ἑλουητίους καὶ Τιγυρίους ἀμφὶ τὰς εἴκοσι μυριάδας ὄντας ἐνίκησεν. Οἱ Τιγύριοι δ' αὐτῶν χρόνῳ ἔμπροσθεν Πείσωνος καὶ Κασσίου τινὰ στρατὸν ἑλόντες, ὑπὸ ζυγὸν ἐξεπεπόμφεσαν, ὡς ἐν χρονικαῖς συντάξεσι δοκεῖ Παύλῳ τῷ Κλαυδίῳ. Τοὺς μὲν οὖν Τιγυρίους ὑποστράτηγος αὐτοῦ Λαβιηνὸς ἐνίκησε· τοὺς δὲ ἄλλους ὁ Καῖσαρ, καὶ Τρικούρους ἀμύνοντας σφίσιν· ἔπειτα τοὺς μετὰ Ἀριοβίστου Γερμανοὺς, οἳ καὶ τὰ μεγέθη μείζους τῶν μεγίστων ὑπῆρχον, καὶ τὸ ἦθος ἄγριοι, καὶ τὴν τόλμαν θρασύτατοι, καὶ θανάτου καταφρονηταὶ δι' ἐλπίδα ἀναβιώσεως, καὶ κρύος ὁμοίως ἔφερον θάλπει, καὶ πόᾳ ἐχρῶντο παρὰ τὰς ἀπορίας τροφῇ, καὶ ὁ ἵππος ξύλοις. Ἦσαν δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐ φερέπονοι ἐν ταῖς μάχαις, οὐδὲ λογισμῷ ἢ ἐπιστήμῃ τινὶ, ἀλλὰ θυμῷ, χρώμενοι καθάπερ θηρία. Διὸ καὶ ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐπιστήμης καὶ φερεπονίας ἡσσῶντο. Οἱ μὲν γὰρ μετὰ ὁρμῆς βαρυτάτης ἐπεπήδων αὐτοῖς, καὶ ὅλην ὁμοῦ τὴν φάλαγγα ἀνεώθουν. Ῥωμαῖοι δ' ὑπέμενον ἐν τάξει, καὶ κατεστρατήγουν αὐτοὺς, καὶ ὀκτακισμυρίους αὐτῶν τελευτῶντες ἀπέκτειναν.

4. Μετὰ τούτους ὁ Καῖσαρ τοῖς καλουμένοις Βέλγαις ἐπιπεσὼν, ποταμόν τινα περῶσι, τοσούτους ἀπέκτεινεν, ὡς τὸν ποταμὸν γεφυρωθέντα τοῖς σώμασι περᾶσαι. Νέρβιοι δὲ αὐτὸν ἐτρέψαντο, ἄρτι στρατόπεδον ἐξ ὁδοιπορίας κατασκευάζοντι αἰφνιδίως ἐπιπεσόντες, καὶ παμπόλλους ἐφόνευσαν, τοὺς δὲ ταξιάρχας καὶ λοχαγοὺς ἅπαντας· καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον, εἰς λόφον τινὰ μετὰ τῶν ὑπασπιστῶν πεφευγότα, περιέσχον κύκλῳ. Ὑπὸ δὲ τοῦ δεκάτου τάγματος, αὐτοῖς ἐξόπισθεν ἐπιπεσόντος, ἐφθάρησαν, ἑξακισμύριοι ὄντες. Ἦσαν δὲ τῶν Κίμβρων καὶ Τευτόνων ἀπόγονοι. Ἐκράτησε δὲ καὶ Ἀλλοβρίγων ὁ Καῖσαρ. Οὐσιπετῶν δὲ καὶ Ταγχαρέων τεσσαράκοντα μυριάδες, στρατεύσιμοί τε καὶ ἀστράτευτοι, συνεκόπησαν. Σούκαμβροι δὲ πεντακοσίοις ἱππεῦσι τοὺς πεντακισχιλίους ἱππεῖς τοῦ Καίσαρος ἔτρεψαν, ἐξαίφνης ἐπιπεσόντες· καὶ δίκην ἔδοσαν, ἡττηθέντες μετὰ ταῦτα.

5. Ἐπέρασε καὶ τὸν Ῥῆνον πρῶτος Ῥωμαίων ὁ Καῖσαρ· καὶ ἐς τὴν Βρεττανίδα νῆσον, ἠπείρου τε μείζονα οὖσαν μεγίστης, καὶ τοῖς τῇδε ἀνθρώποις ἄγνωστον ἔτι. Ἐπέρασε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀμπώτεως. Ἄρτι γὰρ τὸ πάθος ἥπτετο τῆς θαλάσσης, καὶ ὁ στόλος ἐσαλεύετο, ἠρέμα πρῶτον, εἶτα ὀξύτερον, μέχρι σὺν βιαίῳ τάχει διέπλευσεν ὁ Καῖσαρ ἐς τὴν Βρεττανίαν.

II. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Ὀλυμπιάδων τοῖς Ἕλλησιν ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα γεγενημένων, τῆς γῆς τῶν Κελτῶν οὐκ ἀρκούσης

amissis; atque id fecit laborans licet ex recenti vulnere, ordines obeundo cohortandoque, ac docendo quomodo in acie tractandi sint barbari, nunc lectica circumlatus, nunc pedibus obambulans ducentiumque manibus sustentatus.

3. Cæsar autem, ab Helvetiis et Tigurinis initio belli facto, eorum ducenta millia profligavit. Ex his Tigurini superiori tempore Pisonis et Cassii exercitum captum sub jugum miserant, ut Claudius Quadrigarius prodidit in suis Annalibus. Ac Tigurinos quidem Labienus vicit, legatus Cæsaris; ceteros vero, et, qui opem illis tulerant, Tricorios, ipse Cæsar. Dein Germanos, qui cum Ariovisto erant, devicit; qui magnitudine corporum vel procerissimos superabant mortalium, immites moribus, audacia ferocissimos, mortisque contemptores persuasione futuri in vitam reditus, frigoris denique æstusque juxta patientes, ac inopiæ tempore crudis herbis contentos, equos vero virgultis pascentes. Cæterum laborum in prœliis non admodum tolerantes fuisse videntur, et bella non tam ratione quadam aut scientia gessisse, quam belluino quodam impetu. Quapropter et ipsa Romanorum arte ac patientia sunt devicti. Nam quamvis Germani, vehementissimo impetu in hostem incurrentes, cunctas legiones paulisper repressissent, Romani tamen, servatis ordinibus, solerti artificio usi, ad ultimum octoginta eorum millia prostraverunt.

4. Post hæc Cæsar Belgas in fluvii cujusdam transitu aggressus, tantum eorum numerum interfecit, ut usum pontis præberent congesta cadavera. Nervii vero eum profligarunt, ex itinere aciem adhuc instruentem repente adorti, et magnam stragem ediderunt, ut in ea pugna tribuni omnes centurionesque ceciderint. Ipse in tumulum quemdam cum satellitibus confugiens, ibidem ab hostibus clausus est : sed quum decima legio a tergo invasisset obsessores, internecione deleti sunt hostes, quamvis non pauciores essent sexaginta millibus. Fuerant autem Nervii Cimbrorum Teutonumque progenies. Tum vero et Allobrogas vicit Cæsar. Usipetum autem Tenchterorumque quadringenta millia, tum armatorum, tum inermium, contrucidavit. Sicambri vero quingentis equitibus quinque millia Cæsarianorum equitum fugarunt, ex improviso eos aggressi : cujus audaciæ victi postea pœnas dederunt.

5. Rhenum quoque flumen primus Romanorum Cæsar transiit; et in Britanniam, insulam continenti regione vel amplissima majorem, trajecit, ipsis illarum regionum incolis tum ignotam. Trajecit autem observato æstus tempore; hoc enim accedente classis undis sublata est, primo sensim, mox concitatius, donec vehementi fluxu Cæsar in Britanniam delatus est.

II. *Excerptum* VIII *de Legationibus.*

Olympias agebatur apud Græcos nonagesima septima, quum Gallorum circa Rhenum habitantium numerosa gens,

αὐτοῖς διὰ τὸ πλῆθος, ἀνίσταται μοῖρα Κελτῶν τῶν ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον ἱκανή, κατὰ ζήτησιν ἑτέρας γῆς· οἳ τό τε Ἄλπιον ὄρος ὑπερέβησαν, καὶ Κλουσινοῖς, εὐδαίμονα γῆν ἔχουσι Τυρρηνῶν, ἐπολέμουν. Οὐ πάλαι δὲ οἱ Κλουσινοὶ Ῥωμαίοις ἔνσπονδοι γεγονότες, ἐπ' αὐτοὺς κατέφυγον. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πρέσβεις συνέπεμψαν αὐτοῖς, Φαβίους τρεῖς· οἳ τοῖς Κελτοῖς ἔμελλον προαγορεύειν, ἀνίστασθαι τῆς γῆς, ὡς Ῥωμαίων φίλης, καὶ ἀπειλήσειν ἀπειθοῦσιν. Ὑποκριναμένων δὲ τῶν Κελτῶν· ὅτι ἀνθρώπων οὐδένα δεδίασιν, οὔτε ἀπειλοῦντα σφίσιν, οὔτε πολεμοῦντα· χρῄζοντες δὲ γῆς, οὔπω τὰ Ῥωμαίων πολυπραγμονοῦσιν· οἱ πρέσβεις οἱ Φάβιοι τοὺς Κλουσινοὺς ἐνῆγον ἐπιθέσθαι τοῖς Κελτοῖς, τὴν χώραν λεηλατοῦσιν ἀπερισκέπτως. Καὶ συνεκδημοῦντες αὐτοῖς, ἀναιροῦσι τῶν Κελτῶν πολὺ πλῆθος ἐν προνομῇ, καὶ τὸν ἡγούμενον ἐκείνου τοῦ μέρους αὐτὸς ὁ Ῥωμαίων πρεσβευτὴς Κόϊντος Φάβιος ἀνεῖλέ τε καὶ ἐσκύλευε, καὶ τὰ ὅπλα φορῶν ἐπανῆλθεν εἰς Κλούσιον.

III. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι ὁ τῶν Κελτῶν βασιλεὺς Βρέννος, τῶν Φαβίων τῶν Ῥωμαίων πολλοὺς ἀνελόντων Κελτῶν, μὴ δεξάμενος τοὺς Ῥωμαίων πρέσβεις, ἐπὶ τούτοις πρέσβεις ἐπιλεξάμενος ἐς κατάπληξιν, οἵ, Κελτῶν ἁπάντων μεγάλων τὰ σώματα ὄντων, ὑπερέβαλλον, ἐξέπεμπεν ἐς Ῥώμην· αἰτιώμενος τοὺς Φαβίους, ὅτι, πρεσβεύοντες, παρὰ τοὺς κοινοὺς νόμους ἐπολέμησαν. Ἤτει τε, τοὺς ἄνδρας ἐς δίκην ἐκδότους οἱ γενέσθαι, εἰ μὴ θέλουσι Ῥωμαῖοι κοινὸν αὐτῶν εἶναι τὸ ἔργον. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συνεγίγνωσκον μὲν, τοὺς Φαβίους ἁμαρτεῖν· αἰδοῖ δὲ οἴκου διαφέροντος, χρήματα τοὺς Κελτοὺς πράξασθαι παρὰ σφῶν παρεκάλουν. Οὐ πειθομένων δὲ, χειροτονοῦσι τοὺς Φαβίους ἐπὶ τὴν ἐτήσιον ἀρχὴν χιλιάρχους, καὶ τοῖς πρεσβεύουσι τῶν Κελτῶν ἔφασαν· οὐ δύνασθαι νῦν οὐδὲν ἐς τοὺς Φαβίους, ἄρχοντας ἤδη. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους ἥκειν αὐτοὺς, ἂν ἔτι μηνιῶσιν, ἐκέλευον. Βρέννος δὲ καὶ ὅσοι Κελτῶν ἦσαν ὑπ' ἐκείνῳ, νομίσαντες ὑβρίσθαι, καὶ χαλεπῶς ἐνεγκόντες, ἐς τοὺς ἄλλους Κελτοὺς περιέπεμπον, ἀξιοῦντες αὐτοὺς συνεφάψασθαι τοῦδε τοῦ πολέμου. Καὶ πολλῶν ἀφικομένων, ἄραντες ἤλαυνον ἐπὶ τὴν Ῥώμην.

IV. Ἐκ τοῦ Σουίδα. — ΥΦΙΣΤΑΤΑΙ.

Ὁ δὲ ὑφίσταται, γράμματα διοίσειν διὰ τῶν ἐχθρῶν ἐς τὸ Καπιτώλιον.

V. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Καιδίκιος, γράμμα φέρων ἀπὸ τῆς βουλῆς περὶ τῆς ὑπάτου ἀρχῆς, παρεκάλει τὸν Κάμιλλον, μηδὲν ἐν τῷ παρόντι μηνίσαι τῇ πατρίδι τῆς ζημίας. Ὁ δὲ ἐπισχὼν αὐτὸν ἔτι λέγοντα, εἶπεν· οὐκ ἂν εὐξάμην ἐπιποθῆσαί με Ῥωμαίους, εἰ τοιαύτην ἤλπισα τὴν ἐπιπόθησιν αὐτοῖς ἔσεσθαι. Νῦν δὲ δικαιοτέραν εὐχὴν εὔχομαι, γενέσθαι τῇ πατρίδι χρήσιμος ἐς τοσοῦτον ἀγαθοῦ, ἐς ὅσον κακοῦ περιελήλυθεν.

cui propter multitudinem nimis angusti fuerant patriæ fines, novas sedes quæsitura, domo emigravit. Hi igitur, superatis Alpibus, Clusinos, beatam Tuscorum regionem tenentes, bello sunt aggressi. Contra quos quum Clusini a Romanis, fœdere haud ita pridem sibi conjunctis, petiissent opem, Romani cum his, qui Clusio advenerant, legatos de suis, tres Fabios, remittunt; qui Gallos finibus populi amici Romanorum juberent excedere, adjectis minis, ni dicto parerent. His ubi Galli respondent : se neminem mortalium timere, neque minis secum agentem, neque bellum inferentem : agris autem se indigere, neque vero adhuc quidem Romanorum rebus sese immiscuisse : Fabii legati impellunt Clusinos, ut Gallos inconsiderate agros populantes invadant. Ipsique, comites sese expeditionis præbentes, magnam Gallorum multitudinem, inter pabulandum impeditam interficiunt; ac ducem manus illius ipse Romanorum legatus Q. Fabius occidit spoliatque, armaque ei detracta gestans Clusium revertitur.

III. *Excerptum* IX *de Legationibus.*

Gallorum rex Brennus, postquam Fabii Romani multos ex Gallis interfecerant, Romanorum legationem hujus rei causa non amplius admisit; sed ipse legatos ad incutiendum terrorem comparatos selegit, qui, quum cuncti Galli magnitudine corporum insignes essent, præ ceteris etiam eminebant : hisque Romam missis, Fabios accusat, quod contra commune jus gentium, legati quum essent, bellum intulissent; petiitque, ut ad supplicium sibi traderentur illi homines, nisi pro publico facto haberi facinus eorum vellent Romani. Ac hi quidem non negare, male fecisse Fabios; sed familiæ nobilis reverentia ducti hortantur Gallos, ut pecuniam ab eis acciperent. Quam ubi illi aspernantur conditionem, Fabios in eum annum tribunos militum legunt consulari potestate, legatisque Gallorum respondent : se nunc quidem in Fabios, magistratum gerentes, nihil posse; sed proximo anno, si iram adhuc servarent Galli, redire jubent legatos. Quod responsum Brennus, et qui sub ejus imperio erant Galli, ad suam pertinere contumeliam rati, ægerrimeque id ipsum ferentes, ad reliquos Gallos circummiserunt, orantes, arma secum ad hoc bellum conferrent. Quorum ubi magna manus advenit, motis castris Romam contenderunt.

IV. *Fragmentum apud Suidam.*

Ille vero (sive Cædicius, sive Pontius Cominius) pollicetur, se per medios hostes literas in Capitolium esse perlaturum.

V. *Excerptum Peirescianum.*

Cædicius quum decretum senatus Camillo obtulisset, quo Consul creabatur, cohortari virum cœpit, ne injuriæ a patria illatæ in præsentiarum meminisset. Sed Camillus, interrupto sermone Cædicii : Nunquam, inquit, a diis equidem precatus essem, mei ut desiderium injicerent civibus meis, si hujusmodi illorum desiderium futurum esse existimassem. At nunc æquiora a diis immortalibus precor : mea ut opera in tantum utilis sit patriæ, in quantum calamitatis delapsa est.

VI. Ἐκλ. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Κελτοὶ, μηδεμιᾷ μηχανῇ δυνηθέντες ἐπιβῆναι τῆς ἀκροπόλεως, ἠρέμουν, ὡς λιμῷ τοὺς ἔνδον παραστησόμενοι. Καί τις ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου κατέβαινεν ἱερεὺς, ὄνομα Δόρσων, ἐπὶ ἐτήσιον δή τινα ἱερουργίαν, ἐς τὸν τῆς Ἑστίας νεὼν, στέλλων τὰ ἱερὰ διὰ τῶν πολεμίων, αἰδεσθέντων ἢ καταπλαγέντων αὐτοῦ τὴν τόλμαν ἢ τὴν εὐσέβειαν, ἢ τὴν ὄψιν ἱερὰν οὖσαν. Ὁ μὲν δὴ, κινδυνεύειν ὑπὲρ τῶν ἱερῶν ἑλόμενος, ὑπ' αὐτῶν ἐσώζετο τῶν ἱερῶν. Καὶ τόδε, φησὶν, ὧδε γενέσθαι, Κάσσιος ὁ Ῥωμαῖος.

VII. Ἐκ τοῦ Σουίδα, καὶ ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Τοῦ δὲ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων ἄδην ἐνεπίμπλαντο οἱ Κελτοὶ, τήν τε φύσιν ὄντες ἀκρατεῖς, καὶ χώραν ἔχοντες, ὅτι μὴ πρὸς δημητρίους καρποὺς, τῶν ἄλλων ἄγονον καὶ ἀφυᾶ. Τά τε σώματα αὐτοῖς, μεγάλα ὄντα καὶ τρυφερὰ, καὶ σαρκῶν ὑγρῶν μεστὰ, ὑπὸ τῆς ἀδηφαγίας καὶ μέθης ἐς ὄγκον καὶ βάρος ἐξεχεῖτο, καὶ πρὸς δρόμους καὶ πόνους ἀδύνατα πάμπαν ἐγίγνετο· ὑπό τε ἱδρῶτος καὶ ἄσθματος, ὅπου τι δέοι κάμνειν, ἐξελύοντο ταχέως.

VIII. Ἐκ τοῦ Σουίδα. — ΙΕΝΤΕΣ.

Οὓς (Κελτοὺς) γυμνοὺς ἐπεδείκνυε Ῥωμαίοις, (καὶ) Οὗτοί εἰσιν (ἔφη) οἱ τὴν βοὴν βαρεῖαν ἱέντες ὑμῖν ἐν ταῖς μάχαις, καὶ ὅπλα παταγοῦντες, καὶ ξίφη μακρὰ, καὶ κόμας αἰωροῦντες. Ὧν τὸ ἄτολμον ὁρῶντες, καὶ τὸ σῶμα μαλακὸν, προσίεσθε τῷ ἔργῳ.

IX. Ἐκ τοῦ Σουίδα. — ΝΕΑΛΗΣ.

... Τὸν δὲ δῆμον ἀπὸ τοῦ τείχους ὁρᾷν, καὶ τοῖς πονουμένοις ἑτέρους νεαλεῖς ἐπιπέμπειν ἀεί. Οἱ δὲ Κελτοὶ, κεκμηκότες ἀκμῆσι συμπλεκόμενοι, ἔφευγον ἀτάκτως.

X. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ. — ΛΙΦΑΙΜΕΙ.

Ὁ δὲ Κελτὸς ἀγανακτῶν, καὶ λιφαιμῶν, ἐδίωκε τὸν Βαλλέριον, συγκαταπεσεῖν ἐπειγόμενος. Ὑπὸ δὲ πόδας ἀναχωροῦντος ἀεὶ τοῦ Βαλλερίου, κατέπεσε πρηνὴς ὁ Κελτός. Καὶ δεύτερον τοῦτο μονομάχιον ἐπὶ Κελτοῖς ἐμεγαλαύχουν Ῥωμαῖοι.

XI. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι τὸ τῶν Σενόνων ἔθνος ἔνσπονδον ἦν Ῥωμαίοις, καὶ ἐμισθοφόρουν κατὰ Ῥωμαίων. Ἡ δὲ βουλὴ πρέσβεις ἔπεμψεν ἐγκαλέσοντας, ὅτι ὄντες ἔνσπονδοι μισθοφοροῦσι κατὰ Ῥωμαίων. Τούτους Βριτόμαρις ὁ Κελτὸς, ἀγανακτῶν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς, ὅτι συμμαχῶν Τυῤῥηνοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ διέφθαρτο, τά τε κηρύκια φέροντας, καὶ τὴν ἄσυλον ἐσθῆτα περικειμένους, κατέτεμνεν ἐς πολλὰ, καὶ τὰ μέρη τῶν σωμάτων διέῤῥιψεν ἐς τὰ πεδία. Καὶ τοῦ μύσους ὁ Κορνήλιος ἐν ὁδῷ πυθόμενος ἐς τὰς Σενόνων πόλεις

VI. *Excerptum Peirescianum.*

Galli quum nulla vi penetrare in arcem potuissent, quiescere statuerunt, ac fame expugnare Romanos. Interim sacerdos quidam Fabius Dorso, solenne sacrificium in Vestæ templo peracturus, de Capitolio descendit, sacra manibus ferens; atque per medias hostium stationes, seu audacia hominis perculsas, seu pietatem ac speciem, quæ sacrosancta videbatur, reveritas evasit. Ita ille, quum prosacris periculum adiisset, per eadem ipsa sacra servatus est; quod ita factum esse, Cassius Romanus scriptor refert.

VII. *Fragmentum apud Suidam et Excerptum Peirescianum.*

Galli autem vino ceterisque rebus affatim sese replebant, quippe natura intemperantes, ac terram incolentes, præterquam frumento, cæteris fructibus inhabilem atque infecundam. Quare corpora illorum, natura magna ac delicata, et molli carne distenta, præ nimia cibi et potus copia in tumidam molem effusa erant; ut cursus ac labores neutiquam ferre possent, sed sudore atque anhelitu, ubi molestia quædam exantlanda erat, cito diffluerent.

VIII. *Fragmentum apud Suidam.*

Nudos Gallos Romanis ostendens (Camillus): Hi sunt, inquit, qui terribilem vobis vocem in præliis emittunt, et arma quatiunt, et prælongos enses vibrant, comasque erigunt; quorum ignaviam et molle corpus cernentes, operi vos accingite.

IX. *Suidas.*

... Populum autem de muro (pugnam) spectare, et fatigatis alios recentes submittere. Galli vero defessi, cum integris congressi, effuse fugerunt.

X. *Suidas.*

Gallus autem indignabundus, et sanguine jam pæne exhaustus, Valerium persecutus est, properans ut simul cum illo concideret. Valerio autem semper pedem referente, pronus in faciem cecidit Gallus. Atque hoc est alterum certamen singulare contra Gallos, quo haud parum gloriati sunt Romani.

XI. *Excerptum X de Legationibus.*

Senones, quamquam fœdus eis cum Romanis intercedebat, tamen mercede contra illos militabant. Quare quum senatus legatos mitteret, qui conquererentur, quod contra fœderatos stipendia facerent, Britomaris Gallus, patris causa iratus, qui eodem bello Etruscis opem ferens a Romanis fuerat interfectus, legatos caduceum gestantes et sacram togam indutos in frusta concidit, minutaque corporum frusta in agros sparsim projecit. Cujus nefarii facinoris nuncium in itinere accipiens Cornelius (Dolabella), concitato cursu per Sabinos et Picenum in Senonum civitates

συντόνῳ σπουδῇ διὰ Σαβίνων καὶ Πικεντίνων ἐσβαλὼν, ἅπαντα καθῄρει καὶ ἐνεπίμπρη· τῶν τε ἀνθρώπων, τὰς μὲν γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἠνδραποδίζετο· τοὺς δὲ ἐν ἥβῃ πάντας ἔκτεινεν ὁμαλῶς, καὶ τὴν χώραν ἐλυμαίνετο ποικίλως, καὶ ἄοικον εἰς τὸ λοιπὸν ἐποίει. Βριτόμαριν δὲ μόνον ἦγεν αἰχμάλωτον ἐπὶ λύμῃ. Ὕστερον δὲ Σένονες, οὐκ ἔχοντες ἔτι πατρίδας, ἐς ἃς διαφύγωσι, συνέπεσον ἐς χεῖρας ὑπὸ τόλμης τῷ Δομετίῳ· καὶ ἡττώμενοι, σφᾶς αὐτοὺς ὑπὸ ὀργῆς διεχρῶντο μανικῶς. Καὶ δίκη μὲν ἥδε παρανομίας ἐς πρέσβεις ἐγένετο Σένοσιν.

impetu facto, omnia diripuit igneque concremavit; ex hominibus autem mulieres quidem cum pueris in servitutem abduxit; sed puberes universos, nullo discrimine facto, interfecit, terramque omnibus modis vastavit, et inhabitabilem in posterum fecit. Unum vero Britomarin, gravioris supplicii causa, captivum abduxit. Posthac Senones, quum patriam, in quam confugerent, jam non amplius haberent, feroci audacia Domitium (Calvinum) sunt aggressi; sed ab eo devicti, ira furoreque incensi in se ipsos ferrum converterunt. Hanc pœnam sceleris in legatos admissi dederunt Senones.

XII. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι οἱ Σαλύων δυνάσται, τοῦ ἔθνους ἡττηθέντος ὑπὸ Ῥωμαίων, ἐς Ἀλλόβριγας κατέφυγον. Καὶ αὐτοὺς ἐξαιτοῦντες οἱ Ῥωμαῖοι, στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς Ἀλλόβριγας οὐκ ἐκδιδόντας, ἡγουμένου σφῶν Γναίου Δομετίου. Ὧ παροδεύοντι τὴν τῶν Σαλύων ἐντυγχάνει πρεσβευτὴς Βιτοίτου, βασιλέως τῶν Ἀλλοβρίγων, ἐσκευασμένος τε πολυτελῶς, καὶ δορυφόροι παρείποντο αὐτῷ κεκοσμημένοι, καὶ κύνες· δορυφοροῦνται γὰρ δὴ καὶ πρὸς κυνῶν οἱ τῇδε βάρβαροι. Μουσικός τε ἀνὴρ εἵπετο, βαρβάρῳ μουσικῇ τὸν βασιλέα Βιτοῖτον, εἶτ' Ἀλλόβριγας, εἶτα τὸν πρεσβευτὴν αὐτὸν, ἔς τε γένος καὶ ἀνδρείαν καὶ περιουσίαν ὑμνῶν· οὗ δὴ καὶ μάλιστα ἕνεκα αὐτοὺς οἱ τῶν πρεσβευτῶν ἐπιφανεῖς ἐπάγονται. Ἀλλ' ὁ μὲν, συγγνώμην αἰτῶν τοῖς Σαλύων δυνάσταις, ἀπέτυχεν.

XII. *Excerptum* XI *de Legationibus.*

Salyum principes, devicta a Romanis gente, ad Allobroges se receperant; a quibus quum frustra eos repetiissent Romani, bellum Allobrogibus inferunt duce Cn. Domitio. Cui fines Salyorum transeunti occurrit legatus Bituiti, Allobrogum regis, pretioso apparatu instructus, quem satellites similiter ornati, et in his canes etiam, sequebantur: nam et canibus pro satellitibus utuntur ejus regionis barbari. Sequebatur etiam poeta, qui barbaro cantu primum regis Bituiti, tum universæ Allobrogum gentis, dein ipsius legati laudes canebat, genus virtutemque et opes eorum celebrans; cujus rei causa vel maxime hoc hominum genus secum ducere solent illustres legati. Sed ille, quum deprecaretur pro Salyorum principibus, nihil effecit.

XIII. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι τῶν Τευτόνων μοῖρα λῃστεύουσα πολύανδρος ἐς τὴν γῆν τῶν Νωρικῶν ἐσέβαλλεν. Καὶ ὁ Ῥωμαίων ὕπατος Παπίριος Κάρβων δείσας, μὴ ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐσβάλοιεν, ἐφήδρευε τοῖς Ἄλπίοις, ᾗ μάλιστά ἐστιν ἡ διάβασις στενωτάτη. Οὐκ ἐπιχειρούντων δ' ἐκείνων, αὐτὸς ἐπέβαινεν αὐτοῖς, αἰτιώμενος εἰς Νωρικοὺς ἐσβαλεῖν, Ῥωμαίων ξένους ὄντας. Ἐποιοῦντο δ' οἱ Ῥωμαῖοι ξένους, οἷς ἐδίδοσαν μὲν εἶναι φίλους, ἀνάγκη δ' οὐκ ἐπῆν ὡς φίλοις ἐπαμύνειν. Οἱ μὲν δὴ Τεύτονες πλησιάζοντι τῷ Κάρβωνι προσέπεμπον, ἀγνοῆσαί τε τὴν ἐς Ῥωμαίους Νωρικῶν ξενίαν, καὶ αὐτῶν ἐς τὸ μέλλον ἀφέξεσθαι. Ὁ δ' ἐπαινέσας τοὺς πρέσβεις, καὶ δοὺς αὐτοῖς ὁδῶν ἡγεμόνας, κρύφα τοῖς ἡγουμένοις ἐνετείλατο, μακροτέραν αὐτοὺς περιάγειν. Τὴν δὲ βραχυτέραν δὲ αὐτὸς διαδραμὼν, ἀδοκήτως ἀναπαυομένοις ἔτι τοῖς Τεύτοσιν ἐμπεσὼν, ἔδωκε δίκην ἀπιστίας, πολλοὺς ἀποβαλών. Τάχα δ' ἂν καὶ πάντας ἀπώλεσεν, εἰ μὴ ζόφος καὶ ὄμβρος καὶ βρονταὶ βαρεῖαι, τῆς μάχης ἔτι συνεστώσης ἐπιπεσοῦσαι, διέστησαν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ὁ ἀγὼν ὑπὸ τῆς ἄνωθεν ἐκπλήξεως διελύθη. Σποράδες δὲ καὶ ὣς ἐς ὕλας οἱ Ῥωμαῖοι διαφεύγοντες, τρίτῃ μόλις ἡμέρᾳ συνῆλθον. Καὶ Τεύτονες ἐς Γαλάτας ἐχώρουν.

XIII. *Excerptum* XII *de Legationibus.*

Teutonum quum numerosa manus fines Noricorum populabunda invasisset, Romanorum Consul Papirius Carbo, veritus ne in Italiam penetrarent, Alpes occupavit, qua maxime angustus transitus est. Sed quum illi nihil tentarent, ipse eos aggressus est, causam interserens, quod Noricos, Romanorum amicos, invasissent. Hospites autem appellabant Romani hos, quibus quidem amicitiam aliquam secum intercedere volebant, sed quibus non ipsi, veluti sociis, opem ferre tenebantur. Teutones igitur adventanti Carboni, præmissis legatis, demonstraverunt, nescisse se Noricorum cum Romanis amicitiam; neque vero in posterum hostile quidquam adversus eos esse suscepturos. Ille vero, collaudatis legatis, ducibusque itineris additis, clam jussit duces per longiorem viam eos circumducere; ipse vero, per breviorem concitato itinere transgressus, nec opinato adoritur Teutones, somno etiamnum oppressos. Sed, multis suorum amissis, pœnam perfidiæ dedit. Ac fortasse cum universo exercitu perierat, ni caligo et imber et tonitruum fragor, fervente pugna ingruentes, diremissent prœliantes, terrorque cœlitus immissus finem prœlio fecisset. Sed vel sic per silvas passim diffugientes Romani, tertia vix die convenere. Teutones autem in Galliam transierunt.

XIV. Ἐκ τοῦ Σουίδα. — ΑΨΑΥΣΤΩΣ.

Ὁ δὲ τοῖς σώμασι τῶν Κίμβρων ἀψαυστεῖν ἐκέλευεν, ἕως ἡμέρα γένηται, πολύχρυσα εἶναι δοκῶν.

XV. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι ἔθνη δύο Τιγύριοι καὶ Ἐλουήτιοι ἐς τὴν Ῥωμαίων Κελτικὴν ἐσέβαλον. Καὶ τούτων τὸν στόλον ὁ Καῖσαρ Γάϊος πυθόμενος, διετείχισεν ὅσα περὶ Ῥοδανόν ἐστι ποταμὸν ἐς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους μάλιστα. Καὶ πρεσβευσαμένοις ἐπὶ διαπείρᾳ τοῖς πολεμίοις ὑπὲρ σπονδῶν, ἐκέλευεν ὅμηρα δοῦναι καὶ χρήματα. Ἀποκριναμένων δ', εἰθίσθαι ταῦτα λαμβάνειν, οὐ διδόναι· βουλόμενος φθάσαι τὴν ὁμαιχμίαν αὐτῶν, ἐπὶ μὲν τοὺς Τιγυρίους, ἐλάσσους ὄντας, ἔπεμπε Λαβιῆνον· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοὺς Ἐλουητίους ἐχώρει, προσλαβὼν Γαλατῶν τῶν ὀρείων ἐς δισμυρίους. Καὶ γίγνεται Λαβιήνῳ τὸ ἔργον εὐμαρὲς, ἀδοκήτοις Τιγυρίοις περὶ τὸν ποταμὸν ἐπιπεσόντι, καὶ τρεψαμένῳ καὶ σκεδάσαντι τοὺς πολλοὺς ἐν ἀσυνταξίᾳ.

XVI. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Ἀριοουΐστος, Γερμανῶν βασιλεὺς τῶν ὑπὲρ Ῥῆνον, ἐπιβαίνων τῆς πέραν, Αἰδούοις ἔτι πρὸ τοῦ Καίσαρος ἐπολέμει, φίλοις οὖσι Ῥωμαίων. Τότε μὲν δὴ, τοῖς Ῥωμαίοις κελεύουσι πεισθεὶς, ἀνέζευξεν ἀπὸ τῶν Αἰδούων, καὶ φίλος ἠξίωσε Ῥωμαίοις γενέσθαι· καὶ ἐγένετο, ὑπατεύοντος αὐτοῦ Καίσαρος καὶ ψηφισαμένου.

XVII. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Ἀριοουΐστος, ὁ Γερμανῶν βασιλεὺς, φίλος γενόμενος Ῥωμαίων, ἐς λόγους ἦλθε τῷ Καίσαρι. Καὶ διαχωρισθέντων ἀπ' ἀλλήλων αὖθις συνελθεῖν ἐς λόγους ἠξίωσεν. Τοῦ δὲ Καίσαρος οὐ συνελθόντος, ἀλλὰ τοὺς πρωτεύοντας Γαλατῶν ἀποστείλαντος, ἔδησε τοὺς πρέσβεις. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἐστράτευεν ἐπ' αὐτὸν μετ' ἀπειλῆς. Δέος δ' ἐμπίπτει τῷ στρατῷ κατὰ κλέος τῶν Γερμανῶν.

XVIII. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Οὐσιπέται, ἔθνος Γερμανικὸν, καὶ Ταγχρέαι, δοκοῦσι πρότεροι σφετέροις ἱππεῦσιν ὀκτακοσίοις τρέψασθαι τῶν Καίσαρος ἱππέων ἐς πεντακισχιλίους· ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτοῖς πρεσβευομένοις ἐς αὐτὸν ἐπιθέσθαι, τοὺς πρέσβεις κατασχών· καὶ τὸ πάθος ἐκείνοις ἐς τέλος αἰφνίδιον οὕτω συνενεχθῆναι, ὡς τεσσαράκοντα μυριάδας τούτων συγκοπῆναι. Κάτωνά τε ἐν Ῥώμῃ, τῶν τις συγγραφέων φησὶ, γνώμην ἐσενεγκεῖν, ἐκδοῦναι τοῖς βαρβάροις τὸν Καίσαρα, ὡς ἐναγὲς ἔργον ἐς διαπρεσβευσαμένους ἐργασάμενον. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐν ταῖς ἰδίαις ἀναγραφαῖς τῶν ἐφημέρων ἔργων φησὶ, τοὺς Οὐσιπέτας καὶ Ταγχρέας κελευομένους ἐκπηδᾶν ἐς τὰ ἀρχαῖα σφῶν, φάναι· πρέσβεις ἐς τοὺς ἐκβαλόντας Σουήβους ἀπεσταλκέναι, καὶ τὰς ἀποκρίσεις αὐτῶν

XIV. *Fragmentum apud Suidam.*

Ille vero Cimbrorum corpora intacta relinqui jussit, donec dies illuxisset, quod ea auro abundare putaret.

XV. *Excerptum* XIII *de Legationibus.*

Duo populi, Tigurini atque Helvetii, Galliam Provinciam invadere conabantur. Quorum profectionem quum intellexisset Cæsar, quidquid regionis circa Rhodanum patebat, muro intercepit in longitudinem millium passuum novemdecim; illosque, tentandæ Cæsaris voluntatis causa legatos de pace mittentes, jussit obsides dare pecuniamque conferre. Sed his respondentibus, se accipere hæc consuevisse, non aliis dare; conjunctione universorum præventurus Cæsar, contra Tigurinos, numero pauciores, Labienum mittit; ipse vero, assumtis Gallorum montanorum viginti fere millibus adversus Helvetios proficiscitur. Ac Labieno quidem facile negotium fuit: nam inopinantes Tigurinos circa flumen aggressus, acie fudit, reliquosque in fugam inconditam conjecit.

XVI. *Excerptum* XIV *de Legationibus.*

Ariovistus, Germanorum transrhenorum rex, transgressus flumen ante Cæsaris in Galliam adventum, Æduis bellum intulerat, amicis populi Romani. Sed tunc, jubente senatu Romano, destitit ab Æduis; et ipse amicus populi Romani appellari cupivit: idque etiam obtinuit, consule et suffragante ipso Cæsare.

XVII. *Excerptum* XV *de Legationibus.*

Ariovistus, rex Germanorum, is qui a populo Romano amicus fuerat appellatus, in colloquium Cæsaris venerat: quo diremto, quum iterum ad novum colloquium invitasset Cæsarem neque Cæsar ipse venisset, sed principes viros ex Gallis ad eum misisset; in vincula legatos eos conjecit Ariovistus. Quare Cæsar, multa præminatus, exercitum contra eum duxit. Sed timor milites invasit, propter bellicam Germanorum gloriam.

XVIII. *Excerptum* XVI *de Legationibus.*

Usipetas atque Tenchteros, Germanos populos, probabile est, priores Cæsaris equites quinquies mille octingentis suorum in fugam conjecisse; tum vero Cæsarem illos, quum ad eum legatos misissent, retentis legatis, esse aggressum; itaque plane ex improviso tanta clade illos esse affectos, ut quadringenta eorum millia cæderentur. Atque scriptorum non nemo tradit, Catonem Romæ retulisse ad senatum de tradendo barbaris Cæsare, ut qui nefarium facinus adversus legatos perpetrasset. Cæsar autem in rerum a se gestarum ephemeridibus ait, Usipetes et Tenchteros, in pristinas suas sedes ocius redire jussos, respondisse: « se ad Suevos, qui ipsos expulissent, misisse legatos,

ἀναμένειν· καὶ ἐν ταῖσδε ταῖς διαπρεσβεύσεσιν ἐπιθέσθαι τοῖς ὀκτακοσίοις, καὶ παρ' αὐτὸ τρέψαι τοὺς Ῥωμαίων πεντακισχιλίους. Ἐπιπρεσβευομένων δ' αὐτῶν καὶ περὶ τοῦ παρασπονδήματος ἀπολογουμένων, ὑποτοπήσας ἐνέδραν ὁμοίαν, ἐπιθέσθαι πρὸ τῶν ἀποκρίσεων.

XIX. Ἐκ τοῦ Σουίδα. — ΠΑΡΟΡΚΗΣΑΙ.

Εὐθὺς ἠρέθιζον τοὺς Βρεττανοὺς παρορκῆσαι, ἔγκλημα ἔχοντας, ὅτι, σπονδῶν σφίσι γενομένων, ἔτι παρῆν τὸ στρατόπεδον.

XX. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ. — ΔΕΙΣΑΣ.

Δείσας ὁ Καῖσαρ περὶ τῷ Κικέρωνι, ὑπέστρεφεν εἰς τοὐπίσω.

XXI. Ἐκλ. περὶ γνωμῶν.

[Ὅτι ὁ Βριτόρης διέφθειρεν Αἰδούους Ῥωμαίων ἀποστῆναι· καὶ τοῦ Καίσαρος ὀνειδίσαντος αὐτοῖς, φιλίαν ἔφασαν παλαιὰν ἐφθακέναι.]

atque illorum responsa exspectare; » interque illas legationes octingentis suorum quinque millia Romanorum subito esse adortos, ob eamque causam in fugam vertisse. Quum autem ea de re legatos ad sese misissent, qui induciarum violationem excusarent, se, similes insidias timentem, antequam responsum dedisset, hostes esse aggressum.

XIX. *Fragmentum apud Suidam.*

Confestim Britannos ad violandum jusjurandum concitarunt, conquerentes, quod, licet pax ipsis data atque fœdere sancita esset, tamen adhuc adesset exercitus.

XX. *Suidas.*

Cæsar de (Quinto) Cicerone sollicitus, reversus est.

XXI. *Excerptum Vaticanum.*

Britores Æduos induxit ut ab Romanis deficerent; quibus cum Cæsar hoc exprobraret, antiquam amicitiam præcessisse dixerunt.

ΕΚ ΤΗΣ

ΤΩΝ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΟΥ Ε',

ΤΗΣ ΣΙΚΕΛΙΚΗΣ ΚΑΙ ΝΗΣΙΩΤΙΚΗΣ.

EX APPIANI

ROMANARUM HISTORIARUM

LIBRO V,

DE REBUS SICULIS ET RELIQUARUM INSULARUM.

EXCERPTA ET FRAGMENTA.

I. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι ἀποροῦντες Ῥωμαῖοί τε καὶ Καρχηδόνιοι χρημάτων, οἱ μὲν οὐκ ἔτι ἐναυπήγουν, τετρυμένοι διὰ τὰς εἰσφοράς· ἀλλὰ πεζὴν στρατιὰν καταλέγοντες, ἐξέπεμπον ἐς Λιβύην καὶ ἐς Σικελίαν ἀνὰ ἔτος ἕκαστον. Καρχηδόνιοι δ' ἐς Πτολεμαῖον ἐπρεσβεύοντο, τὸν Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, βασιλέα Αἰγύπτου, δισχίλια τάλαντα κιχρώμενοι. Τῷ δ' ἦν ἔς τε Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους φιλία· καὶ συναλλάξαι σφᾶς ἐπεχείρησεν ἀλλήλοις. Οὐ δυνηθεὶς δ', ἔφη· χρῆναι φίλοις κατ' ἐχθρῶν συμμαχεῖν, οὐ κατὰ φίλων.

II. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι δὶς ἐν τῇ γῇ τοῦ αὐτοῦ χρόνου, καὶ δὶς ἐν τῇ θαλάσσῃ παθόντες, ἐν ᾗ δὴ καὶ πάνυ προύχειν ἐνόμιζον, καὶ χρημάτων ἀποροῦντες ἤδη καὶ νεῶν καὶ ἀνδρῶν· ᾔτουν ἀνοχὰς παρὰ τοῦ Λουτατίου, καὶ λαβόντες ἐπρεσβεύοντο ἐς Ῥώμην περὶ διαλλαγῶν, ἐπὶ βραχυτέροις· συνέπεμπόν τε τοῖς πρέσβεσιν Ἀτίλιον Ῥῆγλον τὸν ὕπατον, αἰχμάλωτον ὄντα σφῶν, δεησόμενον τῆς πατρίδος, ἐπὶ τοῖσδε συνθέσθαι. Ὁ δὲ ἧκε μὲν, ὡς αἰχμάλωτος ἐσταλμένος φοινικικῶς· ὑπολειφθεὶς δὲ τῶν πρέσβεων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, τετρῦσθαι τὰ Καρχηδονίων ἐδήλου, καὶ παρῄνεσεν, ἢ πολεμεῖν ἐγκρατῶς, ἢ ἐπὶ πλείοσι συνθέσθαι. Καὶ τόνδε μὲν ἐς Καρχηδόνα ἑκόντα ἐπανελθόντα ἔκτειναν οἱ Καρχηδόνιοι, κέντρα σιδήρεα σανίσιν ἐνηρμοσμένα πάντοθεν ἑστῶτι περιθέντες, ἵνα μηδαμόσε δύναιτο ἐπικλίνεσθαι. Αὐτοὶ δὲ τὴν εἰρήνην ἐπὶ πλέοσι συνέθεντο.

2. Καὶ ἦν ἐφ' οἷς συνέθεντο· τὰ μὲν αἰχμάλωτα Ῥωμαίων, καὶ τοὺς αὐτομόλους, ὅσοι παρὰ Καρχηδονίοις εἰσὶ, Ῥωμαίοις εὐθὺς ἀποδοῦναι· καὶ Σικελίας Ῥωμαίοις ἀποστῆναι, καὶ τῶν βραχυτέρων νήσων, ὅσαι περὶ Σικελίαν· Συρακουσίοις δὲ, ἢ Ἱέρωνι τῷ Συρακουσῶν τυράννῳ, πολέμου Καρχηδονίους μὴ κατάρχειν, μηδὲ ἐκ τῆς Ἰταλίας ξενολογεῖν· ποινὴν δὲ τοῦ πολέμου Ῥωμαίοις ἐνεγκεῖν τάλαντα Εὐβοεικὰ δισχίλια ἐν ἔτεσιν εἴκοσι, τὸ μέρος ἑκάστου ἔτους ἐς Ῥώμην ἀναφέροντας. Ἔχει δὲ τὸ Εὐβοεικὸν τάλαντον, Ἀλεξανδρείους δραχμὰς ἑπτακισχιλίας. Ὁ μὲν δὴ πρῶτος περὶ Σικελίας Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πόλεμος, ἔτεσιν εἴκοσι καὶ τέσσαρσιν αὐτοῖς γενόμενος, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. Καὶ ἀπώλοντο νῆες ἐν αὐτῷ Ῥωμαίων ἑπτακόσιαι· Καρχηδονίων δὲ πεντακόσιαι. Σικελίας

I. *Excerptum* XVII *de Legationibus.*

Quum jam Romanos pariter ac Carthaginienses pecunia deficeret, illi quidem classem non amplius compararunt, multiplicatis collationibus exhausti; sed pedestrem tamen exercitum singulis annis conscripserunt, et in Africam Siciliamque miserunt. Carthaginienses autem, missis ad Ptolemæum Philadelphum, Ægypti regem, legatis, duo millia talentorum mutuo ab eo petiverunt. Huic autem simul cum Romanis et cum Carthaginiensibus amicitia intercedebat; quare pacem inter utrosque conciliare tentavit. Quod quum ei non successisset, amicis adversus hostes, inquit, non adversus amicos, opem ferre oportet.

II. *Excerptum* XVIII *de Legationibus.*

Carthaginienses quum eodem tempore bis terra, et bis item mari, quo quidem vel inprimis superiores esse existimaverant, calamitatibus fuissent afflicti, jamque et pecunia et naves et milites eos deficerent; inducias petiverunt a Lutatio, iisque impetratis legatos Romam de pace miserunt, non admodum quidem amplas conditiones Romanis proponentes. Simul cum legatis autem Atilium Regulum consulem, quem captivum tenebant, miserunt, qui cives suos hortaretur, ut illis conditionibus pacem inirent. Is igitur quum punica veste indutus, velut captivus, advenisset; egressis curia legatis, paulisper substitit, et afflictas exhaustasque res Pœnorum senatui exponens, cohortatus est, aut fortiter bellum persequerentur, aut amplioribus conditionibus pacem componerent. Quare cum, postquam Carthaginem sponte esset reversus, necaverunt Pœni, ferreos aculeos tabulis, intra quas conclusus stare cogebatur, omni ex parte impangendo, ut reclinare nusquam posset. Pacem autem cum Romanis, amplioribus initis conditionibus, composuerunt.

2. Hæ fuerunt autem pacis conditiones : Romanorum captivos ac transfugas, quotquot haberent Pœni, continuo redderent Romanis : Sicilia Romanis cederent, minoribusque circa Siciliam insulis : Syracusas, aut Syracusarum regem Hieronem, bello petere Pœni ne præsumerent : ex Italia mercenarios milites non amplius conducerent. Ad sumtus autem ejus belli conferrent intra viginti annos talentorum Euboicorum duo millia; ita ut quotannis ratam partem ejus summæ Romam deportarent. Æquiparatur autem Euboicum talentum drachmarum Alexandrinarum septem millibus. Hunc exitum habuit primum Romanorum cum Carthaginiensibus bellum, Siciliæ causa per annos viginti quatuor gestum, in quo Romanorum naves septingentæ, Pœnorum quingentæ, perierant. Atque sic Siciliæ

δὲ οὕτω τοῦ πλέονος Ῥωμαῖοι κατέσχον, ὅσου Καρχηδόνιοι κατεῖχον· φόρους τε αὐτοῖς ἐπέθεσαν, καὶ τέλη τὰ θαλάσσια ταῖς πόλεσι μερισάμενοι, στρατηγὸν ἐτήσιον ἔπεμπον ἐς Σικελίαν. Ἱέρωνα δὲ τὸν Συρακουσίων τύραννον, ἀνθ᾽ ὧν αὐτοῖς ἐς τόνδε τὸν πόλεμον συνεπεπράχει, φίλον καὶ σύμμαχον ἔθεντο.

3. Καταλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου τοῦδε, Κελτοὶ Καρχηδονίους τόν τε μισθὸν ᾔτουν τὸν ἔτι ὀφειλόμενον σφίσιν ἐκ Σικελίας, καὶ δωρεὰς ὅσας ὑπέσχητο αὐτοῖς δώσειν Ἀμίλχας. Ἤτουν δὲ καὶ Λίβυες, ὑπήκοοι μὲν ὄντες οἵδε Καρχηδονίων, ἀπὸ δὲ τῆς ἐν Σικελίᾳ στρατείας ἐπὶ φρονήματος γεγονότες, καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἀσθενεῖς καὶ ταπεινοὺς ὁρῶντες ἐχαλέπαινόν τε αὐτοῖς τῆς ἀναιρέσεως τῶν τρισχιλίων, οὓς ἐσταυρώκεσαν τῆς ἐς Ῥωμαίους μεταβολῆς οὕνεκα. Διωθουμένων δὲ τῶν Καρχηδονίων ἑκατέρους, κατέλαβον ἄμφω Τύνητα πόλιν, καὶ Ἰτύκην, ἣ μεγίστη Λιβύης ἐστὶ μετὰ Καρχηδόνα· ὅθεν ὁρμώμενοι, τήν τε ἄλλην ἀφίστανον, καὶ τῶν Νομάδων τινὰς ἔπειθον, καὶ δούλων πολὺ πλῆθος ἀποδιδρασκόντων ὑπεδέχοντο, τά τε Καρχηδονίων πάντα ἐλεηλάτουν. Οἱ δὲ πανταχόθεν πολεμούμενοι, συμμάχους ἐπὶ τοὺς Λίβυας Ῥωμαίους ἐπεκαλοῦντο. Καὶ Ῥωμαῖοι στρατιὰν μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔπεμψαν· ἀγορὰν δ᾽ ἔκ τε Ἰταλίας καὶ Σικελίας ἐπάγεσθαι, καὶ ξενολογεῖν ἐκ τῆς Ἰταλίας, ἐς μόνον τόνδε τὸν πόλεμον, ἐπέτρεψαν. Ἔπεμψαν δὲ καὶ πρέσβεις ἐς Λιβύην, εἰ δύναιντο διαλῦσαι τὸν πόλεμον· οἳ ἐπανῆλθον ἄπρακτοι. Καὶ Καρχηδόνιοι ἐγκρατῶς εἴχοντο τοῦ πολέμου.

III. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Ἱπποκράτης καὶ Ἐπικύδης, ἀδελφὼ μὲν ἀλλήλων, στρατηγὼ δὲ Συρακουσίων, Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ δυσχεραίνοντες, ἐπεὶ τὰς Συρακούσας οὐκ ἴσχυον ἐκπολεμῶσαι, κατέφυγον ἐς Λεοντίνους, διαφερομένους τοῖς Συρακουσίοις. Καὶ κατηγόρουν τῆς πατρίδος, ὅτι, σπονδὰς Ἱέρωνος ἐφ᾽ ὅλῃ Σικελίᾳ πεποιημένου, μόνοι Συρακούσιοι σφίσιν αὐτοῖς ἀνακαινίσειαν. Οἱ δὲ ἠρεθίζοντο. Καὶ Συρακούσιοι μὲν ἐπεκήρυσσον, εἴ τις Ἱπποκράτους ἢ Ἐπικύδου κομίσειε τὴν κεφαλὴν, ἰσόσταθμον αὐτῷ χρυσίον ἀντιδώσειν. Λεοντῖνοι δὲ αὐτὸν Ἱπποκράτη στρατηγὸν ᾑροῦντο.

IV. Ἐκλ. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Σικελοὶ, καὶ τέως ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῇ ὠμότητι Μαρκέλλου τοῦ στρατηγοῦ, μᾶλλόν τι καὶ τῷδε τῷ ἔργῳ συνεταράσσοντο, ἐφ᾽ ᾧ κατὰ προδοσίαν ἐς Συρακούσας ἐσῆλθεν. Καὶ πρὸς Ἱπποκράτη μετετίθεντο, καὶ συνώμνυντο, μὴ διαλύσεσθαι χωρὶς ἀλλήλων· ἀγοράν τε αὐτῷ καὶ στρατιὰν ἔπεμπον, ἐς δισμυρίους πεζοὺς καὶ ἱππέας πεντακισχιλίους.

V. Ἐκλ. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι διαβεβλημένῳ τῷ Μαρκέλλῳ οὐκ ἐπίστευον χωρὶς ὅρκων. Διὸ καὶ, Ταυρομενίων προσχωρούντων

majori parte, ea quam Pœni obtinuerant, potiti sunt Romani; tributaque Siculis imposuere, et vectigalia marina cum civitatibus partiti sunt, annuumque prætorem in Siciliam miserunt. Hieronem vero, Syracusanum regem, qui in isto administrando bello eos adjuverat, amicum sociumque populi Romani, remunerandorum officiorum causa, appellarunt.

3. Sed finito eo bello, Galli a Pœnis cum mercedem postulabant ex Sicilia sibi debitam, tum præmia quæ fuerant illis ab Amilcare promissa. Eademque postularunt Afri, qui imperio quidem Carthaginiensium subjecti, propter res olim in Sicula militia gestas spiritus sibi sumserant, eoque magis quod infirmos Pœnos ac fractos viderent; iratique eisdem erant propter trium millium supplicium, quos illi ob signa ad Romanos translata crucibus affixerant. Hi igitur, ubi repulsam ferunt utrique a Carthaginiensibus, junctis viribus Tunetem urbem occupant, Uticamque, quæ totius Africæ post Carthaginem amplissima est : unde progredientes, cum reliquam Africam ad defectionem concitant, tum Numidarum nonnullos ad partes suas trahunt, servorumque fugitivorum magnam multitudinem recipiunt, et quidquid Pœnorum ditionis erat depopulantur. Quare Pœni, undique bello pressi, Romanorum opem adversus Afros implorant. Romani autem exercitum quidem illis nullum mittunt : modo, ut commeatum ex Italia atque Sicilia comparent, et mercenarium militem ex Italia ad unum illud bellum conducant, eis concedunt. Mittunt tamen etiam legatos in Africam, pacem, si possent, conciliaturos. Sed legati quidem re infecta redierunt; Pœni autem totis viribus bellum administrarunt.

III. *Excerptum Peirescianum.*

Hippocrates atque Epicydes fratres, Syracusanorum imperatores, jam dudum infensi Romanis, quum Syracusanos concitare ad bellum minime potuissent, ad Leontinos, qui a Syracusanis dissidebant, concessere. Apud hos criminari cœperunt populares suos, quod, cum Hiero universam Siciliam in fœdere cum Romanis inito comprehendisset, ipsi soli proprium sibi fœdus renovassent : quibus verbis magnopere concitati sunt Leontini. Quare Syracusani publice per præconem edixerunt, si quis Hippocratis aut Epicydis caput afferret, auro se illud repensuros. Leontini vero ipsum Hippocratem imperatorem suum creant.

IV. *Excerptum Peirescianum.*

Siculi, quum jamdudum crudelitatis causa invisum habuissent Marcellum, tunc multo magis adversus eum commoti sunt, quod in Syracusas proditione irrupisset. Itaque Hippocrati sese junxerunt, præstito utrimque juramento, nunquam alteros absque altero pacem esse composituros : eidemque annonam et milites ei miserunt, peditum viginti, equitum quinque millia.

V. *Excerptum Peirescianum.*

Quum Marcellus sinistra fama laboraret, absque juramento nemo ei fidem adhibebat. Itaque Tauromenitanis

οἱ, συνέθετο καὶ ὤμοσε, μήτε φρουρήσειν τὴν πόλιν, μήτε στρατολογήσειν ἀπ' αὐτῆς.

VI. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Κρήτη ἐξ ἀρχῆς εὐνοϊκῶς ἔχειν ἐδόκει Μιθριδάτῃ, βασιλεύοντι Πόντου· καὶ αὐτῷ μισθοφορῆσαι πολεμοῦντι Ῥωμαίοις ἐλέγετο. Ἔδοξε δὲ καὶ τοῖς πλεονάσασι τότε λῃσταῖς ἐς χάριν τοῦ Μιθριδάτου συλλαβεῖν, καὶ συμμαχῆσαι σαφῶς διωκομένοις ὑπὸ Μάρκου Ἀντωνίου. Πρεσβευσαμένου δὲ τοῦ Ἀντωνίου πρὸς αὐτοὺς, ὑπεριδεῖν, καὶ ὑπερηφάνως ἀποκρίνασθαι. Καὶ πολεμῆσαι μὲν αὐτοῖς εὐθὺς ἐπὶ τῷδε Ἀντώνιος, καὶ οὐ πρᾶξαι καλῶς· χρηματίσαι δ' ὅμως διὰ τὴν πρᾶξιν Κρητικός. Καὶ ἦν ὅδε πατὴρ Μάρκου Ἀντωνίου, τοῦ πολεμήσαντος ὕστερον Καίσαρι τῷ κληθέντι Σεβαστῷ περὶ Ἄκτιον. Ψηφισαμένων δὲ Ῥωμαίων Κρησὶ πολεμεῖν διὰ τάδε, οἱ Κρῆτες ἐπρέσβευσαν ἐς Ῥώμην περὶ διαλλαγῶν. Οἱ δὲ αὐτοὺς ἐκέλευον ἐκδοῦναί τε αὐτοῖς Λασθένη τὸν πολεμήσαντα Ἀντωνίῳ, καὶ τὰ σκάφη τὰ λῃστικὰ πάντα παραδοῦναι, καὶ ὅσα Ῥωμαίων εἶχον αἰχμάλωτα, καὶ ὅμηρα τριακόσια, καὶ ἀργυρίου τάλαντα τετρακισχίλια.

2. Οὐ δεξαμένων δὲ ταῦτα Κρ..τῶν, ᾑρέθη στρατηγὸς ἐπ' αὐτοὺς Μέτελλος. Καὶ νικᾷ μὲν ὁ Μέτελλος ἐν Κυδωνίᾳ Λασθένη· καὶ φυγόντος ἐς Κνωσσὸν, Πανάρης Μετέλλῳ τὴν Κυδωνίαν παρέδωκεν ἐπὶ συνθήκῃ, μηδὲν παθεῖν αὐτός. Μετέλλου δὲ Κνωσσὸν περικαθημένου, ὁ Λασθένης τὴν οἰκίαν χρημάτων πλήσας κατέφλεξε, καὶ διέφυγεν ἀπὸ τῆς Κνωσσοῦ. Καὶ οἱ Κρῆτες εἰς Πομπήϊον Μάγνον, στρατηγοῦντα τοῦ λῃστικοῦ καὶ Μιθριδατείου πολέμου, πέμψαντες ἔφασαν, ἑαυτοὺς ἐλθόντι ἐπιτρέψειν. Ὁ δὲ ἀσχόλως τότε ἔχων, ἐκέλευε τὸν Μέτελλον, ὡς οὐ δέον ἔτι πολεμεῖν τοῖς ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν, ἐξανίστασθαι τῆς νήσου· παραλήψεσθαι γὰρ αὐτὸς αὐτὴν, ἐπελθών. Ὁ δὲ οὐ φροντίσας ἐπέμεινε τῷ πολέμῳ, μέχρι ὑπηγάγετο αὐτὴν, Λασθένει συνθέμενος ὅμοια Πανάρει. Καὶ ἐθριάμβευσε· καὶ Κρητικὸς ἐκλήθη ὅδε δικαιότερον Ἀντωνίου, τὴν νῆσον ἐξεργασάμενος.

VII. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Κλώδιος ὁ πατρίκιος, ὁ Πούλχερ ἐπίκλην, τοῦτ' ἔστιν Εὐπρεπὴς, τῆς Γαΐου Καίσαρος γυναικὸς ἤρα. Καὶ ἁρμόσασθαι αὐτὸν ἐς γυναῖκα ἐκ κεφαλῆς ἐς ἄκρους πόδας, ἔτι ὄντα ἀγένειον, καὶ ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ Γαΐου παρελθεῖν οἷα γυναῖκα νυκτὸς, ὅτε μόναις γυναιξὶν ἐξῆν ἐσελθεῖν, μυστηρίων ἀγομένων. Πλανηθέντα δὲ τῆς ὁδηγούσης, κατάφωρον ὑπ' ἄλλων ἐκ τῆς φωνῆς γενόμενον, ἐξελαθῆναι.

sese ei dedentibus, conditiones deditionis jurejurando confirmavit, se neque præsidium oppido impositurum, nec delectum militum ex oppidanis habiturum.

VI. *Excerptum* XXX *de Legationibus.*

Cretenses jam initio erga Mithridatem, Ponti regem, bene affecti videbantur; famaque fuerat, ab eis ad bellum cum Romanis mercenarios milites regi fuisse missos. Piratas etiam, mare per id tempus infestantes, Mithridatis gratia adjuvisse dicebantur opemque palam eis tulisse, quum Marcus Antonius eos persequeretur. Qua de re quum legatos ad eos misisset Antonius, nihil id curarunt, superbumque legatis responsum dederunt. Igitur statim quidem Cretenses aggressus est Antonius, quamquam non admodum feliciter res suas gessit, tamen Cretici cognomen obtinuit. Is autem pater fuerat illius M. Antonii, qui deinceps contra Cæsarem Augustum ad Actium pugnavit. Sed deinde quum bellum contra Cretenses decrevissent Romani, legatos illi Romam pacem petitum miserunt. Quibus, tam se pacem daturos, responderunt Romani, si Lasthenem, qui adversus Antonium bellum gesserat, prædatoriasque omnes naves, tradidissent; si captivos Romanorum, quotquot haberent, reddidissent; denique trecentos obsides dedissent, argentique talentorum quatuor millia pependissent.

2. Quas conditiones ubi illi non recipiunt, imperator adversus eos legitur Metellus. Is Lasthenen ad urbem Cydoniam prælio fudit; qui quum Cnossum fuga se recepisset, Cydoniam Metello tradit Panares, pacta conditione, ut nihil ipse mali pateretur. Metello autem Cnossum obsidente, Lasthenes domum, quam ibi habebat, pecuniis repletam incendit, Cnossoque profugit. Eo tempore Cretenses Pompeio, piraticum bellum Mithridaticumque administranti, missis legatis ostendunt, se ei, si in Cretam venisset, insulam esse tradituros. Ille vero aliis tunc negotiis districtus, insula excedere jubet Metellum; contra hos enim, qui sese dederent, arma ferre non amplius oportere : ipsum autem adventurum esse, insulamque in deditionem accepturum. Sed ea nihil curans Metellus persecutus est bellum, donec insulam subegit; Lasthene iisdem conditionibus, quibus antea Panares, in fidem recepto. Quibus rebus gestis triumphavit Metellus, Creticusque est cognominatus, meliori jure quam Antonius, quandoquidem totam insulam Romanorum subjecit potestati.

VII. *Excerptum Peirescianum.*

Clodius Pulcher, patriciæ gentis, quum Caii Cæsaris uxorem, imberbis etiam tum, adamaret, habitu muliebri a capite ad pedes vestitus, in domum Cæsaris, tamquam mulier, noctu est ingressus, quo tempore mysteria Bonæ Deæ ibi celebrabantur; quibus nemini, nisi mulieri, interesse licebat. Sed cum ab ancilla, quæ eum deducebat, casu deerrasset, indicio vocis detectus ab aliis, atque expulsus est.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΟΣ ϛ΄.

ΙΒΗΡΙΚΗ.

Ὄρος ἐστὶ Πυρήνη διῆκον ἀπὸ τῆς Τυῤῥηνικῆς θαλάσσης ἐπὶ τὸν Βόρειον ὠκεανόν. Οἰκοῦσι δ' αὐτοῦ πρὸς μὲν ἕω Κελτοὶ, ὅσοι Γαλάται τε καὶ Γάλλοι νῦν προσαγορεύονται· πρὸς δὲ δύσεων, Ἴβηρές τε καὶ Κελτίβηρες, ἀρχόμενοι μὲν ἀπὸ τοῦ Τυῤῥηνικοῦ πελάγους, περιιόντες δ' ἐν κύκλῳ διὰ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπὶ τὸν Βόρειον ὠκεανόν. Οὕτως ἐστὶν ἡ Ἰβηρία περίκλυστος, ὅτι μὴ τῇ Πυρήνῃ μόνῃ, μεγίστῳ τῶν Εὐρωπαίων ὀρῶν, καὶ ἰθυτάτῳ σχεδὸν ἁπάντων. Τοῦ δὲ περίπλου τοῦδε, τὸ μὲν Τυῤῥηνικὸν πέλαγος διαπλέουσιν ἐπὶ τὰς στήλας τὰς Ἡρακλείους· τὸν δ' Ἑσπέριον καὶ τὸν Βόρειον ὠκεανὸν οὐ περῶσιν, ὅτι μὴ πορθμεύεσθαι μόνον ἐπὶ Βρεττανούς· καὶ τοῦτο, ταῖς ἀμπώτεσι τοῦ πελάγους συμφερόμενοι. Ἔστι δ' αὐτοῖς ὁ διάπλους ἥμισυ ἡμέρας. Καὶ τὰ λοιπὰ οὔτε Ῥωμαῖοι, οὔτε τὰ ἔθνη τὰ ὑπὸ Ῥωμαίοις, πειρῶνται τοῦδε τοῦ ὠκεανοῦ. Μέγεθος δὲ τῆς Ἰβηρίας (τῆς Ἱσπανίας νῦν ὑπό τινων ἀντὶ Ἰβηρίας λεγομένης) ἐστὶ πολὺ καὶ ἄπιστον, ὡς ἐν χώρᾳ μιᾷ· ὅπου τὸ πλάτος μυρίους σταδίους ἀριθμοῦσι, καὶ ἔστιν αὐτῇ τὸ πλάτος ἀντὶ μήκους. Ἔθνη τε πολλὰ καὶ πολυώνυμα αὐτὴν οἰκεῖ, καὶ ποταμοὶ πολλοὶ ῥέουσι ναυσίποροι.

II. Οἵτινες δ' αὐτὴν οἰκῆσαι πρῶτοι νομίζονται, καὶ οἳ μετ' ἐκείνους κατέσχον, οὐ πάνυ μοι ταῦτα φροντίζειν ἀρέσκει, μόνα τὰ Ῥωμαίων συγγράφοντι. Πλὴν ὅτι Κελτοί μοι δοκοῦσί ποτε, τὴν Πυρήνην ὑπερβάντες, αὐτοῖς συνοικῆσαι· ὅθεν ἄρα καὶ τὸ Κελτιβήρων ὄνομα ἐῤῥύη. Δοκοῦσι δέ μοι καὶ Φοίνικες, ἐς Ἰβηρίαν ἐκ πολλοῦ θαμινὰ ἐπ' ἐμπορίᾳ διαπλέοντες, οἰκῆσαί τινα τῆς Ἰβηρίας· Ἕλληνές τε ὁμοίως, ἐς Ταρτησσὸν καὶ Ἀργανθώνιον, Ταρτησσοῦ βασιλέα, πλέοντες, ἐμμεῖναι καὶ τῶνδέ τινες ἐν Ἰβηρίᾳ. Ἡ γὰρ Ἀργανθωνίου βασιλεία ἐν Ἴβηρσιν ἦν. Καὶ Ταρτησσός μοι δοκεῖ τότε εἶναι πόλις ἐπὶ θαλάσσης, ἣ νῦν Καρπησσὸς ὀνομάζεται. Τό τε τοῦ Ἡρακλέους ἱερὸν, τὸ ἐν στήλαις, Φοίνικές μοι δοκοῦσιν ἱδρύσασθαι· καὶ θρησκεύεται νῦν ἔτι Φοινικικῶς. Ὅ τε θεὸς αὐτοῖς οὐχ ὁ Θηβαῖός ἐστιν, ἀλλ' ὁ Τυρίων. Ταῦτα μὲν δὴ τοῖς παλαιολογοῦσι μεθείσθω.

III. Τὴν δὲ γῆν τήνδε, εὐδαίμονα οὖσαν καὶ μεγάλων ἀγαθῶν γέμουσαν, Καρχηδόνιοι πρὸ Ῥωμαίων ἤρξαντο πολυπραγμονεῖν, καὶ μέρος αὐτῆς τὸ μὲν εἶχον

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

LIBER SEXTUS.

DE REBUS HISPANIENSIBUS

Pyrenæus mons a mari Tusco ad Septentrionalem oceanum procurrit. Ab hujus parte ea, quæ orientem solem spectat, incolunt Celtæ, qui Galli hodie, et a Græcis Galatæ, nominantur: ab occasu Hispani (Iberos ac Celtiberos vocant Græci) per totum eum orbem, qui a Tusco mari per fretum Herculeum usque ad mare Septentrionale circumducitur. Etenim tota Hispania, nisi qua parte Pyrenæo (montium Europæ amplissimo, omniumque pæne maxime arduo) clauditur, mari undique alluitur. Ex maribus autem, quæ eam cingunt, Tuscum quidem ab illis navigatur usque ad columnas Herculeas; Occidentalem autem oceanum ac Septentrionalem non superant, nisi quod in Britanniam transmittere solent, una cum æstu maris transvecti; quæ quidem trajectio intra dimidium unius diei absolvitur. De reliquo autem nec Romani, nec subditæ Romanis gentes ullæ, oceani illius periculum faciunt. Magnitudo autem Iberiæ, sive (ut nunc a Græcorum etiam nonnullis vocatur) Hispaniæ, admodum insignis est, et pro una quidem regione incredibilis; nam in longitudinem patere quinquaginta supra duodecim centena millia passuum perhibent, latitudinemque æqualem longitudini faciunt. Multi autem eam habitant populi, variis distincti nominibus; fluviique perfluunt navigabiles complures.

II. Quinam autem populi primum incoluerint Hispaniam, quive posteris temporibus eam tenuerint, mihi, Romanorum historiam scribere professo, non est consilium curiosius scrutari. Cæterum existimo, Celtas aliquando, superato Pyrenæo, cum Iberis permixtos habitasse; unde Celtiberorum nomen manavit. Atque etiam Phœnices, jam inde a priscis temporibus commerciorum gratia in Hispaniam navigare solitos, loca quædam arbitror ejus regionis occupasse. Similiter et Græcorum nonnullos, Tartessum ad Arganthonium Tartessi regem navibus advectos, verisimile est, in illis consedisse; nam Arganthonii regnum in Hispania fuit, ac Tartessus maritimum tunc videtur fuisse oppidum, quod nunc Carpessus appellatur. Herculis autem fanum, quod apud Columnas est, a Phœnicibus conditum videtur: certe ad nostram usque ætatem Phœnicio ritu deus ab incolis ejus regionis colitur, et Tyrius Hercules, non Thebanus, habetur. Verum hæc iis relinquamus, qui Antiquitates explicare profitentur.

III. Hanc igitur regionem, fertilem ac multis copiis affluentem, Carthaginienses ante Romanorum adventum tentare sollicitareque inceperant; ac partem ejus jam tene-

ἤδη, τὸ δ' ἐπόρθουν· μέχρι Ῥωμαῖοι, σφᾶς ἐκβαλόντες, ἃ μὲν εἶχον οἱ Καρχηδόνιοι τῆς Ἰβηρίας, ἔσχον αὐτίκα· τὰ δὲ λοιπὰ, σὺν χρόνῳ πολλῷ καὶ πόνῳ λαμβανόμενά τε ὑπὸ σφῶν καὶ πολλάκις ἀφιστάμενα, χειρωσάμενοι, διεῖλον ἐς τρία· καὶ στρατηγοὺς ἐς αὐτὰ πέμπουσι τρεῖς. Ὅπως δ' εἷλον ἕκαστα, καὶ ὅπως Καρχηδονίοις τε περὶ αὐτῶν, καὶ μετὰ Καρχηδονίους Ἴβηρσι καὶ Κελτίβηρσιν, ἐπολέμησαν, δηλώσει τόδε τὸ βιβλίον· μοῖραν μὲν ἐς Καρχηδονίους τὴν πρώτην ἔχον· ὅτι δὲ καὶ τοῦτο περὶ Ἰβηρίας ἦν, ἀνάγκη μοι συνενεγκεῖν ἐς τὴν Ἰβηρικὴν συγγραφὴν ἐγένετο. Ὧ λόγῳ καὶ τὰ περὶ Σικελίας Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ἐς ἀλλήλους γενόμενα, ἀρξάμενα Ῥωμαίοις τῆς ἐς Σικελίαν παρόδου τε καὶ ἀρχῆς, ἐς τὴν Σικελικὴν συνενήνεκται γραφήν.

IV. Πρὸς γὰρ δὴ Καρχηδονίους Ῥωμαίοις πρῶτος ἐγένετο πόλεμος ἔκδημος περὶ Σικελίας, ἐν αὐτῇ Σικελίᾳ· καὶ δεύτερος ὅδε περὶ Ἰβηρίας, ἐν Ἰβηρίᾳ· ἐν ᾧ καὶ ἐς τὴν ἀλλήλων μεγάλοις στρατοῖς διαπλέοντες, οἱ μὲν τὴν Ἰταλίαν, οἱ δὲ τὴν Λιβύην ἐπόρθουν. Ἤρξαντο δὲ αὐτοῦ μεθ' ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα Ὀλυμπιάδας μάλιστα, ὅτε τὰς σπονδὰς ἔλυσαν, αἳ ἐπὶ τῷ Σικελικῷ πολέμῳ σφίσιν ἦσαν γενόμεναι. Ἔλυσαν δ' ἐκ τοιᾶσδε προφάσεως· Ἀμίλχαρ ὁ Βάρκας ἐπίκλησιν, ὅτε περ ἐν Σικελίᾳ Καρχηδονίων ἐστρατήγει, Κελτοῖς τότε μισθοφοροῦσίν οἱ, καὶ Λιβύων τοῖς συμμαχοῦσιν, πολλὰς δωρεὰς ὑπέσχητο δώσειν· ἃς, ἐπειδὴ ἐπανῆλθεν ἐς Λιβύην, ἀπαιτούντων ἐκείνων, ὁ Λιβυκὸς Καρχηδονίοις ἐξῆπτο πόλεμος. Ἐν ᾧ πολλὰ μὲν πρὸς αὐτῶν Λιβύων ἔπαθον οἱ Καρχηδόνιοι· Σαρδόνα δὲ Ῥωμαίοις ἔδοσαν, ποινὴν ὧν ἐς τοὺς ἐμπόρους αὐτῶν ἡμαρτήκεσαν ἐν τῷδε τῷ Λιβυκῷ πολέμῳ. Ὑπαγόντων οὖν ἐπὶ τοῖσδε τὸν Βάρκαν τῶν ἐχθρῶν ἐς κρίσιν, ὡς αἴτιον τῇ πατρίδι τοσῶνδε συμφορῶν γενόμενον, θεραπεύσας ὁ Βάρκας τοὺς πολιτευομένους (ὧν ἦν δημοκοπικώτατος Ἀσδρούβας, ὁ τὴν αὐτοῦ Βάρκα θυγατέρα ἔχων) τάς τε δίκας διεκρούετο, καὶ Νομάδων τινὸς κινήματος γενομένου, στρατηγὸς ἔπραξεν ἐπ' αὐτοὺς αἱρεθῆναι μετὰ Ἄννωνος τοῦ Μεγάλου λεγομένου, ἔτι τὰς εὐθύνας τῆς προτέρας στρατηγίας ὀφείλων.

V. Παυομένου δὲ τοῦ πολέμου, καὶ Ἄννωνος ἐπὶ διαβολαῖς ἐς Καρχηδόνα μεταπέμπτου γενομένου, μόνος ὢν ἐπὶ τῷ στρατῷ, καὶ τὸν κηδεστὴν Ἀσδρούβαν ἔχων οἱ συνόντα, διῆλθεν ἐπὶ Γάδειρα· καὶ τὸν πορθμὸν ἐς Ἰβηρίαν περάσας, ἐλεηλάτει τὰ Ἰβήρων, οὐδὲν ἀδικούντων· ἀφορμὴν αὐτῷ ποιούμενος ἀποδημίας τε καὶ ἔργων καὶ δημοκοπίας. Ὅσα γὰρ λάβοι, διῄρει· καὶ τὰ μὲν ἐς τὸν στρατὸν ἀνάλισκεν, ἵνα προθυμότερον αὐτῷ συναδικοῖεν· τὰ δ' ἐς αὐτὴν ἔπεμπε Καρχηδόνα, τὰ δὲ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πολιτευομένοις διεδίδου. Μέχρι Ἰβήρων αὐτῶν οἵ τε βασιλεῖς συστάντες οἱ κατὰ μέρος, καὶ ὅσοι ἄλλοι δυνατοὶ, κτείνουσιν ὧδε· ξύλων ἁμάξας ἄγοντες, αἷς βοῦς ὑπέζευξαν, εἵποντο ταῖς ἁμάξαις ὡπλισμένοι. Τοῖς δὲ Λίβυσιν ἰδοῦσιν, εὐθὺς μὲν ἐνέπιπτε γέλως, οὐ συνιεῖσι τοῦ στρατηγήματος· ὡς δ'

bant, aliam incursionibus vastabant. Sed Romani, ejectis Pœnis, quidquid hi in Hispania possederant, statim occuparunt: tum vero reliqua quoque parte, longo quidem tempore et multo labore, subacta, ac post frequentes defectiones penitus tandem pacata, diviserunt Hispaniam omnem in partes tres; ad quas regendas totidem proprætores mittunt. Quonam autem pacto singulas subegerint partes, et quanam ratione de hac provincia primum cum Carthaginiensibus, dein post hos cum ipsis Hispanis, armis contenderint, Liber hicce declarabit. Cujus libri prior quidem pars continet res ad Carthaginienses pertinentes; sed eæ, quoniam Hispaniæ causa gestæ sunt, in Hispaniensem Historiam fuerunt referendæ: quemadmodum et ea, quæ Siciliæ causa Romani cum Pœnis gessere, unde Romanis et trajiciendi primum in Siciliam et potiundi illius insulæ initium fuit, in Librum de rebus Siculis a nobis relata sunt.

IV. Nam sicut bellum primum externum cum Carthaginiensibus, Siciliæ causa, in ipsa Sicilia gesserunt Romani; sic hoc secundum Bellum Punicum, Hispaniæ causa, in ipsa Hispania: quamquam eodem hoc bello alteri alterorum etiam fines cum maximis copiis sunt ingressi, et Pœni Italiam, Romani Africam, devastarunt. Initium autem cepit hoc bellum Olympiade centesima quadragesima, Pœnis fœdus violantibus, quod finito Siculo bello cum Romanis pepigerant. Cujus violationis hujusmodi fuit occasio: Amilcar, cognomine Barca, quo tempore Carthaginiensium in Sicilia fuerat imperator, multa Gallis mercenariis Afrisque sociis præmia promiserat. Quæ præmia quum post ejus reditum in Africam illi deposcerent, Africum bellum Carthaginiensibus exarsit: in quo cum multa ab ipsis Afris passi sunt Pœni, tum vero Sardinia Romanis cesserunt, in mulctam eorum, quæ per idem Africum bellum in Romanos mercatores admiserant. Quo facto quum Barca ab inimicis, velut auctor tantorum malorum quæ patriam obruissent, in judicium esset vocatus; ille, conciliatis sibi principibus civitatis (inter quos maxime ad gratiam populi captandam comparatus erat Asdrubal, qui ipsius Barcæ filiam in matrimonio habebat), non solum judicium evasit, sed etiam, orto a Numidis belli tumultu, perfecit, ut dux cum Annone, cui Magno cognomen erat, legeretur, nondum redditis superioris imperii rationibus.

V. Confecto isto bello, quum Anno ob criminationes quasdam in ipsum collatas domum esset revocatus, solus Barca cum imperio apud exercitum relictus, Gades trajecit, Asdrubale genero in societatem expeditionis assumto: superatoque freto, Hispanorum fines, nullam licet injuriam ab eis passus, depopulari cœpit. Ea re occasionem sibi paravit, qua et domo abesse, et res gerere, et largitionibus cives suos demereri posset. Nam quidquid bello capiebat, id ita dividebat, ut partem militibus daret, quo eis ad injuriam faciendam uteretur promptioribus; partem Carthaginem in publicum mitteret; partem principibus civitatis, qui ipsi favebant, distribueret. Postremo vero, sociatis adversus eum diversorum populorum regulis, aliisque potentibus, tali modo periit. Præmissis plaustris, lignis onustis, quibus boves junxerant, armati Hispani pone sequuntur. Quod ubi vident Afri, neque consilium statim

ἐν χερσὶν ἐγένοντο, οἱ μὲν Ἴβηρες αὐταῖς βουσὶν ἐξῆψαν τὰς ἁμάξας, καὶ ἐξώτρυναν ἐς τοὺς πολεμίους. Τὸ δὲ πῦρ, σκιδναμένων τῶν βοῶν, πάντη φερόμενον, ἐτάρασσε τοὺς Λίβυας. Καὶ τῆς τάξεως διαλυθείσης, οἱ μὲν Ἴβηρες αὐτοῖς ἐπιδραμόντες, αὐτόν τε τὸν Βάρκαν καὶ πολὺ πλῆθος ἀμυνομένων ἐπ' αὐτῷ διέφθειραν.

VI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τοῖς κέρδεσιν ἤδη τοῖς ἐξ Ἰβηρίας ἀρεσκόμενοι, στρατιὰν ἄλλην ἔπεμπον ἐς Ἰβηρίαν· καὶ στρατηγὸν ἁπάντων ἀπέφηναν Ἀσδρούβαν τὸν τοῦ Βάρκα κηδεστὴν, ὄντα ἐν Ἰβηρίᾳ. Ὁ δὲ Ἀννίβαν, τὸν οὐ πολὺ ὕστερον ἀοίδιμον ἐπὶ στρατηγίαις, παῖδά τε ὄντα τοῦ Βάρκα, καὶ τῆς γυναικός οἱ γιγνόμενον ἀδελφὸν, ἔχων ἐν Ἰβηρίᾳ, νέον ὄντα καὶ φιλοπόλεμον καὶ ἀρέσκοντα τῷ στρατῷ, ὑποστράτηγον ἀπέφηνε. Καὶ τῆς τε Ἰβηρίας τὰ πολλὰ πειθοῖ προσήγετο, πιθανὸς ὢν ὁμιλῆσαι, ἔς τε τὰ βίας δεόμενα, τῷ μειρακίῳ χρώμενος, προῆλθεν ἀπὸ τῆς Ἑσπερίου θαλάσσης ἐς τὸ μεσόγαιον ἐπὶ Ἴβηρα ποταμόν· ὃς μέσην που μάλιστα τέμνων τὴν Ἰβηρίαν, καὶ τῆς Πυρήνης ἀφεστὼς ὁδὸν ἡμερῶν πέντε, ἐξίησιν ἐς τὸν Βόρειον ὠκεανόν.

VII. Ζακανθαῖοι δὲ, ἄποικοι Ζακυνθίων, ἐν μέσῳ τῆς τε Πυρήνης καὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἴβηρος ὄντες, καὶ ὅσοι ἄλλοι Ἕλληνες περί τε τὸ καλούμενον Ἐμπόριον, καὶ εἴ πη τῆς Ἰβηρίας ᾤκουν ἀλλαχοῦ, δείσαντες ὑπὲρ σφῶν, ἐπρέσβευον ἐς Ῥώμην. Καὶ ἡ σύγκλητος, οὐκ ἐθέλουσα τὰ Καρχηδονίων ἐπαίρεσθαι, πρέσβεις ἐς Καρχηδόνα ἔπεμπε. Καὶ συνέβησαν ἀμφότεροι, ὅρον εἶναι Καρχηδονίοις τῆς ἀρχῆς τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, καὶ μήτε Ῥωμαίους τοῖς πέραν τοῦδε τοῦ ποταμοῦ πόλεμον ἐκφέρειν, Καρχηδονίων ὑπηκόοις οὖσι· μήτε Καρχηδονίους ἐπὶ πολέμῳ τὸν Ἴβηρα διαβαίνειν. Ζακανθαίους δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐν Ἰβηρίᾳ Ἕλληνας, αὐτονόμους καὶ ἐλευθέρους εἶναι. Καὶ τάδε ταῖς συνθήκαις ταῖς Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων προσεγράφη.

VIII. Ἀσδρούβαν δὲ ἐπὶ τοῖσδε, Ἰβηρίαν τὴν ὑπὸ Καρχηδονίοις καθιστάμενον, ἀνὴρ δοῦλος, οὗ τὸν δεσπότην ὠμῶς διεφθάρκει, λαθὼν ἐν κυνηγεσίοις ἀναιρεῖ. Καὶ τόνδε μὲν Ἀννίβας, ἐλεγχθέντα, δεινῶς αἰκισάμενος διέφθειρε· ἡ στρατιὰ δὲ τὸν Ἀννίβαν, καίπερ ὄντα κομιδῇ νέον, ἀρέσκοντα δὲ ἰσχυρῶς, στρατηγὸν ἀπέδειξαν αὐτῶν· καὶ ἡ Καρχηδονίων βουλὴ συνέθετο. Ὅσοι δὲ τοῦ Βάρκα διαπολιτευταὶ τὴν Βάρκα τε καὶ Ἀσδρούβα δύναμιν ἐδεδοίκεσαν, ὡς ἔμαθον αὐτοὺς τεθνεῶτας, Ἀννίβα κατεφρόνουν, ὡς νέου· καὶ τοὺς ἐκείνων φίλους τε καὶ στασιώτας ἐδίωκον ἐπὶ τοῖς ἐκείνων ἐγκλήμασιν. Ὅ τε δῆμος ἅμα τοῖς κατηγοροῦσιν ἐγίγνετο, μνησικακῶν τοῖς διωκομένοις τῆς βαρύτητος τῆς ἐπὶ Βάρκα τε καὶ Ἀσδρούβα· καὶ τὰς δωρεὰς ἐκέλευον αὐτοὺς, ὅσας μεγάλας Ἀσδρούβας τε καὶ Βάρκας αὐτοῖς ἐπεπόμφεσαν, ἐς τὸ κοινὸν ἐσενεγκεῖν, ὡς ἐκ τῶν πολεμίων πεπορισμένας. Οἱ δὲ ἐπέστελλον τῷ Ἀννίβα, σφίσιν τε ἐπικουρεῖν δεόμενοι, καὶ διδάσκοντες ὅτι καὶ

hostium intelligunt, risum sustulerunt. Sed ubi propius ventum est, Hispani, succensis carris, etiamnum junctis, boves in hostes impulerunt : ac longe lateque sparso incendio, quum boves huc illuc ferrentur, perturbatis Afris acieque eorum disjecta, irruentes Hispani et ipsum Barcam et cum eo plurimos alios, auxilio venientes, conciderunt.

VI. Quo facto Carthaginienses, Hispaniensi jam præda allecti, novas in Hispaniam copias mittunt; Asdrubalemque Barcæ generum, qui tum in Hispania aderat, universo exercitui præficiunt. Hic Annibalem eum, qui haud ita multo post summi imperatoris nomen sibi comparavit, Barcæ filium, uxoris suæ fratrem, quem secum in Hispania habebat, juvenem belli studiosum militibusque gratum, sibi adjunxit. Idem plurimas Hispaniæ gentes consilio ac lenocinio orationis, quo in primis pollebat, Pœnis subjecit; ubi vi erat agendum, adolescentis opera usus est. Ea ratione ab Occidentali oceano in mediterranea Hispaniæ usque ad Iberum penetravit fluvium; qui mediam fere Hispaniam dividens, et dierum quinque itinere a Pyrenæo distans, in mare Septentrionale decurrit.

VII. Quare sibi timentes Saguntini (Zacynthiorum olim coloni, medii inter Iberum Pyrenæumque habitantes) reliquique natione Græci, qui circa Emporias aut alia Hispaniæ loca incolebant, Romanos per legationem adeunt. Ac senatus, rem Carthaginiensem nolens nimis augeri, legatos Carthaginem mittit. Convenitque inter utramque partem, ut Carthaginiensium in Hispania imperii finis esset Iberus amnis; ultra quem nec Romani gentes Pœnis subjectas lacesserent armis; nec Carthaginiensibus liceret transferre bellum : Saguntinis autem reliquisque Græcis libertas et immunitas servaretur. Atque fœderibus utriusque populi hæc adscripta sunt.

VIII. Post hæc Asdrubalem, dum Carthaginiensibus subjectam Hispaniam moderatur, servus quidam, cujus herum ille crudeliter occiderat, ex insidiis in venatione obtruncat : quem Annibal, convictum et diris tormentis cruciatum, necat. Jamque ipse Annibal, admodum quidem juvenis, sed vehementer carus militibus, Imperator ab exercitu renunciatur; et ad militarem prærogativam mox etiam consensus senatus patrii accessit. Sed qui contrariæ factionis erant potentiamque timuerant Barcinæ et Asdrubalis, cognita eorum morte, juventutem despiciebant Annibalis; ac illorum amicos, et quicumque Barcinæ factionis fuerant, ob crimina illis olim objecta in jus vocabant. Jamque et populus cum accusatoribus faciebat, memoriamque calamitatum, sub Barca et Asdrubale olim acceptarum, in odium reorum convertens, jussit eos dona ea, quæ ingentia illis Barca et Asdrubal miserant, in publicum conferre, utpote ex hostibus comparata. Quare hi hostibus missis ad Annibalem nunciis, sibi ut subveniret, orant; commonentque, si hos, qui res

αὐτὸς ἔσοιτο τοῖς πατρῴοις ἐχθροῖς εὐκαταφρόνητος, εἰ τοὺς ἐν τῇ πατρίδι συνεργεῖν αὐτῷ δυναμένους ὑπερίδοι.

IX. Ὁ δὲ καὶ ταῦτα προεώρα, καὶ τὰς ἐκείνων δίκας ἀρχὴν ἐφ' ἑαυτὸν οὖσαν ἐπιβουλῆς· οὐδ' ἠξίου τὴν ἔχθραν, ὥσπερ ὁ πατὴρ καὶ ὁ κηδεστής, ἐσαεὶ καὶ μετὰ φόβου διαφέρειν· οὐδ' ἐπὶ τῷ Καρχηδονίων κουφόνῳ μέχρι παντὸς εἶναι, ῥᾳδίως ἐς εὐεργέτας πρὸς ἀχαριστίαν τρεπομένων. Ἐλέγετο δὲ καί, παῖς ὢν ἔτι, ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὁρκωθῆναι ἐπὶ ἐμπύρων, ἄσπειστος ἐχθρὸς ἔσεσθαι Ῥωμαίοις, ὅτε ἐς πολιτείαν παρέλθοι. Διὰ δὴ ταῦτ' ἐπενόει, μεγάλοις καὶ χρονίοις πράγμασι τὴν πατρίδα περιβαλών, καὶ καταστήσας ἐς ἀσχολίας καὶ φόβους, τὸ ἑαυτοῦ καὶ τὰ τῶν φίλων ἐν ἀδεεῖ θέσθαι. Λιβύην μὲν οὖν εὐσταθοῦσαν ἑώρα, καὶ Ἰβήρων ὅσα ὑπήκοα ἦν. Εἰ δὲ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον αὖθις ἀναῤῥιπίσειεν, οὗ μάλιστα ἐπεθύμει, ἐδόκει Καρχηδονίους μὲν ἐν φροντίσι καὶ φόβοις ἔσεσθαι μακροῖς· αὐτὸς δὲ, εἴτε κατορθώσειεν, ἐπὶ κλέους ἀθανάτου γενήσεσθαι, τὴν πατρίδα τῆς οἰκουμένης γῆς ἄρχουσαν ἀποφήνας (οὐ γὰρ εἶναί τινας ἀντιμάχους αὐτοῖς ἔτι ἐπὶ Ῥωμαίοις)· εἴτε καὶ πταίσειε, μεγάλην καὶ ὡς τὸ ἐγχείρημα αὐτῷ δόξαν οἴσειν.

X. Ἀρχὴν δὲ ὑπολαμβάνων ἔσεσθαι λαμπράν, εἰ τὸν Ἴβηρα διαβαίη, Τορβολήτας, οἳ γείτονές εἰσι Ζακανθαίων, ἀνέπεισε τῶν Ζακανθαίων παρά οἱ καταβοᾶν ὡς τήν τε χώραν αὐτῶν ἐπιτρεχόντων, καὶ πολλὰ σφᾶς ἄλλα ἀδικούντων. Οἱ δὲ ἐπείθοντο. Καὶ πρέσβεις αὐτῶν ὁ Ἀννίβας ἐς Καρχηδόνα ἔπεμπεν· αὐτός τε ἐν ἀποῤῥήτοις ἔγραφε, Ῥωμαίους τὴν ὑπὸ Καρχηδονίοις Ἰβηρίαν ἀναπείθειν ἀπὸ Καρχηδονίων ἀφίστασθαι, καὶ Ζακανθαίους Ῥωμαίοις ταῦτα συμπράσσειν. Ὅλως τε τῆς ἀπάτης οὐ μεθίει, πολλὰ τοιαῦτα ἐπιστέλλων· ἕως ἡ βουλὴ προσέταξεν αὐτῷ, πράσσειν ἐς Ζακανθαίους ὅ τι δοκιμάσειεν. Ὁ δὲ, ἐπεὶ τῆς ἀφορμῆς ἐλάβετο, Τορβολήτας αὖθις ἔπραξεν ἐντυχεῖν οἱ κατὰ τῶν Ζακανθαίων· καὶ Ζακανθαίων μετεπέμπετο πρέσβεις. Οἱ δὲ ἀφίκοντο μέν· κελεύοντος δὲ τοῦ Ἀννίβου λέγειν ἑκατέρους ἐφ' ἑαυτοῦ περὶ ὧν διαφέρονται, Ῥωμαίοις ἔφασαν ἐπιτρέψειν τὴν δίκην. Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' εἰπόντας ἀπέπεμπεν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου. Καὶ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς παντὶ τῷ στρατῷ τὸν Ἴβηρα διαβάς, τὴν χώραν ἐπόρθει, καὶ τῇ πόλει μηχανήματα ἐφίστη. Ἑλεῖν δὲ οὐ δυνάμενος, ἀπετάφρευε καὶ περιετείχιζε, καὶ φρούρια πολλὰ περιθείς, ἐκ διαστημάτων ἐπεφοίτα.

XI. Ζακανθαῖοι δὲ, αἰφνιδίῳ καὶ ἀκαταγγέλτῳ κακῷ συμπεσόντες, ἐπρέσβευον ἐς Ῥώμην. Καὶ ἡ σύγκλητος αὐτοῖς συνέπεμπε πρέσβεις· οἳ πρῶτον μέν, Ἀννίβαν ἔμελλον ὑπομνήσειν τῶν συγκειμένων· οὐ πειθομένου δὲ, ἐς Καρχηδόνα πλευσεῖσθαι κατ' αὐτοῦ. Τούτοις τοῖς πρέσβεσι πλεύσασιν ἐς Ἰβηρίαν, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπὸ θαλάσσης ἀναβαίνουσιν, ὁ Ἀννίβας ἀπηγόρευσε μὴ προσιέναι. Καὶ οἱ μὲν ἀπέπλευσαν ἐπὶ Καρχηδόνος σὺν τοῖς πρέσβεσιν τοῖς Ζακανθαίων, καὶ τῶν συνθηκῶν

ejus domi juvare possent, contemneret, etiam ipsum paternis inimicis ludibrio futurum.

IX. Quod ille etiam per se prævidens et amicorum periculis sibi insidias parari intelligens; non committendum putavit, ut inimicitias istas, sicut pater et affinis suus, in infinitum ac continuo cum metu sustinere cogeretur; aut ut in sempiternum penderet a levitate Carthaginiensium, qui tam proni essent ad rependenda maleficiis beneficia in eos collata. Fama etiam ferebatur, puerum jam olim Hannibalem a patre ad altaria jurejurando adactum fuisse, se, ubi ad rempublicam accessisset, inexpiabilem hostem Romanis futurum. His de causis existimabat, non melius res se suas amicorumque in tuto collocare posse, quam si arduis diuturnisque rebus implicaret patriam, et in gravissimas occupationes metusque eam conjiceret. Jam vero Africam quidem, et Hispaniæ eam partem, quæ Pœnis erat subjecta, satis pacatam videbat. Sed quod si bellum adversus Romanos, quod maxime ipse cupiebat, exsuscitasset, cives suos arbitrabatur in magnis diuturnisque curis ac timore versaturos : se vero, sive id bellum feliciter cessisset, immortalem gloriam consecuturum, totius orbis imperio patriæ parto (sublatis enim Romanis, nullos deinceps æmulos Carthagini fore); sive ea spe frustraretur, conatum tamen magnæ laudi futurum.

X. Itaque rerum agendarum præclarum fore initium ratus, si Iberum transiret, Turbuletas, Saguntinorum vicinos, subornat, ut apud ipsum conquererentur, agros suos incursionibus Saguntinorum vastari, aliisque multis injuriis sese ab illis affici. Qui quum ei morem gessissent legatos eorum Carthaginem mittit Annibal, ipseque secretis literis domum scribit, a Romanis Hispanos, qui Pœnis parerent, ad defectionem sollicitari, Saguntinis ad id operam suam locantibus. Neque omnino destitit ab isto dolo, plura similia subinde rescribens, donec senatus censuit, ut arbitratu suo de Saguntinis statueret. Qua arrepta occasione, perfecit, ut iterum Turbuletes coram ipso de Saguntinis questum venirent. Accersitisque Sagunto legatis, quum utrosque de rebus inter ipsos controversis apud sese disputare jussisset, et Saguntini se Romanis totam rem permissuros dixissent; iratus Annibal, castris quamprimum eos jussit excedere. Ipse proxima nocte, trajecto cum omnibus copiis Ibero, regionem Saguntinorum depopulari, et jam urbi machinas admovere cœpit : quam quum vi capere non posset, vallo fossaque cinxit, relictisque circumcirca frequentibus præsidiis, identidem, brevibus interjectis temporibus, ad urgendam obsidionem reversus est.

XI. Saguntini, repentino malo ac bello ne indicto quidem pressi, Romam legatos mittunt; cum quibus senatus alios de suis legatos remittit, qui primum Annibalem admonerent fœderum, et, si parere nollet, Carthaginem de eo conquestum irent. Hos in Hispaniam appulsos, et a mari ad castra tendentes, vetuit Annibal propius accedere. Quare recta Carthaginem cursum flexerunt, comitibus Saguntinorum legatis. Ibi quum Pœnos de conditionibus fœderis com-

ἀνεμίμνησκον αὐτούς. Καρχηδόνιοι δὲ ᾐτιῶντο τοὺς Ζακανθαίους, πολλὰ τοὺς ὑπηκόους σφῶν ἀδικεῖν. Καὶ Ζακανθαίων οἱ πρέσβεις ἐς δίκην αὐτοὺς προὐκαλοῦντο ἐπὶ Ῥωμαίων κριτῶν. Οἱ δ' οὐκ ἔφασαν χρῄζειν δίκης, ἀμύνεσθαι δυνάμενοι. Ὧν ἐς Ῥώμην ἀπαγγελθέντων, οἱ μὲν ἐκέλευον ἤδη συμμαχεῖν τοῖς Ζακανθαίοις· οἱ δ' ἐπεῖχον ἔτι, λέγοντες, οὐ συμμάχους αὐτοὺς ἐν ταῖς συνθήκαις σφῶν, ἀλλ' αὐτονόμους καὶ ἐλευθέρους ἀναγεγράφθαι· ἐλευθέρους δ' ἔτι καὶ τοὺς πολιορκουμένους εἶναι.. Καὶ ἐκράτησεν ἡ γνώμη.

XII. Ζακανθαῖοι δὲ, ἐπειδὴ τὰ Ῥωμαίων ἀπέγνωσαν, καὶ ὁ λιμὸς σφᾶς ἐπίεζε, καὶ Ἀννίβας περιεκάθητο συνεχῶς (εὐδαίμονα γὰρ καὶ πολύχρυσον ἀκούων εἶναι τὴν πόλιν, οὐκ ἀνίει τῆς πολιορκίας), τὸν μὲν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ὅσος ἦν δημόσιός τε καὶ ἰδιωτικὸς, ἀπὸ κηρύγματος ἐς τὴν ἀγορὰν συνήνεγκαν, καὶ μολύβδῳ καὶ χαλκῷ συνεχώνευσαν, ὡς ἀχρεῖον Ἀννίβᾳ γενέσθαι. Αὐτοὶ δὲ, ἐν χερσὶν ἑλόμενοί τι παθεῖν μᾶλλον ἢ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, ἐξέδραμον ἔτι νυκτὸς ἐπὶ τὰ φρούρια τὰ τῶν Λιβύων, ἀναπαυομένων ἔτι, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον οὐδ' ὑπονοούντων. Ὅθεν αὐτοὺς ἀνισταμένους τε ἐξ εὐνῆς καὶ σὺν θορύβῳ μόλις ὁπλιζομένους, ἔστι δ' οὓς ἤδη καὶ μαχομένους, διέφθειρον. Μακροῦ δὲ τοῦ ἀγῶνος γενομένου, Λιβύων μὲν ἀπώλοντο πολλοὶ, Ζακανθαῖοι δὲ πάντες. Αἱ δὲ γυναῖκες ἀπὸ τοῦ τείχους ὁρῶσαι τὸ τέλος τῶν ἀνδρῶν, αἱ μὲν ἐῤῥίπτουν ἑαυτὰς κατὰ τῶν τεγῶν, αἱ δ' ἀνήρτων, αἱ δὲ καὶ τὰ τέκνα προκατέσφαζον. Καὶ τοῦτο τέλος ἦν Ζακανθαίοις, πόλει τε μεγάλῃ καὶ δυνατῇ γενομένῃ. Ἀννίβας δὲ ὡς ἔμαθε περὶ τοῦ χρυσοῦ, τοὺς μὲν ὑπολοίπους καὶ ἔτι ἡβῶντας αὐτῶν αἰκιζόμενος διέφθειρεν, ὑπὸ ὀργῆς. Τὴν δὲ πόλιν ὁρῶν ἐπιθαλασσόν τε καὶ Καρχηδόνος οὐ μακρὰν, καὶ χώρας ἄρχουσαν ἀγαθῆς, ᾤκιζεν αὖθις, καὶ Καρχηδονίων ἄποικον ἀπέφαινεν· ἣν νῦν οἶμαι Καρχηδόνα καλεῖσθαι τὴν Σπαρταγενήν.

XIII. Ῥωμαῖοι δὲ πρέσβεις ἐς Καρχηδόνα ἔπεμπον, οἷς εἴρητο ἐξαιτεῖν παρὰ Καρχηδονίων Ἀννίβαν, ὡς ἐς τὰς συνθήκας ἁμαρτόντα, εἰ μὴ κοινὸν ἡγοῦνται τὸ ἔργον· ἢν δὲ μὴ διδῶσιν, εὐθέως αὐτοῖς πόλεμον προαγορεύειν. Καὶ οἱ μὲν ἔπραξαν ὧδε· καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς, οὐκ ἐκδιδοῦσι τὸν Ἀννίβαν, ἐπήγγειλαν. Λέγεται δ' οὕτω γενέσθαι· ὁ μὲν πρεσβευτὴς αὐτοῖς γελώμενος ἔφη, τὸν κόλπον ἐπιδεικνύς· Ἐνταῦθ' ὑμῖν, ὦ Καρχηδόνιοι, καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὸν πόλεμον φέρω· ὑμεῖς δ' ὁπότερα αἱρεῖσθε, λάβετε. Οἱ δ' ἔφασαν· σὺ μὲν οὖν, ἃ βούλει, δίδου. Προτείναντος δὲ τὸν πόλεμον, ἐξεβόησαν ὁμοῦ πάντες· Δεχόμεθα. Καὶ εὐθὺς ἐπέστελλον τῷ Ἀννίβᾳ, πᾶσαν ἤδη τὴν Ἰβηρίαν ἀδεῶς ἐπιτρέχειν, ὡς τῶν σπονδῶν λελυμένων. Ὁ μὲν δὴ τὰ ἔθνη τὰ ἀγχοῦ πάντα ἐπιὼν ὑπήγετο, ἢ πείθων, ἢ δεδιττόμενος, ἢ καταστρεφόμενος· καὶ στρατιὰν πολλὴν συνέλεγεν, τὴν μὲν χρείαν οὐχ ὑποδεικνὺς, ἐς δὲ τὴν Ἰταλίαν ἐπινοῶν ἐμβαλεῖν. Γαλάταις τε διεπρεσβεύετο,

monuissent, criminabantur illi Saguntinos, quod subditos suos multis modis violassent: hortantibusque Saguntinorum legatis, ut Romanis judicibus lis dirimeretur, respondent, non sibi opus esse judicio persequi injurias, quas armis possent ulcisci. Quo responso Romam perlato, fuere, qui extemplo opem Saguntinis ferendam censerent: alii differendum putarunt, quod eos dicerent in fœderibus non socios populi Romani esse adscriptos, sed liberos ac sui juris renunciatos; atque, obsessos licet, etiamnum tamen liberos esse. Eaque valuit sententia.

XII. Saguntini, desperato a Romanis auxilio, premente jam fame, neque intermittente obsidione (quippe Annibal opulentam esse urbem auroque abundantem intelligens, nullum eis respirandi spatium concedebat), quidquid publici aut privati auri argentique erāt, publico edicto in forum conferunt; utque inutile foret Annibali, cum plumbo et ære commixtum conflant. Tum satius honestiusque rati pugnando quam fame confici, noctu eruptione facta, in Afrorum stationes somno tum oppressorum, ac nihil tale suspicantium, impetum faciunt. Ibi alios e cubilibus surgentes, et cum trepidatione vix arma capientes, nonnullos jam pugnantes quoque, interficiunt. Sed protracto diutius certamine, ex Afris multi, Saguntini omnes conciduntur. Mulieres autem, ex urbis mœnibus stragem maritorum conspicatæ, partim de tectis se deturbant, partim suspendio, multæ etiam obtruncatis prius liberis, vitam finiunt. Ac hic fuit finis opulentæ quondam ac potentis Saguntinorum urbis. Annibal, ubi, quod auro factum esset, accepit, puberes quotquot etiam tum supererant, ira percitus, discruciatos occidi imperavit. Urbem autem, quia mari propinquam, non procul Carthagine, loco fertili sitam videbat, instauravit et Carthaginiensium coloniam fecit; quam hodie Carthaginem Spartagenam arbitror appellari.

XIII. Super hæc Romani Carthaginem legatos mittunt, qui Annibalem a Carthaginiensibus, ut fœderis violatorem, nisi forte de communi civitatis consensu eum id fecisse vellent fateri, exposcerent; qui si non dederetur, illico bellum Pœnis indicerent. Legati, quod iis mandatum erat, fecerunt; Carthaginiensibusque, Annibalem non dedentibus, bellum indixerunt. Id in hunc maxime modum actum perhibetur: Legationis princeps, postquam risu a Pœnis exceptus est, monstrato sinu, Hic, inquit, o Carthaginienses, et pacem vobis et bellum porto; vos, utrum placet, sumite. At illi, Imo tu, inquiunt, utrum voles, dato. Eo autem bellum offerente, cuncti una voce clamarunt: Et nos accipimus; ac statim ad Annibalem scripserunt, ut jam libere, quippe solutis fœderibus, totam Hispaniam percurreret. Quapropter ille in omnes vicinas gentes impetum faciens, partim verbis persuasas, partim armis coactas sibi subjecit. Magnamque vim militum, nemini significans, quem in usum id faceret, collegit, quum in Italiam ducere constituisset. Misit etiam ad Gallos passim legatos, Alpiumque transitus

καὶ τὰς διόδους τῶν Ἄλπίων ὀρῶν κατεσκέπτετο· καὶ διῆλθεν, Ἀσδρούβαν τὸν ἀδελφὸν ἐν Ἰβηρίᾳ * *.

XIV. * * * ἐν Ἰβηρίᾳ σφίσι καὶ Λιβύῃ τὸν πόλεμον ἔσεσθαι (οὐ γὰρ δή, μὴ Λίβυές ποτε ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐσβάλωσιν, οὐδ' ὑπενόουν), Τιβέριον μὲν Σεμπρώνιον Λόγγον ἐπὶ νεῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα σὺν δύο στρατοῦ τέλεσιν ἐς Λιβύην ἐξέπεμπον. Καὶ ὅσα Λόγγος τε καὶ οἱ λοιποὶ Ῥωμαίων στρατηγοὶ περὶ Λιβύην ἔπραξαν, ἐν τῇ Καρχηδονικῇ βίβλῳ συγγέγραπται. Πούπλιον δὲ Κορνήλιον Σκιπίωνα ἔστελλον ἐς Ἰβηρίαν, ἐπὶ νεῶν ἑξήκοντα, μετὰ πεζῶν μυρίων καὶ ἱππέων ἑπτακοσίων· καὶ πρεσβευτὴν αὐτῷ συνέπεμπον Γναῖον Κορνήλιον Σκιπίωνα, τὸν ἀδελφόν. Τούτοιν ὁ μὲν Πούπλιος, παρὰ Μασσαλιωτῶν ἐμπόρων πυθόμενος Ἀννίβαν διὰ τῶν Ἄλπίων ὀρῶν ἐς τὴν Ἰταλίαν ὑπερβάντα, δείσας μὴ ἀδοκήτως τοῖς Ἰταλιώταις ἐπιπέσοι, παραδοὺς Γναίῳ τῷ ἀδελφῷ τὴν ἐν Ἰβηρίᾳ στρατιάν, διέπλευσεν ἐπὶ πεντήρους ἐς Τυῤῥηνίαν. Καὶ ὅσα ἔπραξεν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ οὗτός τε, καὶ ὅσοι μετ' αὐτὸν ἄλλοι στρατηγοὶ τοῦδε τοῦ πολέμου ἐγένοντο, ἕως Ἀννίβαν ἑκκαιδεκάτῳ μόλις ἔτει τῆς Ἰταλίας ἐξήλασαν, ἡ ἑξῆς βίβλος ὑποδείκνυσιν, ἣ τὰ ἔργα Ἀννίβου τὰ ἐν Ἰταλίᾳ πάντα περιλαμβάνει, καὶ παρ' αὐτὸ λέγεται Ῥωμαϊκῶν Ἀννιβαϊκή.

XV. Γναῖος δὲ οὐδέν, ὅ τι καὶ εἰπεῖν, ἔπραξεν ἐν τοῖς Ἴβηρσι, πρὶν αὐτῷ Πούπλιον τὸν ἀδελφὸν ἐπανελθεῖν. Ῥωμαῖοι γάρ, ληγούσης τῆς ἀρχῆς τῷ Πουπλίῳ, πρὸς μὲν Ἀννίβαν ἐς τὴν Ἰταλίαν τοὺς μετὰ τὸν Πούπλιον ὑπάτους ἐξέπεμψαν· αὐτὸν δέ, ἀνθύπατον ἀποφήναντες, ἐς Ἰβηρίαν αὖθις ἔστειλαν. Καὶ ἀπὸ τοῦδε οἱ δύο Σκιπίωνες τὸν ἐν Ἰβηρίᾳ πόλεμον διέφερον, Ἀσδρούβου σφίσιν ἀντιστρατηγοῦντος· μέχρι Καρχηδόνιοι μέν, ὑπὸ Σύφακος τοῦ τῶν Νομάδων δυνάστου πολεμούμενοι, τὸν Ἀσδρούβαν καὶ μέρος τῆς ὑπ' αὐτῷ στρατιᾶς μετεπέμψαντο. Τῶν δὲ ὑπολοίπων οἱ Σκιπίωνες εὐμαρῶς ἐκράτουν. Καὶ πολλαὶ τῶν πόλεων ἐς αὐτοὺς ἑκοῦσαι μετετίθεντο. Καὶ γὰρ ἤστην πιθανωτάτω στρατηγῆσαί τε καὶ προσαγαγέσθαι.

XVI. Θέμενοι δ' οἱ Καρχηδόνιοι πρὸς Σύφακα εἰρήνην, αὖθις ἐξέπεμπον εἰς Ἰβηρίαν Ἀσδρούβαν μετὰ πλέονος στρατοῦ καὶ ἐλεφάντων τριάκοντα, καὶ σὺν αὐτῷ ἄλλους δύο στρατηγούς, Μάγωνά τε καὶ Ἀσδρούβαν ἕτερον, ὃς Γίσκωνος ἦν υἱός. Καὶ χαλεπώτερος ἦν τοῖς Σκιπίωσιν ὁ πόλεμος ἀπὸ τοῦδε. Ἐκράτουν δὲ καὶ ὥς. Καὶ πολλοὶ μὲν τῶν Λιβύων, πολλοὶ δὲ τῶν ἐλεφάντων ἐφθάρησαν· μέχρι, χειμῶνος ἐπιλαβόντος, οἱ μὲν Λίβυες ἐχείμαζον ἐν Τυρδιτανίᾳ· τῶν δὲ Σκιπιώνων ὁ μὲν Γναῖος ἐν Ὀρσῶνι, ὁ δὲ Πούπλιος ἐν Καστολῶνι. Ἔνθα αὐτῷ προσιὼν ὁ Ἀσδρούβας ἀπηγγέλθη· καὶ προελθὼν τῆς πόλεως μετ' ὀλίγων ἐς κατασκοπὴν στρατοπέδου, ἔλαθε πλησιάσας τῷ Ἀσδρούβᾳ. Καὶ αὐτὸν ἐκεῖνος καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας ἱππεῦσι περιδραμὼν ἀπέκτεινεν. Ὁ δὲ Γναῖος, οὐδέν τι προ-

exploravit : quas et haud ita multo post superavit, fratre Asdrubale in Hispania *relicto*.

XIV. *Romani*, sibi cum Carthaginiensibus et in Hispania et in Africa bellum gerendum *rati*, ac de transitu Pœnorum in Italiam nihil ne suspicantes quidem, Tib. Sempronium Longum in Africam, cum CLX navibus ac duabus legionibus, miserunt. Verum quid Longus aliique post eum imperatores Romanorum circa Africam gesserint, in Punico libro perscriptum est. In Hispaniam autem P. Cornelium Scipionem, cum LX navibus, et peditum decem millibus, equitibus, septingentis, ire jusserunt; eique legatum fratrem ipsius, Cn. Cornelium Scipionem, addiderunt. Sed horum alter, Publius, quum a Massiliensibus mercatoribus accepisset, Annibalem per Alpes in Italiam contendere, veritus, ne in Italos nec opinantes ille irrueret, traditis Cnæo fratri Hispanicis copiis, conscensa quinqueremi in Etruriam rediit. Quid autem et ipse, et alii post eum duces illius belli, in Italia gesserint, donec tandem post sextum decimum annum Annibal Italia expulsus est, a nobis sequenti volumine exponetur, quo res cunctas ab Annibale in Italia gestas complectemur, quod etiam ob id ipsum Romanarum Historiarum Liber Annibalicus inscribitur.

XV. Cnæus in Hispania, ante quam Publius frater ad eum rediisset, nihil memorabile gessit. Finito autem Publii magistratu, Romani, novis consulibus adversus Annibalem ad bellum Italicum missis, Publium proconsulem nominarunt, ac rursus in Hispaniam proficisci jusserunt. Atque ex eo tempore ambo Scipiones bellum in Hispania administrarunt, Asdrubale Pœnorum copias contra eos ducente; donec Carthaginienses, armis Syphacis Numidiæ reguli tentati, Asdrubalem cum parte copiarum domum revocarunt. Quo facto reliquis facile superiores fuere Scipiones : atque multæ etiam urbes sponte sua ad illos defecerunt; quoniam, ut eximii imperatores, ita in conciliandis etiam populorum voluntatibus miræ artis erant.

XVI. Sed Carthaginienses, pace cum Syphace composita, Asdrubalem in Hispaniam cum majoribus copiis trigintaque elephantis remiserunt, adjunctis ei duobus aliis ducibus, Magone, atque alio Asdrubale, Gisconis filio. Ex eo tempore difficilius bellum Scipiones habuerunt; neque vero eo minus superiores discesserunt, multique ab eis Afrorum militum et elephantorum occisi sunt. Superveniente hieme, Carthaginienses in Turditanos hiematum concessere; Cnæus Scipio Orsonem, Publius Castulonem se recepit. Cui quum nunciaretur adventare Asdrubalem, egressus ex urbe cum exigua militum manu, castra hostium exploraturus, imprudens in ipsum Asdrubalem incidit; a cujus equitatu circumventus, una cum omnibus qui cum eo erant, trucidatus est. Cnæus, nuncio de eo quod fratri accidisset nondum accepto, milites stipendii petendi causa emiserat;

μαθὼν, ἐς τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ σῖτον ἔπεμπε στρατιώτας· οἷς ἕτεροι Λιβύων συντυχόντες ἐμάχοντο. Καὶ πυθόμενος ὁ Γναῖος, ἐξέδραμεν ὡς εἶχεν μετὰ τῶν εὐζώνων ἐπ' αὐτούς. Οἱ δὲ τούς τε προτέρους ἀνῃρήκεσαν ἤδη, καὶ τὸν Γναῖον ἐδίωκον· ἕως ἐσέδραμεν ἔς τινα πύργον. Καὶ τὸν πύργον ἐνέπρησαν οἱ Λίβυες, καὶ ὁ Σκιπίων κατεκαύθη μετὰ τῶν συνόντων.

XVII. Οὕτω μὲν οἱ Σκιπίωνες ἀπέθανον ἄμφω, ἄνδρες ἐς πάντα ἀγαθοὶ γενόμενοι. Καὶ αὐτοὺς ἐπεπόθησαν Ἴβηρες, ὅσοι δι' αὐτοὺς ἐς Ῥωμαίους μετέθεντο. Πυθόμενοι δ' οἱ ἐν ἄστει, βαρέως τε ἤνεγκαν, Μάρκελλον ἐκ Σικελίας ἄρτι ἀφιγμένον, καὶ σὺν αὐτῷ Κλαύδιον, ἐπὶ νεῶν ἐξέπεμπον ἐς Ἰβηρίαν, μετὰ χιλίων ἱππέων καὶ πεζῶν μυρίων, καὶ χορηγίας ἱκανῆς. Οὐδενὸς δὲ λαμπροῦ παρὰ τῶνδε γιγνομένου, τὰ Λιβύων ὑπερηύξετο, καὶ πᾶσαν σχεδὸν Ἰβηρίαν εἶχον, ἐς βραχὺ Ῥωμαίων ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Πυρηναίοις κατακεκλημένων. Πάλιν οὖν οἱ ἐν ἄστει πυνθανόμενοι, μᾶλλον ἐταράσσοντο· καὶ φόβος ἦν, μὴ, Ἀννίβου πορθοῦντος τὰ πρόσω τῆς Ἰταλίας, καὶ οἵδε οἱ Λίβυες ἐς τὰ ἕτερα αὐτῆς ἐσβάλοιεν. Ὅθεν οὐδὲ ἀποσχέσθαι τῆς Ἰβηρίας βουλομένοις αὐτοῖς δυνατὸν ἦν, δέει τοῦ μὴ καὶ τόνδε τὸν πόλεμον ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπαγαγέσθαι.

XVIII. Προύγραφον οὖν ἡμέραν, ἐν ᾗ χειροτονήσουσι στρατηγὸν εἰς Ἰβηρίαν. Καὶ οὐδενὸς παραγγέλλοντος, ἔτι πλείων ἐγίγνετο φόβος, καὶ σιωπὴ σκυθρωπὸς ἐπεῖχε τὴν ἐκκλησίαν· ἐς ὃ Κορνήλιος Σκιπίων, ὁ Πουπλίου Κορνηλίου τοῦ ἀναιρεθέντος ἐν Ἴβηρσιν υἱὸς (νέος μὲν ὢν κομιδῇ· τεσσάρων γὰρ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἦν· σώφρων δὲ καὶ γενναῖος εἶναι νομιζόμενος), ἐς τὸ μέσον ἐλθὼν, ἐσεμνολόγησεν ἀμφί τε τοῦ πατρὸς καὶ ἀμφὶ τοῦ θείου· καὶ τὸ πάθος αὐτῶν ὀδυράμενος, ἐπεῖπεν, οἰκεῖος εἶναι τιμωρὸς ἐκ πάντων πατρὶ καὶ θείῳ καὶ πατρίδι. Ἄλλα τε πολλὰ ἀθρόως καὶ λάβρως, ὥσπερ ἔνθους, ἐπαγγειλάμενος, οὐκ Ἰβηρίαν λήψεσθαι μόνην, ἀλλ' ἐπ' αὐτῇ καὶ Λιβύην καὶ Καρχηδόνα· τοῖς μὲν ἔδοξε κουφολογῆσαι νεανικῶς, τὸν δὲ δῆμον ἀνέλαβε κατεπτηχότα (χαίρουσι γὰρ ἐπαγγελίαις οἱ δεδιότες), καὶ ᾑρέθη στρατηγὸς ἐς Ἰβηρίαν, ὡς πράξων τι τῆς εὐτολμίας ἄξιον. Οἱ πρεσβύτεροι δὲ αὐτὴν οὐκ εὐτολμίαν, ἀλλὰ προπέτειαν, ἐκάλουν. Καὶ ὁ Σκιπίων αἰτιώμενος, ἐς ἐκκλησίαν αὖθις αὐτοὺς συνεκάλει τε καὶ ἐσεμνύνετο ὅμοια· καὶ τὴν ἡλικίαν εἰπὼν οὐδὲν ἐμποδὼν οἱ γενήσεσθαι, προὐκαλεῖτο ὅμως, εἴ τις ἐθέλοι τῶν πρεσβυτέρων τὴν ἀρχὴν παραλαβεῖν, ἑκόντος αὐτοῦ παραδιδόντος. Οὐδενὸς δ' ἑλομένου, μᾶλλον ἐπαινούμενός τε καὶ θαυμαζόμενος, ἐξῄει μετὰ μυρίων πεζῶν καὶ ἱππέων πεντακοσίων· οὐ γὰρ ἐνεχώρει πλέονα στρατὸν ἐξάγειν, Ἀννίβου δῃοῦντος τὴν Ἰταλίαν. Ἔλαβε δὲ καὶ χρήματα καὶ παρασκευὴν ἄλλην, καὶ ναῦς μακρὰς ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, μεθ' ὧν ἐς Ἰβηρίαν διέπλευσε.

XIX. Παραλαβὼν δὲ τὴν ἐκεῖ στρατιὰν, καὶ οὓς ἦγεν ἐν ἓν συναγαγὼν, ἐκάθηρε, καὶ διελέχθη καὶ τοῖσδε μεγαληγόρως. Δόξα τε διέδραμεν ἐς ὅλην αὐτίκα

qui in aliam Afrorum manum incidentes, ad conserendam pugnam coacti sunt. Qua re intellecta, Cnæus, nihil moræ faciens, suis ut suppetias ferret, cum expeditis propere accurrit. Sed Pœni, jam cæsis prioribus, in ipsum Cnæum impetum faciunt; qui, ubi fuga in turrim quamdam sese recepit, incensa ab hostibus turri, cum omni comitatu concrematus est.

animis, dux eligitur Viriathus: ac primum omnes tanquam ad pugnam instructos in fronte collocat; deinde jubet, ut, quum ipse equum inscenderit, illi in varias partes dispersi, diversis itineribus in Tribolam urbem quam celerrime fugiant, ibique se operiantur. Interea mille selectos, qui secum in acie starent, retinet. His peractis rebus, simul atque Viriathus equum inscendit, omnes fugam arripuere. Vetilius autem in multas partes distractos persequi veritus, in Viriathum stantem, et occasioni, si qua se daret, imminentem, conversus, pugnam ciebat. Sed Viriathus velocissimis equis nunc eum infestando, nunc sese subducendo, nunc iterum objiciendo incursandoque, totum illum diem et posterum in eo ipso campo circumcursans consumsit. Ut autem conjectura collegit, socios ex fuga in tuto esse posse, noctu profectus deviis itineribus equisque pernicissimis Tribolam pervenit; Romanis et propter gravem armaturam et locorum ignorationem (adde quod dissimilibus equis vehebantur) subsequi non valentibus. Hoc pacto Viriathus exercitum, suis rebus diffidentem, ex insperato conservavit. Cujus facinoris fama, ad barbaros perlata, plurimum illi et decoris et virium adjunxit; quarum præsidio triennium totum [*potius*, per octo annos,] adversus Romanos bellum sustinuit.

LXIII. Sed mihi in animo est, Viriathicum hoc bellum, quod Romanos non parum exercuit, seorsim congerere, et si quid eodem tempore in Hispania gestum est, in alium locum rejicere. Vetilius ergo Viriathum persequens, Tribolam contendit. Sed Viriathus, collocatis in loco silvestri insidiis, veluti fugiens se recepit; donec Vetilius locum insidiarum esset prætergressus. Quo facto, mox et ipse signa convertit, et illi ex insidiis prosiluerunt. Sic utrimque impetu in Romanos facto, multos interficiunt, alios in voragines præcipitant, multos etiam vivos capiunt. Inter captos ipse Vetilius erat; quem qui ceperat, quum senem videret obeso corpore, ignarus quis esset, tanquam hominem nullius pretii interfecit. Ex decem millibus Romanorum vix sex millia Carpessum profugerunt; urbem ad mare sitam, quam ego arbitror quondam a Græcis Tartessum nominatam, regemque Arganthonium (qui centum et quinquaginta annos complevisse fertur) in ea regnasse. Receptos ex fuga milites, quæstor Vetilii per mœnia urbis disponit, adhuc trepidantes: ac quinque millia sociorum, quos a Bellis Titthisque impetraverat, obviam Viriatho misit; quos ille mox ita cecidit, ut ne nuncius quidem cladis superfuerit. Exinde quæstor, intra urbem se continens, auxilium Romæ exspectabat.

LXIV. Interea Viriathus Carpetanum agrum, fertilem admodum, libere depopulatus est: quoad C. Plautius Roma cum peditum decem millibus, equitibus mille trecentis, venit. Tum vero iterum simulata fuga, missa ad se insequendum a Plautio quatuor millia, conversis signis, adortus, paucis exceptis delevit. Deinde trajecto flumine Tago, castra in monte oleis consito, qui Mons Veneris nominatur,

ἐπωνύμῳ. Ἔνθα ὁ Πλαύτιος καταλαβὼν, καὶ τὸ πταῖσμα ἀναλαβεῖν ἐπειγόμενος, συνέβαλεν. Ἡττηθεὶς δὲ, φόνου πολλοῦ γενομένου, διέφυγεν ἀκόσμως ἐς τὰς πόλεις. Καὶ ἐκ μέσου θέρους ἐχείμαζεν, οὐ θαῤῥῶν οὐδαμοῖ προϊέναι. Ὁ δ' Οὐρίατθος τὴν χώραν ἀδεῶς περιιὼν, ᾔτει τοὺς κεκτημένους τιμὴν τοῦ ἐπικειμένου καρποῦ· καὶ παρ' ὧν μὴ λάβοι, διέφθειρεν.

LXV. Ὧν οἱ ἐν ἄστει Ῥωμαῖοι πυνθανόμενοι, Φάβιον Μάξιμον Αἰμιλιανὸν, Αἰμιλίου Παύλου τοῦ Περσέα τὸν Μακεδόνων βασιλέα ἀνελόντος υἱὸν, ἔπεμπον ἐς Ἰβηρίαν· καὶ στρατιὰν ἑαυτῷ καταγράφειν ἐπέτρεπον. Ὁ δὲ, Ῥωμαίων ἄρτι Καρχηδόνα καὶ τὴν Ἑλλάδα ἑλόντων, καὶ τὸν τρίτον ἐν Μακεδονίᾳ πόλεμον κατωρθωκότων, φειδοῖ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐκεῖθεν ἐληλυθότων, κατέλεγε πρωθήβας, οὐ πρὶν πολέμου πεπειραμένους, ἐς δύο τέλη. Καὶ παρὰ τῶν συμμάχων στρατὸν ἄλλον αἰτήσας, ἧκεν ἐς Ὀρσῶνα τῆς Ἰβηρίας, σύμπαντας ἔχων πεζοὺς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, καὶ ἱππέας ἐς δισχιλίους. Ὅθεν οὔπω μάχης ἄρχων, μέχρι τὴν στρατιὰν γυμνάσειεν, ἐς Γάδειρα διέπλευσε τὸν πορθμὸν, Ἡρακλεῖ θύσων. Ὁ δὲ Οὐρίατθος, αὐτοῦ τῶν ξυλευομένων τισὶν ἐπιπεσὼν, ἔκτεινε πολλοὺς, καὶ ἐφόβησε τοὺς λοιπούς. Τοῦ δ' ὑποστρατήγου συντάξαντος αὐτοὺς, αὖθις ὁ Οὐρίατθος ἐκράτει, καὶ πολλὴν λείαν περιεσύρατο. Ἀφικομένου τε τοῦ Μαξίμου, συνεχῶς ἐξέτασσε προκαλούμενος. Ὁ δὲ ὅλῳ μὲν οὐ συνεμίσγετο τῷ στρατῷ, γυμνάζων αὐτὸν ἔτι· κατὰ δὲ μέρη πολλάκις ἠκροβολίζετο, πεῖράν τε ποιούμενος τῶν πολεμίων, καὶ τοῖς ἰδίοις ἐντιθεὶς θάρσος. Χορτολογῶν τε, ἐνόπλους ἀεὶ τοῖς γυμνοῖς περιίστη, καὶ περιέτρεχε μεθ' ἱππέων αὐτός· οἷα, Παύλῳ τῷ πατρὶ συστρατευόμενος ἐν Μακεδόσιν, ἑώρα. Μετὰ δὲ χειμῶνα γεγυμνασμένῳ τῷ στρατῷ τρέπεται δεύτερος ὅδε τὸν Οὐρίατθον, καλῶς ἀγωνισάμενον· καὶ πόλεις αὐτοῦ δύο, τὴν μὲν διήρπασεν, τὴν δὲ ἐνέπρησεν· αὐτόν τε, φεύγοντα ἐς χωρίον ᾧ ὄνομα ἦν Βαικὸρ, διώκων, ἔκτεινε πολλούς. Καὶ ἐχείμαζεν ἐν Κορδύβῃ.

LXVI. Ἐφ' οἷς ὁ Οὐρίατθος, οὐχ ὁμοίως ἔτι καταφρονῶν, Ἀρουακοὺς καὶ Τιτθοὺς καὶ Βελλοὺς, ἔθνη μαχιμώτατα, ἀπέστησεν ἀπὸ Ῥωμαίων. Καὶ πόλεμον ἄλλον οἵδε ἐφ' ἑαυτῶν ἐπολέμουν, ὃν ἐκ πόλεως αὐτῶν μιᾶς Νομαντῖνον ἡγοῦνται, μακρόν τε καὶ ἐπίπονον Ῥωμαίοις γενόμενον. Καὶ συνάξω καὶ τόνδε ἐς ἓν, μετὰ Οὐρίατθον. Οὐρίατθος μὲν ἐπὶ θάτερα τῆς Ἰβηρίας ἑτέρῳ στρατηγῷ Ῥωμαίων Κοϊντίῳ συνεπλέκετο· καὶ ἡσσώμενος, ἐς τὸ Ἀφροδίσιον ὄρος ἀνέστρεφεν. Ὅθεν ἐπιστραφεὶς, ἔκτεινε τοὺς Κοϊντίου χιλίους, καὶ σημεῖά τινα ἥρπασε· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν συνεδίωξεν, καὶ τὴν ἐν Ἰτύκκῃ φρουρὰν ἐξέβαλε, καὶ τὴν Βαστιτανῶν χώραν ἐληΐζετο, Κοϊντίου διὰ δειλίαν καὶ ἀπειρίαν οὐκ ἐπιβοηθοῦντος, ἀλλ' ἐν Κορδύβῃ χειμάζοντος ἐκ μέσου μετοπώρου, καὶ Γάϊον Μάρκιον θαμινὰ ἐπιπέμποντος αὐτῷ, ἄνδρα Ἴβηρα ἐκ πόλεως Ἰταλικῆς.

posuit. Ubi eum assecutus Plautius, dum sarciendi damni accepti cupiditate collatis signis dimicat, victus ingenti clade, sine ullo ordine intra oppida refugit; et circa mediam æstatem ad hiberna se recepit, nusquam prodire ausus. Quapropter Viriathus totam regionem libere pervagatus, ab agrorum dominis maturescentium atque instantium frugum pretium exigebat; et, si qui non persolvebant, vastabat ac perdebat.

LXV. Quibus Romæ intellectis, Patres Fabium Maximum Æmilianum, Æmilii Pauli (qui Perseum Macedonum regem sustulit) filium, in Hispaniam miserunt, delectus habendi facta potestate. Ille vero, quia Carthagine et Græcia nuper subacta, tertioque bello Macedonico confecto, viris urbs exhausta erat, ut iis parceret qui ex illis bellis redierant, puberum tironum duas legiones conscripsit. Ad hæc impetratis a sociis aliis copiis, exercitum habens peditum quindecim, equitum circiter duorum millium, Orsonem, Hispaniæ urbem pervenit. Inde, quod hostem aggredi nollet, donec satis exercitatæ sibi copiæ essent, Gades, trajecto freto, petiit, Herculi sacrificaturus. Interim Viriathus, in Romanorum lignatum egressam manum impetum faciens, multos interfecit, reliquis terrorem incussit; hosque, a duce ad signa revocatos, commisso prælio, iterum devicit, et ingenti præda spoliavit. Maximum autem, postquam Gadibus rediit, assidue instructa acie, ad pugnam provocabat. At ille totis viribus decernere recusabat, quod suos etiamnum exercere vellet; sed parte copiarum levibus subinde committendis præliis, hostium vires tentabat, et suis robur fiduciamque augebat. Quoties autem frumentatum ibatur, armatis militibus inermes semper cingere et ipse obequitare cum equitibus solebat : quod patris Pauli exemplo, sub quo in Macedonia militaverat, fuerat edoctus. Exacta hieme, exercitato et confirmato exercitu, jam Viriathum Fabius (qui alter erat Viriathi victor), fortiter præliantem, in fugam vertit; duarumque ejus urbium alteram diripuit, alteram incendit : et hostem, ad castellum, cui Bæcor nomen erat, fugientem persecutus, multos peremit. Deinde Cordubæ hiemavit.

LXVI. Post hæc Viriathus non jam, ut ante, securus, Arevacos, Titthos et Bellos, bellicosissimos populos a Romanorum societate abduxit. Et hi quidem per se aliud bellum gesserunt, diuturnum et Romanis laboriosum; a Numantia, una eorum urbe, Numantinum bellum appellatum : quod et ipsum post Viriathicum statim complectemur. Viriathus autem in ulteriori Hispania cum alio Romanorum imperatore, Quintio, collatis signis dimicavit; et victus Montem Veneris repetiit. Unde iterum in hostes conversus, ex Quintianis militibus mille necavit, signis aliquot captis, atque hostibus in castra compulsis. Quin etiam præsidium, quod Ituccæ erat, vi dejecit, et Bastitanorum regionem depopulatus est : quum interea Quintius ob timiditatem et imperitiam non subveniret; sed Cordubæ inclusus (quo se medio autumno ad hiberna contulerat) C. Marcium quemdam, Hispanum ex Italica urbe, identidem in hostes emitteret.

LXVII. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, Κοιντίῳ μὲν ὁ ἀδελφὸς Αἰμιλιανοῦ, Φάβιος Μάξιμος Σερουϊλιανός, ἦλθεν ἐπὶ τὴν στρατηγίαν διάδοχος, δύο ἄλλα τέλη Ῥωμαίων ἄγων, καὶ συμμάχους τινάς, ἅπαντας ἐς μυρίους καὶ ὀκτακισχιλίους πεζούς, καὶ ἱππέας ἑξακοσίους ἐπὶ χιλίοις. Ἐπιστείλας δὲ καὶ Μικίψῃ τῷ Νομάδων βασιλεῖ, πέμψαι οἱ τάχιστα ἐλέφαντας, ἐς Ἰτύκκην ἠπείγετο, τὴν στρατιὰν ἄγων κατὰ μέρος· καὶ τὸν Οὐρίατθον, ἑξακισχιλίοις ἀνδράσιν ἐπιόντα οἱ μετά τε κραυγῆς καὶ θορύβου βαρβαρικοῦ καὶ κόμης μακρᾶς (ἣν ἐν τοῖς πολέμοις ἐπισείουσι τοῖς ἐχθροῖς), οὐδὲν ὑποπτήξας ὑπέστη τε γενναίως, καὶ ἀπεώσατο ἄπρακτον. Ὡς δέ οἱ καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος ἀφῖκτο, καὶ ἐκ Λιβύης ἐλέφαντες δέκα σὺν ἱππεῦσι τριακοσίοις· στρατόπεδον ὠχύρου μέγα, καὶ προεπεχείρει τῷ Οὐριάτθῳ, καὶ τρεψάμενος αὐτὸν ἐδίωκεν. Ἀτάκτου δὲ τῆς διώξεως γενομένης, ἰδὼν ἐν τῇ φυγῇ τοῦτο ὁ Οὐρίατθος, ἐπανῆλθε· καὶ κτείνας ἐς τρισχιλίους, τοὺς λοιποὺς συνήλασεν ἐς τὸ στρατόπεδον· καὶ προσέβαλε καὶ τῷδε, ὀλίγων μόλις αὐτὸν ὑφισταμένων περὶ τὰς πύλας, τῶν δὲ πλεόνων ἐς τὰς σκηνὰς καταδύντων ὑπὸ δέους, καὶ μόλις ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν χιλιάρχων ἐξαγομένων. Τότε μὲν οὖν Φάννιός τε, ὁ Λαιλίου κηδεστής, λαμπρῶς ἠρίστευε, καὶ νὺξ ἐπελθοῦσα Ῥωμαίους περιέσωσεν. Ὁ δὲ Οὐρίατθος ἢ νυκτὸς ἢ καύματος ὥρᾳ θαμινὰ ἐπιών, καὶ οὔ τινα καιρὸν ἀδόκητον ἐκλιπών, ψιλοῖς ἀνδράσι καὶ ἵπποις ταχυτάτοις ἠνώχλει τοῖς πολεμίοις, μέχρι τὸν Σερουϊλιανὸν ἐς Ἰτύκκην ἀναστῆσαι.

LXVII. Anno exacto, successit Quintio Æmiliani frater Fabius Maximus Servilianus, abduxitque secum duas legiones Romanorum, et socios nonnullos; ita ut ejus copiæ omnes essent circa octodecim millium peditum, equitum mille et sexcentorum. Scripsit etiam ad Micipsam, Numidarum regem, ut ad se elephantos quam celerrime mitteret. Properanti autem Itucceam, et partem exercitus ducenti, occurrit Viriathus sex millibus militum, magno strepitu ac clamore, longaque cæsarie, quam in præliis ad terrendos hostes barbari quatere consueverunt. Cujus impetum tantis animis sustinuit, ut hostem re infecta repelleret. Dein ubi reliqua pars exercitus, atque ex Libya decem elephantes cum trecentis equitibus advenerunt, Servilianus, amplis munitis castris, prior in Viriathum aciem deduxit, et superatum fudit fugavitque. Sed dum turbatis ordinibus insequitur fugientem, Viriathus, ea confusione animadversa, reversus ex fuga, circiter tria millia Romanorum interfecit, reliquos in castra egit. Castra quoque ipsa adortus est, quum vix pauci irruenti hosti ad portas sese objicerent, sed plures metu perculsi tentoriis se abderent, nec nisi ægre ab ipso imperatore et tribunis militum ad pugnam educi possent. Ibi tum Fannii virtus, qui gener Lælii erat, præ cæteris eluxit; noctis autem supervenientis beneficio Romani servati sunt. Sed Viriathus, vel noctu, vel interdiu, urente sole sæpius incursans, nulla occasione prætermissa, qua inexspectatus hostibus appareret, militibus expeditis equisque velocissimis Romanos infestando, tandem Servilianum coegit relictis castris Itucceam remigrare.

LXVIII. Τότε δὲ ἤδη τροφῶν τε ἀπορῶν ὁ Οὐρίατθος, καὶ τὸν στρατὸν ἔχων ἐλάττω, νυκτὸς ἐμπρήσας τὸ στρατόπεδον, ἐς Λυσιτανίαν ἀνεχώρει. Καὶ αὐτὸν ὁ Σερουϊλιανὸς οὐ καταλαβών, ἐς Βαιτουρίαν ἐνέβαλεν, καὶ πέντε πόλεις διήρπασεν, αἳ τῷ Οὐριάτθῳ συνεπεπράχεσαν. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐστράτευεν ἐς Κουνέους. Ὅθεν ἐς Λυσιτανοὺς ἐπὶ τὸν Οὐρίατθον αὖθις ἠπείγετο· καὶ αὐτῷ παροδεύοντι δύο λῄσταρχοι μετὰ μυρίων ἀνδρῶν ἐπιθέμενοι, Κούριός τε καὶ Ἀπουλήϊος, ἐθορύβησαν, καὶ τὴν λείαν ἀφείλοντο. Καὶ Κούριος μὲν ἐν τῷ ἀγῶνι ἔπεσεν· ὁ δὲ Σερουϊλιανὸς τήν τε λείαν μετ' οὐ πολὺ ἀνέλαβε, καὶ πόλεις εἷλεν Εἰσκαδίαν τε καὶ Γέμελλαν καὶ Ὀβόλκολαν, φρουρουμένας ὑπὸ τῶν Οὐριάτθου· καὶ διήρπαζεν ἑτέρας, καὶ συνεγίγνωσκεν ἄλλαις. Αἰχμάλωτα δ' ἔχων ἀμφὶ τὰ μύρια, πεντακοσίων μὲν ἀπέτεμεν τὰς κεφαλάς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπέδοτο. Καὶ [ἐχείμαζε, δεύτερον ἔτος ἤδη στρατηγῶν τοῦδε τοῦ πολέμου. Καὶ τάδε μὲν ὁ Σερουϊλιανὸς ἐργασάμενος, ἐς Ῥώμην ἀπῆρε, διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν Κοΐντου Πομπηΐου Αὔλου. Ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Μάξιμος Αἰμιλιανὸς] Κοννόβαν μέν τινα λῄσταρχον ἑαυτὸν ἐγχειρίσαντα λαβών, καὶ φεισάμενος αὐτοῦ μόνου, τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας ἐχειροκόπησεν.

LXVIII. Tum demum Viriathus, deficiente jam re frumentaria, et copiarum numero multum minuto, noctu castris incensis in Lusitaniam regressus est. Servilianus, abeuntem non assecutus, in Bæturiam, translato bello quinque oppida, quæ Viriathi rebus studuerant, diripuit. Inde in Cuneos copias traduxit. Unde rursus in Lusitaniam contra ipsum Viriathum contendit. In itinere duo latronum principes obvii facti, Curius et Apuleius, cum decem millibus hominum Romanos infestarunt; consertoque prælio, quo Curius cecidit, prædam eis eripuerunt. Sed eam non multo post omnem Servilianus recepit, et Escadiam, Gemellam et Obolcolam, urbes Viriathi præsidiis firmatas, expugnavit: aliaque nonnulla oppida diripuit, aliis veniam dedit. Ex decem autem millibus captivorum, quos habuit, quingentos securi percuti jussit, reliquos vendidit. Et post hæc hiberna adiit, altero hujus belli, cui præfuerat, anno. Atque his rebus gestis, Romam rediit, succedente illi in imperio Q. Pompeio Aulo. Cæterum frater ejus Maximus [Æmilianus] Connobam quemdam, latronum ducem, quum deditione cepisset, ipsum quidem salvum dimisit, sed cunctorum ejus militum manus amputavit.

LXIX. Οὐρίατθον δὲ διώκων, Ἐρισάνην αὐτοῦ πόλιν ἀπετάφρευεν. Ἐς ἣν ὁ Οὐρίατθος ἐσδραμὼν νυκτός, ἅμα ἕῳ τοῖς ἐργαζομένοις ἐπέκειτο· μέχρι τὰ

LXIX. Dum vero Viriathum persequitur Servilianus, et Erisanam ejus urbem vallo fossaque circumdat, Viriathus, urbem noctu ingressus, facta sub lucem eruptione, non

σκαφεῖα ῥίψαντες ἔφευγον. Τήν τε ἄλλην στρατιὰν, ἐκταχθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Σερουϊλιανοῦ, τρεψάμενος ὁμοίως Οὐρίατθος, ἐδίωκε, καὶ συνήλασεν ἐς κρημνοὺς, ὅθεν οὐκ ἦν τοῖς Ῥωμαίοις διαφυγεῖν. Οὐρίατθος δὲ ἐς τὴν εὐτυχίαν οὐχ ὕβρισεν· ἀλλὰ, νομίσας ἐν καλῷ θήσεσθαι τὸν πόλεμον, ἐπὶ χάριτι λαμπρᾷ συνετίθετο Ῥωμαίοις, καὶ τὰς συνθήκας ὁ δῆμος ἐπεκύρωσεν· Οὐρίατθον εἶναι Ῥωμαίων φίλον, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ πάντας ἧς ἔχουσι γῆς ἄρχειν. Ὧδε μὲν ὁ Οὐριάτθου πόλεμος ἐδόκει πεπαῦσθαι, χαλεπώτατός τε Ῥωμαίοις γενόμενος, καὶ ἐπὶ εὐεργεσίᾳ καταλυθείς.

LXX. Οὐ μὴν ἐπέμεινεν οὐδ' ἐς βραχὺ τὰ συγκείμενα. Ὁ γὰρ ἀδελφὸς Σερουϊλιανοῦ, τοῦ ταῦτα συνθεμένου, Καιπίων, διάδοχος αὐτῷ τῆς στρατηγίας γενόμενος, διέβαλλε τὰς συνθήκας, καὶ ἐπέστειλε Ῥωμαίοις ἀπρεπεστάτας εἶναι. Καὶ ἡ βουλὴ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ συνεχώρει, κρύφα λυπεῖν τὸν Οὐρίατθον ὅ τι δοκιμάσειεν. Ὡς δ' αὖθις ἠνώχλει, καὶ συνεχῶς ἐπέστελλεν, ἔκρινε λῦσαί τε τὰς σπονδὰς, καὶ φανερῶς πολεμεῖν αὖθις Οὐριάτθῳ. Ἐψηφισμένου δὴ σαφῶς, ὁ Καιπίων Ἄρσαν τε πόλιν ἐκλείποντος Οὐριάτθου παρέλαβε, καὶ αὐτὸν Οὐρίατθον, φεύγοντά τε καὶ τὰ ἐν παρόδῳ φθείροντα, περὶ Καρπητανίαν κατέλαβε, πολὺ πλείονας ἔχων. Ὅθεν ὁ Οὐρίατθος οὐ δοκιμάζων αὐτῷ συμπλέκεσθαι, διὰ τὴν ὀλιγότητα, κατὰ μέν τινα φάραγγα ἀφανῆ τὸ πλέον τοῦ στρατοῦ περιέπεμψεν ἀπιέναι· τὸ δὲ λοιπὸν αὐτὸς ἐκτάξας ἐπὶ λόφου, δόξαν παρεῖχε πολεμήσοντος. Ὡς δ' ᾔσθετο τῶν προαπεσταλμένων ἐν ἀσφαλεῖ γεγονότων, ἐξίππευσεν ἐς αὐτοὺς μετὰ καταφρονήσεως, ὀξέως οὕτως ὡς μηδ' αἰσθέσθαι τοὺς διώκοντας, ὅποι διέδραμεν. Ὁ δὲ Καιπίων ἐς Οὐέττωνας καὶ Καλλαΐκους τραπεὶς, τὰ ἐκείνων ἐδῄου.

LXXI. Καὶ ζήλῳ τῶν ἔργων Οὐριάτθου, τὴν Λυσιτανίαν λῃστήρια πολλὰ ἄλλα ἐπιτρέχοντα ἐπόρθει. Σέξτος δὲ Ἰούνιος Βροῦτος, ἐπὶ ταῦτα πεμφθεὶς, ἀπέγνω μὲν αὐτὰ διώκειν διὰ χώρας μακρᾶς, ὅσην ὁ Τάγος τε καὶ Λήθης καὶ Δόριος καὶ Βαῖτις ποταμοὶ ναυσίποροι περιέχουσιν· ὀξέως, οἷα δὴ λῃστήρια, μεθιπταμένους δυσεργὲς ἡγούμενος εἶναι καταλαβεῖν, καὶ αἰσχρὸν οὐ καταλαβόντι, καὶ νικήσαντι τὸ ἔργον οὐ λαμπρόν. Ἐς δὲ τὰς πόλεις αὐτῶν ἐτράπετο, δίκην τε λήψεσθαι προσδοκῶν, καὶ τῇ στρατιᾷ πολὺ κέρδος περιέσεσθαι, καὶ τοὺς λῃστὰς ἐς ἑκάστην, ὡς πατρίδα κινδυνεύουσαν, διαλυθήσεσθαι. Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' ἐνθυμούμενος, ἐδῄου τὰ ἐν ποσὶν ἅπαντα· συμμαχομένων τοῖς ἀνδράσι τῶν γυναικῶν, καὶ συναναιρουμένων, καὶ οὔ τινα φωνὴν οὐδ' ἐν ταῖς σφαγαῖς ἀφιεισῶν. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ εἰς τὰ ὄρη μεθ' ὧν ἐδύναντο ἀνεπήδων· καὶ αὐτοῖς δεομένοις συνεγίγνωσκεν ὁ Βροῦτος, καὶ τὰ ὄντα ἐμερίζετο.

LXXII. Καὶ τὸν Δόριον περάσας, πολλὰ μὲν πολέμῳ κατέδραμεν, πολλὰ δὲ παρὰ τῶν αὐτοὺς ἐνδιδόντων ὅμηρα αἰτήσας, ἐπὶ Λήθην μετῄει, πρῶτος ὅδε Ῥωμαίων ἐπινοῶν τὸν ποταμὸν τόνδε διαβῆναι. Περάσας δὲ καὶ τόνδε, καὶ μέχρι Νίμιος ἑτέρου ποταμοῦ

solum eos qui vallum ducebant ad fugam ligonibus abjectis capessendam coegit; verum etiam reliquas copias ab imperatore in aciem eductas profligavit, et, urgendo instandoque, in loca prærupta compulit, unde receptus nullus Romanis dabatur. At ibi tum Viriathus noluit insolentius fortuna sua uti: verum, jam commodo tempore bellum deponi posse ratus, fœdus iniit cum Romanis, quo magnam sibi ab illis gratiam pactus est. Illudque fœdus postea populus romanus ratum habuit; ipsumque Viriathum Amicum appellavit, et ejus socios, quos agros possederant, habere jussit. Sic bellum, quod Romanis gravissimum fuerat, mutuo beneficio compositum extinctumque videbatur.

LXX. Sed pax haud diuturna mansit. Etenim Cæpio, frater Serviliani, fœderis hujus auctoris, et ejusdem in imperio successor, criminando pacta, tanquam indigna populo romano, primum a senatu impetrarat, sibi ut liceret clam pro arbitrio Viriatho incommodare. Deinde assidue obtundendo, literasque missitando, effecerat, ut idem senatu, ruptis fœderibus, palam bellum Viriatho rursus inferendum decerneret. Quo senatusconsulto fretus Cæpio, Arsam urbem, deserente Viriatho, deditione accepit, et ipsum Viriathum fugientem, et obvia quæque vastantem, in Carpetania assecutus est; multo majores, quam ille, copias secum habens. Quare Viriathus, ob paucitatem suorum prælio abstinere satius esse existimans, majori parte copiarum per vallem quamdam obscuram dimissa, reliquas in tumulo quodam instruxit, ut speciem dimicare volentis hosti præberet. Sed ubi, quos præmiserat, jam extra periculum esse sensit, ad eos advolavit, tanto contemtu hostis tantaque celeritate, ut, qui insequebantur, quonam se proripuisset, non sentirent. Cæpio, in Vettonas et Callaicos transducto exercitu, illorum agros depopulatus est.

LXXI. Jam vero Viriathi exemplo Lusitaniam multæ aliæ latronum manus incursionibus vastabant. Contra quos missus Sext. [*vel* D.] Junius Brutus, quum per amplissimam regionem (quantam scilicet Tagus, et Oblivionis fluvius, et Durius, et Bætis, amnes navigabiles, complectuntur) insequi eos haud consultum duxisset; quippe celeriter huc illuc, latronum more, transvolantes comprehendere difficillimum, non comprehendere autem sibi turpe, at ex victis non admodum insignem sibi fore victoriam, ratus; in latronum patria oppida exercitum duxit, ut eadem opera et de illis pœnas sumeret (ut quos confidebat ad sua quemque defendenda dilapsuros) et militem suum præda locupletaret. Hoc consilio obvia quæque diripere cœpit. Ad cujus vim arcendam, una cum viris mulieres arma capientes, tanta constantia pugnabant, ut ne in media quidem cæde vocem emitterent. Fuere tamen, qui, raptis quæ poterant, in montes confugiebant. Quibus petentibus veniam dedit Brutus, parte bonorum mulctatis.

LXXII. Deinde trajecto Durio flumine, multa loca bello longe lateque pervagatus, ab omnibus, qui in deditionem veniebant, magno numero obsidum accepto, ad Oblivionis, qui dicitur, fluvium perrexit Brutus, eumque Romanorum primus superavit. Inde ad Nimin [Nebin? *an* Minium?] aliud flumen progressus, quum commeatus, qui ei

προελθών, Βρακάρων αὐτῷ φερομένην ἀγορὰν ἁρπασάντων, ἐστράτευεν ἐπὶ τοὺς Βρακάρους· οἵ εἰσιν ἔθνος**, καὶ ἅμα ταῖς γυναιξὶν ὡπλισμέναις καὶ οἵδε ἐμάχοντο, καὶ προθύμως ἔθνησκον, οὐκ ἐπιστρεφόμενος αὐτῶν οὐδείς, οὐδὲ τὰ νῶτα δεικνύς, οὐδὲ φωνὴν ἀφιέντες. Ὅσαι δὲ κατήγοντο τῶν γυναικῶν, αἱ μὲν αὑτὰς διεχρῶντο, αἱ δὲ καὶ τῶν τέκνων αὐτόχειρες ἐγίγνοντο, χαίρουσαι τῷ θανάτῳ μᾶλλον τῆς αἰχμαλωσίας. Εἰσὶ δέ τινες τῶν πόλεων, αἳ τότε μὲν τῷ Βρούτῳ προσετίθεντο, οὐ πολὺ δ' ὕστερον ἀφίσταντο. Καὶ αὐτὰς ὁ Βροῦτος κατεστρέφετο αὖθις.

LXXIII. Ἐπὶ δὲ Ταλάβριγα πόλιν ἐλθών, ἣ πολλάκις μὲν αὐτῷ συνετέθειτο, πολλάκις δὲ ἀποστᾶσα ἠνώχλει, παρακαλούντων αὐτὸν καὶ τότε τῶν Ταλαβρίγων, καὶ διδόντων αὑτοὺς ἐς ὅ τι χρήζοι, πρῶτα μὲν τοὺς αὐτομόλους Ῥωμαίων ᾔτει, καὶ τὰ αἰχμάλωτα, καὶ ὅπλα, ὅσα εἶχον, καὶ ὅμηρα ἐπὶ τούτοις· εἶτ' αὐτοὺς ἐκέλευσε σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν. Ὡς δὲ καὶ τοῦθ' ὑπέστησαν, τὴν στρατιὰν αὐτοῖς περιστήσας ἐδημηγόρει, καταλέγων, ὁσάκις ἀποσταῖεν, καὶ ὅσους πολέμους πολεμήσειαν αὐτῷ. Φόβον δὲ καὶ δόξαν ἐμφήνας ἐργασομένου τι δεινόν, ἐπὶ τῶν ὀνειδῶν ἔληξε. Καὶ τοὺς μὲν ἵππους αὐτῶν καὶ τὸν σῖτον καὶ χρήματα ὅσα κοινὰ ἦν, ἢ εἴ τις ἄλλη δημοσία παρασκευή, πάντα περιεῖλε· τὴν δὲ πόλιν αὖθις οἰκεῖν ἔδωκεν ἐξ ἀέλπτου. Τοσάδε μὲν δὴ Βροῦτος ἐργασάμενος, ἐς Ῥώμην ἀπῄει. Καὶ αὐτὰ ἐς τὴν Οὐριάτθου γραφὴν συνήγαγον, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, διὰ τὸν ἐκείνου ζῆλον, ὑπὸ λῃστηρίων ἄλλων ἀρξάμενα γίγνεσθαι.

LXXIV. Οὐρίατθος Καιπίωνι περὶ συμβάσεων τοὺς πιστοτάτους αὐτῷ φίλους ἐπέπεμπεν, Αὔδακα καὶ Διτάλκωνα καὶ Μίνουρον· οἳ διαφθαρέντες ὑπὸ τοῦ Καιπίωνος δώροις τε μεγάλοις καὶ ὑποσχέσεσι πολλαῖς, ὑπέστησαν αὐτῷ κτενεῖν τὸν Οὐρίατθον. Καὶ ἔκτειναν ὧδε· ὀλιγοϋπνότατος ἦν διὰ φροντίδα καὶ πόνους ὁ Οὐρίατθος· καὶ τὰ πολλὰ ἔνοπλος ἀνεπαύετο, ἵνα ἐξεγρόμενος, εὐθὺς ἐς πάντα ἕτοιμος εἴη. Τοῖς οὖν φίλοις ἐξῆν καὶ νυκτερεύοντι ἐντυγχάνειν. Ὧ δὴ καὶ τότε ἔθει οἱ περὶ τὸν Αὔδακα φυλάξαντες αὐτόν, ἀρχομένου ὕπνου παρῆλθον ἐς τὴν σκηνήν, ὥς δή τινος ἐπείγοντος· καὶ κτείνουσιν ὡπλισμένον ἐς τὴν σφαγήν· οὐ γὰρ ἦν ἄλλοθι. Οὐδεμιᾶς δ' αἰσθήσεως γενομένης, διὰ τὴν τῆς πληγῆς εὐκαιρίαν, διέδρασαν ἐς Καιπίωνα, καὶ τὰς δωρεὰς ᾔτουν. Ὁ δ' αὐτίκα μὲν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἀδεῶς ἔχειν ὅσα ἔχουσι· περὶ δὲ ὧν ᾔτουν, ἐς Ῥώμην αὐτοὺς ἔπεμπεν. Οἱ δὲ θεραπευτῆρες Οὐριάτθου, καὶ ἡ ἄλλη στρατιά, γενομένης ἡμέρας, ἀναπαύεσθαι νομίζοντες αὐτόν, ἐθαύμαζον διὰ τὴν ἀήθειαν· μέχρι τινὲς ἔμαθον, ὅτι νεκρὸς κέοιτο ἔνοπλος. Καὶ εὐθὺς ἦν οἰμωγή τε καὶ πένθος ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ἀλγούντων τε ἐπ' ἐκείνῳ, καὶ περὶ σφῶν δεδιότων, καὶ ἐνθυμουμένων ἐν οἵοις εἰσὶν κινδύνοις, καὶ οἵου στρατηγοῦ στε-

subvehebatur, esset a Bracaris direptus, adversus Bracaros duxit. Et hæc gens *bellicosissima* est, et hi quoque mulieres armatas secum in pugnam ducebant; et adeo fortiter pugnabant omnes, ut præsentem mortem potius occumberent, quam aut terga verteret quisquam, aut vocem ullam indignam emitteret. Quin etiam ex mulieribus, quæ interceptæ reducebantur, aliæ sibi manus afferebant, aliæ suosmet ipsæ liberos jugulabant, mortemque servitio potiorem censebant. Oppida tamen aliquot in Bruti potestatem deditione venerunt: quæ quidem non multo post rursus desciscentia, ab eodem de integro sunt perdomita.

LXXIII. Inter alia Talabriga oppidum fuit, quæ, sæpius rebellarat. Eo veniens Brutus, supplicantes oppidanos, et sese ejus arbitrio permittentes, primum transfugas Romanorum et captivos armaque omnia, adhæc obsides, tradere jussit: deinde, ut cum uxoribus ac liberis urbe migrarent, imperavit. Quod et ipsum ubi facere sustinuerunt, circumfusis copiis eos includens, orationem habuit, qua quoties defecissent, quoties quanto conatu bellum renovassent, edisseruit. Ita metu illis injecto, atque opinione, quasi gravius in eos animadversurus esset, tamen intra objurgationes istas iram suam terminavit. Equis et commeatu et pecuniis publicis, cum reliquo publico apparatu, ademtis, oppidum illis præter spem, habitandum reddidit. Post tantas res gestas Brutus Romam rediit. Cæterum earum rerum historiam mihi visum est enarrationi Viriathici belli jungere, quoniam his eisdem temporibus motus isti, ad Viriathi exemplum, ab aliis latronum turmis cieri cœpti sunt.

LXXIV. Viriathus autem fidissimos ex amicis, Audacem, Ditalconem et Minurum, ad Cæpionem conciliandæ pacis causa mittebat. Hos Cæpio ingentibus donis, ac multis promissis, eo induxit, ut Viriathum se interfecturos pollicerentur. Eamque rem hi ipsi tali modo confecerunt. Viriathus ob varias quibus distrahebatur curas, assiduosque labores, exiguo utebatur somno. Quin etiam plerumque in armis quiescebat, ut, excitatus, ad omnia statim obeunda esset paratior. Quapropter vel noctu ad eum patebat amicis aditus. Hoc more et hac libertate accessus, Audax et ejusdem sceleris socii, observato primo ejus somno, quasi gravi aliquo urgente negotio, in tabernaculum accedunt illataque in jugulum plaga (pars hæc sola corporis armati nudata erat) Viriathum necant. Mox, nemine sentiente, quum mortiferum vulnus opportuno loco inflictum esset, ad Cæpionem transfugiunt, præmiumque petunt. Quibus ille in præsenti quidem, ut ea, quæ jam obtinuissent, tuto possiderent, concessit; de ceteris autem, quæ postulabant, ad senatum eos remisit. Orta luce, famuli Viriathi atque omnis exercitus, rati eum quiescere, mirabantur, cur plus solito somnum produceret: donec nonnulli, mortuum in armis jacere, senserunt. Tum extemplo totis castris planctus ac comploratio audita est; cunctis et ejus mortem lugentibus, et jam de sua salute anxiis, ut qui secum reputarent, tanto duce orbati quantis in periculis versarentur.

ροῦνται. Μάλιστα δὲ αὐτοὺς, ὅτι τοὺς δράσαντας οὐχ εὕρισκον, ὑπερήλγυνεν.

LXXV. Οὐρίατθον μὲν δὴ λαμπρότατα κοσμήσαντες, ἐπὶ ὑψηλοτάτης πυρᾶς ἔκαιον· ἱερεῖά τε πολλὰ ἐπέσφαττον αὐτῷ· καὶ κατὰ ἴλας οἵ τε πεζοὶ καὶ οἱ ἱππεῖς ἐν κύκλῳ περιθέοντες αὐτὸν ἔνοπλοι βαρβαρικῶς ἐπῄνουν· μέχρι τε σβεσθῆναι τὸ πῦρ, παρεκάθηντο πάντες ἀμφ' αὐτό. Καὶ τῆς ταφῆς ἐκτελεσθείσης, ἀγῶνα μονομάχων ἀνδρῶν ἤγαγον ἐπὶ τοῦ τάφου. Τοσοῦτον αὐτοῦ πόθον κατέλιπεν Οὐρίατθος· ἀρχικώτατος μὲν, ὡς ἐν βαρβάροις, γενόμενος· φιλοκινδυνότατος δ' ἐς ἅπαντα πρὸ ἁπάντων, καὶ ἰσομοιρότατος ἐν τοῖς κέρδεσιν. Οὐ γάρ ποτε πλέον ὑπέστη λαβεῖν, ἀεὶ παρακαλούντων· ὃ δὲ καὶ λάβοι, τοῖς ἀριστεύσασιν ἐδίδου. Ὅθεν αὐτῷ, δυσχερέστατον ἔργον καὶ οὐδενί πω στρατηγῶν εὐμαρῶς ἐγγενόμενον, ἔτεσιν ὀκτὼ τοῦδε τοῦ πολέμου, παμμιγὴς στρατὸς ἀστασίαστος ἦν, καὶ κατήκοος ἀεὶ, καὶ ἐς τοὺς κινδύνους ὀξύτατος. Τότε δὲ σφῶν Τάνταλον ἑλόμενοι στρατηγεῖν, ἐπὶ Ζάκανθαν ἐφέροντο· ἣν Ἀννίβας καθελὼν, ἔκτισεν, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ πατρίδος Καρχηδόνα προσεῖπεν. Ἀποκρουσθεῖσι δ' αὐτοῖς ἐκεῖθεν, καὶ τὸν Βαῖτιν ποταμὸν περῶσιν, ὁ Καιπίων ἐπέκειτο· μέχρι κάμνων ὁ Τάνταλος, αὐτόν τε καὶ τὴν στρατιὰν τῷ Καιπίωνι παρέδωκεν, ὡς ὑπηκόοις χρῆσθαι. Ὁ δὲ ὅπλα τε αὐτοὺς ἀφείλετο ἅπαντα, καὶ γῆν ἔδωκεν ἱκανὴν, ἵνα μὴ λῃστεύοιεν ἐξ ἀπορίας. Ὁ μὲν δὴ Οὐριάτθου πόλεμος ἐς τοῦτο ἐτελεύτα.

LXXVI. Ἐπάνεισι δ' ἐς τὸν Ἀρουακῶν καὶ Νομαντίνων πόλεμον ἡ γραφή· οὓς Οὐρίατθος μὲν ἠρέθισεν ἐς ἀπόστασιν. Καικίλιος δ' αὐτοῖς Μέτελλος ἀπὸ Ῥώμης ἐπιπεμφθεὶς μετὰ πλέονος στρατοῦ, Ἀρουακοὺς μὲν ἐχειρώσατο, σὺν ἐκπλήξει καὶ τάχει θερίζουσιν ἐμπίπτων. Τερμαντία δ' αὐτῷ καὶ Νομαντία ἔτι ἔλειπον. Ἦν δ' ἡ Νομαντία ποταμοῖς δύο καὶ φάραγξιν ἀπόκρημνος, ὕλαι τε αὐτῇ πυκναὶ περιέκειντο· καὶ μία κάθοδος ἦν ἐς τὸ πεδίον, ἣ τάφρων ἐπεπλήρωτο καὶ στηλῶν. Αὐτοὶ δ' ἦσαν ἄριστοι μὲν ἱππεῖς τε καὶ πεζοὶ, πάντες δ' ἀμφὶ τοὺς ὀκτακισχιλίους. Καὶ τοσοίδε ὄντες, ὅμως ὑπ' ἀρετῆς ἐς μέγα ἠνώχλησαν τὰ Ῥωμαίων. Μέτελλος μὲν δὴ μετὰ χειμῶνα τὴν στρατιὰν Κοΐντῳ Πομπηΐῳ Αὔλῳ διαδόχῳ τῆς στρατηγίας οἱ γενομένῳ παρέδωκεν, τρισμυρίους πεζοὺς καὶ δισχιλίους ἱππέας ἄριστα γεγυμνασμένους. Ὁ δὲ Πομπήϊος τῇ Νομαντίᾳ παραστρατοπεδεύων, ᾤχετό ποι· καὶ ἱππέας αὐτοῦ μεταθέοντας αὐτὸν οἱ Νομαντῖνοι καταβάντες ἔκτειναν. Ἐπανελθὼν οὖν παρέτασσεν ἐς πεδίον, καὶ οἱ Νομαντῖνοι καταβάντες ὑπεχώρουν κατ' ὀλίγον, οἷα φεύγοντες· μέχρι ταῖς στήλαις καὶ φάραγξιν ὁ Πομπήϊος **

LXXVII. Καὶ καθ' ἡμέραν ἐν ταῖς ἀκροβολίαις ἐλασσούμενος ὑπ' ἀνδρῶν πολὺ ἐλασσόνων, μετέβαινεν ἐπὶ Τερμαντίαν, ὡς εὐχερέστερον ἔργον. Ὡς δὲ καὶ τῇδε συμβαλὼν, ἑπτακοσίους τε ἀπώλεσε, καὶ τὸν τὴν ἀγορὰν αὐτῷ φέροντα χιλίαρχον οἱ Τερμαντεῖς ἐτρέ-

Maxime autem eos angebat, quod sceleris auctores non reperiebantur.

LXXV. Itaque corpus Viriathi magnificentissimis instratum vestibus, in altissima pyra cremarunt; cæsisque multis hostiis, cum pedites, tum equites, armati turmatim in orbem decurrentes, barbarico modo Viriathi laudes concelebrabant : nec prius a rogo discedunt, quam ignis prorsus exstinctus est. Peracto funere, gladiatorium munus super tumulo editum. Tantum sui desiderium reliquit Viriathus; vir, ut inter barbaros, imperatoriis virtutibus in primis insignis; in adeundis cujusque generis periculis nulli posterior; in præda dividenda æqualitatis studiosissimus. Nam ampliorem partem, hortantibus licet semper amicis, nunquam sibi sumere sustinuit; et quidquid etiam sumebat, id aliis fortissimis quibusque rursus distribuebat. Quo id assecutus est (quod difficillimum factu est, ac nescio, an alii unquam duci facile contigerit) ut, quum exercitum haberet ex diversis gentibus conflatum, tamen annis octo, quibus bellum gessit, nulla seditio in ejus castris orta sit, sed militem semper habuerit ad omnia obsequentem et ad subeunda pericula impigrum. Mortuo Viriatho, milites ejus, novo duce creato Tantalo, adversus Saguntum expeditionem susceperunt, quam urbem Annibal eversam instauraverat, et patriæ nomine Carthaginem appellarat. Sed repulsos inde, quum Bætim amnem transirent, subsecutus Cæpio, ita pressit ursitque, ut Tantalus suis rebus diffidens se et exercitum Cæpioni tradiderit ea conditione, ut subditorum loco eos haberet. Quos ille, detractis armis, agro satis amplo, ne deinceps latrociniis vivere ob penuriam cogerentur, donavit. Et hoc modo finis Viriathico bello impositus est.

LXXVI. Nunc ad Arevacorum atque Numantinorum bellum, quos ad defectionem Viriathus impulerat, nostra redit historia. Adversus illos cum auctioribus copiis Roma missus Cæcilius Metellus Arevacos, celeritate territos, quippe quos metentes ex improviso adortus erat, perdomuit. Restabant oppida duo, Termantia ac Numantia. Numantia autem, propter duo flumina et valles silvasque densissimas circumjectas, aditu difficilis erat : una tantum via in planitiem ferebat, eaque fossis ac cippis erat impedita. Numantini ipsi, egregii et pedites et equites, sed non plures octo millibus : quo numero tametsi exiguo, ob singularem virtutem, Romanos diu multumque fatigarunt. Sed Metellus exacta hieme, successori Q. Pompeio Aulo exercitum tradidit optime exercitatum, peditum triginta millia, equitum duo. Pompeius, castris ad Numantiam positis, quum alio forte ipse abiisset, Numantini egressi, aliquot ejus equites discurrentes oppresserunt. Quo facto, reversus ipse aciem instruxit in planitie : neque oppidani obviam descendere recusarunt. Sed hi mox pedem paulatim referre, velut fugientes, cœperunt; donec ad fossas cipposque Pompeium *insequentem elicuissent...*

LXXVII. Ea re commotus Pompeius, quum quotidianis etiam velitationibus cerneret copias suas carpi minuique a paucioribus, Termantiam, tanquam ibi minus negotii habiturus, castra promovet. Sed hic quoque conserto prælio septingentos milites amisit; et tribunum militum, in castra

ψαντο, καὶ τρίτῃ πείρᾳ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐς ἀπόκρημνα τοὺς Ῥωμαίους συνελάσαντες, πολλοὺς αὐτῶν πεζούς τε καὶ ἱππέας αὐτοῖς ἵπποις κατέωσαν ἐς τὰ ἀπόκρημνα· περιφόβως ἔχοντες οἱ λοιποὶ, διενυκτέρευον ἔνοπλοι. Καὶ ἅμα ἕῳ προσιόντων τῶν πολεμίων, ἐκταξάμενοι, τὴν ἡμέραν ὅλην ἠγωνίζοντο ἀγχωμάλως, καὶ διεκρίθησαν ὑπὸ νυκτός. Ὅθεν ὁ Πομπήϊος ἐπὶ πολίχνης Μαλίας ἤλασεν, ἣν ἐφρούρουν οἱ Νομαντῖνοι. Καὶ οἱ Μαλιεῖς τοὺς φρουροὺς ἀνελόντες ἐξ ἐνέδρας, παρέδοσαν τὸ πολίχνιον τῷ Πομπηΐῳ. Ὁ δὲ τά τε ὅπλα αὐτοὺς καὶ ὅμηρα αἰτήσας, μετῆλθεν ἐπὶ Σηδητανίαν, ἣν ἐδῄου λῄσταρχος ὄνομα Ταγγῖνος· καὶ αὐτὸν ὁ Πομπήϊος ἐνίκα, καὶ πολλοὺς ἔλαβεν αἰχμαλώτους. Τοσοῦτον δ' ἦν φρονήματος ἐν τοῖς λῃσταῖς, ὥστε τῶν αἰχμαλώτων οὐδεὶς ὑπέμεινε δουλεύειν· ἀλλ' οἱ μὲν αὑτοὺς, οἱ δὲ τοὺς πριαμένους ἀνῄρουν, οἱ δὲ τὰς ναῦς ἐν τῷ διάπλῳ διετίτρων.

LXXVIII. Ὁ δὲ Πομπήϊος αὖθις ἐλάσας ἐπὶ Νομαντίαν, ποταμόν τινα μετωχέτευεν ἐς τὸ πεδίον, ὡς λιμῷ πιέσων τὴν πόλιν. Οἱ δὲ ἐργαζομένῳ τε ἐπέκειντο, καὶ σαλπιγκτῶν χωρὶς ἐκτρέχοντες ἀθρόοι, τοὺς ὀχετεύοντας ἠνώχλουν. Ἔβαλλον δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ χάρακος ἐπιβοηθοῦντας, ἕως κατέκλεισαν ἐς τὸ στρατόπεδον. Καὶ σιτολογοῦσιν ἑτέροις ἐπιδραμόντες, καὶ τῶνδε πολλοὺς διέφθειραν, Ὄππιόν τε χιλίαρχον ἐπ' αὐτοῖς ἀνεῖλον. Καὶ κατ' ἄλλο μέρος τάφρον ὀρύσσουσι Ῥωμαίοις ἐπιδραμόντες, ἔκτειναν ἐς τετρακοσίους, καὶ τὸν ἡγούμενον αὐτῶν. Ἐφ' οἷς τῷ τε Πομπηΐῳ σύμβουλοι παρῆσαν ἐκ Ῥώμης, καὶ τοῖς στρατιώταις (ἓξ γὰρ ἔτη διεληλύθει στρατευομένοις) διάδοχοι νεοκατάγραφοί τε καὶ ἔτι ἀγύμναστοι καὶ ἀπειροπόλεμοι. Μεθ' ὧν ὁ Πομπήϊος αἰδούμενός τε τὰ ἐπταισμένα, καὶ ἐπειγόμενος τὴν αἰσχύνην ἀναλαβεῖν, ἐπέμενε χειμῶνος ἐν τῷ στρατοπέδῳ. Καὶ οἱ στρατιῶται, κρύους τε ὄντος ἐν ἀστέγῳ σταθμεύοντες, καὶ πρῶτον ἄρτι πειρώμενοι τοῦ περὶ τὴν χώραν ὕδατός τε καὶ ἀέρος, κατὰ γαστέρα ἔκαμνον, καὶ διεφθείροντο ἔνιοι. Μέρους δὲ ἐπὶ σῖτον οἰχομένου, κρύψαντες ἐνέδραν οἱ Νομαντῖνοι παρ' αὐτὸ τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον, ἠκροβολίζοντο ἐρεθίζοντες· ἕως οἱ μὲν, οὐ φέροντες, ἐπεξῄεσαν, οἱ δ' ἐκ τῆς ἐνέδρας ἀνίσταντο· καὶ Ῥωμαῖοι πολλοὶ μὲν ἐκ τοῦ πλήθους, πολλοὶ δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἀπέθανον. Οἱ δὲ Νομαντῖνοι καὶ τοῖς τὸν σῖτον φέρουσιν ἀπαντήσαντες, ἔκτειναν καὶ τῶνδε πολλούς.

LXXIX. Καὶ ὁ Πομπήϊος τοσοῖσδε συνενεχθεὶς κακοῖς, ἐς τὰς πόλεις μετὰ τῶν συμβούλων ἀνεζεύγνυε, χειμάσων τὸ ἐπίλοιπον, τοῦ ἔαρος προσδοκῶν ἥξειν οἱ διάδοχον. Καὶ δεδιὼς κατηγορίαν, ἔπρασσεν ἐς τοὺς Νομαντίνους κρύφα τοῦ πολέμου διαλύσεις. Οἱ δὲ, καὶ αὐτοὶ κάμνοντες ἤδη φόνῳ τε πολλῷ ἀρίστων, καὶ γῆς ἀργίᾳ, καὶ τροφῶν ἀπορίᾳ, καὶ μήκει τοῦ πολέμου, μακροῦ παρὰ προσδοκίαν γεγονότος, ἐπρέσβευον ἐς Πομπήϊον. Ὁ δὲ ἐς μὲν τὸ φανερὸν ἐκέλευεν αὑτοὺς Ῥωμαίοις ἐπιτρέπειν· οὐ γὰρ εἰδέναι συνθήκας

commeatum advehentem, Termantini in fugam egerunt; eodemque die, tertio conflictu, Romanis in prærupta loca compulsis, multi ex iis et pedites et equites cum equis per præcipitia detrusi sunt. Reliqui, postquam trepidi in armis noctem insomnem traduxere, postridie, irruentibus prima luce hostibus, totum diem æquo Marte dimicarunt, donec nox superveniens prælium diremit. Inde Pompeius versus oppidulum quoddam, nomine Maliam, quod Numantinorum præsidio tenebatur, contendit. Et Malienses, per dolum cæso præsidio, urbem Pompeio tradidere. Armis ademtis, acceptisque obsidibus, in Sedetaniam transiit, ut eam a vastatione Tangini, latronum principis, vindicaret. Atque eum quidem vicit, multosque cepit : sed tanti spiritus in latronibus fuere, ut ex captivis nemo servitutem ferret, sed alii seipsos, alii emtores suos interficerent, nonnulli in trajiciendo naves perforarent.

LXXVIII. Pompeius ad obsidendam Numantiam reversus, fluvium quemdam derivare conabatur, tanquam fame urbem expugnaturus. Sed oppidani, sine tubis conferti excurrentes, infestando eos qui flumen avertebant, repellendoque si qui e vallo subveniebant, irritum conatum reddiderunt, denique Romanos intra castra ipsorum concluserunt. Rursus in quosdam frumentatum egressos impetu facto, plurimos occiderunt, et in his Oppium tribunum militum interfecerunt. Alia etiam ex parte Romanos fossam ducentes adorti, quadringentos cum eorum præfecto oppresserunt. Post hæc Pompeio Roma consiliarii missi advenerunt, et novus tironum exercitus, qui, dimissis veteranis (sex enim annos militia consumserant) in eorum locum succederent. Cum illis tironibus Pompeius, quem tot cladium pudebat, cupiens maculam eluere, totam hiemem in castris egit. Sed milites sub dio, sæviente frigore, stativa habentes, et tum primum regionis aquas et cœlum experti, dysenteria laborare cœperunt, et nonnulli perierunt. Cæterum parte exercitus frumentatum emissa, Numantini, positis clam juxta ipsa Romanorum castra insidiis, Romanos levibus præliis ad pugnam lacessebant. Illi, contumeliam non ferentes, castris sese effundunt. Tum qui in insidiis erant, repente consurgunt; et multi ex plebe, multi item ex nobilitate, cadunt. Denique et redeuntibus frumentatoribus occurrunt Numantini, et ex his quoque haud paucos interficiunt.

LXXIX. Tot cladibus vexatus Pompeius, cum suis consiliariis in oppida se recepit, quod supererat hiemis ibi transacturus, dum successor, quem primo vere exspectabat, adveniret. Verum ob rem male gestam judicium metuens, clam cum Numantinis de bello dissolvendo agebat. Et Numantini ipsi, fracti cæde tot fortissimorum virorum, et agri multi infecunditate, tum ciborum inopia, et belli insperata diuturnitate, facile ad Pompeium oratores de pace miserunt. Jam ipse quidem propalam eos, ut se Romanorum arbitrio permitterent, hortabatur; nec enim alia se pa-

ἑτέρας Ῥωμαίων ἀξίας. Λάθρα δ' ὑπισχνεῖτο, ἃ ἔμελλε ποιήσειν. Καὶ συνθεμένων ἐκείνων, καὶ ἐπιτρεψάντων ἑαυτούς, ὅμηρά τε καὶ αἰχμάλωτα ᾔτησε, καὶ τοὺς αὐτομόλους· καὶ πάντα ἔλαβεν. Ἤτησε δὲ καὶ ἀργυρίου τάλαντα τριάκοντα· ὧν μέρος αὐτίκα ἔδοσαν οἱ Νομαντῖνοι, καὶ τὰ λοιπὰ ὁ Πομπήϊος ἀνέμενεν. Παραγενομένου δ' αὐτῷ διαδόχου Μάρκου Ποπιλλίου Λαίνα, οἱ μὲν ἔφερον τὰ λοιπὰ τῶν χρημάτων. Ὁ δ' ἀπηλλαγμένος μὲν τοῦ περὶ τοῦ πολέμου δέους, τῷ παρεῖναι τὸν διάδοχον, τὰς δὲ συνθήκας εἰδὼς αἰσχράς τε καὶ ἄνευ Ῥωμαίων γενομένας, ἠρνεῖτο μὴ συνθέσθαι τοῖς Νομαντίνοις. Καὶ οἱ μὲν αὐτὸν ἤλεγχον ἐπὶ μάρτυσι τοῖς τότε παρατυχοῦσιν ἀπό τε βουλῆς καὶ ἱππάρχοις καὶ χιλιάρχοις αὐτοῦ Πομπηΐου. Ὁ δὲ Ποπίλλιος αὐτοὺς ἐς Ῥώμην ἔπεμπε, δικασομένους τῷ Πομπηΐῳ. Κρίσεως δ' ἐν τῇ βουλῇ γενομένης, Νομαντῖνοι μὲν καὶ Πομπήϊος ἐς ἀντιλογίαν ἦλθον· τῇ βουλῇ δ' ἔδοξε, πολεμεῖν Νομαντίνοις. Καὶ ὁ Ποπίλλιος ἐνέβαλεν ἐς τοὺς γείτονας αὐτῶν Λούσονας. Οὐδὲν δ' ἐργασάμενος (ἧκε γὰρ αὐτῷ διάδοχος ἐπὶ τὴν στρατηγίαν Ὁστίλιος Μαγκῖνος) ἀνέζευξεν ἐς Ῥώμην.

LXXX. Ὁ δὲ Μαγκῖνος, τοῖς Νομαντίνοις συμβαλών, ἡττᾶτό τε πολλάκις, καὶ τέλος, ἀναιρουμένων πολλῶν, ἐς τὸ στρατόπεδον ἔφυγεν. Λόγου δὲ ψευδοῦς ἐμπεσόντος, ὅτι Νομαντίνοις ἔρχονται βοηθοῦντες Κάνταβροί τε καὶ Οὐακκαῖοι, δείσας, ἄπυρον τὴν νύκτα διήγαγεν ὅλην ἐν σκότῳ, φεύγων ἐς ἔρημον τὸ Νωβελίωνός ποτε χαράκωμα. Καὶ μεθ' ἡμέραν ἐς αὐτὸ συγκλεισθεὶς, οὔτε κατεσκευασμένον, οὔτε ὠχυρωμένον, περισχόντων αὐτὸν τῶν Νομαντίνων, καὶ πάντας ἀποκτείνειν ἀπειλούντων, εἰ μὴ συνθοῖτο εἰρήνην, συνέθετο ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ Ῥωμαίοις καὶ Νομαντίνοις. Καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τούτοις ὤμνυε τοῖς Νομαντίνοις. Οἱ δ' ἐν ἄστει, πυθόμενοι, χαλεπῶς ἔφερον, ὡς ἐπὶ αἰσχίσταις πάνυ σπονδαῖς· καὶ τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων Αἰμίλιον Λέπιδον ἐς Ἰβηρίαν ἐξέπεμπον, Μαγκῖνον δ' ἀνεκάλουν ἐς κρίσιν. Καὶ τῷδε μὲν ἕσποντο πρέσβεις Νομαντίνων. Ὁ δὲ Αἰμίλιος, ἀναμένων καὶ ὅδε τὰς ἐκ Ῥώμης ἀποκρίσεις, καὶ τὴν ἀργίαν οὐ φέρων (ὡς γὰρ ἐπὶ δόξαν, ἢ κέρδος, ἢ θριάμβου φιλοτιμίαν, ἐξῄεσάν τινες ἐς τὰς στρατηγίας, οὐκ ἐπὶ τὸ τῇ πόλει συμφέρον), Οὐακκαίων κατεψεύδετο, ὡς ἀγορὰν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ Νομαντίνοις παρασχόντων· καὶ τὴν γῆν αὐτῶν κατέτρεχεν, καὶ Παλλαντίαν πόλιν, ἣ μεγίστη Οὐακκαίων ἐστὶν, οὐδὲν ἐξαμαρτοῦσαν ἐς τὰ συγκείμενα, ἐπολιόρκει· καὶ Βροῦτον, ἐφ' ἕτερα τῆς Ἰβηρίας ἀπεσταλμένον (ὥς μοι προείρηται), κηδεστὴν ὄντα οἱ, τοῦδε τοῦ ἔργου μετασχεῖν ἔπεισε.

LXXXI. Κατέλαβον δ' αὐτοὺς ἀπὸ Ῥώμης πρέσβεις, Κίννας τε καὶ Καικίλιος· οἳ τὴν βουλὴν ἔφασαν ἀπορεῖν, εἰ τοσῶνδε πταισμάτων σφίσιν ἐν Ἰβηρίᾳ γενομένων, ὁ Αἰμίλιος πόλεμον ἕτερον αἱρεῖται. Καὶ ψήφισμα ἐπέδοσαν αὐτῷ, προαγορεῦον, Αἰμίλιον Οὐακκαίοις μὴ πολεμεῖν. Ὁ δὲ, ἀρξάμενός τε ἤδη τοῦ πο-

cta nosse, quæ essent ex populi romani dignitate), seu cum quid acturus esset, docebat. Quum ita pacti essent, seque Romanis dedidissent, obsides, captivos et transfugas petiit, accepitque. Triginta argenti, quæ petierat, talentorum partem in præsentia Numantini numerarunt : partem Pompeius exspectabat. Jamque advenerat ei successor, M. Popillius Lænas, quum illi id quod restabat pecuniarum ad Pompeium detulerunt. Sed ille, deposito jam belli metu, quia sibi successum erat, sciens, se ignominiosam pacem populique injussu fecisse; cum Numantinis a se quidquam transactum esse, negat. Quem ubi hi multis testibus, et senatoribus romanis, et præfectis equitum, et militum tribunis, qui interfuerant, facile revincunt, Popillius eos Romam remisit, ut cum Pompeio judicio experirentur. Re ad se senatum relata, inter se contenderunt Pompeius et Numantini. Ceterum senatui placuit, bellum cum Numantinis geri. Popillius autem, nulla alia re gesta, nisi quod in Numantinorum vicinos Lusonas exercitum duxit, adveniente imperii successore Hostilio Mancino, Romam rediit.

LXXX. Mancinus, cum Numantinis sæpius congressus, semper inferior discessit; ac postremo compluribus etiam amissis, in castra compulsus est. Et falso rumore jactato, Cantabros et Vaccæos auxilio Numantinis adventare, trepidus, noctis silentio (quam totam exstinctis ignibus traduxit) in desertum locum fugit, ubi quondam Nobilioris fuerat vallum. Quo in loco, neque rebus necessariis instructo, neque munito, sub lucem ab hoste inclusus, circumfusis undique Numantinis, et omnibus necem minantibus nisi pax fieret, æquas pacis conditiones et Romanis et Numantinis pepigit Mancinus, seque sponsione et juramento obstrinxit. Quod ubi Romæ cognitum est, omnes tam fœdo et ignominioso fœdere indignati sunt, alterumque consulem, Æmilium Lepidum, in Hispaniam miserunt; Mancino ad causam dicendam revocato, quem et Numantinorum legati Romam secuti sunt. Interim Æmilius, dum ab urbe responsa exspectabat, impatiens otii (nam ea tempestate nonnulli non publici commodi causa, sed aut gloriæ aut lucri privati aut triumphi spe ambitiosa, ad imperia contendebant), Vaccæos falso criminabatur, tanquam bello hoc Numantinos commeatu juvissent. Proinde, vastatis eorum agris, Pallantiam, oppidum maximum Vaccæorum, quod nulla in re pacta violarat, obsedit : accito inductoque in hujus operis societatem Bruto affini suo, qui, ut commemoravimus, in ulteriorem Hispaniam missus fuerat.

LXXXI. Ad hos legati Roma venientes, Cinna et Cæcilius, renunciarunt, mirari senatum, quod, tot cladibus in Hispania acceptis, aliud de integro bellum Æmilius suscipere cogitet : ac super ea re senatusconsultum attulerunt, quo cavebatur, ne Æmilius Vaccæos bello peteret. Verum ille, bello jam incepto, ratus, cum hoc ipsum incognitum fuisse

λέμου, καὶ τὴν βουλὴν τοῦτ᾽ ἀγνοεῖν ἡγούμενος, ἀγνοεῖν δ᾽ ὅτι καὶ Βροῦτος αὐτῷ συνεπιλαμβάνει, καὶ σῖτον καὶ χρήματα καὶ στρατιὰν Οὐακκαῖοι τοῖς Νομαντίνοις παρέσχον· ἔσεσθαι δὲ καὶ τὴν ἀνάζευξιν τοῦ πολέμου φοβερὰν ὑπολαβὼν, καὶ σχεδὸν Ἰβηρίας ὅλης διάλυσιν, εἰ καταφρονήσειαν ὡς δεδιότων· τοὺς μὲν ἀμφὶ τὸν Κίνναν ἀπράκτους ἀπέλυσε, καὶ τάδε αὐτὰ ἐπέστειλε τῇ βουλῇ. Αὐτὸς δὲ ὀχυρωσάμενος φρούριον, μηχανὰς ἐν αὐτῷ συνεπήγνυτο, καὶ σῖτον συνέφερε. Φλάκκος δ᾽ αὐτῷ σιτολογῶν, ἐνέδρας ἐκφανείσης, εὐμηχάνως διέδωκεν ὅτι Παλλαντίαν ἐξεῖλεν Αἰμίλιος· καὶ τοῦ στρατοῦ συναλαλάξαντος, ὡς ἐπὶ νίκῃ, πυθόμενοι τούτων οἱ βάρβαροι, καὶ ἀληθῆ νομίσαντες, ἀπεχώρουν. Φλάκκος μὲν δὴ τὴν ἀγορὰν κινδυνεύουσαν ὧδε περιέσωζε.

LXXXII. Μακρᾶς δὲ τῆς ἐπὶ τῇ Παλλαντίᾳ πολιορκίας οὔσης, αἱ τροφαὶ Ῥωμαίους ἐπέλειπον, καὶ λιμὸς ἥπτετο αὐτῶν, καὶ τὰ ὑποζύγια πάντα ἔφθαρτο· καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐξ ἀπορίας ἀπέθνησκον. Οἱ στρατηγοὶ δὲ, Αἰμίλιός τε καὶ Βροῦτος, ἐς μὲν πολὺ διεκαρτέρουν· ἡσσώμενοι δ᾽ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, νυκτὸς ἄφνω περὶ ἐσχάτην φυλακὴν ἐκέλευον ἀναζευγνύναι· χιλίαρχοί τε καὶ λοχαγοὶ περιθέοντες ἐπέσπευδον ἅπαντας ἐς τοῦτο πρὸ ἕω. Οἱ δὲ σὺν θορύβῳ τά τε ἄλλα πάντα, καὶ τοὺς τραυματίας καὶ τοὺς νοσοῦντας ἀπέλιπον, συμπλεκομένους τε σφίσι καὶ δεομένους. Καὶ αὐτοῖς ἀτάκτου καὶ θορυβώδους τῆς ἀναχωρήσεως γιγνομένης, καὶ φυγῇ μάλιστα ὁμοίας, οἱ Παλλάντιοι πανταχόθεν ἐπικείμενοι, πολλὰ ἔβλαπτον ἐξ ἠοῦς ἐπὶ ἑσπέραν. Νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης, Ῥωμαῖοι μὲν ἐς τὰ πεδία ἑαυτοὺς ἐῤῥίπτουν ἀνὰ μέρος, ὡς τύχοιεν, ἄσιτοί τε καὶ κατάκοποι· οἱ δὲ Παλλάντιοι, θεοῦ σφᾶς ἀποτρέποντος, ἀνεχώρουν. Καὶ τάδε μὲν ἦν περὶ τὸν Αἰμίλιον.

LXXXIII. Ῥωμαῖοι δ᾽ αὐτὰ πυθόμενοι, τὸν μὲν Αἰμίλιον παρέλυσαν τῆς στρατηγίας τε καὶ ὑπατείας· καὶ ἰδιώτης ἐς Ῥώμην ὑπέστρεφεν, καὶ χρήμασιν ἐπεζημιοῦτο. Μαγκίνῳ δ᾽ ἐδίκαζον καὶ τοῖς πρέσβεσι τοῖς Νομαντίνων. Οἱ μὲν δὴ τὰς συνθήκας, ἃς ἐπεποίηντο πρὸς Μαγκῖνον, ἐπεδείκνυον· ὁ δὲ τὴν αἰτίαν αὐτῶν ἐς Πομπήϊον ἀνέφερεν, τὸν πρὸ αὐτοῦ γενόμενον στρατηγὸν, ὡς ἀργὸν καὶ ἄπορον τὸν στρατὸν ἐγχειρίσαντά οἱ, καὶ δι᾽ αὐτὸ κἀκεῖνον ἡσσημένον τε πολλάκις, καὶ συνθήκας ὁμοίας αὐτῷ θέμενον πρὸς τοὺς Νομαντίνους. Ὅθεν, ἔφη, καὶ τὸν πόλεμον τόνδε, παρὰ τὰς συνθήκας ἐκείνας ὑπὸ Ῥωμαίων ἐψηφισμένον, ἀπαίσιον αὐτοῖς γεγονέναι. Οἱ δ᾽ ἐχαλέπαινον μὲν ἀμφοτέροις ὁμοίως· ἀπέφυγε δ᾽ ὅμως Πομπήϊος, ὡς περὶ τῶνδε κριθεὶς καὶ πάλαι. Μαγκῖνον δ᾽ ἔγνωσαν ἐκδοῦναι τοῖς Νομαντίνοις, ἄνευ σφῶν αἰσχρὰς συνθήκας πεποιημένον. Ὧ λόγῳ καὶ Σαυνίταις οἱ πατέρες, ὅμοια χωρὶς αὐτῶν συνθεμένους ἡγεμόνας εἴκοσιν ἐξεδεδώκεσαν. Μαγκῖνον μὲν δὴ Φούριος ἀγαγὼν ἐς Ἰβηρίαν, γυμνὸν παρεδίδου τοῖς Νομαντίνοις. Οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο. Στρατηγὸς δὲ ἐπ᾽ αὐτοὺς αἱρεθεὶς Καλπούρνιος Πείσων, οὐδ᾽ ἤλασεν ἐπὶ Νομαντίαν· ἀλλ᾽ ἐς τὴν Παλλαντίων

senatui, tum vero, et illud, quod Brutum adjutorem habeat, et quod a Vaccæis Numantini frumento, pecuniis, militibus, fuerint adjuti; præterea, in suo receptu maxima rerum momenta verti, arbitratus, periculumque esse, ne, si Romani, ceu timentes, ab hostibus spernerentur, cuncta Hispania rebellaret: Cinnam cum ceteris legatis re infecta remisit, et hæc ipsa ad senatum perscripsit. Post hæc, munito castello, machinas fabricandas et coacervandum frumentum curavit. Per id tempus Flaccus, frumentatum ab eo missus, ubi subito hostium insidiis se circumventum videt, callide inter milites suos rumorem spargit, Pallantiam ab Æmilio esse captam. Ad quam vocem quum plausus exsultantis, velut ob victoriam, exercitus esset excitatus, barbari audientes, et ita se rem habere existimantes, discesserunt. Hac astutia Flaccus periclitantem annonam conservavit.

LXXXII. Sed Pallantiæ obsidio diutius protrahebatur, et jam deficientibus cibis fames Romanos affligebat. Jamque jumenta omnia perierant, atque ex ipsis etiam viris multi inopia moriebantur. Et imperatores quidem, Æmilius et Brutus, diu nihil non constanter pertulerunt: sed tandem malis cedere coacti, repente noctu circiter ultimam vigiliam discessum denunciant: tribunique militum ac primipili discurrentes singulos ad discedendum ante lucem urgebant. Cum igitur omnia turbulenter gererent, tum vero saucios et ægrotos deserebant, amplectentes, et ne se proderent orantes. Eos ita confusis ordinibus abeuntes, ac tantum non fugientes, insecuti Pallantini, infestantesque a mane usque ad vesperam, multis detrimentis affecerunt. Tandem, ingruente nocte, Romani, fame laboreque confecti, passim ut res ferebat, in campis humum se projecerunt; et Pallantini, numine aliquo eos avertente, ad sua regressi sunt. Sic se res Æmilii habebant.

LXXXIII. Quibus rebus cognitis, Romani Æmilium, abrogato imperio et magistratu, privatum in urbem reversum, pecunia insuper multarunt. Actum quoque in senatu de Mancino et Numantinorum legatis: quorum hi fœdera cum Mancino allegabant; ille in Pompeium, superiorem ducem, culpam transferebat, qui ignavum sibi et nullis rebus instructum exercitum tradidisset, ob eamque causam et ipse sæpius victus esset, et simile fœdus cum Numantinis pepigisset. Addebat etiam, haud mirum esse, si hoc bellum infeliciter cessisset, quod contra illud fœdus senatus decrevisset. Sed quamvis Patres pariter utrique succenserent, Pompeius tamen, quippe cujus jam judicata causa fuerat, evasit. Mancinum autem, ut fœderis pacis auctorem, injussu senatus initæ, Numantinis dedendum censuere, patrum exemplo, qui quondam Samnitibus viginti imperatores, qui injussu suo simile fœdus percusserant, nudos dediderant. Adductus in Hispaniam Mancinus a Furio nudus Numantinis deditus, sed ab illis nequaquam receptus est. Post hæc, adversus eosdem lectus imperator Calpurnius Piso, ne duxit quidem contra Numantiam exercitum: sed Pallantinorum fines ingressus, præda exigua

γῆν ἐσβαλὼν, καὶ μικρὰ δῃώσας, ἐχείμαζεν ἐν Καρπητανίᾳ τὸ ἐπίλοιπον τῆς ἀρχῆς.

LXXXIV. Ἐν δὲ Ῥώμῃ κάμνων ὁ δῆμος ἐπὶ τοῖς Νομαντίνοις, μακροῦ καὶ δυσχεροῦς τοῦ πολέμου σφίσι παρὰ προσδοκίαν γεγονότος, ᾑροῦντο Κορνήλιον Σκιπίωνα, τὸν Καρχηδόνα ἑλόντα, αὖθις ὑπατεύειν, ὡς μόνον ἐπικρατῆσαι τῶν Νομαντίνων δυνάμενον. Ὁ δὲ καὶ τότε ἦν ἔτι νεώτερος τῆς νενομισμένης τοῖς ὑπατεύουσιν ἡλικίας. Ἡ οὖν βουλὴ πάλιν, ὥσπερ ἐπὶ Καρχηδονίοις αὐτοῦ χειροτονουμένου Σκιπίωνος, ἐψηφίσατο, τοὺς δημάρχους λῦσαι τὸν περὶ τῆς ἡλικίας νόμον, καὶ τοῦ ἐπιόντος ἔτους θέσθαι. Οὕτω μὲν ὁ Σκιπίων αὖθις ὑπατεύων, ἐς Νομαντίαν ἠπείγετο. Στρατιὰν δ' ἐκ καταλόγου μὲν οὐκ ἔλαβεν, πολλῶν τε πολέμων ὄντων, καὶ πολλῶν ἀνδρῶν ἐν Ἰβηρίᾳ· ἐθελοντὰς δέ τινας, ἔκ τε πόλεων καὶ βασιλέων ἐς χάριν ἰδίαν πεμφθέντας αὐτῷ, συγχωρούσης τῆς βουλῆς, ἐπηγάγετο· καὶ πελάτας ἐκ Ῥώμης καὶ φίλους πεντακοσίους, οὓς ἐς ἴλην καταλέξας, ἐκάλει φίλων ἴλην. Πάντας δὲ, ἐς τετρακισχιλίους γενομένους, παραδοὺς ἄγειν ἀδελφιδῷ Βουτέωνι, σὺν ὀλίγοις αὐτὸς προεξώρμησεν ἐς Ἰβηρίαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, πυνθανόμενος αὐτὸ γέμειν ἀργίας καὶ στάσεων καὶ τρυφῆς· εὖ εἰδὼς, ὅτι μὴ κρατήσει πολεμίων, πρὶν κατασχεῖν τῶν ἰδίων ἐγκρατῶς.

LXXXV. Ἐλθὼν δὲ, ἐμπόρους τε πάντας ἐξήλαυνε, καὶ ἑταίρας καὶ μάντεις καὶ θύτας, οἷς, διὰ τὰς δυσπραξίας οἱ στρατιῶται περιδεεῖς γεγονότες, ἐχρῶντο συνεχῶς· ἔς τε τὸ μέλλον ἀπεῖπε μηδὲν ἐσφέρεσθαι τῶν περισσῶν, μηδὲ ἱερεῖον ἐς μαντείαν πεποιημένον. Ἐκέλευσε δὲ καὶ τὰς ἁμάξας, καὶ τὰ περισσὰ τῶν ἐς αὐτὰς τιθεμένων, καὶ τὰ ὑποζύγια, χωρὶς ὧν αὐτὸς ὑπελείπετο, πραθῆναι. Καὶ σκεῦος οὐκ ἐξῆν ἐς δίαιταν ἔχειν οὐδενὶ, πλὴν ὀβελοῦ καὶ χύτρας χαλκῆς καὶ ἐκπώματος ἑνός. Τά τε σιτία αὐτοῖς ὥριστο, κρέα ζεστὰ καὶ ὀπτὰ εἶναι. Κλίνας τε ἀπεῖπεν ἔχειν, καὶ πρῶτος ἐπὶ στιβάδων ἀνεπαύετο. Ἀπεῖπε δὲ καὶ ὁδεύοντας ἡμιόνοις ἐπικαθέζεσθαι. Τί γὰρ ἐν πολέμῳ προσδοκᾷν, ἔφη, παρ' ἀνδρὸς οὐδὲ βαδίζειν δυναμένου; κἂν τοῖς ἀλείμμασι καὶ λουτροῖς ἑαυτοὺς ἤλειφον, ἐπισκώπτοντος τοῦ Σκιπίωνος, ὡς αἱ ἡμίονοι χεῖρας οὐκ ἔχουσαι, χρήζουσι τριβόντων. Οὕτω μὲν αὐτοὺς ἐς σωφροσύνην μετέβαλλεν ἀθρόως. Εἴθιζε δὲ καὶ ἐς αἰδῶ καὶ φόβον, δυσπρόσιτος ὢν, καὶ δυσχερὴς ἐς τὰς χάριτας, καὶ μάλιστα τὰς παρανόμους. Ἔλεγέν τε πολλάκις, τοὺς μὲν αὐστηροὺς καὶ ἐννόμους τῶν στρατηγῶν, τοῖς οἰκείοις· τοὺς δὲ εὐχερεῖς καὶ φιλοδώρους, τοῖς πολεμίοις εἶναι χρησίμους. Τὰ γὰρ στρατόπεδα τοῖς μὲν εἶναι κεχαρισμένα τε καὶ καταφρονητικά· τοῖς δὲ, σκυθρωπὰ μὲν, εὐπειθῆ δὲ καὶ πᾶσιν ἕτοιμα.

LXXXVI. Οὐ μὴν οὐδ' ὣς ἐτόλμα πολεμεῖν, πρὶν αὐτοὺς γυμνάσαι πόνοις πολλοῖς. Τὰ οὖν ἀγχοτάτω πεδία πάντα περιιὼν, ἑκάστης ἡμέρας, ἄλλο μετ' ἄλλο στρατόπεδον ἤγειρέ τε καὶ καθῄρει, καὶ τάφρους ὤρυσσε βαθυτάτας καὶ ἐνεπίμπλη, τείχη τε μεγάλα ᾠκοδόμει

inde abacta, quod supererat temporis imperii sui, in Carpetania hibernando consumsit.

LXXXIV. Romæ populus, hoc bello Numantino, quod opinione et longius et difficilius acciderat, fatigatus, Cornelium Scipionem, qui Carthaginem exsciderat, iterum consulem creavit; quod unum esse crederet, a quo debellari Numantini possent. Sed quoniam etiam tum infra ætatem consularem erat, censuere Patres, ut, quemadmodum bello Carthaginiensi factum erat, tribuni plebis legem illam annalem abrogarent, et anno sequenti iterum sancirent. Scipio hoc pacto iterum consul declaratus, Numantiam properabat; nullo quidem habito delectu, quod urbs variis bellis distrahebatur, et satis copiarum in Hispania erat. Permittente tamen senatu, nonnullos voluntarios, ab aliis urbibus et regibus ob privatam amicitiam missos, eduxit. Quibus addidit ex urbe clientes et amicos, ad quingentos; quos, in turmam unam redactos, vocitabat Amicorum turmam. Hos omnes, circiter quatuor millia, deducendos Buteoni, fratris filio, tradidit. Ipse cum paucis in Hispaniam ad exercitum prægreditur. Audierat enim, ibi omnia ignavia, discordia, ac luxu corrupta esse; satisque intellexerat, a se hostes vinci non posse, nisi prius suorum militum vitia compressisset ac perdomuisset.

LXXXV. Quare ubi in castra pervenit Scipio, continuo mercatores omnes, scorta, vates denique sacrificosque, quibus tot adversis pugnis consternati milites plus nimio addicti erant, castris expulit: atque etiam in posterum vetuit, quidquam, quod minus necessarium esset, ne victimam quidem divinationis gratia, importari. Tum vero et plaustra cum sarcinis inutilibus, et jumenta omnia, præterquam quæ ipse sigillatim relicta vellet, divendi jussit. Nec vero cuiquam licebat ad victum vas ullum habere, præter veru et ollam æneam et poculum unum. Cibi quoque præscripti erant, carnes elixæ et assæ. Lectorum porro usus interdictus, ac primus ipse in toris requiescebat. Mulis insidere inter eundum prohibuit: quid boni enim, inquit, in bello sperandum ab eo, qui pedibus ire non possit? Ad lavandum in balneis, et ad ungendum, famulorum opera non amplius utebantur; per ludibrium ridente Scipione hos, qui, velut muli manibus carentes, aliis, qui se scalperent, opus haberent. Hac via, brevi tempore, ad temperentiam milites revocavit. Sed et ad sui reverentiam et metum assuefecit; cum aditu se, tum vero ad conferendas gratias, præsertim in rebus injustis, difficilem exhibendo. Atque illud crebro in ore habebat: severos et legum jurisque servantissimos imperatores, amicis; faciles autem et munificos, hostibus esse perutiles. Horum milites lætos quidem, sed parere nescios: illorum, ut tristiores, sic morigeros et ad omnia paratos.

LXXXVI. Sed ne sic quidem cum hoste prius confligere voluit, quam milites suos multis laboribus exercuisset. Itaque vicinum omnem agrum obeundo, quotidie nova castra aliis locis muniebat, ac mox rursus demoliebatur; fossas ducebat, et easdem replebat; muros magnos exstruebat,

καὶ κατέφερεν. αὐτὸς δ' ἐξ ἠοῦς ἐς ἑσπέραν ἅπαντα ἐφορῶν. Τὰς δὲ ὁδοιπορίας, ἵνα μή τις, ὡς πάλαι, διασκιδνῷτο, ἦγεν ἐν πλινθίοις ἀεὶ, καὶ τὴν δεδομένην ἑκάστῳ τάξιν οὐκ ἦν ἐναλλάξαι. Περιιὼν τε τὴν ὁδοιπορίαν, καὶ τὰ πολλὰ οὐραγῶν, τοὺς μὲν ἀῤῥωστοῦντας ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀνεβίβαζεν ἀντὶ τῶν ἱππέων, τὰ δὲ βαροῦντα τὰς ἡμιόνους ἐς τοὺς πεζοὺς διεμέριζεν. Εἰ δὲ σταθμεύοι, τοὺς μὲν προφύλακας τῆς ἡμέρας ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἔδει περὶ τὸν χάρακα ἵστασθαι, καὶ ἱππέων ἑτέραν ἴλην περιτρέχειν· οἱ δ' ἄλλοι τὰ ἔργα διῄρηντο, καὶ τοῖς μὲν ταφρεύειν ἐτέτακτο, τοῖς δὲ τειχίζειν, τοῖς δὲ σκηνοποιεῖν· χρόνου τε μῆκος ὡρίζετο αὐτοῖς καὶ διεμετρεῖτο.

LXXXVII. Ὅτε δ' εἴκασεν, ὀξὺ καὶ εὐπειθὲς αὐτῷ καὶ φερέπονον γεγονέναι τὸ στράτευμα, μετέβαινεν ἀγχοῦ τῶν Νομαντίνων. Προφυλακὰς δὲ, ὥσπερ τινὲς, ἐπὶ φρουρίων οὐκ ἐποιεῖτο· οὐδὲ διῄρει ποι τὸν στρατὸν ὅλως, τοῦ μὴ, τινὸς ἐν ἀρχῇ γενομένου πταίσματος, εὐκαταφρόνητον τοῖς πολεμίοις αὐτὸν γενέσθαι, καὶ τέως καταφρονοῦσιν. Οὐδ' ἐπεχείρει τοῖς ἐχθροῖς, ἔτι περισκοπῶν αὐτόν τε τὸν πόλεμον καὶ τὸν καιρὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν τῶν Νομαντίνων ὁρμὴν, ἐς ὅ τι τρέψοιντο. Τὰ δὲ ὀπίσω τοῦ στρατοπέδου πάντα ἐχορτολόγει, καὶ τὸν σῖτον ἔκειρεν ἔτι χλωρόν. Ὡς δ' αὐτῷ ταῦτα ἐξετεθέριστο, καὶ ἐς τὸ πρόσθεν ἔδει βαδίζειν, ὁδὸς μὲν ἦν παρὰ τὴν Νομαντίαν ἐπὶ τὰ πεδία σύντομος, καὶ πολλοὶ συνεβούλευον ἐς αὐτὴν τραπέσθαι. Ὁ δ' ἔφη, τὴν ἐπάνοδον δεδιέναι, κούφων μὲν τότε τῶν πολεμίων ὄντων, καὶ ἐκ πόλεως ὁρμωμένων καὶ ἐς πόλιν ἀφορμώντων· οἱ δ' ἡμέτεροι, βαρεῖς ἐπανίασιν, ὡς ἀπὸ σιτολογίας, καὶ κατάκοποι, καὶ κτήνη καὶ ἁμάξας καὶ φορτία ἄγουσι. Δυσχερής τε ὅλως καὶ ἀνόμοιος ὁ ἀγών· ἡσσωμένοις μὲν γὰρ πολὺς ὁ κίνδυνος, νικῶσι δὲ οὐ μέγα τὸ ἔργον, οὐδ' ἐπικερδές. Εἶναι δ' ἄλογον, κινδυνεύειν ἐπὶ ὀλίγοις. Καὶ στρατηγὸν ἀμελῆ, τὸν ἀγωνιζόμενον πρὸ τῆς χρείας· ἀγαθὸν δὲ, τὸν ἐν μόναις παρακινδυνεύοντα ταῖς ἀνάγκαις. Συγκρίνων δ' ἔφη, καὶ τοὺς ἰατροὺς μὴ χρῆσθαι τομαῖς μηδὲ καύσεσι πρὸ φαρμάκων. Ταῦτ' εἰπὼν, ἐκέλευεν τοῖς ἡγεμόσιν τὴν μακροτέραν περιάγειν. Καὶ συνεξῄει τότε μὲν ἐς τὸ πέραν τοῦ στρατοπέδου· ὕστερον δὲ ἐς τὰ Οὐακκαίων, ὅθεν οἱ Νομαντῖνοι τὰς τροφὰς ἐωνοῦντο, κείρων ἅπαντα, καὶ τὰ χρήσιμα ἐς τὰς ἑαυτοῦ τροφὰς συλλέγων, τὰ δὲ περιττὰ σωρεύων τε καὶ κατακαίων.

LXXXVIII. Ἐν δέ τινι πεδίῳ τῆς Παλλαντίας, ὄνομα Κοπλανίῳ, πολλοὺς ἐπὶ τῶν ὀρῶν ὑπὸ λόφοις ἔκρυψαν οἱ Παλλάντιοι, καὶ ἑτέροις ἐς τὸ φανερὸν τοὺς σιτολογοῦντας ἠνώχλουν. Ὁ δὲ Ῥουτίλιον Ῥοῦφον, συγγραφέα τῶνδε τῶν ἔργων, τότε χιλιαρχοῦντα, ἐκέλευσε τέσσαρας ἱππέων ἴλας λαβόντα, ἀναστεῖλαι τοὺς ἐνοχλοῦντας. Ῥοῦφος μὲν οὖν ὑποχωροῦσιν αὐτοῖς ἀμέτρως εἵπετο, καὶ φεύγουσιν ἐς τὸν λόφον συνανεπήδα. Ἔνθα τῆς ἐνέδρας ἐκφανείσης, ἐκέλευε τοὺς ἱππέας μήτε διώκειν, μήτε ἐπιχειρεῖν ἔτι· ἀλλ' ἐν προβολῇ

mox iterum dimetendos. Ipseque a prima luce ad vesperam, quæcumque opera fiebant, inspiciebat. Ac ne quis, ut antea, in itinere a reliquis sese disjungeret, quadrato semper agmine incedebat, nec locum ulli licebat ab imperatore datum mutare. Procedente agmine, a primis ad postremos circumcursitans, atque inter extremos ut plurimum consistens, infirmos, jussis descendere equitibus, in equos imponebat; et quæ nimium gravabant jumenta, inter pedites dividebat. Stativorum ponendorum hic ordo erat: qui illo die in primo agmine fuerant, eos ex itinere oportebat locum castrorum circumsistere; et equitum ala circum equitabat. Reliquis militibus sua quibusque officia descripta erant: his fossas ducere, illis vallum exstruere, aliis tentoria figere. Quin et temporis, intra quod omnia confecta esse oportebat, spatium definitum ac dimensum erat.

LXXXVII. At postquam satis promtus et moriger et laboris patiens miles visus est, tum vero propius Numantiam castra promovit Scipio. Sed ibi non, quorundam more, per castella propius urbem constituta stationes disposuit; quod copias suas prorsus nollet dividere, ne, si cladem aliquam a principio acciperet, contemtiorem se hostibus redderet, a quibus jam satis contemnebantur Romani. Nec vero aggrediebatur hostes; rationem etiam nunc belli gerendi, et opportunitatem, et Numantinorum consilia quo se verterent, exploraturus. Interea omnes pone castra agros pervagabatur, indeque pabula colligebat; frugesque, licet non satis maturas, secabat. Quibus demessis, quum jam in anteriora esset procedendum, essetque alia via in campos brevior, præter ipsam Numantiam ducens, hortantibus Scipionem amicis, ut breviori illa via uteretur: At ego, inquit, reditum metuo. Hostes enim tunc expediti ex urbe erumpentes, in urbem receptum habebunt: at nostri a frumentatione redeuntes, onusti præda erunt et defessi: adhæc vehicula jumentaque et sarcinas secum vehent. Quare gravis fuerit utique et iniqua dimicatio; quæ victis multum periculi, victoribus non multum neque gloriæ neque commodi allatura esset. Summæ autem, ait, dementiæ esse, ob res leves discrimen adire. Atque illum incautum habendum imperatorem, qui nulla necessitate coactus pugnæ aleam subeat: strenuum contra, qui tum demum, quum ita usus et occasio postulat, intrepide se periculis offert. Addidit etiam hanc similitudinem: non solere medicos prius sectionibus aut ustionibus, quam medicamentis, uti. Hæc locutus Scipio, ducibus itineris mandat, ut longiore via exercitum circumducerent. Ac tunc quidem ipse excursioni illi, in agros castris oppositos susceptæ, interesse volunt. Postea in Vaccæos duxit, unde Numantini commeatus emebant. Ibi omnia vastata: quidquid ad castrorum alimoniam proficit, collectum advectumque: reliqua in cumulos congesta et incendio consumta sunt.

LXXXVIII. In campo quodam Pallantini agri, cui Complanio nomen est, Pallantini, multis suorum post montium tumulos abditis, alia manu palam Scipionis frumentatores lacessebant. Scipio Rutilum Rufum tribunum militum, (qui deinde harum rerum Historiam edidit) cum quatuor equitum turmis ad propulsandum hostium impetum mittit. Quos Rufus, pedem referentes, immoderatius urgens, quum in ipsum usque collem, quo se receperant, esset insecutus; subito exortis insidiis, hortatur equites suos, ut de insequendo vel aggrediendo hoste jam nihil cogitent,

τὰ δόρατα θεμένους ἑστάναι, καὶ ἐπιόντας ἀμύνεσθαι μόνον. Ὁ δὲ Σκιπίων εὐθὺ, ἀνατρέχοντος αὐτοῦ παρὰ τὸ πρόσταγμα, δείσας, εἵπετο κατὰ σπουδήν. Καὶ ὡς εὗρε τὴν ἐνέδραν, ἐς δύο διεῖλε τοὺς ἱππέας, καὶ προσέταξεν αὐτῶν ἑκατέροις, παρὰ μέρος ἐμπηδᾶν τοῖς πολεμίοις, καὶ ἀκοντίσαντας ὁμοῦ πάντας, εὐθὺς ἀναχωρεῖν, οὐκ ἐς τὸν αὐτὸν τόπον, ἀλλ' ἀεὶ κατ' ὀλίγον προστιθέντας ὀπίσω καὶ ὑποχωροῦντας. Οὕτω μὲν τοὺς ἱππέας ἐς τὸ πεδίον περιέσωσεν. Ἀναζευγνύοντι δ' αὐτῷ καὶ ἀναχωροῦντι ποταμὸς ἦν ἐν μέσῳ δύσπορός τε καὶ ἰλυώδης· καὶ παρ' αὐτὸν ἐνήδρευον οἱ πολέμιοι. Ὁ δὲ, μαθὼν, ἐξέκλινε τῆς ὁδοῦ, καὶ μακροτέραν ἦγε καὶ δυσενέδρευτον, νυκτός τε ὁδεύων διὰ τὸ δίψος, καὶ φρέατα ὀρύσσων, ὧν τὰ πλέονα πικρὰ εὑρίσκετο. Τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας ἐπιμόχθως περιέσωσεν· ἵπποι δέ τινες αὐτοῦ καὶ ὑποζύγια ὑπὸ τῆς δίψης ἀπώλοντο.

LXXXIX. Καὶ Καυκαίους δὲ παροδεύων, ἐς οὓς παρεσπόνδησε Λούκουλλος, ἐκήρυξε, Καυκαίους ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἀκινδύνως κατέρχεσθαι. Καὶ παρῆλθεν ἐς τὴν Νομαντίνην, χειμάσων. Ἔνθα αὐτῷ καὶ Ἰουγόρθας ἐκ Λιβύης ἀφίκετο, ὁ Μασσανάσσου υἱωνὸς, ἄγων ἐλέφαντας δυοκαίδεκα, καὶ τοὺς συντασσομένους αὐτοῖς τοξότας τε καὶ σφενδονήτας. Ἀεὶ δέ τι δῃῶν, καὶ τὰ περικείμενα πορθῶν, ἔλαθε περὶ κώμην ἐνεδρευθεὶς, ἣν ἐκ τοῦ πλέονος τέλμα πηλοῦ περιεῖχεν, ἐπὶ δὲ θάτερα φάραγξ ἦν, καὶ ἀφανὴς ἐν ἐκείνῃ λόχος ὑπεκρύπτετο. Τῆς οὖν στρατιᾶς τῷ Σκιπίωνι διῃρημένης, οἱ μὲν τὴν κώμην ἐπόρθουν ἐσελθόντες, τὰ σημεῖα ἔξω καταλιπόντες· οἱ δὲ περιίππευον οὐ πολλοί. Τούτοις συνεμπίπτουσιν οἱ λοχῶντες. Καὶ οἱ μὲν αὐτοὺς ἀπεμάχοντο· ὁ δὲ Σκιπίων (ἔτυχε γὰρ πρὸ τῆς κώμης παρὰ τὰ σημεῖα ἑστὼς) ἀνεκάλει τῇ σάλπιγγι τοὺς ἔνδον, καὶ πρὶν αὐτῷ γενέσθαι χιλίους, τοῖς ἱππεῦσιν ἐνοχλουμένοις ἐπεβοήθει. Τότε δὲ τοῦ στρατοῦ τοῦ πλέονος ἐκ τῆς κώμης ἐκδραμόντος, ἐτρέψατο μὲν ἐς φυγὴν τοὺς πολεμίους· οὐ μὴν ἐδίωκε φεύγοντας, ἀλλ' ἐς τὸν χάρακα ἀνεχώρει, πεσόντων ἑκατέρωθεν ὀλίγων.

XC. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἀγχοτάτω τῆς Νομαντίας δύο στρατόπεδα θέμενος, τῷ μὲν ἐπέστησε τὸν ἀδελφὸν Μάξιμον, τοῦ δὲ αὐτὸς ἡγεῖτο. Νομαντίνων δὲ θαμινὰ ἐκτασσόντων, καὶ προκαλουμένων αὐτὸν ἐς μάχην, ὑπερεώρα· οὐ δοκιμάζων ἀνδράσιν ἐξ ἀπογνώσεως μαχομένοις συμπλέκεσθαι μᾶλλον, ἢ συγκλήσας αὐτοὺς ἑλεῖν λιμῷ. Φρούρια δ' ἑπτὰ περιθεὶς, πολιορκίαν * * ἐπιγράψας ἑκάστοις, οὓς ἔδει πέμπειν. Ὡς δὲ ἦλθον, ἐς μέρη πολλὰ διεῖλεν αὐτοὺς, καὶ τὴν ἑαυτοῦ στρατιὰν ἐπιδιεῖλεν. Εἶθ' ἡγεμόνας ἐπιστήσας ἑκάστῳ μέρει, προσέταξε περιταφρεύειν καὶ περιχαρακοῦν τὴν πόλιν. Ἦν δὲ ἡ περίοδος, ἡ μὲν αὐτῆς Νομαντίας, τέσσαρες καὶ εἴκοσι στάδιοι· ἡ δὲ τοῦ χαρακώματος, ὑπὲρ τὸ διπλάσιον. Καὶ τοῦτο διῃρεῖτο πᾶν οἱ κατὰ μέρος ἕκαστον. Καὶ προείρητο, εἴ τι ἐνοχλοῖεν οἱ πολέμιοι, σημεῖον ἐξαίρειν, ἡμέρας μὲν, φοινικίδα ἐπὶ δόρατος ὑψηλοῦ, νυκτὸς δὲ, πῦρ· ἵνα τοῖς δεομένοις ἐπιθέοντες

sed in vestigio stantes infestis hastis irruentem hostem cohiberent. Sed Scipio, jam ex quo Rufus longius quam jussus erat excurrerat, de eventu sollicitus, confestimque subsecutus, ubi et ipse insidias deprehendit, equitibus in duas partes divisis, præcipit, ut alternis vicibus in hostem procurrant, telisque confertim emissis iterum se recipiant; non eumdem in locum unde proruperissent, sed qualibet vice aliquanto amplius retro cedentes. Hoc modo incolumem equitatum in planitiem reduxit. Post hæc certior factus, juxta fluvium quemdam transitu difficilem ac limosum redeunti sibi insidias parari, alia via deflexit, longiore quidem, sed minus dolis opportuna : noctu propter æstum iter faciens, puteosque fodiens, quorum plures amaras aquas habebant. Atque sic, ægre licet, viri incolumes evasere; sed equi aliquot ac jumenta siti exstincta sunt.

LXXXIX. Quum vero per Caucæorum quoque agrum, quos Lucullus olim tanta perfidia violarat, transiret, proclamari jussit, Caucæis ad sua colenda reverti tuto licere. Inde hibernatum in fines Numantinorum rediit : quo Jugurtha, Masinissæ nepos, ex Africa ad eum venit cum duodecim elephantis, et, qui his attribui solent, sagittariis et funditoribus. His in locis, crebis incursibus circumjectos agros vastanti carpentique Scipioni insidiæ clam ab hostibus tenduntur. Vicus erat, fere undique limosa palude cinctus; sed una parte vallis erat, in qua latebant insidiæ. Scipionis milites ita divisi erant, ut pars relictis ante vicum signis, ipsum vicum ingressi diriperent; alii, non multi, eminus circumequitarent. Quos qui in insidiis erant adorti, facile fundunt. Scipio, qui forte fortuna extra vicum circa signa constiterat, tuba revocari jussit eos qui domos subierant. Ac priusquam mille numero ei adfuissent, equitibus laborantibus opem ferre contendit : et pluribus e vico accurrentibus, hostes terga vertere coegit. Non tamen institit fugientibus, sed intra vallum se recepit, paucis utrimque desideratis.

XC. Haud multo post, geminis castris proxime Numantiam positis, quorum alteris fratrem Maximum præfecerat, alteris ipse præerat Scipio; quum Numantini acie instructa Romanos ad dimicationem crebro provocarent, sprevit : non consultum ducens, cum hominibus omnium rerum desperatione efferatis confligere potius, quam inclusos fame expugnare. Quare septem circa urbem castellis positis, oppugnare *eam instituit. Sociisque* passim populis auxilia imperavit; et unicuique populo, quot et cujus generis milites ab eo mitti vellet, præscripsit. Qui postquam venere, in multas partes eos divisit, et suas simul copias cum illis partitus est. Deinde singulis partibus præfectos imposuit, jussitque, ut fossam vallumque urbi circumducerent. Erat autem Numantiæ ipsius ambitus trium millium passuum; valli autem plusquam duplo major. Ac totum hunc ambitum per partes distribuerat Scipio opus facientibus : mandatumque erat, si quis tumultus ab hostibus oriretur, signum attollerent, interdiu pannum rubrum ex longa hasta pendentem, noctu ignem; ut celeriter ipse cum Maximo fratre,

αὐτός τε καὶ Μάξιμος ἀμύνοιεν. Ὡς δ' ἐξείργαστο πάντα αὐτῷ, καὶ τοὺς κωλύοντας εἶχεν ἱκανῶς ἀπομάχεσθαι, ἑτέραν τάφρον ὤρυσσεν οὐ μακρὰν ὑπὲρ ἐκείνην, καὶ σταυροὺς αὐτῇ περιεπήγνυ, καὶ τεῖχος ᾠκοδόμει, οὗ τὸ μὲν πάχος ἦν πόδες ὀκτώ, τὸ δὲ ὕψος δέκα, χωρὶς τῶν ἐπάλξεων. Πύργοι τε πανταχόθεν αὐτῷ διὰ πλέθρου περιέκειντο. Καὶ λίμνην συνάπτουσαν οὐκ ἐνὸν περιτειχίσαι, χῶμα αὐτῇ περιέθηκεν, ἴσον τῷ τείχει καὶ τὸ βάθος καὶ τὸ ὕψος, ὡς ἂν εἴη καὶ τόδε ἀντὶ τείχους.

XCI. Οὕτω μὲν ὁ Σκιπίων ὅδε πρῶτος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, περιετείχισε πόλιν οὐ φυγομαχοῦσαν. Τόν τε Δόριον ποταμὸν, συμφερόμενον τῷ περιτειχίσματι, καὶ πολλὰ τοῖς Νομαντίνοις χρήσιμον ἔς τε ἀγορᾶς κομιδὴν καὶ διαπομπὴν ἀνδρῶν (ὅσοι κατ' αὐτὸν κολυμβηταί τε καὶ σκάφεσι μικροῖς ἐλάνθανον, ἢ ἱστίοις, ὅτε λάβρον εἴη τὸ πνεῦμα, ἐβιάζοντο, ἢ κώπαις κατὰ τὸ ῥεῦμα) ζεῦξαι μὲν οὐκ ἐδύνατο, πλατὺν ὄντα καὶ πάνυ ῥοώδη· φρούρια δὲ ἀντὶ γεφύρας αὐτῷ δύο περιθεὶς, ἀπήρτησε καλωδίοις δοκοὺς μακρὰς ἐξ ἑκατέρου φρουρίου, καὶ ἐς τὸ πλάτος τοῦ ποταμοῦ μεθῆκεν, ἐχούσας ἐμπεπηγότα πυκνὰ ξίφη τε καὶ ἀκόντια. Αἱ δ' ὑπὸ τοῦ ῥοῦ, τοῖς ξίφεσι καὶ τοῖς ἀκοντίοις ἐμπίπτοντος, ἀεὶ περιστρεφόμεναι, οὔτε διανηχομένους, οὔτ' ἐπιπλέοντας, οὔτε ὑποδύνοντας εἴων λαθεῖν. Τοῦτο δ' ἦν, οὗ μάλιστα ὁ Σκιπίων ἐπεθύμει· μηδενὸς αὐτοῖς ἐπιμιγνυμένου, μηδ' εἰσιόντος, ἀγνοεῖν αὐτοὺς ὅ τι γίγνοιτο ἔξω· οὕτω γὰρ ἀπορήσειν ἀγορᾶς τε καὶ μηχανῆς πάσης.

XCII. Ὡς δ' ἡτοίμαστο πάντα, καὶ καταπέλται μὲν ἐπέκειντο τοῖς πύργοις ὀξυβελεῖς τε καὶ λιθοβόλοι, ταῖς δ' ἐπάλξεσι παρέκειντο λίθοι καὶ βέλη καὶ ἀκόντια, τὰ δὲ φρούρια τοξόται καὶ σφενδονῆται κατεῖχον· ἀγγέλους μὲν ἐπέστησε πυκνοὺς κατὰ τὸ ἐπιτείχισμα πᾶν, οἳ νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἔμελλον ἄλλοι παρ' ἄλλων τὸν λόγον ἐκδεχόμενοι, μηνύσειν αὐτῷ τὰ γιγνόμενα. Κατὰ δὲ πύργον ἐκέλευσεν, εἴ τι γίγνοιτο, σημεῖον ἐκ πρώτου τοῦ πονοῦντος αἴρεσθαι· καὶ τὸ αὐτὸ πάντας ἐπαίρειν, ὅταν τὸν ἀρξάμενον θεάσωνται· ἵνα τὸ μὲν κίνημα παρὰ τοῦ σημείου θᾶσσον ἐπιγιγνώσκοι, τὸ δὲ ἀκριβὲς παρὰ τῶν ἀγγέλων. Τῆς δὲ στρατιᾶς οὔσης σὺν τοῖς ἐπιχωρίοις ἐς ἑξακισμυρίους, τὸ μὲν ἥμισυ διετέτακτο αὐτῷ τειχοφυλακεῖν, καὶ ἐς τὰ ἀναγκαῖα, εἴ πῃ δεήσειε, μεταχωρεῖν· δισμύριοι δὲ τειχομαχήσειν ἔμελλον, ὅτε χρεία γένοιτο· καὶ τούτοις ἐφεδρεύειν ἕτεροι μύριοι. Χωρίον δὲ καὶ τούτων ἑκάστοις διετέτακτο· καὶ μεταπηδᾶν, εἰ μὴ κελεύσειεν, οὐκ ἐξῆν. Ἐς δὲ τὸ τεταγμένον εὐθὺς ἀνεπήδων, ὅτε τι σημεῖον ἐπιχειρήσεως ἐπαρθείη. Οὕτω μὲν τῷ Σκιπίωνι πάντα ἀκριβῶς διετέτακτο.

XCIII. Οἱ δὲ Νομαντῖνοι πολλάκις μὲν τοῖς φυλάσσουσιν ἐπεχείρουν, ἄλλοτε ἄλλῃ κατὰ μέρη. Ταχεῖα δ' αὐτίκα καὶ καταπληκτικὴ τῶν ἀμυνομένων ἡ ὄψις ἦν, σημείων τε ὑψηλῶν πανταχόθεν αἰρομένων, καὶ ἀγγέλων διαθεόντων, καὶ τῶν τειχομάχων ἀθρόως ἀναπηδώντων ἐς τὰ τείχη, σαλπιγκτῶν τε κατὰ πάντα πύργον ἐξοτρυνόντων· ὥστε τὸν κύκλον ὅλον εὐθὺς

ubi opus esset, auxilio accurreret. Toto opere perfecto, ita quidem, ut jam hostem, si quid conaretur, satis propulsare posset; aliam fossam non longe supra priorem duxit, quam et impactis palis munivit, et ad eamdem murum exstruxit latitudine pedum octo, altitudine decem, exceptis pinnis. Ac muro turres ex omni parte, centum et viginti pedum intervallo, superstruebantur. Et quia continentem paludem muro cingere non poterat, aggerem ei circumduxit, et latitudine et altitudine muro parem, qui vice muri esset.

XCI. Qua ratione mihi videtur Scipio hic primus omnium imperatorum urbem, quæ certamen non detrectabat, circumvallasse. Ceterum Durius amnis, præter ipsa munimenta Numantiæ fluens, oppidanis admodum opportunus erat, cum ad commeatum deportandum, tum ad viros transvehendos; dum sive urinando, aut naviculis, clam in urbem penetrarent, sive velis, vehementi spirante vento, aut remis secundo flumine, perrumperent. Hujus fluminis, propter latitudinem et aquarum impetum, ponte jungendi quum nulla esset facultas; Scipio bina castella vice pontis objecit : ex quibus longas utrimque trabes funibus religatas in fluvium, qua late patebat, demisit. Erant autem infixi trabibus crebri mucrones et cuspides; quæ, una cum illis vi aquæ circumactæ, neminem transire sinebant, sive natando urinandove, sive navigio fallere hostem tentasset. Qua re id, quod maxime cupiebat, consecutus est Scipio; ut hostes, nemine ad eos accedente, quid foris ageretur ignari, et commeatu et consilio deficerentur.

XCII. Postquam omnia perfecta sunt, et turribus catapultæ et balistæ aliæque machinæ impositæ, et propugnacula saxis, telis, jaculis probe munita, ad hæc castella sagittariis et funditoribus firmata : crebros nuncios per totum vallum disposuit Scipio, qui die nocteque, sermonem alii ab aliis excipientes, quidquid fieret, ipsi renunciarent. Jussit etiam, ut quæcumque prima turris ab hoste premeretur, prima vexillum extolleret; quod ubi conspicerent reliquæ, idem signum attollerent : ut hujusmodi signo coortum alicubi tumultum citius intelligeret; ex nunciis autem, quid rei esset, exploratius cognosceret. Jam vero quum sexaginta hominum millia, connumeratis copiis Hispaniensibus, haberet, sic eos partitus erat, ut dimidia pars murum custodiret, et ad alia munia, ubi opus esset, præsto esset : tum alia viginti millia ad pugnandum ex muro, sicubi necessitas urgeret, parati essent; eisque reliqui decem mille in subsidiis essent succenturiati. Atque his suus cuique locus erat assignatus; quem sicut, injussu imperatoris, non licebat cum alio commutare, sic ad eum quisque, simul ac signum aliquod tumultus dabatur, advolabat. Hac diligentia Scipio cuncta administrabat.

XCIII. Interea Numantini sæpius, aliis atque aliis ex partibus, muri custodes adorti sunt. Sed tunc celeriter statim, ac cum terribili specie, omnia ad propugnandum præparata apparebant : signa undique in altum sublata; nuncii discurrere; qui defendendis muris præpositi erant, confertim in murum insilire; tibicines ex singulis turribus classicum canere. Adeo ut totus ille ambitus, stadiorum

ἅπασιν εἶναι φοβερώτατον, ἐς πεντήκοντα σταδίους ἐπέχοντα ἐν περιόδῳ. Καὶ τόνδε τὸν κύκλον ὁ Σκιπίων ἑκάστης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἐπισκοπῶν περιῄει. Ὁ μὲν δὴ τοὺς πολεμίους ὧδε συγκλείσας, οὐκ ἐς πολὺ ἀρκέσειν ἐνόμιζεν, οὔτε τροφῆς ἔτι προσιούσης σφίσιν, οὔτε ὅπλων, οὔτ' ἐπικουρίας.

XCIV. Ῥητογένης δέ, ἀνὴρ Νομαντῖνος, ᾧ Καραύνιος ἐπίκλησις ἦν, ἄριστος ἐς ἀρετὴν Νομαντίνων, πέντε πείσας φίλους, σὺν παισὶν ἄλλοις τοσοῖσδε, καὶ ἵπποις τοσοῖσδε, ἐν νυκτὶ συννεφεῖ διῆλθε λαθὼν τὸ μεταίχμιον, κλίμακα φέρων πτυκτήν. Καὶ φθάσας ἐς τὸ περιτείχισμα, ἀνεπήδησεν αὐτός τε καὶ οἱ φίλοι· καὶ τοὺς ἑκατέρωθεν φύλακας ἀνελόντες, τοὺς μὲν θεράποντας ἀπέπεμψαν ὀπίσω, τοὺς δ' ἵππους διὰ τῆς κλίμακος ἀναγαγόντες, ἐξίππευσαν ἐς τὰς Ἀρουακῶν πόλεις, σὺν ἱκετηρίαις, δεόμενοι, Νομαντίνοις συγγενέσιν οὖσιν ἐπικουρεῖν. Τῶν δ' Ἀρουακῶν οἱ μὲν οὐδ' ὑπήκουον αὐτῶν, ἀλλ' εὐθὺς ἀπέπεμπον, δεδιότες. Λουτία δὲ πόλις ἦν εὐδαίμων, τριακοσίους σταδίους ἀφεστῶσα ἀπὸ Νομαντίνων, ἧς οἱ μὲν νέοι περὶ τοὺς Νομαντίνους ἐσπουδάκεσαν, καὶ τὴν πόλιν ἐς συμμαχίαν ἐνῆγον· οἱ πρεσβύτεροι δ' ἐμήνυσαν κρύφα τῷ Σκιπίωνι. Καὶ ὁ Σκιπίων ὀγδόης ὥρας πυθόμενος, ἐξήλαυνεν αὐτίκα σὺν εὐζώνοις ὅτι πλείστοις· καὶ ἅμα ἕῳ τὴν Λουτίαν φρουρᾷ περιλαβών, ᾔτει τοὺς ἐξάρχους τῶν νέων. Ἐπεὶ δ' ἐξωρμηκέναι τῆς πόλεως αὐτοὺς ἔλεγον, ἐκήρυξε, διαρπάσειν τὴν πόλιν, εἰ μὴ τοὺς ἄνδρας παραλάβοι. Οἱ μὲν δή, δείσαντες, προσῆγον αὐτούς, ἐς τετρακοσίους γενομένους. Ὁ δὲ τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐκτεμών, ἀνέστησε τὴν φρουράν, καὶ διαδραμὼν αὖθις ἅμ' ἕῳ τῆς ἐπιούσης παρῆν ἐς τὸ στρατόπεδον.

XCV. Νομαντῖνοι δὲ κάμνοντες ὑπὸ λιμοῦ, πέντε ἄνδρας ἔπεμπον ἐς τὸν Σκιπίωνα, οἷς εἴρητο μαθεῖν, εἰ μετριοπαθῶς σφίσι χρήσεται, παραδοῦσιν αὐτούς. Αὔαρος δ' αὐτῶν ἡγούμενος, πολλὰ μὲν περὶ τῆς προαιρέσεως καὶ ἀνδρείας τῶν Νομαντίνων ἐσεμνολόγησε· καὶ ἐπεῖπεν, ὡς οὐδὲ νῦν ἁμάρτοιεν, ὑπὲρ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ ἐλευθερίας πατρίου κακοπαθοῦντες ἐς τοσόνδε κακοῦ. Διὸ καὶ μάλιστα, εἶπεν, ὦ Σκιπίων, ἄξιόν ἐστι, σέ, τοσῆσδε ἀρετῆς γέμοντα, φείσασθαι γένους εὐψύχου τε καὶ ἀνδρικοῦ, καὶ προτεῖναι τὰ φιλανθρωπότερα τῶν κακῶν ἡμῖν, ἃ καὶ δυνησόμεθα ἐνεγκεῖν, ἄρτι πειρώμενοι μεταβολῆς. Ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἔτι ἐστίν, ἀλλ' ἐπὶ σοί, τὴν πόλιν ἢ παραλαβεῖν, εἰ τὰ μέτρια κελεύοις, ἢ μαχομένην ὑπεριδεῖν ἀπολέσθαι. Ὁ μὲν Αὔαρος ὧδε εἶπεν. Ὁ δὲ Σκιπίων (ᾔσθετο γὰρ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων τὰ ἔνδον) ἔφη, δεῖν αὐτοὺς ἐγχειρίσαι τὰ κατὰ σφᾶς, καὶ σὺν ὅπλοις παραδοῦναι τὴν πόλιν. Ὧν ἀπαγγελθέντων, οἱ Νομαντῖνοι, χαλεποὶ καὶ τέως ὄντες ὀργὴν ὑπ' ἐλευθερίας ἀκράτου καὶ ἀηθείας ἐπιταγμάτων, τότε καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν συμφορῶν ἠγριωμένοι τε καὶ ἀλλόκοτοι γεγονότες, τὸν Αὔαρον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πέντε πρέσβεις ἀπέκτει-

quinquaginta in orbem, cunctis extemplo formidabilis exsisteret. Quem quidem ambitum singulis diebus ac noctibus Scipio perlustrabat; hostesque sic inclusos, ut nec commeatus, nec arma, nec auxilia importari possent, diutius posse resistere non existimabat.

XCIV. Interea Rhetogenes, Numantinorum fortissimus, cui Caraunio cognomen erat, assumtis secum quos in suam sententiam pertraxerat, amicis quinque, totidemque famulis, et pari equorum numero, nocte quadam nebulosa et admodum obscura, quod inter utraque castra spatii erat clam emensus, ponte scansorio et compactili, quem secum attulerat, in hostium munimenta cum amicis conscendit. Oppressis utrimque vigilibus, famulos domum remittunt; et, equis per pontem sursum ductis, in Arevacorum urbes evadunt; quos, supplicum more cum ramis oleæ adeuntes, orant, ut Numantinis consanguineis auxilium ferrent. Sed multi, Romanorum metu, ne auditos quidem, finibus excedere jusserunt. At juventus Lutiæ (oppidum fuit opulentum, trecentis stadiis Numantia distans) Numantinorum rebus favens, civitatem ad suppetias mittendas impellebat. Qua de re clam certior Scipio a senioribus urbis factus, assumtis secum expeditis quamplurimis, Lutiam advolat; quo, quum hora octava nuncium accepisset, prima luce proximi diei pervenit. Tum custodia cincto oppido, juventutis duces ac principes sibi dedi jubet. Quos quum erupisse abiisseque dicerent, Scipio per præconem minatus est, ni traderentur, urbem se direpturum. Territi illi circiter quadringentos adduxerunt. Quorum amputatis manibus, abducta inde custodia, postero die sub auroram rursus in castra devenit.

XCV. Posthæc Numantini, fame vexati, quinque viros ad Scipionem mittunt, sciscitatum, an clementer et benigne, si sese dederent, esset accepturus. Ibi, legationis princeps, Avarus, de institutis ac virtute Numantinorum magnifice ac superbe disseruit; addiditque, nihil ne tunc quidem deliquisse Numantinos, quod pro liberis et uxoribus et patriæ libertate tantas ærumnas suscepissent. Quo magis par est, inquit, te, o Scipio, singulari virtute hominem, parcere generi forti atque strenuo, atque ex tristibus conditionibus eas nobis proponere, quæ cum humanitate maxime conjunctæ sint, et quas, fortunæ vices modo experti, ferre valeamus. Etenim non jam arbitrii nostri est, sed tui, urbem nostram, si æqua imperes, deditione accipere, aut pugnantem sinere totam perire. Sic locuto Avaro, Scipio (jam ante de statu urbis a captivis certior factus) nihil aliud respondit, quam oportere, ut se urbemque cum armis traderent. Quo responso Numantiam perlato, oppidani, satis jam sua sponte ira accensi (ut qui mera libertate frui, nulliusque imperio parere didicissent) tunc malis urgentibus multo magis exulcerati atque efferati,

ναν, ὡς κακῶν ἀγγέλους, καὶ τὸ σφέτερον ἀσφαλὲς ἴσως διῳκημένους παρὰ τῷ Σκιπίωνι.

XCVI. Μετὰ δ' οὐ πολὺ, πάντων αὐτοὺς τῶν ἐδεστῶν ἐπιλιπόντων, οὐ καρπὸν ἔχοντες, οὐ πρόβατον, οὐ πόαν· πρῶτα μὲν, ὥσπερ τινὲς ἐν πολέμων ἀνάγκαις, δέρματα ἕψοντες ἐλιχμῶντο. Ἐπιλιπόντων δ' αὐτοὺς καὶ τῶν δερμάτων, ἐσαρκοφάγουν ἕψοντες τὰ ἀνθρώπεια· πρῶτα μὲν τὰ τῶν ἀποθνησκόντων, κοπτόμενα ἐν μαγειρείοις· ἐπὶ δ' ἐκείνοις, τῶν νοσούντων κατεφρόνουν, καὶ τοὺς ἀσθενεστέρους ἐβιάζοντο οἱ δυνατώτεροι. Κακῶν τε οὐδὲν αὐτοῖς ἀπῆν, ἠγριωμένοις μὲν τὰς ψυχὰς ὑπὸ τῶν τροφῶν, τεθηριωμένοις δὲ τὰ σώματα ὑπὸ λιμοῦ καὶ λοιμοῦ, καὶ κόμης, καὶ χρόνου. Οὕτω δ' ἔχοντες, αὑτοὺς ἐπέτρεπον τῷ Σκιπίωνι. Ὁ δ' ἐκέλευεν αὐτοὺς, τῆς μὲν ἡμέρας ἐκείνης συνενεγκεῖν τὰ ὅπλα, ἔνθα συνέταξε· τῆς δ' ἐπιούσης προσελθεῖν ἐς ἕτερον χωρίον. Οἱ δ' ὑπερεβάλοντο τὴν ἡμέραν, ὁμολογήσαντες, ὅτι πολλοὶ τῆς ἐλευθερίας ἔτι ἔχονται, καὶ ἐθέλουσιν αὑτοὺς ἐξαγαγεῖν τοῦ βίου. Τὴν οὖν ἡμέραν ᾔτουν ἐς τοῦ θανάτου τὴν διάθεσιν.

XCVII. Τοσόσδε ἔρως ἐλευθερίας καὶ ἀνδραγαθίας ἦν ἐν πόλει βαρβάρῳ τε καὶ σμικρᾷ. Ἐς γὰρ ὀκτακισχιλίους ἐπ' εἰρήνης γενόμενοι, οἷα μὲν καὶ ὅσα Ῥωμαίους ἔδρασαν; οἵας δὲ συνθήκας αὐτοῖς ἔθεντο ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, οὐδέσι ταῦτα συνθέσθαι Ῥωμαίων ὑποστάντων; οἷον δ' ὄντα τὸν τελευταῖον στρατηγὸν, ἓξ μυριάσιν αὐτοὺς περικαθήμενον, προὐκαλέσαντο πολλάκις ἐς μάχην; Ὁ δὲ ἦν ἄρα τι στρατηγικώτερος αὐτῶν, ἐς χεῖρας οὐκ ἰὼν θηρίοις, ἀλλὰ τῷ λιμῷ σφᾶς κατεργαζόμενος, ἀμάχῳ κακῷ· ᾧ δὴ καὶ μόνῳ ληφθῆναί τε δυνατὸν ἦν ἄρα Νομαντίνους, καὶ ἐλήφθησαν μόνῳ. Ἐμοὶ μὲν δὴ ταῦτα περὶ Νομαντίνων εἰπεῖν ἐπῆλθεν, ἐς τὴν ὀλιγότητα αὐτῶν καὶ φερεπονίαν ἀφορῶντι, καὶ ἔργα πολλὰ, καὶ χρόνον ὅσον διεκαρτέρησαν. Οἱ δὲ πρῶτα μὲν αὑτοὺς, οἱ βουλόμενοι, διεχρῶντο, ἕτερος ἑτέρως. Οἱ λοιποὶ δ' ἐξῄεσαν τρίτης ἡμέρας ἐς τὸ δεδομένον χωρίον, δυσόρατοί τε καὶ ἀλλόκοτοι πάμπαν ὀφθῆναι· οἷς τὰ μὲν σώματα ἦν ἀκάθαρτα, καὶ τριχῶν καὶ ὀνύχων καὶ ῥύπου μεστά· ὀδώδεσαν δὲ χαλεπώτατον, καὶ ἐσθὴς αὐτοῖς ἐπέκειτο πιναρὰ καὶ ἥδε, καὶ οὐχ ἧσσον δυσώδης. Ἐφαίνοντο δὲ τοῖς πολεμίοις, ἐλεεινοὶ μὲν ἀπὸ τῶνδε, φοβεροὶ δ' ἀπὸ τῶν βλεμμάτων· ἔτι γὰρ αὐτοὺς ἐνεώρων ἔκ τε ὀργῆς καὶ λύπης καὶ πόνου καὶ συνειδότος ἀλληλοφαγίας.

XCVIII. Ἐπιλεξάμενος δ' αὐτῶν πεντήκοντα ὁ Σκιπίων ἐς θρίαμβον, τοὺς λοιποὺς ἀπέδοτο, καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψεν. Δύο μὲν τάσδε πόλεις δυσμαχωτάτας ἑλὼν στρατηγὸς ὅδε Ῥωμαίων· Καρχηδόνα μὲν, αὐτῶν Ῥωμαίων ψηφισαμένων, διὰ μέγεθος πόλεώς τε καὶ ἀρχῆς, καὶ εὐκαιρίαν γῆς καὶ θαλάσσης· Νομαντίαν δὲ, σμικράν τε καὶ ὀλιγάνθρωπον, οὔπω τι Ῥωμαίων περὶ αὐτῆς ἐγνωκότων, αὐτὸς, εἴτε συμφέρειν Ῥωμαίοις ἡγούμενος, εἴτε ἄκρος ὢν ὀργὴν καὶ φιλόνεικος ἐς τὰ

Avarum et legationis socios, ceu malorum nuncios, et cum Scipione fortasse de privata salute pactos, interfecerunt.

XCVI. Sed non multo post, cibariis omnibus deficientibus, quum jam non fructum, non pecudem, non herbam amplius haberent Numantini, primum (ut in bellicis necessitatibus nonnunquam fieri solet) pelles coctas mandebant. Dein his quoque deficientibus, carnibus hominum initio quidem defunctorum, minutatim in culina concisis, vescebantur: sed mox etiam, spretis ægrotorum carnibus, robustiores debilioribus vim afferre cœperunt. Denique nullo non mali genere premebantur; animis victu isto efferatis, corporibus fame, peste, pilis, situ et squalore horridis, ac belluarum speciem referentibus. Atque hunc in statum redacti, Scipioni sese permiserunt. A quo ubi eo ipso die arma omnia in certum quendam locum conferre, postero autem in alium locum convenire, jussi sunt; prorogarunt diem, professi, multos adhuc esse, qui libertatis desiderio mortem sibi consciscere velint. Quapropter illum diem petierunt, quo illi suo arbitrio morerentur.

XCVII. Tantus amor libertatis ac virtutis fuit in urbe barbara et exigua. Nam quum ante belli initium non plures essent octo millibus armatorum, quantis sæpe cladibus Romanos Numantini affecerunt? quoties æquis conditionibus fœdera pepigerunt, qualia cum nullis aliis pacisci Romani sustinuerunt? qualem vero extremum imperatorem, sexaginta hominum millibus sese obsidentem, sæpius ad certamen provocarunt? Sed ille nimirum se rei militaris aliquanto his peritiorem ostendit; qui cum belluis manus conserere noluerit, sed inexpugnabili malo, fame, eos confecerit: quo solo ut vinci poterant, sic victi tandem fractique sunt. Ac mihi quidem hæc de Numantinis commemorare visum est, cogitanti, in tanta militum paucitate, tam diuturnam obsidionem constanter perpessi, quam præclara facinora ediderint. Facta igitur deditione, diverso mortis genere prout cuique libitum est, prius sese multi peremere. Reliqui tertio die in campum, quo jussi erant, convenerunt; tetrum astantibus ac monstrosum plane spectaculum: corpora squalida, capillis, unguibus, illuvie horrida, fœdeque olentia; circumjecta vestis non minus sordida, nec minus tetrum odorem spirans. Quo in statu vel hostibus ipsis miserabiles videbantur; sed simul horrorem intuentibus incutiebat eorumdem aspectus. Nam ira, dolore, laboribus, et conscientia mutui carnium humanorum esus, truces etiam nunc illis erant et ardentes oculi.

XCVIII. Quinquaginta tantum triumpho reservatis, reliquos Scipio sub corona vendidit: urbem solo æquavit. Sic Romanus hic imperator duas potentissimas urbes evertit; Carthaginem quidem ex senatusconsulto, ob urbis imperiique magnitudinem, ac loci cum terra tum mari opportunitatem: Numantiam autem, exiguam nec admodum frequentatam incolis, quum nihildum de ea exscindenda populus censuisset; sive id e republica esse crediderit Scipio, sive ira et contentione præceps in captos sævierit, sive, ut

λαμβανόμενα, εἴθ', ὡς ἔνιοι νομίζουσι, τὴν δόξαν ἡγούμενος διώνυμον ἐπὶ τοῖς μεγάλοις γίγνεσθαι κακοῖς. Καλοῦσι γοῦν αὐτὸν οἱ Ῥωμαῖοι μέχρι νῦν, ἀπὸ τῶν συμφορῶν, ἃς ἐπέθηκε ταῖς πόλεσιν, Ἀφρικανόν τε καὶ Νομαντῖνον. Τότε δὲ τὴν γῆν τὴν Νομαντίνων τοῖς ἐγγὺς οἰκοῦσι διελὼν, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι χρηματίσας, καὶ, εἴ τι ἦν ὕποπτον, ἐπιπλήξας τε καὶ ζημιώσας χρήμασιν, ἀπέπλευσεν ἐπ' οἴκου.

XCIX. Ῥωμαῖοι δὲ, ὡς ἔθος, ἐς τὰ προσειλημμένα τῆς Ἰβηρίας ἔπεμψαν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἄνδρας δέκα, τοὺς καταστησομένους αὐτὰ εἰς εἰρήνην, ὅσα Σκιπίων τε ἔλαβε, καὶ Βροῦτος πρὸ τοῦ Σκιπίωνος ὑπηγάγετο ἢ ἐχειρώσατο. Χρόνῳ δ' ὕστερον, ἀποστάσεων ἄλλων ἐν Ἰβηρίᾳ γενομένων, Καλπούρνιος Πείσων στρατηγὸς ἡρέθη. Καὶ αὐτὸν διεδέξατο μὲν Σερούϊος Γάλβας. Κίμβρων δ' ἐπιστρατευόντων τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ Σικελίας πολεμουμένης τὸν δεύτερον δουλικὸν πόλεμον, στρατιὰν μὲν ἐς Ἰβηρίαν οὐκ ἔπεμπον, ὑπ' ἀσχολίας· πρέσβεις δὲ ἀπέστελλον, οἳ τὸν πόλεμον ἔμελλον, ὅπῃ δύναιντο, καταθήσεσθαι. Κίμβρων δὲ ἐξελαθέντων, Τίτος Δείδιος ἐπελθὼν, Ἀρουακῶν μὲν ἔκτεινεν ἐς δισμυρίους· Τερμησὸν δὲ, μεγάλην πόλιν, ἀεὶ δυσπειθῆ Ῥωμαίοις γενομένην, ἐξ ἐρυμνοῦ κατήγαγεν ἐς τὸ πεδίον, καὶ ἐκέλευσεν οἰκεῖν ἀτειχίστους. Κολένδαν δὲ προσκαθίσας, ἐνάτῳ μηνὶ παρέλαβεν, ἐγχειρίσασαν ἑαυτήν· καὶ τοὺς Κολενδέας ἅπαντας μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν ἀπέδοτο.

C. Πόλιν δ' ἑτέραν, τῆς Κολένδης πλησίον, ᾤκουν μιγάδες Κελτιβήρων, οὓς Μάρκος Μάριος, συμμαχήσαντας αὐτῷ κατὰ Λυσιτανῶν, τῆς βουλῆς ἐπιτρεπούσης, ᾠκίκει πρὸ πέντε ἐνιαυτῶν. Ἐλῄστευον δ' ἐξ ἀπορίας οὗτοι· καὶ κρίνας αὐτοὺς ὁ Δείδιος ἀνελεῖν, συνθεμένων αὐτῷ τῶν δέκα πρέσβεων ἔτι παρόντων, ἔφη τοῖς ἐπιφανέσιν αὐτῶν, ἐθέλειν τὴν Κολενδέων χώραν αὐτοῖς προσορίσαι πενομένοις. Ἀσπαζομένους δὲ ὁρῶν, ἐκέλευε, τῷ δήμῳ ταῦτα μετενεγκόντας, ἥκειν μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων, τὴν χώραν μεριουμένους. Ἐπεὶ δ' ἀφίκοντο, προσέταξε τοὺς στρατιώτας ἐκ τοῦ χάρακος ἐξελθεῖν, καὶ τοὺς ἐνεδρευομένους εἴσω παρελθεῖν, ὡς ἀπογραψόμενος αὐτῶν ἔνδον τὸ πλῆθος· ἐν μέρει μὲν, ἀνδρῶν· ἐν μέρει δὲ, παίδων καὶ γυναικῶν· ἵνα ἐπιγνοίη, πόσην χώραν αὐτοῖς δέοι διελεῖν. Ὡς δὲ παρῆλθον ἐς τὴν τάφρον καὶ τὸ χαράκωμα, περιστήσας αὐτοῖς τὸν στρατὸν ὁ Δείδιος, ἔκτεινε πάντας. Καὶ ἐπὶ τοῖσδε Δείδιος μὲν καὶ ἐθριάμβευσεν. Πάλιν δὲ τῶν Κελτιβήρων ἀποστάντων, Φλάκκος ἐπιπεμφθεὶς ἔκτεινε δισμυρίους. Ἐν δὲ Βελγήδῃ πόλει ὁ μὲν δῆμος ἐς ἀπόστασιν ὁρμῶν, τὴν βουλὴν ὀκνοῦσαν ἐνέπρησεν αὐτῷ βουλευτηρίῳ· ὁ δὲ Φλάκκος ἐπελθὼν, ἔκτεινε τοὺς αἰτίους.

CI. Τοσάδε μὲν εὗρον ἄξια λόγου, Ῥωμαίοις ἐς τότε πρὸς Ἴβηρας αὐτοὺς γενόμενα. Χρόνῳ δ' ὕστερον, στασιαζόντων ἐν Ῥώμῃ Σύλλα τε καὶ Κίννα, καὶ ἐς ἐμφυλίους πολέμους καὶ στρατόπεδα κατὰ τῆς πατρίδος διῃρημένων, Κόϊντος Σερτώριος, ἐκ τῆς Κίννα στάσεως

alii arbitrantur, illustrem gloriam ex magnis illatis calamitatibus parari putaverit. Certe ad hunc usque diem Romani Africanum et Numantinum appellant Scipionem, ex calamitatibus, quibus illas urbes affecit. Numantino agro inter vicinos diviso, quum reliquis civitatibus jus dixisset, aut earum legatos audivisset, et, quæ suspectæ quodammodo erant, eas aut increpuisset aut pecunia mulctasset, domum Scipio navigavit.

XCIX. Romani, de more, ad eos Hispaniæ populos, quos recens Scipio, et antea Brutus, vel in deditionem acceperant, vel vi subegerant, decem senatores, qui rebus constituendis et pacificandis vacarent, miserunt. Posteris vero temporibus, exortis aliis in Hispania bellorum motibus, Calpurnius Piso cum imperio missus est : cui successit Servius Galba. Deinde vero quum Italia Cimbrico, Sicilia servili bello iterum, premeretur, Romani, tot bellis distracti, nullas in Hispaniam copias misere, sed tantum legatos, qui bella, quoad ejus fieri poterat, ubique sedarent. Cimbris autem ab Italia rejectis, T. Didius, in Hispaniam missus, Arevacorum viginti circiter millia delevit; Termesumque oppidum amplum, Romanis semper infidum, ex loco tuto in planitiem transtulit, jussis oppidanis sine munimentis habitare. Deinde Colendam urbem obsedit, eaque nono demum mense ad deditionem compulsa, cives omnes cum liberis et uxoribus vendidit.

C. Porro non procul Colenda convenæ Celtiberorum habitabant, quos M. Marius quinque ante annis, quod eorum opera contra Lusitanos usus erat, approbante senatu, datis illic sedibus collocaverat. Hos ob inopiam latrociniis viventes quum Didius, assentientibus decem legatis, qui adhuc aderant, statuisset tollere, nobilibus eorum denunciat, velle se illis, ut pote inopibus, agrum Colendensium attribuere. Quam conditionem ubi cupide admittentes videt, jubet, ut, re ad populares suos relata, omnes ad se cum liberis ac uxoribus ad agrum accipiendum conveniant. Ubi venerunt, præcipit militibus, ut extra vallum egrediantur : hos autem, quibus insidiæ parabantur, vallum introire jubet : velle enim se ibi numerum eorum recensere (et quidem separatim virorum, separatim mulierum et puerorum), ut intelligat, quantum agri illis sit dividendum. Omnes vallum fossamque transgressos, circumfuso milite, trucidavit. Ac de hujusmodi rebus gestis triumphum etiam obtinuit Didius. Iterum rebellantes Celtiberos Flaccus, adversus eos missus, cæsis viginti millibus repressit. In Belgida vero urbe populus, ad defectionem spectans, senatum, tardantem et recusantem, cum ipsa curia cremavit. Cujus facinoris auctores Flaccus, urbi superveniens, supplicio affecit.

CI. Hæc sunt, quæ ad id tempus memorabiliora a Romanis adversus ipsos Hispanos gesta inveni. Post autem aliquanto, quum Romæ inter se Sylla Cinnaque dissiderent, et bellis civilibus exercitibusque divisis patriam lacerarent; Q. Sertorius, a Cinnæ factione prætor Hispaniæ electus,

αἱρεθεὶς τῆς Ἰβηρίας ἄρχειν, Ἰβηρίαν τε αὐτὴν ἐπανέστησε Ῥωμαίοις· καὶ πολὺν στρατὸν ἀγείρας, καὶ βουλὴν τῶν ἰδίων φίλων ἐς μίμημα τῆς συγκλήτου καταλέξας, ἤλαυνεν ἐς Ῥώμην ἐπὶ τόλμης καὶ φρονήματος λαμπροῦ, καὶ τἄλλα ὢν ἐς θρασύτητα περιώνυμος. Ὥστε τὴν βουλὴν δείσασαν, ἑλέσθαι τοὺς παρὰ σφίσιν ἐπὶ μεγίστης τότε δόξης στρατηγοὺς, Καικίλιόν τε Μέτελλον μετὰ πολλοῦ στρατοῦ, καὶ Γναῖον Πομπήϊον ἐπ' ἐκείνῳ μεθ' ἑτέρου στρατοῦ· ἵνα τὸν πόλεμον, ὅπῃ δύναιντο, ἐξωθοῖεν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐν διχοστασίᾳ τότε μάλιστα οὔσης. Ἀλλὰ Σερτώριον μὲν τῶν στασιωτῶν τις αὐτοῦ Περπέρνας ἀνελὼν, ἑαυτὸν ἐπὶ Σερτωρίῳ στρατηγὸν τῆς ἀποστάσεως ἀπέφηνε. Περπέρναν δ' ἔκτεινε μάχῃ Πομπήϊος· καὶ ὁ πόλεμος ὅδε, θορυβήσας δὴ τῷ φόβῳ μάλιστα Ῥωμαίους, διελύθη. Τὸ δὲ ἀκριβὲς αὐτοῦ δηλώσει τὰ περὶ Σύλλαν Ἐμφύλια.

CII. Μετὰ δὲ τὸν Σύλλα θάνατον, Γάϊος Καῖσαρ, αἱρεθεὶς Ἰβηρίας στρατηγεῖν, ὥστε καὶ πολεμεῖν οἷς δεήσειεν, ὅσα τῶν Ἰβήρων ἐσαλεύετο, ἢ Ῥωμαίοις ἔτι ἔλιπεν, πολέμῳ συνηνάγκασεν πάντα ὑπακούειν. Καί τινα, αὖθις ἀφιστάμενα, Ὀκταούϊος Καῖσαρ, ὁ τοῦ Γαΐου παῖς, ὁ Σεβαστὸς ἐπίκλησιν, ἐχειρώσατο. Καὶ ἐξ ἐκείνου μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τὴν Ἰβηρίαν (ἣν δὴ νῦν Ἱσπανίαν καλοῦσιν) ἐς τρία διαιρεῖν· καὶ στρατηγοὺς ἐπιπέμπειν, ἐτησίους μὲν ἐς τὰ δύο ἡ βουλὴ, τὸν δὲ τρίτον βασιλεὺς ἐφ' ὅσον δοκιμάσειεν.

provinciam ipsam adversus Romanos concitavit; conflatoque ingenti exercitu, et amicorum consessu ad exemplum Romani Senatus descripto, magna fiducia et animis, ipse alioqui audacia insignis, adversus Urbem contendebat. Qua re territi Patres, præstantissimos ex suo ordine et clarissimos duces, Cæcilium Metellum cum validis copiis, et mox Cn. Pompeium cum alio exercitu, emiserunt, ut ab Italia, bellis intestinis tunc maxime laborante, illud bellum pro viribus depellerent. Sed Sertorium Perpenna, earumdem partium, interfecit, seque in ejus locum factionis ducem præbuit. Ipso autem Perpenna a Pompeio acie victo occisoque, bellum istud, quod Romanos maximo terrore perculerat, restinctum est. Sed de hoc accuratius in Belli Civilis Syllani enarratione dicetur.

CII. Post obitum Syllæ, C. Cæsar, prætor in Hispaniam missus cum facultate bellum inferendi quibus utile esse censeret, quidquid in Hispania nutabat, aut nondum Romanis parebat, id vi et armis ad obsequium compulit. Deinde Octavius Cæsar, Caii filius, cognomento Augustus, populos quosdam denuo rebellantes perdomuit. Et ex eo tempore mihi videntur Romani Iberiam, quam nunc Hispaniam vocant, in tres partes dividere, et magistratus in singulas mittere: quorum duos, eosque annuos, senatus; tertium imperator pro arbitratu suo, in tempus indefinitum mittebat.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΟΥ Ζ',

ΑΝΝΙΒΑΙΚΗ.

Ὅσα δὲ Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος, ἐξ Ἰβηρίας ἐς Ἰταλίαν ἐσβαλὼν, ἑκκαίδεκα ἔτεσιν, οἷς ἐπέμεινε πολεμῶν, ἔδρασέ τε καὶ ἔπαθεν ὑπὸ Ῥωμαίων, ἕως αὐτὸν Καρχηδόνιοί τε, κινδυνεύοντες περὶ τῇ πόλει, ἐπὶ τὰ σφέτερα μετεπέμψαντο, καὶ Ῥωμαῖοι τῆς Ἰταλίας ἐξήλασαν, ἥδε ἡ γραφὴ δηλοῖ. Ἥτις δὲ τῷ Ἀννίβᾳ γέγονε τῆς ἐσβολῆς αἰτία τε ἀληθὴς, καὶ πρόφασις ἐς τὸ φανερὸν, ἀκριβέστατα μὲν ἐν τῇ Ἰβηρικῇ συγγραφῇ δεδήλωται· συγγράφω δὲ καὶ νῦν, ὅσον εἰς ἀνάμνησιν.

II. Ἀμίλχαρ, ᾧ Βάρκας ἐπίκλησις ἦν, Ἀννίβου τοῦδε πατὴρ, ἐστρατήγει Καρχηδονίων ἐν Σικελίᾳ, ὅτε Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι περὶ αὐτῆς ἀλλήλοις ἐπολέμουν. Δόξας δὲ πρᾶξαι κακῶς, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐδιώκετο· καὶ δεδιὼς, ἔπραξεν ἐς τοὺς Νομάδας αἱρεθῆναι στρατηγὸς, πρὸ τῶν εὐθυνῶν. Γενόμενος δὲ χρήσιμος ἐν τῷδε, καὶ τὴν στρατιὰν θεραπεύσας ἁρπαγαῖς καὶ δωρεαῖς, ἤγαγεν, ἄνευ τοῦ κοινοῦ Καρχηδονίων, ἐπὶ Γάδειρα, καὶ ἐπέρασε τὸν πορθμὸν ἐς Ἰβηρίαν. Ὅθεν λάφυρα πολλὰ διέπεμπεν ἐς Καρχηδόνα· θεραπεύων τὸ πλῆθος, εἰ δύναιτο, μὴ χαλεπαίνειν αὐτῷ τῆς στρατηγίας τῆς ἐν Σικελίᾳ. Χώραν δ' αὐτοῦ κατακτωμένου πολλὴν, κλέος τε μέγα ἦν, καὶ Καρχηδονίοις ἐπιθυμία πάσης Ἰβηρίας, ὡς εὐμαροῦς ἔργου. Ζακανθαῖοι δὲ, καὶ ὅσοι ἄλλοι Ἕλληνες ἐν Ἰβηρίᾳ καταφεύγουσιν ἐπὶ Ῥωμαίους. Καὶ γίγνεται Καρχηδονίοις ὅρος Ἰβηρίας, μὴ διαβαίνειν τὸν Ἴβηρα ποταμόν· καὶ τόδε ταῖς Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων σπονδαῖς ἐνεγράφη. Ἐπὶ δὲ τούτῳ, Βάρκας μὲν τὴν ὑπὸ Καρχηδονίοις Ἰβηρίαν καθιστάμενος, ἔν τινι μάχῃ πεσὼν ἀποθνήσκει, καὶ στρατηγὸς Ἀσδρούβας ἐπ' αὐτῷ γίγνεται, ὃς ἐκήδευε τῷ Βάρκᾳ. Καὶ τόνδε μὲν κτείνει θεράπων ἐν κυνηγεσίοις, οὗ τὸν δεσπότην ἀνῃρήκει.

III. Τρίτος δὲ ἐπὶ τοῖσδε στρατηγὸς Ἰβήρων ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀποδείκνυται, φιλοπόλεμος καὶ συνετὸς εἶναι δοκῶν, Ἀννίβας ὅδε· Βάρκα μὲν υἱὸς ὢν, Ἀσδρούβου δὲ τῆς γυναικὸς ἀδελφός· νέος δὲ κομιδῇ, καὶ, ὡς μειράκιον ἔτι, τῷ πατρὶ καὶ τῷ κηδεστῇ συνών. Καὶ ὁ δῆμος ὁ Καρχηδονίων αὐτῷ τὴν στρατηγίαν ἐπεψήφισεν. Οὕτω μὲν Ἀννίβας, περὶ οὗ τάδε συγγράφω, γίγνεται στρατηγὸς Καρχηδονίων ἐπὶ Ἴβηρσι. Τῶν δ' ἐχθρῶν τῶν Βάρκα τε καὶ Ἀσδρούβου τοὺς φίλους τοὺς ἐκείνων διωκόντων, καὶ Ἀννίβου τοῦδε καταφρονούντων

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

LIBER SEPTIMUS,

DE BELLO ANNIBALICO.

Quæ vero Annibal Carthaginiensis, traductis ex Hispania in Italiam copiis, totos sexdecim annos, quibus in bello permansit, et intulerit damna, et vicissim a Romanis acceperit, donec a civibus suis, ut periclitanti patriæ opem ferret, domum revocatus, et a Romanis Italia expulsus est, hicce Liber declarat. Cæterum, quænam in Italiam irrumpendi vera Annibali causa fuerit, quamve rursus aliam propalam prætexuerit, etsi in Hispanica Historia accuratissime declaratum est, non tamen ab hoc loco alienum fuerit, refricandæ memoriæ gratia, paucis repetere.

II. Amilcar, cognomento Barca, Annibalis hujus pater, eo bello, quod inter se Romani et Carthaginienses in Sicilia, ipsius hujus insulæ causa gesserunt, Carthaginiensium copiis præfuerat : et quum ob rem male gestam ab inimicis accusaretur, veritus exitum causæ, perfecit, ut adversus Numidas, priusquam superioris imperii rationes reddidisset, imperator crearetur. Quo bello postquam utilis fuerat ejus opera reipublicæ, ac donis rapinisque exercitum sibi conciliarat Barca, eumdem exercitum, injussu quidem populi Carthaginiensis, Gades, et inde, trajecto freto, in Hispaniam traduxit. Unde missitandis plurimis Carthaginem e præda muneribus populum demereri studebat, si forte infensum sibi ob res in Sicilia minus prospere gestas placare posset. Tandem subactis aliquot regionibus, et ingenti gloria parta, Carthaginienses etiam in cupiditatem totius Hispaniæ potiundæ (quod haud difficile effectu videbatur) adduxit. Itaque Saguntini, aliique Græci Hispaniam incolentes, ad Romanos confugiunt. Ac tum convenit inter Romanos et Carthaginienses, atque fœderibus eorum adscriptum est, ut Carthaginiensis imperii in Hispania finis esset Iberus amnis. Post hæc Barca, constitutis in Hispania Carthaginiensibus subdita rebus, prælio quodam interfectus, moritur, suffecto in ejus locum Asdrubale, Barcæ genero : qui et ipse a servo, cujus herum occiderat, in venatione obtruncatur.

III. Tertius post hos Hispanorum imperator, quod et belli cupidus et peritus rei militaris haberetur, ab exercitu appellatus est Annibal hic, Barcæ filius et uxoris Asdrubalis frater; juvenis admodum, qui ut adolescentulus cum patre et affine versatus erat. Et delatum a militibus imperium populus Carthaginiensis comprobavit. Hoc pacto Annibal hic, de quo sum scripturus, Carthaginiensium imperator adversus Hispanos creatus est. Qui, ubi paternis et Asdrubalis amicis ab eorumdem inimicis, juventutem Annibalis despicientibus, intentari litem cognovit, non ignarus, eorum

ὡς ἔτι νέου· ἀρχὴν εἶναι τοῦθ' ὁ Ἀννίβας ἐφ' ἑαυτὸν ἡγούμενος, καὶ νομίζων οἱ τὸ ἀσφαλὲς ἐκ τῶν τῆς πατρίδος φόβων περιέσεσθαι, ἐς πόλεμον αὐτοὺς μέγαν ἐμβαλεῖν ἐπενόει. Ὑπολαβὼν δ', ὥσπερ ἦν, τὸ Ῥωμαίοις ἐπιχειρῆσαι χρόνιόν τε Καρχηδονίοις ἔσεσθαι, καὶ μεγάλην αὐτῷ δόξαν, εἰ καὶ τύχοι πταίσας, τό γε ἐγχείρημα οἴσειν· λεγόμενος δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπὶ βωμῶν ἔτι παῖς ὁρκωθῆναι, Ῥωμαίοις ἐπιβουλεύων οὔποτ' ἐκλείψειν· ἐπενόει, παρὰ τὰς σπονδὰς τὸν Ἴβηρα διαβῆναι. Καὶ παρεσκεύαζέ τινας ἐς πρόφασιν κατηγορεῖν Ζακανθαίων· γράφων τε ταῦτα συνεχῶς ἐς Καρχηδόνα, καὶ προστιθείς, ὅτι Ῥωμαῖοι κρύφα τὴν Ἰβηρίαν αὐτῶν ἀφιστᾶσιν· ἔτυχε παρὰ Καρχηδονίων, πράσσειν ὅ τι δοκιμάσειεν. Ὁ μὲν δὴ τὸν Ἴβηρα διαβὰς, τὴν Ζακανθαίων πόλιν ἡβηδὸν διέφθειρε. Ῥωμαίοις δὲ καὶ Καρχηδονίοις ἐπὶ τῷδε ἐλέλυντο αἱ σπονδαὶ αἱ γενόμεναι αὐτοῖς μετὰ τὸν πόλεμον τὸν ἐν Σικελίᾳ.

pericula in suum aliquando caput redundatura: ex publico autem patriæ metu securitatem se sibi comparare posse, ratus, gravi aliquo bello patriam implicare cogitabat. Igitur quum, sicuti revera erat, judicaret, si Romanos aggrederetur, diuturnum fore Carthaginiensibus bellum, sibique utique gloriosum: ut pote quod vel tentasse, etiamsi infeliciter cessisset, haud parvam laudem mereretur (omitto, quod fama percrebuit, etiam puerum Annibalem aris a patre admotum, et jurejurando adactum fuisse, nunquam se non Romanis hostem esse futurum), statuit, contra fœdus Iberum transire. Occasionem hoc pacto reperit: Subornatis adversus Saguntinos accusatoribus, creberrimis literis querelas de illis Carthaginem prescribendo, adjiciendoque, cunctam Hispaniam a Romanis ad defectionem sollicitari, tandem a senatu Carthaginiensium impetravit, ut suo arbitratu agere ipsi liceret. Transmisso igitur Ibero Annibal Saguntinorum urbem funditus delevit. Atque sic rupta sunt fœdera, quæ inter Romanos et Carthaginienses, post bellum in Siculia gestum icta fuerant.

IV. Ἀννίβας δὲ ὅσα μὲν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἄλλοι Καρχηδονίων τε καὶ Ῥωμαίων στρατηγοὶ περὶ Ἰβηρίαν ἔπραξαν, ἡ Ἰβηρικὴ γραφὴ δηλοῖ. Ἐπιλεξάμενος δὲ Κελτιβήρων τε καὶ Λιβύων καὶ ἑτέρων ἐθνῶν ὅτι πλείστους, καὶ τὰ ἐν Ἰβηρίᾳ παραδοὺς Ἀσδρούβᾳ τῷ ἀδελφῷ, τὰ Πυρηναῖα ὄρη διέβαινεν ἐς τὴν Κελτικὴν, τὴν νῦν λεγομένην Γαλατίαν· ἄγων πεζοὺς ἐννεακισμυρίους, καὶ ἱππέας ἐς δισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, καὶ ἐλέφαντας ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. Γαλατῶν δὲ τοὺς μὲν ὠνούμενος, τοὺς δὲ πείθων, τοὺς δὲ καὶ βιαζόμενος, διώδευε τὴν χώραν. Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰ Ἄλπια ὄρη, καὶ μηδεμίαν μήτε δίοδον μήτε ἄνοδον εὑρὼν (ἀπόκρημνα γάρ ἐστιν ἰσχυρῶς), ἐπέβαινε κἀκείνοις ὑπὸ τόλμης, κακοπαθῶν· χιόνος τε πολλῆς οὔσης καὶ κρύους, τὴν μὲν ὕλην τέμνων τε καὶ κατακαίων, τὴν δὲ τέφραν σβεννὺς ὕδατι καὶ ὄξει, καὶ τὴν πέτραν ἐκ τοῦδε ψαφαρὰν γιγνομένην σφύραις σιδηραῖς θραύων καὶ ὁδοποιῶν· ἣ καὶ νῦν ἐστιν ἐπὶ τῶν ὀρῶν ἐντριβὴς, καὶ καλεῖται δίοδος Ἀννίβου. Τῶν δὲ τροφῶν αὐτὸν ἐπιλειπουσῶν, ἠπείγετο μὲν, ἔτι λανθάνων ὅτι καὶ πάρεστιν ἐς τὴν Ἰταλίαν· ἕκτῳ δὲ μόλις ἀπὸ τῆς ἐξ Ἰβήρων ἀναστάσεως μηνὶ, πλείστους ἀποβαλὼν, ἐς τὸ πεδίον ἐκ τῶν ὀρῶν κατέβαινεν.

duces ceciderunt, tum per medios hostes strenue admodum via vi facta, diversi in diversa loca evaserunt. Et alii quidem castra, quæ bina erant, petebant, quo jam priores confugerant. Horum in universum quindecim millia erant; quos Annibal mox, appositis custodiis, castris inclusit. Duo millia, quæ in vicum ipsum Cannas perfugerant, Annibali se tradiderunt : pauci Canusium incolumes pervenerunt : reliqui per silvas dissipati.

XXV. Hic exitus fuit Pugnæ Cannensis, post secundam diei horam pugnari cœptæ, et ante horam decimam confectæ. Et est illa nunc quoque sua clade percelebris apud Romanos : ex quibus intra tam modicum temporis spatium cæsa sunt hominum millia quinquaginta; capti vivi quamplurimi; senatorii ordinis multi interfecti, et cum iis tribuni omnes ac centuriones, denique ex tribus imperatoribus duo fortiores; quando quidem tertius ignavissimus, et calamitatis hujus auctor, sub initium fugæ prælio excesserat. Jamque Romani intra biennium, quo cum Annibale bellum gesserunt, cum suorum, tum sociorum, ad ducenta millia amiserant.

XXVI. Hac præclara et singulari victoria potitus Annibal, uno die quatuor adhibitis artificiis; vento hostibus objecto, transfugarum ficta defectione, fugæ simulatione, insidiarum per valles collocatione; statim a prælio ad spectandam mortuorum in acie stragem processit. Inter quos quum fortissimum quemque ex amicis cæsum videret, ingemuisse, dixisseque lacrymans, fertur, aliam parem victoriam se minime cupere. Quod idem superiori seculo, fama est, dixisse Pyrrhum, Epiri regem, qui haud dissimili clade Romanos in Italia vicerat. Jam ex Romanis qui in majora castra confugerant, insequenti nocte, duce electo Sempronio, per Annibalis custodes, somno et lassitudine oppressos, eruptione facta, Canusium, circiter hominum decem millia, evaserunt. At quinque millia, quæ in minoribus castris restiterant, postero die ab Annibale capta sunt. Terentius, collectis exercitus reliquiis, quum afflictos pro viribus confirmasset, præposito illis Scipione, tribuno militum, Romam contendit.

XXVII. Cannensis cladis nuncio in Urbem allato, ingens multitudo promiscue in vias publicas effusa est, suos lamentantium, ac nominatim compellantium, seque tanquam e vestigio ab hoste capiendos, deplorantium. Matronæ cum liberis per templa discurrentes, deos orare, ut tandem aliquando tot malis modum aliquem statuerent. Magistratus sacrificiis, precibus, votis, deos conari placare; ut si qua deorum ira civitatem premeret, hisce tandem cladibus eam iram satiatam vellent. Senatus Q. Fabium (eum ipsum, qui harum rerum Historiam conscripsit) Delphos ad oraculum misit, de præsenti rerum statu sciscitaturum. Tum vero servorum octo millia, permittentibus dominis, manumisit senatus; scutaque et tela passim ab omnibus in urbe parari jussit. Ab sociis etiam, tam misero licet rerum statu, militum aliquem numerum conscripsit. Præterea Claudium

ἐς Σικελίαν, ἐς τὸν Ἀννίβου πόλεμον μετέφερεν. Ὁ δὲ τὸν μὲν στόλον ἐμερίσατο τῷ συνάρχῳ Φουρίῳ, καὶ τὸ μέρος ἔπεμψεν ἐς τὴν Σικελίαν· αὐτὸς δὲ τοὺς δούλους ἄγων, καὶ ὅσους ἄλλους ἐδύνατο τῶν πολιτῶν ἢ συμμάχων, γενομένους ἅπαντας ἐς μυρίους πεζοὺς καὶ δισχιλίους ἱππέας, ἐς τὸ Τέανον παρῆλθε, καὶ ὅτι πράξειν ὁ Ἀννίβας μέλλοι, παρεφύλασσεν.

XXVIII. Ἀννίβου δὲ δόντος τοῖς αἰχμαλώτοις ἐς Ῥώμην πρεσβεύσασθαι περὶ σφῶν, εἰ θέλοιεν αὐτοὺς οἱ ἐν ἄστει λύσασθαι χρημάτων· καὶ τοὺς αἱρεθέντας ὑπ' αὐτῶν τρεῖς, ὧν ἡγεῖτο Γναῖος Σεμπρώνιος, ὁρκώσαντος, ἐς αὐτὸν ἐπανήξειν· οἱ μὲν οἰκεῖοι τῶν ἁλόντων, περιστάντες τὸ βουλευτήριον, ἐπηγγέλλοντο λύσεσθαι τοὺς οἰκείους ἕκαστος ἰδίοις χρήμασιν, καὶ παρεκάλουν τὴν βουλὴν τοῦτο σφίσιν ἐπιτρέψαι, καὶ ὁ δῆμος αὐτοῖς συνεδάκρυε καὶ συνεδεῖτο. Τῶν δὲ βουλευτῶν οἱ μὲν οὐκ ἠξίουν, ἐπὶ τοσαῖσδε συμφοραῖς ἄλλους τοσούσδε βλαβῆναι τὴν πόλιν, οὐδὲ δούλους μὲν ἐλευθεροῦν, τοὺς δὲ ἐλευθέρους ὑπερορᾶν. Οἱ δ' οὐκ ᾤοντο δεῖν αὐτοὺς ἐθίζειν τῷδε τῷ ἐλέῳ φεύγειν, ἀλλ' ἢ νικᾶν μαχομένους, ἢ καὶ ἀποθνήσκειν· ὡς οὐκ ὂν οὐδ' ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐλεεῖσθαι τὸν φυγόντα. Πολλῶν δὲ παραδειγμάτων ἐς ἑκάτερα λεχθέντων, οὐκ ἐπέτρεψεν ἡ βουλὴ τοῖς συγγενέσι λύσασθαι τοὺς αἰχμαλώτους· ἡγουμένη, πολλῶν σφίσιν ἔτι κινδύνων ἐπόντων, οὐ συνοίσειν ἐς τὸ μέλλον τὴν ἐν τῷ παρόντι φιλανθρωπίαν. Τὸ δ' ἀπάνθρωπον, εἰ καὶ σκυθρωπὸν εἴη, πρός τε τὰ μέλλοντα χρήσιμον ἔσεσθαι, καὶ ἐν τῷ παρόντι καταπλήξειν Ἀννίβαν τῷ τολμήματι. Σεμπρώνιος οὖν καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δύο τῶν αἰχμαλώτων πρὸς Ἀννίβαν ἐπανῆσαν. Ὁ δ' ἔστι μὲν οὓς ἀπέδοτο τῶν αἰχμαλώτων, ἔστι δ' οὓς ὑπ' ὀργῆς ἀνῄρει, καὶ τοῖς σώμασι τὸν ποταμὸν ἐγεφύρου καὶ ἐπέρα. Ὅσοι δ' ἦσαν ἀπὸ τῆς βουλῆς, ἢ ἄλλως ἐπιφανεῖς, μονομαχεῖν αὐτοὺς, ὑπὸ θεαταῖς τοῖς Λίβυσιν, ἠνάγκασεν, πατέρας τε υἱοῖς, καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς· οὐδὲν ἐκλείπων ὑπεροψίας ὠμῆς.

XXIX. Μετὰ δὲ τοῦτ' ἐπιὼν τὰ ὑπὸ Ῥωμαίοις, ἐλυμαίνετο· καὶ Πετηλινοῖς μηχανήματα προσῆγεν. Οἱ δ' ὀλίγοι μὲν ἦσαν, ὑπὸ δὲ τόλμης μετὰ τῶν γυναικῶν ἐπεξέθεον αὐτῷ, καὶ πολλὰ καὶ γενναῖα ἔδρων. Τάς τε μηχανὰς αὐτοῦ συνεχῶς ἐνεπίμπρασαν, οὐχ ἧσσον αὐτοῖς τῶν γυναικῶν ἀνδριζομένων. Ὀλιγώτεροι δὲ γιγνόμενοι καθ' ἕκαστον ἔργον, ἐκακοπάθουν μάλιστα ὑπὸ λιμοῦ· καὶ ὁ Ἀννίβας αἰσθανόμενος, περιετείχισεν αὐτοὺς, καὶ Ἄννωνα ἐπέστησε τῇ πολιορκίᾳ. Οἱ δ', ἐπιτείνοντος αὐτοῖς τοῦ κακοῦ, πρῶτα μὲν τοὺς ἀχρείους σφῶν ἐς μάχας ἐξέβαλον ἐς τὸ μεσοτείχιον, καὶ κτιννυμένους ὑπὸ τοῦ Ἄννωνος ἐφεώρων ἀλύπως, ὡς εὐμοιρότερον ἀποθνήσκοντας. Τῷ δ' αὐτῷ λόγῳ καὶ οἱ λοιποὶ, πάμπαν ἀποροῦντες, ἐξέδραμον ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Καὶ πολλὰ μὲν καὶ γενναῖα καὶ τότε ἔδρασαν· ὑπὸ δὲ ἀτροφίας καὶ ἀσθενείας σωμάτων οὐδ' ὑποστρέψαι δυνάμενοι, διεφθάρησαν ἅπαντες ὑπὸ τῶν Λιβύων. Καὶ τὴν πόλιν εἷλεν ὁ Ἄννων, ἐκφυγόντων καὶ

Marcellum, qui in Siciliam erat navigaturus, ad bellum contra Annibalem, mutato consilio, mittendum censuit. Et Marcellus, parte classis Furio collegæ tradita et in Siciliam missa, ipse reliquas copias, servorum, et civium sociorumque, quantas poterat, ad decem peditum, equitum duo millia, Teanum traduxit, ut quid moliretur Annibal, observaret.

XXVIII. Cæterum Annibal captivis Romam legatos mittendi (si forte eos pretio redimere vellent Romani) copiam fecerat; ac tres omnium suffragio delectos ex captivis legatos, quorum princeps Cnæus Sempronius erat, nullo alio accepto fidei pignore dimiserat, quam quod, ad eum se redituros, jurassent. Igitur captivorum propinqui, forum circumstantes, suos quisque privata pecunia se redempturum, pollicebantur, sibique id a senatu permitti, orabant; collacrimante et precibus eorum suas preces jungente plebe. Et senatorum alii, post tot clades non esse rempublicam tot virorum jactura affligendam, censebant, nec ingenuos esse negligendos, quando servi in libertatem emitterentur. Alii, hac indulgentia non assuefaciendum ad fugam romanum militem, aiebant; sed docendum potius, aut vincere in prælio, aut mortem oppetere, siquidem eum, qui fugerit, ne suorum quidem misericordia posset juvare. Multis exemplis ultro citroque productis, Senatus demum vetuit, a propinquis captivos redimi: quod existimaret, tot imminentibus periculis, præsentem clementiam in posterum damno futuram: inhumanitatem autem et severitatem, quamvis tristem, cum deinceps fructuosam futuram, tum vero hoc præsenti tempore Annibali, ipsa consilii audacia, formidabilem. Quapropter Sempronius reliquique duo captivi ad hostem rediere. Et iratus Annibal, captivorum alios vendi jussit, alios trucidari; quorum corporibus ponte in flumine facto, exercitum trajecit. Quotquot vero vel ex senatu vel nobilitate in castris habuit, eos, parentes liberis, fratres fratribus componens, gladiatorum more ferro inter se decernere, spectantibus Afris, cogebat: denique nullum superbæ crudelitatis genus omittebat.

XXIX. Inde ad sociorum populi Romani agros devastandos arma convertit; atque ad Peteliam machinas admovit. Et Petelini, tametsi numero pauci, tamen fortibus animis resistebant: et adjuvantibus mulieribus (quæ audacia viris haudquaquam cedebant), crebro erumpentes, strenue pugnabant, machinasque illius incendebant. Sed cum singulis prœliis carpebantur, tum et fame maxime premebantur. Quod ubi Annibal intellexit, urbem corona cinxit, et Annonem obsidioni præfecit. Oppidani, ingravescentibus malis, inutilem belli turbam extra mœnia ejecerunt: eamque, dum ab Annone trucidatur, æquis oculis, ceu meliori conditione morientem, spectabant. Et eodem consilio, haud multo post, cæteri quoque, premente extrema inopia, in hostes incursionem fecerunt: ac fortissime pugnantes, quia deficientibus tandem inedia corporibus ne regredi quidem in urbem valebant, ad unum omnes a Pœnis interfecti sunt. Potitusque est oppido Anno, paucis etiam tum ex

ὡς ἀπ' αὐτῆς ὀλίγων, τῶν δραμεῖν δυνηθέντων. Τούτους διεῤῥιμμένους οἱ Ῥωμαῖοι σπουδῇ συνῆγον, καὶ γενομένους ἐς ὀκτακοσίους κατήγαγόν τε, καὶ συνῴκισαν μετὰ τόνδε τὸν πόλεμον αὖθις εἰς τὴν πατρίδα, ἀγάμενοι τῆς τε περὶ σφᾶς εὐνοίας καὶ τοῦ παραδόξου τῆς προθυμίας.

XXX. Τῶν δὲ Κελτιβήρων ἱππέων, οἳ ἐμισθοφόρουν Ἀννίβᾳ, λαμπρῶς ἀγωνιζομένων, ὅσοι Ῥωμαίων ἐστρατήγουν ἐν Ἰβηρίᾳ, τοιούσδε ἑτέρους τὰς πόλεις ὑπὸ σφίσιν αἰτήσαντες, εἰς ἀντίπαλον ἐκείνων ἔπεμψαν ἐς τὴν Ἰταλίαν. Οἳ τοῖς ὁμοεθνέσιν, ὅτε πλησίον Ἀννίβου στρατοπεδεύοιεν, ἀναμιγνύμενοι, μετέπειθον αὐτούς. Καὶ πολλῶν μετατιθεμένων τε καὶ αὐτομολούντων, ἢ ἀποδιδρασκόντων, οὐδὲ τὸ λοιπὸν ἦν ἔτι τῷ Ἀννίβᾳ πιστὸν, ὑποπτευόμενόν τε ὑπ' ἐκείνου, καὶ ὑποπτεύοντες αὐτόν. Κάκιον οὖν ἔπρασσεν ὁ Ἀννίβας τὸ ἀπὸ τοῦδε.

XXXI. Ἀργύριππα δ' ἐστὶ πόλις ἐν τῇ Δαυνίᾳ, ἣν Διομήδης ὁ Ἀργεῖος λέγεται κτίσαι. Καί τις, ἔκγονος εἶναι τοῦ Διομήδους νομιζόμενος, Δάσιος, ἀνὴρ εὐμετάβολός τε τὸ φρόνημα καὶ οὐ Διομήδους ἄξιος, Ῥωμαίων περὶ Κάννας τὴν μεγάλην ἧτταν ἡττημένων, ἀπέστησε τὴν πατρίδα πρὸς τοὺς Λίβυας ἀπὸ Ῥωμαίων. Τότε δ' αὖ δυσπραγοῦντος Ἀννίβου, ἔλαθεν ἐς Ῥώμην διιππεύσας, καὶ ἐπὶ τὴν βουλὴν ἐπαχθεὶς, ἔφη· δύνασθαι τὸ ἁμάρτημα ἰάσασθαι, καὶ μεταβαλεῖν αὖθις ἐς Ῥωμαίους τὴν πόλιν. Οἱ δ' ὀλίγου μὲν αὐτὸν καὶ διέφθειραν, ἐξέβαλον δ' εὐθὺς ἐκ τῆς πόλεως. Ὁ δὲ, καὶ τούσδε καὶ τὸν Ἀννίβαν δεδιὼς, ἠλᾶτο ἀνὰ τὴν χώραν. Καὶ ὁ μὲν Ἀννίβας αὐτοῦ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα ζῶντας ἔκαυσε· τὰ δὲ Ἀργύριππα, ἑτέρων ἐνδόντων, εἷλε Φάβιος Μάξιμος, νυκτὸς, καὶ κτείνας ὅσους εὗρε Λιβύων, φρουρὰν ἐπέστησε τῇ πόλει.

XXXII. Τάραντα δὲ, φρουρουμένην ὑπὸ Ῥωμαίων, Κονωνεὺς ὧδε προέδωκε. Κυνηγετεῖν εἴθιστο ὁ Κονωνεὺς, καὶ φέρων ἀεί τι τῷ φρουράρχῳ Ἰουνίῳ, συνήθης ἐκ τοῦδε ἐγεγένητο. Ὡς δὲ ἐν πολεμουμένῃ χώρᾳ, νυκτὸς, ἔφη, δεῖν κυνηγετεῖν, καὶ νυκτὸς φέρειν τὰ λαμβανόμενα. Νυκτὸς οὖν αὐτῷ τῶν πυλῶν ἀνοιγομένων, συνθέμενος Ἀννίβᾳ, καὶ στρατιώτας λαβὼν, τοὺς μὲν ἔκρυψεν ἐν λόχμῃ τινὶ πλησίον, τοὺς δ' ἐπακολουθεῖν ἐκέλευσεν ἑαυτῷ δι' ὀλίγου, τοὺς δὲ σὺν αὐτῷ προσιέναι, θώρακας ἔνδοθεν ὑπεζωσμένους καὶ ξίφη, τὰ δ' ἐκτὸς ὡς ἂν ἐς κυνηγέτας ἐσκευασμένους. Κάπρον τε αὐτοῖς ἐπὶ ξύλων ἐπιθεὶς, ἧκε νυκτὸς ἐπὶ τὰς πύλας. Καὶ τῶν φυλάκων, ὥσπερ ἔθος ἦν, ἀνοιξάντων, οἱ μὲν συνεισελθόντες αὐτῷ τοὺς ἀνοίξαντας αὐτίκα διεχρῶντο, οἱ δ' ἑπόμενοι κατὰ σπουδὴν συνεισέπιπτον ἐκείνοις, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς λόχμης ἐδέχοντο, καὶ τὰς πύλας ἀνεῴγνυον τῷ Ἀννίβᾳ. Ὁ δὲ, εἴσω παρελθὼν, τῆς μὲν ἄλλης πόλεως εὐθὺς ἐκράτει· καὶ τοὺς Ταραντίνους ἑταιρισάμενος, τὴν ἄκραν ἔτι φρουρουμένην ἐπολιόρκει. Ὧδε μὲν Κονωνεὺς Τάραντα προέδωκε.

XXXIII. Ῥωμαῖοι δ' ὅσοι τὴν ἀκρόπολιν εἶχον,

eo, quibus ad fugam satis supererat virium, elapsis. Quos Romani, finito hoc bello, cum ob singularem erga se fidem ac benevolentiam, tum ob incredibilem virtutem admirati, studiose conquisitos (fuere autem circiter octingenti) patriæ restituere.

XXX. Sed quoniam Celtiberi equites qui inter Annibalis auxilia erant, strenue inprimis dimicabant, Romani imperatores, qui in Hispaniis rem gerebant, Celtiberorum civitatibus sibi subditis alios pares equites imperarunt; quos in Italiam, ut illis opponerentur, miserunt. Hi propter castrorum vicinitatem nacti miscendorum colloquiorum facultatem, suum quisque municipem aut popularem ad se pelliciebant. Quo factum, ut, multis partim ad Romanos transfugientibus, partim alias dilabentibus, ne reliquos quidem satis firmos amplius haberet Annibal : quippe qui et illi suspecti essent, et ipsum vicissim suspectum haberent. Atque inde labascere res Annibalis cœperunt.

XXXI. Arpi Dauniæ urbs est, cujus conditor Argivus Diomedes fuisse fertur. Hanc Dasius quidam, ipse Arpinus, qui et ab ipso Diomede genus suum derivabat, cæterum lubrica fide homo, et tam claro sanguine haudquaquam dignus, post insignem illam Romanorum apud Cannas cladem, ad deficiendum a Romanis ad Pœnos impulerat. Idem tunc rursus Dasius, quum res Annibali minus secundæ essent, clam Romam contendit, et in senatum introductus, dixit, se posse patriam, quo peccatum corrigeret, in Romanorum potestatem reducere. At cum parum abfuit, quin necarent Romani : urbe certe quamprimum ejecerunt. Quare tum eos, tum Annibalem metuens, errabundus per regionem discurrebat. Et uxorem ejus liberosque Annibal vivos combussit. Arpos vero, prodentibus aliis, noctu cepit Fabius Maximus; interfectisque quos invenit Pœnis, præsidium urbi imposuit.

XXXII. Tarentum autem, quod Romano præsidio servabatur, hoc pacto Cononeus prodidit. Venandi hic studio deditus, quia captum semper aliquid dono afferre Junio (*potius*, Livio) præfecto præsidiis solitus erat, perfamiliaris ei esse cœperat. Verum, ut in regione hostium incursionibus obnoxia, nocte, dicebat oportere ad venandum egredi, nocteque prædam domum afferre. Quamobrem ubi jam eo consuetudinis res adducta erat, ut quovis noctis tempore portæ ei aperirentur, cum Annibale congressus, acceptisque ab eo militibus (quorum alios silva, haud procul oppido, occuluerat; alios non longo intervallo se subsequi jusserat; partem secum duxerat, extrinsecus quidem habitu venatorum, sed interius gladiis loricisque accinctos), noctu ad portas venit, præeuntibus qui ingentem aprum perticis impositum portarent. Patefactis de more portis, qui cum eo ingressi sunt, statim vigiles obtruncarunt : qui sequebantur, accurrentes una irruerunt, et socios ex silvis excitos exceperunt, Annibalique portas aperuerunt. Ille ingressus, totaque urbe facile potitus, conciliatis Tarentinis, ad oppugnandam arcem, quam Romani tenebant, animum adjecit. Hoc pacto proditum est a Cononeo Tarentum.

XXXIII. At Romanorum quinque millia erant in arce, et

ἐς μὲν πεντακισχιλίους ἦσαν, καὶ αὐτοῖς Ταραντίνων τε τινὲς προσεχώρουν, καὶ ὁ τῆς ἐν Μεταποντίῳ φρουρᾶς ἡγεμὼν τὸ ἥμισυ τῆς φρουρᾶς ἔχων ἦλθε. Βελῶν τε καὶ ὀργάνων πολλῶν εὐπόρουν, ὡς ἀπὸ τείχους εὐμαρῶς ἀμύνεσθαι τὸν Ἀννίβαν. Εὐπόρει δὲ καὶ ὁ Ἀννίβας. Πύργους τε οὖν καὶ καταπέλτας ἐπάγων καὶ χελώνας, ἔνια διέσειε, καὶ δρεπάνοις ἀπὸ κάλων ἐπάλξεις τε κατέσυρε, καὶ τὸ τεῖχος ἀπεγύμνου. Οἱ δὲ, λίθους μὲν ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀφιέντες, πολλὰ συνέτριβον· βρόχοις δὲ τὰ δρέπανα περιέσπων· καὶ πολλάκις ἐκθέοντες ἄφνω, συνετάρασσον ἀεί τι καὶ κτείναντες ἐπανῄεσαν. Ὡς δὲ καὶ πνεῦμά ποτε λάβρον ἐθεάσαντο, οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ τείχους δᾷδας ἡμμένας καὶ στυππίον καὶ πίσσαν αὐτοῦ τοῖς μηχανήμασιν ἐπερρίπτουν· οἱ δὲ καὶ ἐκδραμόντες, ὑπέθηκαν. Ἀπογνοὺς οὖν ὁ Ἀννίβας τῆσδε τῆς πείρας, περιετείχισε τὴν πόλιν, χωρίς γε τοῦ πρὸς θαλάσσῃ μέρους· οὐ γὰρ ἦν καὶ τοῦτο δυνατόν. Καὶ παραδοὺς Ἄννωνι τὴν πολιορκίαν, εἰς Ἰάπυγας ἀνεχώρει.

XXXIV. Λιμένες δ' εἰσὶ τοῖς Ταραντίνοις πρὸς βορρᾶν ἄνεμον ἐκ πελάγους ἐσπλέοντι διὰ ἰσθμοῦ. Καὶ τὸν ἰσθμὸν ἀπέκλειον γεφύραις· ὧν τότε κρατοῦντες οἱ Ῥωμαίων φρουροὶ, σφίσι μὲν ἐδέχοντο τὴν ἀγορὰν ἐκ θαλάσσης, Ταραντίνοις δ' ἐκώλυον ἐσκομίζεσθαι. Ὅθεν ἠπόρουν ἀγορᾶς οἱ Ταραντῖνοι. Ἕως ἐπελθὼν αὐτοῖς ὁ Ἀννίβας ἐδίδαξε, λεωφόρον ὁδὸν, ἣ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἔφερεν ἀπὸ τῶν λιμένων ἐπὶ τὴν νότιον θάλασσαν, ὀρύξαντας, ἰσθμὸν ἕτερον ποιήσασθαι. Καὶ οἱ μὲν οὕτω πράξαντες, εἶχόν τε ἀγορὰν, καὶ τριήρεσι τοὺς Ῥωμαίων φρουροὺς, ναῦς οὐκ ἔχοντας, ὑπὸ τὸ τεῖχος ἔβλαπτον, ὅτε μὴ χειμὼν εἴη μάλιστα, καὶ τὴν ἀγορὰν τὴν καταπλέουσαν ἐκείνοις ἀφῃροῦντο. Οἱ δ' ἠπόρουν· καὶ νυκτὸς αὐτοῖς Θουρίων σῖτόν τε ναυσὶ πεμπόντων, καὶ τριήρεις ἐς φυλακὴν τῶν νεῶν, οἱ Ταραντῖνοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς Λίβυες, πυθόμενοι, καὶ λοχήσαντες, ἔλαβον αὐτῷ τε σίτῳ καὶ αὐτοῖς ἀνδράσιν ἁπάσας. Πρεσβευομένων δὲ θαμινὰ τῶν Θουρίων, καὶ ἀξιούντων λύσασθαι τοὺς εἰλημμένους, οἱ Ταραντῖνοι τοὺς φοιτῶντας αὐτῶν μετέπειθον ἐς Ἀννίβαν. Καὶ ὁ Ἀννίβας ὅσους εἶχε Θουρίων αἰχμαλώτους, εὐθὺς ἀπέλυεν. Οἱ δὲ τοὺς οἰκείους σφῶν βιασάμενοι, τὰς πύλας Ἄννωνι ἀνέῳξαν. Καὶ Θούριοι μὲν, Ῥωμαίοις Τάραντα περιποιούμενοι, ἔλαθον οὕτως ὑπὸ Καρχηδονίοις αὐτοὶ γενόμενοι. Ἡ δ' ἐν τῇ πόλει φρουρὰ Ῥωμαίων ἐς Βρεντέσιον λαθοῦσα διέπλευσεν.

XXXV. Μεταποντῖνοι δ', ἐξ οὗ σφῶν ὁ φρούραρχος τὸ ἥμισυ τῆς φρουρᾶς ἄγων ἐς Τάραντα ᾤχετο, τοὺς λοιποὺς, ὀλίγους γενομένους, ἀπέκτειναν, καὶ Ἀννίβᾳ προσέθεντο. Προσέθετο δὲ καὶ ἡ μεταξὺ Μεταποντίνων τε καὶ Ταραντίνων Ἡράκλεια, δέει μᾶλλον ἢ γνώμῃ. Καὶ πάλιν ἦν ἐπικυδέστερα τὰ Ἀννίβου. Τοῦ δ' ἑξῆς ἔτους καὶ Λευκανῶν τινες ἀπέστησαν ἀπὸ Ῥωμαίων· οἷς Σεμπρώνιος Γράκχος ἀνθύπατος ἐπελθὼν ἐπολέμει. Λευκανὸς δέ τις ἐκ τῶν ἔτι Ῥωμαίοις ἐμμενόντων

Tarentinorum nonnulli eos secuti. Ad hæc præfectus præsidii, quod Metaponti erat, dimidiam partem militum adduxerat. Telorumque etiam ac machinarum omnis generis magna copia suppetebat, quibus a muro Annibal facile repelleretur. Sed et ipse Annibal iisdem rebus abundabat : jamque admotis turribus, catapultis et testudinibus, quædam quatiebat, et falcibus funibus suspensis pinnas evertebat, murumque nudabat. Romani saxis in machinas immissis, multas confringebant, et laqueis falces avertebant ; crebrisque et repentinis excursionibus in hostem erumpentes, nunquam, nisi aliqua trepidatione et strage edita, redibant. Ac die quodam, vehementi coorto vento, Romani, eam occasionem intuiti, partim e muro faces ardentes et stupam picemque in Pœnorum opera demiserunt, partim etiam foras egressi ignem subjecerunt. Quare Annibal, desperata expugnatione, circumvallavit urbem, excepta ea parte, quæ ad mare pertinet, qua id quidem fieri non poterat. Deinde obsidionis cura Annoni tradita, in Apuliam se recepit.

XXXIV. Sunt autem portus Tarentinorum ad boream versi, ita ut e mari per recessum sinus intro navigetur. Ostium autem pontibus claudebatur. Quæ claustra quoniam Romani tunc tenebant, facile mari advectum frumentum sibi habebant, ac, ne Tarentinis quidquam importaretur, impediebant. Quapropter tamdiu inopia laborarunt Tarentini, quoad reversus Annibal monuit, ut, effossa via publica, quæ a portu ad alterum mare versus austrum ferebat, aliud portuum ostium facerent. Quo facto, facile rem frumentariam expediebant ; et Romanorum præsidio, nihil classis habenti, suis triremibus sub mœnia usque, tranquilliori præsertim mari, succedentes, plurimum incommodabant : et quidquid annonæ ad Romanos advehebatur, intercipiebant. Inde vicissim Romani penuria rerum necessariarum laborare cœperunt. Et quum Thurini noctu naves frumento onustas, comitantibus aliquot triremibus, Romanis submitterent, Tarentini, et qui una erant Pœni, ubi resciverunt, structis insidiis, cunctas cum ipso frumento et sociis navalibus ceperunt. Ventitantes autem, pro captivis redimendis, identidem a Thuriis legatos Tarentini ad Annibalem pellexerunt; atque etiam Annibal captivos omnes Thurinos continuo dimisit : qui domum reversi, invitis suis, portas Annoni aperuerunt. Sic Thurini, dum Tarentum Romanis servare conantur, ipsimet imprudentes in Pœnorum potestatem devenerunt. Præsidium tamen Romanum, quod in urbe erat, clam se Brundusium recepit.

XXXV. Metapontini, postquam præsidii partem præfectus abduxerat Tarentum, paucis qui relicti erant interfectis, Annibali se dediderunt. Quorum exemplum, metu pòtius, quam voluntate, secuta est et Heraclea, inter Metapontum et Tarentum (*potius*, et Thurios) sita. Et jam Annibalis res florentiores erant. Insequenti anno Lucanorum quoque nonnullæ civitates a Romanis defecerunt. Contra quos profectus Sempronius Gracchus proconsul infesta arma tulit. Flavius autem quidam, Lucanus,

Φλαυΐος, φίλος ὢν καὶ ξένος Γράκχου, προδιδοὺς αὐτὸν, ἔπεισεν, ἔς τι χωρίον ἐλθόντα συνθέσθαι Λευκανῶν τοῖς στρατηγοῖς, ὡς μετανοοῦσι, καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν πίστεις. Ὁ δ' οὐδὲν ὑποτοπήσας, εἵπετο μεθ' ἱππέων τριάκοντα. Νομάδων δὲ πολλῶν αὐτὸν ἐξ ἐνέδρας κυκλωσαμένων, ὁ μὲν Φλαυΐος ἐξίππευσεν ἐς ἐκείνους· ὁ δὲ Γράκχος, συνεὶς τῆς προδοσίας, καθήλατο μετὰ τῶν ἱππέων· καὶ πολλὰ καὶ γενναῖα δρῶν κατεκόπη μετὰ πάντων, πλὴν τριῶν· οὓς μόνους εἷλεν ὁ Ἀννίβας, πολλὴν ποιησάμενος σπουδὴν λαβεῖν ζῶντα Ῥωμαίων τὸν ἀνθύπατον. Αἰσχρῶς δ' αὐτὸν ἐνηδρευμένον, ἀγάμενος ὅμως τῆς τελευταίας ἀρετῆς, ἔθαψεν, καὶ τὰ ὀστᾶ Ῥωμαίοις ἔπεμψεν. Καὶ ἀπὸ τοῦδε αὐτὸς μὲν ἐν Ἰάπυξιν ἐθέριζεν, καὶ σῖτον πολὺν ἐσώρευεν.

XXXVI. Ῥωμαίων δ' ἐπιθέσθαι Καπυαίοις ἐγνωκότων, ἔπεμπεν Ἄννωνα μετὰ χιλίων πεζῶν καὶ χιλίων ἱππέων, ἐσδραμεῖν νυκτὸς ἐς Καπύην. Καὶ ὁ μὲν ἐσέδραμε, Ῥωμαίους λαθών. Οἱ δ' ἡμέρας γενομένης, ὡς πλέονας εἶδον ἐπὶ τῶν τειχῶν, τὸ συμβὰν ἔγνωσαν· καὶ τῆς μὲν πόλεως εὐθὺς ἀνεχώρουν, τὰ δὲ θέρη τὰ Καπυαίων καὶ τῶν ἄλλων Καμπανῶν προκατελάμβανον. Ὀδυρομένοις δὲ περὶ τοῦδε τοῖς Καμπανοῖς ὁ Ἀννίβας ἔφη, πολὺν ἔχειν σῖτον ἐν Ἰαπυγίᾳ, καὶ πέμποντας ἐκέλευε λαμβάνειν ὁσάκις θέλοιεν. Οἱ δ' οὐχ ὑποζύγια μόνον οὐδ' ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γύναια καὶ παιδία ἔπεμπον ἀχθοφορήσοντα τοῦ σίτου. Καὶ γὰρ ἐθάῤῥουν τῇ διόδῳ, μετελθόντος ἐς αὐτὴν ἐξ Ἰαπύγων Ἀννίβου, καὶ παρὰ τὸν Κάλωρα ποταμὸν στρατοπεδεύοντος, πλησίον Βενεβενδέων· οὓς μόνους ἐδεδοίκεσαν, Ῥωμαίοις ἔτι συμμάχους ὄντας. Τότε δὲ Ἀννίβου παρόντος, ἁπάντων κατεφρόνουν.

XXXVII. Συνέβη δὲ, Ἀννίβαν μὲν, καλοῦντος αὐτὸν Ἄννωνος, ἐς Λευκανοὺς διελθεῖν, τὰ πολλὰ τῆς κατασκευῆς ἐν τῷ περὶ Βενεβεντὸν στρατοπέδῳ μετ' ὀλίγης φρουρᾶς καταλιπόντα· δυοῖν δὲ Ῥωμαίοις στρατηγούντοιν, Φουλβίου τε καὶ Ἀππίου, τὸν ἕτερον αὐτοῖν, πυθόμενον, ἐπιδραμεῖν τοῖς Καμπανοῖς διαφέρουσι τὰ θέρη· καὶ πολλοὺς μὲν, οἷα ἀπαρασκεύους, διαφθεῖραι, καὶ τὸν σῖτον Βενεβενδεῦσι δοῦναι· λαβεῖν δὲ καὶ τὸ στρατόπεδον Ἀννίβου, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ παρασκευὴν ἁρπάσαι· καὶ Καπύην, ἔτι ὄντος ἐν Λευκανοῖς Ἀννίβου, περιταφρεῦσαί τε, καὶ ἐπὶ τῇ τάφρῳ περιτειχίσαι πᾶσαν ἐν κύκλῳ. Καὶ τοῦδε τοῦ περιτειχίσματος ἐκτὸς ἄλλο ποιήσαντες οἱ στρατηγοὶ, τὸ μέσον εἶχον ἀντὶ στρατοπέδου. Ἐπάλξεις δ' ἦσαν αὐτοῖς, αἱ μὲν ἐς Καπυαίους πολιορκουμένους, αἱ δ' ἐς τοὺς ἔξωθεν ἐπιόντας ἐπεστραμμέναι. Ἥ τε ὄψις ἦν πόλεως μεγάλης σμικροτέραν ἐχούσης ἐν μέσῳ. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ περιτειχίσματος ἐς τὴν Καπύην διάστημα, διστάδιον ἦν μάλιστα· ἐν ᾧ πολλαὶ ἐγίγνοντο πεῖραι καὶ συμβολαὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, πολλὰ δ' ὡς ἐν θεάτρῳ μεσοτειχίῳ μονομαχία, προκαλουμένων ἀλλήλους τῶν ἀρίστων. Καί τις Καπυαῖος, Ταυρέας, Ῥωμαίων ἐν μονομαχίῳ Κλαύδιον Ἄσελλον περιφεύγων,

ejus partis quæ cum Romanis adhuc stabat, amicus alias et hospes Gracchi, nunc ejusdem proditor, ei persuasit, ut in quemdam locum veniret, ubi a Lucanorum prætoribus, qui pœnitentia ducti in amicitiam Romanorum cuperent redire, fidem acciperet, vicissimque daret. Et ille, nihil doli subesse ratus, cum triginta equitibus secutus est. Sed ibi Numidarum magnus numerus, ex insidiis Gracchum circumvenit, et Flavius se illis adjunxit. Gracchus, intellecta proditione, ex equo cum reliquis equitibus desiliit, et strenue dimicans, cum suis omnibus cæsus est : tres duntaxat Annibal capere potuit, omni prius studio adnisus proconsulem Romanum vivum capere. Quem, etsi insidiis fœde circumventum, tamen ob eximiam in ultima morte virtutem admiratus, funere decoravit, ossibus Romam remissis. Inde in Apulia æstatem traduxit, undique convehendo frumento intentus.

XXXVI. Quum vero Romani Capuam aggredi instituissent, Anno, ab Annibale præmissus cum mille peditibus totidemque equitibus, urbem insciente hoste noctu introiit. Orta luce Romani ut plures in mœnibus sunt conspicati, re cognita, statim ab urbe exercitum removerunt, et ad Capuæ totiusque Campaniæ frumenta demetenda dimiserunt. Quod lamentantibus Campanis, Annibal, satis in Apulia sibi esse frumenti, dixit : proinde quoties vellent, eo mitterent, et acciperent. Et illi non jumenta modo et viros, sed et mulierculas et pueros ad frumentum comportandum emiserunt ; nihil periculi in itinere metuentes, Annibale ex Apulia in Campaniam regresso, et ad Calorem fluvium castra habente haud procul a Beneventanis ; quos solos, quia in fide Romanorum permanserant, timebant. Sed tunc, præsente Annibale, cunctos despiciebant.

XXXVII. Verum accidit, ut circa id tempus Annibal, ab Annone accitus, in Lucanos transiret, impedimentorum majori parte in castris ad Beneventum cum modico præsidio relictis. Qua de re certior factus alter Romanorum imperatorum (duo consules erant, Fulvius Flaccus et Appius Claudius) in Campanos frumentum transportantes impetu facto, multos (quum inermis et incondita turba esset) interfecit, frumentumque Beneventanis donavit; atque Annibalis etiam castris, prædaque ibi relicta, potitus est. Tum vero ambo romani Coss. junctis copiis, morante in Lucania Annibale, Capuam fossa valloque cinxerunt : dein, alio vallo extrinsecus ducto, inter utrumque vallum castra fecerunt. Propugnacula autem partim ad obsessam urbem obversa; partim extrorsus, si hostis adoriretur, opposita erant. Castrorumque facies instar amplissimæ urbis erat, minorem urbem in se complectentis. Inter vallum urbemque duorum fere stadiorum spatium erat interjectum. Quo spatio, ceu in theatro muris circumdato, quum in dies nova prælia fiebant (provocantibus sese ad singulare certamen utrimque fortissimis viris), tum Claudii Aselli romani memorabile certamen fuit. Provocarat hunc Taureas, Campanus, et pugna commissa victus, versus urbem cessim ibat. Clau-

ὑπεχώρει, μέχρι τοῖς Καπυαίων τείχεσιν ὁ Ἄσελλος ἐγκύρσας, καὶ τὸν ἵππον οὐ δυνάμενος ἐκ τῆς ῥύμης ἐπιστρέψαι, διὰ τῶν πολεμίων πυλῶν ἐς τὴν Καπύην ἐσήλατο σὺν ὁρμῇ, καὶ διιππεύσας τὴν πόλιν ὅλην, κατὰ τὰς ἑτέρας ἐξέδραμεν ἐς τοὺς ἐπὶ θάτερα Ῥωμαίους. Καὶ ὁ μὲν οὕτω παραβόλως διεσώζετο.

XXXVIII. Ἀννίβας δὲ, τῆς χρείας ψευσθεὶς ἐφ' ἣν ἐς Λευκανοὺς μετεκέκλητο, ἀνέστρεφεν ἐς Καπύην, μέγα ποιούμενος μὴ περιιδεῖν πόλιν μεγάλην καὶ εὔκαιρον ὑπὸ Ῥωμαίοις γενομένην. Προσβαλὼν δὲ τῷ περιτειχίσματι, καὶ μηδὲν δυνηθεὶς, μηδ' ἐπινοῶν ὅπως ἂν ἐς τὴν πόλιν ἐσπέμψειεν ἢ σῖτον ἢ στρατιὰν, οὐδενὸς οὐδ' ἀπ' ἐκείνων αὐτῷ συμβαλεῖν δυναμένου διὰ τὴν ἐπιτείχισιν πάντη περιλαμβάνουσαν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἠπείγετο παντὶ τῷ στρατῷ· πυνθανόμενος μὲν, κἀκείνους ὑπὸ λιμοῦ πιέζεσθαι, ἐλπίζων δὲ τοὺς στρατηγοὺς αὐτῶν ἀπὸ Καπύης ἀναστήσειν, ἢ αὐτός τι Καπύης μεῖζον ἐργάσασθαι. Συντόνῳ δὲ σπουδῇ διελθὼν ἔθνη πολλὰ καὶ πολέμια, τῶν μὲν οὐ δυνηθέντων αὐτὸν ἐπισχεῖν, τῶν δὲ οὐδὲ ἐς πεῖραν ἐλθεῖν ὑποστάντων, ἀπὸ δύο καὶ τριάκοντα σταδίων τῆς Ῥώμης ἐστρατοπέδευσεν, ἐπὶ τοῦ Ἀνιῆνος ποταμοῦ.

XXXIX. Καὶ ἡ πόλις ἐθορυβήθη θόρυβον οἷον οὔ πρότερον· οἰκεῖον μὲν οὐδὲν ἔχοντες ἱκανὸν (ὃ γὰρ εἶχον, ἐν Καμπανίᾳ τότε ἦν), πολεμίου δὲ στρατοῦ τοσοῦδε σφίσιν ἐπιστάντος ἄφνω, καὶ στρατηγοῦ δι' ἀρετὴν καὶ εὐτυχίαν ἀμάχου. Ὅμως δὲ ἐκ τῶν παρόντων, οἱ μὲν δυνάμενοι φέρειν ὅπλα τὰς πύλας ἐφύλασσον, οἱ δὲ γέροντες ἐς τὸ τεῖχος ἀνεπήδων, γύναια δὲ καὶ παιδία λίθους καὶ βέλη παρέφερον. Οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀγρῶν, συνέθεον ἐς τὸ ἄστυ δρόμῳ. Βοῆς δὲ παμμιγοῦς καὶ θρήνων καὶ εὐχῶν καὶ παρακελεύσεων πρὸς ἀλλήλους πάντα μεστὰ ἦν. Εἰσὶ δ' αὐτῶν οἳ τὴν γέφυραν τὴν ἐπὶ τοῦ Ἀνιῆνος, ἐκδραμόντες, ἔκοπτον. Μικρὸν δέ τι πολίχνιον Ῥωμαῖοί ποτε ἐπιτειχίζοντες Αἰκανοῖς, Ἄλβην ἀπὸ τῆς αὐτῶν μητροπόλεως ἐκάλεσαν· σὺν χρόνῳ δ', ἐπισύροντες ἢ διαφθείροντες, ἢ ἐς τὴν Ἀλβανῶν σύγκρισιν, Ἀλβησέας αὐτοὺς καλοῦσιν· τούτων τότε τῶν Ἀλβησέων ἐς Ῥώμην δισχίλιοι δρόμῳ διέθεον, τοῦ κινδύνου μετασχεῖν. Καὶ ἅμα ἀφικνοῦντο, καὶ ὡπλίζοντο, καὶ τὰς πύλας ἐφρούρουν. Τοσῇδε προθυμίᾳ βραχὺ πολίχνιον ἐκ τοσῶνδε ἀποικιῶν ἐχρήσατο μόνη· οἷόν τι καὶ Ἀθηναίοις ἐς Μαραθῶνα μικρὰ πόλις ἡ Πλαταιέων ἔδραμε τοῦ τότε κινδύνου μετασχεῖν.

XL. Τῶν δὲ στρατηγῶν Ἄππιος μὲν Καπύῃ παρέμενε, κἀκεῖνος ἡγούμενος ἑλεῖν Καπύην· Φούλβιος δὲ Φλάκκος, ἑτέραις ὁδοῖς ἐπειχθεὶς ἀλήκτῳ τάχει, ἀντεστρατοπέδευσε τῷ Ἀννίβᾳ, μέσον ἔχων τὸν Ἀνιῆνα. Τῷ δ' Ἀννίβᾳ, τὴν γέφυραν εὑρόντι λελυμένην καὶ τὸν Φούλβιον ἀντικαθήμενον, ἔδοξε τὰς πηγὰς τοῦ ποταμοῦ περιοδεῦσαι. Καὶ ὁ μὲν Φούλβιος ἀντιπαρώδευεν. Ὁ δὲ καὶ ὣς ἐνήδρευε, Νομάδας ἱππέας ὑπολιπών, οἳ, τῶν στρατῶν ἀναστάντων, τὸν Ἀνιῆνα ἐπέρασαν, καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐδῄουν· μέχρι παρὰ τὴν πόλιν αὐτὴν γε-

dius ad mœnia usque refugientem insecutus, quum equum reflectere ex impetu non posset, patente hostium porta citato cursu invectus, toto oppido percurso, per alteram portam ex opposita parte, incredibile dictu, incolumis ad suos evasit.

XXXVIII. Annibal, infecto negotio, cujus causa in Lucanos accitus fuerat, ad Capuam reversus, tantæ urbis (quam ad tot tantasque res opportunam Romanis fuisse norat) defensionem omni studio curaque sibi suscipiendam ratus, munimenta Romanorum adortus est. Sed quum nihil proficeret, neque viam aut rationem ullam inveniret, qua vel commeatum vel supplementum copiarum in urbem induceret (nam ne ad colloquia quidem propter tam arctam obsidionem, urbe egredi quisquam poterat), cum universo exercitu Romam contendit. Movebat eum, quod ibi famem esse intellexisset, et se vel ab oppugnanda Capua Romanos imperatores abstracturum, vel aliquid etiam majus, quam Capuam liberasse, facturum speraret. Itaque quam maximis itineribus multos eosque hostiles populos brevi emensus, quorum alii transitu eum arcere non potuerant, alii ne prælii quidem aleam subierant; quarto ab Urbe lapide, ad Anienem fluvium, castra Annibal posuit.

XXXIX. Ac Romæ quidem trepidatio pavorque, quantus nunquam antea, exsistebat. Deerant idoneæ copiæ (quas habebant, in Campania erant): et subito tantus imminebat exercitus, duxque et virtute et felicitate invictus. Tamen pro præsenti facultate, quicumque ferre arma poterant, ad custodiendas portas accurrebant; senes in muros insiliebant; mulierculæ cum pueris saxa telaque comportabant: et ex agris omnes cursim in urbem confluebant. Jam promiscuo ululatu, planctibus, precibus, mutuis cohortationibus, omnia perstrepere. Nonnulli urbem egressi, pontem, qui super Anienem erat, resciderunt. Romani quondam in Æquis oppidulum quoddam munierant, Albamque, metropolis suæ nomine, appellarant. Lapsu temporis, sive producto vel corrupto vocabulo, sive ut ab Albanis distinguerentur, Albenses vocitati. Hi, ad duo millia, quum ad participandum periculum Romam accurrissent, statim armati, portarumque custodiæ præpositi sunt. Tantam fidem ac benevolentiam tunc temporis una hæc, ex tam multis, colonia erga Romanos præstitit: Platæensium exemplum imitata, qui numero non multi, pugna Marathonia, Athæniensibus sese adjunxerunt, ut communibus viribus præsens periculum propulsarent.

XL. Romanorum imperatorum alter, Appius, ad Capuam remansit, quæ vel ab eo solo posse expugnari videbatur: alter, Fulvius Flaccus, diverso itinere, incredibili celeritate, versus Romam profectus, Annibali castra in altera Anienis ripa opposuit. Annibal, quum intercisum pontem, et Fulvium ex adverso sedentem ostendisset, fontes fluvii circumire constituit. Quo iter facientem, ex altera fluvii parte Fulvius secutus est. Sed et ibi, more suo, insidias admiscuit Pœnus. Numidarum equitum manum reliquit, qui, ubi exercitus recessissent, trajecto flumine agrum romanum depopularentur. Qui quum ad urbem usque excurrissent,

νόμενοι, καὶ φοβήσαντες, ἐπέστρεψαν ἐς Ἀννίβαν· οὕτω γὰρ αὐτοῖς παρήγγελτο. Αὐτὸς δὲ, ἐπεὶ τάς τε πηγὰς τοῦ ποταμοῦ περιῆλθεν, καὶ ὁδὸς ἦν ἐς τὸ ἄστυ οὐ πολλὴ, λέγεται μὲν νυκτὸς σὺν τρισὶν ὑπασπισταῖς λαθὼν κατασκέψασθαι τὸ ἄστυ, καὶ τὴν τῆς δυνάμεως ἐρημίαν καὶ θόρυβον τὸν ἐπέχοντα ἰδεῖν· ἀναστρέψαι δ' ἐς Καπύην· εἴτε θεοῦ παράγοντος αὐτὸν ἀεὶ, ὡς καὶ τότε· εἴτε τὴν τῆς πόλεως ἀρετὴν καὶ τύχην δείσας· εἴτε, ὡς αὐτὸς τοῖς ἐσβαλεῖν προτρέπουσιν ἔλεγεν, οὐκ ἐθέλων τὸν πόλεμον ἐκλῦσαι, δέει Καρχηδονίων, ἵνα μὴ καὶ τὴν στρατηγίαν αὐτὸς ἀποθοῖτο. Οὐ γὰρ ὅ γε σὺν Φουλβίῳ στρατὸς ἦν αὐτῷ πάμπαν ἀξιόμαχος. Ὁ δὲ Φούλβιος ἀναστρέφοντι παρείπετο, κωλύων τε προνομεύειν, καὶ φυλασσόμενος μηδὲν ἐξ ἐνέδρας παθεῖν.

XLI. Ὁ δ' ἐπιτηρήσας νύκτα ἀσέληνον, καὶ χωρίον, ἐν ᾧ Φούλβιος ἑσπέρας τεῖχος μὲν οὐκ ἔφθανεν ἐγεῖραι, τάφρον δ' ὀρυξάμενος, καὶ διαστήματα ἀντὶ πυλῶν καταλιπὼν, καὶ τὸ χῶμα προβαλὼν ἀντὶ τείχους, ἡσύχαζεν· ἐς τὸν λόφον ὑπερκείμενον αὐτοῦ καρτερὸν ἔπεμψε λαθὼν ἱππέας, οἷς εἴρητο, ἡσυχάζειν, ἕως οἱ Ῥωμαῖοι τὸν λόφον, ὡς ἔρημον ἀνδρῶν, καταλαμβάνωσι. Τοῖς δ' ἐλέφασι τοὺς Ἰνδοὺς ἐπιβήσας, ἐκέλευσεν ἐς τὸ τοῦ Φουλβίου στρατόπεδον ἐσβιάζεσθαι διά τε τῶν διαστημάτων καὶ διὰ τῶν χωμάτων, ὡς δύναιντο. Σαλπιγκτὰς δὲ αὐτοῖς καὶ βυκανητάς τινας ἐξ ὀλίγου διαστήματος ἕπεσθαι κελεύσας, προσέταξεν, ὅταν ἔνδον γένωνται, τοὺς μὲν θόρυβον πολὺν ἐγείρειν περιθέοντας, ἵνα πολλοὶ δόξωσιν εἶναι· τοὺς δὲ, ῥωμαΐζοντας, βοᾶν, ὅτι Φούλβιος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς κελεύει, τὸ στρατόπεδον ἐκλείποντας, ἐπὶ τὸν ἐγγὺς λόφον ἀναπηδᾶν. Τόδε μὲν ἦν τὸ στρατήγημα τοῦ Ἀννίβου. Καὶ τούτων τὰ μὲν πρῶτα πάντα κατὰ νοῦν ἀπήντησεν. Οἵ τε γὰρ ἐλέφαντες ἐσῆλθον, τοὺς φύλακας καταπατήσαντες, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ τὸ αὐτῶν ἐποίουν. Καὶ ὁ θόρυβος Ῥωμαίοις, ἐξ εὐνῆς ἀνισταμένοις, ἐν μελαίνῃ νυκτὶ ἀδόκητος ἐμπεσὼν, ἐπιφοβώτατος ἦν. Τῶν τε ῥωμαϊζόντων ἀκούοντες, ὅτι παρήγγελται φεύγειν ἐς τὸν λόφον, περὶ τοῦτ' ἐγίγνοντο.

XLII. Φούλβιος δὲ ἀεί τινα προσδοκῶν ἐνέδραν, καὶ τοῦτο ὑποπτεύων ἐν ἅπασι τοῖς Ἀννίβου, εἴθ' ὑπ' οἰκείας τότε συνέσεως, εἴτε θεολήπτῳ γνώμῃ προσπεσὼν, εἴτε παρὰ αἰχμαλώτου τὰ ἀκριβέστατα μαθὼν, τοὺς χιλιάρχους ὀξέως ἐπέστησε ταῖς εἰς τὸν λόφον ἀγούσαις ὁδοῖς, κωλύειν τοὺς δι' αὐτῶν φερομένους, καὶ μεταδιδάσκειν, ὅτι τοῦτ' οὐχ ὁ στρατηγὸς Ῥωμαίων, ἀλλ' Ἀννίβας ἐκήρυξεν ἐνεδρεύων. Αὐτὸς δὲ τοῖς χώμασι φυλακὰς ἀκριβεῖς ἐπιστήσας, μή τις ἔφοδος ἔξωθεν ἄλλη γένοιτο, ἐδονηδρόμει μεθ' ἑτέρων ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ἅπαντα ἔχειν ἀσφαλῶς, καὶ ὀλίγους τοὺς μετὰ τῶν ἐλεφάντων ἐσελθόντας εἶναι. Δᾳδάς τε ἧπτε καὶ πῦρ πανταχόθεν ἤγειρε, καὶ καταφανὴς ἦν ἡ τῶν ἐσελθόντων ὀλιγότης· ὥστε αὐτῶν πάνυ καταφρονήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἐς ὀργὴν ἐκ τοῦ πρὶν δέους μεταβαλόντες, εὐμαρῶς, οἷα ψιλοὺς καὶ ὀλίγους, διέφθειραν. Οἱ δὲ ἐλέφαντες, οὐκ ἔχοντες εὐ-

terroremque attulissent, ad Annibalem, ut jussi erant, redierunt. Ipse, postquam circa fontes fluvii exercitum circumduxit, noctu cum tribus speculatoribus fertur situm urbis, quæ non procul distabat, clam esse contemplatus, solitudinemque et trepidationem intra mœnia intellexisse, et Capuam tamen rediisse : sive Deus ei, ut alias, sic eo tempore mentem ademerit; sive urbis virtutem fortunamque pertimuerit : sive (quod amicis, ad eam oppugnandam hortantibus, professus est) debellare noluerit, metuens, ne finito a Carthaginiensibus imperio privaretur. Nam quod ad Fulvii quidem exercitum attinet, non erat ullo modo cum Annibalis copiis conferendus. Fulvius autem revertentem Annibalem vestigiis sequens, satis agere se putabat, si et eum prædationibus prohiberet, et sibi, ne quid per insidias damni accideret, caveret.

XLI. Sed Annibal, nocte quadam illuni, postquam intellexit, Fulvium, inclinante ad vesperam die, vallo castra non munivisse, sed fossa modo circumducta, spatiis portarum loco relictis, et pro vallo aggere solum objecto fuisse contentum; in imminentem castris munitum tumulum summo silentio equites misit, quibus præcepit, quieti se ibi tenerent, donec Romani tumulum, velut ab hoste vacuum, occupare instituissent. Tum Indos, conscensis elephantis, in Fulviana castra, quocumque modo per intervalla aggeremque possent, irrumpere jubet; hosque exiguo intervallo subsequi tubicines aliquot ac buccinatores. Mandatque, ut, ubi intus forent, illi hinc inde discurrentes quam maximum strepitum ederent, quo plures esse viderentur; hi vero latino sermone, veluti Flacci imperatoris verbis, proclamarent milites, omissis castris, in proximum collem debere evadere. Atque hæ Annibalis fraudes ab initio satis ex sententia succedebant. Nam et elephanti, protritis stationum custodibus, irruperant; et buccinatores mandata perfecerant; et Romanis, e cubilibus subsilientibus, tumultus obscura nocte coortus terroris plurimum attulerat; et milites, audito latinis verbis imperio, quo proximum occupare tumulum jubebantur, jam ad fugam sese accingebant.

XLII. Verum Fulvius, cui omnia Annibalis consilia, ceu insidiis dolisque plena, suspecta erant, tunc, sive suapte prudentia, sive divino motus impulsu, aut ab aliquo captivo rei veritatem edoctus, celeriter tribunos militum per vias in tumulum ferentes disponit; qui milites eo ruentes arcerent, docerentque, edictum illud non jussu Romani imperatoris, sed Annibalis fraude, fuisse proclamatum. Deinde ipsemet, ad aggerem ubique constitutis validis stationibus ad repellendos, si qui fierent, novos impetus, per castra discurrebat; clamitans, nihil esse periculi, paucos cum elephantis irrupisse. Quorum tandem (accensis ejusdem jussu facibus, ignibusque sublatis) quum paucitas apparuisset, verso in iram metu, Romani eos contemtim et facile, utpote leviter armatos et paucos, ceciderunt. Elephanti, quia receptui spa-

ρύχωρον οὐδὲν ἐς ἀναστροφὴν, εἱλούμενοι περὶ σκηνὰς καὶ φάτνας, ἐβάλλοντο πρὸς ἁπάντων ἐπιτυχῶς διὰ τὴν στενότητα τοῦ χωρίου καὶ τὸ μέγεθος τῶν σωμάτων· μέχρι περιαλγοῦντές τε καὶ ἀγανακτοῦντες, καὶ ἐπιδραμεῖν ἐς τοὺς πολεμίους οὐκ ἔχοντες, τοὺς ἐπιβάτας σφῶν ἀπεσείοντο, καὶ κατεπάτουν σὺν ὀργῇ καὶ βοῇ πάνυ ἠγριωμένῃ· καὶ ἐξεπήδων ἐκ τοῦ στρατοπέδου. Φούλβιος μὲν δὴ Φλάκκος εὐσταθῶς καὶ εὐμηχάνως, αἰφνιδίῳ συνενεχθεὶς ἐνέδρᾳ, περιῆν τοῦ Ἀννίβου, καὶ τὸν στρατὸν περιέσωζεν, ἀεὶ πεφρικότα τὰς Ἀννίβου μηχανάς.

XLIII. Ὁ δ' Ἀννίβας, ἐπεὶ τῆς πείρας ἀπέτυχεν, ἐς Λευκανοὺς διελθὼν, ἐχείμαζε· καὶ ἐπὶ τρυφῆς ἦν οὐ συνήθους, ἐρωμένην τε εἶχεν ἄγριος ἀνήρ. Καὶ εὐθὺς αὐτῷ κατ' ὀλίγον ἐτρέπετο πάντα. Φούλβιος δ' ἐς Καπύην πρὸς τὸν συστράτηγον ἐπανῄει, καὶ τοῖς Καπυαίοις προσέβαλλον ἄμφω καρτερῶς, ἐπειγόμενοι χειμῶνος ἑλεῖν τὴν πόλιν, ἕως Ἀννίβας ἠρεμεῖ. Καπυαῖοι δὲ, τῶν τροφῶν σφᾶς ἐπιλειπουσῶν, καὶ οὐδαμόθεν ἄλλων ἐπεισαγομένων, ἐνεχείρισαν ἑαυτοὺς τοῖς στρατηγοῖς· ἐνεχείρισαν δὲ καὶ ὅσοι Λιβύων αὐτοὺς ἐφρούρουν, αὐτοῖς στρατηγοῖς, Ἄννωνι ἑτέρῳ, καὶ Βωτᾷ. Ῥωμαῖοι δὲ τῇ μὲν πόλει φρουρὰν ἐπέστησαν, καὶ ὅσους εὗρον αὐτομολοῦντας, χεῖρας αὐτῶν ἀπέτεμον· Λιβύων δὲ τοὺς μὲν ἐπιφανεῖς ἐς Ῥώμην ἔπεμψαν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπέδοντο. Καὶ Καπυαίων αὐτῶν τοὺς μὲν αἰτίους μάλιστα τῆς ἀποστάσεως ἀπέκτειναν, τῶν δ' ἄλλων τὴν γῆν ἀφείλοντο μόνον. Εὔφορος δ' ἐστὶν ἐς σῖτον ἡ περὶ τὴν Καπύην πᾶσα· πεδιὰς γάρ ἐστιν. Καπύη μὲν δὴ πάλιν ἐς Ῥωμαίους ἐπανῆκτο, καὶ μέγα τοῦτο Λιβύων ἐς τὴν Ἰταλίαν πλεονέκτημα περιῄρητο.

XLIV. Ἐν δὲ Βρυττίοις, οἳ μέρος εἰσὶν τῆς Ἰταλίας, ἀνὴρ ἐκ πόλεως Τισίας, φρουρουμένης ὑπὸ τῶν Λιβύων, εἰθίσας ἀεί τι λῄζεσθαι καὶ φέρειν τῷ φρουράρχῳ, και παρὰ τοῦτο αὐτῷ συνήθης ἐς πάντα γεγονὼς, καὶ σχεδὸν συστράτηγος, ἤλγει, τῶν φρουρῶν ἐς τὴν πατρίδα ὑβριζόντων. Συνθέμενος οὖν τῷ Ῥωμαίων στρατηγῷ, καὶ πιστὰ δοὺς καὶ λαβὼν, ἑκάστοτέ τινας, ὡς αἰχμαλώτους, ἐσῆγεν ἐς τὴν ἄκραν, καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν ἐσέφερεν ὡς σκῦλα. Ἐπεὶ δὲ πλέονες ἐγένοντο, ἐξέλυσεν αὐτοὺς, καὶ ὥπλισε, καὶ τὴν Λιβύων φρουρὰν ἀνεῖλε, καὶ παρὰ Ῥωμαίων ἄλλην ἐσηγάγετο. Ἀννίβου δὲ οὐ πολὺ ὕστερον παροδεύοντος αὐτοὺς, οἱ μὲν φρουροὶ, καταπλαγέντες, ὑπὸ τοῦ δέους ἐξέφυγον ἐς Ῥήγιον· οἱ δὲ Τισιᾶται παρέδωκαν αὐτοὺς τῷ Ἀννίβᾳ. Καὶ ὁ Ἀννίβας τοὺς μὲν αἰτίους τῆς ἀποστάσεως ἔκαυσε, τῇ δὲ πόλει φρουρὰν ἐπέστησεν ἄλλην.

XLV. Ἰαπύγων δ' ἐν πόλει Σαλαπίᾳ, Λιβύων ὑπηκόῳ, δύο ἤστην ἄνδρε, τῶν μὲν ἄλλων γένει καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει διαφέροντε, ἀλλήλοιν δ' ἐκ πολλοῦ διαφόρω. Τούτοιν Δάσιος μὲν τὰ Λιβύων ᾑρεῖτο, Βλάτιος δὲ τὰ Ῥωμαίων. Ἕως μὲν οὖν ἤκμαζε τὰ Ἀννίβου, ἐφ' ἡσυχίας ἦν ὁ Βλάτιος· ἐπεὶ δὲ ἠγείρετο τὰ Ῥωμαίων, καὶ τὰ πολλὰ τῆς ἐσφετερισμένης ἀρχῆς ἀνελάμβανον, ἔπειθεν ὁ Βλάτιος τὸν ἐχθρὸν, ὑπὲρ τῆς

tium deerat, per tabernacula et præsepia impliciti agitabantur, et (nullis telis propter angustias loci corporumque vastitatem irritis) passim sauciabantur : donec dolore tandem accensi, excussis et proculcatis sessoribus, nam in hostes irruendi nulla erat facultas, cum ira horrendisque barritibus e castris erupere. Hoc pacto Fulvius Flaccus, magna constantia et solertia improvisis occurrendo insidiis, et Annibalis artes superavit, et illas semper perhorrescentem exercitum servavit.

XLIII. Annibal, irrito incepto, in Lucaniam traductis copiis, hibernavit; ibique vir ferus, nullis assuetus deliciis, præter morem luxui amorique operam dedit. Qua ex re sensim, nec multo post, magnam induxit rebus suis omnibus mutationem. Flaccus Capuam ad collegam redierat, et jam ambo in urbis oppugnationem acriter incumbebant, eamque, quiescente Annibale, hieme expugnare properabant. Et Capuani, rerum omnium penuria (quia nihil aliunde advehebatur) afflicti, romanis sese imperatoribus dediderunt : unaque Pœnos, quotquot Capuæ in præsidio fuerant, cum ipsis præfectis præsidii, Annone (diverso illo ab hoc, qui in Lucania erat) et Bostare, tradiderunt. Romani, imposito urbi præsidio, transfugis, quotquot inventi sunt, manus amputarunt. Afrorum nobiles Romam transmissi; reliqui venumdati. Inde in ipsos Capuæ cives conversi, auctores defectionis extremo supplicio, ceteros agro modo, multarunt. Est autem Campanus ager, quia campestris, frugum haud parum ferax. Jam igitur, Capua Romanis restituta, magnum ad res in Italia gerendas momentum Carthaginiensibus ablatum erat.

XLIV. In Bruttiis, quæ pars extrema Italiæ est, vir ex Tisia civitate, prædari et de præda semper aliquid afferre ad præfectum præsidii Punici, quod in urbe erat, solitus, ita ad ejus amicitiam adrepserat, ut prope imperii consors esset. Hic injurias militum in patriam iniquo animo ferens, pactus cum Romano imperatore, data fide et accepta, nonnullos in dies veluti captivos in arcem intromittebat, armaque eorum ceu spolia inferebat. Quorum ubi probabilis numerus adfuit, vinculis eos solvit, armavitque : et Punico præsidio oppresso, Romanum induxit. Sed brevi post tempore, prætereunte illac Annibale, territi præsidiarii, Rhegium confugerunt; et Tisiatæ Annibali se tradiderunt : qui defectionis principibus crematis, aliud præsidium urbi imposuit.

XLV. Salapiæ, Apuliæ oppido, quod tum sub Punico imperio erat, duo fuere viri, genere et divitiis potentiaque facile principes, sed veteri inimicitia inter se disjuncti. Ex his Dasius, Punicam, Blatius rem Romanam fovebat. Quamdiu ergo Annibali res secundæ erant, Blatius quievit. At postquam, recuperato majori ex parte imperio, Romana potentia revixit, Blatius inimicum hortari est ausus, ut vellet pro salute patriæ saltem secum consentire ne, si

πατρίδος αὐτῷ συμφρονῆσαι μόνης· μή τι πάθοι, Ῥωμαίων αὐτὴν βίᾳ λαβόντων, ἀνήκεστον. Ὁ δ' ὑποκρινάμενος συντίθεσθαι, κατεμήνυσε τοῦτο Ἀννίβᾳ. Καὶ ἐδίκαζεν αὐτοῖς ὁ Ἀννίβας, Δασίου μὲν κατηγοροῦντος, Βλατίου δ' ἀπολογουμένου, καὶ συκοφαντεῖσθαι διὰ τὴν ἔχθραν λέγοντος. Ὁ καὶ τέως ἄρα προορῶν, ἐτόλμησεν ἐχθρῷ προσενεγκεῖν λόγον τοιόνδε, ὡς ἀπίστῳ κατηγόρῳ διὰ τὴν ἔχθραν ἐσομένῳ. Ἀννίβας δ' οὔτε ἀποῤῥῖψαι τὸ ἔργον, οὔτε τῷ παρ' ἐχθροῦ πιστεῦσαι ῥᾳδίως ἀξιῶν, μεθίστατο αὐτούς, ὡς σκεψόμενος ἐφ' ἑαυτοῦ. Στενῆς δὲ τῆς ἐξόδου πάμπαν οὔσης, ὁ Βλάτιος ἔφη τῷ Δασίῳ, τοὺς ἄλλους λαθών, Οὐ σώσεις, ὦ ἀγαθέ, τὴν πατρίδα; Ὁ δὲ καὶ τοῦτ' εὐθὺς, ἐκβοήσας, ἐμήνυεν.

XLVI. Καὶ ὁ Βλάτιος οἰκτισάμενος, τότε μάλιστα ἀξιοπίστως εἶπεν, ὡς ἐπιβουλεύοιτο ὑπ' ἐχθροῦ τεχνίτου. Τοῦτο δ', ἔφη, τὸ νῦν ἐπιβούλευμα, καὶ τῆς πρότερον ἀμφιλογίας, εἴ τις ἦν, ῥύσεταί με. Τίς γὰρ ἂν ἢ πρότερον ἐχθρῷ περὶ τοιῶνδε διεπίστευσεν; ἢ νῦν, εἰ καὶ τέως ἐπεπλάνητο, ἀπίστῳ καὶ κατηγόρῳ περὶ ἐκεῖνα γεγενημένῳ, κινδυνεύων ἔτι καὶ κρινόμενος καὶ ἀρνούμενος, αὖθις ἂν τὰ δεύτερα ταῦτ' ἐθάῤῥησεν εἰπεῖν; καὶ μάλιστ' ἐν τῷ δικαστηρίῳ, πολλῶν μὲν ἀκοῦσαι δυναμένων, τοῦ δὲ κατηγόρου καὶ τόδε μέλλοντος εὐθὺς ὁμοίως ἐρεῖν; Εἰ δὲ δὴ καὶ ἐγεγένητο, ἔφη, χρηστὸς ἐξαίφνης καὶ φίλος, τί μοι συλλαβεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἔτι δυνατὸς ἦν; τί δ' ἂν ἐδεόμην ἐγὼ μηδὲν ἐπικουρεῖν δυναμένου; Ἅ μοι δοκεῖ προϊδὼν πάλιν ὁ Βλάτιος ψιθύρως ἐντυχεῖν τῷ Δασίῳ, καὶ ἐς ἀπιστίαν αὐτὸν ἐμβαλεῖν μείζονα· ἐπαγαγέσθαι δ' ἐκ τοῦδε καὶ Ἀννίβαν ἐς ἀπιστίαν τῶν πρότερον εἰρημένων. Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκφυγὼν τὴν δίκην, ὁ Βλάτιος ἀφίστατο μὴ μεταπείθειν τὸν ἐχθρὸν, καταφρονῶν ἄρα ὡς ἐς πάντα γεγονότος ἀπίστου. Ὁ δὲ αὖθις ὑπεκρίνετο συντίθεσθαι, καὶ τὴν ἐπίνοιαν τῆς ἀποστάσεως ᾔτει μαθεῖν. Ὁ δὲ, οὐδὲν ὀκνήσας, ἔφη· Διαδραμοῦμαι μὲν ἐπί τι τῶν στρατοπέδων ἐγὼ τῶν Ῥωμαϊκῶν (μηνύσας αὐτῷ τὸ πάνυ ποῤῥωτάτω) καὶ στρατιὰν ἄξω λαβών· ἔστι γάρ μοι φίλος ὁ στρατηγὸς ἐκείνου τοῦ στρατοῦ· σὺ δ' ὑπομένειν μοι δεῦρο, καὶ τὰ ἔνδον ἐπιτηρεῖν.

XLVII. Ὁ μὲν εἶπεν οὕτω, καὶ εὐθὺς ἐξέδραμε, λαθὼν Δάσιον, οὐκ ἐς ἐκεῖνο τὸ στρατόπεδον, ἀλλ' ἐς Ῥώμην, ὁδὸν ἐλάσσονα. Καὶ δοὺς τῇ βουλῇ τὸν υἱὸν ὅμηρον, ἱππέας ᾔτει χιλίους, μεθ' ὧν ἠπείγετο κατὰ σπουδὴν, τὸ μέλλον ἔσεσθαι προορώμενος. Ὁ δὲ Δάσιος ταῖς ἐπιούσαις ἡμέραις τὸν ἐχθρὸν οὐχ ὁρῶν, εἴκασεν αὐτὸν ἐγχειρεῖν τοῖς ἐγνωσμένοις, ὡς ἤδη πιστεύοντα αὐτῷ. Νομίσας οὖν, ἐς ἐκεῖνο τῷ ὄντι τὸ ποῤῥωτέρω στρατόπεδον αὐτὸν οἴχεσθαι, διέδραμε πρὸς Ἀννίβαν, καταφρονῶν ὅτι φθάσει ἐκεῖνον ἐπανελθών. Καὶ, Νῦν μὲν, ἔφη, παραδώσω σοι τὸν Βλάτιον ἐπ' αὐτοφώρῳ στρατιὰν ἐπάγοντα τῇ πόλει. Καὶ τὸ γεγονὸς ἐκθέμενος, καὶ λαβών τινας, ἐπανῆγεν ἐς τὴν πατρίδα μετὰ σπουδῆς, ὡς οὔπω τοῦ Βλατίου πλησιάζοντος. Ὁ δ'

Romani eam vi expugnarent, tandem insanabili malo patria implicaretur. » Dasius, simulans se assentiri, rem aperit Annibali. Disceptare judicareque causam ipse Annibal voluit, accusante Dasio, defendente Blatio, respondenteque, ob privatas inimicitias falsa sibi crimina imponi. Et certe ob id ipsum, quod præviderat, accusatori inimico propter simultatem fidem nullam fore, ausus fuerat liberius cum illo de tali re sermonem conferre. Igitur Annibal, nec rem contemnendam esse, ratus, nec inimico nimium fidendum, utrumque jussit secedere, tanquam per se de ea re cogniturus. Quum vero perangustus exitus esset, Blatius remotis arbitris Dasium compellans, Non tu ergo, inquit, vir bone, patriam servabis? Quod Dasius e vestigio, magna voce exclamans, Annibali indicat.

XLVI. Et Blatius quiritans, tunc maxime cum multa veri specie dixit : Nunc sane nemo non videt, me ab astuto inimico insidiis peti. Et omni dubia suspicione, si qua ante fuit, hic me dolus liberabit. Quis enim, obsecro, aut antea voluisset inimici fidei talia committere? aut, si vel adhuc ita levis fuisset, quis tandem perfidum hominem, quem ipsum indicem consiliorum suorum fuerit expertus, nunc, in judicium vocatus, et causam dicens, factumque pernegans, de integro eadem de re compellare sustinuisset? in ipso potissimum etiam nunc judicio? præsentibus multis, qui audire possent? ubi e vestigio accusator, non secus sane atque antea, denunciaturus esset? Jam vero, ut subito, inquit, fidelis mihi et amicus factus fuisset; quid opis mihi post hæc in patriæ salutem conferre ille potuisset? aut quid ego ejus auxilium implorassem, qui nihil quidquam mihi præstare posset? Atque sic consulto mihi videtur Blatius paulo ante ista in aurem Dasii insusurrasse, exitum rei prævidens; ut eo ipso fidem Dasii multo magis minueret, et Annibalem induceret, ut eorum etiam, quæ antea adversus eum dixerat Dasius, nihil crederet. Sed ne sic quidem Blatius, postquam effugit judicium, destitit adversarium obtundere; quem, veluti in omnibus rebus fide detracta, non amplius formidandum judicabat. Itaque Dasius iterum simulavit, se ejus oratione moveri, atque ex eo cupere totam desciscendi viam rationemque cognoscere. Et ille nihil cunctatus, Ego, inquit, in castra Romana (indicabat autem illi remotissima castrorum) transcurram : indeque acceptas a prætore, qui mihi est amicissimus, copias adducam. Tu mihi manebis hic, et ea, quæ in urbe vel aguntur vel agenda sunt, observabis.

XLVII. Sic locutus Blatius, extemplo, clam Dasio, urbe excessit, et breviori itinere Romam, non in illa castra, contendit. Unde mox, dato filio obside, acceptisque a senatu mille equitibus, citato gradu rediit, jam eventum animo præcipiens. Dasius, proximis diebus adversarium non conspicatus, conjecit, eum jam sibi fidem habentem ad id, de quo inter ipsos convenerat, perficiendum abiisse. Sed dum arbitratur, in illa remotiora profectum esse castra, contendit ad Annibalem, non dubitans quin redeundo facile alteri anteverteret. Atque Annibalem affatus, Jam tibi, inquit, dum in urbem hostiles turmas introducit, in ipso facto oppressum Blatium dabo. Deinde, re exposita, acceptisque ab Annibale equitibus, in patriam advolat, quum nondum appropinquare Blatium putaret. At ille jam intus

ἔνδον τε ἦν ἄρτι, καὶ τὴν φρουρὰν τὴν Λιβύων, ὀλίγην οὖσαν, ἀνελὼν, ἐφύλαττε μηδένα παρελθεῖν· καὶ πύλας τὰς μὲν ἄλλας ἐκεκλείκει, τὰς δ' ἐς τὴν ἐπάνοδον Δασίου μόνας εἴασεν ἀνεῷχθαι. Καὶ τὸ κατ' ἐκείνας μέρος ἅπαν εἶχεν ἀνυπόπτως· τὰ δ' ἐντὸς ἐξετετάφρευτο καὶ διείληπτο, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ἐμπεσόντας ἐς ὅλην διαδραμεῖν. Δάσιος δὲ, ἐπεὶ τὰς πύλας εἶδεν ἀνεῳγμένας, ἥσθη, νομίσας προλαβεῖν τὸν ἐχθρὸν, καὶ ἐσήλατο γεγηθώς. Ὁ δ' ἐπικλείσας διέφθειρεν αὐτόν τε καὶ τοὺς ἐσδραμόντας, ὠθουμένους ἐν στενῷ, καὶ διαδρομὴν διὰ τὰς τάφρους οὐκ ἔχοντας. Ὀλίγοι δ' αὐτῶν διὰ τοῦ τείχους ἐξαλόμενοι διέφυγον. Καὶ Βλάτιος μὲν οὕτω περιῆν Δασίου, τρὶς ἀντενεδρεύων.

XLVIII. Φούλβιος δὲ Ῥωμαίων ὕπατος Ἑρδονίαν ἐπολιόρκει· καὶ αὐτὸν Ἀννίβας ἔλαθεν ἑσπέρας ἐγγὺς γενόμενος, καὶ ἀπεῖπε πυρὰ μὴ καίειν, καὶ σιωπὴν παρήγγειλε. Περὶ δὲ ἕω, γενομένης ὁμοῦ τι καὶ ὁμίχλης, τοὺς μὲν ἱππέας ἔπεμψεν ἐπιχειρεῖν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ. Καὶ αὐτοὺς ἠμύνοντο ἐκεῖνοι, σὺν θορύβῳ μὲν, ὡς ἀπ' εὐνῆς, σὺν θάρσει δὲ, οἷα ὀλίγους ποθὲν αὐτοῖς ἐπιφανέντας. Ὁ δ' Ἀννίβας ἐπὶ θάτερα τῷ πεζῷ τὴν πόλιν περιῄει, κατασκεπτόμενος ἅμα, καὶ τοὺς ἔνδον ἐπελπίζων· ἕως ἐπῆλθε τοῖς Ῥωμαίοις ἐν τῇ περιόδῳ, εἴτε προϊδόμενος, εἴτε κατὰ συντυχίαν, κυκλούμενος αὐτούς. Οἱ δ' ἔπιπτον ἤδη λάβρως καὶ ἀθρόως, ἀμφίβολοι γεγονότες· καὶ ἀπέθανον αὐτῶν ἐς ὀκτακισχιλίους, καὶ ὁ ὕπατος αὐτὸς, ὁ Φούλβιος. Οἱ λοιποὶ δ' ἔς τε χῶμα πρὸ τοῦ στρατοπέδου ἀναθορόντες, αὐτό τε διέσωσαν, γενναίως ἀμυνόμενοι, καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκώλυσαν λαβεῖν τὸ στρατόπεδον.

XLIX. Μετὰ δὲ τοῦτο Ῥωμαῖοι μὲν τὴν Ἰαπύγων ἀποστάντων ἐδῄουν, Ἀννίβας δὲ τὴν Καμπανῶν, ἐς Ῥωμαίους μεταθεμένων, χωρὶς Ἀτέλλης μόνης. Καὶ Ἀτελλαίους μετῴκιζεν ἐς Θουρίους, ἵνα μὴ τῷ Βρυττίων καὶ Λευκανῶν καὶ Ἰαπύγων ἐνοχλοῖντο πολέμῳ. Καὶ Ῥωμαῖοι τοὺς ἐκ Νουκερίας ἐκπεσόντας ἐν Ἀτέλλῃ μετῴκιζον· ἔς τε τὴν Ἀννίβου ἔτι ὑπήκοον ἐσβαλόντες, Αὐλωνίαν τε εἷλον, καὶ τὴν Βρυττίων γῆν ἐπέτρεχον· καὶ Τάραντα, φρουρουμένην ὑπὸ Καρθάλωνος, ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης ἐπολιόρκουν. Ὁ δὲ Καρθάλων, ὀλίγων Καρχηδονίων παρόντων, Βρυττίους ἐς τὴν φρουρὰν προσέλαβεν. Τῶν δὲ Βρυττίων ὁ φρούραρχος ἤρα γυναικὸς, ἧς ἀδελφὸς ὑπὸ Ῥωμαίοις στρατευόμενος, ἔπραξε διὰ τῆς ἀδελφῆς τὸν φρούραρχον ἐνδοῦναι Ῥωμαίοις, ἐπάγουσι τὰς μηχανὰς ᾗ τοῦ τείχους αὐτὸς ἐφρούρει. Τάραντα μὲν δὴ Ῥωμαῖοι τόνδε τὸν τρόπον ἀνέλαβον, εὔκαιρον ἐς πολέμους χωρίον καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν.

L. Ἀννίβας δὲ ἐπειγόμενος ἐς αὐτὴν, ὡς ἔμαθεν εἰλημμένην, παρῆλθεν ἀχθόμενος ἐς Θουρίους· κἀκεῖθεν ἐς Οὐενουσίαν. Ἔνθα αὐτῷ Κλαύδιός τε Μάρκελλος, ὁ Σικελίαν ἑλὼν, πέμπτον ὑπατεύων τότε, καὶ Τίτος Κρισπῖνος, ἀντιστρατοπεδεύοντες, οὐκ ἐτόλμων ἄρχειν μάχης. Λείαν δέ τινα ὑπὸ Νομάδων ἀγομένην Μάρ-

erat; ac, cæso Punico præsidio, quod exiguum erat, diligenter caverat, ne quis oppido egrederetur. Et, clausis reliquis portis, solas eas, quæ ad revertentem Dasium spectabant, patere voluerat. Murus etiam ea parte suspicione vacabat; sed interiora fossis sic disrupta et intercepta erant, ut, qui irrumperent, non possent in totam urbem penetrare. Adveniens, ut apertas portas vidit, lætus, et hosti antevenisse ratus, in urbem ovans est ingressus. Sed ibi et ipse et qui cum eo irruperant, quum, occlusis mox portis, colliderentur in angustiis, et propter fossas exitum nusquam invenirent, interfecti sunt; exceptis paucis, qui per murum prosilientes evaserunt. Sic Blatius Dasium, ter insidias insidiis opponens, ad extremum superavit.

XLVIII. Cæterum dum (Cnæus) Fulvius consul Romanus (*potius*, proconsul) Herdoniam obsidet, Annibal juxta eum nescientem vespere castra locat, et exstinctis, ut melius lateret, ignibus, silentium totis castris indicit. Sub lucem, orta tum forte etiam nebula, equitatum præmittit ad lacessendos Romanos. Illi cum aliqua quidem trepidatione (ut qui e lectis vix surgerent,) sed mox fiducia pleni (quod paucos alicunde credebant advenisse), hostem repellebant. Interim Annibal, altera ex parte urbis, tum ut eam contemplaretur, tum ut oppidanos spe repleret, circumducens peditatum, in Romanos, sive consulto sive casu, incidit, eosque medios inclusit. Et continuo illi, utrimque petiti effuse confertimque cædebantur. Perierunt octo millia cum ipso consule (*vel* proconsule) Fulvio. Reliqui intra vallum quoddam, quod ante castra erat, celeriter evaserunt; fortiterque dimicando, et ipsum illud vallum et castra ab Annibalis expugnatione servarunt.

XLIX. Posthæc Romani Apuliam, quia defecerat, depopulabantur; et Annibal Campanorum devastavit agrum, qui ad Romanos redierant omnes, præter solos Atellanos. Et Atellanos quidem, ne Bruttiorum et Lucanorum Apulorumque bello vexarentur, Thurios traduxit. Romani vero Nuceriæ exules Atellam migrare jusserunt; atque reliquos socios Annibalis infesto exercitu aggressi, Auloniam receperunt, et Bruttiorum agrum incursionibus vastarunt. Jam et Tarentum quoque, quod Carthalo Punico præsidio tenebat, terra marique obsederunt. Carthalo, quia pauci Pœni erant, Bruttios in præsidii societatem assumserat. Horum Bruttiorum præfectus deperibat mulierculam, cujus frater in castris Romanis militabat. Et is per sororem perpulit præfectum ad proditionem ejus partis muri, cujus custodiæ præpositus erat, ubi ad eam partem machinas admovissent Romani. Sic Tarentum Romani receperunt, urbem ad bella terra marique opportunissimam.

L. Annibal ad Tarentum festinabat: sed, ubi eam captam esse cognovit, graviter dolens, Thurios, atque inde Venusiam se recepit. Ibi Claudius Marcellus, qui Siciliam devicerat, tum quintum Consul, et T. Crispinus, castris ex adverso ei oppositis, prælio quidem abstinebant. Sed cum Marcellus, Numidas prædam agentes conspi

κελλος ἰδὼν, καὶ δόξας ὀλίγους εἶναι τοὺς ἄγοντας, ἐπέδραμεν αὐτοῖς μετὰ τριακοσίων ἱππέων σὺν καταφρονήσει· καὶ πρῶτος ἡγεῖτο, θυμικὸς ὢν ἐς μάχας καὶ παρακινδυνευτικὸς ἀεί. Ἄφνω δὲ πολλῶν τῶν Λιβύων φανέντων, καὶ πανταχόθεν αὐτῷ προσπεσόντων, οἱ μὲν οὐραγοῦντες Ῥωμαίων, πρῶτοι φυγῆς ἦρχον. Ὁ δὲ Μάρκελλος, ὡς ἑπομένων αὐτῶν, ἐμάχετο γενναίως· μέχρι κατακοντισθεὶς ἀπέθανε. Καὶ αὐτοῦ τῷ σώματι ὁ Ἀννίβας ἐπιστὰς, ὡς εἶδε τὰ τραύματα πάντα ἐπὶ τῶν στέρνων, ἐπῄνεσε μὲν ὡς στρατιώτην, ἐπέσκωψε δὲ ὡς στρατηγόν. Καὶ τὸν δακτύλιον αὐτοῦ περιελὼν, τὸ μὲν σῶμα ἔκαυσε λαμπρῶς, καὶ τὰ ὀστᾶ τῷ παιδὶ προσέπεμψεν ἐς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον.

catus, ratusque paucos esse, cum trecentis equitibus secure in eos impetum fecit; ipseque præibat, vir ingenio ferox, et semper in pericula præceps. Sed subito multis exorientibus Afris, atque undique in eum irruentibus, qui in extremo agmine erant Romani, primi fugam arripuerunt. Marcellus autem, qui eos sequi se putabat, egregie pugnavit; donec jaculo transfixus cecidit. Et ejus cadaveri adstans Annibal, postquam adversa omnia vulnera vidit, ut militem, laudavit; sed, ut imperatorem, cavillatus est. Detracto annulo, corpus magnifice cremavit, ossaque ad filium remisit in castra.

LI. Σαλαπίνοις δὲ μηνίων, εὐθὺς ἐτύπωσεν ἐπιστολὴν τῇ σφραγῖδι Μαρκέλλου, πρὶν αἰσθέσθαι πολλοὺς περὶ τοῦ θανάτου, καὶ αὐτόμολον ἄνδρα Ῥωμαῖον ἔπεμψε φέρειν, δηλοῦντα, ὅτι στρατιὰ Μαρκέλλου κατόπιν ἔρχοιτο, καὶ ὁ Μάρκελλος αὐτὴν ὑποδέξασθαι κελεύοι. Ἄρτι δ' εἰλήφεσαν Κρισπίνου γράμματα, περιπέμψαντος ἐς ἅπαντας, ὅτι τῆς Μαρκέλλου σφραγῖδος Ἀννίβας κεκρατήκοι. Τὸν οὖν ἄγγελον, ἵνα μὴ παραμένων ἐπιγνοίη τὰ γιγνόμενα, ἀπέπεμψαν, ὑποσχόμενοι τὰ προστασσόμενα ποιήσειν· αὐτοὶ δ' ὁπλισάμενοι, τὴν ἐνέδραν ἐπὶ τῶν τειχῶν ἀνέμενον. Καὶ προσιόντος τοῦ Ἀννίβου μετὰ Νομάδων, οὓς Ῥωμαϊκοῖς ὅπλοις ἐσκεύασεν, τὰς μὲν πύλας ἐκ μηχανήματος ἀνέσπασαν, ὡς δὴ Μαρκέλλου προσιόντος ἀσμενίζοντες. Ἐσδεξάμενοι δὲ ὅσων εὐμαρῶς κρατήσειν ἔμελλον, αὖθις ἐκ τοῦ μηχανήματος αὐτὰς ἐπικαθῆκαν. Καὶ τοὺς μὲν ἐσελθόντας ἔκτειναν, τοὺς δ' ἔξω τῶν τειχῶν ἔτι περιεστῶτας ἄνωθεν ἔβαλλόν τε καὶ κατετίτρωσκον. Καὶ δευτέρας τῆσδε πείρας ὁ Ἀννίβας ἐπὶ τῇ πόλει σφαλεὶς, ἀπεχώρει.

LI. Priusquam autem mortis hujus fama latius manasset, Salapinis vehementer infensus Annibal, cum literis annulo Marcelli obsignatis Romanum transfugam Salapiam mittit; qui significaret, Marcellum cum exercitu adventare, jubeletque, ut sibi portæ pateant. Cives, acceptis paulo ante a Crispino literis, quibus ille omnibus circumcirca civitatibus significaverat, Marcelli annulo potitum esse Annibalem, nuncium, ne remanens sua consilia resciscerel, remiserunt; polliciti, se mandata facturos. Interea armis sumtis, per mœnia dispositi, insidias exspectabant. Et Annibali cum Numidis, quos armis Romanis instruxerat, advenienti, cataracta in altum subducta portam aperiunt, læti et gratulabundi, veluti Marcellum excipientes. Quumque tot admisissent, quot se facile posse opprimere confidebant, cataracta dejecta, intra urbem inclusos omnes interfecerunt. Reliquos, qui extra mœnia restiterant, telis, e superiori loco haud frustra cadentibus, abegerunt. Sic Annibal, bis jam sua spe ad Salapiam frustratus, abscessit.

LII. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἀσδρούβας, ὁ ἀδελφὸς Ἀννίβου, τὴν στρατιὰν, ἣν ἐξενάγησεν ἐν τοῖς Κελτίβηρσιν, ἔχων, διέβαινεν ἐς τὴν Ἰταλίαν· καὶ, Κελτῶν φιλίως αὐτὸν δεχομένων, τὰ Ἄλπια ὄρη, ὡδοποιημένα πρότερον ὑπὸ Ἀννίβου, διώδευε· δύο μησὶν, ὅσα τέως Ἀννίβας ἐξ διῆλθεν. Ἐσέβαλέ τε ἐς Τυῤῥηνίαν, ἄγων πεζοὺς μὲν τετρακισμυρίους ἐπὶ ὀκτακισχιλίοις, ἱππέας δὲ ὀκτακισχιλίους, καὶ ἐλέφαντας πεντεκαίδεκα. Καὶ γράμματα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἔπεμπε, δηλῶν, ὅτι παρείη. Τούτων τῶν γραμμάτων ὑπὸ Ῥωμαίων ἁλόντων, οἱ ὕπατοι Σαλινάτωρ καὶ Νέρων, μαθόντες αὐτοῦ τὸ πλῆθος τῆς στρατιᾶς ἀπὸ τῶν γραμμάτων, συνῆλθον ἐς τὸ αὐτὸ πάσαις ταῖς δυνάμεσιν, καὶ ἀντεστρατοπέδευσαν αὐτῷ περὶ πόλιν Σήνας. Ὁ δ' οὔπω μάχεσθαι κεκρικὼς, ἀλλὰ τῷ ἀδελφῷ συνελθεῖν ἐπειγόμενος, ὑπεχώρει. Καὶ νυκτὸς ἀναζεύξας, περὶ ἕλη καὶ τέλματα καὶ ποταμὸν οὐκ εὔπορον ἠλᾶτο. Μέχρι, φανείσης ἡμέρας, οἱ Ῥωμαῖοι καταλαβόντες αὐτοὺς διεῤῥιμμένους τε καὶ κεκμηκότας ὑπὸ ἀγρυπνίας καὶ κόπου, πλείστους μὲν αὐτῶν, ἅμα τοῖς ταξιάρχοις, συντασσομένους ἔτι καὶ συνιόντας διέφθειραν, καὶ αὐτὸν ἐπ' ἐκείνοις Ἀσδρούβαν·

LII. Jam et Asdrubal, frater Annibalis, cum exercitu, quem in Celtiberia mercede conduxerat, in Italiam transgrediebatur : benigneque excipientibus Gallis, Alpes, ab Annibale prius patefactas, superavit. Itinere, quod antea Annibal sexto demum mense absolverat, intra duorum mensium spatium confecto, in Etruriam irruit, adducens secum peditum XLVIII, equitum VIII millia; elephantos quindecim. Inde de adventu suo literas ad fratrem misit. Quas literas quum Romani intercepissent, et inde ejus copiæ quantæ essent, intellexissent, Coss. Salinator et Nero, contractis in unum omnibus viribus, ad Senam urbem ei occurrerunt. Ille, qui nondum pugnare constituerat, sed quamprimum fratri se conjungere, noctu se recipiens movit castra; ac per loca palustria et cœnosa circaque ripas fluminis vado carentis, oberravit. Sub primam lucem, Romani palatos et vigiliis laboreque fessos assecuti, dum in ordines eunt illi, aciemque adhuc instruunt, plerosque cum suis ducibus interfecerunt. Asdrubal ipse in acie cecidit;

πλείστους δ' αἰχμαλώτους ἔλαβον. Καὶ μεγάλου δέους ἀπήλλαξαν τὴν Ἰταλίαν, ἀμάχου ἂν σφίσι τοῦ Ἀννίβου γενομένου, εἰ καὶ τήνδε τὴν στρατιὰν προσέλαβεν.

LIII. Θεὸς δέ μοι δοκεῖ τόδε Ῥωμαίοις ἀντιδοῦναι τῆς ἐπὶ Κάνναις ἀτυχίας, οὐ πόῤῥω τε ἐπ' ἐκείνῃ καὶ ἰσοστάσιόν πως ἐκείνῃ γενόμενον. Στρατηγοί τε γὰρ οἱ ἑκατέρων ἀπώλοντο, καὶ στρατοῦ πλῆθος ἐγγυτάτω μάλιστα ἐπ' ἴσης· καὶ τὰ αἰχμάλωτα πολλὰ γενέσθαι καὶ τοῖσδε κἀκείνοις συνηνέχθη· στρατοπέδων τε καὶ παρασκευῆς τῆς ἀλλήλων δαψιλοῦς ἐκράτουν ἑκάτεροι. Οὕτω παραλλὰξ ἡ πόλις εὐτυχιῶν καὶ συμφορῶν ἐπειρᾶτο. Κελτιβήρων δ', ὅσοι διέφυγον ἐκ τοῦ κακοῦ, οἱ μὲν ἐς τὰ οἰκεῖα, οἱ δ' ἐς Ἀννίβαν ἐχώρουν.

LIV. Ὁ δ' ἐπί τε τῷ ἀδελφῷ, καὶ στρατιᾷ τοσῇδε δι' ἀπειρίαν ὁδῶν αἰφνίδιον ἀπολωλυίᾳ, δυσφορῶν, καὶ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος ἔχων ἐν πόνοις ἀτρύτοις, ἐξ οὗ Ῥωμαίοις ἐν Ἰταλίᾳ διεπολέμει, πάντων τε, ὧν εἰλήφει πρότερον, ἐκπεπτωκώς· ἐς Βρυττίους, ὅπερ αὐτῷ λοιπὸν ἔθνος ὑπήκοον ἦν, ἀνεχώρει· καὶ ἡσύχαζεν, ὡς ἑτέρας δυνάμεως ἀφιξομένης ἀπὸ Καρχηδόνος. Οἱ δ' ἔπεμψαν μὲν αὐτῷ ναῦς ἑκατὸν στρογγύλας, ἐφ' ὧν σῖτός τε ἦν καὶ στρατιὰ καὶ χρήματα· οὐδενὸς δ' ἐρετικοῦ παραπέμποντος αὐτὰς, ἄνεμος ἐς Σαρδόνα κατήνεγκεν. Καὶ ὁ τῆς Σαρδόνος στρατηγὸς, ἐπιπλεύσας μακραῖς ναυσὶν, κατέδυσε μὲν αὐτῶν εἴκοσιν, ἑξήκοντα δ' ἔλαβεν· αἱ δὲ λοιπαὶ διέφυγον ἐς Καρχηδόνα. Καὶ ὁ Ἀννίβας ἔτι μᾶλλον ἀπορούμενός τε, καὶ τὰ παρὰ Καρχηδονίων ἀπεγνωκὼς, οὐδὲ Μάγωνος αὐτῷ τι, τοῦ ξενολογοῦντος ἐν Κελτοῖς καὶ Λίγυσιν, ἐπιπέμποντος, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι περιορωμένου· συνιδὼν, ὅτι μένειν ἐπὶ πλεῖον οὐ δυνήσεται· αὐτῶν ἤδη Βρυττίων, ὡς ἀλλοτρίων ὅσον οὔπω γενησομένων, κατεφρόνει, καὶ ἐσφορὰς ἐπέβαλλεν αὐτοῖς πάνυ πολλάς· τάς τε ὀχυρὰς τῶν πόλεων μετῴκιζεν ἐς τὰ πεδινὰ, ὡς βουλευούσας ἀπόστασιν· πολλούς τε τῶν ἀνδρῶν αἰτιώμενος διέφθειρεν, ἵνα τὰς περιουσίας αὐτῶν σφετερίζοιτο. Καὶ ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν.

LV. Ἐν δὲ Ῥώμῃ γίγνονται μὲν ὕπατοι Λικίνιός τε Κράσσος, καὶ Πούπλιος Σκιπίων ὁ λαβὼν Ἰβηρίαν. Τούτων δὲ Κράσσος μὲν ἀντεστρατοπέδευσεν Ἀννίβᾳ περὶ Ἰαπυγίαν· Σκιπίων δὲ τὸν δῆμον ἐδίδασκεν, οὔ ποτε Καρχηδονίους, οὐδ' Ἀννίβαν, ἀποστήσεσθαι σφίσιν ἐνοχλοῦντας ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν, εἰ μὴ Ῥωμαίων στρατὸς ἐς Λιβύην διέλθοι, καὶ κίνδυνον αὐτοῖς ἐπιστήσειεν οἰκεῖον. Λιπαρήσας τε πάνυ καρτερῶς, καὶ πείσας ὀκνοῦντας, ᾑρέθη στρατηγὸς αὐτὸς ἐς Λιβύην, καὶ διέπλευσεν εὐθὺς ἐς Σικελίαν. Ἔνθα στρατὸν ἀγείρας τε καὶ γυμνάσας, ἐπέπλευσε Λοκροῖς ἄφνω τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ, φρουρουμένοις ὑπὸ Ἀννίβου· καὶ τὴν φρουρὰν κατασφάξας τε, καὶ παραδοὺς Πλημινίῳ τὴν πόλιν, αὐτὸς ἐς Λιβύην διέπλευσεν. Πλημίνιος δὲ οὐδεμίαν ὕβριν ἢ ἀσέλγειαν ἢ ὠμότητα ἐς τοὺς Λοκροὺς ἐκλιπὼν, ἐσύλησε λήγων καὶ τὸ τῆς Φερσεφόνης ἱερόν. Καὶ τόνδε μὲν Ῥωμαῖοι, μετὰ τῶν συναμαρτόντων αὐτῷ φίλων, διέφθειραν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ τὰς περιουσίας αὐτῶν

magnus hostium numerus vivus captus est. Sic, quum invictus Romanis futurus fuisset Annibal, si copias illas cum suis conjunxisset, ingenti terrore liberata Italia est.

LIII. Ac mihi quidem videtur deus Romanis istam victoriam rependisse pro clade Cannensi; quam quidem hæc, non nimis longo temporis intervallo secuta, momentis pæne omnibus æquavit. Nam et imperatores ceciderunt utrimque, et par fere militum numerus est interfectus. Et utrique pariter magnum captivorum numerum fecerunt; et utrique castris et opulento apparatu hostium sunt potiti. Sic Romani alternis tristes clades et lætum fortunæ favorem experti sunt. Celtiberi, qui ex illa calamitate effugerant, pars in patriam, alii ad Annibalem, se contulerunt.

LIV. Annibal, fratris interitu et tanti exercitus clade, ignoratione viarum tam improviso cæsi, non mediocriter perculsus; amissis omnibus, quæ quatuordecim annis, quibus in Italia bellaverat cum Romanis, laboribus immensis pepererat, in Bruttios (ea gens sola in ejus societate permanserat) secessit: ibique novas Carthagine copias, nihil interim movens exspectabat. Miserant autem Carthaginienses centum navibus onerariis frumentum, et supplementum militum cum pecuniis. Sed eas naves, quum nullæ triremes deducerent, ventusque in Sardiniam detulisset, Sardiniæ prætor longis navibus adortus, viginti depressit, sexaginta cepit: reliquæ Carthaginem repetiere. Inde graviori rerum omnium penuria premebatur Annibal. Quamobrem, desperato alio ab Carthaginiensibus subsidio, quum et Mago, qui in Gallia Liguriaque mercenarium Carthaginiensibus militem conducebat, auxilii nihil mitteret, sed otiosus eventum rei exspectaret; prævidens Pœnus, se illis in locis diutius manere non posse; jam ipsos quoque Bruttios, tanquam mox alienos futuros, contemnens, gravibus tributis vexare cœpit. Oppidaque passim natura munita, quasi defectionem molirentur, in planitiem traducebat: multos, ut in eorum fortunas invaderet, falsis criminibus circumventos, opprimebat.

LV. Interea Romæ consulatum ineunt Licinius Crassus, et Publius Scipio, domitis Hispanis clarus. Et Crassus quidem in Apuliam adversus Annibalem profectus est. Scipio vero populum admonebat, Carthaginienses Annibalemque non prius Italia posse depelli, quam Romanus exercitus in Africam trajiceretur, et domestico ipsi terrerentur periculo. Atque assidue instando, cunctantesque urgendo, obtinuit, ut sibi Africa provincia decerneretur. Tum nulla interposita mora, in Siciliam trajecit. Et contractis ibi exercitatisque copiis, repente Locros Italiæ, ubi Annibalis erat præsidium, advectus est: oppressoque præsidio, et ad tuendam urbem relicto Pleminio, in Africam navigavit. Verum Pleminius, nullo sceleris aut infandæ contumeliæ aut crudelitatis genere in Locros non edito, ad extremum Proserpinæ etiam templum spoliavit. Et hunc quidem Romani, cum ejusdem culpæ sociis, in carcere necarunt, bonaque publicata Locris tradiderunt, in thesauris

ἔδοσαν Λοκροῖς ἐς τὸν θησαυρὸν τῆς θεοῦ φέρειν· ὅσα τε ἄλλα ἐδύναντο τῶν ἀπολωλότων, ἀνευρόντες, τὸ λεῖπον ἐκ τοῦ κοινοῦ σφῶν ταμιείου τῇ θεῷ προσέθεσαν.

LVI. Τοῦ δὲ αὐτοῦ χρόνου Κωνσεντίαν τε, μεγάλην πόλιν Βρυττίων, καὶ ἄλλας ἓξ ἐπ' αὐτῇ, περιέσπασεν ἀπὸ Ἀννίβου Κράσσος. Καὶ γιγνομένων ἐν Ῥώμῃ σημείων ἐκ Διὸς φοβερῶν, οἱ μὲν τὰ Σιβύλλεια ἐπισκεπτόμενοι δέκα ἄνδρες ἔφασαν, ἐξ οὐρανοῦ τι ἐς Πεσινοῦντα τῆς Φρυγίας, ἔνθα σέβουσιν οἱ Φρύγες θεῶν Μητέρα, πεσεῖσθαι τῶνδε τῶν ἡμερῶν, καὶ δεῖν αὐτὸ ἐς τὴν Ῥώμην ἐνεχθῆναι. Μετ' οὐ πολὺ δὲ πεσεῖν τε προσηγγέλθη, καὶ ἐς Ῥώμην ἐκομίσθη τὸ βρέτας. Καὶ τὴν ἡμέραν ἑορτάζουσιν καὶ νῦν Μητρὶ θεῶν, ᾗ τότε ἐκομίσθη. Λέγεται δὲ τὴν ναῦν, ἣ ἔφερεν αὐτὸ, ἰλύϊ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριος ἐνσχεθεῖσαν, οὐδεμιᾷ μηχανῇ σαλεύεσθαι· μέχρι, τῶν μάντεων προειπόντων, ἕψεσθαι μόνως, εἰ γυνὴ καθαρεύουσα ξένων ἀνδρῶν ἑλκύσειεν, Κλαυδίαν Κυϊντίαν, μοιχείας ἔγκλημα ἔχουσαν ἔτι ἄκριτον, καὶ δι' ἀσωτίαν ἐς αὐτὸ πιθανωτάτην οὖσαν, ἐπιθειάσαι τε πολλὰ περὶ τῆς ἀναμαρτησίας, καὶ ἀναδήσασθαι τῇ μίτρᾳ τὸ σκάφος· καὶ ἡ θεὸς ἕσπετο. Κλαυδία μὲν δὴ ἐξ αἰσχίστης δόξης ἐς ἀρίστην μετέβαλεν. Ῥωμαίοις δὲ καὶ πρὸ τῆς Κλαυδίας ἐκέλευε τὰ Σιβύλλεια, διὰ τοῦ παρὰ σφίσιν ἀρίστου τὸ βρέτας ἐκ Φρυγίας μεταγαγεῖν. Καὶ τὸν ἄριστον ἐν τῷ τότε σφίσι δοκοῦντα εἶναι, Σκιπίωνα, τὸν Νασικᾶν ἐπίκλην, ἐπεπόμφεσαν, υἱὸν μὲν ὄντα Γναίου Σκιπίωνος τοῦ στρατηγήσαντος ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ ἐν αὐτῇ πεσόντος, ἀνεψιὸν δὲ Σκιπίωνος τοῦ Καρχηδονίους ἀφελομένου τὴν ἡγεμονίαν, καὶ πρώτου κληθέντος Ἀφρικανοῦ. Ὧδε μὲν ἡ θεὸς ἐς Ῥώμην δι' ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀρίστων ἀφικνεῖτο.

LVII. Ἐν δὲ Λιβύῃ, Καρχηδονίων συνεχῶς ὑπὸ τοῦδε τοῦ Σκιπίωνος ἡττωμένων, ὅσοι Βρυττίων ταῦτ' ἐγίγνωσκον, ἀφίσταντο ἀπὸ τοῦ Ἀννίβου, καὶ τὰς φρουρὰς οἱ μὲν ἔκτεινον, οἱ δ' ἐξέβαλλον. Οἱ δὲ οὐδέτερα τούτων δυνάμενοι, λάθρα πρὸς τὴν σύγκλητον ἐπρέσβευον, τὴν μὲν ἀνάγκην αὐτῶν καὶ τὴν προαίρεσιν ὑποδεικνύοντες. Ἀννίβας δὲ ἐς μὲν Πετηλίαν ἔνοπλος παρῆλθεν, οὐκ ἔτι Πετηλινῶν ἐχόντων αὐτήν· ἐκβαλὼν γὰρ αὐτοὺς, ἐδεδώκει Βρυττίοις. Ἠτιᾶτο δ', ὅτι ἐπρέσβευσαν ἐς Ῥώμην. Ἀρνουμένων δ' ἐκείνων, ὑπεκρίνετο πιστεύειν. Ἵνα δ', ἔφη, μηδ' ὑπονοῆσθε· τοὺς μὲν δυνατοὺς παρέδωκε τοῖς Νομάσιν, κεχωρισμένως τηρεῖν αὐτῶν ἕκαστον· τοῦ δὲ πλήθους τὰ ὅπλα παρείλετο· τοὺς δὲ δούλους καθοπλίσας, ἐπέστησε τῇ πόλει φύλακας. Καὶ τούτοις ὅμοια, τὰς ἄλλας πόλεις ἐπιὼν, ἐποίει. Θουρίων δὲ τρισχιλίους, Καρχηδονίοις μάλιστα εὔνους, ἐξελόμενος, καὶ πεντακοσίους ἄλλους ἀπὸ τῶν ἀγρῶν, τὰ λοιπὰ τῇ στρατιᾷ διαρπάζειν ἔδωκε. Καὶ τῆς πόλεως ἐγκρατῆ φρουρὰν καταλιπὼν, ἐς Κρότωνα τοὺς τρισχιλίους καὶ πεντακοσίους μετῴκιζε· τὴν πόλιν εὔκαιρον ἡγούμενος εἶναι, καὶ ταμιεῖον αὐτὴν ἑαυτῷ καὶ ὁρμητήριον ἐπὶ τὰς ἄλλας τιθέμενος.

LVIII. Καρχηδονίων δ' αὐτὸν μετακαλούντων, κατὰ

deæ reponenda. Reliqua quoque, quæ ab illo direpta sunt, quæcumque inveniri poterant, deæ restituerunt : quod deficiebat, ex publico ærario suppleverunt.

LVI. Eodem tempore Crassus Consentiam, urbem magnam Bruttiorum, et præter eam sex alia oppida, ab Annibale abstraxit. Romæ autem quum horrenda prodigia animos hominum superstitione replevissent, Decemviri libros Sibyllinos adire jussi, retulerunt, illis diebus Pessinunte, Phrygiæ urbe (ubi Mater deorum a Phrygibus colitur) de cœlo aliquid casurum, quod Romam advehi oporteret. Nec multo post, cecidisse, nunciatum est; et Romam transportatum deæ simulacrum. Et nunc quoque diem illum, quo in urbem illatum est, festum Matri deorum celebrant. Fama est autem, navem, qua ferebatur, vado Tiberini fluminis hæsisse, nec ullo modo aut ulla vi potuisse moveri : et quum prædixissent vates, secuturam, si mulier ab omni alieno concubitu pura et casta traheret, Claudiam Quintiam, quam nimia quædam luxuria admodum suspectam ac pæne ream adulterii fecerat, multis verbis deam de sua innocentia testatam, cingulo suo navem alligasse, deamque secutam. Sic Claudiam, turpem antea famam clarissimo nomine mutavisse. Sed et ante hoc Claudiæ factum, Romani, Sibyllinis libris admoniti, ut per optimum totius civitatis virum simulacrum ex Phrygia accerserent, eo miserant virum tunc temporis optimum judicatum, Scipionem, cognomento Nasicam; filium Cn. Scipionis, qui in Hispania imperator occubuerat, et patruelem Scipionis, qui ademto Pœnis imperio primus Africani nomen retulit. Hoc modo dea per optimos virorum feminarumque Romam adducta est.

LVII. Dein quum in Africa Carthaginienses crebris præliis a Scipione hoc, quem dixi, vincerentur, id resciscentes Bruttii certatim ab Annibale desciverunt, eorumque alii Punica præsidia obtruncarunt, alii expulerunt. Qui neutrum poterant, clam Romam missis legatis, saltem et necessitatem suam, et pronam voluntatem, declarabant. Annibal Peteliam armato exercitu advenit, quam urbem eo tempore Brutti, ejectis civibus ab Annibale sibi traditam, tenebant. Cum iis autem expostulabat, quod legatos, ut ille aiebat, Romam misissent. Quod quum Petelini pernegarent, finxit, se credere : sed ut omnem suspicandi occasionem præcideret (id quidem consilium præ se ferebat), potentiorum quemque separatim asservandum Numidis tradidit; armaque populo ademta, servis præbuit, eosque custodiæ urbis præposuit. Tum reliquas adiit civitates, neque cum illis mitius egit. Thurinorum bona præterquam trium millium civium, quos Carthaginiensibus maxime favere norat, et ex agresti turba quingentorum, militibus diripienda exhibuit; et illos ter mille quingentos, relicto Thuriis valido præsidio, Crotonem traduxit; quam quidem urbem, propter situs opportunitatem, et horreum sibi et arcem belli adversus reliquas civitates delegerat.

LVIII. Sed ubi a civibus accersitus est Annibal, ut peri-

σπουδὴν ἐπικουρεῖν κινδυνευούσῃ τῇ πατρίδι ὑπὸ Σκιπίωνος, καὶ τὸν ναύαρχον Ἀσδρούβαν ἐπ' αὐτὸν, ἵνα μὴ βραδύνειε, πεμψάντων· ἤχθετο μὲν, τῆς Καρχηδονίων ἐς τοὺς ἄρχοντας ἀπιστίας τε καὶ ἀχαριστίας ἐς πεῖραν ἐρχόμενος διὰ μακροῦ· καὶ τὴν αἰτίαν ἐδεδοίκει τοῦ τοσοῦδε πολέμου πρῶτος ἐμβαλὼν ἐν Ἰβηρίᾳ. Ἐγνώκει δ' ὑπ' ἀνάγκης ὅμως ἕπεσθαι, καὶ ναῦς εἰργάζετο πολλὰς, εὐξύλου τῆς Ἰταλίας οὔσης. Τῶν δ' ἔτι ὑπηκόων αἱ πόλεων, ὡς ἀλλοτρίων, καταφρονῶν, ἔγνω διαρπάσαι πάσας, καὶ τὴν στρατιὰν πλουτίσας, εὔνουν ἐς τὰς ἐν Καρχηδόνι συκοφαντίας ἐπαγαγέσθαι. Αἰδούμενός τε αὐτὸς παρασπονδεῖν, Ἀσδρούβαν τὸν ναύαρχον ἐπὶ προφάσει περιέπεμπε, τοὺς φρουροῦντας ὀψόμενον. Ὁ δὲ ἐς ἑκάστην πόλιν ἐσιὼν, ἐκέλευσε τοῖς ἐνοικοῦσιν, αὐτούς τε καὶ δούλους αὐτῶν ὅσα δύναιντο λαβόντας, ἐκ τῶν πόλεων μεθίστασθαι· καὶ τὰ λοιπὰ διήρπαζε. Τούτων ἔνιοι πυνθανόμενοι, πρὶν τὸν Ἀσδρούβαν ἥκειν, τοῖς φρουροῖς ἐπετίθεντο. Καὶ συνέβαινεν, ὅπου μὲν κρατεῖν τὰς πόλεις, ὅπου δὲ τοὺς φρουρούς. Σφαγή τε ποικίλη, καὶ γυναικῶν ὕβρις, καὶ παρθένων ἀπαγωγαὶ, καὶ πάντα, ὅσα ἐν πόλεσιν ἑαλωκυίαις, ἐγίγνοντο.

LIX. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἀννίβας, τοὺς συστρατευομένους οἱ τῶν Ἰταλῶν εἰδὼς εὖ γεγυμνασμένους ἔπειθε πολλαῖς ὑποσχέσεσιν, ἐς τὴν Λιβύην αὐτῷ συστρατεῦσαι. Καὶ τούτων οἱ μὲν τὰ ἡμαρτημένα σφίσιν ἐς τὰς πατρίδας δεδιότες, εἵποντο, φεύγοντες τὴν οἰκείαν ἑκόντες· οἱ δὲ οὐδὲν ἁμαρτόντες, ὤκνουν. Ἀθροίσας οὖν τούσδε τοὺς ὑπομένειν ἀξιοῦντας, ὡς δή τι λέξων αὐτοῖς, ἢ χαριούμενος τῶν γεγονότων, ἢ περὶ τοῦ μέλλοντος ἐπισκήψων, περιέστησε τὴν στρατιὰν ὡπλισμένην ἄφνω, καὶ προσέταξε τοῖς ἰδίοις, ἀνδράποδα ἐξ αὐτῶν ὅσα θέλουσιν ἐπιλέξασθαι. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἐπελέξαντο, οἱ δὲ ᾐδοῦντο συστρατιώτας πολλὰ συνειργασμένους σφίσιν ἀνδραποδίσασθαι, τοὺς λοιποὺς κατηκόντισεν ἅπαντας, τοῦ μὴ τοιούσδε ἄνδρας ποτὲ Ῥωμαίοις γενέσθαι χρησίμους· ἐπικατέσφαξε δ' αὐτοῖς καὶ ἵππους ἐς τετρακισχιλίους, καὶ πλῆθος ὑποζυγίων, οὐ δυνάμενος ἐς Λιβύην ἐπάγεσθαι.

LX. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐς τὰς ναῦς τὸ πλῆθος ἐμβιβάσας, τὸ πνεῦμα ἀνέμενεν, ὀλίγους ἐς φυλακὴν ἐπὶ τῆς γῆς καταλιπών. Οἱ δὲ Πετηλινοὶ καὶ σὺν αὐτοῖς ἕτεροι Ἰταλοὶ ἐπέθεντο, καί τινας αὐτῶν κατασφάξαντες, ἀπέδρασαν. Ἀννίβας δ' ἐπὶ Λιβύης ἀνήγετο, ἑκκαίδεκα ἔτεσιν ὁμαλῶς πορθήσας τε τὴν Ἰταλίαν, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐμπλήσας κακῶν μυρίων, καὶ ἐς κίνδυνον ἔσχατον πολλάκις συναγαγών· τοῖς τε ὑπηκόοις αὑτοῦ καὶ συμμάχοις ἐνυβρίσας, ὡς πολεμίοις. Ἅτε γὰρ καὶ τέως αὐτοῖς οὐκ ἐπ' εὐνοίᾳ μᾶλλον ἢ χρείᾳ χρώμενος, οὐδὲν ἔχων ἔτι πρὸς αὐτῶν ὠφελεῖσθαι, κατεφρόνησεν ὡς πολεμίων.

LXI. Ἀννίβου δ' ἀποπλεύσαντος, ἡ βουλὴ τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθνεσι τῆς Ἰταλίας, ὅσοι μετέθεντο πρὸς ἐκεῖνον, συνέγνω τῶν γεγονότων, καὶ ἀμνηστίαν ἐψηφίσατο·

clitanti patriæ quamprimum opem contra Scipionem ferret; misso etiam ad eum, ne moraretur, Asdrubale, classis præfecto; graviter quidem ille doluit, perfidos quippe ingratosque Carthaginiensium in suos imperatores animos jam pridem expertus; et nunc eo magis etiam sibi metuens, ut qui tanti hujus belli causa exstitisset in Hispania. Sequi tamen, quia parendum erat, constituit; navesque multas, affatim materiam suppeditante Italia ædificavit. At priusquam solveret, sociarum sibique subditarum urbium, quas jam ceu alienas nihil amplius curabat, expilationibus direptionibusque militem suum ditare constituit, ut ejus benevolentia tutus esset adversus civium calumnias. Sed veritus ipsemet contra fidem æquitatemque socios violare, aliena opera maluit uti: Asdrubalemque, classis præfectum, per simulationem causamque visendi præsidia, per civitates dimisit. Atque is singulas ingressus, jussis civibus una cum servis, sublatis quas ferre possent sarcinis, urbibus exire, reliqua diripiebat. Qua re divulgata, multi ante adventum Asdrubalis in milites præsidiarios insurrexerunt: varioque eventu, alibi oppidani, alibi milites, victoria potiebantur. Sic cædes ingens, tum matronarum stupra, virginumque raptus, et quæcumque ejus generis alia usu venire captis urbibus solent, admittebantur.

LIX. Ipse interim Annibal Italici generis milites, qui sub eo meruerant, haud ignarus strenuos ac probe exercitatos esse, magnificis promissis tentavit in Africam secum pertrahere. Quorum qui ob flagitia in patriam admissa pœnas metuebant, voluntario exsilio sese multantes, secuti sunt. Sed qui nullius mali facinoris sibi conscii erant, abnuerunt. Eos igitur, qui remanere quam sequi malebant, in unum locum (quasi vel ad eos verba facere, vel præmia rerum gestarum rependere, vel aliquid in posterum mandare vellet) convenire omnes jussos, repente exercitu armato circumsepsit; suisque imperavit, ut ex iis, quot luberet, mancipia deligerent. Fuere, qui eligerent; alios pudebat, commilitones, quibuscum tot res gessissent, sic in fœdam servitutem protrudere. Qui restabant, ne Romanis unquam utiles esse possent tales viri, cuncti jaculis confixi sunt. Ad hæc equorum ad quatuor millia, et jumentorum vim non parvam, quia in Africam trajicere non poterat, jugulari Annibal jussit.

LX. Post hæc, exercitu in naves imposito, ventum exspectavit, paucis præsidii causa in continenti relictis: quos mox Petelini aliique Itali adorti, non prius discesserunt, quam partem ex iis obtruncassent. Annibal autem in Africam solvit, postquam, devastata per sexdecim totos continuos Italia, infinitis calamitatibus incolas immersisset, remque romanam in extremum discrimen plus semel adduxisset, denique proprios suos subditos sociosque non secus ac hostes, injuriis omnibus contumeliisque affecisset. Nam quorum opera, non tam benevolentia, quam necessitate coactus, usus antea fuerat; hos, quo tempore nihil amplius in iis auxilii aut commodi esse sensit, ceu hostes, dejecit.

LXI. Annibale Italia egresso, senatus Italicis omnibus populis, qui ad Pœnum defecerant, veniam dedit, resque omnes antea actas oblivione sempiterna delendas censuit.

Βρυττίων δὲ μόνων, οἳ μέχρι τέλους αὐτῷ προθυμότατοι ἐγεγένηντο, χώραν τε πολλὴν ἀφείλετο, καὶ ὅπλα, εἴ τινα ἦν ἔτι χωρὶς ὧν Ἀννίβας ἀφῄρητο· ἔς τε τὸ μέλλον ἀπεῖπεν αὐτοῖς μὴ στρατεύεσθαι, ὡς οὐδ' ἐλευθέροις οὖσιν· ὑπηρέτας δὲ τοῖς τε ὑπάτοις καὶ στρατηγοῖς τοῖς ἐς τὰς τῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας ἀπιοῦσιν, ἐς τὰς δημοσίας ὑπηρεσίας, οἷα θεράποντας, ἀκολουθεῖν. Τοῦτο τὸ τέλος ἦν Ἀννίβου τῆς ἐς τὴν Ἰταλίαν γενομένης ἐσβολῆς. [Καὶ ἔτη τῷ Καρχηδονίων τῷδε πολέμῳ δύο καὶ πεντήκοντα ἦν.]

Bruttiis solis, quia ad ultimum promtissimi socii Annibali permanserant, et pars agri ademta, et arma, quæcumque restabant post ea quæ Annibal prius eis eripuerat. Omni etiam militia (ut qui jus libertatis amisissent) illis interdictum : et Romanos consules et prætores in provincias euntes, ad publica servorum munia obeunda, veluti famuli, sequi jussi sunt. Hic exitus fuit expeditionis ab Annibale in Italiam susceptæ. [Dein, per duos adhuc annos in Africa continuato alteri huic Carthaginiensium cum Romanis bello finis tandem impositus est; et pax facta, quæ quinquaginta (*potius* duos et quinquaginta) annos permansit.]

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΟΣ Η,

ΛΙΒΥΚΗ

ΗΤΟΙ

ΤΑ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΚΑ.

I. Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ Φοίνικες ᾤκισαν, ἔτεσι πεντήκοντα πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου. Οἰκισταὶ δ' αὐτοῖς ἐγένοντο Ζῶρός τε καὶ Καρχηδών· ὡς δὲ Ῥωμαῖοι καὶ αὐτοὶ Καρχηδόνιοι νομίζουσι, Διδὼ, γυνὴ Τυρία. Ἧς τὸν ἄνδρα κατακαίνει Πυγμαλίων, Τύρου τυραννεύων, καὶ τὸ ἔργον ἐπέκρυπτεν· ἡ δὲ ἐξ ἐνυπνίου τὸν φόνον ἐπέγνω, καὶ μετὰ χρημάτων πολλῶν καὶ ἀνδρῶν, ὅσοι Πυγμαλίωνος τυραννίδα ἔφευγον, ἀφικνεῖται πλέουσα Λιβύης ἔνθα νῦν ἐστι Καρχηδών. Ἐξωθούμενοι δ' ὑπὸ τῶν Λιβύων, ἐδέοντο χωρίον ἐς συνοικισμὸν λαβεῖν, ὅσον ἂν βύρσα ταύρου περιλάβοι. Τοῖς δὲ ἐνέπιπτε μέν τι καὶ γέλωτος ἐπὶ τῇ τῶν Φοινίκων μικρολογίᾳ, καὶ ᾐδοῦντο αντειπεῖν περὶ οὕτω βραχυτάτου. Μάλιστα δ' ἠπόρουν, ὅπως ἂν πόλις ἐν τηλικούτῳ διαστήματι γένοιτο· καὶ ποθοῦντες ἰδεῖν, ὅ τι ἐστὶν αὐτοῖς τοῦτο τὸ σοφὸν, συνέθεντο δώσειν, καὶ ἐπώμοσαν. Οἱ δὲ, τὸ δέρμα περιτεμόντες ἐς ἱμάντα ἕνα στενώτατον, περιέθηκαν ἔνθα νῦν ἐστιν ἡ Καρχηδονίων ἀκρόπολις· καὶ ἀπὸ τοῦδε Βύρσα ὀνομάζεται.

II. Χρόνῳ δ', ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι, καὶ τῶν περιοίκων ἀμείνους ὄντες ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, ναυσί τε χρώμενοι, καὶ τὴν θάλασσαν οἷα Φοίνικες ἐργαζόμενοι, τὴν πόλιν τὴν ἔξω τῇ Βύρσῃ περιέθηκαν. Καὶ δυναστεύοντες ἤδη, Λιβύης ἐκράτουν καὶ πολλῆς θαλάσσης· ἐκδήμους τε πολέμους ἐστράτευον ἐς Σικελίαν, καὶ Σαρδὼ, καὶ νήσους ἄλλας ὅσαι τῆσδε τῆς θαλάσσης εἰσὶ, καὶ ἐς Ἰβηρίαν. Πολλαχῇ δὲ καὶ ἀποικίας ἐξέπεμπον. Ἥ τε ἀρχὴ αὐτοῖς ἐγένετο δυνάμει μὲν ἀξιόμαχος τῇ Ἑλληνικῇ, πλουσίᾳ δὲ μετὰ τὴν Περσικήν. Ἑπτακοσίοις δ' αὐτοὺς ἔτεσιν ἀπὸ τοῦ συνοικισμοῦ Ῥωμαῖοι Σικελίαν ἀφείλοντο, καὶ Σαρδὼ μετὰ Σικελίαν· δευτέρῳ δὲ πολέμῳ καὶ Ἰβηρίαν. Ἔς τε τὴν ἀλλήλων ἐμβαλόντες μεγάλοις στρατοῖς, οἱ μὲν, Ἀννίβου σφῶν ἡγουμένου, τὴν Ἰταλίαν ἐπόρθουν ἑκκαίδεκα ἔτεσιν ἑξῆς· οἱ δὲ Λιβύην, Κορνηλίου Σκιπίωνος τοῦ πρεσβυτέρου σφῶν στρατηγοῦντος· μέχρι τὴν ἡγεμονίαν Καρχηδονίους ἀφείλοντο, καὶ ναῦς, καὶ ἐλέφαντας, καὶ χρήματα σφίσιν ἐπέταξαν ἐσενεγκεῖν ἐν χρόνῳ. Δευτεραί τε

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

LIBER OCTAVUS,

DE REBUS LIBYCIS

PARS PRIOR,

DE REBUS PUNICIS.

Carthago Africæ, a Phœnicibus condita est. Id quinquagesimo ante Trojam captam anno factum esse, prodiderunt Græci, qui Zorum et Carchedonem illis coloniæ duces memorant. Sed ex Romanorum atque ex ipsorum Carthaginiensium constanti opinione, originem Carthagini Tyria Dido dedit. Cujus maritum quum interfecisset Tyri tyrannus Pygmalion, culpamque dissimulasset, Dido, per insomnium de patrata cæde commonefacta, magnis cum opibus et cum Tyriorum multis, qui Pygmalionis fugiebant tyrannidem navibus profecta, in Africæ oram, ubi nunc Carthago est, pervenit. Quumque repellerentur ab Afris, petivere tantum loci ad incolendum, quantum tauri tergus comprehenderet. Riserunt illi Phœnicum exile petitum, et puduit tantillam rem pernegare. Sed maxime mirati sunt, quonam modo oppidum in tam angusto spatio posset fieri: cupidique videndi, qualenam esset ingeniosum illud commentum, jurati promiserunt, se daturos. Phœnices, secto in orbem corio, sic, ut unam corrigiam efficeret tenuissimam, circumtenderunt ubi nunc est arx Carthaginiensium: quam inde Byrsam nominant.

II. Procedente tempore, quum ex hac sede excursiones facere, finitimisque populis bello superiores esse, et classibus maria patrio more navigare cœpissent, urbi urbem circumdederunt. Jamque potentes, obtinuerunt Africam; ac, late mari imperantes, externas quoque expeditiones in Siciliam, in Sardiniam, aliasque maris ejus insulas, et in Hispaniam quoque susceperunt; denique colonias passim deduxerunt. Itaque imperium acquisiverant, Græcorum contendendum viribus, opulentia vero ad Persarum imperium proxime accedens. Septingentesimo autem anno a condita Carthagine, Romani Siciliam eis abstulerunt, et paulo post Sardiniam, secundo vero bello Punico Hispaniam. Invadentesque magnis copiis alteri alteros suis in sedibus, Pœni Annibale duce per sexdecim annos Italiam vastarunt; Romani vero Africam, Cornelii Scipionis majoris auspiciis: donec hi Carthaginiensibus imperium, classes, elephantos ademerunt, pecuniamque ad certum tempus persolvendam imperarunt. Tum vero pax, reddita ex fœdere, per annos

σπονδαὶ Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις αἵδε διέμειναν ἐς ἔτη πεντήκοντα· μέχρι λύσαντες αὐτὰς, τρίτον πόλεμον καὶ τελευταῖον ἀλλήλοις ἐπολέμησαν· ἐν ᾧ Καρχηδόνα Ῥωμαῖοι κατέσκαψαν, Σκιπίωνος τοῦ νεωτέρου σφῶν στρατηγοῦντος, καὶ ἐπάρατον ἔγνωσαν. Αὖθις δ' ᾤκισαν ἰδίοις ἀνδράσιν, ἀγχοτάτω μάλιστα τῆς προτέρας, ὡς εὔκαιρον **ἐπὶ** Λιβύη χωρίον. Τούτων τὰ μὲν ἀμφὶ Σικελίαν ἡ Σικελικὴ γραφὴ δηλοῖ· τὰ δ' ἐν Ἰβηρίᾳ γενόμενα, ἡ Ἰβηρική· καὶ ὅσα Ἀννίβας ἐς Ἰταλίαν ἐσβαλὼν ἔπραξεν, ἡ Ἀννιβαϊκή. Τὰ δ' ἐν Λιβύῃ γενόμενα ἀπ' ἀρχῆς, ἥδε συνάγει.

III. Ἤρξαντο δ' αὐτῶν ἀμφὶ τὸν Σικελικὸν πόλεμον οἱ Ῥωμαῖοι, ναυσὶ πεντήκοντα καὶ τριακοσίαις ἐπιπλεύσαντες ἐς Λιβύην, καὶ πόλεις τινὰς ἑλόντες, καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τῇ δυνάμει καταλιπόντες Ἀτίλιον Ῥῆγλον· ὃς ἄλλας τε πόλεις διακοσίας προσέλαβεν, αἳ Καρχηδονίων ἔχθει πρὸς αὐτὸν μετετίθεντο, καὶ τὴν χώραν ἐπιὼν ἐπόρθει. Καρχηδόνιοι δὲ Λακεδαιμονίους στρατηγὸν ᾔτουν, οἰόμενοι δι' ἀναρχίαν κακοπραγεῖν. Οἱ μὲν δὴ Ξάνθιππον αὐτοῖς ἔπεμπον. Ὁ δὲ Ἀτίλιος ἀμφὶ λίμνῃ στρατοπεδεύων, ὥρᾳ καύματος περιώδευε τὴν λίμνην ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ὅπλων τε βάρει, καὶ δίψει καὶ πνίγει καὶ ὁδοιπορίᾳ κακοπαθῶν, καὶ βαλλόμενος ἀπὸ κρημνῶν ἄνωθεν. Ὡς δ' ἐπλησίασε περὶ ἑσπέραν, καὶ ποταμὸς αὐτοὺς διεῖργεν, ὁ μὲν εὐθὺς ἐπέρα τὸν ποταμὸν, ὡς καὶ τῷδε τὸν Ξάνθιππον ἐκπλήξων. Ὁ δὲ συντεταγμένην τὴν στρατιὰν ἐπαφίησι διὰ τῶν πυλῶν, ἐλπίσας κεκμηκότος καὶ κακοπαθοῦντος περιέσεσθαι, καὶ τὴν νύκτα πρὸς τῶν νικώντων ἔσεσθαι. Τῆσδε μὲν οὖν τῆς ἐλπίδος ὁ Ξάνθιππος οὐκ ἀπέτυχεν. Ἀπὸ γὰρ τρισμυρίων ἀνδρῶν, οὓς ὁ Ἀτίλιος ἦγεν, ὀλίγοι μόλις αὐτῶν ἐς Ἀσπίδα πόλιν διέδρασαν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, οἱ μὲν ἀπώλοντο, οἱ δ' ἐζωγρήθησαν. Καὶ μετ' αὐτῶν ὁ στρατηγὸς Ἀτίλιος, ὕπατος γεγονὼς, αἰχμάλωτος ἦν.

IV. Τόνδε μὲν δὴ μετ' οὐ πολὺ κάμνοντες οἱ Καρχηδόνιοι σὺν οἰκείοις πρέσβεσιν ἔπεμψαν ἐς Ῥώμην, ἐργασόμενον σφίσι διαλλαγὰς, ἢ ἐπανήξοντα. Καὶ ὁ Ἀτίλιος Ῥῆγλος ἐν ἀπορρήτῳ τοῖς τέλεσι Ῥωμαίων ἐπισκήψας ἐγκρατῶς ἔχεσθαι τοῦ πολέμου, ἐπανῆλθεν ἐς λύμην ἕτοιμον. Καὶ αὐτὸν οἱ Καρχηδόνιοι, καθείρξαντες ἐν γαλεάγρᾳ κέντρα πάντοθεν ἐχούσῃ, διέφθειραν. Ξανθίππῳ δὲ τὸ εὐτύχημα συμφορῶν ἦρξε. Καρχηδόνιοι γὰρ αὐτὸν, ἵνα μὴ δοκοίη Λακεδαιμονίων ἔργον εἶναι τοσοῦτον, ὑποκρινάμενοι τιμᾶν δωρεαῖς πολλαῖς, καὶ προπέμπειν ἐπὶ τριηρῶν ἐς Λακεδαίμονα, τοῖς τριηράρχαις ἐνετείλαντο, μετὰ τῶν συμπλεόντων Λακώνων καταποντίσαι. Ὁ μὲν δὴ δίκην ἔδωκε τήνδε εὐπραξίας. Καὶ τάδε ἦν τοῦ πρώτου πολέμου Ῥωμαίοις περὶ Λιβύην εὐπραγήματά τε καὶ ἀτυχήματα, μέχρι Καρχηδόνιοι Σικελίας Ῥωμαίοις ἀπέστησαν. Ὅπως δὲ ἀπέστησαν, ἐν τῇ Σικελικῇ γραφῇ δεδήλωται.

V. Μετὰ δὲ τοῦτο Ῥωμαίοις μὲν καὶ Καρχηδονίοις εἰρηναῖα ἦν ἐς ἀλλήλους. Λίβυες δ', ὅσοι Καρχηδο-

mansit quinquaginta; donec hac quoque turbata, tertium ac novissimum bellum Punicum exortum est : quo victores Romani diruerunt Carthaginem ductu Scipionis minoris, additis in instauratores diris imprecationibus. Coloniam tamen ex suis civibus in locum proximum antiquæ Carthagini deduxerunt, opportunam ad Afros in officio continendos. Cæterum quæ Carthaginienses in Sicilia gesserunt, continet Sicula nostra Historia; sicut Hispaniensis, quæ gesserunt in Hispania; et Annibalica, quæ Annibal in Italia, quum bellum in eam transtulisset, gessit. Hoc volumen rebus in Africa inde ab initio gestis dicatum est.

III. Cœperunt autem res in Africa gerere Romani tempore Siculi belli; quando trecentis quinquaginta navibus appulerunt, et, captis aliquot urbibus, Atilium Regulum cum exercitu et potestate ibi reliquerunt. Is alia insuper ducenta oppida in deditionem accepit, quæ odio Carthaginiensium ad eum defecerunt : progressusque ulterius, agrum Carthaginiensium passim populatus est, oppidaque expugnavit. Illi, ob bonorum imperatorum inopiam res suas afflictas rati, ducem a Lacedæmoniis petiverunt; ab eisque impetrarunt Xanthippum. Adversus quem Regulus, quum ad lacum aliquem æstiva habuisset, motis castris, flagrante æstu, præter lacum circumduxit exercitum, gravitate armorum, siti, æstuque, et labore pressum, ac telis quoque superne e præruptis locis impetitum. Sub vesperam autem, quum jam haud procul abesset ab hoste, et fluvius dirimeret utrumque exercitum, continuo in ripam ulteriorem traduxit suos, ut sic quoque terreret Xanthippum. At ille suos instructos e castris contra Regulum duxit; ratus facilem fore de fessis et male affectis victoriam, ipsamque imminentem noctem victores adjuturam. Nec frustratus est ea spe. Nam e triginta virorum millibus, quibus Atilius præerat, pauci ægre evasere Clupeam : reliqui omnes aut cæsi sunt aut capti; et cum his ipse proconsul Atilius Regulus in hostium venit potestatem.

IV. Hunc non multo post Carthaginienses, bello fatigati, miserunt cum suis legatis Romam, ut aut pacem eis impetraret, aut reverteretur. At Regulus, clam cum magistratibus Romanorum collocutus, monuit eos, ut fortiter bellum continuarent; atque sic ad supplicium, quod eum Carthagine manebat, est reversus. Pœni inclusum cavea, stimulis intus undique exstantibus, confecerunt. Et Xanthippo sua felicitas perniciem attulit. Carthaginienses enim, ne opus Lacedæmoniorum videretur tanta victoria, finxerunt, se velle Xanthippum, egregie donatum, honoris causa cum triremibus in patriam remittere : quarum præfectis mandarunt, ut eum cum ceteris Laconibus in altum mergerent. Sic ille pro strenue navata opera pœnas dedit. Atque hæ fuere Romanis in Africa cladium victoriarumque vices primo Punico bello. Quo deinceps confecto, Sicilia Romanis cessere Carthaginienses. Quomodo autem cesserint, in Rebus Siculis indicatum est.

V. Post hæc pax fuit inter Romanum Carthaginiensemque populos. Cæterum Afri Pœnis subditi, qui eis contra

νίων ὄντες ὑπήκοοι συμμεμαχήκεσαν αὐτοῖς ἐπὶ Σικελίαν, καὶ Κελτῶν ὅσοι μεμισθοφορήκεσαν, ἐγκλήματά τινα μισθῶν καὶ ὑποσχέσεων ἐς τοὺς Καρχηδονίους ἔχοντες, ἐπολέμουν αὐτοῖς μάλα καρτερῶς. Οἱ δὲ Ῥωμαίους ἐς συμμαχίαν ὡς φίλους ἐκάλουν. Καὶ αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι ξενολογεῖν ἐς μόνον τόνδε τὸν πόλεμον ἀπὸ τῆς Ἰταλίας ἐφῆκαν· ἀπείρητο γὰρ ἐν ταῖς σπονδαῖς καὶ τόδε. Ἔπεμψαν δὲ καὶ διαλλακτῆρας· οἷς οἱ Λίβυες οὐχ ὑπήκουον, ἀλλὰ τὰς πόλεις ἐδήλωσαν ὑπηκόους εἶναι Ῥωμαίων, εἰ θέλοιεν· οἱ δ' οὐκ ἐδέξαντο. Καρχηδόνιοι δὲ ναυτικῷ πολλῷ ταῖς πόλεσιν ἐφεδρεύοντες, τὴν ἀγορὰν αὐτῶν ἀφῃροῦντο τὴν ἐκ τῆς θαλάσσης. Ἀσπόρου δὲ καὶ τῆς γῆς ὡς ἐν πολέμῳ γενομένης, Λιβύων μὲν διὰ τὸν λιμὸν ἐκράτουν. Ἐμπόρους δ', ὅσοι παρέπλεον, ἐλῄστευον ἐξ ἀπορίας· τοὺς δὲ Ῥωμαίων καὶ κτείνοντες, ἔβαλον ἐς τὸ πέλαγος, ἵνα λανθάνοιεν. Καὶ διέλαθον ἐπὶ πολύ. Γνωσθέντος δὲ τοῦ γιγνομένου, ποινὴν αἰτούμενοι, διωθοῦντο· μέχρι, Ῥωμαίων ἐπιστρατεύειν αὐτοῖς ψηφισαμένων, Σαρδὼ ποινὴν ἔδωκαν. Καὶ τόδε ταῖς προτέραις συνθήκαις ἐνεγράφη.

VI. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον οἱ Καρχηδόνιοι στρατεύουσιν ἐς Ἰβηρίαν, καὶ αὐτὴν κατὰ μέρος ὑπήγοντο· μέχρι, Ζακανθαίων ἐπὶ Ῥωμαίους καταφυγόντων, Καρχηδονίοις ὅρος ἐν Ἰβηρίᾳ γίγνεται, μὴ διαβαίνειν τὸν Ἴβηρα ποταμόν. Καὶ τάσδε αὖ τὰς σπονδὰς ἔλυσαν Καρχηδόνιοι, περάσαντες, Ἀννίβου σφῶν ἡγουμένου. Διαβάντες δὲ, ὁ μὲν Ἀννίβας διαστρατηγεῖν ἑτέροις τὰ ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπὼν, ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐσέβαλε. Στρατηγοὶ δὲ Ῥωμαίων ἐν Ἰβηρίᾳ, Πούπλιός τε Κορνήλιος Σκιπίων, καὶ Γναῖος Κορνήλιος Σκιπίων, ἀλλήλοιν ἀδελφὼ, λαμπρὰ ἔργα ἀποδεικνυμένω, ἐθνῃσκέτην ἄμφω πρὸς τῶν πολεμίων. Καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς στρατηγοὶ κακῶς ἔπραττον· μέχρι Σκιπίων ὁ Πουπλίου Σκιπίωνος τοῦδε, τοῦ περὶ Ἰβηρίαν ἀναιρεθέντος, υἱὸς, ἐπιπλεύσας, καὶ δόξαν ἅπασιν ἐμβαλὼν ὡς ἥκοι κατὰ θεὸν, καὶ δαιμονίῳ χρῷτο συμβούλῳ περὶ ἁπάντων, ἐκράτει τε λαμπρῶς, καὶ ἐπὶ δόξης ἐκ τοῦδε πολλῆς γενόμενος, τὴν μὲν στρατηγίαν τοῖς ἐς διαδοχὴν ἐπιπεμφθεῖσι παρέδωκεν· ἐς δὲ Ῥώμην ἐπανελθὼν, ἠξίου πεμφθῆναι στρατηγὸς ἐς Λιβύην, ὡς ἀναστήσων Ἀννίβαν ἐξ Ἰταλίας, καὶ Καρχηδονίοις δίκην ἐπιθήσων ἐν τῇ πατρίδι.

VII. Τῶν δὲ πολιτευομένων οἱ μὲν ἀντέλεγον, οὐ χρῆναι, κεκενωμένης ἄρτι τῆς Ἰταλίας τοσοῖσδε πολέμοις, καὶ πορθουμένης ἔτι πρὸς Ἀννίβου, καὶ Μάγωνος ἐν πλευραῖς ἐπ' αὐτὴν Λίγυάς τε καὶ Κελτοὺς ξενολογοῦντος, ἐς Λιβύην στρατεύειν· οὐδὲ τὴν ἀλλοτρίαν χειροῦσθαι, πρὶν τὴν οἰκείαν ἀπαλλάξαι τῶν παρόντων. Οἱ δὲ ᾤοντο, Καρχηδονίους νῦν μὲν ἀδεεῖς ὄντας ἐφεδρεύσειν τῇ Ἰταλίᾳ, οὐδὲν ἐνοχλουμένους οἴκοι· πολέμου δὲ οἰκείου σφίσι γενομένου, καὶ Ἀννίβαν μεταπέμψεσθαι. Οὕτω μὲν ἐκράτησε, πέμπειν ἐς Λιβύην Σκιπίωνα. Οὐ μὴν συνεχώρησαν αὐτῷ, καταλέγειν στρατὸν ἐξ Ἰταλίας, πονουμένης ἔτι πρὸς Ἀννίβου· ἐθελοντὰς δὲ, εἴ τινες εἶεν, ἐπέτρεψαν ἐπάγεσθαι, καὶ τοῖς

Siculos miserant auxilia, et Galli, qui eorum stipendia meruerant, de non solutis sibi stipendiis reliquisque promissis frustra conquesti, grave bellum Carthaginiensibus intulerunt. Quibus, quum Romanorum, ut amicorum, implorarent auxilium, permissum est, ut ad hoc solum bellum militem Italum mercede conducerent; nam ex fœderis legibus ne hoc quidem eis licebat. Missi etiam Roma sunt, qui pacem inter partes conciliarent; quos Afri audire noluerunt, sed futuros se sub imperio Romanorum, dixerunt, si illis videretur. Nec sunt tamen a Romanis recepti. At Carthaginienses, magnis classibus infestando civitates quæ defecerant, maritimo commeatu eas intercludebant : et quia ager (ut fit in bello) non colebatur, Afri fame domiti succubuerunt. Verum mercatores quoque, quotquot prænavigabant, prædonum more, propter inopiam spoliabant Pœni. Romanos autem mercatores etiam interficiebant, et in mare projiciebant, quo laterent scelesta facinora. Satisque diu latuerunt. Ac deprehensi tandem, pœnas luere poscentibus Romanis recusarunt; donec, decreto contra eos bello, satis fecerunt, Sardinia populo romano cedentes. Idque priori fœderi est adscriptum.

VI. Non multo post autem Carthaginienses expeditionem susceperunt in Hispaniam : quam per partes adorti subjugabant, donec, Saguntinis ad Romanos confugientibus, Pœnis in Hispania præfixus est terminus, ne transirent Iberum fluvium. Quod fœdus rursum violarunt Carthaginienses, duce Annibale, Iberum trajicientes. Inde Annibal, imperio in Hispania aliis ducibus relicto, irrupit in Italiam. Romani vero duces P. et Cn. Scipiones fratres, in Hispania præclaras adepti victorias, ambo cæsi sunt ab hostibus. Et qui post eos rexerunt exercitus, parum prospere bellum administrabant; donec Scipio, Publii illius, qui in Hispania cecidit, filius, cum classe eo profectus, opinione omnium a deo mitti creditus, et divinitus omnia gerere, vicit egregie. Partaque hinc ingenti gloria, exercitu successoribus Roma missis tradito, in urbem reversus Scipio, postulavit, ut in Africam mitteretur cum exercitu; retracturus Annibalem ex Italia, et a Carthaginiensibus pœnas in ipsorum patria expetiturus.

VII. Atque id quidem nonnulli ex reipublicæ administratoribus dissuadebant; negantes, oportere, exinanita tot bellis Italia, Annibale tunc quoque illam vastante, Magone in Italiæ latere Ligures Gallosque mercede adversus eamdem conducente, in Africam expeditionem suscipere, et aliena subjicere velle, priusquam domi sit securitas. Alii vero existimabant, Carthaginienses, nunc quidem, quamdiu ab alio metu liberi essent, nemine eos domi infestante, ab Italia non destituros; sed, quod si domestico bello implicarentur, Annibalem revocaturos. Et hæc sententia vicit, ut in Africam Scipio mitteretur. Neque tamen permiserunt ei delectus habere in Italia, etiam tum pressa armis Annibalis : tantum voluntarios milites, si qui se offerrent, permissus

ἀμφὶ τὴν Σικελίαν ἔτι οὖσι χρῆσθαι. Τριήρεις τε ἔδοσαν αὐτῷ κατασκευάσασθαι δέκα, καὶ πληρώματα αὐταῖς λαβεῖν, ἐπισκευάσαι δὲ καὶ τὰς ἐν Σικελίᾳ. Καὶ χρήματα οὐκ ἔδωκαν, πλὴν εἴ τις ἐθέλοι τῷ Σκιπίωνι κατὰ φιλίαν συμφέρειν. Οὕτως ἀμελῶς ἥπτοντο τοῦδε τοῦ πολέμου τὰ πρῶτα, μεγίστου σφίσι καὶ ἀξιοτιμοτάτου μετ' ὀλίγον γενομένου.

est secum ducere, et Siculo uti exercitu. Data etiam ei potestas decem construendi triremes, et pro eis socios navales legendi; denique naves, quæ jam in Sicilia essent, instruendi. Sed pecunia nulla ei præbita, nisi quam privatim amici Scipionis contulerunt. Adeo negligenter bellum hoc aggressi sunt Romani, quod non multo post maximi momenti eisdem visum est.

VIII. Ὁ δὲ Σκιπίων, ἔνθους ὢν ἐπὶ Καρχηδόνι ἐκ πολλοῦ, καί τινας ἱππέας τε καὶ πεζοὺς, ἐς ἑπτακισχιλίους μάλιστα, ἀθροίσας, διέπλευσεν ἐς Σικελίαν, ἔχων ἀμφ' αὐτὸν ἀρτιγενείους ἐπιλέκτους τριακοσίους, οἷς εἴρητο, χωρὶς ὅπλων ἕπεσθαι. Σικελῶν δ' αὖ τριακοσίους καταγράψας εὐδαίμονας, ἐκέλευσεν ἥκειν ἐς ἡμέραν ῥητὴν, ἐσκευασμένους ὅπλοις τε καὶ ἵπποις ὅτι δύναιντο καλλίστοις. Ὡς δὲ ἀφίκοντο, προὔθηκεν, εἴ τις ἑαυτοῦ θέλοι τὸν στρατευσόμενον ἀντιδοῦναι. Δεξαμένων δὲ πάντων, ἤγαγεν ἐς μέσον τοὺς τριακοσίους τῶν ὅπλων ἐρήμους, καὶ ἐς τούσδε ἐκείνοις προσέταξε μετασκευάσασθαι. Οἱ δ' ἑκόντες παρεδίδοσαν ὅπλα καὶ ἵππους. Καὶ περιῆν τῷ Σκιπίωνι, τριακοσίους νέους Ἰταλιώτας ἔχειν, ἀντὶ Σικελιωτῶν, κάλλιστα ἵπποις καὶ ὅπλοις ἀλλοτρίοις ἐσκευασμένους, καὶ χάριν εὐθὺς ἐπὶ τῷδε εἰδότας· οἷς δὴ καὶ προθυμοτάτοις ἐς πάντα χρώμενος διετέλει.

VIII. At Scipio, qui velut divino quodam instinctu jam dudum ferebatur contra Carthaginem, equitum peditumque ferme septem millibus collectis, trajecit in Siciliam, habens circa se primæ pubis selectos numero trecentos, quos inermes sequi se jusserat. Deinde conscripto pari numero divitum Siculorum, jussit, ut ad certam diem præsto essent, instructi armis equisque quantum possent pulcherrimis. Ubi advenere, potestatem eis fecit substituendi sibi vicarios. Quod ubi libenter acceperunt omnes, produxit in medium suos ccc inermes, et his arma tradi jussit : illique volentes arma equosque tradiderunt. Sic Scipioni contigit, ut pro trecentis Siculis totidem juvenes Italos sibi paraverit, alienis equis armisque instructos pulcherrime : qui statim imperatori suo gratias habuerunt eo nomine, et postea semper egregiam ei omnibus in rebus præstiterunt operam.

IX. Καρχηδόνιοι δὲ ταῦτα πυνθανόμενοι, Ἀσδρούβαν μὲν, τὸν Γίσκωνος, ἐπὶ θήραν ἐλεφάντων ἐξέπεμπον· Μάγωνι δ', ἀμφὶ τὴν Λιγυστίνην ξεναγοῦντι, πεζοὺς ἀπέστελλον ἐς ἑξακισχιλίους, καὶ ἱππέας ὀκτακοσίους καὶ ἐλέφαντας ἑπτὰ, καὶ προσέτασσον αὐτῷ, μεθ' ὅσων δύναιτο ἄλλων ἐσβαλεῖν ἐς Τυῤῥηναίαν, ἵνα τὸν Σκιπίωνα περισπάσειεν ἐκ Λιβύης. Μάγων μὲν δὴ καὶ τότε ἐβράδυνεν, Ἀννίβᾳ τε συνελθεῖν οὐ δυνάμενος, πολὺ διεστῶτι, καὶ τὸ μέλλον ἀεὶ περιορώμενος. Ἀσδρούβας δ' ἀπὸ τῆς θήρας ἐπανελθὼν, κατέλεγε Καρχηδονίων τε καὶ Λιβύων ἐς ἑξακισχιλίους πεζοὺς ἑκατέρων, καὶ ἱππέας ἑξακοσίους· δούλους τε ἠγόραζε πεντακισχιλίους, τὸ ναυτικὸν ἐρέσσειν· καὶ παρὰ τῶν Νομάδων ἔλαβε δισχιλίους ἱππέας, καὶ ξένους ἐμισθοῦτο, καὶ πάντας ἐγύμναζε, διακοσίους σταδίους ἀποσχὼν ἀπὸ Καρχηδόνος.

IX. His auditis, Carthaginienses Asdrubalem Gisconis filium ad venationem elephantorum miserunt : Magonique, mercenarium militem in Liguria colligenti, miserunt peditum VI M. equites DCCC elephantos VII : jusseruntque, ut, adjunctis quantum posset aliis copiis, invaderet Etruriam, quo Scipionem ab Africa distraheret. Sed Mago tunc quoque cunctatus est, quia nec facile se Annibali, tam remoto, adjungere poterat, et dubio semper animo futura circumspectabat. Asdrubal vero a venatione reversus, ex delectibus Pœnorum Afrorumque sena ex utrisque confecit peditum millia, et DC equites. Servorum quoque millia quinque coemit ad remigium, et a Numidis accepit equitum duo millia. Externum etiam militem mercede conducebat; et omnes exercebat, XXV passuum millibus a Carthagine positis castris.

X. Νομάδων δὲ τῶν ἐν Λιβύῃ δυνάσται μὲν ἦσαν κατὰ μέρη πολλοί· Σύφαξ δ' ὑπὲρ ἅπαντας, καὶ τιμὴν εἶχε πρὸ τῶν ἄλλων ἐπιφανῆ. Μασσυλέων δ' αὖ, γένους ἀλκίμου, παῖς ἦν τοῦ βασιλέως Μασσανάσσης. Ὃς ἐτέθραπτο μὲν ἐν Καρχηδόνι καὶ πεπαίδευτο· ὄντι δ' αὐτῷ καὶ τὸ σῶμα καλῷ, καὶ τὸν τρόπον ἀρίστῳ, Ἀσδρούβας ὁ Γίσκωνος, οὐδενὸς Καρχηδονίων δεύτερος, ἐνεγύησε τὴν θυγατέρα, καίπερ ὄντι Νομάδι, Καρχηδόνιος ὤν. Ὡς δ' ἐνεγύησεν, ἐπήγετο ἐς Ἰβηρίαν στρατηγῶν τὸ μειράκιον. Σύφαξ δὲ, κνιζόμενος ὑπ' ἔρωτος ἐπὶ τῇ παιδὶ, τὰ Καρχηδονίων ἐλεηλάτει, καὶ Σκιπίωνι διαπλεύσαντι πρὸς αὐτὸν ἐξ Ἰβηρίας συνέθετο, συμμαχήσειν ἐπὶ Καρχηδονίους ἰόντι. Αἰσθόμενοι δ' οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ μέγα ποιούμενοι ἐς τὸν πρὸς Ῥω-

X. Erant in Numidia multi reguli, sejuncti ditionibus. Inter eos Syphax et potentia et honore præ cæteris eminebat. Tum vero et regis Massyliorum, validæ gentis, eminebat filius Masinissa, educatus et eruditus Carthagine : quem, ut forma moribusque præstantem, Asdrubal Gisconis, nemini Carthaginiensium secundus, generum sibi cooptaverat, quamvis Numidam : ac, desponsata puella, adolescentem secum in Hispaniam, quum ibi bellum administraret, duxerat. Ea re indignatus Syphax, qui eamdem adamarat puellam, subditam Carthaginiensibus regionem populari cœpit; et Scipioni, quando ad eum ex Hispania trajecerat, promisit, se fore ei belli socium, si Carthaginem invaderet. Id ubi sensere Pœni, non ignari, quantum momenti in Sy-

μαίους πόλεμον Σύφακα προσλαβεῖν, ἐξέδοσαν αὐτῷ τὴν παρθένον, ἀγνοούντων καὶ ὄντων ἐν Ἰβηρίᾳ Ἀσδρούβου τε καὶ Μασσανάσσου. Ἐφ' οἷς ὁ Μασσανάσσης, ὑπεραλγῶν, συνετίθετο καὶ ὅδε ἐν Ἰβηρίᾳ τῷ Σκιπίωνι, λανθάνων, ὡς ᾤετο, Ἀσδρούβαν. Ὁ δ' αἰσθόμενος, βαρέως μὲν ἔφερεν ὑπὲρ τοῦ μειρακίου καὶ τῆς θυγατρὸς, ὑβρισμένοιν ἀμφοῖν· ἡγεῖτο δ' ὅμως, τῇ πατρίδι συμφέρειν, ἐκ ποδῶν Μασσανάσσην ποιήσασθαι. Καὶ ἐπανιόντι ἐς Λιβύην ἐξ Ἰβηρίας, ἐπὶ θανάτῳ τοῦ πατρὸς, συνέπεμπε προπομποὺς ἱππέας, οἷς εἴρητο, ἀφανῶς ἐπιβουλεύειν αὐτῷ, καὶ κτείνειν ὅπῃ δύναιντο Μασσανάσσην.

XI. Ὁ δ' αἰσθόμενος, ἐξέφυγέ τε, καὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἐκρατύνετο, ἱππέας ἀθροίζων· οἷς ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἦν ἔργον, ἀκοντίοις πολλοῖς χρωμένους ἐπελαύνειν ἀεὶ καὶ ἀναχωρεῖν, καὶ αὖθις ἐπελαύνειν. Καὶ ὅλως ἐστὶν αὐτοῖς ἡ μάχη, φυγὴ καὶ δίωξις. Ἴσασι δὲ καὶ λιμὸν φέρειν οἱ Νομάδες οἵδε, καὶ πόᾳ χρῆσθαι πολλάκις ἀντὶ σίτου· καὶ τὸ πάμπαν ὑδροποτοῦσιν. Ὅ τε ἵππος αὐτοῖς κριθῆς μὲν οὐδ' ὅλως γεύεται, ποηφαγῶν ἀεί· πίνει δὲ διὰ πολλοῦ. Τοιούτους ὁ Μασσανάσσης ἐς δισμυρίους συναγαγὼν, ἐξῆγεν ἐπὶ θήρας ἢ λεηλασίας ἑτέρων ἐθνῶν· ἅπερ ᾤετο καὶ ἔργα καὶ γυμνάσια εἶναι. Καρχηδόνιοι δὲ καὶ Σύφαξ, νομίζοντες, ἐπὶ σφᾶς εἶναι τὴν παρασκευὴν τοῦ μειρακίου (οὐ γὰρ ἠγνόουν ἃ ἐλελυπήκεσαν αὐτὸν), ἔκριναν προτέρῳ τῷδε πολεμεῖν, ἔστε καθέλωσι, καὶ τότε Ῥωμαίοις ἀπαντᾶν.

misit tamquam ad amicos; et quum visum est insidiarum tempus, plures intromisit, accinctos occultis pugionibus, cum mandato, ut neminem venditorem fraudarent, donec tubæ signum audirent : tum vero sternerent obvios, et portas occupatas sibi servarent. Ita Narce capta est.

XXXIV. At populus Carthaginiensis, nuper icto fœdere, præsente adhuc Scipione, legatis nondum Roma reversis, commeatum Scipionis vento Carthaginem delatum diripuit, vectoresque in vincula conjecit. Ac multa quidem interminante proprio senatu, et, ne violarent recens fœdus, monente, illi fœdus, ut iniquum, incusabant, et, a fame plus esse periculi quam a violato fœdere, dicebant. Scipio vero noluit post concessam pacem, bellum denuo incipere : satisfactionem tantum postulavit, tamquam ab amicis, qui ab officio discessissent. At illi legatos etiam Romanos prehendere volebant, donec sui Roma revertissent. Sed hos Anno Magnus et Asdrubal Hædus, ereptos e turba, dimiserunt, deducentibus duabus triremibus. Alii vero Asdrubali classis præfecto, ad Apollinis promontorium stanti, persuaserant, ut quamprimum triremes deductrices discessissent, legatos Scipionis adoriretur : et fecit. In eo conflictu legatorum nonnulli sagittis confossi perierunt : reliqui saucii, concitatis remis, portum, ad quem castra habebant, attigerunt, et e navi ab hostibus jamjam occupanda exsiluerunt; tantillum abfuit, quin captivi fierent.

XXXV. Quæ postquam Romæ sunt cognita, legati Carthaginiensium, qui pacis causa adhuc aderant, continuo, ut hostes, abnavigare jussi sunt. Qui revertentes, tempestate ad castra Scipionis depelluntur. Et Scipio præfecto classis, roganti, quid eis facere debeat : « Nihil simile, inquit, Carthaginiensium perfidiæ; sed dimitte incolumes. » Id ubi Seniores Carthaginiensium audiverunt, conferendo injuriam et beneficium, exprobrabant plebi temeritatem, consulebantque, vel nunc quoque ad Scipionem mitterent, oratum, pactas conditiones servare velit, satisfactionemque pro peccatis accipere. Sed plebs, jamdudum Senioribus ob belli calamitates infensa, quasi parum prudenter ab illis administratæ res essent; exagitataque turbulentorum hominum concionibus, et in vanam spem erecta, Annibalem accivit cum suo exercitu.

XXXVI. Annibal, considerans belli magnitudinem, auctor eis fuit Asdrubalem quoque cum copiis, quas habebat, advocandi. Ita Asdrubal absolutus, exercitum Annibali tradidit : attamen ne tum quidem ausus est in conspectum venire civium, sed latuit in urbe. At Scipio classe ad Carthaginem admota, commeatus excludebat maritimos; nec terra quidem multum suppeditante, propter intermissam belli tempore agrorum culturam. Per eosdem dies Annibalis Scipionisque equitatus ad Zamam confluxerunt. Roma-

καὶ ταῖς ἐπιούσαις ἀκροβολίσματα ἦν ἐς ἀλλήλους. Ἕως αἰσθόμενος ὁ Σκιπίων Ἀννίβαν ἰσχυρῶς τε ἀπορούμενον, καὶ περιμένοντα ἀγορὰν φερομένην, νυκτὸς ἔπεμψε Θέρμον χιλίαρχον ἐπὶ τοὺς ἄγοντας αὐτήν. Καὶ λόφον ὁ Θέρμος ἐν στενῇ διόδῳ καταλαβὼν, ἔκτεινε τῶν Λιβύων ἐς τετρακισχιλίους, καὶ ἐζώγρησεν ἑτέρους τοσούσδε· καὶ τὴν ἀγορὰν ἧκε φέρων τῷ Σκιπίωνι.

XXXVII. Ὁ δ' Ἀννίβας, ἐς ἔσχατον ἀφιγμένος ἀπορίας, καὶ τὸ παρὸν ἐπινοῶν ὅπως δύναιτο διαθέσθαι, πρέσβεις ἐς Μασσανάσσην ἔπεμπεν, ὑπομιμνήσκων τε τῆς ἐν Καρχηδόνι διατριβῆς καὶ παιδεύσεως, καὶ παρακαλῶν, ἔτι οἱ συναγαγεῖν ἐς συνθήκας Σκιπίωνα· τὰ γὰρ πρότερα τοῦ δήμου καὶ τῶν ἀνοητοτέρων τοῦ δήμου ἁμαρτήματα γενέσθαι. Ὁ δὲ, τῷ ὄντι τεθραμμένος τε καὶ πεπαιδευμένος ἐν Καρχηδόνι, καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως αἰδούμενός τε, καὶ φίλος ὢν ἔτι πολλοῖς ἐκεῖθεν, ἐδεήθη τοῦ Σκιπίωνος, καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς αὖθις ἐς τοιάσδε συνθήκας· ὥστε Καρχηδονίους τάς τε ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας, οὓς ἔλαβον Ῥωμαίοις ἀγορὰν φέροντας, ἀποδοῦναι, καὶ τὰ ἡρπασμένα ἅπαντα, ἢ τῶν ἀπολωλότων τιμὴν, ἣν ἂν ὁρίσῃ Σκιπίων, ποινήν τε τοῦ ἀδικήματος, χίλια τάλαντα εἰσενεγκεῖν. Τάδε μὲν ἦν τὰ συγκείμενα. Καὶ γενομένων ἀνοχῶν, μέχρι αὐτὰ μάθωσι Καρχηδόνιοι, ὁ μὲν Ἀννίβας ἐξ ἀέλπτου περιεσώζετο.

XXXVIII. Καρχηδονίων δ' ἡ μὲν βουλὴ τὰ συμβάντα ὑπερησπάζετο, καὶ παρεκάλει τὸν δῆμον, ἐμμεῖναι τοῖς ἐγνωσμένοις, τήν τε κακοπραγίαν σφῶν τὴν ἐς ἅπαντα διηγουμένη, καὶ τὴν παροῦσαν ἀπορίαν στρατοῦ τε καὶ χρημάτων καὶ ἀγορᾶς. Οἱ δὲ, οἷον ὄχλος, ἀφρόνως ἡγοῦντο, τοὺς στρατηγοὺς σφῶν δι' ἑαυτοὺς ταῦτα Ῥωμαίοις συντίθεσθαι, ἵνα δι' ἐκείνων δυναστεύσωσι τῆς πατρίδος· ὃ καὶ Ἀννίβαν νῦν, καὶ Ἀσδρούβαν οὐ πρὸ πολλοῦ ποιῆσαί τε, καὶ τὸ στρατόπεδον νυκτὸς ἐγχειρίσαντα τοῖς πολεμίοις, μετ' ὀλίγον καὶ ἑαυτὸν ἐθελῆσαι τῷ Σκιπίωνι ἐνδοῦναι, ἐπὶ τῷδε προσπελάσαντα, κρύπτεσθαί τε νῦν ἐν τῇ πόλει. Βοῆς τε ἐπὶ τούτῳ καὶ θορύβου γενομένου, τὴν ἐκκλησίαν τινὲς καταλιπόντες, ἐζήτουν Ἀσδρούβαν, περιιόντες. Ὁ δ' ἔφθασε μὲν ἐς τὸν τοῦ πατρὸς τάφον καταφυγὼν, καὶ φαρμάκῳ διαχρησάμενος ἑαυτόν. Οἱ δὲ κἀκεῖθεν αὐτοῦ τὸν νέκυν ἐξελόντες, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμόντες, περιέφερον ἐπὶ δόρατος ἀνὰ τὴν πόλιν. Ἀσδρούβας μὲν δὴ καὶ τὸ πρῶτον ἀδίκως ἐξεπεπτώκει, καὶ τὸ δεύτερον ψευδῶς διεβέβλητο ὑπὸ Ἄννωνος, καὶ τότε πρὸς Καρχηδονίων οὕτως ἀνῄρητο, καὶ οὕτως ἀποθανὼν ὑβρίζετο.

XXXIX. Καρχηδόνιοι δ' ἐπέστελλον Ἀννίβᾳ, λῦσαι τὰς ἀνοχὰς, καὶ πολεμεῖν Σκιπίωνι· κρῖναι δ' ὅτι τάχιστα τὸν πόλεμον μάχῃ, διὰ τὴν ἀπορίαν. Ὁ μὲν δὴ, πέμψας, ἔλυσε τὰς ἀνοχάς. Καὶ Σκιπίων Πάρθον τε, μεγάλην πόλιν, αὐτίκα προσπεσὼν εἷλε, καὶ πλησίον Ἀννίβου μετεστρατοπέδευεν. Ὁ δὲ ἀνεζεύγνυε, τρεῖς τοῖς Ῥωμαίοις κατασκόπους ἐπιπέμψας, οὓς ὁ Σκιπίων

nis superantibus. Secutæ deinde per aliquot dies velitationes mutuæ : donec Scipio, edoctus Annibalem vehementer laborare annonæ inopia, et frumentatores venturos exspectare, noctu contra eos misit Thermum tribunum : qui, occupato tumulo circa angustum transitum, occidit Afrorum quatuor millia, et vivos cepit totidem : commeatum vero ad Scipionem detulit.

XXXVII. Tum Annibal ad extremam redactus inopiam, et cogitans, quomodo ad præsens res disponere posset, legates ad Masinissam misit, admonens educationis et vitæ actæ Carthagine, rogansque, « daret operam ut etiam nunc pacem sibi cum Scipione conciliaret : quidquid enim peccatum sit, id plebi esse imputandum, et quibusdam plebe stultioribus. » Ille, memor se re vera educatum eruditumque in ea urbe, cujus majestatem reverebatur, et ubi multos adhuc privatim amicos habebat, deprecatus est apud Scipionem; effecitque, ut denuo illis in has pacis conditiones conveniret : « ut populus Carthaginiensis naves virosque, quos cum commeatu ceperat, Romano redderet populo; et quidquid rapuerat, restitueret, aut rerum amissarum pretium juxta Scipionis æstimationem; et mulctæ nomine pro patrata injuria mille talenta solveret. » Hæ leges ubi placuere; induciæ factæ sunt, donec nunciarentur Carthaginem : atque sic Annibal ex insperato servatus est.

XXXVIII. Senatus autem Carthaginiensis valde probavit id fœdus, hortabaturque plebem, ut ratum illud haberet; continuas calamitates enarrans, et quanta sit præsens inopia tam militum, quam pecuniarum et commeatuum. Sed plebs, ut solet vulgus stolidum, putabat, suos duces privatis suis commodis hac pace consulere, ut freti Romanorum amicitia potentes fierent in patria : « idque et Annibalem nunc agere, et prius egisse Asdrubalem : qui, noctu prodito exercitu hostibus, paulo post voluerit et seipsum Scipioni dedere, et in hoc ad castra ejus accesserit, nunc vero in urbe lateat. » Ad hos rumores tumultu excitato cum clamoribus, nonnulli, relicta concione, clamantes per urbem quærebant Asdrubalem : qui paulo ante in patris sepulchro se abdiderat, ibique hausto veneno vitam finierat. Et illi etiam inde protractum cadaver truncarunt, et caput hastæ præfixum circumferebant per urbem. Sic Asdrubal primum exsulaverat immerito : deinde falso ab Annone delatus, et tum a civibus ad mortem compulsus, post mortem etiam contumeliis affectus est.

XXXIX. Jamque mandarunt Annibali, ut solutis induciis bellum inferret Scipioni, et quamprimum fieri posset, omnis de summa rerum decerneret, propter inopiam. Et ille solutas inducias Scipioni denunciavit. Qui mox Parthum, magna urbe, primo impetu capta, castra propius Annibalem movit. Sed paulisper se recepit Annibal, missis tribus exploratoribus, qui Romana castra specularentur. Quos

λαβέ τε, καὶ οὐκ ἔκτεινεν, ὥσπερ ἔθος τοὺς κατασκόπους κτείνειν· ἀλλ' ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ τὰς ὁπλοθήκας καὶ τὰ μηχανήματα περιαχθῆναι κελεύσας, καὶ τὴν στρατιὰν γυμναζομένην ἰδεῖν, ἀπέλυσε φράζειν Ἀννίβᾳ περὶ ἑκάστων. Ὁ δὲ ἠξίωσεν ἔτι συνελθεῖν ἐς λόγους Σκιπίωνι. Καὶ συνελθὼν, ἔλεγε· Καρχηδονίους ἀγανακτῆσαι τῇ πρότερον εἰρήνῃ διὰ τὰ χρήματα· καὶ εἰ τοῦτο ἐκλυθείη, Σικελίας δὲ μόνον ἀξιοῖεν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ Ἰβηρίας, καὶ νήσων ὅσων ἄρχουσι, κρατεῖν, ἔσεσθαι τὰς συνθήκας βεβαίους. Ὁ δὲ, Πολὺ, ἔφη, κέρδος Ἀννίβᾳ τῆς φυγῆς ἔσται τῆς ἐξ Ἰταλίας, εἰ ταῦτα προσλάβοι παρὰ Σκιπίωνος. Καὶ ἀπηγόρευε πέμπειν ἔτι πρὸς αὐτόν. Διαπειλησάμενοί τε ἀλλήλοις, ἀνεζεύγνυον ἑκάτερος ἐς τὸ αὐτοῦ στρατόπεδον.

XL. Πόλις δ' ἐγγὺς ἦν Κίλλα, καὶ παρ' αὐτὴν λόφος εὐφυὴς ἐς στρατοπεδείαν. Ὃν ἐπινοῶν ὁ Ἀννίβας προλαβεῖν, ἔπεμπέ τινας διαγράφειν στρατόπεδον· καὶ εὐθὺς ἀναστήσας, ἐβάδιζεν, ὡς ἕξων τὸν λόφον. Σκιπίωνος δ' αὐτὸν φθάσαντός τε καὶ προλαβόντος, ἀποληφθεὶς ἐν πεδίῳ μέσῳ καὶ ἀνύδρῳ, διετέλει τὴν νύκτα πᾶσαν ὀρύσσων φρέατα. Καὶ ὁ στρατὸς αὐτῷ διαμώμενος τὴν ψάμμον, ὀλίγον καὶ θολερὸν ἔπινον ἐπιμόχθως, ἀθεράπευτοί τε καὶ ἄσιτοι, καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ἔνιοι, διενυκτέρευσαν. Ὧν ὁ Σκιπίων αἰσθανόμενος, προσέβαλεν ἅμα ἕῳ κεκμηκόσιν ἐξ ὁδοῦ καὶ ἀγρυπνίας καὶ ἀνυδρίας. Ἀννίβας δ' ἤχθετο μὲν, οὐχ ὅτε βούλοιτο συνιὼν ἐς μάχην· ἑώρα δὲ, ὡς εἴτε μένοι κατὰ χώραν, κακοπαθήσων ὑπὸ τῆς ἀνυδρίας· εἴτε φεύγοι, τὰ φρονήματα τῶν ἐχθρῶν ἀναστήσων, καὶ πολλὰ πεισόμενος ὑπ' αὐτῶν ἐπικειμένων. Ὅθεν ἀναγκαῖον ἦν αὐτῷ μάχεσθαι. Καὶ παρέτασσεν αὐτίκα, ἄνδρας μὲν ἐς πεντακισμυρίους, ἐλέφαντας δὲ ὀγδοήκοντα. Ἵστη δὲ πρώτους μὲν τοὺς ἐλέφαντας, ἐκ διαστημάτων, ἐφ' ὅλου τοῦ μετώπου, φοβερώτατα κατασκευάσας. Καὶ ὑπ' αὐτοῖς ἦν τὸ τρίτον τῆς στρατιᾶς, Κελτοὶ καὶ Λίγυες· τοξόται τε αὐτοῖς ἀναμεμίχατο πάντῃ καὶ σφενδονῆται, Μαυρούσιοι καὶ Γυμνήσιοι. Τούτων δ' ὄπισθεν ἡ δευτέρα τάξις ἦν, Καρχηδόνιοί τε καὶ Λίβυες. Τρίτοι δ', ὅσοι ἐξ Ἰταλίας ἕσποντο αὐτῷ· οἷς δὴ καὶ μάλιστα, ὡς πλέον δεδιόσιν, ἐθάῤῥει. Ἡ δ' ἵππος περὶ τὰ κέρατα ἦν. Οὕτω μὲν Ἀννίβας ἐξέτασσε.

XLI. Σκιπίωνι δ' ἦσαν ἀμφὶ τοὺς δισμυρίους καὶ τρισχιλίους, ἱππεῖς δ' Ἰταλῶν καὶ Ῥωμαίων χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. Συνεμάχει δὲ Μασσανάσσης ἱππεῦσι Νομάσι πολλοῖς, καὶ Δακάμας ἕτερος δυνάστης ἱππεῦσιν ἑξακοσίοις. Τὸ μὲν οὖν πεζὸν ἐς τρεῖς καὶ ὅδε τάξεις ἐπέταττεν ὁμοίως Ἀννίβᾳ. Λόχους δ' ὀρθίους ἐποιεῖτο πάντας, ἵνα δι' αὐτῶν οἱ ἱππεῖς εὐχερῶς διαθέοιεν. Ἐφίστη δ' ἑκάστῳ λόχῳ προμάχους κατὰ μέτωπον, οἳ ξύλα παχέα διπήχεα μάλιστα, πυκνὰ, καὶ τὰ πολλὰ αὐτῶν σεσιδηρωμένα, ἔμελλον ὡς καταπέλτας ἐκ χειρὸς ἐς τοὺς ἐλέφαντας ἐπιόντας ἀφήσειν. Παρήγγελτο δ' αὐτοῖς τε, καὶ τοῖς ἄλλοις πεζοῖς, ἐκκλίνειν τὴν ὁρμὴν τῶν θηρίων, καὶ περιθέοντας ἀκοντίζειν ἐς αὐτὰ

comprehensos Scipio, præter castrensem morem, non interfecit : sed circumductos per castra, ut armamentaria, et machinas, decurrentemque exercitum inspicerent, dimisit ad Annibalem incolumes, ut eum de singulis edocerent. Et Annibal etiam tum in colloquium venire Scipioni postulavit. Quo impetrato, aiebat : « Populum Carthaginiensem moleste ferre fœdus nuper initum, propter imperatam pecuniam : quæ si remitteretur, et populus Romanus contentus esset Siciliæ, Hispaniæ et insularum, quas jam tenerent, imperio, pacem firmam ac ratam fore. » Respondit Scipio : « Annibalem habiturum ingens fugæ ex Italia præmium, si hoc abs se impetraverit. » Interdixitque, ne amplius nuncios ad se mitteret. Ita post mutuas minas, quisque in sua castra digressi sunt.

XL. Erat in propinquo oppidum Cilla, et juxta tumulus castris idoneus : quem Annibal occupare cogitans, præmisit qui castra metarentur : statimque, velut jam certa sibi illa sedes esset, cum toto exercitu tumulum petiit. Sed eum quum a Scipione præoccupatum invenisset, exclusus inde, pernoctavit in medio campo arido, fodiendis puteis occupatus. Arenamque egerens exercitus, paululum aquæ turbidæ, magno labore quæsitum, bibebat; et absque cibo aliave cura corporis, pars etiam in armis, pernox perstitit. Quod ubi sensit Scipio, primo mane contra fessos itinere, siti, vigiliisque, copias suas eduxit. Et Annibal quidem, alieno tempore ad prælium coactus, ægerrime rem tulit : sed considerans, sive maneat, laboraturum se aquæ inopia, sive fugiat, additurum hosti animos, postremum agmen infestaturo; necessario sibi armis esse experiundum, intellexit. Moxque in aciem produxit Pœnus, armatorum ad quinquaginta millia, elephantos LXXX. Ac elephantos quidem, ad terrorem incutiendum maxime instructos, ante totam aciem per intervalla disposuit. Juxta eos vero tertiam constituit exercitus partem, quæ ex Gallis constabat ac Liguribus, intermixtis ubique Mauris Balearibusque sagittariis et funditoribus. Hos sequebatur altera acies; in quo Pœni Afrique. Tertii deinceps erant Itali, auspicia ejus secuti : quibus, ut vinci magis timentibus, fidebat plurimum. Equitatus in utroque cornu constitit. Talis fuit Annibalis acies.

XLI. Scipio circiter XXIII millia peditum habebat, equites Italos et Romanos mille quingentos. Auxiliares erant Masinissa cum multis equitibus Numidis, et alius regulus Dacamas cum DC equitibus. Peditum aciem, perinde ut Annibal, triplicem instruxit Scipio. Omnes autem ordines in longitudinem direxit; ut essent spatia, per quæ discursus pateret equitibus. In fronte ante quamque cohortem antesignanos statuit, qui crassas sudes, fere bicubitales, et plerasque ferratas, in ingruentes elephantos confertim ingerendo, tamquam tormentis eos repercuterent. Et cum his, tum ceteris peditibus, mandatum est, ut impetum belluarum declinarent, et, in dextram lævamque discurrendo, ancipitibus telis continenter eas peterent; aut

συνεχῶς, καὶ προσπελάζοντας, ὅτε δύναιντο, ὑποτέμνειν τὰ νεῦρα. Οὕτω μὲν οἱ πεζοὶ διετετάχατο τῷ Σκιπίωνι. Τοὺς δ' ἱππέας, τοὺς μὲν Νομαδικοὺς, ἐπέστησε τοῖς κέρασιν, εἰθισμένους τὴν τῶν ἐλεφάντων ὄψιν καὶ ὀδμὴν φέρειν· τοὺς δὲ Ἰταλικοὺς, διὰ τὸ ἀηθὲς, ὀπίσω πάντων, ἑτοίμους ἐπελθεῖν διὰ τῶν διαστημάτων, ὅτε τὴν πρώτην τῶν ἐλεφάντων ὁρμὴν ὑπομείνειαν οἱ πεζοί. Παρ' ἕκαστον δὲ τῶν ἱππέων τῶνδε ὑπηρέτης ἦν, πολλὰ ἀκόντια φέρων, οἷς ἐπενόει τὰ θηρία ἀμύνεσθαι. Οὕτω μὲν αὐτῷ καὶ ἡ ἵππος εἶχε. Παρεδίδου δὲ τὸ μὲν δεξιὸν Λαιλίῳ, τὸ δὲ λαιὸν Ὀκταουΐῳ. Ἐν δὲ τοῖς μέσοις ἥστην αὐτός τε καὶ Ἀννίβας, κατὰ δόξαν ἀλλήλων, ἔχοντες ἀμφ' αὐτοὺς ἱππέας, ἐπικουρεῖν ὅπῃ τι πονούμενον ἴδοιεν· ὁ μὲν Ἀννίβας τετρακισχιλίους· ὁ δὲ Σκιπίων δισχιλίους, καὶ τοὺς τριακοσίους Ἰταλοὺς, οὓς αὐτὸς ὥπλισεν ἐν Σικελίᾳ.

XLII. Ἐπεὶ δὲ ἕτοιμα ἦν αὐτοῖς, ἐπέτρεχε τοὺς ἰδίους ἐπισπέρχων ἑκάτερος. Ὁ μὲν Σκιπίων, τοὺς θεοὺς καταλαλῶν ἐν ὄψει τῶν στρατευομένων, ἐς οὓς οἱ Καρχηδόνιοι παρεσπονδήκεσαν, ὁσάκις ἔλυον τὰ συγκείμενα· καὶ τὴν στρατιὰν ἀξιῶν, μὴ ἐς τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων ἀφορᾶν, ἀλλ' ἐς τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, ᾗ καὶ πρότερον τῶνδε τῶν ἐχθρῶν, πλειόνων ὄντων, ἐπεκράτησαν ἐν τῇδε τῇ γῇ. Εἰ δ' ἔστι καὶ τοῖς νικήσασιν ἐπὶ τῷ μέλλοντι φόβος, ἢ δέος, ἢ ἀμφιβολία, πόσῳ ταῦτα τοῖς νενικημένοις πλεονάζειν ἀνάγκη; Οὕτω μὲν ὁ Σκιπίων ἠρέθιζέ τε, καὶ παρηγόρει τῆς ὀλιγότητος. Ὁ δ' Ἀννίβας τῶν τε ἐν Ἰταλίᾳ γεγονότων ἔργων ὑπεμίμνησκεν αὐτοὺς, ὡς λαμπρὰ καὶ μεγάλα πράξειαν, οὐκ ἐπὶ Νομάσιν, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσιν Ἰταλοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν. Καὶ τὴν ὀλιγότητα τῶν ἐχθρῶν αὐτόθεν ἑστὼς ἐπεδείκνυε, καὶ παρεκάλει, μὴ χείρους ὀλιγωτέρων ἐν οἰκείᾳ γῇ πλέονας ὄντας ὀφθῆναι. Τὸν δὲ κίνδυνον τοῦ παρόντος ἀγῶνος, καὶ τὸ μέγεθος, ἑκάτερος τοῖς ἰδίοις ὑπερεπῆρεν· Ἀννίβας μὲν, ὅτι Καρχηδόνα καὶ Λιβύην ἅπασαν ὁ ἀγὼν ὅδε κρινεῖ, ἢ δούλην εὐθὺς, ἡσσωμένων, εἶναι, ἢ εἰς τὸ ἔπειτα ἄρχειν ἁπάντων ὧν ἐπεκράτουν. Σκιπίων δ', ὅτι νικωμένοις μὲν οὐδ' ἀναχώρησίς ἐστιν ἀσφαλὴς, ἐπικρατοῦσι δὲ ἀρχὴ μεγάλη προσγίγνεται, καὶ ἀνάπαυλα πόνων τῶν παρόντων, καὶ ἐς τὰ οἰκεῖα ἀπόπλους, καὶ ἐς τὸ μέλλον εὔκλεια.

XLIII. Οὕτω παροξύνας τοὺς ἰδίους ἑκάτερος, ἐς τὸν ἀγῶνα συνήεσαν· Ἀννίβας μὲν σαλπίγγων κατάρξας, Σκιπίων δ' ἀντηχεῖν κελεύσας. Συνιόντων δ' αὐτῶν, οἱ μὲν ἐλέφαντες κατῆρχον τῆς μάχης, ἐς τὸ φοβερώτατον ἐσκευασμένοι, καὶ τοῖς κέντροις ἐξοτρυνόμενοι πρὸς τῶν ἐπικαθημένων. Περιθέοντες δ' αὐτοὺς οἱ Νομάδες ἱππεῖς, ἐσηκόντιζον ἀθρόως, μέχρι τρωθέντας τε καὶ φεύγοντας, καὶ δυσπειθῶς ἔτι ἔχοντας, ἀπήγαγον ἐκ τῆς μάχης οἱ ἐπιβάται. Καὶ τάδε μὲν ἦν περὶ τοὺς ἀμφὶ τὰ κέρατα ἐλέφαντας· οἱ δ' ἐν μέσῃ τῇ φάλαγγι τοὺς Ῥωμαίων πεζοὺς κατεπάτουν, ἀπείρους τε μάχης τοιᾶσδε ὄντας, καὶ βαρεῖς ὑπὸ τῆς ὁπλίσεως, καὶ παρ' αὐτὸ φεύγειν εὐχόλως ἢ διώκειν οὐ

propius accurrendo, quoties possent, nervos earum succiderent. Sic instructis peditibus, Scipio equitatum Numidarum in utroque cornu locavit, assuetum ferre odorem et aspectum elephantorum. Italico vero, non assueto talibus, postremam aciem clausit, parato ad excurrendum inter ordines, quando pedites primum elephantorum impetum retudissent. Singuli autem horum equitum adjunctum sibi habebant velitem, magno jaculorum numero, quibus belluas arceret, instructum. Atque ita quidem equites instructi erant. Dextro autem cornu Lælius, lævo Octavius præerat: mediam aciem utrimque imperatores ipsi, secundum mutuam virtutis existimationem, tuebantur; stipatus uterque equitibus, quos laborantibus, sicubi opus esset, subsidio mitterent. Habebat autem eorum Annibal circa se quatuor millia: Scipio vero duo millia, et insuper trecentos illos Italos, quos ipse armaverat in Sicilia.

XLII. Instructis aciebus, uterque suos exhortans obequitabat. Scipio, coram omnibus deos invocans, quos fœderum testes toties violarint Pœni, quoties a pactis discessissent; milites jussit non tam multitudinem hostium considerare, quam virtutem propriam, qua et antea eorumdem hostium majorem numerum eadem in terra vicissent. « Quod si vero et victoribus de futuro sollicitudo sit, aut metus, aut dubitatio aliqua, cogitent, quanto majora hæc apud victos esse necesse sit. » Ita Scipio suos accendebat, paucitatem eorum consolans. Contra Annibal rerum in Italia gestarum suos admonebat, victoriarumque illustrium, non de Numidis partarum, sed de meris Italis in ipsa Italia: et e vestigio paucitatem ostendebat hostium, exhortans ne plures paucioribus in sua ipsorum patria cederent. Periculum autem præsentis certaminis, et magnitudinem, uterque apud suos exaggerabat. Annibal, asseverans, agi de Carthagine totaque Africa, servituræne continuo, si male cecidisset hoc prælium; an imperatura esset in posterum omnibus, quos vicisset. Scipio, « victis, aiebat, non esse, quo se in tutum recipiant; victores autem magnam secuturam accessionem imperii, simulque præsentium laborum requiem, desideratum in patriam reditum, sempiternamque gloriam. »

XLIII. Post has utrimque exhortationes, tubæ a Pœnis primum, mox et a Romanis cecinerunt; præliumque committitur. Initium pugnæ fecerunt elephanti, terribilem in modum ornati, stimulisque ab insessoribus concitati. Quos Numidæ equites, circumcursando, telis obruebant; donec saucii et in suos se vertentes, jamque moderatu difficiles, a rectoribus subducti sunt ex acie. Et hoc quidem elephantis, qui in cornibus locati erant, accidit. Sed qui in media acie erant dispositi, proculcabant pedites Romanos, imperitos hujus pugnæ generis, et propter gravem armaturam nec ad refugiendum nec ad persequendum agiles. Tum

δυναμένους· ἕως ὁ Σκιπίων τοὺς ἱππέας τοὺς Ἰταλικοὺς, ὀπίσω τεταγμένους καὶ κουφότερον ἐσκευασμένους, ἐπαγαγὼν, ἀποβῆναι τῶν ἵππων ταρασσομένων ἐκέλευσε, καὶ τοὺς ἐλέφαντας περιθέοντας ἐσακοντίζειν. Πρῶτός τε αὐτὸς ἀποβὰς ἔτρωσε τὸν προπηδῶντα τῶν ἐλεφάντων. Θαῤῥησάντων δὲ τῶν ἄλλων, καὶ τιτρωσκόντων ἤδη πανταχόθεν αὐτοὺς, καὶ οἵδε ὑπεχώρουν.

XLIV. Καὶ γενομένης τῆς μάχης καθαρᾶς θηρίων, ὁ ἀγὼν ἐγίγνετο μόνων ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων. Τὸ μὲν οὖν δεξιὸν τὸ Ῥωμαίων, οὗ Λαίλιος ἐπεστάτει, τρέπεται τοὺς ἐναντίους Νομάδας, Μασσανάσσου βαλόντος αὐτῶν τὸν δυνάστην Μασσάθην. Ὀξέως δ' αὐτοὺς ὁ Ἀννίβας ἐπιδραμὼν, συνέτασσε τὴν μάχην. Τὸ δὲ λαιὸν, ἔνθα Ῥωμαίων μὲν Ὀκταούϊος ἐπεστάτει, τῶν δὲ πολεμίων Κελτοὶ καὶ Λίγυες ἦσαν, ἐπόνει μάλα καρτερῶς ἑκατέροις. Καὶ Σκιπίων μὲν ἔπεμπε Θέρμον, τὸν χιλίαρχον, ἐπικουρεῖν μετ' ἐπιλέκτων. Ἀννίβας δ' ἐπεὶ τὸ λαιὸν συνέστησεν, ἐς τοὺς Λίγυας καὶ Κελτοὺς μεθίππευεν, ἐπάγων ἅμα τὴν δευτέραν τάξιν Καρχηδονίων τε καὶ Λιβύων. Κατιδὼν δ' αὐτὸν ὁ Σκιπίων, ἀντιπαρῆγε μεθ' ἑτέρου στίφους. Δύο δὲ στρατηγῶν ἀρίστων ἐς ἀγῶνα συνιόντων, ἔρις τῶν ὑφ' ἑκατέρῳ λαμπρὰ, καὶ δέος· καὶ προθυμίας οὐδετέροις τι ἐνέλιπε, σφοδροῦ καὶ ὀξέος ὄντος πόνου τε καὶ παρακελεύσεως.

XLV. Μακρᾶς δὲ καὶ ἀκρίτου τῆς μάχης οὔσης, οἱ στρατηγοὶ τοὺς κάμνοντας ἐλεοῦντες, ὥρμων ἐπ' ἀλλήλους, ὡς ἐν σφίσι τῆς κρίσεως ταχυτέρας ἐσομένης. Καὶ ἠκόντισαν ὁμοῦ, Σκιπίων μὲν, Ἀννίβου τὴν ἀσπίδα· ὁ δ' Ἀννίβας ἔτυχε τοῦ ἵππου. Καὶ ὁ ἵππος ὑπὸ τῆς πληγῆς ἐξέφερεν ὀπίσω τὸν Σκιπίωνα, μέχρι περιβὰς ἕτερον ἵππον, αὖθις ἐς τὸν Ἀννίβαν ἠκόντισεν. Ἀλλ' ἀπέτυχεν αὐτοῦ καὶ τότε, τὸν δὲ ἱππέα τὸν ἐγγὺς ἔβαλεν. Ἧκε δ' ἐν τούτῳ καὶ Μασσανάσσης πυθόμενος. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι, τὸν στρατηγὸν ὁρῶντες στρατιωτικῶς σφῶν ὑπερμαχόμενον, καρτερώτερον τοῖς πολεμίοις ἐνέπεσον, καὶ ἐτρέψαντο, καὶ φεύγοντας ἐδίωκον· οὐδὲ, παριππεύοντος αὐτοῖς τοῦ Ἀννίβου, καὶ δεομένου στῆναι καὶ τῆς μάχης αὖθις ἐς πεῖραν ἐλθεῖν, ἔτι ἐπείθοντο. Ἀπογνοὺς οὖν αὐτῶν ὁ Ἀννίβας, τοὺς ἐξ Ἰταλίας οἱ συνελθόντας, ἐφεδρεύοντας ἔτι καὶ ἀτρεμοῦντας, ἦγεν ἐπὶ τὴν μάχην· ἐλπίσας, Ῥωμαίοις, ἅτε διώκουσιν, ἀσυντακτοτέροις ἐπιπεσεῖσθαι. Οἱ δὲ, τὸ ἐνθύμημα αὐτοῦ θεασάμενοι, μετὰ σπουδῆς ἀλλήλους ἐκ τῆς διώξεως ἀνεκάλουν, καὶ συνετάσσοντο αὖθις ἐς μάχην, Οὔτε δὲ ἵππων σφίσι παρόντων, οὔτε ἀκοντίων ἔτι ὄντων, ξίφεσιν ἐς ἀλλήλους ἐχρῶντο, καὶ συνεπλέκοντο. Φόνος τε ἦν πολὺς ἐνθάδε μάλιστα, καὶ τραύματα μέγιστα, καὶ πιπτόντων στόνος, καὶ ἀναιρούντων μεγαλαυχία· μέχρι ποτὲ καὶ τούσδε ἐτρέψαντο οἱ Ἰταλοὶ, καὶ φεύγουσιν εἵποντο. Κρίσις τε ἦν λαμπρὰ τοῦ πολέμου.

XLVI. Καὶ ὁ Ἀννίβας ἐν τῇ φυγῇ θεασάμενος ἱππέων Νομάδων πλῆθος συνεστὼς, προσδραμὼν ἠξίου

vero Scipio equites Italicos, levius armatos, e postrema acie adductos, ab equis territis jussit desilire, et in elephantos huc illuc ruentes tela conjicere : primusque ipse descendit, et elephantem procurrentem sauciavit. Quo exemplo confirmatis aliis, et undique jam eos vulnerantibus, hi quoque retro cedebant.

XLIV. Sic exactis e pugna belluis, certamen virorum tantum equorumque supererat. Dextrum cornu, cui Lælius præerat, in fugam vertit oppositos sibi Numidas, postquam regulum eorum Massathen hasta confoderat Masinissa. Quibus propere succurrens Annibal, prælium redintegravit. In lævo, ubi Octavius pugnabat contra Gallos et Ligures, utrimque laborabatur pariter. Eo Scipio submisit Thermum tribunum cum selectis militibus. Annibal vero, restituto lævo suo cornu, ad Ligures Gallosque transvolavit, inducens simul Pœnos Afrosque, qui in secunda acie steterant. Id animadvertens Scipio, movit et ipse principes. Ibi duobus præstantissimis ducibus contendentibus, militum quoque utrimque imperatoribus suis metuentium, egregium certamen fuit; nec sibi ad summam fortitudinem quidquam reliquum faciunt, laborem accendentibus crebris vehementibusque cohortationibus.

XLV. Quumque diu marte dubio certatum esset, duces ambo miserati suos fessos, ipsi concurrerunt invicem, quo citius decernerentur. Emissisque pariter hastis, Scipio trajecit Annibalis clypeum, Annibal illius equum percussit : qui vulneris impatiens retro abripuit Scipionem. Ille, in-scenso alio, rursus in Annibalem hastam, sed tunc quoque frustra, vibravit; nisi quod proximum equitem dejecit. Interim, re cognita, Masinissa supervenit : et Romani ubi viderunt, imperatorem suum, non ducis solum, verum etiam militis obire munia, pugnareque pro militibus; impressione vehementius facta, in fugam conjecerunt hostem, fugientemque persecuti sunt. Neque adequitans ad suos Annibal, oransque, ut sisterent gradum, in pugnamque redirent, quidquam profecit. Igitur de his desperans, Italos, qui in subsidiaria acie immoti adhuc restiterant, in prælium produxit; sperans, dum Romani fusos persequuntur, facilius turbatum iri eorum ordines. Quod consilium ubi mox illi intelligunt, ceu tessera data se recipientes, propere integrarunt ordines. Ac destituti equitatu, absumptis missilibus, rem gladiis gerebant cominus. Tum vero ingens cædes edebatur, truciaque vulnera, inter gemitus cadentium et clamores insultantium : donec tandem hac quoque parte hostes fusi fugatique sunt, indubia jam Romanorum victoria.

XLVI. Annibal inter fugiendum conspicatus conglobatos equites Numidas, accurrit, rogavitque ne se desererent.

μὴ προλιπεῖν αὐτόν· καὶ πείσας, ἐπῆγε τοῖς διώκουσιν, ἐλπίσας ἐργάσασθαί τινα παλινδίωξιν. Πρώτοις δὲ Μασσυλίοις ἐντυχὼν ἐμάχετο· καὶ μόνος ἦν ἔτι οὗτος ὁ ἀγὼν Μασσανάσσου καὶ Ἀννίβου συνεστώτων. Φερομένων δὲ καὶ τῶνδε ἐπ' ἀλλήλους ὑπὸ προθυμίας, ἐς μὲν τὴν ἀσπίδα ὁ Μασσανάσσης ἠκόντισε βαλών· ὁ δὲ Ἀννίβας καὶ τότε ἔτυχε τοῦ ἵππου. Καὶ ὁ Μασσανάσσης ἐκπεσὼν, πεζὸς ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν ὥρμα, τόν τε ἐπελαύνοντά οἱ πρὸ τῶν ἄλλων ἱππέα βαλὼν ἀπέκτεινε. Καὶ τῶν λοιπῶν τὰ ἀκόντια ἐς τὸν ἐλεφάντιστὴν ἐκδεχόμενος, ἓν τῶν ἐμπεπηγότων ἐξεῖλε· καὶ ἀκοντίσας ἐς τὸν Ἀννίβαν αὖθις, οὐδ' ὣς ἐπετύγχανεν, ἀλλὰ τὸν ἐγγὺς ἱππέα καὶ ὅδε ἀπέκτεινεν. Ἕτερον δ' ἐξέλκων, ἐς τὸν βραχίονα ἐτρώθη, καὶ ὑπεχώρησεν ἐκ τῆς μάχης ἐπ' ὀλίγον. Σκιπίων δὲ πυθόμενος, ἔδεισε περὶ τῷ Μασσανάσσῃ, καὶ ἐς τὸ ἔργον ἠπείγετο· καὶ εὗρε τὸν Μασσανάσσην ἐς τὴν μάχην αὖθις ἐπὶ ἵππου φερόμενον ἑτέρου, τὸ τραῦμα ἐπιδήσαντα. Ὅ τε ἀγὼν ἦν ἴσος αὖθις αὐτοῖς, καὶ πάνυ καρτερὸς, αἰδουμένων τοὺς στρατηγοὺς ἑκατέρων· ἕως ὁ Ἀννίβας, ἐπί τινος λόφου θεασάμενος Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς συνεστῶτας, ἐξίππευσεν, ὡς κἀκείνους ἐπάξων. Τότε γὰρ οἱ μαχόμενοι, τῆς μὲν αἰτίας οὐ συνιέντες, τὴν δ' ἀποχώρησιν αὐτοῦ φυγὴν ὑπολαβόντες εἶναι, τὸν ἀγῶνα μεθῆκαν ἑκόντες· καὶ ἔφυγον ἀκόσμως, οὐχ ᾗπερ ἑώρων Ἀννίβαν, ἀλλ' ὅπῃ τύχοιεν ἕκαστοι. Καὶ οἱ μὲν οὕτω διελύθησαν· Ῥωμαῖοι δ' αὐτοὺς, ὡς τετελεσμένης τῆς μάχης, ἐδίωκον ἀτάκτως, οὐδ' αὐτοὶ τῆς Ἀννίβου προαιρέσεως συνιέντες.

XLVII. Ὁ δ' ἐπανῄει, πεφραγμένος Ἴβηρσι καὶ Κελτοῖς, ἀπὸ τοῦ λόφου. Καὶ ὁ Σκιπίων αὖθις ἐκ τῆς διώξεως τοὺς Ῥωμαίους ἀνεκάλει μετὰ σπουδῆς, καὶ παρέτασσε πολὺ πλείονας τῶν ἀπὸ τοῦ λόφου καταβεβηκότων· ὅθεν αὐτῶν οὐ δυσχερῶς περιεγένετο. Ἀννίβας δὲ, καὶ τῆσδε τῆς πείρας τελευταίας γενομένης ἀποτυχὼν, ἔφευγεν ἤδη σαφῶς, ἀπογνοὺς ἅπαντα. Καὶ αὐτὸν ἐδίωκον ἱππεῖς ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Μασσανάσσης, περιώδυνος ὢν ἐκ τοῦ τραύματος, ἀεί τε πλησιάζων, καὶ μέγα ποιούμενος αἰχμάλωτον Ἀννίβαν ἀγαγεῖν Σκιπίωνι. Τὸν δὲ νὺξ ἐρρύσατο· καὶ σκότιος μετ' εἴκοσι ἱππέων, τῶν δυνηθέντων σὺν αὐτῷ συνανύσαι τὸν δρόμον, ἐς πόλιν κατέφυγεν ᾗ ὄνομα Θών. Ἔνθα Βρεττίων ἔγνω καὶ Ἰβήρων ἱππέας πολλοὺς ἀπὸ τῆς ἥττης συμπεφευγότας. Δείσας οὖν περὶ μὲν τῶν Ἰβήρων, ὡς βαρβάρων ταχυέργων, περὶ δὲ Βρεττίων, ὡς Ἰταλῶν ὁμοεθνῶν Σκιπίωνι, μὴ, ἐς συγγνώμην ὧν ἐξήμαρτον ἐς τὴν Ἰταλίαν, προσαγάγωσιν αὐτὸν τῷ Σκιπίωνι, λαθὼν ἐξέφυγε, μεθ' ἑνὸς ἱππέως, ᾧ μάλιστ' ἐπίστευε. Σταδίους δ' ἀνύσας ἐς τρισχιλίους, δύο νυξί τε καὶ ἡμέραις, ἧκεν ἐς πόλιν ἐπὶ θαλάσσης Ἀδρυμητὸν, ἔνθα τι μέρος ἦν αὐτῷ στρατιᾶς σιτοφυλακοῦν. Περιπέμπων δ' ἐς τὰ πλησίον, καὶ τοὺς ἐκ τῆς μάχης διαφυγόντας ἀναλαμβάνων, ὅπλα καὶ μηχανήματα εἰργάζετο.

Quod quum his persuasisset, in persequentes fecit impetum, sperans, se etiam tum forte repellere victores et eripere quodam modo e manibus eorum victoriam posse. Ac primum quidem in Massylios incidit. Et dum jam nusquam amplius pugnatur, inter solos Masinissam Annibalemque renovatur prælium. Quibus et ipsis inter se (sicut paulo ante Scipio et Annibal) animose concurrentibus, Annibal ictum excepit clypeo; et ipse equum hostis tunc quoque percussit. Tum Masinissa, equo effusus, pedes invasit Annibalem; et equitem, se ei objicientem, telo confixit, reliquorum autem jacula excepit scuto elephantino, et uno ex his, quæ hæserant, extracto, iterum Annibalem frustra petiit, et, similiter ut modo Scipio, proximum equitem confodit. Dumque rursus evellit aliud, sauciatus brachium, pugna excessit paulisper. Hoc audito, Scipio Masinissæ timuit: quumque eo properasset, reperit eum vulnere obligato pugnam equo alio repetentem. Sicque paribus utrimque viribus redintegrato prælio, militibusque utriusque partis duces suos reverentibus, pugnatum est acriter admodum: donec Annibal, viso in quodam colle, Hispanorum Gallorumque globo, equum illo adegit, ut et hos adduceret. Tum vero qui præliabantur, causam abitus non intelligentes, et fugere rati Annibalem, ultro remiserunt pugnam, et in inconditam fugam se proripuerunt, non qua contendere Annibalem videbant, sed qua cuique visum est. Quos ita dispersos Romani, velut consummata victoria, solutis ordinibus, persequebantur; ne ipsi quidem propositum Annibalis intelligentes.

XLVII. Sed mox Annibal, stipatus Hispanis Gallisque, a colle reversus est in pugnam. Et Scipio, denuo suis propere a persecutione revocatis, longe plures contra duxit, quam qui e colle descenderant. Quare non difficilis ei victoria fuit. Annibal, quum ne hic quidem ultimus conatus successisset, jam, rebus omnibus desperatis, palam se fugæ commisit. Eum equites persequebantur, cum alii multi, tum Masinissa; vexatus quidem vulnere, cervicibus tamen imminens, et vehementer cupiens Annibalem captivum ad Scipionem adducere. Sed illum nox eripuit. Tandemque per tenebras cum viginti equitibus, qui soli cursum ejus æquare potuerant, in oppidum, cui Thon nomen, fuga pervenit. Ubi quum cognovit, Bruttiorum Hispanorumque multos equites eodem e clade fugisse, metuens Hispanos, ut barbaros mobilis ac temerarii ingenii; Bruttios vero, ut Italos, Scipionisque conterraneos, ne, quo facilius veniam eorum delictorum et actæ contra Italiam militiæ consequerentur, Scipioni ipsum dederent; clam uno fidissimo equite comitatus, effugit. Emensusque intra biduum duasque noctes ad tria stadiorum millia, Adrumetum venit, urbem maritimam, ubi partem quamdam copiarum habebat ad frumenti custodiam. Evocansque e finitimis locis milites, et elapsos e prælio recolligens, arma parabat ac machinas.

XLVIII. Σκιπίων δὲ, νίκην ἀρίστην νενικηκὼς, τὰ μὲν ἄχρηστα τῆς λείας ἐνεπίμπρη διαζωσάμενος αὐτὸς, ὥσπερ εἰώθασι Ῥωμαίων οἱ στρατηγοί. Χρυσίου δ' ἐς Ῥώμην τάλαντα δέκα, καὶ ἀργυρίου δισχίλια καὶ πεντακόσια, καὶ ἐλέφαντα εἰργασμένον, καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς τῶν αἰχμαλώτων ἔπεμπε, καὶ Λαίλιον ἐξαγγελοῦντα περὶ τῆς νίκης, ἐπὶ νεῶν· τὰ δὲ λοιπὰ ἀποδόμενος, τὴν τιμὴν ἐπιδιεῖλε τῷ στρατῷ· καὶ δῶρα τοῖς ἀριστεύσασιν ἐδίδου, καὶ Μασσανάσσην ἐστεφάνου καὶ τότε· καὶ τὰς πόλεις ἐπιὼν ἐχειροῦτο. Τὸ μὲν δὴ τέλος τῆς Ἀννίβου τε καὶ Σκιπίωνος ἐν Λιβύῃ μάχης, τότε πρῶτον ἀλλήλοις ἐς χεῖρας ἐλθόντων, τοῦτ' ἦν. Ἀπέθανον δὲ Ῥωμαίων μὲν δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, Μασσανάσσου δ' ἔτι πλείονες· καὶ τῶν πολεμίων δισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι. Αἰχμάλωτοι δ' ελήφθησαν ὀκτακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι. Καὶ Ἴβηρες ηὐτομόλησαν πρὸς Σκιπίωνα τριακόσιοι, καὶ Νομάδες πρὸς Μασσανάσσην ὀκτακόσιοι.

XLIX. Οὔπω δὲ οὔτε οἱ Καρχηδόνιοι τῶνδε, οὔτε Ῥωμαῖοι, πυθόμενοι, οἱ μὲν ἐπέστελλον Μάγωνι, ξενολογοῦντι ἔτι Κελτοὺς, ἐσβαλεῖν εἰς τὴν Ἰταλίαν, εἰ δύναιτο, ἢ ἐς Λιβύην μετὰ τῶν μισθοφόρων καταπλεῦσαι· οἱ δὲ, τῶνδε τῶν γραμμάτων ἁλόντων, καὶ ἐς Ῥώμην κομισθέντων, στρατιὰν ἄλλην καὶ ἵππους καὶ ναῦς καὶ χρήματα ἔπεμπον τῷ Σκιπίωνι. Ὁ δὲ ἤδη τῇ Καρχηδόνι κατὰ μὲν τὴν γῆν ἐπέπεμπεν Ὀκταούϊον, ταῖς δὲ ναυσὶν αὐτὸς ἐπέπλει. Καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, τὴν ἧσσαν Ἀννίβου πυθόμενοι, πρέσβεις ἐπὶ κελητίου προσέπεμπον τῷ Σκιπίωνι, ὧν ἡγοῦντο Ἄννων τε, ὁ Μέγας λεγόμενος, καὶ Ἀσδρούβας ὁ Ἔριφος· οἳ τὸ κηρύκιον ὑψηλὸν ἔστησαν ἐπὶ τῆς πρῴρας, καὶ τὰς χεῖρας ὤρεγον ἐς τὸν Σκιπίωνα, ἱκετῶν τρόπον. Ὁ δ' αὐτοὺς ἐκέλευσεν ἥκειν ἐς τὸ στρατόπεδον· καὶ ἐλθοῦσιν ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθήμενος ἐχρημάτιζεν. Οἱ δὲ μετ' οἰμωγῆς ἑαυτοὺς ἐῤῥίπτουν ἐς τὸ ἔδαφος, καὶ τῶν ὑπηρετῶν ἀνιστάντων, καὶ λέγειν κελευόντων ὅ τι θέλοιεν, Ἀσδρούβας ὁ Ἔριφος εἶπεν·

L. « Ἐμοὶ μέν ἐστιν, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ Ἄννωνι τῷδε, καὶ ὅσοι Καρχηδονίων ἔμφρονες, καθαρεύειν ἁμαρτημάτων ὧν ἡμῖν ἐπικαλεῖτε. Τοὺς γὰρ πρέσβεις ὑμῶν, ἐς οὓς ἐξήμαρτεν ἡ πατρὶς ἄκουσα ὑπὸ λιμοῦ, περιεσώζομεν, καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐπέμπομεν. Χρὴ δ' ὑμᾶς μηδὲ Καρχηδονίων καταγιγνώσκειν ἁπάντων· οἵ γε τὴν εἰρήνην καὶ πρότερον ᾔτησαν, καὶ λαβόντες προθύμως ὤμνυον. Εἰσὶ δ' αἱ πόλεις ἐπὶ τὸ χεῖρον εὐεπίστρεπτοι, καὶ τὸ πρὸς χάριν ἀεὶ παρὰ τοῖς πλήθεσιν ἐπικρατεῖ. Ἃ καὶ ἡμεῖς ἐπάθομεν, οὔτε πεῖσαι δυνηθέντες τὸ πλῆθος, οὔτ' ἐπισχεῖν, διὰ τοὺς ἐκεῖ μὲν διαβάλλοντας ἡμᾶς, παρὰ δ' ὑμῖν τὴν παῤῥησίαν ἀφῃρημένους. Μὴ δὴ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας εὐπειθείας ἢ εὐβουλίας, ὦ Ῥωμαῖοι, τὰ παρ' ἡμῖν κρίνετε. Ἀλλ' εἴ τῳ καὶ τὸ πεισθῆναι τοῖς ἐπιτρίβουσιν ἀδίκημα εἶναι δοκεῖ, τὸν λιμὸν ἐπίδεσθε, καὶ τὴν ἀνάγκην ἣ γέγονεν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ πάθους. Οὐ γὰρ δὴ τῶν αὐτῶν ἔργον ἑκούσιον ἦν, ἄρτι

XLVIII. Ac Scipio, præclarissimam adeptus victoriam, spolia minus utilia ipse accinctus, ut Romanis mos est imperatoribus, cremavit; pretiosam prædam Romam misit, auri talenta decem, argenti talenta bis mille quingenta, ebur arte laboratum, et captivos nobiles navibus impositos, simulque Lælium, victoriæ nuncium. Reliqua præda divendita, pretium divisit, præmiaque militaria meritis distribuit, Masinissamque iterum corona donavit. Dein regionem percurrens, civitates in deditionem accepit. Atque hic exitus fuit pugnæ in Africa Annibalis atque Scipionis, quæ priusquam pugnata est, nunquam illi armis inter se erant congressi. Desiderati sunt in Romano exercitu quingenti supra duo millia : Masinissa aliquanto plures amisit. Hostium ceciderunt millia XXV. Capti sunt octies mille quingenti. Hispani transfugerunt ad Scipionem CCC : Numidæ ad Masinissam DCCC.

XLIX. Priusquam autem hujus victoriæ nuncius vel Romam perferretur vel Carthaginem, Pœni scripserant Magoni, etiam tum militem mercede conducenti in Gallia, jubentes, ut Italiam, si posset, invaderet, aut cum mercenariis navigaret in Africam. His literis interceptis, et in urbem allatis, denuo senatus alias peditum equitumque copias, et naves, ac pecunias ad Scipionem misit : qui jam adversus Carthaginem terrestri itinere Octavium præmiserat, ipseque eodem tendebat cum navibus. Sed eodem tempore Carthaginienses, cognita Annibalis clade, legatos in actuaria navicula miserunt ad Scipionem, quorum principes erant Anno Magnus et Asdrubal Hædus; qui caduceo alte in prora erecto, manus ad victorem tendebant suppliciter. Ille jussit, ut ad castra pergerent. Quo quum venissent, publice pro tribunali eos admisit Scipio. Ibi, humum sese cum gemitu projicientes, postquam sublevati ab apparitoribus, dicereque quidquid vellent jussi sunt, Asdrubal Hædus talem orationem est exorsus :

L. « Me quidem, principes Romani, et Annonem hunc, et quotquot Carthaginiensium sapiunt, exsortes facile judicabitis culpæ ejus, in quam apud vos civitas nostra venit. Legatos enim vestros in quos inviti cives nostri, fame cogente, peccarunt, nos servavimus, ad vosque remisimus. Sed ne populum quidem universum debebitis condemnare, qui et ante hoc tempus pacem a vobis petiit, et acceptam juravit cupide. Omnis autem populus facile in deterius seducitur : et quidquid ad gratiam dicitur, id apud multitudinem valet plurimum. Quod et nos experti sumus, qui, nec suadendo, nec dissuadendo, quidquam apud plebem profecimus, propter nonnullos, qui et domi nos calumniantur, et apud vos etiam libere loquendi facultatem ademerunt. Ne enim, quæso, ex vestra, principes Romani, consulendi parendique sapientissima disciplina res nostras existimetis. Quodsi cui vero hoc ipsum in crimine videtur ponendum, quod concitatoribus illis suis paruerit multitudo, famem, quæso, spectate, necessitatemque ex malo isto nobis inductam. Non enim, profecto, ab eodem populo ultro ac sua

μὲν περὶ εἰρήνης παρακαλεῖν, καὶ χρήματα τοσαῦτα διδόναι, καὶ τῶν νεῶν τῶν μακρῶν, πλὴν ὀλίγων, ἀφίστασθαι, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἀρχῆς ὑμῖν παριέναι, καὶ περὶ τῶνδε ὀμνύναι τε καὶ ὁρκοῦν πέμψαντας ἐς Ῥώμην· ἔτι δ' ὄντων τῶν ἡμετέρων πρέσβεων παρ' ὑμῖν, ἑκόντας ἁμαρτεῖν. Ἀλλὰ μάλιστα μὲν θεῶν τις ἔβλαψε· καὶ ὁ χειμὼν ὁ τὴν ἀγορὰν ὑμῶν ἐς Καρχηδόνα καταγαγών, ἐπὶ δὲ τῷ χειμῶνι ὁ λιμὸς ἡμᾶς ἀφείλετο, μὴ καλῶς ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων φρονῆσαι, πάντων ἐνδεεῖς ὄντας. Οὐδὲ λογισμὸν αἰτεῖν ἄξιον παρὰ πλήθους ἀσυντάκτου καὶ ἀτυχοῦντος.

LI. Εἰ δὲ καὶ ὡς ἀδικεῖν ὑμῖν δοκοῦμεν, οὐκ ἀτυχεῖν, ὁμολογοῦμεν· καὶ δι' αὐτὸ καὶ παρακαλοῦμεν. Ἔστι δὲ τῶν μὲν οὐδὲν ἁμαρτόντων, δικαιολογία· τῶν δ' ἁμαρτόντων, παράκλησις. Ἐφ' ᾗ ταχύτερός ἐστιν ὁ τῶν εὐτυχούντων ἔλεος, τὰ ἀνθρώπεια ὑφορωμένων, ὅταν αἴσθωνται διὰ τὰς αἰφνιδίους μεταβολὰς παρακαλοῦντας τοὺς ἐχθὲς ἀδικεῖν δυναμένους. Οἷα καὶ ἡ Καρχηδονίων πόλις, ἡ τῆς Λιβύης μεγίστη καὶ δυνατωτάτη ναυσὶ καὶ χρήμασιν ὁμοῦ καὶ ἐλέφασι, καὶ στρατῷ πεζῷ τε καὶ ἱππικῷ, καὶ ὑπηκόοις πολλοῖς· ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἀνθήσασα, καὶ Λιβύης ἁπάσης καὶ ἄλλων ἐθνῶν καὶ νήσων καὶ θαλάσσης τοσῆσδε ἄρξασα, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἐς ἀμφήριστον ἐπιπλεῖστον ἐλθοῦσα· νῦν οὐκ ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ ταῖς ναυσὶν, οὐδ' ἐν τοῖς ἐλέφασι καὶ ἵπποις, οὐδ' ἐν τοῖς ὑπηκόοις (ὧν πάντων ὑμῖν ἀφίσταται), τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ὑμῖν ἔχει, τοῖς προπεπονθόσι κακῶς. Ἃ χρὴ θεωροῦντας ὑμᾶς, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς νέμεσιν φυλασσομένους, μετριοπαθῶς χρῆσθαι ταῖς εὐπραξίαις· καὶ τῆς σφετέρας αὐτῶν, ὦ Ῥωμαῖοι, μεγαλοφροσύνης, καὶ τῆς Καρχηδονίων ποτὲ τύχης ἄξια πράσσειν, τάς τε τοῦ δαιμονίου μεταβολὰς ἀνεπιφθόνως ἐν ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς διατίθεσθαι· ἵνα καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀναμάρτητα ᾖ τὰ ὑμέτερα ὑμῖν, καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀξιέπαινα πάντων.

LII. Οὐ γὰρ, μὴ μετάθωνταί γε καὶ νῦν οἱ Καρχηδόνιοι, δέος ἐστίν, οἳ τοσήνδε μετάνοιαν καὶ δίκην τῆς πρὶν ἀγνωμοσύνης ὑφίστανται. Ἔστι δ' ἀναμαρτησίας τοῖς μὲν σώφροσιν ἡ εὐβουλία φυλακή· τοῖς δ' ἁμαρτοῦσι, τὸ προπαθεῖν καὶ μεταγνῶναι. Βεβαιοτέρους τε, εἰκός ἐστι, τοὺς νενουθετημένους γε εἶναι τῶν ἀπειράτων. Οὐδ' ἄξιον, Καρχηδονίοις ὑμᾶς ὠμότητα καὶ ἁμαρτίαν ἐπικαλοῦντας, ταῦτα μιμεῖσθαι. Τοῖς μὲν γὰρ ἀτυχοῦσιν, ἑτέρων ἁμαρτημάτων ἄρχουσιν ὑπὸ τῆς ἀπορίας αἱ συμφοραί· τοῖς δ' εὖ πράσσουσιν, ἐν ἐξουσίᾳ τὸ φιλάνθρωπόν ἐστιν. Οὐδ' εὐκλεές, οὐδὲ συμφέρον ἐς τὴν ἀρχὴν ὑμῖν ἐστι, πόλιν τοσήνδε καθαιρεῖν μᾶλλον ἢ περισώζειν. Ἐστὲ δὲ ἀμείνονες μὲν ὑμεῖς τῶν ὑμετέρων συμφερόντων κριταί. Ἡμεῖς δ' ὑμῖν ἐς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν δύο ταῦτα μάλιστα φέρομεν ἐκ πάντων· τὸ τῆς Καρχηδονίων ποτὲ ἀξίωμα ἀρχῆς, καὶ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ἐς πάντα μετριοπάθειαν, ἣ μετὰ τῶν ὅπλων ἐς τοσοῦτον ὑμᾶς ἐπῆρεν ἀρχῆς καὶ δυνάμεως.

voluntate duo hæc fieri potuerant : ut modo pacem oraret tantumque pecuniarum penderet, naves longas paucis exceptis traderet, maxima parte imperii vobis cederet, in easque conditiones jusjurandum interponeret, ac legationem in hoc ad senatum mitteret vestrum; modo rursus, legatorum reditu non exspectato, ultro in fœdus peccaret. Sed, ut verissime dicam, ad deum aliquem iratum referendum illud malum est et tempestas, quæ commeatus vestros in portum nostrum appulit, juxta' tempestatem vero fames mentem nobis ademit, ne de rebus alienis, quum ipsi rerum omnium essemus inopes, sana consilia caperemus. Neque vero ratio actorum postulari a multitudine, incondita potest, quæ miseriis premitur.

LI. « Quod si vel sic vero improbi potius, quam miseri, vobis videmur, fatemur culpam : atque etiam idcirco deprecamur. Relinquatur innocentibus causæ dictio : erratum agnoscentes decet deprecatio; quæ facilius apud felices miserationem invenit, si considerent mutabiles rerum humanarum vices, et veniam orantes hodie, qui heri vim inferre potuerant. Quemadmodum Carthaginiensium civitas, totius Africæ maxima, potentissimaque classibus, pecuniis elephantis, pedestribus equestribusque copiis, subditorum denique multitudine; postquam per DCC annos floruit, Africæque universæ, aliisque gentibus, et insulis, et tam late fuso mari imperavit, imperiique vestri jamdudum æmula fuit; nunc non in maritimis opibus et classibus, non in equitatu elephantisque, non in provinciis, quibus omnibus vobis decedit, spem salutis collocat : sed in vobis ipsis, qui multum mali prius ab illa perpessi estis. Quæ vos considerare oportet, fortunæque invidiam, quæ nunc illos premit, caventes, moderate uti prosperitatibus. Rationeque habita cum magnanimitatis vestræ, Principes Romani, tum Carthaginiensium pristinæ felicitatis, talia vos oportet in hac fortunæ vicissitudine nostrisque calamitatibus consilia sequi, quæ nec invidiæ vobis sint, et Diis immortalibus probentur, mortaliumque omnium laudibus queant excipi.

LII. « Non enim profecto, ne in posterum etiam parum constanti in vos fide sint Pœni, verendum est; qui præteritæ stoliditatis tam gravi pœnitentia pœnaque premuntur. Quod si innocentes proprii prudentia consilii retrahit ab injuria, hi, qui peccarunt, pœnitentia factorum, et malorum sensu, in quæ inciderunt, retinentur. Quos castigatos, credibile est, constantiores fore in officio, quam qui nunquam disciplinam experti sunt. Nec decet vos, qui Pœnorum crudelitatem et iniquitatem insectamini, vitia eorum imitari. Nam infelices quidem, dum quo se vertant nesciunt, eo nonnunquam delabuntur, ut ex ipsis calamitatibus novam peccandi materiam capiant. Sed felices nil impedit, quominus humanitate et clementia utantur. Jam vero et ad ipsius vestræ Reipublicæ tam gloriam, quam utilitatem pertinet, tantam civitatem servare potius, quam perdere. Quanquam, quid magis vobis conferat, vestrum esto judicium. Nos in defensionem salutis nostræ duo hæc potissimum prætendimus : imperii Carthaginensium antiquam dignitatem; et vestram in omnibus rebus moderationem, quæ, cum armis conjuncta, ad tantam vos provexit

Τίσι δὲ συνθήκαις ἂν ἄρα διδῶτε τὴν εἰρήνην, χρησόμεθα περὶ αὐτῆς· περισσὸν λέγειν, τοὺς ἐφ' ὑμῖν τὰ ἑαυτῶν τιθεμένους. »

LIII. Τοσαῦτ' εἰπὼν ὁ Ἔριφος, ἐπέκλαυσεν. Ὁ δὲ Σκιπίων μεταστησάμενος αὐτοὺς, ἐβουλεύετο μετὰ τῶν ἀρίστων ἐπὶ πολύ. Ὡς δ' ἔκρινεν, ἐσκαλέσας αὐτοὺς, ἔλεγεν ὧδε· « Ἐστὲ μὲν οὐδεμίας συγγνώμης ἄξιοι, πολλάκις ἐς σπονδὰς ἡμῶν ὑβρίσαντες, καὶ τὰ τελευταῖα νῦν καὶ ἐς πρέσβεις ἁμαρτόντες οὕτω φανερῶς, καὶ ἀθεμίτως, ὡς μήτε ἐξαρνεῖσθαι, μήτε ἀντιλέγειν ὅτι μὴ τῆς ἐσχάτης ἐστὲ τιμωρίας ἄξιοι. Τί δὲ δεῖ κατηγορεῖν τῶν ὁμολογούντων; Ἐς ἱκεσίας καταφεύγετε, οἳ μηδ' ὄνομα Ῥωμαίων ὑπολιπόντες ἂν, εἰ ὑμεῖς ἐκρατήσατε. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν οὐδέποθ' ὑμῖν ὅμοια ποιήσομεν· ἐπεὶ καὶ τοὺς πρέσβεις ὑμῶν, ἔτι ὄντας ἐν Ῥώμῃ, παρεσπονδηκότων ὑμῶν, καὶ ἐς πρέσβεις ἁμαρτόντων, ἥ τε πόλις ἀπέλυσε, κἀγὼ, καταχθέντας ἐς τὸ στρατόπεδον, πρὸς ὑμᾶς ἤδη πολεμοῦντας ἀπέπεμψα ἀπαθεῖς. Χρὴ δ' ὑμᾶς, καταγιγνώσκοντας αὐτῶν, ὅ τι ἂν λάβητε, κέρδος ἡγεῖσθαι. Λέξω δ' ἅ μοι δοκεῖ, καὶ ἡ σύγκλητος ἐπιψηφιεῖ ἃ ἂν δοκιμάσῃ.

LIV. Δίδομεν ὑμῖν καὶ ἔτι τὴν εἰρήνην, ὦ Καρχηδόνιοι, ἢν τάς τε ναῦς τὰς μακρὰς παραδίδωτε Ῥωμαίοις, χωρὶς δέκα μόνων, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ὅσους ἔχετε, καὶ ὅσα ἡρπάσατε πρώην, ἢ τῶν ἀπολωλότων τὴν τιμὴν, ἐμοῦ τὰ ἀμφίβολα κρίνοντος, καὶ αἰχμάλωτα πάντα, καὶ αὐτομόλους, καὶ ὅσους Ἀννίβας ἐξ Ἰταλίας ἤγαγε. Ταῦτα μὲν ἐν τριάκοντα ἡμέραις, ἀφ' οὗ ἂν ἡ εἰρήνη κριθῇ. Ἐν δ' ἑξήκοντα ἡμέραις, Μάγωνα χρὴ Λιγύων ἀποστῆναι, καὶ τὰς φρουρὰς ὑμᾶς ἐξαγαγεῖν ἐκ τῶν πόλεων, ὅσαι τῶν Φοινικίδων τάφρων ἐκτός εἰσι, καὶ, ὅσα αὐτῶν ἔχετε ὅμηρα, ἀποδοῦναι· καὶ ἐς Ῥώμην ἑκάστου ἔτους ἀναφέρειν Εὐβοεικὰ τάλαντα διακόσια, ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτούς. Καὶ μήτε ξενολογεῖν ἀπὸ Κελτῶν ἢ Λιγύων ἔτι· μήτε Μασσανάσσῃ, μήτε ἄλλῳ Ῥωμαίων φίλῳ, πολεμεῖν· μηδὲ στρατεύειν τινὰ Καρχηδονίων ἐπ' ἐκείνους, ἀπό γε τοῦ κοινοῦ. Τὴν δὲ πόλιν ὑμᾶς ἔχειν, καὶ τὴν χώραν, ὅσην ἐντὸς τῶν Φοινικίδων τάφρων εἴχετε ἐμοῦ διαπλέοντος ἐς Λιβύην. Ῥωμαίων τε εἶναι φίλους καὶ συμμάχους κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν· ἢν ἀρέσκῃ ταῦτα τῇ βουλῇ. Ἀρεσάντων δὲ, Ῥωμαίους ἀναχωρεῖν ἐκ Λιβύης πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέραις. Ἀνοχὰς δὲ ἢν ἐθέλητε λαβεῖν, ἔστε πρεσβεύσητε ἐς Ῥώμην· δώσετε μὲν ἡμῖν αὐτίκα ὅμηρα, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν παῖδας, οὓς ἂν αὐτὸς ἐπιλέξωμαι· δώσετε δὲ ἐς δαπάνην τῇ στρατιᾷ ἄλλα τάλαντα χίλια, καὶ ἀγοράν. Καὶ γενομένων τῶν σπονδῶν, ἀπολήψεσθε τὰ ὅμηρα. »

LV. Ταῦτα τοῦ Σκιπίωνος εἰπόντος, οἱ μὲν πρέσβεις ἔφερον ἐς Καρχηδόνα τοὺς λόγους. Συνιόντος δὲ τοῦ πλήθους ἐς ἐκκλησίαν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, τοῖς μὲν ἀρίστοις ἐδόκει τὰ προτεινόμενα δέξασθαι, καὶ μὴ, περί τινων ἀπειθοῦντας, κινδυνεύειν περὶ ἁπάντων. Τὸ δ' ἀγοραῖον πλῆθος, οὐ τὸ παρὸν δεινὸν ἐκλογιζόμενοι

potentiam. Quibuscunque autem legibus pacem nobis dederitis, his eam accipiemus. Dicere conditiones, non eorum est, qui vestræ potestati se suaque omnia committunt. »

LIII. Hanc orationem Hædus fletu conclusit. Scipio vero jussis legatis secedere, diu consultavit cum optimatibus, et post deliberationem revocatos sic allocutus est : « Venia quidem nulla digni estis; qui toties fœdera violastis nostra, et nunc postremo in legatos quoque tam nefarium facinus adeo palam admisistis, ut neque factum negare sustineatis, et, extrema quæque pati vos commeritos esse, ultro fateamini! Quid autem confessos accusare opus est? Ad supplicationes confugitis; qui ne nomen quidem Romanorum relicturi eratis, si vobis contigisset vincere. Nos vero nunquam similem vestræ agendi rationem tenebimus : postquam et legatos vestros, etiam tum in Urbe morantes, quum vos et nostros legatos et fœdera violastis, populus Romanus dimisit; et ego eosdem, mea in castra delatos, vobis, jam hostibus, intactos remisi. Debetis autem, quum vos ipsi condemnetis, lucrum existimare quidquid acceperitis. Dicam igitur equidem meam de pacis conditionibus sententiam : et senatus noster rata habebit, quæ ei placuerint.

LIV. « Damus nunc quoque pacem vobis, Carthaginienses, si naves rostratas populo Romano, decem tantum exceptis, tradideritis; elephantosque quotquot habetis; quæque nuper rapuistis, aut rerum amissarum pretium, controversis rebus meo arbitrio relictis : tum vero captivos, transfugas, et milites Annibalem ex Italia secutos, reddideritis : et hæc quidem intra diem trigesimum ex quo pax declarata fuerit. Intra sexagesimum vero oportet Mago decedat e Liguria, et præsidia deducatis e civitatibus extra Fossas Punicas sitis, obsidesque illis, quotquot habetis, reddatis. Romam vero in singulos annos afferetis CC talenta Euboica per annos L. Nec licebit vobis posthac vel e Gallia Liguriaque mercenarium militem conducere; vel contra Masinissam, aliosve populi Romani amicos, bellum gerere; vel Carthaginiensem quemquam contra eos, ex publico quidem consensu, militare. Urbem vero tenebitis vestram, et agrum intra Fossas Punicas, his terminis quibus habuistis me in Africam navigante. Coletisque populi Romani amicitiam, et ei terra marique submittetis auxilia; si modo hæc eadem senatui nostro placuerint. Quæ ubi rata fuerint, Romanus exercitus decedet ex Africa intra diem centesimum quinquagesimum. Et, si volueritis ad legationem mittendam inducias, statim dabitis nobis obsides, CL filios familias, quos ipse legero : addetisque in stipendium exercitus mille talenta frumentumque. Obsides, postquam pax decreta fuerit, recipietis. »

LV. Hoc responsum legati retulerunt Carthaginem. Et, concionibus per aliquammultos dies habitis, optimates censebant accipiendas conditiones, ne, si graventur quædam amittere, periclitentur de universis. Forensis autem multitudo, magis, quantum auferretur rerum suarum, spectans, quam periculum, quod imminebat, reputans, repudiavit

μᾶλλον, ἢ τὴν ἀφαίρεσιν ὧν ἔχουσι, τοσήνδε οὖσαν, ἠπείθουν· καὶ ἠγανάκτουν, εἰ ἐν λιμῷ τὸν σῖτον οἱ ἄρχοντες αἱροῦνται Ῥωμαίοις, ἀντὶ τῶν πολιτῶν, ἐς τὰς ἀνοχὰς παρασχεῖν· ἐφ' ἕκαστόν τε αὐτῶν συνιστάμενοι, πᾶσιν ἠπείλουν τὰς οἰκίας αὐτῶν διαρπάσειν καὶ καταπρήσειν. Τέλος δ' ἔγνωσαν, Ἀννίβαν, ἔχοντα μὲν ἤδη πεζοὺς ἑξακισχιλίους, ἱππέας δὲ πεντακοσίους, σταθμεύοντα δ' ἐν πόλει Μαρθαμᾶ, σύμβουλον ἐπὶ τοῖς παροῦσι καλεῖν. Ὁ δ' ἧκε, καὶ, τῶν μετρίων δεδιότων μὴ φιλοπόλεμος ἀνὴρ ἐπιτρίψῃ τὸ πλῆθος, πάνυ σεμνῶς ἐκέλευε τὴν εἰρήνην δέχεσθαι. Ὁ δὲ δῆμος καὶ τόνδε ὑπὸ ὀργῆς μανιώδους ἐβλασφήμει, καὶ πᾶσιν ἠπείλει· μέχρι, τῶν γνωρίμων τοὺς μὲν ἐς Μασσανάσσην καταφυγεῖν, τοὺς δὲ ἐς αὐτοὺς Ῥωμαίους αὐτομολῆσαι, τῆς πόλεως ἀπογνόντας.

LVI. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι πυθόμενοι, σῖτον πολὺν ἐς ἐμπόριόν τι ὑπὸ Ἀννίβου σεσωρεῦσθαι, ὁλκάδας ἐπ' αὐτὸν ἐξέπεμπον καὶ ναῦς μακράς· ἐγνωκότες, εἰ τὸν σῖτον λάβοιεν, ἐκστρατεῦσαι, καὶ ὑπομεῖναι πᾶν, ὅ τι ἂν ἡ τύχη κρίνῃ, μᾶλλον, ἢ Ῥωμαίοις δουλεύειν ἑκόντες. Ἐπεὶ δὲ ἄνεμός τε καὶ χειμὼν τὰς ναῦς συνέτριψαν, ἀπογνόντες ἁπάντων, ἐμέμφοντο τοῖς θεοῖς ὡς ἐπιβουλεύουσι, καὶ συνετίθεντο τῷ Σκιπίωνι, καὶ ἐπρεσβεύοντο ἐς Ῥώμην. Καὶ ὁ Σκιπίων ἔπεμπε τοὺς συμβουλεύσοντας κυροῦν τὰ συγκείμενα. Λέγεται δὲ τοῦτο εἰσηγήσασθαι, τῇ τε πόλει συμφέρειν ὑπολαβὼν, καὶ, πυθόμενος Γναῖον Κορνήλιον Λέντλον τὸν ὕπατον ἐφεδρεύειν αὐτοῦ τῇ στρατηγίᾳ, τὴν δόξαν οὐκ ἐθέλων ἑτέρου γενέσθαι. Προσέταξε γοῦν λέγειν τοῖς ἀπιοῦσιν, ὅτι, βραδυνόντων Ῥωμαίων, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ συνθήσεται.

LVII. Οἱ δὲ πάνυ μὲν ἥδοντο, κεκρατηκότες πόλεως τοσαύτης, ἣ πολλὰ καὶ δεινὰ πρότερον αὐτοὺς ἐδεδράκει, καὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς δευτέραν ἢ τρίτην εἶχεν ἡγεμονίαν. Οἱ σύμβουλοι δ' ἐστασίαζον· οἱ μὲν ἔτι σὺν ὀργῇ χαλεπαίνοντες τοῖς Καρχηδονίοις· οἱ δὲ ἐλεοῦντες αὐτοὺς ἤδη, καὶ ἀξιοῦντες, ἐν ταῖς ἀλλοτρίαις συμφοραῖς τὸ σφέτερον εὐπρεπὲς διατίθεσθαι. Ὑπαναστὰς δέ τις τῶν Σκιπίωνος φίλων, εἶπεν· « Οὐ περὶ τῆς Καρχηδονίων σωτηρίας ἐστὶν ἡμῖν ἡ φροντὶς, ὦ ἄνδρες, ἀλλὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἔς τε θεοὺς πίστεως, καὶ πρὸς ἀνδρῶν εὐφημίας· μὴ Καρχηδονίων αὐτῶν ὠμότερα πράξωμεν, οἳ Καρχηδονίοις ὠμότητα ἐπικαλοῦμεν, καὶ μετριοπαθείας, ἀεὶ μετριάσαντες ἐπὶ τῶν βραχυτέρων, ἀμελήσωμεν ἐν τοῖς μείζοσιν· ἃ μηδὲ λαθεῖν ἔνεστι διὰ τὸ μέγεθος. Ἀλλ' ἐς ἅπασαν γῆν περιελεύσεται καὶ νῦν καὶ ὕστερον, ἢν πόλιν περιώνυμον καὶ θαλασσοκράτορα ἀνέλωμεν, ἣ καὶ νήσων ἦρξε πολλῶν, καὶ θαλάσσης ὅλης, καὶ Λιβύης ὑπὲρ ἥμισυ, ἔν τε τοῖς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἀγῶσι πολλὰ καὶ τύχης καὶ δυνάμεως ἔργα ἐπεδείξατο. Οἷς, ἔτι μὲν φιλονεικοῦσιν, ἐρίζειν ἔδει· πεσόντων δὲ, φείδεσθαι· καθὰ καὶ τῶν ἀθλητῶν οὐδεὶς τὸν πεσόντα ἔτι τύπτει, καὶ τῶν θηρίων τὰ πολλὰ φείδεται τῶν καταπεσόντων. Καλὸν δ', ἐν τοῖς εὐτυχήμασι νέμεσιν

illorum consilium; indigneque tulit, principes suos in fame publica frumentum malle Romanis militibus, induciarum causa, quam suis civibus, dare. Itaque circumstando singulos ex proceribus, minabantur cunctis, ædes se eorum direpturos crematurosque. Tandem placuit, Annibalem vocari in consilium; qui, contractis jam sex millibus peditum et quingentis equitibus, ad oppidum Marthamam diverterat. Venit ille : et, quum moderati cives timerent, ne vir bellicosus populum concitaret, gravi oratione pacem suasit Annibal. Plebs vero, irata et furore percita, hunc quoque conviciis insectata est, minitabaturque omnibus. Eoque res est adducta, ut e nobilibus multi, desperata patriæ salute, pars ad Masinissam se conferrent, pars ad ipsos Romanos transfugerent.

LVI. Reliqui Carthaginienses, quum audivissent, in emporio quodam magnam frumenti copiam esse ab Annibale congestam, onerarias naves rostratasque ad illud advehendum miserunt. Constitueruntque, si nacti essent frumentum illud, belli fortunam denuo experiri, et, quodcumque illa decrevisset, pati potius, quam Romanorum servitutem ultro subire. Sed postquam ventorum tempestatisque vi quassatæ naves sunt, desperatis rebus omnibus, accusantes deos, quod sibi infensi essent, pacti sunt cum Scipione inducias, legationemque Romam miserunt. Simul cum Pœnis Scipio Romam misit; qui operam darent, in senatu, ut ratæ haberentur conditiones, in quas pax convenerat. Fertur autem id Scipio suasisse duabus de causis; tum, quod utilem esse reipublicæ pacem his conditionibus judicaverit; tum, quod, Cn. Cornelium Lentulum consulem intelligens suæ inhiare provinciæ, noluerit ab alio sibi rapi belli confecti gloriam. Itaque proficiscentibus præcepit Scipio, ut dicerent : si cunctaretur senatus, ipsum per se pacem compositurum.

LVII. Ac Romæ quidem magnopere lætati sunt, eum devictum esse populum, a quo tantam vim malorum ad illud tempus accepissent, qui secundum tertiumve orbis terrarum tenuisset imperium. Sed de pace dissentiebant deliberantium sententiæ. Alii enim irarum adhuc indignationisque pleni erant in Pœnos; alii contra, jam miserantes eorum sortem, in alienis calamitatibus, censebant, consilia ex populi Romani dignitate esse capienda. Et surgens unus ex Scipionis amicis, hæc verba fecit : « Non tam de Pœnorum nunc agitur salute, patres conscripti, quam de populi Romani in deos fide, et apud homines fama : ne crudelius, quam ipsi Pœni, agamus nos qui Pœnorum insectamur crudelitatem; neve, qui in minoribus servare modum semper consuevimus, in majoribus rebus modum nullum statuamus; quæ propter ipsam magnitudinem ne latere quidem possint. Nam toto terrarum orbe et nunc et in posterum spargetur fama, si deleverimus urbem celebrem marisque dominam, quæ tot insulis, marique universo, et Libyæ parti plusquam dimidiæ, imperavit, et in bellis nobiscum ipsis gestis tot fortunæ et virtutis præclarissima specimina edidit. Cujus popularibus, dum arma tulerunt, signa inferre; postquam prolapsi sunt, oportebat parcere : quemadmodum neque athletarum quisquam eum, qui cecidit, amplius ferit; et ferarum pleraque parcere solent his, quæ humi prostratæ sunt. Numinum secundis in rebus

θεῶν φυλάσσεσθαι καὶ ἀνθρώπων φθόνον. Εἰ δέ τις, ὅσα ἔδρασαν ἡμᾶς, ἀκριβῶς ἐκλογίζεται· αὐτὸ μάλιστά ἐστι τοῦτο τῆς τύχης τὸ φοβερώτατον, εἰ περὶ μόνης ἄρτι σωτηρίας παρακαλοῦσιν, οἱ πόσα καὶ πηλίκα δεδυνημένοι δρᾶσαι', καὶ οὐ πρὸ πολλοῦ περί τε Σικελίας καὶ Ἰβηρίας καλῶς ἀγωνισάμενοι. Ἀλλ' ἐκείνων μὲν δίκας ἔδοσαν. Τῶν δὲ τελευταίων παραβάσεων λιμὸν αἰτιῶνται, κακὸν ἀνθρώποις ἐπιπονώτατον, ὃ πάντας ἐξαιρεῖν δύναται λογισμούς.

LVIII. Ἐγὼ οὐκ ἐρῶ μὲν οὐδὲν ὑπὲρ Καρχηδονίων· οὐ γὰρ ἄξιον· οὐδ' ἀγνοῶ, καὶ πρότερον αὐτοὺς ἄλλας συνθήκας πρὸ τῶνδε παραβῆναι. Ἃ δ' ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ποιοῦντες οἱ πατέρες ἡμῶν ἐς τόδε τύχης προῆλθον, εἰδότας ὑμᾶς ἀναμνήσω. Τῶν γὰρ γειτόνων ἡμῖν τῶνδε πάντων ἐν κύκλῳ πολλάκις ἀποστάντων, καὶ σπονδὰς συνεχῶς λυσάντων, οὐ κατεφρόνησαν· οὐ Λατίνων, οὐ Τυῤῥηνῶν, οὐ Σαβίνων. Τούς τε αὖ μετ' ἐκείνους περιοικοῦντας ἡμῖν Αἰκανοὺς καὶ Βολούσκους, καὶ Καμπανοὺς, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς Ἰταλίας ἐς σπονδὰς ὕβρισεν, εὐσταθῶς ἔφερον. Καὶ τὸ Σαυνιτῶν γένος, τρὶς μὲν φιλίας καὶ συνθηκῶν καταφρονῆσαν, ἔτεσι δ' ὀγδοήκοντα μεγίστους ἡμῖν πολέμους πεπολεμηκὸς, οὐκ ἀνέστησαν· οὐδὲ τοὺς ἄλλους, ὅσοι Πύῤῥον προσηγάγοντο κατὰ τῆς Ἰταλίας. Οὐδ' ἡμεῖς, τὰ ἔναγχος ταῦτα, τοὺς Ἰταλῶν Ἀννίβᾳ προσθεμένους διεφθείραμεν, οὐδὲ Βρυττίους, οἳ μέχρι τέλους αὐτῷ συνηγωνίσαντο· ἀλλὰ γῇ μόνῃ ζημιώσαντες, εἰάσαμεν ἔχειν τὰ ὑπόλοιπα. Ὡς εὐσεβὲς ὁμοῦ, καὶ ἐς εὐτυχίαν ἡμῖν χρήσιμον, μὴ ἀφανίζειν ἀνθρώπων γένη μᾶλλον, ἢ νουθετεῖν.

LIX. Τί οὖν παθόντες ἐπὶ Καρχηδονίων ἀλλάξωμεν τὴν φύσιν, ᾗ χρώμενοι μέχρι νῦν εὐτυχοῦμεν; Ὅτι μείζων ἐστὶν ἡ πόλις αὕτη; Δι' αὐτὸ μέντοι καὶ τοῦτο μᾶλλον ἔτι φειδοῦς ἀξία. Ἀλλ' ὅτι πολλάκις παρεσπόνδησεν ἐς ἡμᾶς; Καὶ γὰρ ἕτεροι, καὶ σχεδὸν ἅπαντες. Ἀλλ' ὅτι μικρὰν νῦν ὑφίστανται τιμωρίαν; ὧν νῆές τε πᾶσαι χωρὶς δέκα παραιροῦνται· καὶ τοὺς ἐλέφαντας, οἷς ἰσχύουσι, παραδιδόασι· καὶ τάλαντα Εὐβοεικὰ μύρια τελοῦσι· καὶ πόλεων ἁπασῶν ἀφίστανται, καὶ χώρας, ὅσης ἄρχουσιν ἐκτὸς τῶν Φοινικίδων τάφρων· καὶ στρατολογεῖν αὐτοῖς ἀπηγόρευται· καὶ ὅσα λιμώττοντες ἥρπασαν, ἀποδιδόασιν ἔτι λιμώττοντες· καὶ τῶν ἀμφιλόγων ἐστὶν αὐτοῖς Σκιπίων, ὁ πολεμήσας, κριτής. Ἐγὼ μὲν καὶ τοῦ μεγέθους τῶνδε, καὶ τοῦ πλήθους, ἐπαινῶ τὸν Σκιπίωνα. Καὶ ὑμᾶς ἀξιῶ φείσασθαι, διὰ τὸν φθόνον καὶ τὴν τῶν ἀνθρωπείων μεταβολήν· οἷς εἰσιν ἔτι νῆες, πρὶν συνθώμεθα, πολλαὶ, καὶ πλῆθος ἐλεφάντων· καὶ Ἀννίβας, στρατηγικώτατος ἀνὴρ, ἤδη στρατιὰν ἔχει· καὶ Μάγων ἐκ Κελτῶν καὶ Λιγύων ἑτέρους ἄγει πολλούς· καὶ Βερμινᾶς, ὁ Σύφακος, αὐτοῖς συμμαχεῖ, καὶ ἄλλα Νομάδων ἔθνη· δούλους τε ἔχουσι πολλούς. Καὶ ἢν ἀπογνῶσι τὰ παρ' ἡμῶν, ἀφειδῶς ἅπασι χρήσονται. Χαλεπώτερον δ' οὐδὲν ἀφειδίας ἐν

convenit vindictam deorum cavere, hominumque invidiam. Quod si quis vero, quanta sint, quæ illi in nos admiserint, studiosius reputet', ipse hic maxime tremendus est casus fortunæ, quod de una salute sua hodie nobiscum agant hi, qui quot et quanta nobis mala inferendi vim nuperrime etiam habuerunt! et abhinc haud ita multo de Sicilia Hispaniaque præclare dimicarunt! Sed præteritorum quidem pœnas dederunt : postremarum autem culpam injuriarum in famem rejiciunt, malorum omnium mortalibus gravissimum, quod facile quemvis de sanitate et mente deturbare potest.

LVIII. « Pro Carthaginiensibus equidem nihil dico, patres conscripti. Neque enim convenit : neque sum nescius, prius etiam alia fœdera, ante hoc de quo nunc agitur, fuisse ab illis violata. Sed, quibus consiliis, similibus in rebus, usi patres nostri pervenerint ad hoc felicitatis fastigium, quamquam ipsi minime ignoratis, liceat vos admonere. Scilicet hos nostros circum finitimos omnes, quum plus semel defecissent, fœderaque frequenter rupissent, non insuper habuerunt : neque Latinos, neque Etruscos, neque Sabinos. Dein rursus Æquos, Volscos, Campanos, vicinos nostros, et quæcunque aliæ gentes Italiæ fœdera violarunt, constanti ac forti animo tulerunt. Et Samnitium populum, postquam ter amicitiam populi Romani fœdusque prodidit, et per LXXX annos gravissimo bello nobiscum decertavit, non deleverunt funditus; sicut nec illas gentes, quæ Pyrrhum contra nos in Italiam vocarunt. Neque vero nos nuper admodum hos, qui ex Italis ad Annibalis sese amicitiam adjunxerant, perdidimus; ne Bruttios quidem, qui ad extremum usque in ejus partibus permanserunt; sed agri tantum portione mulctatos, passi sumus possidere reliqua; quod non ad pietatem solum, sed et ad felicitatem, pertinere nostram putavimus, si non tam deleremus genera hominum, quam castigatos ad saniora consilia revocaremus.

LIX. « Quid est igitur, quæso, Patres conscripti, quod in Carthaginiensibus mutemus hanc indolem, qua ad hunc diem usi, fruimur florenti rerum nostrarum statu? An, quod amplitudine præstat Carthaginiensium civitas? Atqui ob id ipsum magis digna est, cui parcamus. An, quod sæpius contra fidem fœderum egit? Atqui id aliæ pariter civitates, ac tantum non omnes, fecerunt. An, quod parum est pœnæ, quam nunc luere parati sunt? quibus naves omnes præter x auferuntur; qui elephantos tradunt, quorum robore confidunt; qui talentorum Euboicorum decem millia pendunt, et urbibus cunctis agrisque cedunt, quos extra Punicas Fossas possederunt; quibus exercitum conducere posthac non licet; qui, quæ fame coacti rapuerunt, hæc reddunt fame etiam nunc pressi; denique rerum controversarum judicem arbitrumque, ipsum, qui adversus eos signa tulit, Scipionem, agnoscunt? Ego vero et laudandum potius Scipionem ob magnitudinem horum multitudinemque censeo; et vos oro hortorque, ut veniam detis Pœnis, invidiam ac vicissitudinem rerum humanarum cogitantes. Sunt enim etiam nunc illis, donec fœdus concluserimus, naves bene multæ; est copia elephantorum; est Annibal, vir bellicarum artium peritissimus, qui ad hunc diem exercitum habet, et Mago alium haud exiguum ex Gallis Liguribusque adducit; et Vermina, Syphacis filius, et aliæ Numidicæ gentes cum auxiliis præsto sunt; servorum denique magnam vim habent. Et quod si veniam a nobis desperant, sævo dehinc furore omnia aggredientur. Nihil

μάχαις, ἐν αἷς καὶ τὸ δαιμόνιον ἀνώμαλον καὶ ἐπίφθονόν ἐστιν.

LX. Ἃ καὶ Σκιπίων ἔοικεν ὑφορώμενος ἐπιστεῖλαι μὲν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἐπειπεῖν δ᾽, ὡς καὶ βραδυνόντων συνθήσεται. Εἰκὸς δ᾽, ἐκεῖνον καὶ τάδε ἄμεινον ἡμῶν ἐκλογίζεσθαι, καὶ πλέον ἔτι συνορᾷν, ὄντα ἐπὶ τῶν ἔργων. Λυπήσομέν τε, ἀκυροῦντες αὐτοῦ τὴν παραίνεσιν, ἄνδρα φιλόπολιν, καὶ στρατηγὸν ἐξαίρετον· ὃς οὐδ᾽ ἐς Λιβύην ἡμᾶς ὁρμωμένους παρώξυνέ τε, καὶ στρατιὰν οὐ λαβὼν, αὐτῷ συνεστήσατο, καὶ τὰ ἐκεῖ προήγαγεν ἡμῖν ἐς ὅσον οὐκ ἠλπίζομεν. Ὃ καὶ θαυμάζειν ἄξιον, ὅτι ῥαθύμως ἔχοντες ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ πολέμου, νῦν ἔχετε φιλονείκως καὶ ἀμέτρως. Εἰ δέ τις ταῦτα μὲν ἡγεῖται καλῶς ἔχειν, δέδιε δὲ, μὴ καὶ νῦν τὰς σπονδὰς παραβῶσιν οἱ Καρχηδόνιοι· μάλιστα μὲν εἰκὸς, αὐτοὺς ἤδη σπονδῶν φυλακῆς αἰσθάνεσθαι, πολλὰ ἐκ τῶν παραβάσεων παθόντας, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐς τὸ μέλλον ποιήσεσθαι περὶ πολλοῦ, ἐξ ἀσεβείας ἐς γόνυ πεσόντας. Οὐκ ἔστι δὲ τῶν αὐτῶν συμβούλων, ἄρτι μὲν καταφρονεῖν τῶν Καρχηδονίων, ὡς οὐδὲν ἔτι ἰσχυόντων· δεδιέναι δ᾽ αὖθις, ὡς ἀποστῆναι δυναμένους. Ἡμῖν δὲ τὸ φυλάσσειν αὐτοὺς, ἐς τὸ μὴ πάλιν αὐξῆσαι, τοῦ νῦν ἀνελεῖν εὐχερέστερόν ἐστι. Νῦν μὲν γὰρ ἐξ ἀπογνώσεως μαχέσονται· ὕστερον δ᾽ ἀεὶ δεδιότας τηρήσομεν. Ἅλις δὲ κακῶν ἕξουσι καὶ χωρὶς ἡμῶν, οἷς οἵ τε περίοικοι πάντες ἐπικείσονται, δυσμεναίνοντες τῆς ποτε βίας· καὶ Μασσανάσσης, ἀνὴρ πιστότατος ἡμῖν, ἐφεδρεύσει παρὼν ἀεί.

LXI. Εἰ δ᾽ ἄρα τις καὶ τῶνδε πάντων καταφρονεῖ, ὅπως δ᾽ αὐτὸς ἐκδέξεται τὴν Σκιπίωνος ἀρχὴν, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπεῖ, καὶ πιστεύει καὶ τὰ τῆς τύχης αὐτῷ ἐς τέλος ἀπαντήσειν· τί καὶ χρησόμεθα τῇ πόλει λαβόντες αὐτὴν, ἢν καὶ λάβωμεν; Ἀνελοῦμεν ἄρδην, ὅτι σῖτον ἡμῶν καὶ ναῦς ἥρπασαν; Ἃ μετὰ πολλῶν ἄλλων ἀξιοῦσιν ἀποδοῦναι. Ἢ τοῦτο μὲν οὐ πράξομεν, νέμεσίν τε θεῶν φυλασσόμενοι, καὶ ψόγον ἀνθρώπων, Μασσανάσσῃ δ᾽ ἔχειν δώσομεν; Ἀλλ᾽ εἰ καὶ φίλος ἐστὶν, οὐ χρὴ στεῤῥοποιεῖν οὐδ᾽ ἐκεῖνον ἀμέτρως· ἡγεῖσθαι δὲ, τὴν ἔριν αὐτῶν τὴν ἐς ἀλλήλους τῷ Ῥωμαίων κοινῷ συμφέρειν. Ἀλλ᾽ ἐς προσόδους τὴν χώραν ἀνήσομεν; Ἀλλ᾽ ἡ φυλάξουσα στρατιὰ τὴν πρόσοδον ἀναλώσει· πολλῆς γὰρ, ὡς ἐν πολλοῖς περιοίκοις, καὶ πᾶσι βαρβάροις, δεησόμεθα. Ἀλλ᾽ ἀποίκους πέμψομεν ἐς μέσους τοσούσδε Νομάδας; Οἳ, τῶν μὲν βαρβάρων ἰσχυόντων, ἀεὶ δεινὰ πείσονται· ἢν δ᾽ ἐπικρατήσωσιν αὐτῶν, ἐς τὸ μέλλον ἡμῖν ἔσονται φοβεροὶ καὶ ἐπίφθονοι, χώραν τοσήνδε καὶ πολὺ κρείττονα τῆς ἡμετέρας ἔχοντες. Ἃ καὶ αὐτὰ, μοὶ δοκεῖ, συνιδὼν ὁ Σκιπίων, κελεύειν ἡμῖν δέχεσθαι τὰς Καρχηδονίων παρακλήσεις. Πειθώμεθα οὖν καὶ τοῖς δεομένοις καὶ τῷ στρατηγῷ. »

LXII. Ὁ μὲν οὕτως εἶπε. Πούπλιος δὲ Κορνήλιος, Κορνηλίου Λέντλου συγγενὴς, τοῦ τότε ὄντος ὑπάτου, καὶ τὸν Σκιπίωνα διαδέξεσθαι προσδοκῶντος, ἀντέλεγεν

est autem desperato furore magis timendum in pugnis, in quibus et ceteroquin incerta ac maligna sæpe fortuna est.

LX. « Quæ ipsa et Scipio, ut videtur, subveritus, quum mentem suam nobis aperuit, adjecit daturum se, etiam nobis cunctantibus, pacem Pœnis. Verisimile est autem, illum hæc melius nobis perpendere, pluraque perspicere, quum præsit omnibus. Cujus monita si neglexerimus, offendemus ducem eximium, et amantem patriæ; qui nobis, de bello in Africam transferendo ne cogitantibus quidem, auctor fuerat copias trajiciendi; et, quum non impetrasset exercitum, ipse sibi paravit; resque ibi gessit longe felicius, quam sperabamus. Quo magis mirandum est, vos bellum, quod tam negligenter suscepistis initio, nunc tam pertinaciter et immodice velle persequi. Quod si quis autem, cetera satis probans, hoc tantum veretur, ne nunc quoque Carthaginienses violent fœdera, verisimilius est, doctos quantum malorum ipsis attulerit perfidia, nunc fidem servaturos eo sanctius, quo magis contemtu religionis se pessumdatos sentiant. Nec est ejusdem consultoris, nunc Carthaginienses spernere, ut nihil valentes amplius; nunc timere, quasi ad rebellandum validos. Nobis vero facilius est, cavere, ne crescant denuo, quam nunc eos omnino tollere. Nunc enim cum desperatis pugnaremus; postea vero metu eos continebimus in officio. Et habebunt vel absque nobis satis incommodorum; quos infeste urgebunt finitimi omnes, propter superbi imperii memoriam; et Masinissa, amicus nobis fidissimus, semper observabit ex insidiis.

LXI. « Quod si quis, spretis his omnibus, tantum, quomodo Scipioni succedat, et privata commoda cogitat, atque fortunam ad extremum usque votorum propitiam sibi fore confidit, liceat ex eo quærere: Quidnam tandem faciemus captæ urbi, si modo capere contingat? num ideo funditus eam evertemus, quia frumentum nostrum et naves rapuit? Quas res parati sunt, adjecto magno aliarum rerum cumulo, restituere. An hoc quidem non faciemus, caventes deum hominumque invidiam; sed Masinissæ donabimus? Atqui, tametsi amicus, non est tamen ne ipse quidem supra modum augendus potentia: quin potius, verum si quærimus, contentionem ejus cum Pœnis utilem nostræ reipublicæ judicabimus. An agrum eorum publicum faciemus, ut reditus ex eo percipiamus annuos? at eos reditus absument præsidia; quibus multis magnisque opus erit, inter tot finitimas circum gentes, easque omnes barbaras. Colonos fortasse mittemus in mediam, tot gentibus frequentatam, Numidiam? Qui, prævalentibus barbaris, semper obnoxii erunt eorum incursionibus: quod si ipsi superiores evaserint, ob potentiam invidiosi nobis erunt et formidabiles, tantam possidentes regionem, nostra longe præstantiorem. Quæ omnia Scipio mihi videtur praeclare perspexisse, dum auctor nobis est, ut admittamus postulata Carthaginiensium. Quare morem geramus et rogantibus et imperatori. »

LXII. Ad hæc P. Cornelius Lentulus, gentilis Cnæi ejus, qui tunc consul erat et Scipioni se successurum sperabat, respondit in hanc sententiam: « In bellis, Patres Conscripti,

οὕτως· « Τὸ μὲν συμφέρον ἐστὶ μόνον ἐν τοῖς πολέμοις, ὦ ἄνδρες, χρήσιμον. Καὶ ὅσῳ δυνατὴν ἔτι καὶ νῦν ἀποφαίνουσιν οὗτοι τὴν πόλιν, φυλάξασθαι χρὴ τὴν ἀπιστίαν αὐτῆς μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τὴν ἰσχὺν προανελεῖν, ἐπεὶ μὴ τὴν ἀπιστίαν δυνάμεθα. Οὐδεὶς δ' ἡμῖν καιρὸς ἐς τὸ λῦσαι τὸν ἀπὸ Καρχηδονίων φόβον ἐπιτηδειότερός ἐστι τοῦ παρόντος, ἐν ᾧ πάντων εἰσὶν ἀσθενεῖς καὶ ἄποροι· πρὶν αὖθις αὐτὸν ἐς ἑκάτερον αὐξῆσαι. Οὐ μέντοι καὶ τὸν τοῦ δικαίου λογισμὸν ἂν περιφύγοιμι. Οὐδ' ἀμετρίας μοι δοκεῖ δόξαν οἴσεσθαι τὴν πόλιν ἐπὶ Καρχηδονίοις· οἳ παρὰ μὲν τὰς εὐπραξίας ἀδικοῦσι καὶ ἐνυβρίζουσιν ἐς ἅπαντας, ἐν δὲ ταῖς συμφοραῖς παρακαλοῦσιν· ἂν δὲ τύχωσιν, εὐθὺς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις μετατίθενται. Καὶ οὔτε σπονδῶν ἐστιν αὐτοῖς αἰδὼς, οὔτε λόγος ὅρκων· οὓς οὗτος ἀξιοῖ περισώζειν διὰ νέμεσιν θεῶν καὶ ἀνθρώπων φθόνον. Ἐγὼ δ' αὐτοὺς τοὺς θεοὺς ἡγοῦμαι ἐς τόδε τὴν Καρχηδόνα περιενεγκεῖν, ἵνα δῶσί ποτε δίκην τῆς ἀσεβείας· οἳ καὶ περὶ Σικελίαν καὶ Ἰβηρίαν καὶ Ἰταλίαν, καὶ ἐν αὐτῇ Λιβύῃ, καὶ πρὸς ἡμᾶς, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἀεὶ συνετίθεντο, καὶ παρώρκουν, καὶ δεινὰ καὶ σχέτλια ἔδρων. Ὧν τὰ ἀλλότρια ὑμῖν πρὸ τῶν ἡμετέρων διέξειμι, ἵνα εἰδῆτε πάντας ἐφησθησομένους Καρχηδονίοις, εἰ δίκην δοῖεν.

LXIII. Οὗτοι Ζακανθαίους, πόλιν Ἰβηρίαν ἐπιφανῆ, σφίσι τε αὐτοῖς ἔνσπονδον, καὶ φίλην ἡμῖν, ἡβηδὸν ἔκτειναν, οὐδὲν ἀδικοῦντας. Οὗτοι Νουκερίαν, ὑπήκοον ἡμῶν, ἐπὶ συνθήκῃ λαβόντες, καὶ ὀμόσαντες σὺν δύο ἱματίοις ἕκαστον ἀπολύσειν, τὴν μὲν βουλὴν αὐτῶν ἐς τὰ βαλανεῖα συνέκλεισαν, καὶ ὑποκαίοντες τὰ βαλανεῖα ἀπέπνιξαν, τὸν δὲ δῆμον ἀπιόντα κατηκόντισαν. Ἀχερράνων δὲ τὴν βουλὴν ἐν σπονδαῖς ἐς τὰ φρέατα ἐνέβαλον, καὶ τὰ φρέατα ἐνέχωσαν. Μάρκον τε Κορνήλιον, ὕπατον ἡμέτερον, ὅρκοις ἀπατήσαντες, ἤγαγον μὲν ὡς ἐπισκεψόμενον αὐτῶν τὸν στρατηγὸν ἀῤῥωστοῦντα· συναρπάσαντες δὲ, ἀπήγαγον ἐς Λιβύην ἐκ Σικελίας αἰχμάλωτον, μετὰ δύο καὶ εἴκοσι νεῶν. Ἔκτειναν δὲ καὶ Ῥῆγλον αἰκισάμενοι, στρατηγὸν ἕτερον ἡμῶν, ὑπὸ εὐορκίας ἐπανελθόντα πρὸς αὐτούς. Ὅσα δ' Ἀννίβας ἢ πολεμῶν, ἢ ἐνεδρεύων, ἢ παρορκῶν, ἔς τε πόλεις καὶ στρατόπεδα ἡμῶν, καὶ λήγων ἐς τοὺς συμμάχους ἔδρασε τοὺς αὐτοῦ, τάς τε πόλεις πορθῶν, καὶ τοὺς αὐτῷ συστρατευσαμένους κατακαίνων, μακρὸν ἂν εἴη καταλέγειν. Πλὴν ὅτι τετρακόσια ἡμῶν ἀνέστησεν ἄστη· τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἡμῶν, τοὺς μὲν ἐς τάφρους καὶ ποταμοὺς ἐμβαλόντες, ὡς γεφύραις ἐπέβαινον· τοὺς δὲ τοῖς ἐλέφασιν ὑπέβαλον· τοὺς δ' ἀλλήλοις μονομαχεῖν ἐκέλευον, ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς συνιστάντες, καὶ πατέρας υἱοῖς. Τὰ δ' ἔναγχος ταῦτα, περὶ εἰρήνης ἐπρέσβευον ἐνταῦθα, καὶ παρεκάλουν, καὶ ὤμνυον, καὶ οἱ πρέσβεις αὐτῶν ἔτι παρῆσαν· ἐν δὲ Λιβύῃ τὰς ναῦς ἡμῶν διήρπαζον, καὶ τοὺς στρατιώτας κατέδεον. Τοσοῦτον αὐτοῖς καὶ ἀνοίας διὰ τὴν ὠμότητα περίεστι.

LXIV. Τούτοις οὖν τίς ἐστιν ἔλεος ἢ μετριοπάθεια παρ' ἑτέρων, τοῖς οὐδὲν μέτριον οὐδ' ἥμερον ἐς οὐδένας

sola quidem spectari utilitas debet. Adeoque, quo potentiorem etiam nunc civitatem istam hi nobis demonstrant, eo magis cavendum est ab ejus perfidia, conjuncta cum potentia : et, quoniam perfidiam non possumus tollere, ante omnia extinguamus potentiam. Nec est aliud tempus opportunius liberandi nos a metu Carthaginiensium, quam nunc, dum infirmi et rerum omnium egeni sunt, priusquam vires et opes recipiant. Neque tamen æquitatis justitiæque disceptationem in hac causa recusem. Neque vereor, ne populus Romanus videatur durius, quam par est, agere cum Carthaginiensibus : qui in rebus secundis iniqui et insolentes erga omnes sunt, in calamitatibus vero supplices; ac ilico post factum fœdus, ab eo rursus discedunt. Neque enim fœderum sanctitas, aut jurisjurandi religio ulla est apud hos, quos ille a nobis conservandos ait, ne in Deorum vindictam incidamus hominumque invidiam. At ego, ipsos deos arbitror eo redegisse Carthaginem, ut tandem pœnas impietatis luant, qui icta in Sicilia, in Hispania, in Italia, in Africa, nobiscum et cum aliis, fœdera cuncta perfide violantes, diras luctuosasque crudelitates ubivis exercuerunt. Quarum aliquot externa exempla referam, priusquam ad res nostras perveniam; ut sciatis, omnes applausuros, si illi pœnas meritas dederint.

LXIII. « Hi Saguntum, urbem Hispaniæ nobilem, ipsis fœderatam, et nobis amicam, nihil commeritam, occidione deleverunt. Hi postquam Nuceriam, nostræ ditionis urbem, in deditionem acceperunt ex fœdere, jurati se permissuros ut oppidani cum binis vestibus abeant, senatum in balinea conclusum æstu suffocaverunt, populum vero abeuntem confixerunt jaculis. Acerrarum senatum, post fidem ei datam, in puteos conjectum terra obruerunt. M. Cornelium, consulem nostrum, jurejurando deceptum adduxerunt ad ipsorum ducem, quem velut ægrotum conveniret, moxque captivum abripuerunt in Africam e Sicilia, cum viginti duabus navibus. Alium imperatorem nostrum, Regulum, excruciatum interemerunt; qui, ne jusjurandum falleret, ad eos redierat. Annibal vero quæ quantaque, bello, insidiis, perfidia, in civitates nostras exercitusque nostros, ac postremo in suos ipsius socios patraverit, urbes populando, et proprios commilitones interficiendo, longum est recensere. Verbo tamen dicam, quadringenta ab eo deleta nostra esse oppida, captivos nostros partim in fossas, in fluvios conjectos, ut pontium præberent usum, partim subjectos elephantis proculcandos, partim digladiari coactos, compositis fratrum paribus, aut filiis cum parentibus. Nuperrime vero legatos huc de pace miserunt, oraruntque, et jurejurando se obstrinxerunt; et priusquam illi hinc discederent, naves nostras in Africa diripuerunt, milites que conjecerunt in vincula. Ad tantam etiam insaniam eos adigit crudelitas.

LXIV. « His igitur quæ miseratio ab aliis, aut quæ moderatio debetur, qui nihil unquam moderate, nihil clemen-

εἰργασμένοις; τοῖς (ὥσπερ ἔφη Σκιπίων) εἰ ἐλάβοντο ἡμῶν, οὐδ' ἂν ὄνομα Ῥωμαίων ὑπολιποῦσιν; Ἀλλὰ πίστις ἐστὶ βέβαιος, ἢ δεξιά. Ποία; τίς σπονδὴ, τίς ὅρκος, ὃν οὐκ ἐπάτησαν; τίς δὲ συνθήκη καὶ χάρις, ἐς ἣν οὐχ ὕβρισαν; Μὴ μιμησώμεθα, φησὶν, αὐτούς. Τίνα γὰρ συνθήκην ἡμεῖς λύομεν, οἱ μήπω τι συνθέμενοι; Ἀλλὰ τὴν ὠμότητα, φησὶν, αὐτῶν μὴ μιμησώμεθα. Φίλους οὖν καὶ συμμάχους ποιησόμεθα τοὺς ὠμοτάτους; Οὐδέτερα τούτων ἄξια. Ἀλλ' ἐπιτρεψάτωσαν ἡμῖν αὐτοὺς νόμῳ νενικημένων, ὡς πολλοὶ σφᾶς ἐπέτρεψαν· σκεψώμεθα δ' ἡμεῖς. Καὶ ὅ τι ἂν δῶμεν, εἴσονται χάριν, οὐχὶ συνθήκην νομίσουσιν εἶναι. Διαφέρει δὲ τούτοιν ἑκάτερον ὧδε· μέχρι μὲν συντίθενται, παραβήσονται, καθάπερ καὶ πάλαι, πρόφασιν ἀεί τινα τῶν συνθηκῶν φέροντες, ὡς ἐν αὐταῖς ἠλαττωμένοι· τὰ δ' ἀμφίλογα, εὐπροφάσιστα. Ὅταν δὲ παραδῶσιν αὐτοὺς, καὶ τὰ ὅπλα παρελώμεθα, καὶ τὰ σώματα ἐφ' ἡμῖν γένηται, καὶ πεισθῶσιν ὅτι μηδὲν αὐτοῖς ἐστιν ἴδιον· τὰ μὲν φρονήματα αὐτῶν καταβήσεται, ἀγαπήσουσι δ' ὅ τι ἂν παρ' ἡμῶν λάβωσιν ὡς ἀλλότριον. Εἰ μὲν οὖν Σκιπίωνι ἑτέρως δοκεῖ, τὰς γνώμας ἔχετε συγκρίνειν. Εἰ δὲ συνθήσεται Καρχηδονίοις χωρὶς ὑμῶν, τί καὶ ἐπέστελλεν ὑμῖν; Ἐγὼ μὲν γὰρ, ὡς ὑμῖν κυρίοις οὖσι περὶ τῶνδε κρῖναι, τὴν γνώμην εἶπον, ἣν νομίζω συνοίσειν τῇ πόλει. »

LXV. Τοιαῦτα μὲν καὶ ὁ Πούπλιος εἶπεν. Ἡ δὲ βουλὴ κατὰ ἄνδρα παρ' ἑκάστου ψῆφον ᾔτει, καὶ ἐς τὴν Σκιπίωνος γνώμην αἱ πλείους συνέδραμον. Ἐγίγνοντο οὖν αἱ συνθῆκαι, τρίται αἵδε, Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρὸς ἀλλήλους. Καὶ ὁ Σκιπίων ἐς αὐτὰς ἐδόκει μάλιστα τοὺς Ῥωμαίους ἐναγαγέσθαι, εἴτε τῶν εἰρημένων οὕνεκα λογισμῶν, εἴτε ὡς ἀρκοῦν Ῥωμαίοις ἐς εὐτυχίαν, τὸ μόνην ἀφελέσθαι Καρχηδονίοις τὴν ἡγεμονίαν. Εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ τόδε νομίζουσιν, αὐτὸν ἐς Ῥωμαίων σωφρονισμὸν ἐθελῆσαι γείτονα καὶ ἀντίπαλον αὐτοῖς φόβον ἐς ἀεὶ καταλιπεῖν, ἵνα μήποτε ἐξυβρίσειαν ἐν μεγέθει τύχης καὶ ἀμεριμνίᾳ. Καὶ τόδε οὕτω φρονῆσαι τὸν Σκιπίωνα, οὐ πολὺ ὕστερον ἐξεῖπε τοῖς Ῥωμαίοις Κάτων, ἐπιπλήττων παρωξυμμένοις κατὰ Ῥόδου. Ὁ δὲ Σκιπίων, ταῦτα συνθέμενος, ἐκ Λιβύης ἐς τὴν Ἰταλίαν παντὶ τῷ στρατῷ διέπλει, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐσήλαυνε θριαμβεύων, ἐπιφανέστατα δὴ τῶν πρὸ αὐτοῦ.

LXVI. Καὶ ὁ τρόπος, ᾧ καὶ νῦν χρώμενοι διατελοῦσιν, ἐστὶ τοιόσδε. Ἐστεφάνωντο μὲν ἅπαντες. Ἡγοῦνται δὲ σαλπιγκταί τε καὶ λαφύρων ἅμαξαι· πύργοι τε παραφέρονται, μιμήματα τῶν εἰλημμένων πόλεων, καὶ γραφαὶ καὶ σχήματα τῶν γεγονότων. Εἶτα χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἀσήμαντός τε καὶ σεσημασμένος, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον ἄλλο· καὶ στέφανοι ὅσοις τὸν στρατηγὸν ἀρετῆς ἕνεκα ἀναδοῦσιν ἢ πόλεις ἢ σύμμαχοι, ἢ τὰ ὑπ' αὐτῷ στρατόπεδα. Βόες δ' ἐπὶ τούτοις λευκοὶ, καὶ ἐλέφαντες ἦσαν ἐπὶ τοῖς βουσί· καὶ Καρχηδονίων αὐτῶν, καὶ Νομάδων, ὅσοι τῶν ἡγεμόνων ἐλήφθησαν. Αὐτοῦ δ' ἡγοῦνται τοῦ στρατηγοῦ ῥαβδοῦχοι φοινικοῦς χιτῶνας

ter, in quemquam fecerunt? qui, ut ait Scipio, si nos vicissent, ne nomen quidem Romanum passi fuissent superesse? At fides, inquis, firma est, ac dextra! Quæ tandem? Quod fœdus, quod jusjurandum non conculcarunt? Quam pacem, quam gratiam non rependerunt injuria? Audio, non esse illos nobis imitandos! Et quid igitur imitamur, qui pacem non violamus, quæ nondum cum illis est composita? Sed crudelitatem eorum, ais, ne imitemur! Ergo-ne amicos et socios faciemus homines crudelissimos? Neutrum horum æquum est. Satius est, ut victi dedant se in nostram potestatem, quomodo alii multi sese dediderunt. Tum vero deliberare nobis licebit: et quidquid a nobis illi acceperint, habebunt gratiam; non fœderi imputabunt beneficium. Differunt autem hæc duo sic: quamdiu fœdera nobiscum eis erunt, violabunt, sicut adhuc fecerunt, semper aliquid prætexentes, cur ipsis iniquæ videantur fœderis leges: nam facile prætextus nascuntur e rebus controversis. Ubi vero se dederint, ademtis per nos armis, et in potestatem acceptis corporibus, scient nihil ipsis esse proprium, et demittent animos; contenti, quidquid a nobis, ut alienum, acceperint. Jam quod si aliter Scipioni videtur, potestis sententias inter se collatas expendere. Quod si autem absque vobis fœdus cum Carthaginiensibus facturus est, quid opus erat, ad vos rem referre? Ego vero apud vos, penes quos est hujus rei judicium, sententiam eam dixi, quam e republica esse existimo. »

LXV. Hæc quum P. Lentulus verba fecisset, senatus poposcit calculos. Vicit autem Scipionis sententia pluribus suffragiis. Atque ita tertio ictum est fœdus inter Romanum Carthaginiensemque populos. Cujus fœderis ineundi, sive eis causis inductus, quæ sunt paulo ante expositæ, auctor Romanis suasorque fuerat Scipio; sive, quod satis esse populo Romano ad florentem reipublicæ statum judicaverit, si imperium Pœnis esset ademtum. Sunt enim, qui et hoc arbitrentur, nimirum, ad continendos in majorum disciplina Romanos voluisse Scipionem relinqui vicinam urbem æmulam; ne fieret umquam, ut securi nimia felicitate insolescerent. Atque id ita sensisse Scipionem, haud ita multo post publice affirmavit Cato, quum nimiam senatus iram in Rhodios reprehenderet. Jam vero Scipio, fœdere icto, ex Africa totum exercitum deportavit in Italiam, Urbemque triumphans ingressus est, illustriore pompa quam ante eum diem usus fuerat quisquam.

LXVI. Fuit autem forma triumphi, qua etiam nunc utuntur Romani, hujusmodi. Coronati incedunt omnes. Præcedunt tubicines, et plaustra onusta spoliis: traducuntur turres, captarum urbium simulacra; tabulæque pictæ, quibus res gestæ ad vivum exprimuntur; deinde aurum argentumque, tam rude quam signatum, et si quid est aliud generis ejusdem: tum coronæ, imperatori ob virtutem datæ a civitatibus aut a sociis aut ab ipso exercitu. Sequebantur deinde boves candidi; post eos elephanti; mox Pœnorum Numidarumque duces captivi. Ipsum imperatorem præcedunt lictores paludati, et chorus citharistarum ac satyro-

ἐνδεδυκότες, καὶ χορὸς κιθαριστῶν τε καὶ τιτυριστῶν, ἐς μιμήματα Τυῤῥηνικῆς πομπῆς, περιεζωσμένοι τε καὶ στεφάνην χρυσῆν ἐπικείμενοι· ἴσα τε βαίνουσιν ἐν τάξει μετὰ ᾠδῆς καὶ μετ' ὀρχήσεως. Λυδοὺς αὐτοὺς καλοῦσιν, ὅτι (οἶμαι) Τυῤῥηνοὶ Λυδῶν ἄποικοι. Τούτων δέ τις ἐν μέσῳ, πορφύραν ποδήρη περικείμενος, καὶ ψέλλια καὶ στρεπτὰ ἀπὸ χρυσοῦ, σχηματίζεται ποικίλως ἐς γέλωτα, ὡς ἐπορχούμενος τοῖς πολεμίοις. Ἐπὶ δ' αὐτῷ θυμιατηρίων πλῆθος, καὶ ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τοῖς θυμιάμασιν, ἐφ' ἅρματος καταγεγραμμένου ποικίλως, ἔστεπται μὲν ἀπὸ χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτίμων, ἔσταλται δ' ἐς τὸν πάτριον τρόπον πορφύραν, ἀστέρων χρυσῶν ἐνυφασμένων. Καὶ σκῆπτρον ἐξ ἐλέφαντος φέρει, καὶ δάφνην, ἣν ἀεὶ Ῥωμαῖοι νομίζουσι νίκης σύμβολον. Ἐπιβαίνουσι δ' αὐτῷ ἐπὶ τὸ ἅρμα παῖδές τε καὶ παρθένοι, καὶ ἐπὶ τῶν παρηόρων ἑκατέρωθεν ἠΐθεοι, συγγενεῖς. Καὶ παρέπονται ὅσοι παρὰ τὸν πόλεμον ἦσαν αὐτῷ γραμματεῖς τε καὶ ὑπηρέται καὶ ὑπασπισταί. Καὶ μετ' ἐκείνους ἡ στρατιὰ κατά τε ἴλας καὶ τάξεις, ἐστεφανωμένη πᾶσα καὶ δαφνηφοροῦσα· οἱ δὲ ἀριστεῖς καὶ τὰ ἀριστεῖα ἐπίκεινται. Καὶ τῶν ἀρχόντων οὓς μὲν ἐπαινοῦσιν, οὓς δὲ σκώπτουσιν, οὓς δὲ ψέγουσιν. Ἀφελὴς γὰρ ὁ θρίαμβος· καὶ ἐν ἐξουσίᾳ, λέγειν ὅ τι θέλοιεν. Ἀφικόμενος δὲ ἐς τὸ Καπιτώλιον ὁ Σκιπίων, τὴν μὲν πομπὴν κατέπαυσεν· εἱστία δὲ τοὺς φίλους, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐς τὸ ἱερόν.

LXVII. Καὶ τέλος εἶχε Ῥωμαίοις ὁ δεύτερος πρὸς Καρχηδονίους πόλεμος, ἀρξάμενος ἀπὸ Ἰβηρίας, λήξας δ' ἐν Λιβύῃ ἐς τάσδε τὰς περὶ αὐτῆς Καρχηδόνος σπονδάς. Καὶ ὀλυμπιάδες ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἦσαν ἀμφὶ τὰς ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα καὶ τέσσαρας. Μασσανάσσης δὲ Καρχηδονίοις τε μηνιῶν, καὶ Ῥωμαίοις θαῤῥῶν, ἐπέβαινε γῇ πολλῇ τῶν Καρχηδονίων, ὡς γενομένῃ ποτὲ ἑαυτοῦ. Καὶ οἱ Καρχηδόνιοι Ῥωμαίους παρεκάλουν, σφίσι Μασσανάσσην συναλλάξαι. Οἱ δ' ἔπεμπον διαλλακτὰς, οἷς εἴρητο συμπράσσειν ὅσα δύναιντο Μασσανάσσῃ. Οὕτω μὲν τὴν γῆν ἀπετέμετο Καρχηδονίων ὁ Μασσανάσσης, καὶ συνθῆκαι Καρχηδονίοις καὶ πρὸς τόνδε ἐγένοντο, αἳ διέμειναν ἐς ἔτη πεντήκοντα. Ἐν οἷς μάλιστα ἡ Καρχηδὼν εἰρηνεύουσα ὁμαλῶς, ἐς μέγα δυνάμεως καὶ εὐανδρίας ἦλθεν, ἔκ τε πεδίων εὐκαρπίας, καὶ θαλάσσης εὐκαιρίας.

LXVIII. Καὶ εὐθὺς (οἷον ἐν ταῖς εὐτυχίαις γίγνεται) οἱ μὲν ἐρωμάϊζον, οἱ δὲ ἐδημοκράτιζον, οἷς δ' ἤρεσκε Μασσανάσσης. Ἡγοῦντο δ' ἑκάστων οἱ καὶ δόξῃ καὶ ἀρετῇ προύχοντες· τῶν μὲν ῥωμαϊζόντων, ὁ Μέγας Ἄννων· τῶν δ' αἱρουμένων τὰ Μασσανάσσου, Ἀννίβας ὁ Ψὰρ ἐπικαλούμενος· τῶν δὲ δημοκρατιζόντων, Ἀμίλχαρ, ᾧ Σαυνίτης ἐπώνυμον ἦν, καὶ Καρθάλων· οἳ φυλάξαντες Ῥωμαίους τε Κελτίβηρσι πολεμοῦντας, καὶ Μασσανάσσην ἐπικουροῦντα υἱῷ πρὸς ἑτέρων Ἰβήρων συγκεκλεισμένῳ, πείθουσι τὸν Καρθάλωνα βοήθαρχον ὄντα, καὶ ἐπὶ τῇδε τῇ ἀρχῇ τὴν χώραν περιιόντα ἐπιθέσθαι τοῖς Μασσανάσσου, σκηνουμένοις ἐν ἀμφιλόγῳ

rum, Etrusco more cinctorum, coronisque aureis ornatorum; qui, similiter atque in Etruscorum pompis, incedunt ordine, cum cantu et tripudio : luditiones ipsi vocant : ideo, puto, quia Etrusci Lydorum coloni sunt. Horum in medio quidam, stolatus ac purpuratus, ornatusque monilibus et torquibus aureis, varie atque varie gesticulatur ad movendum risum, tanquam insultans hostibus. Sequuntur deinceps, qui suffitum faciunt. Mox ipse imperator invehitur curru picturis variegato, redimitus gemmata corona aurea : amictus autem more patrio toga purpurea aureis asteriscis intexta [*sive* toga palmata] : manu gestat sceptrum eburneum et virgam lauream, quæ apud Romanos semper symbolum est victoriæ. Vehuntur eodem curru cognati, pueri virginesque, et funalibus equis insident adolescentes. Juxta currum incedunt, quicumque toto bello imperatori præsto fuerant scribæ, apparitores, armigerique. Sequuntur milites, distincti per turmas ac cohortes, coronati omnes, laureasque manibus tenentes, et fortissimi quique præmia gestantes militaria. Hi alios ex præfectis suis laudant, in alios cavillantur, quosdam vituperant. Locus est enim in triumpho oris libertati; et militibus quidlibet dicendi potestas. Ubi vero in Capitolium ascendit Scipio, finita pompa, amicos ex more ad convivium vocavit in templum.

LXVII. Hic finis secundi belli Punici; quod in Hispania cœptum, in Africa, intercedente hoc fœdere, cujus conditiones ad ipsam urbem Carthaginem proxime pertinebant, desiit, quum apud Græcos ageretur Olympias centesima quadragesima quarta. Jam vero Masinissa, Carthaginiensibus infensus, magnam eorum agri partem sibi vindicabat, fretus Romanorum amicitia, suum quondam fuisse dictitans. Illi a Romanis petierunt, ut regem sibi placarent : qui miserunt conciliatores, cum mandatis, ut quantum possent regi faverent. Ita, carpto quidem a Masinissa Carthaginiensium agro, fœdus etiam cum hoc factum est : quod ad annos duravit quinquaginta. Quo spatio Carthago pace quieta fruens, multum et viris crevit et opibus, camporum ubertate abundans et commoditatibus maritimis.

LXVIII. Sed mox (ut fere fit in rebus secundis) civitas in factiones scindebatur, Romanam, popularem, regiam. Erant autem cuique factioni sui principes, viri honore virtuteque nobiles : Romanam Anno Magnus fovebat, Masinissæ partes Annibal, cognomine Sturnus; popularem factionem Amilcar, Samnis cognominatus, et cum eo Carthalo. Hi observantes tempus, quo Romani bello Celtiberico districti, Masinissa autem filio, quem Hispani ex ulteriori Hispania circumventum tenebant, subsidio erat profectus, persuaserunt Carthaloni, tunc boetharcho, ut, dum pro magistratu obiret regionem, Masinissæ subditos, qui in controverso

γῆ. Ὁ δὲ καὶ ἔκτεινέ τινας αὐτῶν, καὶ λείαν περιήλασε, καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς Λίβυας ἐπὶ τοὺς Νομάδας ἤγειρεν. Ἄλλα τε πολλὰ αὐτοῖς ἔργα πολέμων ἐς ἀλλήλους γίγνεται· μέχρι Ῥωμαίων ἕτεροι πρέσβεις ἐπῆλθον ἐς διαλύσεις, οἷς ὁμοίως εἴρητο, Μασσανάσσῃ βοηθεῖν ἀδήλως. Καὶ ἐβεβαίωσαν οἵδε τῷ Μασσανάσσῃ ὅσα προειλήφει, μετὰ τέχνης, ὧδε· εἶπον μὲν οὐδὲν, οὐδὲ ἤκουσαν, ἵνα μή τι ὡς ἐν δίκῃ Μασσανάσσης ἐλαττῷτο· ἐν μέσῳ δ' ἀμφοῖν γενόμενοι, τὰς χεῖρας διέστησαν· καὶ τοῦτο ἦν αὐτοῖς κέλευσμα πρὸς ἀμφοτέρους ἐς διαλύσεις. Οὐ πολὺ δ' ὕστερον ὁ Μασσανάσσης ἠμφισβήτει καὶ τῶν λεγομένων μεγάλων πεδίων, καὶ χώρας πεντήκοντα πόλεων, ἣν Τύσκαν προσαγορεύουσιν. Ἐφ' οἷς πάλιν οἱ Καρχηδόνιοι κατέφυγον ἐπὶ Ῥωμαίους. Οἱ δ' ὑπέσχοντο μὲν αὐτοῖς καὶ τότε, πρέσβεις πέμψειν ἐς δίαιταν· διέτριψαν δὲ, ἕως εἴκασαν πολλὰ τῶν Καρχηδονίων διεφθάρθαι.

LXIX. Καὶ τότε πρέσβεις ἔπεμπον, ἑτέρους τε καὶ Κάτωνα. Οἱ ἐς τὴν ἀμφίλογον γῆν ἀφικόμενοι, ἠξίουν σφίσιν ἀμφοτέρους περὶ ἁπάντων ἐπιτρέπειν. Μασσανάσσης μὲν οὖν, οἷα πλεονεκτῶν, καὶ Ῥωμαίοις ἀεὶ θαῤῥῶν, ἐπέτρεπεν· οἱ Καρχηδόνιοι δ' ὑπώπτευον, ἐπεὶ καὶ τοὺς πρότερον ᾔδεσαν οὐκ εὖ δικάσαντας. Ἔφασαν οὖν, αὐτὰς συνθήκας τὰς ἐπὶ Σκιπίωνος οὐδὲν χρῄζειν δικῶν οὐδὲ διορθώσεως, ὅσα μὴ ἐξ αὐτῶν παραβαίνεται μόνα. Οἱ δ' οὐκ ἀνασχόμενοι περὶ μέρους δικάζειν, ἐπανῄεσαν. Καὶ τὴν χώραν περιεσκόπουν, ἀκριβῶς τε εἰργασμένην, καὶ κατασκευὰς μεγάλας ἔχουσαν. Εἶδον δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐσελθόντες, ὅση τε τὴν δύναμιν ἦν, καὶ πλῆθος ὅσον ηὔξητο ἐκ τῆς οὐ πρὸ πολλοῦ κατὰ Σκιπίωνα διαφθορᾶς. Ἐπανελθόντες τε ἐς Ῥώμην, ἔφραζον, οὐ ζήλου μᾶλλον ἢ φόβου γέμειν αὐτοῖς τὰ Καρχηδονίων, πόλεως δυσμενοῦς τοσῆσδε καὶ γείτονος, εὐχερῶς οὕτως αὐξανομένης. Καὶ ὁ Κάτων μάλιστα ἔλεγεν, οὔ ποτε Ῥωμαίοις βέβαιον οὐδὲ τὴν ἐλευθερίαν ἔσεσθαι, πρὶν ἐξελεῖν Καρχηδόνα. Ὧν ἡ βουλὴ πυνθανομένη, ἔκρινε μὲν πολεμεῖν· ἔτι δ' ἔχρῃζε προφάσεων, καὶ τὴν κρίσιν ἀπόῤῥητον εἶχον. Κάτωνα δ' ἐξ ἐκείνου φασὶν ἐν τῇ βουλῇ συνεχῆ γνώμην λέγειν, Καρχηδόνα μὴ εἶναι. Σκιπίωνα δὲ τὸν Νασικᾶν τὰ ἐναντία ἀξιοῦν, Καρχηδόνα ἐᾶν, ἐς φόβον ἄρα καὶ τόνδε Ῥωμαίων, ἐκδιαιτωμένων ἤδη.

LXX. Καρχηδονίων δ' οἱ δημοκρατίζοντες τοὺς τὰ Μασσανάσσου φρονοῦντας ἐξέβαλον, ἐς τεσσαράκοντα μάλιστα ὄντας, καὶ ψῆφον ἐπήνεγκαν φυγῆς, καὶ τὸν δῆμον ὥρκωσαν, μήτε καταδέξεσθαί ποτε, μήτε ἀνέξεσθαι τῶν λεγόντων καταδέχεσθαι. Οἱ δ' ἐξελαθέντες ἐπὶ τὸν Μασσανάσσην κατέφυγον, καὶ ἐξώτρυναν ἐς πόλεμον. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς οὕτως ἔχων, ἔπεμπε τῶν παίδων ἐς Καρχηδόνα Γολόσσην τε καὶ Μικίψαν, ἀξιῶν καταδέχεσθαι τοὺς δι' αὐτὸν ἐξεληλαμένους. Τούτοις προσιοῦσι τὰς πύλας ὁ βοήθαρχος ἀπέκλεισε, δείσας μὴ τὸν δῆμον οἱ συγγενεῖς τῶν φευγόντων καταδακρύσειαν. Γολόσσῃ δὲ καὶ ἐπανιόντι Ἀμίλχαρ ὁ Σαυνίτης ἐπέθετο·

solo tentoria fixerant, invaderet. Et ille, cæsis etiam nonnullis ex regiis, prædam abegit, et agrestes Afros concitavit contra Numidas. Aliæque multæ præterea incursiones velitationesque subinde inter eos intercesserunt; donec iterum legatos Romani miserunt, qui lites componerent; quibus æque mandatum fuerat, ut clam utilitatem regis promoverent. Hi Masinissam in rerum semel occupatarum possessione confirmarunt, arte hujusmodi : nec pronunciarunt quidquam, nec causam cognoverunt, ne justo quodam instituto judicio detrimenti quidpiam caperet Masinissa; sed in medium inter utrosque progressi, expandebant manus, eoque gestu monitam utramque partem volebant, ut a lite desisterent. Aliquanto post autem, controversiam quoque movit Masinissa de Magnis qui vocantur Campis, et de regione quinquaginta oppidis frequentata, quam Tyscam illi appellant. Quamobrem denuo ad Romanos confugerunt Pœni. Et tunc quoque eis promissum est, ituros legatos ad rem disceptandam. Sed tam diu dilata est legatio, donec conjectari potuit, perditas jam magna ex parte esse res Carthaginiensium.

LXIX. Ac tunc demum legatos in Africam miserunt Romani, cum alios, tum Catonem. Qui ubi ad agrum controversum pervenerunt, petierunt, rem universam committi ipsorum arbitrio. Ac Masinissa quidem, qui captabat lucra et Romanis semper fidebat, committere non gravabatur. Pœni autem suspectos habebant legatos, quoniam et superiores noverant parum bona fide rem judicasse. Aiebantque, « fœdus ipsum, ex Scipionis auctoritate ictum, non opus habere nova disceptatione aut correctione : de his tantum quæri, quæ contra fœdus facta sint. » Super quæ legati, ut qui nollent de una tantum aut altera causæ parte sigillatim ferre judicium, re infecta discesserunt. Et perlustrarunt regionem, diligentissime cultam, magnisque instructam apparatibus. Urbem quoque ingressi, viderunt, quantum et opibus et frequentia civium aucta sit denuo, post cladem non ita multo ante a Scipione acceptam. Ubi vero Romam rediere legati, multis verbis disserebant, dicentes : « non invidendum magis, quam timendum, visum sibi esse Carthaginis statum, urbis tantæ, male semper in Romanos affectæ, et vicinæ; quæ tam facile tantas vires recepisset. » Et Cato imprimis asseverabat : « nunquam ne libertatem quidem populi Romani in tuto fore, stante Carthagine. » Quæ ubi senatus cognovit, statuit quidem bellum gerere, sed occasionem exspectabat, celans propositum. Ferturque Cato ex eo tempore nunquam non pro sententia dixisse, delendam Carthaginem : at vero Scipio Nasica contradixisse, imo sinendam Carthaginem; ut vel hoc metu etiam retinerentur Romani, a disciplina majorum jam tum desciscentes.

LXX. Cæterum Carthagine factio popularis ejectis regiam, exilio mulctatis circiter XL civibus : et a plebe exactum est jusjurandum, ne unquam reciperet exules, neve de recipiendis ullam mentionem fieri sineret. Illi ad Masinissam confugerunt, ad bellumque eum instigarunt. Et rex, sua etiam sponte non abhorrens ab eo consilio, misit Carthaginem duos e filiis, Gulussam et Micipsam, qui postularent, recipi actos propter ipsum in exilium. Hos ad portam appropinquantes exclusit boetharchus; veritus, ne plebs per cognatos exulantium flecteretur lacrimis. Gulussam vero redeuntem Amilcar Samnis etiam adortus est ex insidiis, et

καί τινας μὲν ἔκτεινεν, αὐτὸν δε ἐθορύβησεν. Ἐφ' οἷς ὁ Μασσανάσσης προφάσεις τάσδε ποιούμενος, ἐπολιόρκει πόλιν Ὀρόσκοπα, καὶ τῆσδε παρὰ τὰς συνθήκας ἐφιέμενος. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι πεζοῖς μὲν δισμυρίοις καὶ πεντακισχιλίοις, ἱππεῦσι δὲ πολιτικοῖς τετρακοσίοις, Ἀσδρούβα τοῦ τότε σφῶν βοηθάρχου στρατηγοῦντος, ἐπὶ τὸν Μασσανάσσην ἐστράτευον. Καὶ πλησιάσασιν αὐτοῖς, Ἄσασίς τε καὶ Σούβας ταξίαρχοι Μασσανάσσου, διενεχθέντες τι τοῖς παισὶ Μασσανάσσου, προσέδραμον ἐς αὐτομολίαν, ἱππέας ἄγοντες ἑξακισχιλίους. Οἷς ἐπαρθεὶς ὁ Ἀσδρούβας, μετεστρατοπέδευεν ἐγγυτέρω τοῦ βασιλέως· καὶ ἐν ταῖς ἀκροβολίαις ἐπὶ κρεισσόνων ἦν. Ὁ δὲ Μασσανάσσης, ἐνεδρεύων αὐτὸν, ὑπεχώρει κατ' ὀλίγον, οἷα φεύγων· ἕως προσήγαγεν ἐς πεδίον μέγα καὶ ἔρημον, οὗ πανταχόθεν ἦσαν λόφοι καὶ ἀπόκρημνα, καὶ ἀγορᾶς ἀπορία. Τότε δ' ἐπιστρέψας, ἐστρατοπέδευεν ἐν τοῖς πεδινοῖς· ὁ δὲ Ἀσδρούβας ἐς τοὺς λόφους, ὡς ὀχυρωτέρους, ἀνέδραμε.

LXXI. Καὶ οἱ μὲν τῆς ἐπιούσης ἔμελλον ἐς χεῖρας ἤξειν. Σκιπίων δ' ὁ νεώτερος, ὁ τὴν Καρχηδόνα ὕστερον ἑλὼν, ὑποστρατευόμενος τότε Λουκούλλῳ Κελτίβηρσι πολεμοῦντι, ἐς τὸν Μασσανάσσην ἀφικνεῖτο, πεμφθεὶς ἐλέφαντας αἰτῆσαι. Καὶ αὐτῷ Μασσανάσσης, τοῦ σώματος ὡς ἐς μάχην ἐπιμελούμενος, ἱππέας ἀπαντᾷν ἔπεμψε, καὶ τῶν παίδων τισὶν ἐκέλευεν, ἐλθόντα ὑποδέξασθαι. Αὐτὸς δ' ἅμ' ἕῳ τὸν στρατὸν ἐξέτασσεν, ὀγδοήκοντα μὲν καὶ ὀκτὼ γεγονὼς ἔτη, ἱππεύων δ' ἔτι καρτερῶς, καὶ γυμνὸν τὸν ἵππον ἀναβαίνων, ὡς ἔθος ἐστὶ Νομάσι, καὶ στρατηγῶν, καὶ μαχόμενος. Εἰσὶ γὰρ Λιβύων οἱ Νομάδες εὐρωστότατοι, καὶ μακροβίων ὄντων μακροβιώτατοι. Αἴτιον δ' ἴσως ὅ τε χειμὼν οὐ πολὺ κρύος ἔχων, ὑφ' οὗ φθείρεται πάντα, καὶ τὸ θέρος οὐ κατακαῖον, ὥσπερ Αἰθίοπάς τε καὶ Ἰνδούς. Διὸ καὶ τῶν θηρίων τὰ δυνατώτατα ἥδε ἡ γῆ φέρει, καὶ οἱ ἄνδρες ἐν ὑπαίθρῳ καὶ πόνοις εἰσὶν ἀεί. Ὀλίγος τε ὁ οἶνος αὐτοῖς, καὶ ἡ τροφὴ πᾶσιν ἁπλῆ τε καὶ εὐτελής. Ὁ μὲν δὴ Μασσανάσσης, ἐπιβὰς ἵππου, διεκόσμει τὸν στρατόν· καὶ Ἀσδρούβας ἀντεξῆγε τὸν ἴδιον αὐτῷ, πολὺ πλῆθος. Ἤδη γὰρ καὶ τῷδε πολλοὶ προσεληλύθεισαν ἐκ τῆς χώρας. Ὁ δὲ Σκιπίων ἐθεᾶτο τὴν μάχην ἀφ' ὑψηλοῦ, καθάπερ ἐκ θεάτρου. Ἔλεγέ τε πολλάκις ὕστερον, ἀγῶσι συνενεχθεὶς ποικίλοις, οὔποτε ὧδε ἡσθῆναι· μόνον γὰρ, ἔφη, τόνδε τὸν πόνον ἄφροντις ἰδεῖν, μυριάδας ἀνδρῶν συνιούσας ἐς μάχην ἕνδεκα. Ἔλεγέ τε σεμνύνων, δύο πρὸ αὐτοῦ τὴν θέαν ταύτην ἰδεῖν ἐν τῷ Τρωϊκῷ πολέμῳ, τὸν Δία ἀπὸ τῆς Ἴδης, καὶ τὸν Ποσειδῶνα ἐκ Σαμοθράκης.

LXXII. Γενομένης δὲ τῆσδε τῆς μάχης ἐς νύκτα ἀπ' ἠοῦς, καὶ πολλῶν πεσόντων ἑκατέρωθεν, ἔδοξεν ἐπὶ κρεισσόνων ὁ Μασσανάσσης γενέσθαι. Καὶ αὐτῷ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τοῦ ἔργου ὁ Σκιπίων ὤφθη. Ὁ δὲ αὐτὸν, οἷα φίλον ἐκ πάππου, περιεῖπε θεραπεύων. Ὅπερ οἱ Καρχηδόνιοι μαθόντες, ἐδέοντο τοῦ Σκιπίωνος πρὸς Μασσανάσσην σφᾶς συναλλάξαι. Ὁ δὲ συνήγαγε μὲν

cæsis aliquot ex comitatu, ipsum perterrefecit. Per has occasiones Masinissa obsedit Oroscopa oppidum, cujus possessionem jamdiu præter fœderis leges concupiverat. Eo Carthaginienses cum XXV millibus peditum, equitibus urbanis quadringentis, occurrerunt, duce Asdrubale, qui tunc boetharchus erat. Ad quos appropinquantes transfugerunt cum sex millibus equitum Asasis et Suba, præfecti Masinissæ, quibus cum regis filiis, nescio qua de re, ortum erat dissidium. Qua accessione Asdrubal factus animosior, propius ad regem admovit castra : et levibus quibusdam præliis discedebat superior. Sed ei Masinissa insidias struens, cedebat paulatim, tanquam fugeret, donec eum in magnam incultamque pertraxit planitiem, cinctam præruptis tumulis, et rerum victui necessariarum inopem. Tum vero in hostem obversus, castra in planitie posuit; Asdrubal autem in tumulis, ut munitioribus, consedit.

LXXI. Quumque signa collaturi essent postero die Pœni cum Masinissa, Scipio minor, qui Carthaginem postea cepit, tunc legatus Luculli, bellum gerentis in Celtiberia, venit ad Masinissam, ad petendos elephantos missus. Ei Masinissa, curæ corporis, ut mox pugnaturus, intentus, equites misit obviam, mandavitque nonnullis ex filiis suis, ut venientem exciperent. Ipse vero primo mane instruebat aciem, LXXXVIII quidem annos natus, adhuc tamen eques validus, equumque, ut mos est Numidis, non stratum solitus inscendere, et militis pariter ac ducis obire munia. Sunt enim Numidæ omnium Africæ nationum robustissimi, et inter longævos longævissimi. Cujus rei causa fortasse ea est, quod apud eos hiems parum habet noxii frigoris; et æstas non est tam ardens, quam apud Æthiopas Indosque. Quapropter etiam feras validissimas fert hæc regio : et viri quoque sub dio et in continuis degunt laboribus, vinoque utuntur parce; et victus omnibus simplex frugalisque. Ubi vero Masinissa obequitans cœpit aciem struere, e diverso Asdrubal quoque suos produxit, quorum magna erat multitudo : jam enim et ad hunc multi ex agris confluxerant. Id prælium Scipio spectavit e sublimi, tanquam in theatro. Sæpeque postea dicere solebat : « multis se ac variis interfuisse præliis, sed nunquam tanta cum voluptate; unum enim hoc certamen secure se spectasse, decem tum supra centum millibus inter se dimicantibus. » Et, elatius interdum dicens, « duos tantum, aiebat, ante se spectasse tale spectaculum, Trojani belli tempore; Jovem ab Ida, Neptunum e Samothracia. »

LXXII. Pugnatum est autem a mane ad noctem usque; cæsoque utrimque magno numero, Masinissa visus est discessisse superior. Revertenti in castra Scipio gratulabundus se obtulit : et ille eum, ut avitum amicum, excepit officiosissime. Carthaginienses autem, adventu Scipionis cognito, rogabant, ut pacem inter se et Masinissam conciliaret. Ille partes adduxit ad colloquium : quumque de

αὐτούς· γιγνομένων δὲ προκλήσεων, οἱ Καρχηδόνιοι τῷ Μασσανάσσῃ τὴν μὲν περὶ τὸ Ἐμπόριον γῆν ἔλεγον μεθήσειν, καὶ ἀργυρίου τάλαντα δώσειν διακόσια αὐτίκα, καὶ ὀκτακόσια σὺν χρόνῳ. Τοὺς δ' αὐτομόλους αἰτοῦντος, οὐχ ὑπέστησαν οὐδ' ἀκοῦσαι, ἀλλ' ἄπρακτοι διεκρίθησαν. Καὶ Σκιπίων μὲν ἐς Ἰβηρίαν, ἔχων τοὺς ἐλέφαντας, ἐπανῄει. Μασσανάσσης δὲ, τὸν λόφον τῶν πολεμίων περιταφρεύσας, ἐφύλασσε, μηδεμίαν αὐτοῖς ἀγορὰν ἐσφέρεσθαι. Οὐδ' ἄλλως ἐγγὺς ἦν οὐδὲν, ἐπεὶ καὶ αὐτῷ μόλις ἐκ μακροῦ σφόδρα ἐπιμόχθως ἐφέρετο ὀλίγα. Ἀσδρούβας δ' εὐθὺς μὲν ἐδόκει δύνασθαι διεκπαῖσαι τοὺς πολεμίους ἐῤῥωμένῳ ἔτι καὶ ἀπαθεῖ τῷ στρατῷ. Ἀγορὰν δ' ἔχων Μασσανάσσου πλείονα, προκαλεῖσθαι τὸν Μασσανάσσην ἐνόμιζε· καὶ παρέμενε, πυνθανόμενος ἅμα καὶ Ῥωμαίων ἐπιέναι πρέσβεις ἐς διαλύσεις. Οἱ δ' ἦλθον μέν· εἴρητο δ' αὐτοῖς, εἰ Μασσανάσσης ἐλασσοῖτο, λῦσαι τὴν διαφοράν· εἰ δ' ἐπὶ κρεισσόνων εἴη, καὶ παροξῦναι. Οἱ μὲν δὴ τὸ ἑαυτῶν ἔπραξαν.

LXXIII. Ὁ δὲ λιμὸς τὸν Ἀσδρούβαν καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξέτριβε· καὶ τοῖς σώμασι πάντα ἔχοντες ἀσθενῶς, βιάσασθαι μὲν οὐκ ἔτι τοὺς πολεμίους ἐδύναντο· τὰ δ' ὑποζύγια πρῶτον, εἶτα τοὺς ἵππους ἐπὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἔθυον, καὶ ἱμάντας ἕψοῦντες ἤσθιον. Καὶ νόσων αὐτοὺς ἰδέαι πᾶσαι κατελάμβανον, ἔκ τε πονηρίας τροφῶν, καὶ ἀκινησίας ἔργων, καὶ ὥρας ἔτους. Συνεκέκλειστο γὰρ ἐς ἓν χωρίον καὶ τὸ δέον στρατόπεδον ὄχλος ἀνθρώπων, Λιβύῃ θέρους. Τῶν τε ξύλων αὐτοῖς ἐς τὴν ἕψησιν ἐπιλιπόντων, τὰ ὅπλα κατέκαιον. Καὶ τῶν ἀποθνησκόντων οὐδεὶς οὐδὲ ἐξεφέρετο, Μασσανάσσου τὴν φυλακὴν οὐκ ἀνιέντος· οὔτ' ἐξεκαίετο, ξύλων ἀπορίᾳ. Ὁ οὖν φθόρος αὐτοῖς ἦν πολύς τε καὶ περιώδυνος, συνοῦσιν ὀδωδόσι καὶ σηπομένοις σώμασι. Τό τε πλεῖστον ἤδη τοῦ στρατοῦ διέφθαρτο· καὶ τὸ ὑπόλοιπον οὐδεμίαν σφίσι σωτηρίας ὁρῶντες ἐλπίδα, τοὺς αὐτομόλους ὑπέστησαν ἐκδοῦναι τῷ Μασσανάσσῃ, καὶ πεντακισχίλια ἀργυρίου τάλαντα πεντήκοντα ἔτεσιν ἐσενεγκεῖν, τούς τε φυγάδας σφῶν καταδέξασθαι, παρὰ τὸ ὅρκιον· καὶ αὐτοὶ διὰ μιᾶς πύλης τοὺς ἐχθροὺς καθ' ἕνα διεξελθεῖν μετὰ χιτωνίσκου. Γολόσσης δ' αὐτοῖς ἀπιοῦσι, χαλεπαίνων τῆς οὐ πρὸ πολλοῦ διώξεως, εἴτε συνειδότος τοῦ πατρὸς, εἴτε δι' ἑαυτοῦ, Νομάδας ἱππέας ἐπέπεμψεν, οἳ οὐκ ἀμυνομένους, οὔτε ὅπλον ἔχοντας ἐς ἄμυναν, οὔτε φυγεῖν ὑπ' ἀσθενείας δυναμένους, ἔκτειναν. Ἔκ τε μυριάδων πέντε στρατοῦ καὶ ὀκτακισχιλίων ἀνδρῶν ὀλίγοι πάμπαν ἐς Καρχηδόνα περιεσώθησαν· καὶ σὺν αὐτοῖς Ἀσδρούβας τε ὁ στρατηγὸς, καὶ ἕτεροι τῶν ἐπιφανῶν.

LXXIV. Τοιόσδε μὲν ὁ Μασσανάσσου καὶ Καρχηδονίων πόλεμος ἦν. Ἐκδέχεται δ' αὐτὸν ὁ τρίτος ἐν Λιβύῃ καὶ τελευταῖος Ῥωμαίων. Καὶ Καρχηδόνιοι τῷ Μασσανάσσου πταίσματι συμπεσόντες, ἀσθενεστάτης ὑπ' αὐτοῦ τῆς πόλεως γενομένης, αὐτόν τε Μασσανάσσην ἐδεδοίκεισαν, ἐγγὺς ἔτι ὄντα μετὰ πολλοῦ στρα-

conditionibus ageretur, Pœni Masinissæ cessuros se aiebant possessione agrorum qui sunt circa Emporium, pollicebanturque cc argenti talenta præsentis pecuniæ, et DCCC ad certum tempus pendenda : sed quum transfugas ille repeteret, ne audire quidem hoc sustinuerunt, et infecta re discesserunt. Et Scipio in Hispaniam, acceptis elephantis, rediit. Masinissa vero castra hostium in tumulo sita circumvallavit, custodivitque ne commeatus eis subveheretur : et alioquin nihil erat in propinquo, atque etiam ipsi vix e longinquo laboriose parceque afferebatur. Asdrubal igitur statim quidem, integris etiam tum exercitus viribus, per hostes posse erumpere videbatur. Sed quia plus commeatuum habebat, putabat, Masinissam ipsum ad pugnam provocaturum : ideoque differebat, accepto etiam eodem tempore nuncio de adventu legatorum Romanorum, qui pacem essent composituri. Et advenerunt quidem legati : erat autem eis mandatum, si Masinissa bello succumberet, illi finem imponerent : quod si superaret, animos quoque ei adderent : et legati mandata ista sunt exsecuti.

LXXIII. Interea fames Asdrubalem Pœnosque attrivit, ut debilitatis jam corporibus, non possent amplius hostem vi repellere : et primum jumenta, dein equos mactarunt, ac lora denique decocta in cibum verterunt. Accesserunt et morborum genera omnifaria, quæ ex alimentorum pravitate, ex cessatione ab omni opere, denique ex ipso anni tempore, oriebantur. Conclusa enim intra modicum castrorum spatium erat ingens vis hominum, ardente æstate qualis est in Africa. Et quum ligna coquendis cibis deficerent, amenta telorum comburebant. Mortuorum autem corpora neque efferebantur, Masinissa non intermittente stationes; neque cremari poterant, lignorum inopia : ita pestis in dies latius manebat gravescebatque, dum versantur inter olentia tabo cadavera. Jamque plurima pars exercitus Punici peste absumta erat; quum cæteri, nullam salutis spem videntes reliquam, ad has pacis conditiones descenderunt : « ut transfugas dederent Masinissæ; et quinque millia talentorum argenti penderent intra quinquagesimum annum; exules suos, posthabita jurisjurandi religione, reciperent; ipsi cum singulis tunicis unica porta singulatim emissi per medios hostes decederent. » Gulussa autem, memor se paulo ante ab eis exagitatum, in abeuntes (incertum, utrum conscio patre, an privato consilio) immisit equites Numidicos, qui nec ad arma resistendum, nec ad fugiendum vires, attenuatis corporibus, habentes, contrucidarunt. Sic e quinquaginta octo hominum millibus pauci admodum, in quorum numero Asdrubal dux cum aliis nonnullis ex nobilibus fuit, Carthaginem incolumes redierunt.

LXXIV. Hujusmodi bellum fuerat inter Masinissam et Carthaginienses. Secutum est Tertium, idemque ultimum, Punicum Romanorum bellum, in Africa gestum. Jamque Pœni accepta a Masinissa clade debilitati, simul ipsum verebantur, in propinquo adhuc cum magnis copiis ver-

τοῦ, καὶ Ῥωμαίους δυσμεναίνοντας ἀεὶ σφίσι, καὶ πρόφασιν θησομένους τὰ ἐς τὸν Μασσανάσσην γενόμενα. Ὧν οὐδέτερον κακῶς ὑπενόουν. Αὐτίκα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι, πυθόμενοι, στρατὸν ἐπήγγελλον ἐς ὅλην τὴν Ἰταλίαν, τὴν μὲν χρείαν οὐ λέγοντες, ὡς δ' ἂν ὀξέως ἔχοιεν ἐς τὰ παραγγελλόμενα χρῆσθαι. Καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, νομίζοντες ἐκλύσειν τὴν πρόφασιν, ἐπεκήρυσσον Ἀσδρούβα τε, τῷ στρατηγήσαντι τοῦδε τοῦ πρὸς Μασσανάσσην πολέμου, καὶ Καρθάλωνι τῷ βοηθάρχῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐφῆπτο τοῦ ἔργου, θάνατον, ἐς ἐκείνους τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου περιφέροντες. Καὶ ἐς Ῥώμην πρέσβεις ἔπεμπον, οἳ κατηγόρουν μὲν αὐτοῦ Μασσανάσσου, κατηγόρουν δὲ καὶ τῶνδε τῶν ἀνδρῶν, ὡς ἀμυνομένων αὐτὸν ὀξέως τε καὶ προπετῶς, καὶ τὴν πόλιν ἐς πρόφασιν ἔχθρας ἐμβαλόντων. Ὡς δέ τις τῶν βουλευτῶν τοὺς πρέσβεις ἤρετο· ὅπως οὐκ ἐν ἀρχῇ τοῦ πολέμου τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἧσσαν, ἐξεκήρυξαν· καὶ πρὸς ἡμᾶς οὐ πρότερον, ἀλλὰ νῦν πρεσβεύεσθε; οἱ μὲν ἀποκρίσεως ἠπόρουν· ἡ δὲ βουλὴ, πάλαι διεγνωκυῖα πολεμῆσαι, καὶ προφάσεις ἐρεσχελοῦσα, ὧδε ἀπεκρίνατο, Καρχηδονίους οὔπω Ῥωμαίοις ἱκανῶς ἀπολογήσασθαι. Πάλιν οὖν ἀγωνιῶντες ἠρώτων· εἰ δοκοῦσιν ἁμαρτεῖν, τί παθόντες ἀπολύσονται τὸ ἔγκλημα; Οἱ δὲ οὕτως ἔφασαν τῷ ῥήματι· εἰ τὸ ἱκανὸν ποιήσετε Ῥωμαίοις. Ζητούντων δ' ἐκείνων, ὅ τι εἴη τὸ ἱκανόν· οἱ μὲν ᾤοντο, Ῥωμαίους ἐθέλειν, τοῖς χρήμασι προσεπιθεῖναι τοῖς ἐπὶ Σκιπίωνος ὡρισμένοις· οἱ δὲ, Μασσανάσσῃ τῆς ἀμφιλόγου γῆς μεταστῆναι. Ἀποροῦντες οὖν, πάλιν ἐς Ῥώμην ἔπεμπον, καὶ παρεκάλουν, γνῶναι σαφῶς, ὅ τι ἐστὶν αὐτοῖς τὸ ἱκανόν. Οἱ δὲ αὖθις ἔφασαν, εἰδέναι Καρχηδονίους καλῶς· καὶ εἰπόντες, ἀπέπεμψαν.

LXXV. Οἱ μὲν δὴ φόβου καὶ ἀπορίας ἦσαν ἐν τούτῳ. Ἰτύκη δὲ, ἡ Λιβύης μεγίστη μετὰ Καρχηδόνα πόλις, λιμένας τε ἔχουσα εὐόρμους, καὶ στρατοπέδων καταγωγὰς δαψιλεῖς, ἑξήκοντα σταδίους ἀπὸ Καρχηδόνος ἀφεστῶσα, καὶ καλῶς ἐς πόλεμον αὐτοῖς ἐπικειμένη· τὰ Καρχηδονίων ἄρα καὶ αὐτὴ τότε ἀπογνοῦσα, καὶ τὸ πάλαι μῖσος ἐς αὐτοὺς ἐκφέρουσα ἐν καιρῷ, πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἔπεμψεν, οἳ τὴν Ἰτύκην Ῥωμαίοις ἐπέτρεπον. Ἡ δὲ βουλὴ, καὶ τέως ἐς τὸν πόλεμον ὁρμῶσά τε καὶ παρασκευαζομένη, πόλεως ὀχυρᾶς οὕτω καὶ ἐπικαίρου προσγενομένης, ἐξέφαινέ τε τὴν γνώμην, καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον (οὗπερ εἰώθασι περὶ πολέμου σκοπεῖν) συνελθοῦσα, ἐψηφίσατο, Καρχηδονίοις πολεμεῖν. Στρατηγούς τε τοὺς ὑπάτους αὐτίκα ἐξέπεμπον, ἐπὶ μὲν τοῦ πεζοῦ, Μάνιον Μανίλιον, ἐπὶ δὲ τοῦ στόλου, Λεύκιον Μάρκιον Κηνσωρῖνον· οἷς ἐν ἀπορρήτῳ λέλεκτο, μὴ ἀνασχεῖν τοῦ πολέμου, πρὶν Καρχηδόνα κατασκάψαι. Οἱ μὲν δὴ θύσαντες, ἐς Σικελίαν ἔπλεον, ὡς ἐκεῖθεν εἰς τὴν Ἰτύκην διαβαλοῦντες. Ναυσὶ δ' ἐφέροντο, πεντήκοντα μὲν πεντήρεσιν, ἑκατὸν δ' ἡμιολίαις, ἀφράκτοις δὲ καὶ κερκούροις καὶ στρογγύλοις πολλοῖς. Καὶ στρατὸν ἦγον, ὀκτακισμυρίους πεζοὺς, καὶ ἱππέας ἐς

santem; simul populum Romanum, alioqui semper iniquiorem sibi, tunc vero etiam occasionem arrepturum ex conflictatione cum Masinissa. Nec male conjectabant. Namque Romani, his auditis, sine mora milites imperaverunt omnibus Italis; non edicentes quidem, quem ad usum pararentur, sed providentes ut paratos haberent, simulac postularet usus. Carthaginienses, ut crimen, quod prætendi poterat, diluerent, Asdrubalem, belli contra Masinissam gesti ducem, et Carthalonem boetharchum, cæterosque qui cum eis fecerant, capitis condemnatos declararunt, causam belli in hos conferentes. Romam vero legatos miserunt, qui de Masinissa quidem etiam conquerentur; sed simul suos illos cives maxime accusarent, quod præpropere temerarieque arma sumsissent adversus regem, et civitatem in novarum inimicitiarum periculum conjecissent. A quibus quum aliquis e senatoribus quæsisset: cur ergo non ab initio belli damnassent quotquot ejus causa fuerint, sed post acceptam demum cladem? et, cur nunc demum, non prius, missa esset ad senatum legatio? illi, quid responderent, non invenerunt. Itaque senatus, qui bello jampridem adversus Pœnos decreto occasionem tantum et speciem, quæ prætendi posset, quæsiverat, respondit legatis: non satisfecisse senatui excusationem Carthaginiensium. Illi anxii, rogaverunt vicissim, quanam igitur conditione veniam impetrare criminis possent, si peccasse viderentur. Responsum est verbo: si populo Romano satisfeceritis. De qua satisfactione ubi in senatu Carthaginiensi quæsitum est, quænam ea esset; putabant alii, Romanos velle addi aliquid ad præstitutam a Scipione pecuniam: alii, decedendum esse agro, de quo cum Masinissa esset contentio. Dubitantes igitur, rursus legationem Romam miserunt, quæ postularet, ut diserte sibi modus satisfactionis præscriberetur. Responsum est, Carthaginienses bene scire modum: atque ita legati dimissi sunt.

LXXV. Dum sic timore angustiisque premuntur Carthaginienses, interim Utica, urbs maxima Africæ post Carthaginem (portus habens commodos, et ad excipiendas classes cum exercitu spatiosos, sexaginta stadiis remota a Carthagine, et opportuna ad sedem belli adversus eam gerendi), desperatis tunc Carthaginiensium rebus antiquam simultatem in tempore proferens, legatos Romam misit, qui se suamque urbem in fidem populi Romani dederent. Senatusque, multo etiam ante ad bellum propensus et paratus, civitate adeo munita et opportuna ad amicitiam ipsius accedente, jam mentem suam aperuit: et in Capitolium, ubi de bello deliberare solent, conveniens, publice decrevit, Carthaginienses armis persequendos esse. Et continuo ad id missi sunt consules, M.' Manilius, qui pedestribus copiis; L. Marcius Censorinus, qui præesset classi. Eisque secreto mandatum est, ne prius a bello desinerent, quam diruta Carthagine. Consules, votis conceptis, in Siciliam navigarunt, Uticam inde trajecturi. Vehebantur autem quinquaginta quinqueremibus, centum hemioliis, comitantibus multis navibus apertis, cercuris, et onerariis. In exercitu erant LXXX M. peditum; equitumque lectissi-

τετρακισχιλίους, ἀρίστους ἅπαντας. Ὡς γὰρ ἐς ἐπιφανῆ στρατείαν, καὶ προὖπτον ἐλπίδα, πᾶς τις ἀστῶν καὶ συμμάχων ὥρμα· καὶ πολλοὶ καὶ ἐθελονταὶ παρήγγελλον ἐς τὸν κατάλογον.

LXXVI. Καρχηδονίοις δὲ προσέπεσε μὲν ἥ τε κρίσις τοῦ πολέμου καὶ τὸ ἔργον ὁμοῦ δι' ἑνὸς ἀγγέλου. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἔφερέ τε τὸ ψήφισμα τοῦ πολέμου, καὶ τὰς ναῦς ἐδήλου πλεῖν ἐπὶ σφᾶς. Ἐκπλαγέντες οὖν ἀπεγίγνωσκον αὑτῶν, ἀπορίᾳ τε νεῶν καὶ ἀπωλείᾳ προσφάτῳ τοσῆσδε νεότητος· οὐ συμμάχους ἔχοντες, οὐ μισθοφόρους ἑτοίμους, οὐ σῖτον ἐς πολιορκίαν συνηνεγμένον, οὐκ ἄλλο οὐδὲν, ὡς ἐν ἀκηρύκτῳ καὶ ταχεῖ πολέμῳ· οὐδ' αὐτοὶ διαρκεῖν δυνάμενοι Ῥωμαίοις τε καὶ Μασσανάσσῃ. Πρέσβεις οὖν ἑτέρους ἐς Ῥώμην ἔπεμπον αὐτοκράτορας, ὅπῃ δύναιντο, τὰ παρόντα διαθέσθαι. Οἷς ἡ σύγκλητος εἶπεν· ἐὰν τοῖς ὑπάτοις ἔτι οὖσιν ἐν Σικελίᾳ, τριάκοντα ἡμερῶν τῶνδε, οἱ Καρχηδόνιοι τριακοσίους τοὺς ἐνδοξοτάτους σφῶν παῖδας ἐς ὁμηρείαν παράσχωσι, καὶ τἄλλα κατακούσωσιν αὐτῶν, ἕξειν Καρχηδόνα ἐλευθέραν τε καὶ αὐτόνομον, καὶ γῆν ὅσην ἔχουσιν ἐν Λιβύῃ. Ταῦτα μὲν ἐς τὸ φανερὸν ἐψηφίσαντο, καὶ τοῖς πρέσβεσιν ἔδωκαν ἐς Καρχηδόνα φέρειν τὸ δόγμα· ἐν ἀποῤῥήτῳ δὲ τοῖς ὑπάτοις ἐπέστειλαν, ἔχεσθαι τῶν ἰδίᾳ σφίσιν ἐντεταλμένων.

LXXVII. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὴν μὲν γνώμην ὑπώπτευον, οὐκ ἐπὶ συνθήκῃ βεβαίᾳ τὰ ὅμηρα παρέχοντες· οἷα δ' ἐν κινδύνῳ τοσῷδε, τὰς ἐλπίδας ἐν ᾧ μηδὲν ἐκλείψουσι τιθέμενοι, σπουδῇ προλαβόντες τὴν προθεσμίαν, τοὺς παῖδας ἦγον ἐς Σικελίαν· γονέων τε αὐτοῖς ἐπικλαιόντων, καὶ οἰκείων, καὶ μάλιστα τῶν μητέρων, αἳ σὺν ὀλολυγῇ μανιώδει τῶν τέκνων ἐξήπτοντο, καὶ νεῶν τῶν φερουσῶν αὐτὰ, καὶ στρατηγῶν τῶν ἀγόντων· ἀγκυρῶν τε ἐπελαμβάνοντο, καὶ καλώδια διέσπων, καὶ ναύταις συνεπλέκοντο, καὶ τὸν πλοῦν ἐκώλυον. Εἰσὶ δ' αἳ καὶ μέχρι πολλοῦ τῆς θαλάσσης παρένεον, δεδακρυμέναι τε καὶ ἐς τὰ τέκνα ἀφορῶσαι. Αἱ δ' ἐπὶ τῆς γῆς τὰς κόμας ἐτίλλοντο, καὶ τὰ στέρνα ἔκοπτον, ὡς ἐπὶ πένθει. Ἐδόκουν γὰρ, ὄνομα μὲν εἰς εὐπρέπειαν εἶναι τὴν ὁμηρείαν, ἔργῳ δὲ τῆς πόλεως ἔκδοσιν, ἐπ' οὐδεμιᾷ συνθήκῃ τῶνδε τῶν παίδων διδομένων. Καὶ πολλαὶ καὶ τοῦτο ἐν ταῖς οἰμωγαῖς κατεμαντεύοντο τῇ πόλει, μηδὲν αὐτὴν ὀνήσειν τοὺς παῖδας ἐκδιδομένους. Ἐν μὲν δὴ τῇ Καρχηδόνι τῶν ὁμήρων ἡ ἀναγωγὴ τοιάδε τις ἦν. Ἐν δὲ τῇ Σικελίᾳ παραλαβόντες αὐτὰ οἱ ὕπατοι, διέπεμπον ἐς Ῥώμην, καὶ τοῖς Καρχηδονίοις ἔφασαν, ἐς τὸ τέλος τοῦ πολέμου τὰ λοιπὰ ἐρεῖν ἐν Ἰτύκῃ.

LXXVIII. Διαπλεύσαντές τε ἐς αὐτὴν, ἐστρατοπέδευον, ὁ μὲν πεζὸς, ἔνθα πάλαι τὸ Σκιπίωνος ἦν στρατόπεδον· αἱ δὲ νῆες, ἐν τοῖς λιμέσι τοῖς Ἰτυκαίων. Ἀφικομένων δὲ κἀκεῖ πρέσβεων ἐκ Καρχηδόνος, οἱ μὲν ὕπατοι προὐκάθηντο ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, ἡγεμόνων τε σφίσι καὶ χιλιάρχων παρεστώτων· ἡ στρατιὰ δ' ἑκατέρωθεν ἐπὶ μῆκος πολὺ ὅπλοις τε ἐπισήμοις ἐσκεύαστο, καὶ τὰ σημεῖα ἔφερον ὀρθὰ ἵνα οἱ πρέσβεις τὸ πλῆθος

morum circiter quatuor millia: nam ad tam nobilem expeditionem et certam spem, cives pariter properabant ac socii, multis etiam ultro nomina dantibus ad militiam.

LXXVI. Carthaginiensibus autem bellum simul et indictum et illatum est: nam idem nuncius et senatusconsultum eis attulit, et classem contra eos profectam significavit. Itaque attoniti desperabant rebus suis; quippe qui paulo ante tantum juventutis amiserant, neque classem habebant, non socios, non mercenarios paratos, non frumentum ad sustinendam obsidionem convectum, non aliud quidquam, ut in repentino et non denunciato bello: denique nec soli sufficere adversus Romanos simul et Masinissam poterant. Mittunt igitur alios legatos Romam, cum potestate libera, quocumque modo possent, rem componendi. His senatus dixit: si Carthaginienses, consulibus adhuc in Sicilia hærentibus, intra trigesimum diem, trecentos nobilissimorum civium pueros obsides dedissent, et alia imperata fecissent, Carthaginem liberam suisque utentem legibus habituros, et in possessione mansuros agrorum, quos in Africa tenerent. Hoc S. C. publice legatis datum est perferendum Carthaginem: clam autem consules admoniti, ne discederent a mandatis, quæ secreto in urbe accepissent.

LXXVII. Jam Pœni suspectum quidem habebant consilium senatus, cui nullis firmis conditionibus obsides essent tradituri. Veruntamen tanto urgente periculo, spem quamdam in hoc reposuerunt, si nulla ex parte obedientiam in se desiderari paterentur. Itaque, ut celeritate etiam obsequii demererentur consules, ante præstitutum tempus abduxerunt pueros in Siciliam, multo quidem cum fletu dimissos a parentibus domesticisque, ac præsertim a matribus, quæ cum insano ejulatu liberos conplectendo, et naves avecturas præfectosque abducturos retinendo, adhærendo ancoris, funiculos nauticos rumpendo, ipsis nautis circumplicando manus, prohibere navigationem conabantur. Nec defuerunt, quæ naves diu natatu prosequerentur, lacrymas fundentes oculis in filios defixis. Aliæ in littore comas suas evellebant, et plangebant pectora, haud secus quam in luctu. Videbantur enim sibi, nomine quidem obsides dare, re autem vera civitatem dedere, quum nullis certis conditionibus hos filios traderent. Et multæ hoc ipsum quoque flendo vaticinabantur civitati, nihil ei profore traditos liberos. Tali igitur modo illi cum obsidibus solverunt Carthagine. Et obsides, in Sicilia acceptos, Romam transmiserunt consules, edicentes Carthaginiensibus: audituros ex se ad Uticam reliqua, quæ ad tollendum bellum pertineant.

LXXVIII. Quo postquam trajecerunt, terrestres copiæ castra metatæ sunt, ubi quondam Scipio: classis divertit in portus Uticensium. Quo quum mox et legati Pœnorum advenissent, consules, priusquam eos in conspectum admitterent, excelso resederunt suggestu, adstantibus legatis tribunisque militum: ab utroque latere exercitus longo ordine constitit, nitentibus armis ornatus, et erecta signa præferens, ut ex his illi possent multitudinem conjicere. Tum

ἐκ τούτων συμβάλοιεν. Ἐπεὶ δ' οἱ μὲν ὕπατοι τῷ σαλπιγκτῇ προσέταξαν ὑποσημῆναι σιωπήν, ὁ δὲ κῆρυξ ἀνεῖπε, τοὺς Καρχηδονίων πρέσβεις προσιέναι· οἱ μὲν εἰσήγοντο διὰ στρατοπέδου μακροῦ, καὶ τοῦ βήματος οὐ προσεπέλαζον, ἀλλὰ περισχοίνισμα ἦν ἐν μέσῳ. Οἱ δ' ὕπατοι λέγειν αὐτοὺς ἐκέλευον ὅ τι χρῄζοιεν. Καὶ οἱ πρέσβεις ἔλεγον ἐλεεινὰ πολλὰ καὶ ποικίλα, συνθηκῶν τε πέρι τῶν σφίσι πρὸς Ῥωμαίους γενομένων, καὶ Καρχηδόνος αὐτῆς χρόνου, καὶ πλήθους, καὶ δυνάμεως, καὶ ἀρχῆς τῆς ἐς πολὺ μεγίστης ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ γενομένης. Οὐκ ἐπὶ σεμνολογίᾳ δέ, ἔφασαν, λέγειν· οὐ γὰρ εἶναι καιρὸν ἐν συμφοραῖς σεμνολογίας· « Ἀλλ' ἐς σωφρόνισμα ὑμῖν, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ μετριοπάθειαν ἡ τῆς ἡμετέρας μεταβολῆς ὀξύτης ἔστω. Κράτιστοι δέ, ὅσοι τοὺς πταίσαντας ἐλεοῦντες, τὸ σφέτερον εὔελπι ποιοῦνται, τῷ μηδὲν ἐς ἄλλας τύχας ἁμαρτεῖν. Καὶ τάδε μὲν ὑμῶν ἄξια, καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας· ἣν προσποιεῖσθε μάλιστα ἀνθρώπων.

LXXIX. Εἰ δὲ καὶ ἀνημέρων τετυχήκειμεν ἐχθρῶν, κόρος ἐστὶν ἀτυχημάτων ὅσα πεπόνθαμεν· οἱ τὴν ἡγεμονίαν τῆς τε γῆς καὶ θαλάσσης ἀφῃρήμεθα, καὶ τὰς ναῦς ὑμῖν παρεδώκαμεν, καὶ ἄλλας οὐκ ἐπικτώμεθα, καὶ θήρας καὶ κτήσεως ἐλεφάντων ἀπέστημεν, καὶ ὅμηρα τὰ κράτιστα καὶ πάλαι καὶ νῦν παρεδώκαμεν, καὶ φόρους τελοῦμεν εὐτάκτως, οἱ παρ' ἑτέρων ἀεὶ λαβόντες. Καὶ τάδε ἤρκεσε τοῖς πατράσιν ὑμῶν, οἷς ἐπολεμήσαμεν· καὶ συνθήκας ἐπ' αὐτοῖς ἐγράψαντο ἡμῖν, ὡς φίλοις τε καὶ συμμάχοις· καὶ ὅρκος ἐστὶν ἐν ταῖς συνθήκαις ἀμφοῖν ὅμοιος. Κἀκεῖνοι μὲν ἡμῖν οἷς ἐπολεμήσαμεν, πιστοὶ μετὰ ταῦτα ἐγένοντο· ὑμεῖς δέ, οἷς οὐδ' ἐς χεῖρας ἤλθομεν, τί τῶνδε τῶν συνθηκῶν αἰτιώμενοι παραβεβάσθαι, τὸν πόλεμον τόνδε ὀξέως οὕτως ἐψηφίσασθέ τε καὶ ἀκηρύκτως ἐπηγάγετε ἡμῖν; Πότερον οὐ δίδομεν τοὺς φόρους; ἢ ναῦς ἔχομεν; ἢ τοὺς ἐπιφθόνους ἐλέφαντας; ἢ οὐ πιστοὶ τὰ πρὸς ὑμᾶς ἐξ ἐκείνου γεγόναμεν; ἢ οὐκ ἐλεεινοὶ τῶν πέντε μυριάδων τῶν χθὲς ἀπολομένων ὑπὸ λιμοῦ; Ἀλλὰ Μασσανάσσῃ πεπολεμήκαμεν. Πολλά γε πλεονεκτοῦντι· καὶ πάντα δι' ὑμᾶς ἐφέρομεν. Ἀπαύστως δ' ἔχων καὶ ἀθεμίστως ἐς ἡμᾶς καὶ τὸ ἔδαφος ἐν ᾧ ἐτράφη καὶ ἐπαιδεύθη, γῆν ἄλλην ἡμῶν ἀπέσπα περὶ τὸ Ἐμπόριον· καὶ λαβὼν καὶ τήνδε, ἐπέβαινεν ἑτέρας, μέχρι τὰς συνθήκας ἡμῖν τὰς πρὸς ὑμᾶς συνέχεεν. Εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἡ τοῦ πολέμου πρόφασις, ἡμεῖς δὲ καὶ τοὺς ἀμυναμένους αὐτὸν ἐξεκηρύξαμεν, καὶ πρὸς ὑμᾶς πρέσβεις ἐπέμψαμεν, οἳ περὶ τούτων ἀπελογοῦντο· καὶ ἑτέρους, αὐτοκράτορας ὅπῃ θέλετε συνθέσθαι. Τί οὖν ἔδει νεῶν καὶ στόλου καὶ στρατοῦ, πρὸς ἄνδρας οὐχ ὁμολογοῦντας μὲν μὴ ἁμαρτεῖν, ἑαυτοὺς δὲ ὑμῖν ἐπιτρέποντας; Ὅτι δὲ οὐκ ἀπατῶντες ὑμᾶς, οὐδὲ μικρολογούμενοι παθεῖν ὅ τι ἂν ζημιῶτε, ταῦτα προὐτείνομεν, ἐπιδέδεικται σαφῶς, ὅτε τοὺς ἀρίστους παῖδας ἐς ὁμηρείαν αἰτοῦσιν ὑμῖν, εὐθύς, ὡς τὸ δόγμα ἐκέλευε, τὰς τριάκοντα προλαβόντες ἡμέρας, ἀπεστείλαμεν. Τοῦ δ' αὐτοῦ δόγματός ἐστιν, ἣν

per tibicinem, jussu consulum, silentii signo dato, præco legatos Pœnorum vocavit, ut accederent. Illi per exercitum longo ordine stantem adducebantur; neque vero ad tribunal accedebant propius, sed dirimebantur prætento funiculo. Tum consules jusserunt eos dicere quid peterent. Et Pœni, multa miserabiliter præfati « de pristinis utriusque populi fœderibus, de Carthaginis ipsius antiquitate et frequentia, potentiaque, atque imperio terra marique quondam amplissimo; » subjunxerunt, « non hæc se jactanter commemorasse; quum in rebus calamitosis non sit tempus jactantiæ : sed ut tam repentinæ mutationis exemplo admonerentur Romani moderationis atque clementiæ. » « Fortissimi enim (inquit legationis princeps) et optimi quique maxime miserantur afflictos : et hac via efficiunt, ut ipsi de propria fortuna bene semper possint sperare, si in alienam non peccaverint. Atque hoc vobis, Romani, dignum est, vestraque religione, quam vos maxime hominum omnium profitemini.

LXXIX. « Quod si vero inclementiores etiam nacti essemus adversarios, abunde nobis calamitatum erat, quas pertulimus, postquam imperium terra marique nobis ereptum est, et naves vobis tradidimus, neque alias paravimus, et a venatione ac possessione elephantorum abstinuimus, nobilissimosque obsides et olim et nunc dedimus, tributaque suis temporibus persolvimus, soliti semper ab aliis accipere. Ac certe hæc patribus vestris satis fuere, quibus nos bellum intuleramus. Et illi his legibus nos receperunt in societatem et amicitiam; quo in fœdere utrique ex æquo sumus jurati. Et iidem quidem ipsi, quibus bellum intuleramus, pacem semel nobis datam servarunt fideliter : vos autem, cum quibus nunquam decertavimus, quid habetis, quod causemini non servatum a nobis in hoc fœdere, ut bellum hoc tam repente decreveritis, et, ne denunciatum quidem, nobis inferatis? Num tributa non solvimus? an naves habemus? an invidendos elephantos? an ex isto tempore fidem in vos nostram ulla in re desiderastis? An vero non miserabiles vobis videmur, fame nuper amissis quinquaginta hominum millibus? At, cum Masinissa bellum gessimus! Etenim modum sane excesserat cupiditas viri : ac tuleramus tamen omnia propter vos. Sed ille, nullum finem faciens iniquitatum in nos, et in terram in qua nutritus et eruditus est, alios denuo agros nobis ademit circa Emporium : nec his contentus, aliam rursus nostræ ditionis partem invadens, effecit tandem, ut pax turbaretur, quam vobiscum habuimus. Si hæc belli causa prætexitur, at nos certe hos, qui ad illum reprimendum arma ceperunt, publico præconio damnavimus, et ad vos legationem, excusaturam factum, misimus, et rursus alios legatos, cum libera potestate pacem renovandi vestro arbitrio. Quid igitur classe opus erat et exercitu adversus eos, qui neque negarunt se peccasse, et se suamque causam arbitrio vestro commiserunt? Quod autem nec fallendi animo vobis hoc obtulerimus, et haud gravate passuri fuerimus quamcunque mulctam nobis irrogassetis, id satis quidem a nobis demonstratum est, quando lectissimos pueros, expetitos a vobis obsides, protinus, quemadmodum decretum jussit, ne exspectata quidem die trigesima, misimus. Est autem in eodem senatusconsulto, si dederimus vobis obsides, Car

παράσχωμεν ὑμῖν τὰ ὅμηρα, τὴν Καρχηδόνα ἐλευθέραν ἐᾶν καὶ αὐτόνομον, κεκτημένην ἃ ἔχομεν. »

LXXX. Οἱ μὲν δὴ πρέσβεις τοσαῦτα εἶπον. Κηνσωρῖνος δ' ὑπαναστὰς ἀντέλεξεν ὧδε· « Τὰς μὲν αἰτίας τοῦ πολέμου τί δεῖ λέγειν ὑμῖν, ὦ Καρχηδόνιοι, πρεσβεύσασιν ἐς Ῥώμην, καὶ παρὰ τῆς συγκλήτου μαθοῦσιν; ὃ δὲ ἐψεύσασθε περὶ ἡμῶν, τοῦθ' ὑμᾶς ἐλέγξω. Καὶ γὰρ τὸ δόγμα δηλοῖ, καὶ ἡμεῖς ὑμῖν ἐν Σικελίᾳ προείπομεν, τὰ ὅμηρα παραλαμβάνοντες, τὰ λοιπὰ τῶν δοξάντων ἐπικελεύσειν ἐν Ἰτύκῃ. Τῶν μὲν οὖν ὁμήρων τῆς τε ταχυτῆτος καὶ τῆς ἐπιλέξεως ἐπαινοῦμεν ὑμᾶς. Τί δὲ ὅπλων δεῖ τοῖς εἰρηνεύουσι καθαρῶς; Φέρετε, πάντα, ὅσα δημόσιά τε καὶ ἴδια ἕκαστος ὑμῶν ἔχει, βέλη τε καὶ καταπέλτας, ἡμῖν παράδοτε. » Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν. Οἱ δὲ πρέσβεις ἔφασαν, ἐθέλειν μὲν καὶ τοῖσδε ὑπακοῦσαι· ἀπορεῖν δὲ, ὅπως Ἀσδρούβαν, ᾧ θάνατον ἐπεκήρυξαν, δύο μυριάδας ἀνδρῶν ἤδη συναγαγόντα, καὶ αὐτῇ Καρχηδόνι παραστρατοπεδεύοντα, ἀμυνοῦνται. Εἰπόντων δὲ τῶν ὑπάτων, ὅτι Ῥωμαῖοι τούτων ἐπιμελήσονται, οἱ μὲν καὶ ταῦτα δώσειν ὑπέσχοντο. Καὶ συμπεμφθέντες αὐτοῖς Κορνήλιός τε Σκιπίων ὁ Νασικᾶς καὶ Γναῖος Κορνήλιος, ὁ Ἱσπανὸς ἐπίκλησιν, παρελάμβανον εἴκοσι μυριάδας πανοπλιῶν, καὶ βελῶν καὶ ἀκοντίων πλῆθος ἄπειρον, καὶ καταπέλτας ὀξυβελεῖς τε καὶ λιθοβόλους, ἐς δισχιλίους. Καὶ φερομένων αὐτῶν ἡ μὲν ὄψις ἦν λαμπρὰ καὶ παράλογος, ἁμαξῶν τοσῶνδε ὑπ' αὐτῶν τῶν πολεμίων ἀγομένων. Οἱ δὲ πρέσβεις εἵποντο αὐτοῖς, καὶ ὅσοι τῆς γερουσίας, ἢ τῆς ἄλλης πόλεως ἄριστοι, ἢ ἱερεῖς, ἢ ἄλλως ἐπιφανεῖς, ἔμελλον τοὺς ὑπάτους ἐς ἐντροπὴν ἢ ἔλεον ἄξειν. Εἰσαχθέντες δὲ αὐτῷ κόσμῳ τοῖς ὑπάτοις παρέστησαν. Καὶ ὁ Κηνσωρῖνος (ἦν γὰρ εἰπεῖν ἱκανώτερος τοῦ συνάρχου) ἀναστὰς καὶ τότε, καὶ σκυθρωπάσας ἐπὶ πολὺ, ἔλεξεν ὧδε·

LXXXI. « Τῆς μὲν εὐπειθείας ὑμᾶς, ὦ Καρχηδόνιοι, καὶ προθυμίας τῆς μέχρι νῦν ἔς τε τὰ ὅμηρα καὶ τὰ ὅπλα ἐπαινοῦμεν· χρὴ δ' ἐν τοῖς ἀναγκαίοις βραχυλογεῖν. Ὑπόστητε γενναίως τὸ λοιπὸν τῆς συγκλήτου κέλευσμα· ἐκστῆτε τῆς Καρχηδόνος ἡμῖν, καὶ ἀνοικίσασθε ὅπῃ θέλετε τῆς ὑμετέρας, ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπὸ θαλάσσης. Τήνδε γὰρ ἡμῖν ἔγνωσται κατασκάψαι. » Οἱ δ', ἔτι λέγοντος αὐτοῦ, τὰς χεῖρας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνέσχον μετὰ βοῆς, καὶ τοὺς θεοὺς ὡς ἠπατημένοι κατεκάλουν· πολλά τε καὶ δυσχερῆ κατὰ Ῥωμαίων ἐβλασφήμουν, ἢ θανατῶντες, ἢ ἔκφρονες ὄντες, ἢ τοὺς Ῥωμαίους ἐς μύσος πρέσβεων διερεθίζοντες. Ἔς τε τὴν γῆν σφᾶς ἐῤῥίπτουν, καὶ χερσὶ καὶ κεφαλαῖς αὐτὴν ἔτυπτον· οἱ δὲ καὶ τὰς ἐσθῆτας ἐπεῤῥήγνυντο, καὶ τοῖς σώμασι τοῖς ἑαυτῶν ἐνύβριζον, ὡς ὑπὸ ἀνοίας ἐνηδρευμένοι. Ἐπεὶ δέ ποτε αὐτοῖς ὁ οἶστρος ἔληξε, σιωπὴ πολλὴ καὶ κατήφεια ἦν, οἷα νεκρῶν κειμένων. Ῥωμαῖοι δ' ἐξεπλήσσοντο, καὶ οἱ ὕπατοι φέρειν αὐτοὺς ἐγνώκεσαν, ὡς ἐπὶ ἀλλοκότῳ κελεύσματι, μέχρι παύσαιντο ἀγανακτοῦντες· καλῶς εἰδότες, ὅτι τὰ μέγιστα δεινὰ αὐτίκα

thaginem vos situros liberam suis uti legibus, et in possessione eorum, quæ habemus, permanere. »

LXXX. Hæc Pœnorum legati. Ad quæ Censorinus, paulisper assurgens, sic respondit : « Causas belli, Carthaginienses, non est cur vobis exponam, quas legati vestri Romæ a senatu audiverunt. Quod autem falso nobis objecistis, hoc coarguam. Nam et senatusconsultum declarat, et vobis jam ipsi prædiximus in Sicilia, quum accepimus obsides, reliqua senatus placita vobis prolatum iri Uticæ. Igitur quod obsides, celeriter et cum delectu, misistis, laudamus vos. De cætero, armis quid opus est, si pacem cupitis ex animo? Agite : quidquid vel privatim vobis est, vel publice, telorum tormentorumque, tradite nobis! » Ad hæc legati responderunt : « velle quidem se et in hoc parere; sed nescire, quomodo contra Asdrubalem, damnatum capitis, qui jam collectis virorum viginti millibus, prope Carthaginem castra posuisset, defendere urbem possent. » Quumque respondissent consules, Romanis eam rem curæ fore, polliciti sunt tradere arma. Ad quæ accipienda mox cum ipsis legatis missi sunt Cornelius Scipio Nasica, et Cn. Cornelius Hispanus. Fuerunt autem ducenta armaturarum millia; telorum jaculorumque infinitus numerus; catapultarum, quibus vel tela, vel saxa emittuntur, ad duo millia. Quæ quum afferrentur, præclarus plane et mirabilis admodum fuit aspectus tot plaustrorum, quibus ipsi hostes arma sua advehebant. Et plaustra sequebantur legati, et Seniores, alii que civitatis optimates, et quicumque aut sacerdotio aut alia dignitate conspicui erant; quorum vel reverentia vel misericordia commotum iri consules, sperabant. Qui ad consules introducti, ornati quisque suæ dignitatis insignibus coram steterunt. Et rursus Censorinus (erat enim suo collega facundior) assurgens, postquam diu tetricum vultum tacitus gessit, sic locutus est :

LXXXI. « Quod ad promtam obedientiam, viri Carthaginienses, attinet, quæ tum in obsidibus dandis, tum in armis tradendis, apparuit, est, quod vos laudemus. Sed non est multis verbis utendum quando urget necessitas. Ferte fortiter reliqua jussa senatus! Cedite nobis Carthagine! Ad quemcumque libuerit ditionis vestræ locum, transferte sedes; modo sit ultra decem passuum millia a mari. Certum enim est nobis, hanc quidem vestram sedem diruere. » Hæc consulis verba interrupit clamor tollentium manus ad cœlum, et deos, violatæ fidei vindices, non sine multis gravibusque conviciis in Romanos conjectis, invocantium : sive vitæ pertæsi mortem appetebant, sive mentis erant impotes, sive Romanos consulto ad nefarium in legatos admittendum facinus provocare volebant. Jam et humum se projecerunt, solum frontibus manibusque pulsantes : nonnulli etiam vestimenta scindebant, et propria corpora lacerabant, velut sua stultitia decepti. Tandem, ubi desiit insania illa commotio, mœrore obruti, silentes jacebant Pœni, tanquam mortui. Et obstupuerunt ad hoc spectaculum Romani : consules autem, ferendos tantisper homines, mandato tam inopinato gravius commotos, censebant, donec efferbuisset indignatio, non ignari, magnas calamitates audaciam perm

μὲν ἐς θρασύτητα ἐκπλήσσει, σὺν χρόνῳ δὲ καταδουλοῖ τὴν τόλμαν ἡ ἀνάγκη. Ὃ καὶ τότε ἔπαθον οἱ Καρχηδόνιοι. Παρὰ γὰρ τὴν σιωπὴν ἀπτομένου σφῶν τοῦ κακοῦ μᾶλλον, ἀγανακτεῖν μὲν ἔτι ἐπαύσαντο· ἀνέκλαιον δὲ καὶ κατεθρήνουν ἑαυτούς τε, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, ἐξ ὀνομάτων, καὶ τὴν πατρίδα αὐτὴν, ὡς ἐς ἄνθρωπον ἀκούουσαν λέγοντες οἰκτρὰ καὶ πολλά. Οἱ δὲ ἱερεῖς καὶ τὰ τῶν ἱερῶν ὀνόματα καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς θεοὺς ἀνεκάλουν, ὡς παροῦσι κἀκείνοις προφέροντες τὴν ἀπώλειαν. Ἦν τε παμμιγὴς καὶ ἐλεεινὸς οἶκτος οἰμωζόντων ὁμοῦ τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια, μέχρι καὶ Ῥωμαίους αὐτοῖς ἐπιδακρῦσαι.

LXXXII. Τοὺς δὲ ὑπάτους ἐσῄει μὲν οἶκτος ἀνθρωπίνης μεταβολῆς· σκυθρωποὶ δ' ἀνέμενον καὶ τούτων κόρον αὐτοῖς ἐγγενέσθαι. Ὡς δὲ καὶ ὀδυρμῶν ἔληξαν, αὖθις ἦν σιωπή. Καὶ λόγον αὐτοῖς διδόντες, ὡς ἡ μὲν πόλις ἐστὶν ἄνοπλος, ἔρημος, οὐ ναῦν, οὐ καταπέλτην, οὐ βέλος, οὐ ξίφος ἔχουσα, οὐκ ἄνδρας οἰκείους ἱκανοὺς ἀπομάχεσθαι, πέντε μυριάδων ἔναγχος διεφθαρμένων· ξενικὸν δὲ οὐδέν ἐστιν, ἢ φίλος ἢ σύμμαχος, ἢ καιρὸς ἐς ταῦτα· ἔχουσι δ' αὐτοῖς οἱ πολέμιοι καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὴν χώραν, καὶ περικάθηνται τὸ ἄστυ ἔνοπλοι ναυσὶ καὶ πεζῷ καὶ μηχανήμασι καὶ ἵπποις, Μασσανάσσης δ' ἐχθρὸς ἕτερος ἐν πλευραῖς· θορύβου μὲν ἔτι καὶ ἀγανακτήσεως ἐπέσχον, ὡς οὐδὲν ἐν ταῖς συμφοραῖς ὠφελούντων· ἐς δὲ λόγους αὖθις ἐτράποντο. Καὶ Βάννων, ᾧ Τιγίλλας ἐπώνυμον ἦν, ἐπιφανέστατος ὢν ἐν τοῖς τότε παροῦσιν, αἰτήσας εἰπεῖν, ἔλεξεν.

LXXXIII. « Εἰ μέν ἐστι καὶ τῶν πρότερον εἰρημένων ἔτι πρὸς ὑμᾶς, ὦ Ῥωμαῖοι, λόγος· ἐροῦμεν, οὐχ ὡς δίκαια προφέροντες· οὐ γάρ ἐστιν ἐν καιρῷ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἀντιλογία· ἀλλ' ἵνα μάθητε, ὡς οὐκ ἀπροφάσιστός ἐστιν ὑμῖν ὁ ἔλεος ὁ ἐφ' ἡμῖν, οὐδὲ ἄλογος. Ἡμεῖς γὰρ Λιβύης ἄρχοντες καὶ θαλάσσης ὅτι πλείστης, περὶ ἡγεμονίας ὑμῖν ἐπολεμήσαμεν· καὶ ταύτης ἀπέστημεν ἐπὶ Σκιπίωνος, ὅτε τὰς ναῦς ὑμῖν παρέδομεν, καὶ ἐλέφαντας ὅσους εἴχομεν, καὶ φόρους ἐταξάμεθα δώσειν· καὶ ἐδίδομεν ἐν καιρῷ. Πρὸς οὖν θεῶν τῶν τότε ὠμοσμένων, φείδεσθε μὲν ἡμῶν, φείδεσθε δὲ τῶν Σκιπίωνος ὅρκων, ὀμόσαντος ἔσεσθαι Ῥωμαίους Καρχηδονίοις συμμάχους καὶ φίλους. Οὐδ' ἔστιν, ἐς ταῦθ' ὅ τι ἡμάρτομεν. Οὐ ναῦς ἔχομεν, οὐκ ἐλέφαντας, οὐ τοὺς φόρους ἐκλείπομεν. Ἀλλὰ καὶ συνεμαχήσαμεν ὑμῖν ἐπὶ τρεῖς βασιλέας. Μηδέ τῳ παραστῇ καταγιγνώσκειν, εἰ ταῦτα καὶ πρῴην εἴπομεν, ὅτε τὰ ὅπλα ᾐτεῖτε. Αἵ τε γὰρ συμφοραὶ ποιοῦσι μακρολόγους, καὶ ἅμα συνθηκῶν οὐδὲν ἐν ταῖς ἱκεσίαις δυνατώτερον· οὐδ' ἔχομεν ἐς οὐδὲν ἕτερον ἀντὶ λόγων καταφυγεῖν, οἳ τὴν δύναμιν ὑμῖν ἅπασαν ἐξέδομεν. Τὰ μὲν δὴ πρότερα τοιαῦτα, ὧν ὁ Σκιπίων ἐστὶν ἡμῖν, ὦ Ῥωμαῖοι, βεβαιωτής. Τῶν δὲ παρόντων ὑμεῖς, ὦ ὕπατοι, δημιουργοὶ καὶ μάρτυρές ἐστε ἡμῖν. Ὅμηρα ᾐτήσατε, καὶ τὰ κράτιστα ἠγάγομεν ὑμῖν. Ὅπλα ᾐτήσατε, καὶ πάντα ἐλάβετε,

impetu afferre, quam procedente tempore emolliat atque subigat necessitas. Quod et tunc Carthaginiensibus usu venit: namque, postquam per ipsum silentium sensus magis calamitatis animos eorum tetigit, omissa indignatione, deplorabant cum lamentis vicem suam, et liberorum, conjugumque, cum has, tum illos nominatim inclamantes; denique patriæ casum, quam et ipsam, tanquam hominem percipientem voces miserabiles, invocabant. Sacerdotes autem sacra deosque invocabant, suum interitum illis, veluti præsentibus, exprobrando. Fuitque tam miserabilis gemitus promiscue privatam publicamque fortunam dolentium, ut Romanis ipsis quoque eliceret lacrimas.

LXXXII. Consules autem, quamquam subibat miseratio humanarum vicissitudinum, tamen austeris vultibus exspectabant, donec lamentorum quoque satietas Pœnos cepisset. Tandem post lamenta rursus silentium rediit: reputantesque secum Pœni, urbem armis nudatam esse ac desertam; non navem, non catapultam, non domi civium satis ad defendendam patriam, nuper amissis quinquaginta millibus; nullum præsto esse mercenarium militem, aut amicum, aut socium, et, quominus parentur, excludi se angustiis temporis; in hostium potestate esse suos liberos, arma, agrum; urbem obsideri classibus, machinis, pedestribus equestribusque copiis; a latere Masinissam, alium hostem imminere; compresserunt jam fremitum indignationemque, ut omnino in tali casu inutilem; rursumque ad orandum conversi sunt. Et Banno, cognomine Tigillas, omnium qui tum aderant Pœnorum illustrissimus, impetrata dicendi venia, hæc verba fecit:

LXXXIII. « Si nobis hanc veniam datis, Principes Romani, ut, quæ quidem jam ante a nobis dicta sunt, ea iterum vobis exponamus, dicemus, non tanquam qui ex jure vobiscum velimus contendere (intempestiva est enim miseris contentio), sed ut cognoscatis, esse causas et rationes, cur debeamus vobis non indigni vestra misericordia videri. Nos enim, Africæ quondam marisque late domini, postquam de imperio vobiscum dimicavimus, cessimus vobis, res vestras administrante Scipione; imperio; quando naves et elephantos, quotquot habuimus, vobis tradidimus, tributaque recepimus vobis pendenda, quæ et persolvimus præstitutis temporibus. Ergo, per deos eo tempore juratos! parcite jurijurando Scipionis, qui juravit, fore populum Romanum populo Carthaginiensi amicum sociumque. Neque enim contra fœdus illud peccavimus quidquam. Non naves, non elephantos habemus. Tributa non desideratis. Jam et contra tres reges vobis misimus auxilia. Nec est, cur quisquam vestrum reprehendat, si hæc etiam prius memoravimus, quum arma petebatis. Faciunt enim verbosos miseriæ: nec est in deprecationibus validius quidquam, quam si ad leges fœderis provocare licet: neque vero, præter verba, quo confugiamus, aliud quidquam habemus, quandoquidem robur omne vobis tradidimus. Et sic quidem vetera habent, Romani, quorum nobis sponsor Scipio fuit. Horum vero recentium pactorum auctores, iidemque testes, ipsi nobis estis, Consules! Obsides petiistis; præstantissimos omnium vobis adduximus. Arma petiistis: et accepistis omnia, quæ

ὧν οὐδὲ οἱ ληφθέντες ἐν ταῖς πολιορκίαις ἑκόντες μεθίενται. Ἐπιστεύσαμεν δὲ ἡμεῖς τῷ Ῥωμαίων ἤθει καὶ τρόπῳ. Καὶ γὰρ ἡ σύγκλητος ἡμῖν ἐπέστειλε, καὶ ὑμεῖς, τὰ ὅμηρα αἰτοῦντες, ἔφατε, τὴν Καρχηδόνα αὐτόνομον ἐάσειν, εἰ λάβοιτε. Εἰ δὲ προσέκειτο, καὶ τὰ λοιπὰ ὑμῶν ἀνέξεσθαι κελευόντων· οὐκ εἰκὸς ἦν, ὑμᾶς ἐπὶ μὲν τοῖς ὁμήροις, αἰτήματι σαφεῖ, τὴν πόλιν αὐτόνομον ἔσεσθαι προαγορεῦσαι, ἐν δὲ προσθήκῃ τῶν ὁμήρων ποιεῖσθαι τὴν Καρχηδόνος αὐτῆς καταστροφήν. Ἣν εἰ θέμις ὑμῖν ἐστιν ἀνελεῖν, πῶς ἐλευθέραν ἔτι ἀφήσετε, ἢ αὐτόνομον, ὡς ἐλέγετε;

LXXXIV. Τάδε μὲν εἴχομεν εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν προτέρων συνθηκῶν, καὶ περὶ τῶν πρὸς ὑμᾶς γενομένων. Εἰ δὲ καὶ τούτων οὐκ ἀνέξεσθε, παρίεμεν ἅπαντα· καὶ, ὃ τοῖς ἀτυχοῦσίν ἐστι λοιπὸν, ὀδυρόμεθα καὶ δεόμεθα. Πολλὴ δ' ἡ ἱκεσία, δι' ἀφθονίαν κακῶν. Ὑπέρ τε γὰρ πόλεως παρακαλοῦμεν ἀρχαίας, χρησμοῖς μετὰ θεῶν συνῳκισμένης, καὶ ὑπὲρ δόξης ἐπὶ μέγα προελθούσης, καὶ ὀνόματος ἐπιφοιτήσαντος ἐπὶ τὴν γῆν ὅλην· ὑπέρ τε ἱερῶν τῶν ἐν αὐτῇ τοσῶνδε, καὶ θεῶν οὐδὲν ἀδικούντων· οὓς μὴ πανηγύρεις ἀφέλησθε καὶ πομπὰς καὶ ἑορτάς· μηδὲ τοὺς τάφους τὰ ἐναγίσματα, οὐδὲν ὑμῖν ἔτι τῶν νεκρῶν ἐπιζημίων ὄντων. Εἰ δὲ καὶ ἡμῶν ἐστιν ἔλεος (φατὲ δὲ καὶ ἡμᾶς ἐλεεῖν, οἳ συγχωρεῖτε μετοικήσασθαι), φείσασθε πολιτικῆς ἑστίας, φείσασθε ἀγορᾶς, φείσασθε βουλαίας θεοῦ, πάντων τε τῶν ἄλλων, ὅσα τοῖς ἔτι ζῶσι τερπνὰ καὶ τίμια. Τί γὰρ δὴ καὶ δέος ἐστὶν ὑμῖν ἔτι Καρχηδόνος, οἳ καὶ τὰς ναῦς ἔχετε ἡμῶν, καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἐπιφθόνους ἐλέφαντας; Περὶ δὲ τῆς ἀνοικίσεως, εἴ τῳ δοκεῖ τοῦτο ἐς παρηγορίαν ἡμῖν προτίθεσθαι, ἔστι καὶ τόδε ἀμήχανον, ἀνδράσιν ἐς ἤπειρον ἀνοικίσασθαι θαλασσοβιώτοις, ὧν ἄπειρον πλῆθος ἐργάζεται τὴν θάλασσαν. Δίδομεν δ' ὑμῖν ἀντίδοσιν αἱρετωτέραν ἡμῖν, καὶ εὐκλεεστέραν ὑμῖν· τὴν μὲν πόλιν ἐᾶτε, τὴν οὐδενὸς ὑμῖν αἰτίαν, αὐτοὺς δὲ ἡμᾶς οὓς ἀνοικίζετε, εἰ θέλετε, διαχρήσασθε. Οὕτως ἀνθρώποις δόξετε χαλεπαίνειν, οὐχ ἱεροῖς καὶ θεοῖς καὶ τάφοις, καὶ πόλει μηδὲν ἀδικούσῃ.

LXXXV. Δόξης δ' ἀγαθῆς καὶ εὐσεβοῦς ἐφίεσθε, ὦ Ῥωμαῖοι, παρὰ πάντα ἔργα, καὶ μετριοπάθειαν ἐν τοῖς εὐτυχήμασιν ἐπαγγέλλεσθε· καὶ τοῦθ', οἷς ἂν ἀεὶ λάβοιτε, καταλογίζεσθε. Μὴ δὴ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, τῶν τε ἄλλων, καὶ ὅσοι Καρχηδόνα ἔτι ἔχουσί τε, καὶ μή ποτε μνησικακήσαιεν ὑμῖν, μηδὲ παισὶν ὑμετέροις· μὴ ἀγαθὴν δόξαν ὑμῶν αὐτῶν ἐν ἡμῖν πρώτοις διαβάλητε· μηδὲ τοσῷδε ἔργῳ τὴν εὔκλειαν ὑμῶν καταμιάνητε, χαλεπῷ μὲν ἐργασθῆναι, χαλεπῷ δὲ ἀκουσθῆναι, παρά τε πρώτοις ὑμῖν ἐξ ἅπαντος τοῦ βίου γενησομένῳ. Πόλεμοι γὰρ πολλοὶ μὲν Ἕλλησιν ἐγένοντο καὶ βαρβάροις, πολλοὶ δὲ ὑμῖν, ὦ Ῥωμαῖοι, πρὸς ἑτέρους· καὶ οὐδείς πω κατέσκαψε πόλιν χεῖράς τε πρὸ μάχης καθιεῖσαν, καὶ ὅπλα καὶ τέκνα παραδοῦσαν, καὶ, εἴ τις ἐστὶν ἐς ἀνθρώπους ἄλλη ζημία, καὶ ταύτην παθεῖν ὑπομένουσαν. Προφέροντες δ' ὑμῖν ὁρκίους θεοὺς, καὶ

ne captæ quidem urbes solent sponte tradere. Credidimus autem nos Romanorum moribus et consuetudini. Nam et senatus, datis ad nos literis, et vos, quum obsides peteretis, sermone confirmabatis, Carthaginem suis legibus relinquendam, si obsides vobis traderentur. Quod si adjectum fuit, alia quoque imperata nobis esse facienda, non decebat vos, pro acceptis obsidibus, quos aperte et nude poposcistis, libertatem civitati pollicitos, nunc, velut accessionem obsidum, ipsius Carthaginis poscere excidium. Quam si vobis evertere fas est, quomodo liberam sinetis suis uti legibus, quemadmodum vos facturos dixistis?

LXXXIV. « Et hæc quidem cum de priori fœdere, tum de hoc recens vobiscum inito, dicenda habuimus. Quæ si audire non sustinetis, omittimus omnia : et, quod unum miseris est reliquum, ad fletus precesque recurrimus. Est autem tanto calamitatum agmine circumventis ampla deprecandi materia. Rogamus enim per vetustatem urbis, deorum jussu atque numine conditæ; per ejusdem splendorem ac magnificentiam; per nomen, cujus universam terram pervasit celebritas; per tot ac tanta, quibus ornata est templa; per deos, qui nihil in vos deliquerunt : quos ne, quæsumus, solennibus suis mulctetis ac pompis et religionibus! neque vero defunctorum, nihil vobis obnoxiorum, sepulcra libationibus privetis et parentationibus! Quod si vero nostri quoque miseret; quandoquidem miseratione vos motos, dicitis, alias nobis sedes concedere; parcite aris focisque! parcite foro! parcite Deæ quæ curiæ præsidet; parcite ceteris rebus, quæcunque jucundæ caræque sunt viventibus! Quid enim scilicet timetis porro a Carthagine, qui et naves nostras et arma nostra habetis, et invisos vobis elephantos? Quod si cui vero satis solatii videtur, permitti nobis pro hac urbe aliam condere, ne fieri quidem hoc potest, ut viri assueti victum e mari quærere, quorum infinitus numerus deditus est rei nauticæ, migrent in mediterranea. Pro hac autem conditione, aliam vobis offerimus, et nobis præoptatam, et vobis plus gloriæ allaturam. Stare patimini urbem nil commeritam; nos vero, quos migrare jubetis, si ita vultis, necate! Sic fiet, ut hominibus infensi videamini, non sacris, et diis, et sepulcris, et urbi innoxiæ.

LXXXV. « Soletis autem vos, Romani, honestæ existimationis pietatisque rationem habere in omnibus factis vestris, et in rebus lætis præ vobis ferre moderationem; atque hæc erga omnes profitemini, quos armis subigitis. Ne igitur, per Jovem vos oramus, cæterosque deorum, cum alios, tum qui Carthagini adhuc præsident (qui utinam nec vobis unquam, nec liberis vestris, accepta mala rependant!), ne ipsi hanc existimationem, quam de vobis habent homines, in nobis primum labefactatis! ne præclarum vestrum nomen contaminetis tanto facinore, factu auditque horrendo, cujus primum hoc ex omni ævo exemplum fuerit apud vos, Romani, inventum. Multa enim bella sunt a Græcis contra barbaros, multa a vobis contra alias gentes gesta : nunquam autem quisquam diruit urbem, quæ manus dederit ante pugnam, et arma et liberos tradiderit, aliasque mulctas, quæcunque irrogari hominibus possunt, sustinuerit. Per deos testes

τύχην ἀνθρωπείαν, καὶ τὴν φοβερωτάτην τοῖς εὐτυχοῦσι Νέμεσιν, δεόμεθα, μήτε ἐς τὴν ὑμετέραν εὐπραγίαν ὑμᾶς ὑβρίσαι, μήτε τὰς ἡμετέρας συμφορὰς ἐς ἀνήκεστον προαγαγεῖν· συγχωρῆσαι δ', εἰ μὴ δίδοτε τὴν πόλιν ἔχειν, ἔς γε τὴν σύγκλητον ἔτι πρεσβεῦσαι περὶ αὐτῆς, καὶ δεηθῆναι. Βραχὺ δ' ὁρᾶτε τὸ διάστημα τοῦ χρόνου, βάσανον μὲν ἡμῖν φέρον μακρὰν ἐν ὀλίγῳ, διὰ τὴν τῶν ἐσομένων ἀμφιβολίαν· ὑμῖν δὲ τὸ μὲν ἀσφαλὲς ἴσον, ἢ νῦν ἢ μετ' ὀλίγον τὰ δοκοῦντα δρᾷν. Τὸ δ' εὐσεβὲς καὶ φιλάνθρωπον ἐπιγίγνεται. »

LXXXVI. Τοιαῦτα μὲν εἶπεν ὁ Βάννων. Οἱ δὲ ὕπατοι δῆλοι μὲν ἦσαν, ἐσκυθρωπακότες παρὰ πάντα τὸν λόγον, ὅτι μηδὲν ἐνδώσουσιν αὐτοῖς. Παυσαμένων δὲ, ὁ Κηνσωρῖνος ἔλεξε· « Περὶ μὲν ὧν ἡ σύγκλητος προσέταξε, τί δεῖ πολλάκις λέγειν; προσέταξε γὰρ, καὶ χρὴ γενέσθαι· οὐδὲ ἀναθέσθαι δυνάμεθα τὰ ἤδη κεκελευσμένα γενέσθαι. Ταῦτα δὲ εἰ μὲν ὡς ἐχθροῖς ἐπεκελεύομεν, ἔδει μόνον εἰπεῖν, καὶ ποιεῖν ἀναγκάζειν· ἐπεὶ δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ κοινῇ, τάχα μέν τι καὶ ἡμῶν, τὸ δὲ πλέον ὑμῶν, ὦ Καρχηδόνιοι, γίγνεται· οὐκ ὀκνήσω καὶ τοὺς λογισμοὺς ὑμῖν εἰπεῖν, ἢν δύνησθε πεισθῆναι μᾶλλον ἢ βιασθῆναι. Ἡ θάλασσα ὑμᾶς ἥδε, μεμνημένους τῆς ἐν αὐτῇ ποτε ἀρχῆς καὶ δυνάμεως, ἀδικεῖν ἐπαίρει, καὶ ἀπὸ τοῦδε ἐς συμφορὰς περιφέρει. Σικελίᾳ τε γὰρ δι' αὐτὴν ἐπεχειρήσατε, καὶ Σικελίαν ἀπωλέσατε. Ἔς τε Ἰβηρίαν διεπλεύσατε, καὶ Ἰβηρίαν ἀφῄρησθε. Ἔν τε ταῖς συνθήκαις ἐλῃζεσθε τοὺς ἐμπόρους· καὶ τοὺς ἡμετέρους μάλιστα, ἵνα λανθάνοιτε, κατεποντοῦτε· ἕως, ἁλόντες, ποινὴν ἡμῖν ἔδοτε Σαρδώ. Οὕτω καὶ Σαρδοῦς ἀφῃρέθητε διὰ τὴν θάλασσαν· ἣ πέφυκε πείθειν ἅπαντας ἀεὶ τοῦ πλέονος ὀρέγεσθαι, διὰ τὴν ἐν αὐτῇ ταχυεργίαν.

• **LXXXVII.** Ὃ καὶ Ἀθηναίους, ὅτε ἐγένοντο ναυτικοὶ, μάλιστα ηὔξησέ τε καὶ καθεῖλεν. Ἔοικε γὰρ τὰ θαλάσσια τοῖς ἐμπορικοῖς κέρδεσιν, ἃ καὶ τὴν αὔξησιν ἔχει καὶ τὴν ἀπώλειαν ἀθρόαν. Ἴστε γοῦν αὐτοὺς ἐκείνους, ὧν ἐπεμνήσθην, ὅτι, τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὴν Ἰόνιον ἐκτείνοντες ἐς Σικελίαν, οὐ πρὶν ἀπέστησαν τῆς πλεονεξίας, πρὶν τὴν ἀρχὴν ἅπασαν ἀφαιρεθῆναι, καὶ λιμένας καὶ ναῦς παραδοῦναι τοῖς πολεμίοις, καὶ φρουρὰν ἐνδέξασθαι τῇ πόλει, καὶ τὰ τείχη σφῶν αὐτοὶ τὰ μακρὰ καθελεῖν, καὶ σχεδὸν ἠπειρῶται τότε κἀκεῖνοι γενέσθαι. Ὃ καὶ διέσωσεν ἐπὶ πλεῖστον αὐτούς. Εὐσταθέστερος γὰρ, ὦ Καρχηδόνιοι, ὁ ἐν ἠπείρῳ βίος, γεωργίᾳ καὶ ἠρεμίᾳ πρὸς πόνων. Καὶ σμικρότερα μὲν ἴσως τὰ κέρδη, βεβαιότερα δὲ καὶ ἀκινδυνότερα καθάπαξ, τὰ τῆς γεωργίας τῶν ἐμπόρων. Ὅλως τέ μοι δοκεῖ πόλις ἡ μὲν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ναῦς τις εἶναι μᾶλλον ἢ γῆ, πολὺν τὸν σάλον τῶν πραγμάτων ἔχουσα καὶ τὰς μεταβολάς· ἡ δὲ ἐν τῷ μεσογείῳ, καρποῦσθαι τὸ ἀκίνδυνον ὡς ἐν γῇ. Διὰ τοῦτ' ἄρα καὶ τὰ πάλαι βασίλεια, ὡς ἐπίπαν, ἦν ἐν μέσῳ· καὶ ἀπὸ τοῦδε μέγιστα ἐγένοντο τὰ Μήδων, καὶ Ἀσσυρίων, καὶ Περσῶν, καὶ ἑτέρων.

LXXXVIII. Ἀλλὰ βασιλικῶν μὲν ὑποδειγμάτων

fœderum, per fortunam humanam, per timendam felicibus Nemesin, vos obtestamur, ne velitis vel felicitati vestræ hanc notam inurere, vel miserias nostras in extremum exitium adducere; et, quod si urbi vos parcere non potestis, saltem permittatis, ut per legatos apud senatum liceat deprecari. Breve spatium postulamus, magnum interim nobis curarum tormentum allaturum, propter eventus incertitudinem; vobis autem æquam potestatem relicturum, sive nunc, sive paulo post, quæ placuerit, perficiendi : et pietatis interim ac humanitatis laus vobis accedet. »

LXXXVI. Hæc dum Banno verba fecit, consules tetricis vultibus satis significabant, se nihil eorum, quæ peterentur, concessuros. Ubi finem ille loquendi fecit, in hunc modum respondit Censorinus : « Quæ senatus jussit, ea quid opus est sæpius dicere? Jussit enim et oportet fieri : ac ne differre quidem nobis licet, quod, ut jam nunc fiat, mandatum est. Id vero si vobis tanquam hostibus imperaremus, edicto tantum opus erat, et cogendi violentia : nunc quoniam communis utilitatis causa, alicujus quidem nostræ, sed vestræ maxime, Carthaginienses, hoc ita factum oportet; non me pigebit, rationes quoque vobis exponere, si forte persuaderi potius, quam cogi, possitis. Hoc mare quoties vos admonet veteris imperii atque potentiæ, toties ad peccandum vos provocat, et inde in calamitates conjicit. Hujus enim occasione et Siciliam invasistis, eamdemque rursus amisistis : et in Hispaniam trajecistis, ex eademque iterum expulsi estis; et fœderis tempore negotiatores spoliavistis, et nostros potissimum, ut scelus lateret, demersistis in mare; donec deprehensi a nobis, mulctati estis Sardinia. Sic et Sardiniam amisistis propter hoc mare, quod suapte pæne natura, quoniam celeriter per illud parari opes possunt, invitat omnes ad quæstuum cupiditatem.

LXXXVII. « Quod quidem et Athenienses quondam, quum rei navalis essent studiosi, magnopere extulit, ac mox dejecit. Sunt enim maritimi quæstus negotiatoriis similes : subito cumulateque et veniunt et abeunt. Ac illos ipsos quidem, quorum modo memini, nostis, imperio ultra Ionium mare usque in Siciliam prolato, non prius modum imposuisse cupiditati, quam totum amiserunt imperium, traditisque hosti portubus et navibus, præsidium receperunt in urbem, et longos illos muros suis manibus diruerunt, et propemodum mediterranei facti sunt. Quæ et ipsa res diu servavit eos incolumes. Stabilior est enim, viri Carthaginienses, vita in continenti, quæ agriculturæ commodis, procul a periculis, tranquilla fruitur : et, ut minus fortasse lucri afferat, affert tamen utique lucrum certius, quam negotiatio. Omninoque mihi urbs maritima videtur navigium potius esse, quam solida terra; ita jactatur semper, et continuis rerum mutationibus est obnoxia. Mediterranea vero, tanquam firmo in solo, fruitur securitate. Ob eamdemque causam et veteres regiæ fuerunt omnes mediterraneæ. Atque ob id ipsum in tantam amplitudinem creverunt regiæ Medorum et Assyriorum, et Persarum, aliorumque.

LXXXVIII. « Sed regiarum urbium omitto exempla, quæ

παύομαι, οὐδὲν ὑμῖν ἔτι διαφερόντων· ἐς δὲ τὴν ὑμετέραν Λιβύην ἀπίδετε, ὅσαι μεσόγειοι πόλεις ἀκινδύνως βιοῦσιν· ὧν, ἧς ἂν ἐθέλητε, γείτονες ἔσεσθε· ἵνα τὴν ἐρεθίζουσαν ὑμᾶς ὄψιν τε καὶ μνήμην ἀφῆτε τῶν νῦν ἐνοχλούντων κακῶν, ὅταν ἐς τὴν θάλασσαν κενὴν σκαφῶν ἀφορῶντες, ἀναμιμνήσκησθε τοῦ πλήθους ὧν εἴχετε νεῶν, καὶ λαφύρων ὅσων ἐφέρετε, καὶ ἐς τούσδε τοὺς λιμένας κατήγεσθε σοβαροὶ, καὶ τὰ νεώρια καὶ τὰ τῶν σκευῶν ταμιεῖα ἐνεπίμπλατε. Τί δὲ αἱ ἐν τοῖς τείχεσιν ὑποδοχαὶ στρατοπέδων τε καὶ ἵππων καὶ ἐλεφάντων; τί δὲ θησαυροὶ τούτοις παρῳκοδομημένοι; τί ταῦτα μνημεῖα ὑμῖν ἐστιν; ἢ τί ἄλλο, πλὴν ὀδύνη, καὶ ἐρέθισμα ἐπανελθεῖν ἐς αὐτὰ, εἴ ποτε δύναισθε; Πάθος ἐστὶν ἀνθρώπειον τοῖς μεμνημένοις τῆς ποτε τύχης, ἐλπίζειν τὴν τύχην ἐπανελεύσεσθαι· φάρμακον δὲ κακῶν ἀκεστήριον, λήθη· ἧς οὐκ ἔνι μετασχεῖν ὑμῖν, ἣν μὴ τὴν ὄψιν ἀποθῆσθε. Καὶ τούτων σαφέστατος ἔλεγχος, ὅτι πολλάκις συγγνώμης καὶ συνθηκῶν τυχόντες, παρεσπονδήσατε. Εἰ μὲν οὖν ἔτι τῆς ἀρχῆς ἐφίεσθε, καὶ δυσμεναίνετε ἡμῖν, ὡς ἀφῃρημένοι, καὶ καιροφυλακεῖτε· δεῖ τῆσδε τῆς πόλεως ὑμῖν, καὶ λιμένων τοιῶνδε, καὶ νεωρίων, καὶ τειχῶν ἐς στρατοπέδου τρόπον εἰργασμένων. Καὶ τί ἔτι φειδόμεθα ἐχθρῶν εἰλημμένων; Εἰ δὲ τῆς μὲν ἀρχῆς ἀπέστητε καθαρῶς, οὐ λόγῳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ, μόνα δ' ἐξήρησθε Λιβύης ἃ ἔχετε, καὶ τάδε ἀπροφασίστως συνέθεσθε ἡμῖν· φέρετε, καὶ ἔργῳ ταῦτα ἐπιδείξατε· ἐς μὲν Λιβύην, ἣν ἔχετε, ἀνοικισάμενοι· τῆς δὲ θαλάσσης ἐκστάντες, ἧς ἀπέστητε.

LXXXIX. Μὴ δ' ὑποκρίνεσθε ἐλεεῖν ἱερὰ, καὶ ἑστίας, καὶ ἀγορὰς, καὶ τάφους· ὧν τάφοι μὲν ἔστων ἀκίνητοι. Καὶ ἐναγίζετε αὐτοῖς ἐπερχόμενοι, καὶ τοῖς ἱεροῖς θύειν εἰ θέλετε ἐπιόντες. Τὰ δὲ λοιπὰ καθέλωμεν. Οὐ γὰρ καὶ νεωρίοις θύετε, οὐδὲ ἐναγίζετε τείχεσιν. Ἑστίας δὲ καὶ ἱερὰ ἄλλα καὶ ἀγορὰς ἔνι καὶ μετελθόντας ἐργάσασθαι, καὶ ταχὺ κἀκεῖνα ὑμῖν ἔσται πάτρια· ᾧ λόγῳ καὶ τὰ ἐν Τύρῳ καταλιπόντες, ἠλλάξασθε Λιβύην· τά τε ἐπίκτητα ὑμῖν τότε γενόμενα, νῦν πάτρια τίθεσθε. Βραχεῖ τε λόγῳ μάθοιτε ἄν, ὡς οὐχ ὑπὸ δυσμενείας, ἀλλ' ἐπὶ βεβαίῳ τε ὁμονοίᾳ καὶ ἀμεριμνίᾳ κοινῇ τάδε προστάσσομεν· εἰ ἀναμνησθείητε, ὅτι καὶ Ἄλβην ἡμεῖς, οὐκ ἐχθρὰν, ἀλλὰ μητρόπολιν οὖσαν, οὐδὲ δυσμεναίνοντες, ἀλλ' ὡς ἄποικοι προτιμῶντες, ἐπὶ συμφέροντι κοινῷ μετῳκίσαμεν ἐς Ῥώμην· καὶ ἐλυσιτέλησεν ἀμφοτέροις. Ἀλλ' εἰσὶ γὰρ ὑμῖν ἔτι χειρώνακτες πολλοὶ θαλασσοβίωτοι. Καὶ τούτου πεφροντίκαμεν, ὡς ἂν εὐκόλως ἐπιμιγνύοισθε τῇ θαλάσσῃ, καὶ τὴν τῶν ὡραίων διάθεσίν τε καὶ ἀντίληψιν ἔχοιτε εὐμαρῆ. Οὐ γὰρ μακρὰν ὑμᾶς ἀπὸ θαλάσσης, ἀλλ' ὀγδοήκοντα σταδίους ἀναδραμεῖν κελεύομεν. Ἡμεῖς δ', οἱ ταῦτα προστάσσοντες ὑμῖν, ἑκατὸν τῆς θαλάσσης ἀπέχομεν. Χωρίον δὲ ὑμῖν δίδομεν, ὃ θέλετε, ἐπιλέξασθαι· καὶ μετελθοῦσιν, αὐτονόμοις εἶναι. Τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ προὐλέγομεν, αὐτόνομον ἐάσειν Καρχηδόνα,

jam nihil ad vos attinent. Vestram respicite Africam, quot urbes illa alat mediterraneas, quæ ab omni periculo liberæ agunt; e quibus eligetis, cujus præ cæteris vicini esse volueritis: ut aspectu hoc, qui vos nunc irritat, careatis; nec sit vobis molesta præteritorum malorum memoria, videntibus mare vacuum navigiis, reminiscentibusque numerosarum classium, et spoliorum, quæ afferentes superbi hos portus intravistis, et navalia atque armamentaria vestra replevistis. Jam vero, quæ in mœnibus vestris sunt, exercituum receptacula, et equorum elephantorumque stabula, quæque juxta ædificata sunt horrea, cujus rei hæc vos admonent? aut quid aliud, quam dolorem, vobis afferent, et irritamentum ad repetendam, si quando fieri possit, eamdem potentiam? Humanus hic affectus est, ut qui pristinæ fortunæ recordantur, sperent, se ad eam redituros. Remedium autem adversus calamitates est oblivio: quæ non potest vobis contingere, ni aspectum amoveritis. Cujus rei argumentum est manifestissimum, quod, sæpius veniam a nobis pacemque adepti, non mansistis in fœdere. Ergo quod si adhuc affectatis imperium, et nobis, qui id abstulimus, infensi, exspectatis occasionem; tum vero opus habetis tali civitate, talibusque portubus et navalibus, et constructis in castrorum modum mœnibus. Et cur etiam nunc parceremus deprehensis hostibus? Quod si vero sincere vos imperio abdicastis, non solis verbis, sed ex animo, contenti ditione quam habetis in Africa, et sine fraude fœdus hoc nobiscum iniistis; agite, opere etiam id comprobate! In Africam, quæ vestra est, migrate; et relinquite mare, cujus imperio nobis cessistis!

LXXXIX. Nec est, quod simulata miseratione deploretis templa, penates, fora, sepulcra. Manebunt immota sepulcra, et licebit ea parentandi causa invisere; et sacris etiam operari, quotiescunque libuerit eo accedere. Cætera vero diruamus. Non enim sacrificatis navalibus, neque parentatis mœnibus. Focos vero et aras, et alia sacra, et fora, promtum erit vobis, quocumque migraveritis, condere; et brevi tempore illa quoque vobis patria erunt: quemadmodum et olim relictis iis, quæ Tyri erant, commigravistis in Africam; et ea, quæ tunc recens erant comparata, nunc patria existimatis. Et brevi argumento discere potestis, hæc nos non inimico animo jubere, sed ad tutandam communem securitatem concordiamque; si in memoriam revocaveritis, Albam etiam, non hostilem urbem, sed veterem nostram patriam, non ab infensis nobis, sed probantibus, ob communem utilitatem esse translatam in nostram urbem; quod factum utrique populo bene cessit. At enim multos opifices vos habetis, quibus e mari victum parant! Et huic rei prospectum a nobis est; ut facile sit vobis commercium cum mari, et possitis fructus exportare importareque haud magno negotio. Non enim longe a mari, sed ad decimum lapidem, jubemus vos recedere; quum nos ipsi, qui hæc vobis præcipimus, passibus XII mille quingentis absimus. Locum autem ut ipsi eligatis, quemcumque volueritis, concedimus, vestrisque legibus utamini in novis sedibus. Atque hoc id est, quod jam ante prædiximus, li-

εἰ πείθοιτο ἡμῖν. Καρχηδόνα γὰρ ὑμᾶς, οὐ τὸ ἔδαφος, ἡγούμεθα. »

XC. Τοσαῦτα εἰπὼν ὁ Κηνσωρῖνος, ἡσύχασε. Καὶ τῶν Καρχηδονίων ὑπ' ἐκπλήξεως οὐδὲν ἀποκριναμένων, ἐπεῖπεν· « Ἃ μὲν ἔδει πείθοντα καὶ παρηγοροῦντα εἰπεῖν, εἴρηται· τὸ δὲ πρόσταγμα τῆς βουλῆς δεῖ γενέσθαι, καὶ αὐτίκα γενέσθαι. Ἄπιτε οὖν· ἐστὲ γὰρ ἔτι πρέσβεις. » Ὁ μὲν εἶπεν οὕτως. Οἱ δ' ἐξωθούμενοι πρὸς τῶν ὑπηρετῶν, καὶ τὸ μέλλον ὑπὸ Καρχηδονίων ἔσεσθαι προορῶντες, ᾔτησαν αὖθις εἰπεῖν. Καὶ εἰσαχθέντες, ἔφασαν· « Τὸ μὲν ἀπαραίτητον τοῦ κελεύσματος ὁρῶμεν· οὐ γὰρ οὐδὲ πρεσβεῦσαι δίδοτε ἐς Ῥώμην. Ἡμεῖς δ' ἐπανελεύσεσθαι μὲν πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐλπίζομεν, ἀλλ' ὑπὸ Καρχηδονίων ἔτι λέγοντες ἀπολεῖσθαι. Δεόμεθα δ' ὑμῶν, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν (ἐσμὲν γὰρ πάντα παθεῖν ἕτοιμοι), ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῆς ἔτι Καρχηδόνος, εἰ δύναιτο, καταπλαγεῖσα, τὰς συμφορὰς ὑποστῆναι. Περιστήσατε αὐτῇ τὰς ναῦς, ἕως ὁδεύοντες ἄπιμεν· ἵνα καὶ θεωροῦντες καὶ ἀκούοντες ὧν προσετάξατε, ἐνέγκωσιν, ἂν ἄρα δύνωνται. Ἐς τοῦτο δ' ἡμῖν ἀνάγκης ἀφῖκται καὶ τύχης, ὡς αὐτοὶ παρακαλεῖν ὑμᾶς, τὰς ναῦς ἐπάγειν ἐπὶ τὴν πατρίδα. » Οἱ μὲν δὴ τοσαῦτα εἰπόντες, ἀπῄεσαν· καὶ ὁ Κηνσωρῖνος πεντήρεσιν εἴκοσι παραπλεύσας, ἀνεκώχευε παρὰ τὴν πόλιν. Τῶν δὲ πρέσβεων οἱ μὲν ἐκ τῆς ὁδοῦ διεδίδρασκον, οἱ δὲ πλέονες ἐπορεύοντο σιγῇ.

XCI. Καρχηδόνιοι δ' οἱ μὲν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐς τοὺς πρέσβεις, ὁπότε ἥξουσιν, ἀφεώρων, καὶ βραδύνουσιν αὐτοῖς ἤχθοντο, καὶ τὰς κόμας ἐτίλλοντο· οἱ δ' ὑπήντων ἔτι προσιοῦσιν, οὐκ ἀναμένοντες, ἀλλ' ἐπειγόμενοι μαθεῖν. Σκυθρωποὺς δὲ ὁρῶντες, ἔτυπτον τὰ μέτωπα, καὶ διηρώτων, οἱ μὲν ὁμοῦ πάντας, οἱ δ' ἕκαστον, ὡς εἶχεν ἕκαστός τις φιλίας ἢ γνώσεως ἐς αὐτὸν, ἐπιστρέφων τε καὶ πυνθανόμενος. Ὡς δὲ οὐδεὶς ἀπεκρίνετο, ἀνῴμωζον ὡς ἐπ' ὀλέθρῳ σαφεῖ. Καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ τείχους, ἀκούοντες, συνανῴμωζον αὐτοῖς, οὐκ εἰδότες μὲν οὐδὲν, ὡς δ' ἐπὶ σαφεῖ καὶ μεγάλῳ κακῷ. Περὶ δὲ τὰς πύλας ὀλίγου μὲν αὐτοὺς καὶ συνεπάτουν, ἐπιπίπτοντες ἀθρόοι· ὀλίγου δὲ καὶ διέσπασαν, εἰ μὴ τοσόνδε ἔφασαν, ὅτι χρὴ τῇ γερουσίᾳ πρότερον ἐντυχεῖν. Τότε γὰρ οἱ μὲν διίσταντο αὐτοῖς, οἱ δὲ καὶ ὡδοποίουν, ἐπιθυμίᾳ τοῦ θᾶσσον μαθεῖν. Ὡς δὲ ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσῆλθον, ἡ μὲν γερουσία τοὺς ἄλλους μετεστήσατο, καὶ μόνοι συνήδρευον ἐφ' ἑαυτῶν· τὸ δὲ πλῆθος ἔξω περιειστήκεσαν. Οἱ δὲ πρέσβεις ἀπήγγελον πρῶτα μὲν τὸ κέλευσμα τῶν ὑπάτων. Καὶ εὐθὺς ἦν βοὴ τῆς γερουσίας, καὶ ὁ δῆμος ἔξω συνεβόα. Ὡς δὲ ἐπῆγον οἱ πρέσβεις, ὅσα ἀντέλεξαν δικαιολογούμενοι, καὶ δεόμενοι, καὶ ἐς Ῥώμην πρεσβεῦσαι παραιτούμενοι, αὖθις ἦν τῆς βουλῆς σιγὴ βαθεῖα, τὸ τέλος μαθεῖν περιμενούσης· καὶ ὁ δῆμος αὐτῇ συνεσιώπα. Ὡς δ' ἔμαθον, ὅτι μηδὲ πρεσβεύειν ἐπέτρεψαν, ἠλάλαξαν ἐξαίσιον ὀδυρόμενοι. Καὶ ὁ δῆμος ἐσέδραμεν ἐς αὐτούς.

XCII. Καὶ ἀπὸ τοῦδε ἦν οἶστρος ἄλογός τε καὶ

beram fore Carthaginem, si nobis pareat. Vos enim, non vestrum solum atque ædificia, putamus esse Carthaginem. »

XC. His dictis, Censorinus tacuit. Quumque Carthaginienses attoniti, pariter silerent, hæc verba adjecit : « Quæ ad persuadendum consolandumque facere possint, dixi. Cæterum senatus imperio, et quidem sine mora, parendum est. Abite igitur : estis enim etiamnunc legati. » His auditis, submovebantur a lictoribus legati Carthaginiensium. Sed prævidentes iidem, quid facturi essent cives sui, iterum dicendi petierunt veniam; et rursus introducti, sic locuti sunt : « Videmus parendi necessitatem, quando ne legatos quidem mittere Romam sinitis. Cæterum ad vos redeundi spes nulla est; sed necabimur a civibus, priusquam sermonem absolverimus. Oramus igitur, non propter nos, omnia ferre paratos; sed propter ipsam Carthaginem, si forte metu possit ad ferendam calamitatem adigi : admoveatis mœnibus classem, interea dum nos terrestri itinere domum redimus; ut simul videns, simul audiens populus noster, quæ jubetis, ferat, si possit. Eo enim calamitatis deducta res nostra est, ut ipsi vestram classem invocare contra patriam nostram simus coacti. » His dictis, legati abierunt. Et Censorinus, cum XX quinqueremibus profectus, circa urbem subductis velis substitit. Legatorum autem pars diffugiebat ex itinere; plures tamen pergebant taciti.

XCI. Interim Carthaginienses, partim e mœnibus prospectabant, ecquando redirent legati, et impatientia morarum capillos sibi vellebant : alii, reditum non exspectantes, procurrebant obviam, cognoscendi desiderio. Et quum mœstos incedere viderent, pulsabant manibus frontes, et percontabantur, quidam ex universis, quidam ut quisque in amicum notumve inciderat, prehensando et sciscitando. Nemine vero respondente, in lamentationes, ut certo in exitio, sese effundebant. Id qui exaudiebant in mœnibus, una lamentabantur, certi quidem nihil cognitum habentes, sed tanquam in manifesta atque magna calamitate. Circa portam vero primum pæne conculcarunt legatos, conferti irruentes; deinde non multum abfuit, quin et discerperent eos, nisi hoc saltem dixissent, senatui prius indicanda, quæ ferrent. Tum vero alii decedebant eis de via, alii turbam etiam dimovebant, quo maturius rem cognoscerent. Ubi vero introgressi sunt in curiam, Seniores, aliis semotis, soli consederunt : plebs curiam foris circumstetit. Et legati ante omnia renunciarunt jussa consulum. Moxque conclamatione orta in curia, plebs quoque foris clamorem reddidit. Deinde legatis narrare pergentibus, quid pro sua causa protulissent in medium, quibusque precibus conati sint obtinere, ut Romam legationem mittere liceret; rursus fuit altum in senatu silentium exspectantium exitum; et plebs simul foris conticuit. Ut vero audivere, ne legationem quidem sibi permitti, ingentem ululatum ediderunt : ad quem plebs irrupit in curiam.

XCII. Jamque nihil aliud erat, quam furor et insania

μανιώδης, οἷον ἐν τοῖς βακχείοις πάθεσι φασὶ τὰς μαινάδας ἀλλόκοτα καινουργεῖν. Οἱ μὲν, τῶν βουλευτῶν τοὺς περὶ τῶν ὁμήρων ἐσηγησαμένους, ὡς ἐξάρχους τῆς ἐνέδρας, ᾐκίζοντό τε καὶ διέσπων· οἱ δὲ, τοὺς συμβουλεύσαντας περὶ τῶν ὅπλων· οἱ δὲ τοὺς πρέσβεις κατέλευον, ὡς κακῶν ἀγγέλους· οἱ δὲ καὶ περιέσυρον ἀνὰ τὴν πόλιν. Ἕτεροι δὲ τοὺς Ἰταλοὺς, οἳ ἔτι παρ' αὐτοῖς, ὡς ἐν αἰφνιδίῳ καὶ ἀκηρύκτῳ κακῷ, ἦσαν, ἐλυμαίνοντο ποικίλως· ἐπιλέγοντες, ὁμήρων πέρι καὶ ὅπλων καὶ ἀπάτης ἀμύνεσθαι. Οἰμωγῆς τε ἅμα καὶ ὀργῆς καὶ δέους καὶ ἀπειλῆς ἡ πόλις ἐνεπέπληστο, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀνεκάλουν τὰ φίλτατα, καὶ ἐς τὰ ἱερὰ ὡς ἐς ἄσυλα κατέφευγον· καὶ τοὺς θεοὺς ὠνείδιζον, ὡς οὐδὲ σφίσιν αὐτοῖς ἐπικουρῆσαι δυναμένους. Ἕτεροι δὲ ἐς τὰς ὁπλοθήκας ἰόντες, ἔκλαιον, ὁρῶντες κενάς· οἱ δ' ἐς τὰ νεώρια καταθέοντες, ὠδύροντο τὰς ναῦς, ὡς ἀπίστοις ἀνδράσιν ἐκδεδομένας. Καὶ τὰ ὀνόματά τινες τῶν ἐλεφάντων ἀνεκάλουν, ὡς ἔτι παρόντων, τούς τε προγόνους καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐλοιδόρουν, ὡς δέον, μήτε ἐλέφαντας, μήτε ναῦς, μήτε φόρους, μήτε τὰ ὅπλα παραδόντας, ἀποθανεῖν σὺν τῇ πατρίδι ὡπλισμένῃ. Μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐς ὀργὴν ἀνέκαιον αἱ μητέρες αἱ τῶν ὁμήρων, οἷά τινες ἐκ τραγῳδίας Ἐρινύες, ἐντυγχάνουσαι μετ' ὀλολυγῆς ἑκάστῳ, καὶ τὴν ἔκδοσιν τῶν παίδων προφέρουσαι, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀπόῤῥησιν· ἐπεγέλων τε αὐτοῖς, ὡς θεῶν ἀμυνομένων αὐτοὺς ἀντὶ τῶν παίδων. Ὀλίγον δ' ὅσον ἐσωφρόνει, τὰς πύλας ἀπέκλειε, καὶ τὸ τεῖχος λίθων ἀντὶ καταπελτῶν ἐπλήρουν.

XCIII. Ἡ δὲ βουλὴ πολεμεῖν μὲν ἐψηφίσατο αὐτῆς ἡμέρας, καὶ τοὺς δούλους ἐκήρυξεν ἐλευθέρους εἶναι. Στρατηγοὺς δὲ εἵλοντο, τῶν μὲν ἔξω πράξεων Ἀσδρούβαν, ᾧ θάνατος ἐπικήρυκτος ἦν, ἔχοντα δισμυρίων ἤδη σύνοδον ἀνδρῶν. Καί τις ἐξέτρεχεν, αὐτοῦ δεησόμενος, μὴ μνησικακῆσαι τῇ πατρίδι ἐν ἐσχάτῳ κινδύνου, μηδὲ, ὧν ὑπ' ἀνάγκης ἠδικήθη Ῥωμαίων δέει, νῦν ἀναφέρειν. Ἐντὸς δὲ τειχῶν ᾑρέθη στρατηγὸς ἕτερος Ἀσδρούβας, θυγατριδοῦς Μασσανάσσου. Ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τοὺς ὑπάτους, αἰτοῦντες αὖθις ἡμερῶν τριάκοντα ἀνοχὰς, ἵνα πρεσβεύσειαν ἐς Ῥώμην. Ἀποτυχόντες δὲ καὶ τότε, ἐπὶ θαυμαστῆς ἐγίγνοντο μεταβολῆς τε καὶ τόλμης, ὁτιοῦν παθεῖν μᾶλλον ἢ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν. Ταχὺ δὲ καὶ θάρσους ἐκ τῆς μεταβολῆς ἐπίμπλαντο· καὶ δημιουργεῖα μὲν, τὰ δημόσια τεμένη, καὶ ἱερὰ πάντα, καὶ εἴ τι ἄλλο εὐρύχωρον ἦν, ἐγένετο. Εἰργάζοντό τε ὁμοῦ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, [μὴ] ἀναπαυόμενοι καὶ σῖτον αἱρούμενοι παρὰ μέρος ἐπὶ ὅρῳ τακτῷ, θυρεοὺς ἑκατὸν ἡμέρας ἑκάστης, καὶ ξίφη τριακόσια, καὶ καταπελτικὰ βέλη χίλια, σαύνια δὲ καὶ λόγχας πεντακοσίας, καὶ καταπέλτας ὅσους δυνηθεῖεν. Ἐς δὲ τὰς ἐπιτάσεις αὐτῶν ἀπέκειραν τὰς γυναῖκας, τριχῶν ἑτέρων ἀπορίᾳ.

XCIV. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτῳ σπουδῆς καὶ παρασκευῆς ἦσαν· οἱ δ' ὕπατοι, τάχα μέν τι καὶ ὄκνῳ, μὴ εὐθὺς ἐπιχειρεῖν ἐς ἔργον ἀλλόκοτον, ἅμα δὲ καὶ τὴν πόλιν

populi, qualis mulierum bacchantium, et non uno modo furentium. Nonnulli enim, eos ex senatoribus, qui sententiæ de dandis obsidibus fuerant auctores, tanquam ab illis ortum fuisset circumventionis initium, pulsabant lacerabantque : alii hos, qui arma tradi suaserant, tractabant similiter : alii legatos lapidibus petebant, ut rerum tristium nuncios : alii per urbem etiam eos raptabant : alii rursum Italos, qui etiam tum in urbe, ut in repentino improvisoque malo, hæserant, mulctabant modis variis; dictitando, se ultionem obsidum et armorum ademtorum fraudisque ab eis expetere. Eratque tota urbs plena fletu, ira, metu, minisque; et per vias clamore ciebant suos quisque carissimos; et in fana tanquam asyla confugiebant; in deos etiam jactantes convicia, ut qui ne se quidem ipsi tueri valerent. Alii petentes armamentaria, flebant, quum viderent vacua : alii decurrentes in navalia, lamentabantur naves perfidiis traditas. Quidam elephantos, quasi adhuc præsentes, vocabant nomine; et se majoresque suos vituperabant, qui nec elephantos, nec naves, nec tributa, nec arma dare, sed armati mori pro patria debuissent. Nihil autem æque accendebat iram populi, ac matres obsidum : quæ haud secus atque furiæ tragicæ cum ululatu aggrediebantur singulos, exprobrabantque filios, frustra sese reclamantibus, ablegatos; irridebantque, tanquam deorum vindictam ob id factum experientibus. Pauci, cæteris magis sobrii, portis clausis, in mœnia lapides loco catapultarum congerebant.

XCIII. Senatus autem Carthaginiensis eadem die bellum decrevit, et servos per præconem pronunciavit liberos. Duces autem elegere, rerum foris gerendarum Asdrubalem, quem damnarant capitis, habentem jam armatorum XX millia. Moxque ad eum quidam procurrit, rogaturus, ut acceptæ injuriæ vellet oblivisci in extremo patriæ periculo; quæ, metu Romanorum coacta, in immerentem peccasset. Intra mœnia vero prætorem legerunt Asdrubalem alium, Masinissæ nepotem ex filia. Rursumque a consulibus per nuncios petierunt XXX dierum inducias, ut legatos Romam mitterent. Quod ubi iterum illis negatum est, ad miram conversi sunt audaciam, quidvis passuri potius, quam urbem deserturi. Mutatis enim obfirmatisque celeriter omnium animis, areas sacras, et templa, et alia quævis spatiosa loca in officinas verterunt; ubi die nocteque viri pariter ac feminæ arma fabricabantur, non intermisso labore, cibum per patres definita mensura accipientes. Efficiebantque singulis diebus clypeos centum, trecentos gladios; tela quæ ex catapultis mittuntur, mille; tragulas et lanceas quingentas; catapultas, quotquot poterant : quas ut tendere possent, raserunt feminas, quum aliorum pilorum esset inopia.

XCIV. Dum Pœni tanto studio bellum apparant, interim consules, vel quia non libebat statim rem tam insolentem aggredi, vel quia haud difficile videbatur, exarmatam ur-

ἄνοπλον οὖσαν λήψεσθαι κατακράτος, ὅτε θέλοιεν, ἡγούμενοι, διέμελλον ἔτι· καὶ ἐνδώσειν αὐτοὺς ἐνόμιζον ἐκ τῆς ἀπορίας· οἷον ἐν τοῖς δυσχερέσι γίγνεσθαι φιλεῖ, εὐθὺς μὲν ἀντιλέγειν, προϊόντος δὲ χρόνου καὶ λογισμοῦ, φόβον ἅπτεσθαι τῶν ἀπειθούντων. Ἃ καὶ τῶν Καρχηδονίων τις αὐτῶν, εἰκάσας σφῶν ἤδη τὸ δέος ἅπτεσθαι, ἐτόλμησεν ὡς ἐπὶ δή τι ἄλλο παρελθὼν ἐς τὸ μέσον, εἰπεῖν· ὅτι χρὴ τῶν κακῶν ἐπιλέγεσθαι τὰ μετριώτερα, ὄντας ἀνόπλους· οὕτω σαφῶς εἰπὼν τὰ τῆς γνώμης. Μασσανάσσης δὲ ἤχθετο Ῥωμαίοις, καὶ ἔφερε βαρέως, ὅτι, τὴν Καρχηδονίων δύναμιν αὐτὸς ἐς γόνυ βαλὼν, ἄλλους ἑώρα τῷ ἐπιγράμματι αὐτῆς ἐπιτρέχοντάς τε, καὶ οὐ κοινώσαντας αὐτῷ, πρὶν ἐπελθεῖν, ὡς ἐν τοῖς πάλαι πολέμοις ἐποίουν. Ὅμως δ', αὐτοῦ τῶν ὑπάτων ἀποπειρωμένων, καὶ καλούντων ἐπὶ συμμαχίαν, ἔφη, τὴν συμμαχίαν πέμψειν, ὅταν αἴσθηται δεομένων. Καὶ μετ' οὐ πολὺ πέμψας, ἤρετο εἴ τινος ἤδη δέονται. Οἱ δὲ, οὐ φέροντες αὐτοῦ τὸ σοβαρὸν, ἤδη δέ τι καὶ ἀπιστοῦντες ὡς δυσμεναίνοντι, ἀπεκρίναντο, προσπέμψειν ὅτε δεηθεῖεν. Περὶ δὲ ἀγορᾶς τῷ στρατῷ καὶ πάνυ ἐφρόντιζον, ἐκ μόνης ἔχοντες Ἀδρυμητοῦ καὶ Λέπτεως, καὶ Σαξοῦ, καὶ Ἰτύκης, καὶ Ἀχόλλης. Τὰ γὰρ δὴ λοιπὰ Λιβύης ἦν ἔτι πάντα ὑπὸ Ἀσδρούβᾳ, ὅθεν ἐκεῖνος ἀγορὰν ἐς Καρχηδόνα ἔπεμπεν. Ὀλίγων δ' ἐς ταῦτα διατριφθεισῶν ἡμερῶν, οἱ μὲν ὕπατοι προσῄεσαν ἄμφω τῇ πόλει τῶν Καρχηδονίων, ἐς μάχην ἐσκευασμένοι, καὶ ἐπεχείρουν.

XCV. Ἦν δὲ ἡ πόλις ἐν μυχῷ κόλπου μεγίστου, χεῤῥονήσῳ τι μάλιστα προσεοικυῖα. Αὐχὴν γὰρ αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἠπείρου διεῖργεν, εὖρος ὢν πέντε καὶ εἴκοσι σταδίων· ἀπὸ δὲ τοῦ αὐχένος, ταινία στενὴ καὶ ἐπιμήκης, ἡμισταδίου μάλιστα τὸ πλάτος, ἐπὶ δυσμὰς ἐχώρει, μέση λίμνης τε καὶ τῆς θαλάσσης ** ἁπλῷ τείχει περίκρημνα ὄντα· τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν ἐς ἤπειρον, ἔνθα καὶ ἡ Βύρσα ἦν ἐπὶ τοῦ αὐχένος, τριπλῷ τείχει. Τούτων δ' ἕκαστον ἦν ὕψος μὲν πηχῶν τριάκοντα, χωρὶς ἐπάλξεών τε καὶ πύργων, οἳ ἐκ διπλέθρου διαστήματος αὐτοῖς τετρώροφοι περιέκειντο, βάθος δὲ ποδῶν τριάκοντα. Διώροφον δ' ἦν ἑκάστου τείχους τὸ ὕψος· καὶ ἐν αὐτῷ, κοίλῳ τε ὄντι καὶ στεγανῷ, κάτω μὲν ἐστάθμευον ἐλέφαντες τριακόσιοι, καὶ θησαυροὶ παρέκειντο αὐτοῖς τῶν τροφῶν. Ἱπποστάσια δ' ὑπὲρ αὐτοὺς ἦν τετρακισχιλίοις ἵπποις, καὶ ταμιεῖα χιλοῦ τε καὶ κριθῆς· ἀνδράσι τε καταγωγαὶ, πεζοῖς μὲν ἐς δισμυρίους, ἱππεῦσι δὲ ἐς τετρακισχιλίους. Τοσήδε παρασκευὴ πολέμου διετέτακτο σταθμεύειν ἐν τοῖς τείχεσι μόνοις. Γωνία δ', ἡ παρὰ τὴν γλῶσσαν ἐκ τοῦδε τοῦ τείχους ἐπὶ τοὺς λιμένας περιέκαμπτεν, ἀσθενὴς ἦν μόνη καὶ ταπεινὴ, καὶ ἠμέλητο ἐξ ἀρχῆς.

XCVI. Οἱ δὲ λιμένες ἐς ἀλλήλους διεπλέοντο, καὶ ἔσπλους ἐκ πελάγους ἐς αὐτοὺς ἦν εἰς εὖρος ποδῶν ἑβδομήκοντα, ὃν ἁλύσεσιν ἀπέκλειον σιδηραῖς. Ὁ μὲν δὴ πρῶτος ἐμπόροις ἀνεῖτο, καὶ πείσματα ἦν ἐν αὐτῷ πυκνὰ καὶ ποικίλα· τοῦ δ' ἐντὸς ἐν μέσῳ νῆσος ἦν,

bem, quandocunque placeret, vi capere, cunctabantur adhuc : existimabantque, remissuros Pœnos impetum præ inopia; ut in angustiis solet fieri, ut qui primum contradicunt, procedente tempore, considerata re melius, timeant potentiores offendere. Quemadmodum et ipsorum Carthaginiensium nonnemo, conjiciens, cives jam metu tentari, et in concionem progressus, quasi aliud acturus, ausus est dicere, e malis eligenda minima, quum armis præsertim essent denudati; nil dissimulans sententiam. Masinissa autem indignabatur Romanis, moleste ferens, quod, quum ipse pessumdedisset Pœnorum potentiam, alios videret sese ingerentes usurpare victoriæ titulum, non communicato secum, quemadmodum superioribus bellis facere consueverant, consilio, priusquam eos essent aggressi. Verum tamen consulibus, animum ejus pertentantibus et auxilia poscentibus, ait, se missurum auxilia, ubi opus eos habere senserit : nec multo post misit, qui ejus nomine percontaretur, ecquid nunc opus habeant? Qui non ferentes regis superbiam, et, ut irato, jam diffidentes quoque, responderunt : « se postulaturos, si opus habuerint. » De commeatibus autem valde solliciti erant, qui subvehebantur tantum ex Adrumeto, Saxo [*potius* Thapso], Lepti, Acholla, et Utica. Nam Africæ reliqua tenebat adhuc Asdrubal omnia : et inde commeatus mittebat Carthaginem. Inter hæc paucis diebus absumtis, ambo consules ad urbem admoverunt instructum exercitum, oppugnare parati.

XCV. Sita autem erat Carthago in intimo sinu amplo, peninsulæque formam referebat. Cervix enim eam a continenti separabat, tria millia passuum patens in latitudinem. Ab ea cervice lingua quædam oblonga, semistadium circiter lata, excurrebat versus occidentem, inter stagnum et mare. *Qua mare spectabat urbs*, simplici muro cincta erat; quia rupibus undique munita sunt omnia. Versus meridiem vero et continentem, ubi etiam Byrsa erat in cervice, murus triplex fuit; quorum cujusque altitudo triginta cubitorum erat, absque propugnaculis et turribus; (quæ binorum jugerum spatiis inter se distabant, singulæ contignationum quatuor), latitudo autem pedum triginta. Cujuslibet horum murorum altitudo duabus distincta erat concamerationibus : et, cum intus cavi essent muri et capaces, in parte inferiori stabulabantur CCC elephanti, et adjuncta erant pabuli promtuaria : superius erant quatuor millium equorum stabula, cum fœni atque hordei penuariis; simulque militum diversoria, XX M. peditum, IV M. equitum. Tanto apparatui bellico in ipsis mœnibus descriptus atque paratus locus erat. Angulus autem, qui ab hoc muro præter linguam eam, de qua dictum est, versus portus flectebatur, solus erat debilis et humilis, neglectus ab initio.

XCVI. Portus Carthaginis sic erant dispositi ut navigatio esset ex altero in alterum, et ab alto unum commune ostium patebat, latum pedes septuaginta : quod catenis ferreis claudebatur. Prior portus negotiatorum erat, et in eo crebra erant et varii generis retinacula navium. Intra portum interiorem insula fuit : eamque, quemadmodum et

καὶ κρηπῖσι μεγάλαις ἥ τε νῆσος καὶ ὁ λιμὴν διείληπτο. Νεωρίων τε ἔγεμον αἱ κρηπῖδες αἵδε, ἐς ναῦς διακοσίας καὶ εἴκοσι πεποιημένων, καὶ ταμιείων ἐπὶ τοῖς νεωρίοις, ἐς τριηρετικὰ σκεύη. Κίονες δ' ἑκάστου νεωσοίκου προῦχον Ἰωνικοὶ δύο, ἐς εἰκόνα στοᾶς τὴν ὄψιν τοῦ τε λιμένος καὶ τῆς νήσου περιφέροντες. Ἐπὶ δὲ τῆς νήσου σκηνὴ πεποίητο τῷ ναυάρχῳ, ὅθεν ἔδει καὶ τὸν σαλπιγκτὴν σημαίνειν, καὶ τὸν κήρυκα προλέγειν, καὶ τὸν ναύαρχον ἐφορᾶν. Ἔκειτο δ' ἡ νῆσος κατὰ τὸν ἔσπλουν, καὶ ἀνετέτατο ἰσχυρῶς· ἵνα ὅ τε ναύαρχος τὰ ἐκ πελάγους πάντα ἐφορᾷ, καὶ τοῖς ἐπιπλέουσιν ἀφανὴς ἡ τῶν ἔνδον ᾖ ὄψις ἡ ἀκριβής. Οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς ἐσπλεύσασιν ἐμπόροις εὐθὺς ἦν τὰ νεώρια σύνοπτα· τεῖχός τε γὰρ αὐτοῖς διπλοῦν περιέκειτο, καὶ πύλαι, αἳ τοὺς ἐμπόρους ἀπὸ τοῦ πρώτου λιμένος ἐς τὴν πόλιν ἐσέφερον, οὐ διερχομένους τὰ νεώρια. Οὕτω μὲν εἶχεν ἡ πόλις ἡ Καρχηδονίων ἡ τότε.

XCVII. Οἱ δ' ὕπατοι, διελόμενοι τὸ ἔργον, ᾔεσαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, Μανίλιος μὲν ἀπὸ τῆς ἠπείρου κατὰ τὸν αὐχένα· ἐγχώσων τε τὴν τάφρον, καὶ βραχὺ ἐπιτείχισμα τὸ ἐπ' αὐτῇ βιασόμενος, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ τὰ ὑψηλὰ τείχη· Κηνσωρῖνος δὲ κλίμακας ἔκ τε γῆς καὶ νεῶν ἐπέφερε κατὰ τὴν εὐτελῆ τοῦ τείχους γωνίαν. Ἄμφω δ', ὡς ἀνόπλων, κατεφρόνουν· ἕως ἐντυχόντες ὅπλοις τε καινοῖς, καὶ ἀνδρῶν προθυμίᾳ παραλόγῳ, κατεπλάγησαν, καὶ ὑπεχώρουν. Καὶ εὐθὺς αὐτοῖς τοῦτο πρῶτον ἀντεκεκρούκει, ἐλπίσασιν ἀμαχεὶ λήψεσθαι τὴν πόλιν. Ὡς δὲ καὶ αὖθις ἐπεχείρουν, καὶ αὖθις ἀπετύγχανον, τὰ μὲν τῶν Καρχηδονίων φρονήματα ἐπῆρτο. Οἱ δ' ὕπατοι, δεδιότες Ἀσδρούβαν, ὄπισθεν σφῶν ὑπὲρ τὴν λίμνην οὐκ ἐκ μακροῦ διαστήματος ἐστρατοπεδευμένον, ὠχύρουν καὶ αὐτοὶ δύο στρατόπεδα· Κηνσωρῖνος μὲν ἐπὶ τῆς λίμνης ὑπὸ τοῖς τείχεσι τῶν πολεμίων, Μανίλιος δ' ἐν τῷ αὐχένι τῆς ἐς τὴν ἤπειρον ὁδοῦ. Ὡς δὲ αὐτοῖς ἐγήγερτο τὰ στρατόπεδα, ὁ Κηνσωρῖνος ἐπὶ ὕλῃ ἐς μηχανὰς διέπλευσε διὰ τῆς λίμνης· καὶ ἀπέβαλεν ὑλοτόμων ἐς πεντακοσίους ἄνδρας, ὅπλα τε πολλὰ, Ἰμίλκωνος αἰφνίδιον αὐτῷ, τοῦ Καρχηδονίων ἱππάρχου, προσπεσόντος, ᾧ Φαμαίας ἐπώνυμον ἦν. Κομίσας δ' ὅμως τινὰ ὕλην, μηχανὰς ἐποίησε καὶ κλίμακας. Καὶ πάλιν ἐπεχείρουν ἄμφω τῇ πόλει, καὶ ἀπετύγχανον ὁμοίως. Μανίλιος μὲν οὖν, μικρὸν ἔτι προσκαμὼν, καὶ μόλις τι τοῦ προτειχίσματος καταβαλὼν, ἀπέγνω μηδὲ ἐπιχειρεῖν ἔτι ταύτῃ.

XCVIII. Κηνσωρῖνος δὲ, χώσας τι τῆς λίμνης παρὰ τὴν ταινίαν, ἵνα εὐρύτερον εἴη, δύο μηχανὰς κριοφόρους ἐπῆγε μεγάλας· τὴν μὲν, ὠθουμένην ἑξακισχιλίοις πεζοῖς, ἡγουμένων τῶν χιλιάρχων, τὴν δὲ ὑπὸ τῶν ἐρετῶν, ἡγουμένων καὶ τοῖσδε ναυάρχων. Φιλονεικίας δ', ὡς ἐν ἴσῳ καὶ ὁμοίῳ ἔργῳ, τοῖς τε ὑπηρέταις καὶ τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν γενομένης, συνέπεσέ τι τοῦ τείχους, καὶ τὰ ἐντὸς ἤδη κατεφαίνετο. Καρχηδόνιοι δὲ, καὶ ὣς, αὐτοὺς ἀπωσάμενοι, τὰ πεσόντα νυκτὸς ᾠκοδόμουν. Οὐκ ἀρκούσης δ' ἐς τὸ ἔργον αὐτοῖς τῆς νυκτὸς, δεδιό-

ipsum portum, magnae crepidines continebant. In his crepidinibus continua erant fabrefacta navalia, quæ ccxx naves recipiebant; et ipsis receptaculis navium superstructæ erant cellæ, quibus condebantur armamenta triremium. Unumquodque autem navale in fronte habebat duas columnas, operis Ionici, quo fiebat, ut et portus et insula rotundæ porticus speciem referrent. In ipsa constructum erat præfecti classis prætorium; ex quo tubicen solebat tuba signum dare, et præco edicere, et præfectus prospicere. Sita autem ea insula prope ostium portus, et altitudine multum eminebat; ut præfectus procul prospicere posset omnia quæ in alto fierent, adnavigantibus autem non pateret conspectus eorum, quæ intra portum essent. Imo ne mercatoribus quidem, portum suum intrantibus, statim in conspectu erant navalia. Objectus enim erat duplex murus: et propria erat porta, quæ negotiatores e primo portu in urbem intromittebat, ita ut non transirent per navalia. Talis erat illo tempore facies Carthaginis.

XCVII. Jam consules, partitis operis, hostem aggrediebantur: Manilius quidem per cervicem a continente; qua parte repleturus erat fossam, et, superata fossæ lorica, deinceps alta illa mœnia se expugnaturum, sperabat: Censorinus autem terra et navibus angulo illi muri neglectim munito admovebat scalas. Ambo autem hostem, ut inermem, contemnebant; donec, oblatis sibi novis armis, et viris mire alacribus, miraculo territi, retrocesserunt; atque ita mox in limine, offenderunt consules, quum sine certamine se urbe potituros sperassent. Iterato deinde conatu, quum rursus non succederet, creverunt Pœnis animi. Consules vero timentes Asdrubalem, qui a tergo ab altera stagni parte haud procul ab illis castra posuerat, et ipsi bina castra muniverunt: Censorinus ad stagnum sub mœnibus hostium, Manilius in ipsa cervice viæ, qua in continentem itur. Castris permunitis, Censorinus stagnum trajecit, petens materiem struendis machinis; ubi subito invasus ab Himilcone, cognomine Phamaea, equitum præfecto Carthaginiensium, ad quingentos, qui ligna cædebant, multaque arma, amisit. Abstulit tamen aliquantum materiæ, fecitque scalas et machinas. Ac rursus uterque consul tentavit oppugnationem; sed irrito iterum conatu. Ac Manilius quidem paulisper adhuc annisus, magno labore vix levi a parte aliqua dejecta, destitit ab incepto, desperans expugnari urbem ab eo latere posse.

XCVIII. Censorinus autem, aggere facto juxta linguam in stagno, ut spatium esset amplius, admovit duos vastos arietes; quorum alter a sex millibus peditum impellebatur, præeuntibus eorum tribunis militum, alter a remigibus, quibus similiter præerant præfecti triremium. Et utrimque cum præfectorum tum ministrorum animis, in pari utrimque opere, æmulatione accensis, jam concussa corruit pars muri, et prospectus patuit in urbem. Sed Pœni, vel sic quoque repulsis hostibus, noctu reficiebant quod corruerat. Quoniam autem non sufficiebat nox operi, veriti, ne et id, quod

τες περὶ τῷ ἤδη γεγονότι, μὴ καὶ τοῦτο μεθ' ἡμέραν αἱ Ῥωμαίων μηχαναὶ νεότευκτον καὶ ὑγρὸν ἔτι καταβάλοιεν, ἐξέδραμον ἐπὶ τὰ μηχανήματα τῶν πολεμίων· οἱ μέν, σὺν ὅπλοις, οἱ δέ, γυμνοὶ λαμπάδας ἡμμένας ἔχοντες. Καὶ ἐνέπρησαν μὲν οὐχ ὅλα (οὐ γὰρ ἔφθασαν, Ῥωμαίων ἐπιδραμόντων), ἀχρεῖα δ' ὅλα ποιήσαντες ἀνεχώρουν. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ Ῥωμαίοις ἐπέπεσεν ὁρμή, διὰ τοῦ πεσόντος, οὔπω τελέως ἐγηγερμένου, βιάσασθαι καὶ ἐσδραμεῖν. Καὶ γάρ τι πεδίον ἐντὸς ἐφαίνετο εὐφυὲς ἐς μάχην, ἐν ᾧ τοὺς ἐνόπλους ἔστησαν οἱ Καρχηδόνιοι κατὰ μετώπου, τοὺς δ' ἀνόπλους αὐτοῖς ἐπέταξαν σὺν λίθοις ὀπίσω καὶ ξύλοις, ἑτέρους τε πολλοὺς διαθέντες ἐπὶ τῶν περικειμένων οἰκιῶν, ἀνέμενον τοὺς ἐπερχομένους ἐσδραμεῖν. Οἱ δ' ἔτι μᾶλλον ἠρεθίζοντο, ὡς ὑπὸ γυμνῶν ἀνδρῶν καταφρονούμενοι, καὶ θρασέως ἐπεπήδων. Σκιπίων δέ, ὃς μετ' ὀλίγον εἷλε Καρχηδόνα, καὶ παρὰ τοῦτο Ἀφρικανὸς ἐπεκλήθη, χιλιαρχῶν τότε, ὤκνει, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ λόχους ἐς πολλὰ διελών, καὶ στήσας ἐκ διαστήματος ἐπὶ τοῦ τειχίου, κατιέναι μὲν ἐς τὴν πόλιν οὐκ εἴα· τοὺς δὲ ἐσελθόντας, ἐξωθουμένους ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων, πάντοθεν αὐτοῖς ἐπιπεσόντων, ὑπεδέχετο, καὶ περιέσωζε. Καὶ τοῦτο πρῶτον αὐτὸν ἐπὶ δόξης ἐποίησεν, εὐβουλότερον τοῦ στρατηγοῦ φανέντα.

XCIX. Κυνὸς δ' ἦν ἐπιτολή, καὶ τὸ Κηνσωρίνου στρατόπεδον ἐνόσει, σταθμεῦον ἐπὶ λίμνῃ σταθεροῦ καὶ βαρέος ὕδατος, καὶ ὑπὸ τείχεσι μεγίστοις, οὐ καταπνεόμενον ἐκ τῆς θαλάσσης. Ὅθεν ὁ Κηνσωρῖνος ἐς τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς λίμνης μετεστρατοπέδευσε. Καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, ὅτε γίγνοιτο πνεῦμα ἐς τοὺς Ῥωμαίους ἐπίφορον, σκάφας φρυγάνων καὶ στυππίου εἷλκον ὑπὸ τοῖς τείχεσιν, οὐ καθορώμενοι τοῖς πολεμίοις, ἀπὸ κάλων· εἰ δὲ ἐπικάμπτοντες ἔμελλον γενήσεσθαι καταφανεῖς, θεῖον αὐταῖς καὶ πίσσαν ἐπιχέοντες, ἀνέτεινον τὰ ἱστία, καὶ πλήσαντες ἀνέμου, πῦρ ἐνέβαλον ἐς τὰ σκάφη. Τὰ δὲ τῷ τε ἀνέμῳ καὶ τῇ ῥοπῇ τοῦ πυρὸς ἐς τὰς Ῥωμαίων ναῦς ἐωθεῖτο, καὶ ἐλυμαίνετο, καὶ ὀλίγου τὸν στόλον κατέφλεξε. Μετὰ δὲ οὐ πολὺ Κηνσωρῖνος μὲν ἐς Ῥώμην ᾤχετο ἀρχαιρεσιάσων. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τῷ Μανιλίῳ θρασύτερον ἐπέκειντο· καὶ νυκτός, οἱ μέν, ὅπλα ἔχοντες, οἱ δέ, γυμνοί, σανίδας φέροντες, ἐπετίθεσαν τῇ κατὰ σφᾶς τάφρῳ τοῦ Μανιλίου καὶ τὸ χαράκωμα διέσπων. Ἀπορουμένων δὲ (ὡς ἐν νυκτὶ) τῶν ἔνδον, ὁ Σκιπίων ἐξέδραμε σὺν ἱππεῦσιν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, κατὰ πύλας ἄλλας, ἔνθα οὐδεὶς πόλεμος· καὶ περιδραμὼν, τοὺς Καρχηδονίους κατεφόβησεν. Οἱ δὲ ἀνεχώρουν ἐς τὴν πόλιν. Καὶ δεύτερον ὁ Σκιπίων ἐδόκει τῷδε τῷ ἔργῳ περισῶσαι Ῥωμαίους, ἐν νυκτὶ θορυβουμένους.

C. Ὁ δὲ Μανίλιος τὸ μὲν στρατόπεδον ἔτι μᾶλλον ὠχύρου, τεῖχός τε ἀντὶ χάρακος αὐτῷ περιτιθείς, καὶ ἐπίνειον φρούριον ἐγείρων ἐπὶ τῆς θαλάσσης, διὰ τὴν καταπλέουσαν ἀγοράν. Τραπεὶς δ' ἐς τὰ μεσόγαια, μυρίοις πεζοῖς καὶ ἱππεῦσι δισχιλίοις τὴν χώραν ἐπόρ-

effecerant, recens adhuc et udum, interdiu iterum dejicerent machinæ Romanorum, eruptionem, pars armati, pars solis facibus instructi, fecerunt in machinas hostium. Quas etsi non omnino concremare potuerunt, succurrentibus Romanis, tamen non prius se receperunt, quam inutiles prorsus easdem reddidissent. Tum, ubi illuxit, Romanos cupido cepit, per id spatium, quod Pœni nondum permunierant, irrumpendi in urbem. Apparebat enim intus quædam apta ad pugnam area, in qua Carthaginienses instructi stabant, armatis in fronte collocatis, et post hos inermibus, qui saxa et fustes gestabant, aliis denique compluribus per circumjectarum ædium tecta dispositis. Sic nimirum Pœni appropinquantem hostem, si irrumpere conaretur, exspectabant. At Romani, ut se ab inermibus viderunt contemni, eo magis irritati, in urbem insiluerunt ferociter. Scipio vero, qui paulo post ex capta Carthagine cognomen Africani meruit, tunc tribunus, sese continens, manipulos suos, in plures partes divisos, ex intervallo in ipso muro locavit, ac, descendere in urbem vetans, illos tantum, qui introierant, et a Pœnis undique irruentibus repellebantur, recepit servavitque. Quod factum ejus primum comparavit illi gloriam, ut plus quam consul sapere videretur.

XCIX. Jam vero sidere caniculari exorto, nautica Censorini castra morbis affligebantur, quum ad stagnantes et graveolentas lacus aquas essent posita, neque liberum ex mari cursum aeris imminentia altissima urbis mœnia admitterent. Quamobrem ex lacu in ipsum mare classem transmovit Censorinus. Tum vero Carthaginienses, quoties observarent ventum, qui ad Romanos ferret, scaphas sarmentis stuppaque repletas post sua mœnia, ne viderentur ab hostium classiariis, remulco trahebant. Deinde ubi in eo erant, ut flexo cursu in conspectum venirent, perfundebant eas pice ac sulfure, et, oppansis vento velis, ignem in eas injiciebant. Sic scaphæ, vento ac vi flammarum ad Romanas naves appulsæ, plurimum noxæ illis inferebant; et parum abfuit, quin classis concremaretur. Post hæc non multo Censorinus Romam, comitiorum causa, profectus est. Et Manilium inde audacius urgebant Pœni: erumpentesque noctu, pars armati, pars inermes, pontes ferentes, aggressi sunt fossam Manilii proximam, et vallum cœperunt convellere. Turbato autem intus, ut fit in nocturno tumultu, milite, Scipio procurrit cum equitibus per aversam portam, ubi pugna nulla erat: circumvectusque, Pœnos perterruit, ut in urbem sese reciperent. Sic iterum Scipio servatorem in nocturno periculo castrorum gloriam tulit.

C. Inde castra majori diligentia communiit Manilius, loco valli muro circumducto, et ad mare castello excitato, quod appellentibus cum annona navibus esset præsidio. Tum vero in mediterranea loca, cum decem peditum, duobus equitum millibus, expeditionem suscepit populabundus

θει, ξυλευόμενός τε καὶ χορτολογῶν, καὶ ἀγορὰν συλλέγων. Ἡγεῖτο δ' ἀεὶ τῶν προνομευόντων χιλίαρχος ἕτερος παρ' ἕτερον. Καὶ Φαμαίας, ὁ ἵππαρχος ὁ τῶν Λιβύων, νέος τε ὢν ἔτι καὶ θρασύτερος ἐς μάχας, καὶ ἵπποις χρώμενος μικροῖς καὶ ταχέσι, καὶ ποηφαγοῦσιν, ὅτε μηδὲν εἴη καὶ φέρουσι δίψος, εἰ δεήσειε, καὶ λιμόν· ὑποκρυπτόμενος ἐν λόχμαις, ἢ φάραγξιν· ὅπη τι ἀμελούμενον ἴδοι, ἐφίπτατο ἐξ ἀφανοῦς, ὥς τις αἰετὸς, καὶ λυμηνάμενος ἀπεπήδα· ὅτε δὲ Σκιπίων ἄρχοι, οὐδαμοῦ οὐδ' ἐπεφαίνετο. Ὁ γάρ τοι Σκιπίων ἀεὶ συντεταγμένους ἦγε τοὺς πεζοὺς, καὶ τοὺς ἱππέας τῶν ἵππων ἐπιβεβηκότας· ἔν τε ταῖς προνομαῖς οὐ πρὶν διέλυε τὴν σύνταξιν, ἢ τὸ πεδίον, ὃ ἔμελλε θεριεῖν, ἱππεῦσι καὶ ὁπλίταις περιλάβοι· καὶ τότε κύκλῳ αὐτὸς ἑτέραις ἴλαις ἱππέων ἀεὶ περιῄει, καὶ τῶν θεριζόντων τὸν ἀποσκιδνάμενον, ἢ ἐξιόντα τοῦ κύκλου, πικρῶς ἐκόλαζεν. Ὅθεν ὁ Φαμαίας οὐκ ἐπεχείρει μόνῳ.

CI. Καὶ γιγνομένου τοῦδε συνεχῶς, τὸ μὲν κλέος ηὔξετο τῷ Σκιπίωνι. Οἱ δ' ἕτεροι χιλίαρχοι κατὰ φθόνον ἐλογοποίουν, ξενίαν ἐκ πατέρων εἶναι Φαμαίᾳ πρὸς Σκιπίωνα τὸν τοῦδε πάππον. Λιβύων δὲ τοῖς ἐς πύργους καὶ φρούρια (ἃ πολλὰ ἦν ἐν τῇ χώρᾳ) καταφεύγουσιν, οἱ μὲν ἄλλοι χιλίαρχοι σπενδόμενοι, καὶ μεθιέντες, ἐπετίθεντο ἀπιοῦσιν· ὁ δὲ Σκιπίων ἐς τὰ οἴκοι παρέπεμπε· καὶ ἀπὸ τοῦδε οὐ πρὶν ἢ Σκιπίωνα ἀφικέσθαι συνετίθετο οὐδείς. Τοσαύτη δόξα αὐτοῦ ἀνδρείας τε πέρι καὶ πίστεως καὶ παρὰ τοῖς ἰδίοις δι' ὀλίγου γεγένητο, καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις. Ἐπανελθόντων δ' αὐτῶν ἀπὸ τῆς προνομῆς ἐς τὸ στρατόπεδον, οἱ Καρχηδόνιοι νυκτὸς ἐπέθεντο τῷ ἐπινείῳ· καὶ θόρυβος ἦν ποικίλος, συνεπηχούντων ἐς ἔκπληξιν τῶν ἐν ἄστει Καρχηδονίων. Ὁ μὲν οὖν Μανίλιος τὸν στρατὸν ἔνδον συνεῖχεν, ὡς ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ κακοῦ· ὁ δὲ Σκιπίων ἱππέων ἴλας δέκα λαβὼν, ἐπῆγε μετὰ δᾴδων ἡμμένων· προειπὼν, διὰ τὴν νύκτα μὴ συμπλέκεσθαι, περιτρέχειν δὲ σὺν τῷ πυρὶ, καὶ τὸ πλῆθος ἐπιφαίνειν, καὶ φόβον ἐμπεσουμένων παρέχειν ἀεί· μέχρι ταρασσόμενοι διχόθεν οἱ Καρχηδόνιοι, κατεπλάγησαν καὶ ἐς τὴν πόλιν ἔφυγον. Καὶ τόδε τοῖς Σκιπίωνος κατορθώμασι προσεγίγνετο. Ἦν τε διὰ στόματος ἐπὶ πᾶσιν ἔργοις, ὡς μόνος ἄξιος τοῦ πατρὸς τοῦ Μακεδόνας ἑλόντος, Παύλου, καὶ τῶν Σκιπιώνων, ἐς οὓς κατὰ θέσιν ἀνείληπτο.

CII. Μανιλίου δὲ ἐς Νέφεριν ὁδεύοντος ἐπὶ Ἀσδρούβαν, ἐδυσχέραινεν ὁ Σκιπίων, ὁρῶν πάντα ἀπόκρημνα καὶ φάραγγας, καὶ λόχμας, καὶ τὰ ὑψηλὰ προειλημμένα. Ὡς δ' ἀπὸ σταδίων τριῶν ἐγένοντο τοῦ Ἀσδρούβα, καὶ ἔς τι ῥεῦμα καταβάντας ἐχρῆν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν, ἐνέκειτο δὴ τότε, καὶ συνεβούλευε στραφῆναι, ὡς ἄλλου καιροῦ καὶ μηχανῆς ἄλλης ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν δεομένου. Ἀντιλεγόντων δὲ, κατὰ ζῆλον αὐτοῦ, τῶν ἑτέρων χιλιάρχων, καὶ μαλακίαν καὶ οὐκ εὐβουλίαν ἡγουμένων, εἰ τοὺς πολεμίους ἰδόντες ἀναχωρήσουσιν, ἐν ᾧ καὶ καταφρονοῦντες φεύγουσιν

agros hostium, et materiem ac pabulum frumentumque colligens. Populatoribus autem semper unus ex tribunis in vicem præerat. Phamæas vero, præfectus Afrorum equitum, juvenis ad pugnas impiger; equis utens parvis et celeribus, herba contentis, si deessent alia, et sitis famisque, quoties opus esset, patientibus; in arbustis aut vallibus latitans, sicubi videbat hostem agere dissolutius, advolabat e latebris, veluti aquila, et, damno dato, celeriter in tutum se recipiebat. Sed quando ad Scipionem vices ejus præfecturæ redibant, nusquam Phamæas apparebat. Nam ille semper pedites in ordinibus, equites in equis, continebat : et inter frumentandum non prius solvebat ordines, quam campum, quem demessurus erat, circumdedisset equitibus et armatis peditibus. Ac tunc quoque continue ipse obequitabat cum aliis, messoresque secedentes a ceteris, aut excedentes circulum, severe castigabat : quamobrem Phamæas Scipionem solum non audebat aggredi.

CI. Id quum indesinenter fieret, crescebat Scipionis gloria : cui invidentes tribuni alii, spargebant rumorem, avitum hospitium esse Scipioni cum Phamææ familia. Quumque Afri in turres et castella, quæ multa erant in ea regione, confugerent, alii tribuni, ex pacto dimissos, adoriebantur in itinere ex insidiis : Scipio vero domum eos deducebat. Quamobrem, nisi præsente Scipione, posthac nemo pacisci voluit : adeo virtutis illius fideique opinio, quotidianis fere accessionibus, crescebat apud suos pariter ac adversarios. Postquam autem a populatione reversi erant in castra, Pœni castellum navale noctu sunt aggressi cum maximo tumultu, constrepente, ad incutiendum terrorem, etiam urbana multitudine. Et ibi tum Manilius militem intus continuit, quale et qua parte periculum esset, non satis intelligens : Scipio vero, assumtis decem equitum turmis, excurrit cum accensis facibus; præmonitis suis, ut propter noctem abstinerent a pugna, tantum circumcursando cum ignibus præberent multitudinis speciem, et territarent quasi jam jamque invasuri. Eaque ratione Pœni, ab utroque latere infestati et perterrefacti, in urbem refugerunt. Et hoc quoque accessit ad alia Scipionis præclara facinora : ob quæ in ore erat omnibus, tanquam solus dignus patre Paulo, debellatore Macedoniæ, et Scipionibus, in quorum adoptatus fuerat familiam.

CII. Manilio vero Nepherim eunte adversus Asdrubalem, moleste id ferebat Scipio, videns, per confragosas valles saltusque esse iter, superioraque loca ab hostibus occupata. Ut vero tribus stadiis ab Asdrubale aberant, et ad fluminis cujusdam alveum progressis per acclivia fuit ascendendum ad hostem, magnopere etiam tum nisus est Scipio, suasitque, ut retrogrederentur; dictitans, alio tempore aliisque artibus opus esse adversus Asdrubalem. Contradicentibus vero reliquis tribunis, qui famæ Scipionis invidebant et ignaviam magis, quam prudentiam esse, perhibentibus, si viso hoste retrocederent, atque ita occasionem ei præbe

πικείσονται· δεύτερα τούτων ἠξίου, στρατόπεδον πρὸ τοῦ ῥεύματος ἐγεῖραι, ἵν' εἰ βιασθεῖεν, ἔχοιεν ἀναχώρησιν, οὐκ ὄντος αὐτοῖς νῦν οὐδ' ὅποι καταφεύγοιεν. Οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἐγέλων, καὶ τὸ ξίφος τις ἠπείλησεν ἀπορρίψειν, εἰ μὴ Μανίλιος, ἀλλὰ Σκιπίων, ἄρχοι. Διέβαινεν οὖν ὁ Μανίλιος, οὐδὲ τἆλλα ὢν ἐμπειροπόλεμος. Καὶ αὐτῷ περάσαντι ὁ Ἀσδρούβας ἀπήντα, φόνος τε ἦν πολὺς ἐξ ἑκατέρων. Καὶ ὁ Ἀσδρούβας ἀναδραμὼν ἐς τὸ φρούριον, ἔνθα μηδὲν παθεῖν ἐδύνατο, ἐφήδρευεν ἀπιοῦσιν ἐπιθέσθαι. Οἱ δὲ, σὺν μετανοίᾳ τῶν γεγονότων, ἀπεχώρουν, ἄχρι μὲν ἐπὶ τὸ ῥεῦμα, ἐν τάξει· δυσπόρου δ' ὄντος τοῦ ποταμοῦ, καὶ διαβάσεων ὀλίγων τε καὶ δυσχερῶν, ἐς ἀταξίαν διῃροῦντο ἐξ ἀνάγκης. Καὶ ὁ Ἀσδρούβας καθορῶν, ἐπέκειτο λαμπρῶς τότε μάλιστα, καὶ πλῆθος ἔκτεινεν, οὐδ' ἀμυνομένων, ἀλλὰ φευγόντων. Ἔπεσον δὲ καὶ τῶν χιλιάρχων τρεῖς, οἳ τὸν στρατηγὸν μάλιστα ἐπεπείκεσαν ἐς τὴν μάχην.

CIII. Ὁ δὲ Σκιπίων, τριακοσίους ἱππέας οὓς εἶχεν ἀμφ' αὐτὸν, καὶ ὅσους ἄλλους συναγαγεῖν ἔφθασε, διελὼν ἐς δύο, τοῖς ἐχθροῖς ἐπῆγε σὺν δρόμῳ πολλῷ, παρὰ μέρος ἀκοντίζοντάς τε καὶ εὐθὺς ἀποχωροῦντας, εἶτ' αὖθις ἐπιόντας, καὶ πάλιν εὐθὺς ἀποπηδῶντας. Οὕτω γὰρ εἴρητο αὐτοῖς, τοὺς ἡμίσεας ἀεὶ παρὰ μέρος ἐπιέναι, καὶ ἀκοντίσαντας ἀπελαύνειν, ὥσπερ ἐν κύκλῳ περιιόντας. Γιγνομένου δὲ τοῦδε πυκνοῦ, καὶ διαστήματος οὐδενὸς ὄντος, οἱ μὲν Λίβυες ἐβάλλοντο συνεχῶς, καὶ ἐπιστρέφοντες ἐς τὸν Σκιπίωνα, ἧσσον τοῖς περῶσιν ἐπέκειντο. Οἱ δ' ἔφθασαν διελθεῖν τὸ ῥεῦμα· καὶ ὁ Σκιπίων ἐπ' αὐτοῖς ἀφίππευσε, βαλλόμενός τε, καὶ χαλεπῶς. Σπεῖραι δ' ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ πόνου τέσσαρες ἀποσχισθεῖσαι τοῦ ῥεύματος ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἔς τινα λόφον ἀνέδραμον· καὶ αὐτὰς ὁ Ἀσδρούβας περιεκάθητο, ἀγνοούντων ἔτι Ῥωμαίων, ἕως ἐστάθμευσαν. Ἐπεὶ δ' ἔμαθον, ἠπόρουν. Καὶ τοῖς μὲν ἐδόκει, φεύγειν, καὶ μὴ κινδυνεύειν ἅπαντας δι' ὀλίγους· ὁ δὲ Σκιπίων ἐδίδασκεν, ἀρχομένων μὲν ἔργων εὐβουλίᾳ χρῆσθαι, κινδυνευόντων δὲ ἀνδρῶν τοσῶνδε καὶ σημείων, τόλμῃ παραβόλῳ. Αὐτὸς δ' ἐπιλεξάμενός τινας τῶν ἱππέων ἴλας, ἐπανοίσειν ἔφη ἐκείνους, ἢ χαίρων αὐτοῖς συναπολεῖσθαι. Δύο τε ἡμερῶν σιτία φέρων, εὐθὺς ὥδευε, δεδιότος πάνυ τοῦ στρατοῦ, μὴ οὐδ' αὐτὸς ἐπανέλθοι. Ὡς δ' ἧκεν ἐπὶ τὸν λόφον, ἔνθα ἦσαν οἱ πολιορκούμενοι, τὸν μὲν ἄντικρυς αὐτοῦ δρόμῳ κατέλαβε, καὶ μία τοὺς δύο χαράδρα διεῖργεν. Οἱ δὲ Λίβυες τότε μάλιστα ἐπέκειντο τοῖς πολιορκουμένοις, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐνενεύκεισαν, ὡς οὔπω δυναμένου τοῦ Σκιπίωνος ἐπικουρεῖν ἐξ ὁδοιπορίας συντόνου. Ὁ δὲ Σκιπίων, ὡς εἶδε τὰς πέζας τῶν δύο λόφων τὴν χαράδραν περιιούσας, τὸν καιρὸν οὐ μεθῆκεν, ἀλλὰ περιέδραμε δι' αὐτῶν ὑπὲρ τοὺς πολεμίους. Οἱ δ' ἤδη κυκλούμενοι διέφευγον ἀκόσμως, μεθιέντος αὐτοὺς ἀπιέναι τοῦ Σκιπίωνος ἀδεῶς, πολὺ πλείονας ὄντας.

CIV. Οὕτω μὲν δὴ καὶ τούσδε ὁ Σκιπίων περιέσωσεν, ἐν ἀπογνώσει γενομένους. Καὶ αὐτὸν ἡ στρατιὰ

rent, ut contemtim terga fugientium invaderet, secundam protulit sententiam, saltem in ripa citeriori castra ponerent, quo, si forent impares contra vim hostium, haberent receptum, qui sic quidem nullus ipsis relinqueretur. Sed hoc quoque consilium riserunt illi : ac fuit, qui etiam abjecturum se gladium, minaretur, si non Manilii, sed Scipionis parendum esset imperio. Transiit igitur Manilius, vir nec alias peritus artium militarium : et, superato amne, obvium habuit Asdrubalem, moxque magna cædes est edita. Ex qua Asdrubal in castellum se recepit, ubi ex tuto observabat tempus, in abeuntes impetum faciendi. Et illi, quos jam consilii pigebat sui, discedebant, usque ad flumen quidem, integris ordinibus. Sed ibi, quum moram in transitu afferrent rara vada, eaque difficilia, necessario turbatis ordinibus distrahebatur agmen. Quod conspicatus Asdrubal, tum maxime incubuit : multosque cædebat, fugæ magis quam pugnæ memores. In his cecidere tribuni tres; iidem, qui ineundæ pugnæ præcipui auctores fuerant imperatori.

CIII. At Scipio trecentos equites, quos secum habebat, et alios, quotquot celeriter colligere potuerat, duas in turmas divisos, magno impetu duxit in hostem, in vicem assultantes jaculando, moxque cedentes : iterumque invadentes, ac mox rursum retro currentes. Sic enim præmoniti erant, ut, velut in orbem circumvecti, semper dimidia pars suis vicibus hostes invaderet, et emissis jaculis retro agerent equos. Quod quum repeteretur sæpius, neque ullo temporis momento intermitteretur impetus, Afri, in Scipionem, a quo continuo tela irruebant, conversi, minus molesti erant vadum transeuntibus. Atque interim ab illis superatus amnis est. Ac post eos Scipio quoque cum suis, ægre quidem ac inter tela hostium, concitatis equis, in ulteriorem ripam pervenit. Hujus autem pugnæ initio quatuor cohortes, interventu hostium exclusæ a fluvio, in quemdam tumulum se receperant. Has obsidebat Asdrubal, Romanis adhuc ignorantibus, donec stativa posuissent. Tum vero cognita re, hærebant ancipites consilii. Et plerique censebant, pergendum esse in fuga, nec exponendum periculo, propter paucos, universum exercitum. At Scipio monebat : antequam opus aggrediaris, utendum esse recto consilio ; adductis vero semel in periculum tot viris, cum suis signis, extremam etiam adhibendam esse audaciam. Moxque pollicitus est, se ipsum, acceptis aliquot selectis equitum turmis recepturum illos, aut una cum eis libenter moriturum. Assumtisque duorum dierum cibariis, mox iter ingressus est, valde sollicito exercitu, ne ipse non rediret. Ut vero pervenit ad obsessum tumulum, alium tumulum ex adverso cursim occupavit, angusta valle ab illo diremtum. Et Afri tunc maxime, nutu sibi mutuo signum dantes, institerunt obsessis, priusquam Scipio, ex concitatiori cursu fessus, opem suis ferre posset. At Scipio, ut vidit, radices utriusque tumuli circa vallem interjectam flecti, non cunctatus, transcurrit per eas in locum superiorem hostibus : qui, quum jam in eo essent ut circumvenirentur, diffugere turbatis ordinibus; Scipione eos non persequente, quod superarent numero.

CIV. Ita hos quoque, jam deploratos, servavit Scipio. Quem ubi procul videre milites, præter spem et ipsum 'r.

μακρόθεν ἰδοῦσα ἐξ ἀέλπτου περισεσωσμένον τε καὶ σώσαντα τοὺς ἑτέρους, μέγα ἠλάλαξαν, ἡδόμενοι, καὶ δαιμόνιον αὐτῷ συλλαμβάνειν ἐδόξαζον, ὃ καὶ τῷ πάππῳ Σκιπίωνι προσημαίνειν ἐδόκει τὰ μέλλοντα. Ὁ μὲν δὴ Μανίλιος ἀνεζεύγνυεν ἐς τὸ πρὸς τῇ πόλει στρατόπεδον, πολλὴν τίσιν ὑποσχὼν τοῦ μὴ πεισθῆναι Σκιπίωνι, τῆς στρατείας ἀποτρέποντι. Ἀχθομένων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ τῶν πεσόντων ἀταφίᾳ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖς χιλιάρχοις, ὁ Σκιπίων τινὰ λύσας τῶν αἰχμαλώτων ἔπεμψε πρὸς Ἀσδρούβαν, καὶ παρῄνει θάψαι τοὺς χιλιάρχους. Ὁ δ' ἐρευνησάμενος τὰ νεκρὰ, καὶ ἀπὸ τῆς σφραγῖδος εὑρὼν (χρυσοφοροῦσι γὰρ τῶν στρατευομένων οἱ χιλίαρχοι τῶν ἐλαττόνων σιδηροφορούντων) ἔθαψεν αὐτούς· εἴτε τὸ ἔργον ἀνθρώπειον καὶ κοινὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἡγούμενος, εἴτε τὴν Σκιπίωνος δόξαν ἤδη δεδιὼς τε καὶ θεραπεύων. Ῥωμαίοις δ' ἀναζευγνύουσι μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀσδρούβα ἐπέκειτο Φαμαίας, διὰ τὸ πταῖσμα θορυβουμένοις. Εἰσιοῦσι δὲ οἱ Καρχηδόνιοι τῆς πόλεως ἐκδραμόντες ὑπήντων, καί τινα καὶ τῶν σκευοφόρων διέφθειραν.

CV. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἡ σύγκλητος ἐς τὸ στρατόπεδον ἔπεμπε τοὺς εἰσομένους καὶ μεταδώσοντας αὐτῇ τὰ ἀκριβέστατα. Ἐφ' ὧν ὅ τε Μανίλιος, καὶ τὸ συνέδριον, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν χιλιάρχων, ἐσβεσμένου τοῦ φθόνου διὰ τὴν εὐπραγίαν, ἐμαρτύρουν τῷ Σκιπίωνι, καὶ ὁ στρατὸς ἅπας, καὶ τὰ ἔργα ἐπ' ἐκείνοις. Ὥστ' ἐπανελθόντες οἱ πρέσβεις διεθρόησαν ἐς ἅπαντας τὴν ἐμπειρίαν καὶ ἐπίτευξιν τοῦ Σκιπίωνος, καὶ τῆς στρατιᾶς τὴν ἐς αὐτὸν ὁρμήν. Ἡ δὲ βουλὴ τούτοις μὲν ἔχαιρε· πολλῶν δὲ γεγενημένων πταισμάτων, ἐς Μασσανάσσην ἔπεμπε, καὶ παρεκάλει συμμαχεῖν αὐτὸν ἐῤῥωμένως ἐπὶ Καρχηδόνα. Ὁ δ' ὑπὸ μὲν τῶν πρέσβεων οὐ κατελήφθη· κάμνων δὲ γήρᾳ καὶ νόσῳ, καὶ παῖδας ἔχων, νόθους μὲν πλείονας, οἷς δεδώρητο πολλὰ, γνησίους δὲ τρεῖς, οὐδὲν ἀλλήλοις τὰ ἔργα ἐοικότας, ἐκάλει τὸν Σκιπίωνα, κατὰ φιλίαν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ πάππου, σύμβουλόν οἱ περὶ τῶν τέκνων καὶ τῆς ἀρχῆς ἐσόμενον. Ὁ δὲ ᾔει μὲν αὐτίκα· μικρὸν δὲ πρὶν ἐλθεῖν, ὁ Μασσανάσσης ἀποψύχων ἐπέσκηψε τοῖς παισὶ, πείθεσθαι τῷ Σκιπίωνι, ὡς ἂν αὐτοῖς διαιρῇ τὰ ὄντα.

CVI. Καὶ ὁ μὲν τοῦτ' εἰπὼν, ἐτελεύτησεν· ἀνὴρ ἐς πάντα ἐπιτυχὴς, ᾧ τὴν μὲν ἀρχὴν τὴν πατρῴαν θεὸς ἔδωκεν, ἀφαιρεθέντι πρὸς Καρχηδονίων καὶ Σύφακος, ἀναλαβεῖν, καὶ προαγαγεῖν ἐπὶ μέγιστον, ἀπὸ Μαυρουσίων τῶν παρ' Ὠκεανῷ μέχρι τῆς Κυρηναίων ἀρχῆς ἐς τὰ μεσόγαια· ἡμερῶσαι δὲ γῆν πολλὴν, τὰ πολλὰ τῶν Νομάδων ποηφαγούντων διὰ τὸ ἀγεώργητον· θησαυρούς τε μεγάλους χρημάτων καταλιπεῖν, καὶ στρατιὰν πολλὴν γεγυμνασμένην· τῶν δ' ἐχθρῶν, Σύφακα μὲν αἰχμάλωτον ἑλεῖν αὐτοχειρί· Καρχηδόνι δ' αἴτιον τῆς ἀναστάσεως γενέσθαι, πάμπαν ἀσθενῆ Ῥωμαίοις ἀπολιπόντα. Ἔφυ δὲ καὶ τὸ σῶμα μέγας τε καὶ εὔρωστος ἐς γῆρας πολὺ, καὶ μάχης ἐπειρᾶτο μέχρι τοῦ θανάτου, ἵππου τε χωρὶς ἀναβολέως ἐπέβαινε. Καὶ μεγίστῳ δὴ τῷδ' ἐτεκμη-

columem, et aliorum servatorem, ingentem jubilum ediderunt præ gaudio, opinionemque conceperunt, deum Scipioni adesse eumdem, quem olim avo ejus, superiori Scipioni, significare futura, vulgo fuerat persuasum. Sic igitur tandem Manilius in castra suburbana reversus est, postquam magnam pœnam dedit, quod Scipioni, dissuadenti eam expeditionem, non paruisset. Quum vero omnes moleste ferrent, inhumatos relictos milites, ac præcipue tribunos; Scipio captivos nonnullos, solutos vinculis, misit ad Asdrubalem, rogans, ut sepeliret tribunos. Quos ille, quæsitos inter cadavera, et aureorum annulorum agnitos indicio (his enim differunt tribuni a vulgo militum, ferreos gestantium) sepeliit: sive humanum hoc ratus, et a belli jure non alienum; sive metuens jam tum Scipionis gloriam, et tantum virum hoc officio demeriturus. Cæterum ab Asdrubale digressos Romanos Phamæas quoque infestavit, propter acceptam cladem trepidos. Jamque castra subibant, quum a Carthaginiensibus ex urbe procurrentibus invasi, etiam tum calonum nonnullos amiserunt.

CV. Interea senatus in castra misit, qui, rebus inspectis diligenter, Romam renunciarent omnia. Apud quos et Manilius et consilium et tribuni superstites, extincta jam continuis successibus invidia, præclare de Scipione testati sunt, simulque universus exercitus, et insuper ipsa egregia illius facinora. Itaque domum reversi legati, apud omnes celebrarunt Scipionis solertiam fortunamque, et quam propensus in eum esset favor exercitus. Et id quidem pergratum fuit senatui: sed quia non una clades accepta fuerat, miserunt ad Masinissam, qui peterent, ut auxilia valida contra Pœnos mitteret. Verum ea legatio vivum non invenit regem: qui paulo ante, fessus senio morboque, quum plures filios haberet illegitimos, quibus multa donaverat, tres vero ex matrimonio, diversis ingeniis moribusque præditos, Scipionem, ut avitum amicum, accersiesat, consulturus de regno liberis committendo, et sine mora profectus erat Scipio: sed paulo antequam advenit, Masinissa agens animam filiis præcepit, parerent Scipioni, quomodocumque patrimonium eis divisisset.

CVI. Atque istud prolocutus Masinissa, animam efflavit. Vir fortunatus omnibus rebus, qui, deo favente, paternum regnum, a Carthaginiensibus ac Syphace occupatum, recuperavit, et in tantum auxit, ut per omnem mediterraneam regionem a Mauritania, vicina Oceano, ad Cyrenaicam usque imperaverit. Idem magnum tractum terrarum ad mitiorem cultum redegit, Numidis antea plurimum olere victitare consuetis, et agrorum culturam negligentibus: reliquitque pecuniæ magnam vim in thesauris repositam, et amplas copias easque exercitatissimas. Duorum inimicorum alterum, Syphacem, sua manu capere, eidem contigerat; alterum, populum Carthaginiensem, ita debilitatum Romanis relinquere, ut facilem his eversionem Carthaginis fecerit. Corpore autem magno ac robusto ad multum ætatis fuit: quamdiu vixit, interesse prœliis solitus, et equum absque stratore ascendere. Robustæque valetudinis vel ma-

ρίωσε μάλιστα τὴν εὐρωστίαν αὐτοῦ· πολλῶν γὰρ αὐτῷ παίδων γιγνομένων τε καὶ ἀποθνησκόντων, οὔποτε μὲν ἦσαν αὐτῷ μείους τῶν δέκα, τετραετὲς δὲ παιδίον ἐνενηκοντούτης ὢν ἀπέλιπεν. Ὁ μὲν δὴ Μασσανάσσης, ὧδε χρόνου τε καὶ σώματος ἔχων, ἐτεθνήκει. Σκιπίων δὲ τοῖς μὲν νόθοις αὐτοῦ παισὶ προσέθηκεν ἑτέρας δωρεάς· τοῖς δὲ γνησίοις τοὺς μὲν θησαυροὺς καὶ φόρους καὶ τὸ ὄνομα τῆς βασιλείας κοινὸν ἀπέφηνε· τὰ δὲ ἄλλα διέκρινεν, ὡς ἔμελλεν ἁρμόσειν πρὸς ὃ ἐβούλετο ἕκαστος· Μικίψῃ μὲν (ὃς πρεσβύτατος ὢν, εἰρηνικώτατος ἦν) Κίρτην ἐξαίρετον ἔχειν, καὶ τὰ βασίλεια τὰ ἐν αὐτῇ· Γολόσσῃ δὲ, στρατιωτικῷ τε ὄντι, καὶ δευτέρῳ καθ' ἡλικίαν, πολέμου τε καὶ εἰρήνης εἶναι κυρίῳ· Μαστανάβᾳ δὲ, ὃς νεώτατος ὢν ἤσκει δικαιοσύνην, δικάζειν τοῖς ὑπηκόοις τὰ ἀμφίλογα.

CVII. Οὕτω μὲν ὁ Σκιπίων τὴν ἀρχὴν καὶ περιουσίαν Μασσανάσσου διεῖλε τοῖς παισί· καὶ Γολόσσην εὐθὺς ἐς συμμαχίαν ἐπήγετο. Ὁ δὲ τὰς Φαμαίου μάλιστα ἐνέδρας, αἳ πολλὰ Ῥωμαίους ἐλύπουν, ἐρευνώμενος, ἀνέστελλεν. Ἐν δέ τινι χειμασίᾳ Σκιπίων καὶ Φαμαίας ἀντιπαρώδευον ἀλλήλοις, μέσην ἔχοντες ἄβατον χαράδραν, καὶ οὐδὲν ἐς ἀλλήλους δυνάμενοι. Δεδιὼς δ' ὁ Σκιπίων, μή τις ἐνέδρα κατὰ τὸ πρόσθεν εἴη, προϊὼν κατεσκέπτετο σὺν τρισὶ φίλοις. Καὶ αὐτὸν ὁ Φαμαίας ἰδὼν, ἀντιπροῄει μεθ' ἑνὸς φίλου. Ἐλπίσας δ' αὐτὸν ὁ Σκιπίων εἰπεῖν τι θέλειν, ἐξίππευσε μεθ' ἑνὸς καὶ ὅδε φίλου. Καὶ ὡς ἤδη κατακούειν ἐδύναντο ἀλλήλων, πρὸ Καρχηδονίων οἱ προελήλυθε· Τί δὴ τῆς ἰδίας σωτηρίας οὐ προνοεῖς, εἰ μὴ τῆς κοινῆς δύνασαι; Ὁ δὲ, Τίς ἐστιν, ἔφη, μοι σωτηρία, Καρχηδονίων μὲν οὕτως ἐχόντων, Ῥωμαίων δ' ὑπ' ἐμοῦ κακὰ πολλὰ πεπονθότων; Καὶ ὁ Σκιπίων, Ἐγγυῶμαί σοι, φησὶν, εἰ πιστὸς ἐγὼ καὶ ἀξιόχρεως, καὶ σωτηρίαν καὶ συγγνώμην παρὰ Ῥωμαίων καὶ χάριν ἔσεσθαι. Ὁ δ' ἐπῄνεσε μὲν ὡς ἀξιοπιστότατον ἐκ πάντων· Κρινῶ δ', ἔφη· κἂν δυνατὸν ἡγῶμαι, φανερὸν ἔσται σοι. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τούτοις διεκρίθησαν.

CVIII. Ὁ δὲ Μανίλιος, αἰδούμενος τὴν δυσπραξίαν τὴν ἐς Ἀσδρούβαν αὐτῷ γενομένην, αὖθις ἐς Νέφεριν ἐστράτευε, πεντεκαίδεκα ἡμερῶν τροφὰς ἐπαγόμενος. Πλησιάσας δ' ἔθετο χάρακα, καὶ ὤχυρου, καὶ ἐτάφρευε, καθὰ Σκιπίων ἐν τῇ προτέρᾳ στρατείᾳ παρήγγειλεν. Οὐδὲν δὲ ἀνύων, ἐν αἰδοῖ μείζονι ἐγίγνετο, καὶ φόβῳ τοῦ πάλιν αὐτοῖς ἀπιοῦσι τὸν Ἀσδρούβαν ἐπιθέσθαι. Καὶ ὁ μὲν ἐν τῷδε ἦν ἀπορίας. Ἐπιστολήν δέ τις ἐκ τοῦ Γολόσσου στρατοῦ ἔφερε τῷ Σκιπίωνι. Ὁ δ', ὡς εἶχε, σεσημασμένην ἐπέδειξε τῷ στρατηγῷ. Καὶ λύσαντες, εὗρον· Ἐς τήνδε τὴν ἡμέραν ἐγὼ μὲν τόδε τὸ χωρίον καταλήψομαι· σὺ δ' ἐλθὲ μεθ' ὅσων βούλει, καὶ τοῖς προφύλαξιν εἰπὲ, δέχεσθαι τὸν νυκτὸς ἀφικνούμενον. Ἡ μὲν ἐπιστολὴ, χωρὶς ὀνομάτων, τοιάδ' ἐδήλου. Συνῆκε δ' ὁ Σκιπίων, εἶναι παρὰ Φαμαίου. Καὶ ὁ Μανίλιος ἐδεδοίκει μὲν περὶ τῷ Σκιπίωνι, μή τις ἀπάτη παρ' ἀνδρὸς γένοιτο πιθανωτάτου πάντων ἐς

ximum hoc documentum dedit, quod, compluribus nascentibus ei decedentibusque filiis, nunquam minus decem habuit, et novissimum quadriennem nonagenarius senex reliquit. Hac igitur corporis habitudine præditus, et huc ætatis provectus, quum vivis excessisset Masinissa, Scipio filiis, ex concubinis natis, ad dona, quæ jam a patre acceperant, adjecit alia : legitimis vero thesauros et vectigalia, et nomen quoque regium commune esse voluit; cætera divisit, ut cujusque moribus et ingenio congruum fore videbatur. Micipsæ, natu maximo, pacisque amantissimo, assignata est præ cæteris Cirta urbs, et in ea regium palatium. Gulussæ, viro militari et proximo ætate, belli pacisque cura commissa. Mastanabal, natu minimus, qui Juris scientiæ studio tenebatur, controversiarum inter subditos finiendarum accepit judicium.

CVII. Ad hunc modum regno patrimonioque inter Masinissæ liberos diviso, Scipio statim Gulussam cum auxiliis in Romana castra adduxit : qui, perscrutatus loca insidiarum, e quibus Phamæas Romanos plurimum infestabat, repressit maxime hominis conatus. Accidit autem, ut hiberna tempestate Scipio et Phamæas ita sibi occurrerent, ut e regione alter alterius agmen suum duceret ab utroque latere impervii torrentis, qui facultatem invicem lædendi adimebat. Tum Scipio, veritus, ne ulterius laterent insidiæ, processit cum tribus comitibus, exploraturus iter. Quod ubi vidit Phamæas, e regione et ipse processit cum uno comite. Et Scipio, sperans, velle eum aliquid dicere, ipse quoque cum uno tantum amico adequitavit. Quumque jam exaudiri possent mutuo, sic Pœnum, satis jam procul a suis progressum, affatus est Scipio : « Quidni tandem tuæ saluti prospicis, quandoquidem publicæ non potes? » Tum alter, Et quæ mihi salus est reliqua, hoc in statu Carthaginiensium, ac post illata vobis a me tot incommoda? Et Scipio : « Equidem, inquit, si quid putas in me vel opis esse vel fidei, tibi Romanorum nomine non solum salutem et veniam, sed etiam gratiam, spondeo. » Phamæas, laudato Scipione, ut cujus fides præ reliquis omnibus plurimum apud se valeret : « Considerabo, inquit, et, quum id fieri posse putavero, significabo tibi. » His dictis discesserunt.

CVIII. At Manilius, ut aboleret acceptam ignominiam, rursus contra Nepherim, assumtis quindecim dierum cibariis, profectus est. Quo ubi accessit, castra ita posuit, et vallo fossaque muniit, quemadmodum superiori expeditione Scipio monuerat. Sed postquam iterum nihil profecit, major jam pudor eum incessit, graviorque metus, ne rursum abeuntes adoriretur Asdrubal. Quo sic hærente anxio afferuntur Scipioni a quodam e Gulussæ militibus literæ : quas ille, ita ut erant, obsignatas ostendit imperatori. His apertis, scriptum invenerunt : « Ad talem diem ego talem locum occupabo. Tu, cum quotcunque libuerit, adesto; et excubitoribus edicito, ut noctu venientem admittant. » Hæc erat sententia epistolæ, quam quidem a Phamæa esse, licet non adjecta fuerint nomina, facile intellexit Scipio. Et Manilius, quamvis timebat Scipioni ab homine ad illiciendum in insi-

ἐνέδρας· εὔελπιν δ' αὐτὸν ὁρῶν, ἔπεμπεν, ἐπιτρέψας, περὶ μὲν τῆς σωτηρίας δοῦναι πίστιν ἀσφαλῆ τῷ Φαμαίᾳ, χάριν δὲ μὴ ὁρίζειν· ἀλλ' ἐπαγγέλλεσθαι, Ῥωμαίους τὰ πρέποντα ποιήσειν. Οὐ μὴν ἐδέησεν οὐδ' ἐπαγγελίας. Ὁ γάρ τοι Φαμαίας, ὡς ἧκεν ἐς τὸ συγκείμενον, περὶ μὲν τῆς σωτηρίας, ἔφη, πιστεύειν δεξιουμένῳ Σκιπίωνι, τὰς δὲ χάριτας Ῥωμαίοις ἐπιτρέπειν. Ταῦτα δ' εἰπὼν, ἐξέτασσε τῆς ἐπιούσης ἐς μάχην. Καὶ προπηδήσας μετὰ τῶν ἰλαρχῶν ἐς τὸ μεσαίχμιον, ὡς ἐπί τινα σκέψιν ἑτέραν, εἶπεν· Εἰ μέν ἐστιν ἔτι τῇ πατρίδι βοηθεῖν, ἕτοιμός εἰμι μεθ' ὑμῶν· εἰ δ' ἔχει τὰ ἐκείνης ὡς ἔχει, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τῆς ἰδίας σωτηρίας προνοεῖν· καὶ πίστιν ἔλαβον ἐπί τε ἐμαυτῷ, καὶ ὅσους πείσαιμι ὑμῶν. Καιρὸς δὲ, καὶ ὑμᾶς ἐπιλέγεσθαι τὰ συνοίσοντα. Ὁ μὲν οὕτως εἶπε. Τῶν δ' ἰλαρχῶν οἱ μὲν σὺν τοῖς αὐτῶν ηὐτομόλησαν, καὶ ἐγένοντο πάντες ἐς διακοσίους καὶ δισχιλίους ἱππέας· τοὺς δ' Ἄννων κατεκώλυσεν, ᾧ Λεῦκος ἦν ἐπίκλησις.

CIX. Ἐπανιόντι δὲ τῷ Σκιπίωνι μετὰ τοῦ Φαμαίου ὁ στρατὸς ἀπήντα· καὶ τὸν Σκιπίωνα εὐφήμουν ὡς ἐπὶ θριάμβῳ. Μανίλιος δ' ὑπερηδόμενός τε, καὶ οὐκέτι τὴν ἐπάνοδον αἰσχρὰν ἐπὶ τῷδε ἡγούμενος, οὐδ' Ἀσδρούβαν ἕψεσθαι προσδοκῶν καταπεπληγμένον, ἀνεζεύγνυεν αὐτίκα δι' ἔνδειαν, ἑπτακαιδεκάτην ἡμέραν ἀντὶ πεντεκαιδεκάτης ἔχων· τρισὶ δ' ἄλλαις ἐχρῆν κακοπαθοῦντα ἐπανελθεῖν. Ὁ οὖν Σκιπίων, τόν τε Φαμαίαν καὶ Γολόσσην καὶ τοὺς ὑφ' ἑκατέρων λαβὼν ἱππέας, προσλαβὼν δέ τινας καὶ τῶν Ἰταλικῶν, ἐς πεδίον ἠπείχθη τὸ καλούμενον Μέγα Βάραθρον· καὶ πολλὴν ἐξ αὐτοῦ λείαν τε καὶ ἀγορὰν ἧκε φέρων τῷ στρατῷ περὶ νύκτα. Μανίλιος δὲ, πυθόμενός οἱ διάδοχον ἐπιέναι Καλπούρνιον Πίσωνα, προέπεμπεν ἐς Ῥώμην Σκιπίωνα μετὰ Φαμαίου· καὶ ὁ στρατὸς ἐπὶ τὴν ναῦν καταθέοντες εὐφήμουν Σκιπίωνα, καὶ ηὔχοντο ὕπατον ἐς Λιβύην ἐπανελθεῖν, ὡς μόνον αἱρήσοντα Καρχηδόνα. Θεόληπτος γάρ τις αὐτοῖς ἥδε ἡ δόξα ἐνέπιπτε, Σκιπίωνα μόνον αἱρήσειν Καρχηδόνα. Καὶ πολλοὶ ταῦτα τοῖς οἰκείοις ἐς Ῥώμην ἐπέστελλον. Ἡ δὲ βουλὴ Σκιπίωνα μὲν ἐπῄνει· Φαμαίαν δ' ἐτίμησαν ἁλουργίδι, καὶ ἐπιπορπήματι χρυσῷ, καὶ ἵππῳ χρυσοφαλάρῳ, καὶ πανοπλίᾳ, καὶ ἀργυρίου δραχμαῖς μυρίαις. Ἔδωκαν δὲ καὶ μνῶν ἑκατὸν ἀργύρωμα, καὶ σκηνὴν, καὶ κατασκευὴν ἐντελῆ· καὶ ἐπήλπισαν περὶ πλειόνων, εἰ τὰ λοιπὰ τοῦ πολέμου συνεκπονήσειεν αὐτοῖς. Ὁ δ' ὑποσχόμενος, ἐς Λιβύην διέπλευσεν ἐς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον.

CX. Ἧκε δὲ Καλπούρνιος Πίσων ὁ ὕπατος ἅμα ἦρι, καὶ σὺν αὐτῷ Λεύκιος Μαγκῖνος ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν. Οἳ Καρχηδονίοις μὲν οὐκ ἐπεχείρουν, οὐδὲ Ἀσδρούβᾳ· τὰς δὲ πόλεις ἐπιόντες, Ἀσπίδος μὲν ἀπετύγχανον, ἔκ γῆς καὶ θαλάσσης ἀποπειράσαντες· ἑτέραν δ' ἐγγὺς εἷλεν ὁ Πίσων, καὶ διήρπαζεν, αἰτιωμένην ἐπὶ συνθήκαις αὐτῷ προσελθεῖν. Ἀπὸ δὲ ταύτης ἐς Ἱππάγρετα μετῆλθεν, ἣ μεγάλη τε ἦν, καὶ τείχεσι καὶ ἀκροπόλει

dias versutissimo, tamen, quum bene sperantem videret, dimisit : mandavitque, ut de salute quidem certam fidem daret Phamææ, de gratia autem nihil definiret; tantum polliceretur, senatum eam pro dignitate relaturum. Sed ne opus quidem fuit pollicitationibus. Nam Phamæas, postquam ad constitutum locum pervenit, ait : « salutem suam Scipionis dextræ se credere; cæterum de rependenda gratia, Romanis permittere judicium. » Quibus dictis, postero die suos instruxit ad prælium Phamæas. Moxque ante aciem cum præfectis prosiliens, quasi de alia re cum eis collaturus, sic eos allocutus est : » Si ulla spes est succurrendi patriæ, paratus sum id vobiscum facere : sin vero in tali statu patria est, qualem scitis, ego meæ saluti consulam : fidem autem accepi et mihi et vobis, quotquot sequi me volueritis. Vos, quid in rem vestram sit, ipsi videritis. » Hæc ubi dixit, præfectorum nonnulli transfugerunt; quorum summa fuit, ferme bis mille et cc equites; reliquos Anno, cognomine Albus, cohibuit.

CIX. Scipioni cum Phamæa revertenti exercitus prodiit obviam, faustis acclamationibus velut triumphantem excipiens. Manilius vero supra modum lætus, nec turpem jam reditum existimans, nec periculosum, quod Asdrubal territus non persecuturus videretur, confestim se recepit propter inopiam, non quinto decimo expeditionis ejus die, sed decimo septimo : et adhuc faciendum erat laboriosum iter tridui. Sed Scipio, assumtis Phamææ Gulussæque cum ipsorum equitatu, et Italicorum equitum nonnullis adjunctis, properavit in campum quem vocant Magnum Barathrum, unde cum magna præda et commeatibus sub noctem ad exercitum rediit. Posthæc Manilius, nuncio de adventu successoris sui, Calpurnii Pisonis, accepto, Scipionem cum Phamæa Romam præmisit. Et eum exercitus inter festas acclamationes ad navem deduxit, comprecatus deos, ut mox in Africam consul reverteretur Scipio, præter quem nemo expugnare Carthaginem posset. Divinitus enim quodammodo hæc opinio illis suborta erat, a solo Scipione posse capi Carthaginem : idque multi Romam ad suos familiares perscripserunt. Senatus autem Scipionem collaudavit publice : et Phamæam honoravit veste purpurea cum fibula aurea, equoque aureis ornato phaleris, et armatura integra; his addidit argenti signati Sestertia quadraginta, argenti facti pondo centum, et tentorium instructum suppellectilibus; jussitque ampliora sperare, si ad reliquum conficiendum bellum strenuam attulisset operam. Ille omnia pollicitus, in Africam rursus trajecit ad castra Romanorum.

CX. Ineunte vere advenit Calpurnius Piso consul, et cum eo L. Mancinus, classi præfectus. Sed hi neque Carthaginem tentarunt, neque Asdrubalem : tantum adversus vicina oppida circumtulerunt bellum. Et a Clupea quidem, terra marique oppugnata, repulsi sunt. Aliud autem propinquum oppidum Piso cepit, et diripuit; oppidanis licet fidem datam, ne id fieret, causantibus. Inde ad Hippagreta (*vel*, Hipponem Diarrhytum) transiit, urbem magnam, mœnibus

καὶ λιμέσι καὶ νεωρίοις ὑπ' Ἀγαθοκλέους τοῦ Σικελιωτῶν τυράννου κατεσκεύαστο καλῶς. Μέση δ' οὖσα Καρχηδόνος καὶ Ἰτύκης, τὴν ἀγορὰν ἐλῄστευε τὴν Ῥωμαίοις διαπλέουσαν· ὅθεν καὶ πάνυ ἐπλούτουν. Καὶ ὁ Καλπούρνιος ἀμύνεσθαί τε αὐτοὺς ἐπενόει, καὶ τό γε κέρδος ἀφελέσθαι. Ἀλλ' ὁ μὲν τὸ θέρος ὅλον ἐφεδρεύων, οὐκ ἤνυεν· δὶς δ' ἐκδραμόντες οἱ Ἱππαγρέτιοι, Καρχηδονίων αὐτοῖς συμμαχούντων, τὰς μηχανὰς αὐτοῦ κατέπρησαν. Καὶ ὁ μὲν, ἄπρακτος ἐς Ἰτύκην ἐπανελθὼν, ἐχείμαζεν.

CXI. Οἱ Καρχηδόνιοι δὲ, ἐπειδὴ σφίσι καὶ τὸ Ἀσδρούβα στρατόπεδον ἀπαθὲς ἦν, καὶ αὐτοὶ κρείττους ἐν τῇ μάχῃ ἐγεγένηντο Πίσωνος ἀμφὶ τὰ Ἱππάγρετα, Βιθύας τε αὐτοῖς ὁ Νομὰς μετὰ ὀκτακοσίων ἱππέων ἀπὸ Γολόσσου προσκεχωρήκει, καὶ Μικίψην καὶ Μαστανάβαν, τοὺς Μασσανάσσου παῖδας, ἑώρων ὑπισχνουμένους μὲν ἀεὶ Ῥωμαίοις ὅπλα καὶ χρήματα, βραδύνοντας δὲ καὶ περιορωμένους ἄρα τὸ μέλλον· ἐπήρθησαν τοῖς φρονήμασι, καὶ Λιβύην ἀδεῶς ἐπῄεσαν, κρατυνόμενοι τὴν χώραν, καὶ πολλὰ ὑβριστικὰ ἐν ταῖς πόλεσι κατὰ Ῥωμαίων ἐκκλησιάζοντες. Ἔς τε τὴν ἀνανδρίαν αὐτῶν προύφερον τὰ ἐς Νέφεριν αὐτοῖς γενόμενα δὶς, καὶ ὅσα ἐναγχος ἐς Ἱππάγρετα· καὶ τὸ αὐτῆς Καρχηδόνος, ἀνόπλου τε οὔσης καὶ ἀφράκτου, μὴ δεδυνῆσθαι κατασχεῖν. Ἔπεμπον δὲ καὶ ἐς Μικίψην καὶ Μαστανάβαν, καὶ ἐς τοὺς αὐτονόμους Μαυρουσίων, παρακαλοῦντες ὁμοῦ, καὶ διδάσκοντες, ὅτι καὶ σφίσι μετ' αὐτοὺς ἐπιχειρήσουσι Ῥωμαῖοι. Ἔστελλον δὲ καὶ ἐς Μακεδονίαν ἄλλους, πρὸς τὸν νομιζόμενον υἱὸν εἶναι Περσέως, πολεμοῦντα Ῥωμαίοις· καὶ ἀνέπειθον, ἔχεσθαι τοῦ πολέμου καρτερῶς, ὡς οὐκ ἐλλειψόντων αὐτῷ χρημάτων καὶ νεῶν ἀπὸ Καρχηδόνος. Ὅλως τε μικρὸν οὐδὲν ἔτι ἐφρόνουν, ὁπλισάμενοι· ἀλλὰ θυμῷ καὶ τόλμῃ καὶ παρασκευῇ κατὰ μικρὸν ηὔξοντο. Ἐπῆρτο δ' ἐν μέρει καὶ Ἀσδρούβας, ὁ κατὰ τὴν χώραν στρατηγὸς, τῷ δὶς κρατῆσαι Μανιλίου· τήν τε τῆς πόλεως στρατηγίαν προσλαβεῖν ἐπειγόμενος, Ἀσδρούβαν τὸν ἄρχοντα αὐτῆς, ἀδελφιδοῦν ὄντα Γολόσσου, διέβαλε τῇ βουλῇ, τὰ Καρχηδονίων Γολόσσῃ προδιδόναι. Καὶ τοῦ λόγου προτεθέντος ἐς μέσον, ὁ μὲν ἠπορεῖτο ὡς ἐπ' ἀδοκήτῳ· οἱ δὲ, τύπτοντες αὐτὸν τοῖς ὑποβάθροις, κατέβαλον.

CXII. Ἐς δὲ Ῥώμην ἐξαγγελλομένης τῆς τε Πίσωνος ἀπραξίας, καὶ Καρχηδονίων παρασκευῆς, ὁ δῆμος ἤχθετο, καὶ ἐδεδοίκει, αὐξανομένου πολέμου μεγάλου τε καὶ ἀδιαλλάκτου, καὶ γείτονος. Οὐ γάρ τινα διάλυσιν προσεδόκων, ἄπιστα πρότεροι κελεύσαντες. Τῶν δ' οὐ πρὸ πολλοῦ Σκιπίωνος ἔργων, ἐν Λιβύῃ χιλιαρχοῦντος ἔτι, μεμνημένοι, καὶ παραβάλλοντες αὐτὰ τοῖς παροῦσι, τῶν τε ἐπεσταλμένων σφίσιν ὑπὸ τῶν ἐκ στρατοπέδου φίλων καὶ οἰκείων ἀναφέροντες, ὥρμηντο ὕπατον ἐς Καρχηδόνα πέμπειν Σκιπίωνα. Ἐνειστήκει δ' ἀρχαιρέσια· καὶ ὁ Σκιπίων (οὐ γάρ πω δι' ἡλικίαν αὐτῷ συνεχώρουν ὑπατεύειν οἱ νόμοι) ἀγορανομίαν μετῄει, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸν ὕπατον ᾑρεῖτο. Παρανόμου

arce, portubus, navalibus, ab Agathocle, Siculorum tyranno, instructam pulcherrime: quæ, media inter Carthaginem et Uticam [*potius*, haud procul Carthagine et Utica] sita, commeatus Romanorum intercipiebat; unde oppidani non mediocriter ditabantur. Ab his Calpurnius maleficiorum pœnas exigere, et lucrum saltem auferre, cogitabat. Sed ille frustra per totam æstatem assedit: obsessi vero, bis eruptione facta, Carthaginiensibus quoque opem ferentibus, incenderunt machinas hostium. Et consul, infecto negotio, Uticam in hiberna concessit.

CXI. At Carthaginienses, quum et Asdrubalis exercitum haberent incolumem, et ipsi ex conflictu ad Hipponem Pisone superiores discessissent; aucti etiam DCCC. equitibus Numidis, qui Bithya duce a Gulussa transfugerant; videntesque, Masinissæ alios filios, Micipsam et Mastanabalem, semper quidem Romanis polliceri arma et pecunias, cunctari tamen et de futuro circumspectare: animosiores redditi, per Africam vagati sunt intrepide, regionem muniendo præsidiis, et apud populos multa contumeliosa in Romanos pro concionibus disserendo. Et, quo ignaviam illorum sugillarent, commemorabant res ad Nepherim semel atque iterum parum feliciter gestas, et ad Hipponem acceptum recens incommodum; tum ipsam Carthaginem frustra oppugnatam, quamvis inermem et immunitam. Miserunt etiam ad Micipsam et Mastanabalem et ad Mauros liberos, qui hortarentur hos, docerentque, cavendum ipsis quoque, ne sublata Carthagine et ipsi a Romanis invaderentur. Miserunt et in Macedoniam legatos ad vulgo creditum Persei filium, qui tunc bellum gerebat adversus Romanum populum; hortantes, ut in bello persisteret gnaviter; non defore illi pecunias et naves a Carthagine. Omninoque nihil jam cogitabant modicum, postquam se armaverant; sed in dies crescebat eis animus, apparatus, audacia. Neque minus magnos spiritus Asdrubal, qui foris bellum administrabat, sibi sumsit, bis prospere congressus cum Manilio. Et is jam urbanam quoque præfecturam affectans, Asdrubalem, qui tunc eam obtinebat, Gulussæ ex sorore nepotem, falso criminabatur apud senatum, quod rempublicam Gulussæ proderet. Quod crimen postquam objectum huic est publice, inopinata re conturbatus, non habuit quod pro se afferret; moxque subselliis obrutus atque oppressus est.

CXII. Romæ vero, ubi nunciatum est de Pisonis segnitie, ac de apparatu Carthaginiensium, moleste id tulit populus; et anxius erat, crescente in dies bello tam arduo et inexpiabili atque vicino. Nullam enim jam pacem posthac sperabant, qui priores in jubendo fidem parum servarant. Sed opportune tunc occurrebat memoria rerum nuper a tribuno Scipione in Africa gestarum, quæ conferebantur cum rebus præsentibus. Quumque passim commemorarentur, quæ ex castris perscripta erant ab amicis et familiaribus, vehemens cupido invasit omnes, ut Scipio in Africam consul mitteretur. Et instabat comitiorum dies: quibus Scipionem, quum ædilitatem petiisset, quoniam per ætatem consulatum gerere ex legibus nondum licebat, consulem

δ' ὄντος, καὶ τῶν ὑπάτων προφερόντων αὐτοῖς τὸν νόμον, ἐλιπάρουν καὶ ἐνέκειντο· καὶ ἐκεκράγεσαν, ἐκ τῶν Τυλλίου καὶ Ῥωμύλου νόμων τὸν δῆμον εἶναι κύριον τῶν ἀρχαιρεσίων, καὶ τῶν περὶ αὐτῶν νόμων ἀκυροῦν ἢ κυροῦν ὃν ἐθέλοιεν. Τέλος δὲ τῶν δημάρχων τις ἔφη, τοὺς ὑπάτους ἀφαιρήσεσθαι τὴν χειροτονίαν, εἰ μὴ συνθεῖντο τῷ δήμῳ. Καὶ ἡ βουλὴ τοῖς δημάρχοις ἐπείθετο, λῦσαι τὸν νόμον τόνδε, καὶ μετὰ ἔτος ἓν αὖθις ἀναγράψαι. Οἷόν τι καὶ Λακεδαιμόνιοι, λύοντες ἐν χρείᾳ τὴν ἀτιμίαν τῶν ἁλόντων περὶ Πύλον, ἔφασαν· Κοιμάσθων οἱ νόμοι τήμερον. Οὕτω μὲν ὁ Σκιπίων, ἀγορανομίαν μετιὼν, ᾕρητο ὕπατος. Καὶ αὐτὸν ὁ σύναρχος Δροῦσος περὶ Λιβύης πρὸς αὐτὸν ἐκέλευε διακληροῦσθαι· μέχρι τις τῶν δημάρχων εἰσηγήσατο, τῆσδε τῆς στρατηγίας τὴν κρίσιν τοῦ δήμου γενέσθαι· καὶ ὁ δῆμος εἵλετο τὸν Σκιπίωνα. Ἐδόθη δ' αὐτῷ στρατὸς, ἐκ μὲν καταλόγου, ὅσος ἦν ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων· ἐθελοντὰς δ' ἄγειν ὅσους πείσειε παρὰ τῶν συμμάχων· καὶ ἐς βασιλέας, καὶ πόλεις, ὅσας δοκιμάσειε, πέμπειν, τὸν Ῥωμαίων δῆμον ταῖς ἐπιστολαῖς ἐπιγράφοντα. Καὶ ἔστιν, οὓς ἔλαβεν οὕτω παρά τε πόλεων καὶ βασιλέων.

CXIII. Ὁ μὲν δὴ, τάδε διοικησάμενος, ἐς Σικελίαν καὶ ἀπὸ Σικελίας ἐς Ἰτύκην ἔπλει. Καλπούρνιος δὲ Πίσων ἐπολιόρκει τὰ μεσόγαια· καὶ Μαγκῖνος ἐφορμῶν Καρχηδόνι, μέρος τι τοῦ τείχους ἀμελούμενον ἰδὼν, οὗ κρημνοὶ προὔκειντο συνεχεῖς καὶ δύσβατοι, καὶ παρ' αὐτὸ ἦν καὶ ἀμελούμενον, ἤλπισε λαθὼν κλίμακας ἐποίσειν ἐπὶ τὸ τεῖχος. Καὶ προσέθηκε μὲν, καί τινες τῶν στρατιωτῶν ἀνῆλθον εὐτόλμως. Οἱ Καρχηδόνιοι δ', ὀλίγων ἔτι ὄντων καταφρονήσαντες, ἀνέῳξαν πύλην ἐς τοὺς κρημνοὺς ἐκφέρουσαν, καὶ ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐξέδραμον. Καὶ αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι τρεψάμενοί τε καὶ διώκοντες, ἐς τὴν πόλιν διὰ τῆς πύλης συνεσέδραμον. Βοῆς δ' ὡς ἐπὶ νίκῃ γενομένης, ὅ τε Μαγκῖνος, ἐκφερόμενος ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, καὶ τὰ ἄλλα ταχὺς ὢν καὶ κουφόνους, καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος ἅμα τῷ Μαγκίνῳ, τὰς ναῦς ἀφέντες, ἐς τὸ τεῖχος ἐβοηδρόμουν, ἄνοπλοί τε καὶ γυμνοί. Ἤδη δὲ τοῦ θεοῦ περὶ δείλην ἑσπέραν ὄντος, ἐχυρόν τι πρὸς τῷ τείχει καταλαβόντες, ἡσύχαζον. Τροφῶν δ' ἀπορῶν ὁ Μαγκῖνος, ἐκάλει Πίσωνα καὶ τοὺς Ἰτυκαίων ἄρχοντας, ἐπικουρεῖν αὐτῷ κινδυνεύοντι, καὶ τροφὰς φέρειν κατὰ σπουδήν. Καὶ ὁ μὲν ἔμελλεν ἅμ' ἕῳ πρὸς τῶν Καρχηδονίων ἐξωθούμενος ἐς τοὺς κρημνοὺς συντριβήσεσθαι.

CXIV. Σκιπίων δ' ἑσπέρας ἐς Ἰτύκην κατήγετο, καὶ περὶ μέσας νύκτας ἐντυχὼν οἷς ὁ Μαγκῖνος ἔγραφε, τόν τε σαλπιγκτὴν ἐκέλευεν εὐθὺς ἐπὶ πόλεμον ἠχεῖν, καὶ τοὺς κήρυκας συγκαλεῖν ἐπὶ θάλασσαν ὅσοι συνεληλύθεσαν ἐξ Ἰταλίας αὐτῷ, καὶ τοὺς ἡβῶντας Ἰτυκαίων· ὅσοι δ' ὑπερήλικες, ἀγορὰν ἐς τὰς τριήρεις καταφέρειν. Αἰχμάλωτά τε Καρχηδονίων τινὰ λύσας, ἀφῆκεν ἐξαγγέλλειν αὐτοῖς, ἐπιπλεῖν Σκιπίωνα. Ἔς τε τὸν Πίσωνα ἱππέας ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἔπεμπε, καλῶν αὐτὸν κατὰ τάχος. Καὶ αὐτὸς ἐσχάτης φυλακῆς

legit populus. Contradicentibus autem consulibus, et legem objicientibus, precibus populus instabat, nitebaturque, clamitans, se ex legibus a Tullio Romuloque latis esse arbitrum comitiorum, et posse legum ad ea pertinentium quamcunque vellet vel ratam habere vel irritam facere. Tamdemque unus ex tribunis plebis minatus est, ademturum se potestatem comitiorum consulibus, ni assentirent populo. Itaque senatus cessit; permisitque, ut tribuni plebis legem illam in annum unum abrogarent, quo exacto ferrent eam denuo. Quemadmodum fere et Lacedæmonii, quum necessitate coacti captos ad Pylum absolverent ab ignominia, dixisse feruntur : Dormiant hodie leges. Ita Scipio, petens ædilitatem, consulatum adeptus est. Cum quo ubi Drusus collega provincias sortiri postulavit, unus ex tribunis plebis rogationem tulit ad populum de bello Punico, quem ei bello præesse jubeant? Et populus Scipioni dedit eam provinciam; permisitque, ut ex delectibus supplementum exercitus conscriberet, ac præterea voluntarios, quotquot posset, acciperet a sociis et ad reges civitatesque arbitratu suo literas daret, nomine populi Romani inscriptas. Et impetravit hoc modo ab aliquot regibus atque populis auxilia.

CXIII. His ita administratis, in Siciliam, et inde porro Uticam, navigavit Scipio. Interim Piso oppugnabat oppida mediterranea : Mancinus autem, cum classe stans ad Carthaginem, postquam muri partem quamdam neglectam ab hostibus animadvertit, qua nimirum rupes continuæ inaccessæque erant objectæ (quam ipsam ob causam negligentius custodiebatur is locus), speraverat, clam se ab ea parte scalas urbi posse admovere. Quibus admotis, milites etiam aliquot impigre murum ascenderunt : quorum adhuc paucitatem contemnentes Pœni, aperta porta quæ ad illas rupes aditum dabat, procurrerunt in hostes. Sed Romani, pulsis his fugatisque, una cum fugientibus per eamdem portam in urbem irruperunt. Tum vero oborto, velut reportata victoria, jubilo, Mancinus lætitia gestiens, vir et alias levis ac temerarius, et cum eo reliqua nautica turba, navibus relictis, semiermes concurrebant ad mœnia, suis opem laturi. Jamque sole ad occasum vergente, occuparunt munitum locum in pomœriis, ibique se continuerunt. Sed Mancinus, quia cibariis carebat, ad Pisonem misit, et ad magistratus Uticensium, ut periclitanti succurrerent, et cibos afferrent propere. Erat autem ille in periculo, ne primo mane Pœni præcipitem per rupes impellerent.

CIV. Scipio vero eadem vespera Uticam appulerat; et circa mediam noctem acceptis Mancini literis, confestim jubet signa canere; et milites ex Italia advectos, simulque juventutem Uticensium, per præcones convocat ad mare; senioribusque mandat, ut commeatus in triremes comportent. Simul captivos aliquot Carthaginiensium, vinculis solutos, dimittit, qui in urbe nunciarent, Scipionem cum classe advehi : Pisonemque, missis ad eum aliis post alios equitibus, urget, ut quamprimum adveniat. Ipse ultima

ἀνήγετο, κελεύσας, ὅταν πλησιάζωσιν, ὀρθοὺς ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων ἑστάναι, τοῦ πλέονα τὴν ὄψιν ἐμποιεῖν τοῖς πολεμίοις. Ὁ μὲν δὴ τάδ' ἔπρασσεν. Ὁ δὲ Μαγκῖνος, ἅμ' ἕῳ τῶν Καρχηδονίων αὐτῷ πανταχόθεν ἐπιπιπτόντων, πεντακοσίους μὲν, οὓς μόνους εἶχεν ἐνόπλους, περιέστησε τοῖς γυμνοῖς, τρισχιλίοις οὖσι. Τιτρωσκόμενος δὲ δι' ἐκείνων, καὶ συνωθούμενος ἐπὶ τὸ τεῖχος ἤδη κατεκρημνίζετο· καὶ αἱ νῆες ὤφθησαν αἱ τοῦ Σκιπίωνος, ῥοθίῳ τε φοβερῷ καταπλέουσαι, καὶ μεσταὶ πανταχόθεν ὁπλιτῶν ἐφεστώτων· Καρχηδονίοις μὲν, ᾐσθημένοις διὰ τῶν αἰχμαλώτων, οὐκ ἀνέλπιστοι, Ῥωμαίοις δ' ἀγνοοῦσιν ἀδόκητον σωτηρίαν φέρουσαι. Μικρὸν γὰρ ὑποχωρησάντων Καρχηδονίων, ὁ Σκιπίων τοὺς κινδυνεύοντας ἐς αὐτὰς ἀνέλαβε. Καὶ Μαγκῖνον μὲν αὐτίκα ἐς Ῥώμην ἔπεμψε (καὶ γὰρ ἧκεν αὐτῷ Σέῤῥας ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν διάδοχος), αὐτὸς δ' οὐ μακρὰν τῆς Καρχηδόνος ἐστρατοπέδευεν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τῶν τειχῶν ἐς πέντε σταδίους προελθόντες, ἀντήγειραν αὐτῷ χάρακα. Καὶ αὐτοῖς ἐς τόνδε τὸν χάρακα ἀφίκοντο Ἀσδρούβας τε ὁ τῆς χώρας στρατηγὸς καὶ Βιθύας ὁ ἵππαρχος, ἑξακισχιλίους πεζοὺς ἄγοντες, καὶ ἱππέας ἐς χιλίους, χρόνῳ καὶ μελέτῃ γεγυμνασμένους.

CXV. Ὁ δὲ Σκιπίων, οὐδὲν εὔκοσμον ἐν τοῖς στρατιώταις ὁρῶν, οὐδὲ τεταγμένον, ἀλλ' ἐς ἀργίαν καὶ πλεονεξίαν καὶ ἁρπαγὰς ὑπὸ τοῦ Πίσωνος ἐπιτετραμμένους· ἄλλο τε πλῆθος αὐτοῖς συνόντας ἀγοραῖον, οἳ τῆς λείας χάριν ἑπόμενοι, τοῖς θρασυτέροις συνεξέτρεχον, ἐπὶ τὰς ἁρπαγὰς ἄνευ παραγγέλματος ἰοῦσι (τοῦ νόμου λειποστρατιώτην ἐν τοῖς πολέμοις ἡγουμένου τὸν ἀποχωροῦντα ποῤῥωτέρω σάλπιγγος ἀκοῆς)· ὅσα τε πταίσειαν οὗτοι, πάντα ἐς τὸν στρατηγὸν ἀναφερόμενα· καὶ ὅσα διαρπάσειαν, ἑτέρας ἔριδος αὐτοῖς κακῶν γιγνόμενα ἀρχάς· πολλοὶ γὰρ καὶ συσκήνων κατεφρόνουν διὰ τὰ κέρδη, καὶ ἐς ἀνόμους πληγὰς καὶ τραύματα καὶ ἀνδροφονίας ἐχώρουν. Ὧν αἰσθόμενος ὁ Σκιπίων, καὶ ἐλπιζόμενος οὔποτε κρατήσειν τῶν πολεμίων, εἰ μὴ τῶν ἰδίων κρατήσειε· συνήγαγεν ἐς ἐκκλησίαν αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς, ἐπέπληξεν ὧδε·

CXVI. « Ἐγὼ μεθ' ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, ὑπὸ Μανιλίῳ στρατηγῷ ταττόμενος, τῆς εὐπειθείας ἐν ὑμῖν μάρτυσιν ἔδωκα πεῖραν· ἣν νῦν ὑμᾶς αἰτῶ στρατηγῶν, κολάσαι μὲν ἐς ἔσχατον ἐξουσίαν ἔχων τοὺς ἀπειθοῦντας, ὠφέλιμον δ' ἡγούμενος προαγορεῦσαι. Ἴστε δὲ, ἃ πράττετε· καὶ τί με δεῖ λέγειν, ἃ αἰσχύνομαι; Λῃστεύετε μᾶλλον, ἢ πολεμεῖτε· καὶ διαδιδράσκετε, οὐ στρατοπεδεύετε· καὶ πανηγυρίζουσιν ὑπὸ τῶν κερδῶν, οὐ πολιορκοῦσιν, ἐοίκατε· καὶ τρυφᾶν ἐθέλετε, πολεμοῦντες ἔτι, οὐ νενικηκότες. Τοιγάρτοι τὰ τῶν πολεμίων ἐξ ἀέλπτου καὶ βραχέος, οὗ κατέλιπον, ἐς τοσοῦτον ἐπῆρτο δυνάμεως, καὶ ἡμῖν ὁ πόνος ἐκ τῆσδε τῆς ῥᾳστώνης γέγονε χαλεπώτερος. Τὰς δ' αἰτίας εἰ μὲν ἐν ὑμῖν οὔσας ἑώρων, εὐθὺς ἂν ἐκόλαζον· ἐπεὶ δ' ἀνατίθημι ἑτέρῳ, νῦν μὲν ὑμᾶς ἀφίημι τῶν μέχρι νῦν γεγονότων. Ἥκω δὲ οὐ λῃστεύ-

vigilia solvit, jussis militibus, ubi propius urbem accederent, recti starent in tabulatis, quo major numerus appareret hostibus. Mancinus, prima luce undique impugnatus a Carthaginiensibus, orbem fecit ex quingentis, quos solos armatos habuit, quo inclusit inermium tria millia. Jamque crebra vulnera vix sustinens, et in murum compulsus, in eo erat ut præceps deturbaretur; quum naves Scipionis in conspectum venere, formidabili impetu delatæ, et armatis militibus undique repletæ; non inexspectatæ illæ quidem Pœnis, qui a captivis præmoniti fuerant; Romanis vero nec opinatam salutem afferentes. Cedentibus enim paulisper Carthaginiensibus, periclitantes illos in naves recepit Scipio. Inde continuo Romam remisit Mancinum, cui jam successor Serranus, qui classi præesset, advenerat. Ipse Scipio non longe a Carthagine castra metatus est. Et Pœni, ad quintum stadium extra mœnia progressi, ex adverso Scipioni castra posuerunt: in quæ castra convenere Asdrubal, qui foris militiæ præerat, et Bithya præfectus equitum, cum sex millibus veteranorum peditum, et mille equitibus exercitatissimis.

CV. At Scipio videns corruptam militum disciplinam, sub Pisone assuetorum otio, rapinis et avaritiæ, mixtamque his circumforaneorum multitudinem, qui, prædæ causa castra sequentes, excurrere cum audacioribus, injussu ducum prædatum exeuntibus, consueverant; quum lex castrensis pro desertore habeat, si quis ulterius secedat, quam unde signorum cantus audiri queant: præterea intelligens, quidquid hi committant, imputari imperatori; res autem raptas fieri contentionum novarumque injuriarum materiam (nam multi propter lucra, contemtis contubernalibus, ad verbera, ad vulnera, ad cædes procedebant): hæc, inquam, animadvertens Scipio, et cogitans, numquam devicturum se hostes, ni suos in potestate habuerit; advocata concione pro tribunali, his verbis milites castigavit:

CXVI. « Ego vobiscum, Milites, sub Manilio imperatore militans, obedientiæ vobis testibus præbui specimen; quam nunc pro imperio a vobis postulo, potestatem habens animadvertendi extremo supplicio in contumaces, sed vos tamen præmonere ducens satius. Nostis autem ipsi, qualia sint quæ committitis; quæ me quidem vel profari pudet: latrocinia magis exercetis, quam bellum geritis; castrorum desertores, non custodes estis; et nundinatoribus, quam oppugnatoribus, estis similiores; deliciasque expetitis durante bello, ante victoriam. Propterea res hostium, præter spem, brevi quo abfui tempore, in tantum auctæ sunt; nobisque, per istam disciplinæ remissionem, labor redditus est tanto difficilior. Quam culpam, si viderem vestram esse, statim pœna sequeretur: nunc, quoniam in alium eam refero, remitto vobis errata præterita. Ego vero non

σων ἔγωγε, ἀλλὰ νικήσων· οὐδὲ χρηματιούμενος πρὸ τῆς νίκης, ἀλλὰ τοὺς ἐχθροὺς πρῶτον ἐξεργασόμενος. Ἄπιτε πάντες ἐκ τοῦ στρατοπέδου σήμερον, ὅσοι μὴ στρατεύεσθε, χωρὶς τῶν ἐπιτραπησομένων ὑπ' ἐμοῦ μένειν. Τοῖς δ' ἐξιοῦσιν οὐδ' ἐπανελθεῖν δίδωμι, πλὴν εἴ τις ἀγορὰν φέροι, καὶ ταύτην στρατιωτικήν τε καὶ ψιλήν. Ἔσται δὲ καὶ τούτοις χρόνος ὡρισμένος, ἐν ᾧ τὰ ὄντα διαθήσονται, καὶ τῆς πράσεως αὐτῶν ἐγὼ καὶ ὁ ταμίας ἐπιμελησόμεθα. Καὶ τάδε μὲν εἰρήσθω τοῖς περιττοῖς. Ὑμῖν δὲ, τοῖς ἐστρατευμένοις, ἓν ἔστω παράγγελμα κοινὸν ἐπὶ πᾶσιν ἔργοις, ὁ ἐμὸς τρόπος καὶ πόνος. Πρὸς γὰρ τόδε κατευθύνοντες αὐτοὺς, οὔτε προθυμίας ἁμαρτήσεσθε, οὔτε χάριτος ἀτυχήσετε. Χρὴ δὲ νῦν μὲν πονεῖν, ἐν ᾧ κινδυνεύομεν· τὰ δὲ κέρδη καὶ τὴν τρυφὴν ἐς τὸν πρέποντα καιρὸν ἀναθέσθαι. Ταῦτ' ἐγὼ προστάσσω, καὶ ὁ νόμος. Καὶ τοῖς μὲν εὐπειθῶς ἔχουσιν οἴσει πολλῶν ἀγαθῶν ἀμοιβήν· τοῖς δ' ἀπειθοῦσι, μετάνοιαν.»

CXVII. Ὁ μὲν δὴ Σκιπίων ταῦτ' εἶπε, καὶ εὐθὺς ἀπήλαυνε τὸ πλῆθος ἀνδρῶν ἀχρείων, καὶ σὺν αὐτοῖς ὅσα περιττὰ καὶ μάταια καὶ τρυφερὰ ἦν. Καθαροῦ δὲ τοῦ στρατοῦ γενομένου, καὶ περιδεοῦς, καὶ ἐς τὰ παραγγελλόμενα ὀξέος, ἀπεπείραζε τῶν καλουμένων Μεγάρων νυκτὸς μιᾶς διχῇ λανθάνων. Χωρίον δ' ἐστὶν εὐμέγεθες ἐν τῇ πόλει τὰ Μέγαρα, τῷ τείχει παρεζευγμένον· ἐς ὃ τῇ μὲν ἑτέρους περιέπεμπε, τῇ δ' αὐτὸς σὺν πελέκεσι καὶ κλίμαξι καὶ μοχλοῖς ἐβάδιζε σταδίους εἴκοσιν ἀψοφητὶ, μετὰ σιγῆς βαθυτάτης. Αἰσθήσεως δ' ἄνωθεν, ὅτε μαλιστ' ἐπλησίαζε, καὶ βοῆς ἀπὸ τειχῶν γενομένης, ἀντεβόησεν, αὐτός τε πρῶτος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ, καὶ οἱ ἐπὶ θάτερα ἀπεσταλμένοι, μέγιστον· ὡς τῷδε πρώτῳ τοὺς Καρχηδονίους καταπλαγῆναι, τοσούτων ἐχθρῶν ἐν πλευραῖς ἄφνω νυκτὸς ἐπιγενομένων. Κατὰ μὲν οὖν τὸ τεῖχος, οὐδὲν, καίπερ ἐπιχειρῶν, ἤνυεν. Ἐς δέ τινος ἰδιώτου πύργον ἔρημον, ἐκτὸς ὄντα τοῦ τείχους, καὶ τὸ ὕψος ἴσον ὄντα τῷ τείχει, νεανίας ἀνεβίβασεν εὐτόλμους· οἳ τοὺς ἐπὶ τῶν τειχῶν ἀκοντίοις ἀνέστελλον, ξύλα τε καὶ σανίδας ἐς τὸ διάστημα ἐπιθέντες, καὶ δι' αὐτῶν ἐς τὰ τείχη διαδραμόντες, καθήλαντο ἐς τὰ Μέγαρα· καὶ πυλίδα κόψαντες, ἐδέχοντο τὸν Σκιπίωνα. Ὁ δὲ εἰσῆλθε μὲν σὺν ἀνδράσι τετρακισχιλίοις· καὶ φυγὴ ταχεῖα τῶν Καρχηδονίων ἐς τὴν Βύρσαν ἦν, ὡς τῆς ἄλλης πόλεως ἁλούσης. Βοή τε ἐγίγνετο ποικίλη, καί τινων αἰχμαλωσία, καὶ θόρυβος· ὡς καὶ τοὺς ἔξω στρατοπεδεύοντας ἐκλιπεῖν τὸ χαράκωμα, καὶ ἐς τὴν Βύρσαν ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις ἀναδραμεῖν. Ὁ δὲ Σκιπίων (τὸ γὰρ χωρίον, τὰ Μέγαρα, ἐλαχανεύετο, καὶ φυτῶν ὡραίων ἔγεμεν, αἱμασιαῖς τε, καὶ θριγγοῖς βάτου καὶ ἄλλης ἀκάνθης, καὶ ὀχετοῖς βαθέσιν ὕδατος ποικίλοις τε καὶ σκολιοῖς, κατάπλεων ἦν) ἔδεισε, μὴ ἄβατον καὶ δυσχερὲς ᾖ στρατῷ διώκοντι, ἐν ἀγνωσίᾳ μάλιστα διόδων, καί τις ἐν νυκτὶ ἐνέδρα γένοιτο· ἀνεζεύγνυε δή.

CXVIII. Καὶ γενομένης ἡμέρας, ὁ Ἀσδρούβας,

ad latrocinandum, sed ad vincendum veni: nec ante victoriam pecunias exacturus, sed hostem prius debellaturus. Abite omnes e castris hoc ipso die, quotquot non militatis; præter eos, qui potestatem manendi a me acceperint. Neque ullum reverti volo, nisi qui commeatum afferat, eumque militarem ac simplicem. Verum et his tempus erit definitum, intra quod disponant res suas, quarum venditionem ego et quæstor curabimus. Et hoc quidem dictum sit supernumerariis! Vobis autem, Milites, unum ad omnia, quæ gerenda sunt, commune præceptum esto, meorum morum meæque industriæ exemplum. Ad quod ubi vos composueritis, nec studium vobis et alacritas deerit, neque gratia fructuque operum carebitis. Nunc vero laborandum est, dum urget periculum: lucra et deliciæ differantur in sua tempora. Hæc ego, hæc disciplina postulat. Et obedientes quidem magna præmia manent, contumaces pœnitentia.»

CXVII. Hæc locutus Scipio, continuo expulit inutilem omnem hominum turbam, ejecitque, quidquid supervacuum erat, et ad delicias magis, quam ad usum, faciebat. Atque sic repurgato exercitu, et ad mandata promte ac reverenter exsequenda composito, una nocte duobus locis, nec opinantibus hostibus, adortus est eam Carthaginis partem, quæ Megara vocabatur. Erant autem Megara regio in urbe perampla, mœnibus contigua. Circummissis igitur, qui hanc ab alia parte invaderent, ipse adversus aliam, per circuitum MMD passuum, cum dolabris, scalis, vectibusque, summo silentio, sine ullo strepitu profectus est. Ubi vero appropinquantem sensere dispositi per mœnia, conclamantibus illis, ipse statim cum suo exercitu, moxque et illi, qui ad alteram partem missi erant, immani strepitu reddiderunt clamorem. Qui primus terror Carthaginienses perculit, tot hostibus noctu repente ab utroque latere exortis. Sed mœnia quidem, quamvis magno conatu, superare non potuit. Cæterum privati civis turrim desertam, extra muros sitam, et his parem celsitudine, juvenes audaces jussit ascendere; qui, submotis jaculando propugnatoribus, injectis tignis tabulisque pontem faciunt, per quem in mœnia transcurrunt. Inde in Megara desiliunt, diffractaque porta Scipionem intromittunt. Qui postquam cum quatuor millibus introgressus est, celeriter Carthaginienses, tanquam capta urbe reliqua, intra Byrsam confugiunt. Jamque multiplex undique clamor, nonnullis etiam in hostium manus illapsis, exortus est: tantaque trepidatio fuit, ut illi etiam qui foris in castris erant, desertis castris, in arcem sese simul cum reliquis cursu reciperent. Sed quoniam Megara consita erant hortis et arbustis æstivos fructus ferentibus, distinctaque maceriis, et sepibus vivis ex rubo aliisque sentibus, et rivis multiplicibus, iisque profundis et flexuosis; Scipio, veritus ne difficile et periculosum esset militibus, hostem per ignotas viarum ambages persequi, neve nox occasionem daret insidiis, receptui cecinit.

CXVIII. Ubi lux rediit, Asdrubal indigne ferens aggres-

χαλεπῶς ἔχων τῆς ἐς τὰ Μέγαρα ἐπιχειρήσεως, ὅσα Ῥωμαίων εἶχεν αἰχμάλωτα, ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀγαγὼν, ὅθεν εὐσύνοπτα Ῥωμαίοις ἔμελλε τὰ δρώμενα ἔσεσθαι, τῶν μὲν ὀφθαλμοὺς, ἢ γλώττας, ἢ νεῦρα, ἢ αἰδοῖα σιδηρίοις ἐξεῖλκε καμπύλοις· τῶν δ' ὑπέτεμνε τὰ πέλματα, καὶ τοὺς δακτύλους ἐξέκοπτεν, ἢ τὸ δέρμα τοῦ λοιποῦ σώματος ἀπέσπα, καὶ πάντας ἔμπνους ἔτι κατεκρήμνιζεν· ἀδιάλλακτα τοῖς Καρχηδονίοις τὰ ἐς Ῥωμαίους ἐπινοῶν. Καὶ ὁ μὲν αὐτοὺς οὕτως ἠρέθιζε, τὴν σωτηρίαν ἔχειν ἐν μόνῃ τῇ μάχῃ. Περιέστη δ' αὐτῷ ἐς τὸ ἐναντίον ὧν ἐπενόει. Ὑπὸ γὰρ συνειδότος οἱ Καρχηδόνιοι τῶνδε τῶν ἀθεμίστων ἔργων, περιδεεῖς ἀντὶ προθύμων ἐγίγνοντο, καὶ τὸν Ἀσδρούβαν, ὡς καὶ τὴν συγγνώμην σφῶν ἀφῃρημένον, ἐμίσουν· καὶ μάλισθ' ἡ βουλὴ αὐτοῦ κατεβόα, ὡς ὠμὰ καὶ ὑπερήφανα δεδρακότος ἐν συμφοραῖς οἰκείαις τοσαῖσδε. Ὁ δὲ καὶ τῶν βουλευτῶν τινας ἔκτεινε συλλαμβάνων· καὶ ἐς πάντα ὢν ἤδη περιδεὴς, ἐς τυραννίδα μᾶλλον ἢ στρατηγίαν περιῆλθεν ὡς ἐν τῷδε μόνῳ τὸ ἀσφαλὲς ἕξων, εἰ φοβερὸς αὐτοῖς εἴη, καὶ δι' αὐτὸ καὶ δυσεπιχείρητος.

CXIX. Ὁ δὲ Σκιπίων τὸν μὲν χάρακα τῶν ἐχθρῶν, ὃν τῇ προτέρᾳ καταλελοίπεσαν ἐς τὸ ἄστυ φεύγοντες, ἐνέπρησεν· ὅλου δὲ τοῦ ἰσθμοῦ κρατῶν, διετάφρευεν αὐτὸν ἐκ θαλάσσης ἐπὶ θάλασσαν, ἀπέχων τῶν πολεμίων ὅσον ὁρμὴν βέλους. Οἱ δὲ ἐπέκειντο· καὶ ἦν αὐτῷ τὸ ἔργον ἐπὶ σταδίους τοῦ μετώπου πέντε καὶ εἴκοσιν, ἐργαζομένῳ τε ὁμοῦ καὶ μαχομένῳ. Ὡς δὲ αὐτῷ τοῦτ' ἐξετετέλεστο, ἑτέραν ὤρυσσε τάφρον ἴσην, οὐ πολὺ τῆς προτέρας διασχὼν, ἐς τὴν ἤπειρον ἀφορῶσαν. Δύο τε ἐπικαρσίας αὐταῖς ἑτέρας περιθεὶς, ὡς γενέσθαι τὸ ὅλον ὄρυγμα τετράγωνον, ἐσταύρωσε πάντα ξύλοις ὀξέσι. Καὶ ἐπὶ τοῖς σταυροῖς, τὰς μὲν ἄλλας τάφρους ἐχαράκωσε· τῇ δ' ἐς τὴν Καρχηδόνα ὁρώσῃ καὶ τεῖχος παρῳκοδόμησεν, ἐπὶ τοὺς πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους, ὕψος μὲν δυώδεκα ποδῶν, χωρὶς ἐπάλξεών τε καὶ πύργων, οἳ ἐκ διαστήματος ἐπέκειντο τῷ τείχει· τὸ δὲ βάθος ἐφ' ἥμισυ μάλιστα τοῦ ὕψους, ὁ δ' ἐν μέσῳ πύργος ὑψηλότατός τε ἦν, καὶ ἐπ' αὐτοῦ ξύλινος ἐπέκειτο τετρώροφος, ὅθεν καθεώρα τὰ γιγνόμενα ἐν τῇ πόλει. Ταῦτα δ' ἡμέραις εἴκοσι καὶ νυξὶν ἐργασάμενος, ὅλῳ τῷ στρατῷ πονοῦντι, καὶ παραλλὰξ ἐργαζομένῳ τε, καὶ πολεμοῦντι, καὶ σῖτον ἢ ὕπνον αἱρουμένῳ, τὴν στρατιὰν ἐσήγαγεν ἐς τόδε τὸ χαράκωμα.

CXX. Καὶ ἦν αὐτῷ τοῦτο, στρατόπεδόν τε ὁμοῦ, καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιτείχισμα ἐπίμηκες· ὅθεν ὁρμώμενος τὴν ἀγορὰν ἀφῃρεῖτο Καρχηδονίους, ὅση κατὰ γῆν αὐτοῖς ἐφέρετο. Ὅτι γὰρ μὴ τῷδε τῷ αὐχένι μόνῳ, τὰ λοιπὰ ἡ Καρχηδὼν περίκλυστος ἦν. Καὶ τοῦτο πρῶτον αὐτοῖς, καὶ μάλιστα, ἐγίγνετο λιμοῦ καὶ κακῶν αἴτιον. Ἅτε γὰρ τοῦ πλήθους παντὸς ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὴν πόλιν ἀνοικισαμένου, οὔτε προϊόντες πη, διὰ τὴν πολιορκίαν, οὔτε ξένων ἐμπόρων διὰ τὸν πόλεμον θαμινὰ ἐπιόντων· μόνῃ τῇ τῆς Λιβύης ἀγορᾷ χρώ-

sionem adversus Megara susceptam, quotquot ex Romanis captivos habebat, eos in mœnia productos, unde suis poterant esse conspicui, aut oculis, aut linguis, aut nervis, aut pudendis, mutilavit, aduncis ferris ad hoc supplicium adhibitis : aliorum succidit plantas, aliorum amputavit digitos, aut pellem detraxit toto corpore : atque omnes vivos præcipitavit de muro. Quod eo consilio fecit, ut Carthaginiensibus nullam spem pacis a Romanis impetrandæ relinqueret; incenderetque eorum animos, ut in solis armis salutem reponerent. At res illi in contrarium cessit. Nam Pœni, tam nefariorum facinorum sibi conscii, timidi potius, quam audaces, reddebantur, et Asdrubalem odio habebant, qui veniæ spem eis præciderat; ac præcipue senatus indignabatur, qui, eam immanitatem in alios insolentiamque intempestivam esse vociferabatur, in tantis his domesticis calamitatibus. At ille senatores etiam aliquot comprehensos occidit : jamque omnibus modis formidandus, tyranno quam prætori erat propior : in eo tantum securitatem collocans, si timeretur a populo; quem hoc ipso nihil facile contra sese tentaturum, confidebat.

CIX. Interim Scipio castra hostium, pridie deserta, quum in urbem fugerent, incendit : et universo isthmo potitus, fossam a mari ad mare perduxit, non ultra teli jactum ab urbe semotus. Et infestabat hostis : ut per spatium xxv stadiorum (quantum in fronte fossa patebat) dum faciunt opus, simul operi, simul pugnæ intentum esse militem oporteret. Ea fossa perfecta, parem aliam haud longo a priori intervallo ducit, quæ continentem spectabat. Hinc additis duabus transversis, ut totus ambitus quadrangulam haberet formam, omnia sudibus stipitibusque præacutis præsepit. His non contentus, reliquas fossas aggere etiam munit; ad illam autem, quæ spectabat Carthaginem, murum exstruxit, III millium passuum longitudine, altitudine pedum duodecim, exceptis propugnaculis ac turribus, quæ per intervalla eminebant : latitudo muri æquabat altitudinis dimidium. In medio muro turris erat lapidea altissima, cui alia turris lignea quatuor tabulatorum erat superstructa, unde prospicere, quid in urbe fieret, licebat. His operibus, totius exercitus labore (militibus per vices opus aut arma capessentibus, aut corpora curantibus), intra viginti dies noctesque absolutis, exercitum in ea castra introduxit Scipio.

CXX. Atque erant hæc simul castra Scipioni, simul adversus hostes prælongum munimentum; cujus commoditate commeatus omnes intercipiebat, qui a continenti Carthaginiensibus advehebantur : quoniam, hac cervice excepta, reliquum urbis mari alluebatur. Quod primum ac præcipuum famis malorumque fuit initium. Quum enim ex agris in urbem multitudo omnis demigrasset, neque vero naves foras usquam emitterent oppidani propter obsidionem, neque peregrini mercatores, belli metu territi, urbem multum frequentarent; frumentum, quod ex sola Africa erat omne com-

μενοι, μικρὰ μέν ποτε καὶ διὰ θαλάσσης, ὅτε ὡραῖον εἴη, τὰ πλέονα δὲ κατὰ τὴν γῆν ἐπεκομίζοντο. Ἀφῃρημένοι δὲ τότε τὴν ἐκ τῆς γῆς κομιδὴν, ἐπιπόνως ᾔσθοντο τοῦ λιμοῦ. Βιθύας τε, ὅσπερ ἵππαρχος ἦν αὐτοῖς, καὶ ἐπέμπετο ἐπὶ σῖτον ἐκ πολλοῦ, προσελθεῖν μὲν ἢ βιάσασθαι τὸ χαράκωμα τοῦ Σκιπίωνος οὐκ ἐτόλμα· περιφέρων δὲ τὴν ἀγορὰν ἐς τὰ πόρρω διὰ μακροῦ, ναυσὶν ἐσέπεμπεν, ἐφορμουσῶν μὲν τῇ Καρχηδόνι νεῶν τοῦ Σκιπίωνος· ἀλλ' οὔτε διηνεκῶς, οὔτε πυκναὶ συνειστήκεσαν, ὡς ἐν ἀλιμένῳ καὶ περικρήμνῳ θαλάσσῃ· παρά τε τὴν πόλιν αὐτὴν οὐκ ἐδύναντο ἀνακωχεύειν, τῶν Καρχηδονίων τοῖς τείχεσιν ἐφεστώτων, καὶ τοῦ κύματος ἐκεῖ μάλιστα διὰ τὰς πέτρας ταρασσομένου. Ὅθεν αἱ φορτίδες αἱ Βιθύου, καὶ εἴ τις ἄλλος ἔμπορος ὑπὸ κέρδους ἐθελοκινδύνως ἠπείγετο, φυλάσσοντες ἄνεμον ἐκ πόντου πολὺν, πεπετασμένοις τοῖς ἱστίοις διέθεον· ἀδυνάτων οὐσῶν ἔτι τῶν τριήρων ὁλκάδας φερομένας ἱστίῳ καὶ πνεύματι διώκειν. Σπανίως μὲν οὖν ἐγίγνετο, καὶ μόνον ὅτε βίαιον εἴη πνεῦμα ἐκ πόντου. Καὶ ταῦτα δ', ὅσα φέροιεν αἱ νῆες, Ἀσδρούβας τρισμυρίοις ἀνδράσι μόνοις διένεμεν, οὓς ἐς μάχην ἐπιλέλεκτο, καὶ τοῦ ἄλλου πλήθους κατεφρόνει· ὅθεν ἐμόχθουν μάλιστα ὑπὸ τοῦ λιμοῦ.

CXXI. Καὶ ὁ Σκιπίων αἰσθανόμενος, ἐπενόει τὸν ἔσπλουν αὐτοῖς τοῦ λιμένος, ἐς δύσιν τε ἀφορῶντα, καὶ οὐ πάνυ πόρρω τῆς γῆς ὄντα, ἀποκλεῖσαι. Χῶμα οὖν ἐς τὴν θάλασσαν ἔχου μακρὸν, ἀρχόμενος μὲν ἀπὸ τῆς ταινίας, ἣ μεταξὺ τῆς λίμνης οὖσα καὶ τῆς θαλάσσης, γλῶσσα ἐκαλεῖτο, προϊὼν δ' ἐς τὸ πέλαγος, καὶ εὐθύνων ἐπὶ τὸν ἔσπλουν. Ἔχου δὲ λίθοις τε μεγάλοις καὶ πυκνοῖς, ἵνα μὴ ὑπὸ τοῦ κλύδωνος διαφθείροιντο. Καὶ πλάτος τοῦ χώματος, τὸ μὲν ἄνω, τεσσάρων καὶ εἴκοσι ποδῶν· τὸ δ' ἐς τὸν βυθὸν, καὶ τετραπλάσιον ἦν. Τοῖς δὲ Καρχηδονίοις, ἀρχομένου μὲν τοῦδε τοῦ ἔργου, καταφρόνησις ἦν, ὡς χρονίου τε καὶ μακροῦ, καὶ ἴσως ἀδυνάτου· προϊόντος δὲ, σὺν ἐπείξει τοσοῦδε στρατοῦ, μήτε ἡμέραν ἐκλείποντος ἐπὶ τοῖς ἔργοις, μήτε νύκτα, ἔδεισαν· καὶ στόμα ἕτερον ἐπὶ θάτερα τοῦ λιμένος ὤρυσσον ἐς μέσον τὸ πέλαγος, οἷ μηδὲν χῶμα προελθεῖν ἐδύνατο ὑπὸ βάθους τε καὶ πνευμάτων ἀγριωτέρων. Διώρυσσον δ' ἅμα γυναιξὶ καὶ παισὶν, ἔνδοθεν ἀρχόμενοι, καὶ πάνυ λανθάνοντες· ἅμα δὲ καὶ ναῦς ἐξ ὕλης παλαιᾶς ἐναυπήγουν, πεντήρεις τε καὶ τριήρεις, οὐδὲν ὑπολείποντες εὐψυχίας τε καὶ τόλμης. Οὕτω δ' ἅπαντα ἐπέκρυπτον, ὡς μήτε τοὺς αἰχμαλώτους ἔχειν τι τῷ Σκιπίωνι σαφὲς εἰπεῖν, ἀλλὰ κτύπον μὲν ἐν τοῖς λιμέσιν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς εἶναι πολὺν ἀπαύστως· τὴν δὲ χρείαν οὐκ εἰδέναι. Μέχρι γε δὴ πάντων ἑτοίμων γενομένων οἱ Καρχηδόνιοι τὸ στόμα ἀνέῳξαν περὶ ἕω, καὶ ναυσὶ πεντήκοντα μὲν τριηρετικαῖς, κερκούροις δὲ καὶ μυοπάρωσι καὶ ἄλλοις βραχυτέροις πολλοῖς, ἐξέπλεον, ἐς κατάπληξιν ἐσκευασμένοις φοβερῶς.

CXXII. Ῥωμαίους δὲ τό τε στόμα ἄφνω γενόμενον, καὶ ὁ στόλος ἐπὶ τῷ στόματι, ἐς τοσόνδε κατέπληξεν,

parandum, mari quidem parce ac raro, prout favebat tempestas, maximam vero partem terrestri itinere in urbem illis adhuc fuerat advectum. Quæ via postquam nunc eis obsepta est, graviter persentiscere famem Pœni cœperunt. Et Bithya, præfectus equitum, qui ad frumentandum pridem emissus erat, perrumpere Scipionis castra, aut omnino propius accedere, non est ausus: sed longo circuitu ad mare devectum frumentum navibus Carthaginem mittebat. Et in statione quidem prope urbem insidiabantur naves Romanæ: sed hæ nec continue ibi, nec densæ stabant, ut in importuoso et rupibus infesto mari; nec poterant fluitare propius, stantibus Pœnis supra mœnia, et fluctibus ibi maxime propter saxa sævientibus. Ita fiebat, ut naves onerariæ Bithyæ, et si quis cupidus negotiator lucri causa contemnebat periculum, observato vento, quoties a mari flaret vehementior, plenis velis pervaderent; tutæ a triremibus, quæ cursum earum æquare non poterant. Sed occasio hæc raro se offerebat, nec nisi quum a mari ventus perflabat vehementior. Et hos maritimos commeatus Asdrubal distribuebat solis triginta millibus virorum, quos ad militiam selegerat: reliquam multitudinem contemnebat, quæ maxime fame laborabat.

CXXI. Id ubi sensit Scipio, instituit claudere fauces portus, ad occidentem spectantes, et non longe admodum remotas a littore. Igitur longum aggerem produxit in mare; incipiens ab ea lingua, quæ inter stagnum et mare erat interjecta, et per altum recta versus ostium portus protendens; dejectis et constipatis saxis prægrandibus, ne fluctibus cederent. Erat autem aggeris latitudo viginti quatuor pedum in superficie, in fundo vero quadrupla. Id opus initio ridebant Pœni; contemnentes, ut tarde aut fortasse nunquam absolvendum. Sed quum totus exercitus certatim conferret operas, non interdiu, non noctu laborem intermittendo, tandem territi, aggressi sunt diversa portus parte, quæ medium in mare spectabat, fodiendo aperire ostium aliud, quo nullus agger proferri poterat propter maris altitudinem et vim ventorum sævientium. Fodiebant autem una cum mulieribus et pueris, intus incipientes, et occulte versantes in opere. Simulque triremes ac quinqueremes ædificabant e materia veteri; et admirabili studio audaciaque cuncta administrabant. Atque adeo celabant omnia, ut ne captivi quidem possent Scipioni quidquam certi dicere; nisi, strepitum in portubus esse die nocteque continuum; cæterum, in quem usum, se nescire. Tandem apparatis jam rebus omnibus, Carthaginienses circa diluculum aperuerunt novum portus ostium, et eruperunt cum triremibus, cercuris vero ac myoparonibus et aliis minoribus navigiis permultis, ad terrorem ornatis egregie.

CXXII. Romanos novum ostium repente apertum, et classis inde erumpens, adeo terruit, ut Pœni, si continuo

ὡς τοὺς Καρχηδονίους, εἰ αὐτίκα ταῖς ναυσὶ ταῖς Ῥωμαίων ἐπέθεντο, ἠμελημέναις τε ὡς ἐν τειχομαχίᾳ, καὶ οὐδενὸς ναύτου παρόντος οὐδ' ἐρέτου, ὅλου ἂν τοῦ ναυστάθμου κρατῆσαι. Νῦν οὖν (ἁλῶναι γὰρ ἔδει Καρχηδόνα) τότε μὲν ἐς μόνην ἐπίδειξιν ἐπέπλευσαν, καὶ σοβαρῶς ἐπιτωθάσαντες ἀνέστρεφον. Τρίτῃ δ' ἡμέρᾳ μετὰ τοῦτο ἐς ναυμαχίαν καθίσταντο· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι, τάς τε ναῦς καὶ τἄλλα εὐτρεπισάμενοι, ἀντανήγοντο. Βοῆς δὲ καὶ παρακελεύσεως ἑκατέρωθεν γενομένης, καὶ προθυμίας ἐρετῶν τε καὶ κυβερνητῶν καὶ τῶν ἐπιβατῶν, ὡς ἐν τῷδε λοιπῷ Καρχηδονίοις μὲν τῆς σωτηρίας οὔσης, Ῥωμαίοις δὲ τῆς νίκης ἐντελοῦς· πληγαί τε πολλαὶ καὶ τραύματα ποικίλα ἐγίγνετο παρ' ἀμφοῖν, μέχρι μέσης ἡμέρας. Ἐν δὲ τῷ πόνῳ τὰ σκάφη τῶν Λιβύων τὰ σμικρὰ ταῖς Ῥωμαϊκαῖς ναυσὶ, μεγάλαις οὔσαις, ἐς τοὺς ταρσοὺς ὑποτρέχοντα, διετίτρη πρύμνας, καὶ ἐξέκοπτε πηδάλια καὶ κώπας· καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ποικίλα ἐλύπει, εὐμαρῶς τε ὑποφεύγοντα, καὶ εὐμαρῶς ἐπιπλέοντα. Ἀκρίτου δ' ἔτι τῆς ναυμαχίας οὔσης, καὶ τῆς ἡμέρας ἐς δείλην τρεπομένης, ἔδοξε τοῖς Καρχηδονίοις ὑποχωρεῖν, οὔ τι κατὰ ἧτταν, ἀλλ' ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ὑπερτιθεμένοις.

CXXIII. Καὶ αὐτῶν τὰ σκάφη τὰ βραχύτερα προύφευγε, καὶ τὸν ἔσπλουν προλαβόντα, ἐς ἄλληλα ὠθεῖτο ὑπὸ τοῦ πλήθους, καὶ τὸ στόμα βύζην ἀπέκλειεν. Ὅθεν αἱ μείζους ἐπανιοῦσαι, τὸν ἔσπλουν ἀφῄρηντο· καὶ ἐς τὸ χῶμα κατέφυγον, ὃ πρὸ τοῦ τείχους εὐρύχωρον ἐμπόροις ἐς διάθεσιν φορτίων ἐγεγένητο ἐκ πολλοῦ· καὶ παρατείχισμα ἐπ' αὐτοῦ βραχὺ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐπεποίητο, ἵνα μὴ ὡς ἐν εὐρυχώρῳ στρατοπεδεύσειάν ποτε οἱ πολέμιοι. Ἐς μὲν δὴ τόδε τὸ χῶμα αἱ νῆες αἱ τῶν Καρχηδονίων, ἀπορίᾳ λιμένος, καταφυγοῦσαι, μετωπηδὸν ὡρμίσαντο· καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐπιπλέοντας οἱ μὲν ἀπ' αὐτῶν τῶν νεῶν, οἱ δ' ἀπὸ τοῦ χώματος, οἱ δ' ἐκ τοῦ διατειχίσματος, ἀπεμάχοντο. Ῥωμαίοις δὲ ὁ μὲν ἐπίπλους ἦν ῥᾴδιος, καὶ τὸ μάχεσθαι ναυσὶν ἑστώσαις εὐμαρές· αἱ δ' ἀναχωρήσεις δι' ἀναστροφὴν τῶν νεῶν, μακρῶν οὐσῶν, βραδεῖαί τε καὶ δυσχερεῖς ἐπεγίγνοντο· ὅθεν ἀντέπασχον ἐν τῷδε τὰ ὅμοια. Ὅτε γὰρ ἐπιστρέφοιντο ἐπλήσσοντο ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων ἐπιπλεόντων. Μέχρι νῆες Σιδητῶν πέντε, αἳ φιλίᾳ Σκιπίωνος εἵποντο, τὰς μὲν ἀγκύρας καθῆκαν ἐκ πολλοῦ διαστήματος ἐς τὸ πέλαγος, ἀψάμεναι δ' ἀπ' αὐτῶν κάλους μακροὺς, εἰρεσίᾳ τοῖς Καρχηδονίοις ἐπέπλεον, καὶ ὅτε ἐγχρίμψειαν, ὑπεχώρουν, τοὺς κάλους ἐπισπώμεναι κατὰ πρύμναν· αὖθίς τε ῥοθίῳ καταπλέουσαι, πάλιν ἀνήγοντο κατὰ πρύμναν. Τότε γὰρ ὁ στόλος ἅπας, τὸν νοῦν τῶν Σιδητῶν ὁρῶντές τε καὶ μιμούμενοι, πολλὰ τοὺς ἐχθροὺς ἔβλαπτον. Καὶ τὸ ἔργον ἐς νύκτα ἐτελεύτα· καὶ ἐς τὴν πόλιν διέφυγον αἱ τῶν Καρχηδονίων νῆες, ὅσαι γε ἔτι ἦσαν ὑπόλοιποι.

CXXIV. Σκιπίων δὲ, γενομένης ἡμέρας, ἐπεχείρει τῷ χώματι· καὶ γὰρ ἦν εὔκαιρον ἐπιτείχισμα τοῦ λιμένος. Κριοῖς οὖν τὸ παρατείχισμα τύπτων, καὶ μηχα-

classem Romanam aggressi essent, neglectam, absentibus et ad oppugnationem versis cum sociis navalibus, tum remigibus, facile tota nautica castra potuerint in suam potestatem redigere. Nunc, quia fatale erat deleri Carthaginem, contenti ostentatione insultationeque superba, in portum reverterunt. Tertia vero die naves provexerunt ad prælium; et Romani, navibus interim rebusque omnibus rite instructis, contra sunt egressi. Concurrerunt igitur classes, magnis utrinque hortantium clamoribus, et remigum simul ac gubernatorum militumque acerrimis studiis; dum in eo certamine Pœni reliquam spem salutis ponunt, Romani autem de suprema manu imponenda victoriæ agi arbitrantur. Itaque multi ultro citroque ictus, multa vulnera, ad mediam usque diem, inferuntur. Et inter pugnam navigia Pœnorum, subeuntia Romanas naves, quæ majores erant, nunc perforando puppes, nunc gubernacula remosve detergendo, aliisque variis modis, eas mulctabant; pari agilitate suffugientia atque rursus incursantia. Quumque dubio Marte certatum esset usque ad vesperam, visum est Carthaginiensibus retrocedere; non tanquam victi essent, sed quod certamen differre mallent in crastinum.

CXXIII. Dum vero ex prælio se recipiunt Pœni, minora illorum navigia celeriori fuga occuparunt ostium portus, et, constipata præ multitudine, refertum ostium occluserunt; adeo ut majoribus redeuntibus non pateret in portum introitus. Refugerunt igitur hæ ad aggerem, qui ante mœnia, satis spatiosus, jam olim ad exponenda mercatorum onera exstructus fuerat; et cui parvum munimentum hujus belli tempore fuit additum, ne quando locus hic propter amplitudinem occuparetur ab hostibus. Ad eum aggerem ubi naves Pœnorum, portu exclusæ, sese applicuere, steterunt rostris in hostes obversis : et incurrentium Romanorum impetum, alii ex ipsis navibus pugnantes, alii ex aggere, alii e munimento, a margine aggeris paululum remoto, excipiebant. Romanis vero expeditus quidem erat incursus, nec difficile fuit pugnare cum navibus stantibus : sed, quoties se recipere vellent, quum naves eorum propter longitudinem circumagerentur tardius, tantumdem accipiebant damni, quantum dederant : nam dum avertebantur, obnoxia fiebant Punicarum incurrentium ictibus. Sed v naves Sidetarum, quæ inter auxilia Scipionis erant, ancoris, quas longissimis rudentibus religaverant, ex longo intervallo in altum jactis, in Punicas naves invehebantur remigio, et inflicta plaga rudentem a puppi legebant; rursumque repetito impetu, eodem modo in puppim retrocedebant. Id Sidetarum commentum ubi animadverterunt Romani, mox tota classis imitata est, et multum damni intulit hostibus. Postquam nox diremit prælium, naves Carthaginienses, quæ quidem superfuere, in urbem transfugerunt.

CXXIV. Postridie mane aggerem illum adortus est Scipio; quod esset locus ad portum infestandum idoneus. Admotis igitur multis machinis, et arietibus in munimentum impul-

νήματα πολλὰ ἐπάγων, μέρος αὐτοῦ κατέβαλεν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, καίπερ ὑπὸ λιμοῦ καὶ κακώσεως ποικίλης ἐνοχλούμενοι, νυκτὸς ἐξέδραμον ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων μηχανήματα· οὐ κατὰ γῆν (οὐ γὰρ ἦν δίοδος), οὐδὲ ναυσίν (ἁλιτενὴς γὰρ ἦν ἡ θάλασσα)· ἀλλὰ γυμνοὶ δᾷδας ἔφερον, οὐχ ἡμμένας, ἵνα μὴ μακρόθεν εἶεν καταφανεῖς· ἐς δὲ τὴν θάλασσαν ἐμβάντες, ᾗ μή τις ἂν προσεδόκησεν, οἱ μὲν ἄχρι τῶν μαστῶν βρεχόμενοι διεβάδιζον, οἱ δὲ καὶ διένεον· ἕως ἐπὶ τὰ μηχανήματα ἐλθόντες, ἐξῆψαν τὸ πῦρ, καὶ κατάφωροι γενόμενοι, πολλὰ μὲν ἔπαθον, ἅτε γυμνοὶ, τιτρωσκόμενοι, πολλὰ δ' ἀντέδρασαν ὑπὸ τόλμης· οἳ καὶ τὰς ἀκίδας τῶν βελῶν καὶ τὰς αἰχμὰς ἐν στέρνοις καὶ ὄψεσι φέροντες οὐκ ἀνίεσαν, ὥσπερ θηρία ταῖς πληγαῖς ἐγκείμενοι· μέχρι τὰ μηχανήματα ἐνέπρησαν, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐτρέψαντο θορυβουμένους. Ἔκπληξίς τε καὶ τάραχος ἦν ἀνὰ ὅλον τὸ στρατόπεδον, καὶ φόβος οἷος οὐ πρὶν, ὑπὸ μανίας γυμνῶν πολεμίων. Ὥστε δείσας ὁ Σκιπίων, μετὰ ἱππέων ἔξω περιέθει, καὶ τοὺς οἰκείους, εἰ μὴ λήξαιεν τῆς φυγῆς, ἐκέλευε βάλλειν. Ἔστι δὲ οὓς ἔβαλε καὶ ἀπέκτεινεν· ἕως οἱ πλείους διεσώθησαν ἐς τὸ στρατόπεδον ὑπ' ἀνάγκης· καὶ διενυκτέρευσαν ἔνοπλοι, τὴν ἀπόγνωσιν τῶν ἐχθρῶν δεδιότες. Οἱ δὲ, τὰς μηχανὰς ἐμπρήσαντες, ἐξένεον αὖθις ἐς τὰ οἰκεῖα.

CXXV. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ, Καρχηδόνιοι μὲν, οὐκ ἐνοχλουσῶν σφᾶς ἔτι μηχανῶν πολεμίων, τὸ διαπεπτωκὸς τοῦ διατειχίσματος ᾠκοδόμουν, καὶ πύργους ἐν αὐτῷ πολλοὺς ἐποίουν ἐκ διαστήματος. Ῥωμαῖοι δ' ἑτέρας ἐργασάμενοι μηχανὰς, χώματα ἤγειρον ἀντιμέτωπα τοῖς πύργοις· δᾷδά τε συγκεκομμένην, καὶ θεῖον, ἐν κώθωσι, καὶ πίσσαν, ἐπ' αὐτοὺς ἐσφενδόνων· καὶ ἔστιν οὓς τῶν πύργων ἐνεπίμπρασαν, καὶ τοὺς Καρχηδονίους φεύγοντας ἐδίωκον. Ὀλισθηρὸς δ' ἦν ὁ δρόμος, ὑφ' αἵματος πεπηγότος ὑπογύου τε καὶ πολλοῦ· ὥστε τῶν φευγόντων ἀπελίποντο ἄκοντες. Ὁ δὲ Σκιπίων, τοῦ χώματος ὅλου κατασχὼν, ἀπετάφρευεν αὐτὸ, καὶ τεῖχος ἤγειρεν ἐκ πλίνθων, οὔτε κολοβώτερον τοῦ τῶν πολεμίων, οὔτ' ἐκ μακροῦ διαστήματος αὐτῶν. Ὡς δ' ἐξείργαστο αὐτῷ καὶ τὸ τεῖχος, τετρακισχιλίους ἐς αὐτὸ ἔπεμπεν, ἐπαφιέναι τοῖς ἐχθροῖς βέλη τε καὶ ἀκόντια σὺν καταφρονήσει. Οἱ δὲ, ἰσομέτωποι γενόμενοι, ἔβαλλον αὐτοὺς ἐπιτυχῶς. Καὶ τὸ θέρος ἐς ταῦτα ἀνάλώθη.

CXXVI. Χειμῶνος δ' ἀρχομένου, τὴν ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Καρχηδονίων δύναμίν τε καὶ συμμάχους ὁ Σκιπίων ἔγνω προκαθελεῖν, ὅθεν αὐτοῖς ἀγορὰ διεπέμπετο. Περιπέμψας οὖν ἑτέρωσε ἑτέρους, αὐτὸς ἐς Νέφεριν ἐπὶ Διογένη, τὸν μετὰ Ἀσδρούβαν φρουροῦντα τὴν Νέφεριν, ἠπείγετο διὰ τῆς λίμνης, καὶ Γάϊον Λαίλιον κατὰ γῆν περιέπεμπεν. Ὡς δὲ ἀφίκετο, δύο σταδίους ἀποσχὼν τοῦ Διογένους ἐστρατοπέδευε· καὶ Γολόσσην καταλιπὼν ἐγχειρεῖν ἀπαύστως τῷ Διογένει, αὐτὸς ἐπὶ Καρχηδόνος ἠπείγετο· ὅθεν ἐς Νέφερίν τε καὶ Καρχηδόνα διετρόχαζεν, ἐς τὰ γιγνόμενα ἐφορῶν. Δύο δὲ τοῦ Διο-

sis jam partem ejus straverat ruina. At Pœni, quamvis fame variisque molestiis confecti, noctu excurrerunt tamen in Romanorum machinas : non per terram, quia transitus ibi non erat; nec navibus, erat enim mare ea parte vadosum : sed, qua parte nemo exspectarat, mare ingressi sunt nudi, tedas ferentes non accensas, ne e longinquo essent conspicui; atque sic alii vadis, summo tantum pectore aqua exstantes, alii nando, transierunt. Tandem ubi ad machinas ventum est, accenso igne, jam conspicui, multa quidem, utpote nudi, acceperunt vulnera; sed neque minora incommoda hostibus præ ferocia intulerunt. Quippe spiculis et cuspidibus telorum confixi facies ac pectora, non tamen remittebant impetum; sed more ferarum in vulnera ruebant, donec incenderunt machinas, Romanosque territos in fugam verterunt. Ac trepidatio et consternatio, metusque, quantus nunquam antea, tota castra ad conspectum nudi ac furentis hostis invasit. Itaque timens suis Scipio circumequitabat ea cum turmalibus, quos configere commilitones, ni fugam sisterent, jussit : et confixis etiam nonnullis interfectisque, reliquos in castra redire coegit; qui deinde totam eam noctem in armis transegerunt. Tantum terroris furor desperatorum hostium intulerat. Illi vero, machinis incensis, natatu domum reversi sunt.

CXXV. Ubi dies illuxit, Pœni, jam metu hostilium machinarum soluti, instaurabant partem antemuralis dirutam, addendo multas turres certis interstitiis. Romani vero, fabricatis aliis machinis, aggeres excitabant ex adverso turrium : e quibus cupas assulis tedæ et sulphure piceque refertas jaculabantur in turres : incenderuntque nonnullas, et Pœnos fusos persequebantur. Erat autem solum, qua currebant, concreto cruore, qui recens ibi magna copia effusus fuerat, lubricum; quo fiebat, ut a fugientibus desistere inviti cogerentur. Scipio vero toto aggere occupato, fossa eum muniit, et muro lateritio, pari cum hostium mœnibus altitudine, nec longo ab his intervallo. Quo muro etiam perfecto, quatuor millia leviter armatorum ibi in præsidio posuit, qui telis et jaculis hostem, a quo non multum porro timendum erat, arcerent : neque illis irritus telorum jactus erat, ex pari cum hoste altitudine depugnantibus. Atque inter hæc æstas consumta est.

CXXVI. Ineunte autem hieme, Scipio statuit Carthaginiensium copias et auxilia quæ foris habebant, primum tollere, unde illis commeatus submittebantur. Dimissis igitur aliis alio ducibus, Nepherim contra Diogenem, qui post Asdrubalem oppidum illud tuebatur, ipse per stagnum navibus profectus est, C. Lælio terrestri itinere circummisso. Quo postquam pervenit, castra duobus stadiis a Diogene remota posuit : et ibi relicto Gulussa [*vel* Lælio], qui continuo instaret Diogeni, ipse rursus properavit Carthaginem; subinde deinc ultro citroque cursitans, ut quæ gererentur cuncta inspiceret. Quumque in munitissimis a fronte ea

γένους μεσοπυργίων καταπεσόντων, ἧκεν ὁ Σκιπίων, καὶ χιλίους ἐπιλέκτους ὄπισθεν τοῦ Διογένους ἐνεδρεύσας, ἑτέροις ἐκ μετώπου τρισχιλίοις, ἀριστίνδην καὶ τοῖσδε ἐπιλεγομένοις, ἐπέβαινεν ἐπὶ τὰ πεπτωκότα τῶν μεσοπυργίων· οὐκ ἀθρόους ἀναβιβάζων, ἀλλὰ κατὰ μέρη πυκνοὺς ἐπ' ἀλλήλοις· ἵνα μηδὲ βιασθέντες οἱ πρῶτοι φυγεῖν δύναιντο, διὰ τοὺς ἑπομένους. Πολλῆς δὲ βοῆς οὔσης καὶ πόνου, καὶ τῶν Λιβύων ἐς ταῦτα ἐπεστραμμένων, οἱ χίλιοι, καθάπερ αὐτοῖς προείρητο, οὐδενὸς ἐς αὐτοὺς ἀποβλέποντος, οὐδ' ὑπονοοῦντος, ἐνέπεσον εἰς τὸ χαράκωμα εὐτόλμως, καὶ διέσπων αὐτὸ καὶ ὑπερέβαινον. Καὶ τῶν πρώτων ἔνδον γενομένων, αἴσθησις ἐγίγνετο ταχεῖα· καὶ ἔφευγον οἱ Λίβυες, οὐχ ὅσους ἑώρων, ἀλλὰ πολὺ πλέονας, ἡγούμενοι τοὺς ἐπελθόντας εἶναι. Γολόσσης δ' αὐτοὺς ἐπιτρέχων σὺν Νομάσι πολλοῖς καὶ ἐλέφασι, πολὺν εἰργάζετο φόνον· ὡς ἀπολέσθαι μὲν ἐς ἑπτακισμυρίους σὺν τοῖς ἀχρείοις, ἁλῶναι δ' ἐς μυρίους, διαφυγεῖν δ' ἀμφὶ τοὺς τετρακισχιλίους. Ἑάλω δὲ καὶ ἡ πόλις ἡ Νέφερις ἐπὶ τῷ στρατοπέδῳ, δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέραις ἄλλαις πολιορκηθεῖσα πρὸς τοῦ Σκιπίωνος πάνυ κακοπαθῶς, ἐν χειμῶνι, καὶ ψυχρῷ χωρίῳ. Τὸ δὲ ἔργον τόδε μάλιστα συνήνεγκεν ἐς τὴν τῆς Καρχηδόνος ἅλωσιν. Ἧδε γὰρ ἡ στρατιὰ τὴν ἀγορὰν αὐτοῖς διεπόρθμευε, καὶ ἐς τόδε τὸ στρατόπεδον Λίβυες ἀφορῶντες ἐθάρρουν. Τότε δ' αὐτοῦ ληφθέντος, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς Λιβύης χωρία τοῖς στρατηγοῖς Σκιπίωνος προσεχώρει, ἢ οὐ δυσχερῶς ἐλαμβάνετο. Ἥ τε ἀγορὰ τοὺς Καρχηδονίους ἐπέλιπε, καὶ οὐδὲν οὔτ' ἐκ Λιβύης, ἀλλοτρίας ἤδη γενομένης, οὔτ' ἀλλαχόθεν αὐτοῖς καταπλεῖν ἐδύνατο, διά τε τὸν πόλεμον αὐτὸν, καὶ τὴν ὥραν χειμέριον οὖσαν.

CXXVII. Ἀρχομένου δ' ἔαρος, ὁ μὲν Σκιπίων ἐπεχείρει τῇ τε Βύρσῃ, καὶ τῶν λιμένων τῷ καλουμένῳ Κώθωνι. Ὁ δὲ Ἀσδρούβας νυκτὸς ἐνεπίμπρη τὸ μέρος τοῦ Κώθωνος τὸ τετράγωνον· ἐλπίσας δ' ἔτι τὸν Σκιπίωνα ἐπιθήσεσθαι, καὶ πρὸς τόδε τῶν Καρχηδονίων ἐπεστραμμένων· ἔλαθε Λαίλιος ἐπὶ θάτερα τοῦ Κώθωνος ἐς τὸ περιφερὲς αὐτοῦ μέρος ἀνελθών. Βοῆς δ' ὡς ἐπὶ νίκῃ γενομένης, οἱ μὲν ἔδεισαν, οἱ δὲ πανταχόθεν ἤδη, καταφρονοῦντες, ἐβιάζοντο τὴν ἀνάβασιν, ξύλα καὶ μηχανήματα καὶ σανίδας ἐπιτιθέντες ἐπὶ τὰ διαστήματα, ἀσθενῶν τὰ σώματα τῶν φυλάκων ὑπὸ τοῦ λιμοῦ γεγονότων, καὶ ταῖς γνώμαις ἀπαγορευόντων. Ληφθέντος δὲ τοῦ περὶ τὸν Κώθωνα τείχους, τὴν ἀγορὰν ἐγγὺς οὖσαν ὁ Σκιπίων κατέλαβεν. Οὐδέν τε, ὡς ἐν ἑσπέρᾳ, πλέον ἔτι δυνάμενος, ἐν τοῖς ὅπλοις διενυκτέρευσε μεθ' ἁπάντων. Ἀρχομένης δὲ τῆς ἡμέρας, ἑτέρους ἀκμῆτας ἐκάλει τετρακισχιλίους· οἱ ἐσιόντες ἱερὸν Ἀπόλλωνος, οὗ τό τε ἄγαλμα κατάχρυσον ἦν, καὶ σῶμα αὐτῷ χρυσήλατον ἀπὸ χιλίων ταλάντων σταθμοῦ περιέκειτο, ἐσύλων, καὶ ταῖς μαχαίραις ἔκοπτον, ἀμελήσαντες τῶν ἐφεστώτων, ἕως ἐμερίσαντο· καὶ ἐπὶ τὸ ἔργον ἐτράποντο.

CXXVIII. Σκιπίωνι δ' ἦν μὲν ἐπὶ τὴν Βύρσαν ἡ

stris Diogenis jam duobus locis tantum muri, quantum inter duas turres intererat, ruina esset prostratum, adveniens Scipio mille selectos aversa parte locavit in insidiis, ipse a fronte cum tribus millibus pariter ex fortissimis selectorum per ruinas muri ascendebat; non universos simul adducens, sed in plura quædam densa agmina divisos, quæ ita sese consequebantur, ut priores, si vel maxime urgerentur ab hostibus, non haberent quo pedem referrent, propter incumbentes a tergo suos. Ubi dum multo clamore et contentione pugnatur, Afris in hanc partem unice conversis, alteri illi mille, quemadmodum jussi fuerant, nemine observante, ac ne suspicante quidem eorum adventum, maxima audacia vallum adorti sunt, et convulso transcensoque vallo in castra irrumpere cœperunt. Quod ubi primum sensere Afri, fugam protinus arripuerunt; multo plures intus esse rati, quam quos videbant. Et eos Gulussa cum Numidis multis elephantisque persecutus, ingentem stragem edidit. Perierunt militum, cum alia non militantium turba, ad LXX millia : capta sunt millia decem, evaserunt quatuor circiter millia. Ipsam deinde urbem quoque Nepherim cepit Scipio; magno quidem labore per duos et viginti dies continuata oppugnatione, loco ac tempore frigido. Quæ quidem victoria plurimum ad expugnationem ipsius Carthaginis contulit. Nam ab hoc exercitu commeatus suppeditati erant obsessis; et horum castrorum respectus fiduciam Afris addiderat. Quibus captis, etiam reliqua Africæ loca partim ultro dediderunt se Scipionis ducibus, partim sine negotio sunt recepta. Ita commeatus apud Carthaginienses defecit, quum neque ex Africa, jam alienata, neque aliunde, quidquam importari posset navibus, ob bellum pariter ac hiemalem tempestatem.

CXXVII. Ineunte autem vere, Scipio jam et Byrsam, et portum interiorem, quem Cothonem vocabant, oppugnare instituit. Et Asdrubal noctu incendit eam Cothonis partem, quæ erat quadrangula : sed dum in eamdem partem etiam tum putat impetum facturum Scipionem, et eo unice cum suis intentus est, interim Lælius, imprudente hoste, in rotundam Cothonis partem, aversam ab illa, ascendit. Et mox clamore edito, velut reportata victoria, terretur hostis; et Romani contemtim jam undique magno impetu ascendunt, injectis trabibus et machinis pontibusque superantes loca hiantia, propugnatoribus exhaustis corpora fame, animumque despondentibus. Jamque expugnato circa Cothonem muro, vicinum forum occupavit Scipio. Ubi, quia nox imminens nil sinebat tentare amplius, pernoctavit armatus cum omnibus. Prima autem luce quatuor millia recentium militum advocat. Qui prius Apollinis templum ingressi, statuam ejus auro tectam, et ædiculam bracteatam, quæ circumdabat statuam, talentorum auri mille pondo, deprædati sunt; spoliaque gladiis concidentes, surdi ad præfectorum minas, non prius ad opus, ad quod vocati erant, se converterunt, quam prædam inter se divisissent.

CXXVIII. Jam Scipio ad expugnandam Byrsam omne

σπουδή· τὸ γὰρ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως ἦν, καὶ οἱ πλέονες ἐς αὐτὴν συνεπεφεύγεσαν. Τριῶν δ' οὐσῶν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀνόδων ἐς αὐτὴν, οἰκίαι πυκναὶ καὶ ἑξώροφοι πανταχόθεν ἦσαν· ὅθεν οἱ Ῥωμαῖοι βαλλόμενοι, τὰς πρώτας τῶν οἰκιῶν κατέλαβον, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἠμύνοντο τοὺς ἐπὶ τῶν πλησίον. Ὅτε δ' αὐτῶν κρατήσειαν, ξύλα καὶ σανίδας τοῖς διαστήμασι τῶν στενωπῶν ἐπιτιθέντες, διέβαινον ὡς ἐπὶ γεφυρῶν. Καὶ ὅδε μὲν ὁ πόλεμος ἦν ἐπὶ τῶν τεγῶν ἄνω· ἕτερος δ' ἐν τοῖς στενωποῖς κατὰ τοὺς ἀπαντῶντας. Στόνου δὲ καὶ οἰμωγῆς καὶ βοῆς πάντα καὶ ποικίλων παθῶν ἐνεπίμπλατο, κτεινομένων τε ἐν χερσὶ, καὶ ζώντων ἔτι ῥιπτουμένων ἄνωθεν ἀπὸ τῶν τεγῶν ἐς τὸ ἔδαφος, καὶ φερομένων ἐνίων ἐπὶ δόρατα ὀρθὰ, ἢ αἰχμὰς ἄλλας, ἢ ξίφη. Ἐνεπίμπρη δ' οὐδὲν οὐδείς πω, διὰ τοὺς ἐπὶ τῶν τεγῶν, ἕως ἐπὶ τὴν Βύρσαν ἧκεν ὁ Σκιπίων· καὶ τότε τοὺς τρεῖς ὁμοῦ στενωποὺς ἐνεπίμπρη· καὶ τὸ ἀεὶ πιμπράμενον ἑτέροις ὁδοποιεῖν ἐκέλευεν, ἵνα εὐμαρῶς ὁ στρατὸς ἀλλασσόμενος διαθέοι.

CXXIX. Ἄλλη δ' ἦν ἐκ τοῦδε ὄψις ἑτέρων κακῶν, τοῦ μὲν πυρὸς ἐπιφλέγοντος πάντα καὶ καταφέροντος, τῶν δὲ ἀνδρῶν τὰ οἰκοδομήματα οὐ διαιρούντων ἐς ὀλίγον, ἀλλ' ἀθρόα βιαζομένων ἀνατρέπειν. Ὅ τε γὰρ κτύπος ἐκ τοῦδε πολὺ πλείων ἐγίγνετο, καὶ μετὰ τῶν λίθων ἐξέπιπτον ἐς τὸ μέσον ἀθρόοι νεκροί. Ζῶντές τε ἕτεροι, πρεσβῦται μάλιστα, καὶ παιδία, καὶ γύναια, ὅσα τοῖς μυχοῖς τῶν οἰκιῶν ἐκέκρυπτο, οἱ μὲν καὶ τραύματα φέροντες, οἱ δ' ἡμίφλεκτοι, φωνὰς ἀηδεῖς ἀφιέντες. Ἕτεροι δ', ὡς ἀπὸ τοσοῦδε ὕψους μετὰ λίθων καὶ ξύλων καὶ πυρὸς ὠθούμενοι καὶ καταπίπτοντες, ἐς πολλὰ σχήματα κακῶν διεσπῶντο, ῥηγνύμενοί τε καὶ καταπασσόμενοι. Καὶ οὐδ' ἐς τέλος αὐτοῖς ταῦτα ἀπέχρη. Λιθολόγοι γὰρ, ὅσοι πελέκεσι καὶ ἀξίναις καὶ κοντοῖς τὰ πίπτοντα μετέβαλλόν τε, καὶ ὡδοποίουν τοῖς διαθέουσιν, οἱ μὲν τοῖς πελέκεσι καὶ ταῖς ἀξίναις, οἱ δὲ ταῖς χηλαῖς τῶν κοντῶν, τούς τε νεκροὺς καὶ τοὺς ἔτι ζῶντας ἐς τὰ τῆς γῆς κοῖλα μετέβαλλον, ὡς ξύλα καὶ λίθους ἐπισύροντες ἢ ἀνατρέποντες τῷ σιδήρῳ· ἦν τε ἄνθρωπος ἀναπλήρωμα βόθρου. Μεταβαλλόμενοι δ' οἱ μὲν ἐς κεφαλὰς ἐφέροντο, καὶ τὰ σκέλη σφῶν ὑπερίσχοντα τῆς γῆς ἤσπαιρον ἐπὶ πλεῖστον· οἱ δ' ἐς μὲν τοὺς πόδας ἔπιπτον κάτω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς ὑπερεῖχον ὑπὲρ τὸ ἔδαφος. Ἵπποι δ' αὐτοὺς διαθέοντες ἐς τὰς ὄψεις ἢ τὸν ἐγκέφαλον ἐκόλαπτον, οὐχ ἑκόντων τῶν ἐποχουμένων, ἀλλ' ὑπὸ σπουδῆς· ἐπεὶ οὐδ' οἱ λιθολόγοι ταῦτ' ἔδρων ἑκόντες· ἀλλ' ὁ τοῦ πολέμου πόνος, καὶ ἡ δόξα τῆς νίκης ἐγγὺς, καὶ ἡ τοῦ στρατοῦ σπουδὴ, καὶ κήρυκες ὁμοῦ καὶ σαλπιγκταὶ πάντα θορυβοῦντες, χιλίαρχοί τε καὶ λοχαγοὶ μετὰ τῶν τάξεων ἐναλλασσόμενοι καὶ διαθέοντες, ἐνθους ἅπαντας ἐποίουν καὶ ἀμελεῖς τῶν ὁρωμένων, ὑπὸ σπουδῆς.

CXXX. Καὶ ταῦτα πονουμένων ἐδαπανήθησαν ἓξ ἡμέραι τε καὶ νύκτες· τῆς μὲν στρατιᾶς ἐναλλασσομένης, ἵνα μὴ κάμοιεν ὑπ' ἀγρυπνίας, καὶ κόπου, καὶ

studium conferebat : nihil enim erat in tota urbe munitius, et eo plerique confugerant. Ad eam autem tribus viis ascendebantur a foro, circa quas undique imminebant continuæ ædes sex tabulatorum : ex quibus quum Romani telis lapidibusque peterentur, primoribus domibus expugnatis, ex eis depugnabant adversus hos qui proximas tenebant. Et quoties hos pepulerant, transversis tignis ac tabulis super angiportuum interstitia impositi, transibant tanquam pontibus. Dum ita bellum gerebatur in tectis; interim alii, ut forte invicem occurrebant, dimicabant in imis viis. Erant autem omnia plena gemitu, ejulatu, clamore, inter tristes varii generis casus; dum alii cæduntur cominus ferro, alii vivi e tectis in humum dejiciuntur, et nonnulli prolabentes erectis hastis excipiuntur, aut aliis spiculis, gladiisve. Nemo tamen adhuc ignem injiciebat ædibus, propter eos qui pugnabant in tectis, donec ad Byrsam evasit Scipio. Tum vero tribus simul viis, quæ ad Byrsam ducebant, ignem subjici jussit, constitutis, qui statim, prout quæque pars incendio collapsa esset, repurgarent ruinas; quo commodior esset transitus exercitui, quem vices mutare erat necesse.

CXXIX. Inde alia calamitatum exstiterunt spectacula; dum sparsum late incendium cuncta devastat, et viri ædificia lapidea non per partes destruunt, sed, summa vi commisi, una mole corruere cogunt. Hinc enim et fragor augebatur plurimum; et cum ruderibus confertim in publicum decidebant cadavera; et alii vivi decidebant, præsertim senes, et mulierculæ, et pueri, qui se in ædium latebris intimis abdiderant, pars vulnerati, pars semiusti, tetros clamores edentes: alii rursus tanta excelsitudine una cum lapidibus, lignis, titionibus, prolapsi in varias formas distrahebantur, rumpebantur, lacerabantur. Nec his finis fuit malorum. Nam purgatores ruderum, qui securibus, dolabris, furcis, removendo quidquid humi stratum erat, viam transeuntibus patefaciebant, iisdem instrumentis eademque opera et mortuos et vivos in loca cava conjiciebant, ceu ligna et lapides eos trahentes, aut ferramentis versantes. Ita hominum congerie complebantur foveæ; et in eas alii præcipites dati diu palpitabant, cruribus supra terram exstantibus; aliorum capita eminebant solo, humi defixis pedibus. Atque horum facies et cerebra obterebantur ungulis equorum; non quidem data opera equitum, sed festinatione. Nam nec cæmentarii, qui vias purgabant, data opera illud faciebant. Verum contentio certaminis, et cogitatio propinquæ victoriæ, tum properatio militum, et præconum voces, turbarumque strepitus, et discurrentes tribuni centurionesque, qui sive recentes cohortes ad opus subducebant, sive fessos reducebant, cunctos veluti lymphatico quodam furore repleverant, ut præ studio non moverentur istorum spectaculorum fœditate.

CXXX. Hujusmodi labori insumti sex dies noctesque; submissis subinde in vicem fessorum recentibus, ne perpetuis vigiliis, laboribus, cædibus, et tetris spectaculis fessi

φόνου, καὶ ὄψεως ἀηδοῦς· Σκιπίωνος δ' ἀπαύστως ἐφεστῶτος, ἢ διαθέοντος, ἀΰπνου, καὶ σῖτον οὕτως ἐπὶ τῶν ἔργων αἱρουμένου, μέχρι κάμνων καὶ παρειμένος ἐκαθέζετο ἐφ' ὑψηλοῦ, τὰ γιγνόμενα ἐφορῶν. Πολλῶν δ' ἔτι πορθουμένων, καὶ τοῦ κακοῦ μακροτάτου δοκοῦντος ἔσεσθαι, προσέφυγον ἑβδόμης ἡμέρας αὐτῷ τινες ἐστεμμένοι στέμματα Ἀσκληπίεια· τόδε γὰρ ἦν τὸ ἱερὸν ἐν ἀκροπόλει μάλιστα τῶν ἄλλων ἐπιφανὲς καὶ πλούσιον· ὅθεν οἵδε τὰς ἱκετηρίας λαβόντες ἐδέοντο τοῦ Σκιπίωνος, περὶ μόνης συνθέσθαι σωτηρίας τοῖς ἐθέλουσιν ἐπὶ τῷδε τῆς Βύρσης ἐξιέναι. Ὁ δὲ ἐδίδου, χωρὶς αὐτομόλων. Καὶ ἐξῄεσαν αὐτίκα μυριάδες πέντε ἀνδρῶν ἅμα καὶ γυναικῶν, ἀνοιχθέντος αὐτοῖς στενοῦ διατειχίσματος. Καὶ οὗτοι μὲν ἐφυλάσσοντο· ὅσοι δ' αὐτόμολοι Ῥωμαίων ἦσαν, ἀμφὶ τοὺς ἐνναχοσίους μάλιστα, ἀπογνόντες αὑτῶν, ἐς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀνέδραμον μετὰ Ἀσδρούβα καὶ τῆς γυναικὸς τῆς Ἀσδρούβα, καὶ δύο παίδων ἀῤῥένων. Ὅθεν εὐμαρῶς ἀεὶ ἐμάχοντο, καίπερ ὄντες ὀλίγοι, διὰ τὸ ὕψος τοῦ τεμένους καὶ τὸ ἀπόκρημνον· ἐς ὃ καὶ παρὰ τὴν εἰρήνην διὰ βαθμῶν ἑξήκοντα ἀνέβαινον. Ὡς δὲ ὅ τε λιμὸς αὐτοὺς καθῄρει, καὶ ἡ ἀγρυπνία, καὶ ὁ φόβος, καὶ ὁ πόνος, τοῦ κακοῦ προσπελάζοντος, τὸ μὲν τέμενος ἐξέλιπον, ἐς δὲ τὸν νεὼν αὐτοῦ καὶ τὸ τέγος ἀνέτρεχον.

CXXXI. Κἀν τούτῳ λαθὼν ὁ Ἀσδρούβας ἔφυγε πρὸς τὸν Σκιπίωνα μετὰ θαλλῶν· καὶ αὐτὸν ὁ Σκιπίων ἐκάθισε πρὸ ποδῶν ἑαυτοῦ, καὶ τοῖς αὐτομόλοις ἐπεδείκνυεν. Οἱ δ' ὡς εἶδον, ᾔτησαν ἡσυχίαν σφίσι γενέσθαι· καὶ γενομένης, Ἀσδρούβᾳ μὲν ἐλοιδορήσαντο πολλὰ καὶ ποικίλα, τὸν δὲ νεὼν ἐνέπρησάν τε, καὶ κατεκαύθησαν. Τὴν δὲ γυναῖκα τοῦ Ἀσδρούβα, λέγουσιν, ἁπτομένου τοῦ πυρὸς, ἀντικρὺ τοῦ Σκιπίωνος γενομένην, κατακοσμήσασθαί τε ὡς ἐν συμφοραῖς ἐδύνατο, καὶ παραστησαμένην τὰ τέκνα, εἰπεῖν ἐς ἐπήκοον τοῦ Σκιπίωνος· Σοὶ μὲν οὐ νέμεσις ἐκ θεῶν, ὦ Ῥωμαῖε· ἐπὶ γὰρ πολεμίαν ἐστράτευσας. Ἀσδρούβαν δὲ τόνδε, πατρίδος τε καὶ ἱερῶν καὶ ἐμοῦ καὶ τέκνων προδότην γενόμενον, οἵ τε Καρχηδόνος δαίμονες ἀμύναιντο, καὶ σὺ μετὰ τῶν δαιμόνων. Εἶτ' ἐς τὸν Ἀσδρούβαν ἐπιστρέψασα, εἶπεν· Ὦ μιαρὲ, καὶ ἄπιστε, καὶ μαλακώτατε ἀνδρῶν, ἐμὲ μὲν καὶ τοὺς ἐμοὺς παῖδας τόδε τὸ πῦρ θάψει· σὺ δὲ τίνα κοσμήσεις θρίαμβον, ὁ τῆς μεγάλης Καρχηδόνος ἡγεμών; τίνα δ' οὐ δώσεις δίκην τῷδε, ᾧ παρακαθέζῃ; Τοσαῦτ' ὀνειδίσασα, κατέσφαξε τοὺς παῖδας, καὶ ἐς τὸ πῦρ αὐτούς τε καὶ ἑαυτὴν ἐπέῤῥιψεν. Ὧδε μέν φασι τὴν Ἀσδρούβα γυναῖκα, ὡς αὐτὸν ἐχρῆν Ἀσδρούβαν, εἰποῦσαν, ἀποθανεῖν.

CXXXII. Ὁ δὲ Σκιπίων, πόλιν ὁρῶν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἀνθήσασαν ἀπὸ τοῦ συνοικισμοῦ, καὶ γῆς τοσῆσδε καὶ νήσων καὶ θαλάσσης ἐπάρξασαν, ὅπλων τε καὶ νεῶν καὶ ἐλεφάντων καὶ χρημάτων εὐπορήσασαν ἴσα ταῖς ἀρχαῖς ταῖς μεγίσταις, τόλμῃ δὲ καὶ προθυμίᾳ πολὺ διασχοῦσαν (ἥ γε, καὶ ναῦς καὶ ὅπλα πάντα περιῃρημένη, τρισὶν ὅμως ἔτεσιν ἀντέσχε πολέμῳ τοσῷδε καὶ λιμῷ),

cerent. Solus Scipio sine cessatione urgebat, et discurrebat, insomnis, nec cibum nisi obiter inter labores capiens : donec præ lassitudine in loco edito consedit, ubi, quæ fierent, inspicere poterat. Quumque multa etiam tum vastarentur, et videretur diu duratura hæc calamitas, die septimo demum nonnulli supplices confugerunt ad Scipionem, præferentes verbenas Æsculapii : cujus templum longe omnium nobilissimum ditissimumque erat in arce. Ex hoc igitur templo illi corollis supplicibus captis, de salute tantum ut pacisci vellet Scipio, orabant, concedenda his, qui ea conditione vellent arce excedere. Et impetratum est, exceptis transfugis : exiveruntque mox quinquaginta millia virorum promiscue ac mulierum, transmissa per angustam portam antemuralem; quibus statim apposita est custodia. Transfugæ autem Romanorum, circiter nongenti, desperata salute, in Æsculapii templum se receperunt cum Asdrubale et uxore duobusque filiis Asdrubalis : unde facile repugnabant, quamvis pauci numero, ut e loco edito et imposito rupibus; nam pacis etiam tempore in ipsam aream templi sexaginta gradibus ascendebantur. Tandem fame, vigiliis, pavore, laboribus confecti, appropinquante jam ultimo exitio, relicta area, in ipsam ædem summumque tectum templi sese proripuerunt.

CXXXI. Per eam occasionem Asdrubal, imprudentibus cæteris, ad Scipionem cum ramis supplicibus profugit. Quem Scipio, jussum assidere sibi ad pedes, ostendit transfugis. Quo conspecto, illi postularunt silentium; silentioque impetrato, post effusa in Asdrubalem multa variaque convicia, templum incenderunt, et simul cum templo concremati sunt. Fertur autem, dum accenditur ignis, uxor Asdrubalis, ornata quam commodissime pro tempore poterat, constituisse ex adverso Scipionis cum duobus filiis, et clara voce dixisse : « Tibi quidem, Romane, dii sint propitii, qui jure belli uteris! Ab hoc autem Asdrubale, et patriæ, et sacrorum, et mei, filiorumque proditore, genii Carthaginis pœnas exigant, tuque cum illis! » Deinde ad Asdrubalem conversa; « Scelcste, inquit, et perfide, et effeminatissime virorum omnium! me quidem, et hos meos filios, hic ignis sepeliet : tu vero quem tandem decorabis triumphum? dux magnæ Carthaginis! et quas non pœnas dabis huic, cui nunc supplex assides? » His exprobratis, jugulavit filios, conjecitque in ignem, et seipsam insuper. Hunc aiunt fuisse uxoris exitum, qualis ipsum Asdrubalem potius decuerat.

CXXXII. At Scipio, urbem, per annos, ex quo condita fuerat, septingentos eximio splendore celebratam; terra marique tam late dominam; armorum, classium, elephantorum, pecuniarum copiis cum maximo quovis regno conferendam; fortitudine vero et industria multum etiam eminentem, quando, ademtis navibus armisque, tamen per triennium famem et bellum sustinuit : hanc igitur urbem

τότε ἄρδην τελευτῶσαν ἐς πανωλεθρίαν ἐσχάτην· λέγεται μὲν δακρῦσαι, καὶ φανερὸς γενέσθαι κλαίων ὑπὲρ πολεμίων. Ἐπὶ πολὺ δ' ἔννους ἐφ' ἑαυτοῦ γενόμενός τε, καὶ συνιδὼν, ὅτι καὶ πόλεις καὶ ἔθνη καὶ ἀρχὰς ἁπάσας δεῖ μεταβαλεῖν, ὥσπερ ἀνθρώπους, δαίμονα· καὶ τοῦτ' ἔπαθε μὲν Ἴλιον, εὐτυχής ποτε πόλις, ἔπαθε δὲ ἡ Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Περσῶν ἐπ' ἐκείνοις ἀρχὴ μεγίστη γενομένη, καὶ ἡ μάλιστα ἔναγχος ἐκλάμψασα ἡ Μακεδόνων· εἴτε ἑκὼν, εἴτε προφυγόντος αὐτὸν τοῦδε τοῦ ἔπους·

Ἔσσεται ἦμαρ, ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρὴ,
καὶ Πρίαμος, καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

Πολυβίου δ' αὐτὸν ἐρομένου σὺν παῤῥησίᾳ (καὶ γὰρ ἦν αὐτοῦ καὶ διδάσκαλος), ὅ τι βούλοιτο ὁ λόγος· φασὶν, οὐ φυλαξάμενον, ὀνομάσαι τὴν πατρίδα σαφῶς, ὑπὲρ ἧς ἄρα, ἐς τἀνθρώπεια ἀφορῶν, ἐδεδίει. Καὶ τάδε μὲν Πολύβιος αὐτὸς ἀκούσας συγγράφει.

funditus tunc deleri exstinguique videns Scipio, illacrimasse dicitur, et propalam deflevisse fortunam hostium. Ac diu quum meditabundus secum cogitasset, urbium, populorum, imperiorum omnium, non minus quam hominum, in mutationem proclivem esse fortunam; idque et Ilium, fortunatam quondam urbem, idemque Assyriorum et Medorum, et post hos Persarum imperium, amplissimum omnium, et nuperrime adhuc florens Macedonicum, esse expertum; sive consulto sive mentem præcurrente lingua, versus illos Poetæ pronunciavit :

Jamque dies aderit, quo concidat Ilion ingens
Et Priamus Priamique ruat plebs armipotentis.

Et a Polybio pro familiaritate (fuerat enim is præceptor Scipionis) interrogatus, quid sibi vellent ea verba; non dubitavit ingenue fateri, cogitationem incidisse sibi de patria, cui timeret, vices rerum humanarum considerans. Id quod ipse Polybius, qui ex ore ejus verba ista audivit, memoriæ mandavit.

CXXXIII. Σκιπίων δ', ἐπεὶ κατέσκαπτο Καρχηδὼν, ἐπὶ μέν τινα ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπέτρεψε τῇ στρατιᾷ διαρπάζειν ὅσα μὴ χρυσὸς ἢ ἄργυρος ἢ ἀναθήματα ἦν· μετὰ δὲ τοῦτ' ἀριστεῖα πολλὰ διαδοὺς ἅπασι, χωρὶς τῶν ἐς τὸ Ἀπολλώνιον ἁμαρτόντων, ναῦν μὲν ὀξυτάτην κοσμήσας λαφύροις, ἄγγελον τῆς νίκης ἔστειλεν ἐς Ῥώμην· ἐς δὲ Σικελίαν περιέπεμπεν, ὅσα Καρχηδόνιοι σφῶν ἀναθήματα κοινὰ πολεμοῦντες ἔλαβον, ἐλθόντας ἐπιγιγνώσκειν καὶ κομίζεσθαι. Ὃ καὶ μάλιστα αὐτὸν ἐδημαγώγησεν, ὡς μετὰ τοῦ δυνατοῦ φιλάνθρωπον. Ἀποδόμενος δὲ τὴν λείαν τὴν περισσὴν, ὅπλα καὶ μηχανήματα καὶ ναῦς ἀχρήστους Ἄρεϊ καὶ Ἀθηνᾷ διαζωσάμενος αὐτὸς ἔκαιε, κατὰ τὰ πάτρια.

CXXXIII. Diruta Carthagine, militibus Scipio per definitum dierum numerum concessit, ut diriperent quidquid superesset, præter aurum argentumque et templorum donaria. Deinde militaria dona multa imperator distribuit omnibus, exceptis his, qui Apollinis fanum violarant : exornatamque spoliis navim celerrimam Romam misit, victoriæ nunciam. Siciliæ quoque populis passim denunciavit, ut erepta sibi olim a Pœnis, insulam bello infestantibus, donaria repeterent, quæcumque quidem agnoscere possent. Quæ res maxime conciliavit ei favorem populorum, ut qui cum fortitudine benignitatem conjungeret. Præda deinde, quæ supererat, divendita, arma, machinasque, et naves inutiles, Marti Minervæque sacratas, accinctus ipse cremavit, more patrio.

CXXXIV. Οἱ δ' ἐν Ῥώμῃ, ὡσαύτως τὴν ναῦν ἰδόντες, καὶ τῆς νίκης περὶ δείλην ἑσπέραν πυθόμενοι, ἐς τὰς ὁδοὺς ἐξεπήδων, καὶ διενυκτέρευον μετ' ἀλλήλων, ἡδόμενοι καὶ συμπλεκόμενοι, ὡς ἄρτι μὲν ἐλεύθεροι φόβων γεγονότες, ἄρτι δ' ἄρχοντες ἑτέρων ἀσφαλῶς, ἄρτι δὲ βέβαιον τὴν πόλιν ἔχοντες, καὶ νενικηκότες οἵαν οὔτινα πρότερον ἄλλην νίκην. Πολλὰ μὲν γὰρ αὐτοῖς συνῄδεσαν ἔργα λαμπρὰ, πολλὰ δὲ τοῖς πατράσιν, ἔς τε Μακεδόνας καὶ Ἴβηρας, καὶ ἐς Ἀντίοχον τὸν Μέγαν ἔναγχος, καὶ περὶ αὐτὴν Ἰταλίαν· πόλεμον δ' οὐδένα ἄλλον οὕτως ἐπὶ θύραις ἐπίφοβον αὐτοῖς ᾔδεσαν, διά τε ἀνδρείαν καὶ φρόνημα καὶ τόλμαν ἐχθρῶν καὶ ἀπιστίαν [ἐν] σφίσιν ἐπικίνδυνον γενόμενον. Ἀνέφερον δὲ καὶ ὧν ἔπαθον ὑπὸ Καρχηδονίων, ἔν τε Σικελίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ, καὶ περὶ αὐτὴν Ἰταλίαν ἑκκαίδεκα ἔτεσιν, Ἀννίβου τετρακόσια ἐμπρήσαντος ἄστη, καὶ μυριάδας ἀνδρῶν τριάκοντα ἐν μόναις μάχαις ἀνελόντος, ἐπί τε τὴν Ῥώμην πολλάκις ἐλάσαντος, καὶ ἐς ἔσχατον κινδύνου συναγαγόντος. Ὧν ἐνθυμούμενοι μάλιστα, ἐξίσταντο περὶ τῆς νίκης, ἐς ἀπιστίαν αὐτῆς· καὶ αὖθις ἀνεπυνθάνοντο ἀλλήλων, εἰ τῷ ὄντι Καρχηδὼν κατέσκαπται· διεσχήνευόν τε δι' ὅλης νυκτὸς, ὅπως μὲν αὐτῶν τὰ ὅπλα περιῃρέθη, καὶ ὅπως αὐτίκα παρὰ δόξαν ἐτεχνή-

CXXXIV. Romæ vero postquam navis conspecta est, et victoria nunciatâ sub vesperam, vulgo procurrerunt in publicum, et eam noctem exegerunt inter gratulationes complexusque mutuos; tanquam nunc primum metu periculisque essent soluti, nunc stabilitum imperium in populos, nunc confirmatam haberent reipublicæ salutem; victoriaque potiti essent, qualis ad eam diem nulla contigisset. Norant enim multa a se gesta egregie, multa item a suis majoribus, contra Macedonas, contra Hispanos, et novissime contra magnum Antiochum, atque in ipsa etiam olim Italia. Sed nullum noverant bellum tam propinquum, et quod adeo pæne ante fores ipsos terruisset, sicut Punica bella; quæ non minus ob fortitudinem et consilium et audaciam hostium, quam ob perfidiam eorumdem, periculosa Romanis fuissent. Repetebantque memoria inter se, quidquid a Carthaginiensibus passi essent, sive in Sicilia, sive in Hispania, sive in ipsa Italia per annos sedecim; quo spatio Annibal quadringenta deleverat oppida, et solis in præliis occiderat trecenta virorum millia; et Urbem quoque, admoto non semel exercitu, in extremum adduxerat periculum. Quas res reputantes, tanta admiratione victoriæ illius erant perculsi, ut vix fidem possent adhibere, rogitarentque iterum alius alios, satisne certo constaret, dirutam esse Carthaginem? Atque ita noctem totam traducebant confabulando, disserendoque, quomodo exarmati Pœni, præter

νχντο ἕτερα· ὅπως δὲ τὰς ναῦς ἀφῃρέθησαν, καὶ στόλον ἐπήξαντο πολὺν ἐξ ὕλης παλαιᾶς· τό τε στόμα τοῦ λιμένος ὡς ἀπεκλείσθη, καὶ στόμα ὡς ὠρύξαντο ἕτερον ἡμέραις ὀλίγαις. Καὶ τὸ τῶν τειχῶν ὕψος αὐτοῖς διὰ στόματος ἦν, καὶ τὰ τῶν λίθων μεγέθη, καὶ τὸ πῦρ ὃ πολλάκις ταῖς μηχαναῖς ἐπήνεγκαν. Ὅλως τε τὸν πόλεμον, ὡς ὁρῶντες ἄρτι γιγνόμενον, ἀλλήλοις διετύπουν· καὶ ἐς τὰς φαντασίας τῶν λεγομένων τῷ σχήματι τοῦ σώματος συνεφέροντο. Καὶ τὸν Σκιπίωνα ὁρᾷν ἐδόκουν ἐπὶ κλιμάκων, ἐπὶ νεῶν, ἐν πύλαις, ἐν μάχαις, πανταχοῦ διαθέοντα. Οὕτω μὲν οἱ Ῥωμαῖοι διενυκτέρευσαν.

CXXXV. Ἅμα δ' ἡμέρα, θυσίαι τε καὶ πομπαὶ τοῖς θεοῖς ἐγίγνοντο κατὰ φυλὴν, καὶ ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις, καὶ θέαι ποικίλαι. Δέκα δὲ σφῶν αὐτῶν ἡ βουλὴ τοὺς ἀρίστους ἔπεμπε, διαθησομένους Λιβύην μετὰ Σκιπίωνος ἐς τὸ Ῥωμαίων συμφέρον. Οἱ Καρχηδόνος μὲν εἴ τι περίλοιπον ἔτι ἦν, ἔκριναν κατασκάψαι Σκιπίωνα, καὶ οἰκεῖν αὐτὴν ἀπεῖπον ἅπασι· καὶ ἐπηράσαντο, μάλιστα περὶ τῆς Βύρσης, εἴ τις οἰκήσειεν αὐτὴν, ἢ τὰ καλούμενα Μέγαρα· ἐπιβαίνειν δ' οὐκ ἀπεῖπον. Ὅσαι δὲ πόλεις συμμεμαχήκεσαν τοῖς πολεμίοις ἐπιμόνως, ἔδοξε καθελεῖν ἁπάσας· καὶ ὅσαι Ῥωμαίοις βεβοηθήκεσαν, χώραν ἔδωκαν ἑκάστῃ τῆς δορικτήτου, καὶ πρῶτον μάλιστα Ἰτυκαίοις τὴν μέχρι Καρχηδόνος αὐτῆς καὶ Ἱππῶνος ἐπὶ θάτερα. Τοῖς δὲ λοιποῖς φόρον ὥρισαν ἐπὶ τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ ὁμοίως. Καὶ στρατηγὸν ἐτήσιον αὐτοῖς ἐκ Ῥώμης ἐπιπέμπειν ἔκριναν. Οἱ μὲν δὴ, ταῦτα προστάξαντες, ἀπέπλεον ἐς Ῥώμην. ὁ δὲ Σκιπίων ἐποίει τὰ δόξαντα, καὶ θυσίας ἐτέλει καὶ ἀγῶνας ἐπὶ τῇ νίκῃ. Ὡς δὲ αὐτῷ πάντα ἐξετετέλεστο, διαπλεύσας, ἐπιφανέστατα δὴ πάντων διεθριάμβευσε πολύχρυσον θρίαμβον, ἀγαλμάτων τε γέμοντα καὶ ἀναθημάτων, ὅσα Καρχηδόνιοι χρόνῳ πολλῷ καὶ συνεχέσι νίκαις ἐκ πάσης γῆς συνενηνόχασιν ἐς Λιβύην. Τότε δ' ἦν, ὅτε καὶ κατὰ Μακεδόνων, ἁλόντος Ἀνδρίσκου τοῦ Ψευδοφιλίππου, τρίτος ἤγετο θρίαμβος, καὶ κατὰ τῆς Ἑλλάδος πρῶτος ὑπὸ Μομμίου. Καὶ ἦν ταῦτα ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀλυμπιάδας.

CXXXVI. Χρόνῳ δ' ὕστερον, Γαΐου Γράκχου δημαρχοῦντος ἐν Ῥώμῃ, καὶ στάσεων οὐσῶν ἐξ ἀπορίας, ἔδοξε κληρούχους ἐς Λιβύην πέμπειν ἑξακισχιλίους. Διαγραφομένων δ' ἀμφὶ τὴν Καρχηδόνα τῶν θεμελίων, λύκοι τὰ θεμέλια ἀθρόα διέσπασαν καὶ συνέχεαν. Καὶ τότε μὲν ἀνέσχεν ἡ βουλὴ τοῦ συνοικισμοῦ. Χρόνῳ δὲ αὖθις, ὁπότε Γάϊος Καῖσαρ, ὁ καὶ δικτάτωρ ὕστερον αὐτοῖς διηνεκὴς γενόμενος, Πομπήϊον ἐς Αἴγυπτον ἐδίωκε, καὶ τοὺς Πομπηΐου φίλους ἐς Λιβύην ἀπ' Αἰγύπτου, λέγεται, τῇ Καρχηδόνι παραστρατοπεδεύων, ὑπ' ἐνυπνίου στρατὸν πολὺν ἰδὼν κλαίοντα, ἐνοχληθῆναι, καὶ αὐτίκα ἑαυτῷ εἰς μνήμην ὑπογράψασθαι, Καρχηδόνα συνοικίζειν. Καὶ μετ' οὐ πολὺ τῶν ἀπόρων αὐτὸν ἐς Ῥώμην ἐπανελθόντα περὶ γῆς παρακα-

opinionem statim fabricaverint alia arma; quomodo, navibus ademtis, novas naves ædificaverint e veteri materia; occlusoque portus ostio, diversa parte fodientes, intra paucos dies aperuerint ostium aliud. Celebrabant et mœnium altitudinem, et saxorum molem, ignemque sæpius in Romanorum machinas injectum: omninoque totam recens gesti belli faciem quasi oculis sibi mutuo repræsentabant, narrationem etiam gestibus ad rerum gestarum similitudinem adjuvando: ut sibi spectare viderentur Scipionem in scalis, in navibus, ad portas, in præliis, huc illuc cursitantem, et nusquam non præsentem. Atque ita quidem eam noctem exegit populus.

CXXX. Ubi vero dies illuxit, sacrificia supplicationesque tributim agebantur circa deorum pulvinaria: variaque spectacula celebrabantur. Senatus autem x legatos, e patrum ordine nobilissimos, misit in Africam, ut cum Scipione in commodum reipublicæ ordinarent eam provinciam. Hi, quidquid supererat Carthaginis, id a Scipione decreverunt porro diruendum: interdixeruntque, ne quis ibi habitaret; additis etiam diris devotionibus, si quis contra faceret, præsertim si quis Byrsam Megarave denuo conderet: cæterum aditus loci nemini negatus est. Placuit et, civitates, quæ hostium eo bello sociæ fuissent, omnes ad unam delere, partemque agrorum bello partorum attribuere sociis Romani populi: et Uticensibus quidem maxime, quidquid ab utroque latere Carthaginem et Hipponem usque protenditur, attribuerunt. Cæteris tributum imposuerunt, cum in agros, tum in corpora, mulierum pariter ac virorum. Decreveruntque, ut prætor annuus ad eos Roma mitteretur. Quibus ita ordinatis, in urbem reversi sunt legati. Scipio vero, mandata illorum exsecutus, sacrificia ludosque votivos persolvit diis immortalibus. Ac perfectis rite omnibus, domum repetiit; et triumpho omnium clarissimo urbem est invectus, splendente aureis permultis statuis ac donariis, quæ Carthaginienses per tot ætates, ex tot victoriis, toto orbe partis, comportaverant in Africam. Incidit autem hic triumphus in idem tempus, quo de Macedonibus et Andrisco, qui Pseudophilippus vocabatur, tertio triumphatum est, et quo ex Achaia primum triumphavit Mummius: circa Olympiadem centesimam sexagesimam.

CXXXVI. Sed aliquanto post, in C. Gracchi tribunatu, exortis Romæ seditionibus ob inopiam, placuit colonorum sex millia in Africam mitti. Cui coloniæ quum fundamenta designarentur in solo dirutæ Carthaginis, lupi signa terminorum omnia evulserunt confuderuntque. Quo factum est, ut tum quidem senatus rem inhibuerit. Rursum vero interjecto tempore, C. Cæsar, is qui postea Dictator Romanorum perpetuus creatus est, quum, Pompeium in Ægyptum persecutus, ex Ægypto contra amicos Pompeii profectus esset in Africam, castraque prope Carthaginem haberet, dicitur, permotus insomnio, quo magnus exercitus, ploratus edens, sese ei obtulerat, statim in memoriales tabulas retulisse de colonia Carthaginem deducenda. Ac non multo post, reversus in urbem, quum pauperes ab eo agros fla-

λούντων, συνετασσεν, ὡς πέμψων τοὺς μὲν ἐς τὴν Καρχηδόνα, τοὺς δ' ἐς Κόρινθον. Ἀλλ' ὅδε μὲν θᾶσσον ἀνηρέθη πρὸς ἐχθρῶν ἐν τῷ Ῥωμαίων βουλευτηρίῳ· ὁ δ' ἐκείνου παῖς Ἰούλιος Καῖσαρ, ὁ Σεβαστὸς ἐπίκλησιν, ἐντυχὼν ἄρα ταῖς ὑπογραφαῖς τοῦ πατρὸς, συνῴκισε τὴν νῦν Καρχηδόνα, ἀγχοτάτω μάλιστα ἐκείνης, φυλαξάμενος τῆς πάλαι τὸ ἐπάρατον. Οἰκήτοράς τε Ῥωμαίους μὲν αὐτὸν τρισχιλίους μάλιστα πυνθάνομαι, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκ τῶν περιοίκων, συναγαγεῖν. Ὧδε μὲν Λιβύης τῆς ὑπὸ Καρχηδονίοις Ῥωμαῖοι κατέσχον, καὶ Καρχηδόνα κατέσκαψάν τε, καὶ συνῴκισαν αὖθις μετὰ ἔτη τῆς σκαφῆς ἑκατὸν καὶ δύο.

gitarent, descripsit, quos Carthaginem, et alios, quos Corinthum, mitteret. Sed Cæsare ab inimicis in curia citius occiso, filius illius, Julius Cæsar cognomine Augustus, quum in commentariis patris descriptionem istam reperisset, condidit eam, quæ nunc est, Carthaginem, proxime locum quo vetus illa steterat, antiquas devotiones cavens. Eo Romanorum colonorum missa ferme tria millia, invenio; reliqui ex vicinis locis adjecti. Atque ita Africa sub Romanorum cessit potestatem: et Carthago, tunc a Romanis diruta, ab eisdem post annum secundum et centesimum quam eversa erat, instaurata est.

ΕΚ ΤΗΣ ΝΟΜΑΔΙΚΗΣ ΓΡΑΦΗΣ ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX LIBRI OCTAVI DE REBUS LIBYCIS PARTE POSTERIORI, DE REBUS NUMIDICIS.

EXCERPTA.

'Εκλογὴ περὶ γνωμῶν.

[Ὅτι Βομίλχας κατηγορούμενος ἔφυγε πρὸ δίκης, καὶ Ἰογόρθας σὺν αὐτῷ, τοῦτο δὴ τὸ περιφερόμενον ἐς τοὺς δωροδοκοῦντας εἰπὼν, ὅτι Ῥωμαίων ἡ πόλις ἐστὶν ὠνία πᾶσα, εἴ τις ὠνητὴς αὐτῇ γε εὑρεθείη.]

Excerptum Vaticanu

Bomilcar accusatus aufugit ante judicium, cum eoque Jugurtha, proferens celebre illud dictum in eos qui muneribus se corrumpi patiebantur : « Romanorum urbs venalis est tota, si quem invenerit emptorem. »

I. 'Εκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Μέτελλος ἀνεζεύγνυεν ἐς Λιβύην τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις, αἰτίαν ἔχων παρὰ τῷ στρατῷ βραδυτῆτος ἐς τοὺς πολεμίους, καὶ ἐπὶ σφίσιν ὠμότητος. Σφόδρα γὰρ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐκόλαζεν.

I. *Excerptum Peirescianum.*

Metellus in Africam provinciam se recepit; militibus eum segnitiæ in hostes, et sævitiæ in suos, incusantibus. Quippe delicta militaria acerbissime castigare solebat.

II. 'Εκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Μέτελλος Βαγαίων ἀνῄρει τὴν βουλὴν ὅλην, ὡς τὴν φρουρὰν προδόντας Ἰογόρθᾳ· καὶ τὸν φρούραρχον Τουρπίλιον, ἄνδρα Ῥωμαῖον, οὐκ ἀνυπόπτως ἑαυτὸν ἐγχειρίσαντα τοῖς πολεμίοις, ἐπαπέκτεινε τῇ βουλῇ. Θρᾷκας δὲ καὶ Λίγυας αὐτομόλους λαβὼν παρὰ Ἰογόρθα, τῶν μὲν τὰς χεῖρας ἀπέτεμνε, τοὺς δὲ ἐς τὴν γῆν μέχρι γαστρὸς κατώρυσσε, καὶ περιτοξεύων ἢ ἐσακοντίζων, ἔτι ἐμπνέουσι πῦρ ὑπετίθει.

II. *Excerptum Peirescianum.*

Metellus cunctos Vaccensium senatores neci dedit, eo quod Romanum præsidium Jugurthæ prodiderant. Ipsum quoque præfectum præsidii Turpilium, civem Romanum, qui non sine proditionis suspicione hostibus semet dediderat, extremo supplicio affecit. Thracas præterea ac Ligures transfugas, a Jugurtha redditos, partim manibus truncavit, partim in terram ventre tenus defodit; tum vero sagittis ac jaculis ab circumstante exercitu confixos, spirantesque etiam tum, admoto igne concremavit.

III. 'Εκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι τοῦ Μαρίου ἐς Κίρταν ἀφικομένου, πρέσβεις Βόκχου παρῆσαν, οἳ πεμφθῆναί τινας ἐς λόγους Βόκχῳ παρεκάλουν. Καὶ ἐπέμφθησαν Αὖλός τε Μάλλιος ὁ πρεσβευτὴς, καὶ Κορνήλιος Σύλλας ὁ ταμίας. Οἷς ὁ Βόκχος ἔφη, Ῥωμαίοις πολεμῆσαι διὰ Μάριον· γῆν γὰρ, ἣν αὐτὸς Ἰογόρθαν ἀφείλετο, πρὸς Μαρίου νῦν ἀφῃρῆσθαι. Βόκχος μὲν δὴ ταῦτα ἐνεκάλει· Μάλλιος δ' ἔφη· Τὴν γῆν τήνδε Ῥωμαίους ἀφελέσθαι Σύφακα πολέμου νόμῳ, καὶ δοῦναι Μασσανάσσῃ δωρεάν. Διδόναι δὲ Ῥωμαίους τὰς δωρεὰς ἔχειν τοῖς λαβοῦσιν, ἕως ἂν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ· οὐ μὴν ἀλόγως μεταγνῶναι. Μασσανάσσην τε γὰρ ἀποθανεῖν, καὶ τοὺς Μασσανάσσου παῖδας Ἰογόρθαν κατακαίνοντα Ῥωμαίοις πολέμιον γενέσθαι. Οὐκ οὖν ἔτι εἶναι δίκαιον, οὔτε τὸν πολέμιον ἔχειν δωρεὰν, ἣν ἔδομεν φί-

III. *Excerptum* XXVIII *de Legationibus.*

Postquam Marius in oppidum Cirtam pervenit, a Boccho advenere legati, qui petiverunt, ut ad Bocchum Marius nonnullos colloquendi causa mitteret. Et ille A. Manlium legatum, Corneliumque Syllam quæstorem, ire jubet. Quibus Bocchus ait, se ad arma contra Romanos capienda a Mario fuisse coactum; quippe a quo regiones eæ, quas ipse Jugurthæ abstulerit, sibi fuerint ereptæ. Hæc conquerenti Boccho Manlius respondit : « agrum istum Romanos olim Syphaci justo bello abstulisse, eumque Masinissæ dono dedisse. Hujusmodi autem dona dare Romanos ea conditione solere, ut, qui acceperint, tamdiu teneant, quoad senatui populoque Romano visum fuisset : neque vero temere eos donorum suorum pœnitere. Nam nunc quidem (inquit), mortuo pridem Masinissa, et filiis ejus a Jugurtha, hoste Romanorum, interfectis, non amplius justum est, ut vel hostis possideat donum, quod amico dedimus,

λῳ, οὔτε σὲ δοκεῖν Ἰογόρθαν ἀφαιρεῖσθαι τὰ Ῥωμαίων. Καὶ Μάλλιος μὲν τάδε περὶ τῆς γῆς ἔλεξεν.

IV. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι ὁ Βόκχος ἑτέρους ἔπεμψε πρέσβεις, οἳ Μαρίου μὲν ἔμελλον περὶ εἰρήνης δεήσεσθαι· Σύλλα δὲ, ἵνα συμπράξειεν ἐς τὰς διαλύσεις. Λῃστευθέντας δ' ἐν ὁδῷ τοὺς πρέσβεις τούσδε ὁ Σύλλας ὑπεδέξατο, καὶ ξενίζει, μέχρι Μάριον ἀπὸ Γαιτούλων ἐπανελθεῖν. Παρῄνει δὲ, Βόκχον διδάσκειν, ὅτι χρὴ Σύλλᾳ πείθεσθαι περὶ ἁπάντων. Ἐνδιδοὺς οὖν ἤδη πρὸς τὴν τοῦ Ἰογόρθα προδοσίαν ὁ Βόκχος, ἐς μὲν ὑπόκρισιν ἐπ' ἄλλον στρατὸν περιέπεμπεν ἐς Αἰθίοπας τοὺς γείτονας, οἳ ἐπὶ ἑσπέραν ἀπὸ τῶν ἑῴων Αἰθιόπων διήκουσιν ἐς τὸ Μαυρούσιον ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἄτλαντα. Μάριον δ' ἠξίου, Σύλλαν οἱ πέμψαι συνελθεῖν ἐς λόγους. Καὶ Μάριος μὲν ἔπεμπε τὸν Σύλλαν. Ἄψαρα δὲ Ἰογόρθου φίλον, ἐν Βόκχου καταλελειμμένον ἐφορᾶν τὰ γιγνόμενα, αὐτός τε Βόκχος καὶ Μαγδάλσης, φίλος Βόκχου, καί τις ἐξελεύθερος ἀνδρὸς Καρχηδονίου, Κορνήλιος, ἐνήδρευσαν ὧδε.

vel ut tu putes Jugurthæ eripere ea posse, quæ populi Romani sint. » Hæc de illo agro verba fecit Manlius.

IV. *Excerptum* XXIX *de Legationibus.*

Rursus alios legatos misit Bocchus, qui pacem a Mario peterent, cum Syllaque agerent, ut is sibi ad conciliandam pacem fautor adesset. Illos legatos, quum a latronibus in itinere spoliati fuissent, benigne excepit Sylla, liberaliterque habuit, donec Marius ex Gætulia rediisset; monuitque, hortarentur regem, ut Syllæ consiliis in omnibus rebus uteretur. Igitur quum jam eo inclinaret Bocchus, ut pacem proditione Jugurthæ redimeret, tegendi quidem consilii causa ad vicinos Æthiopas (qui ab occasu Æthiopiæ Orientalis ad Atlantem, Mauritaniæ montem, pertinent) circummisit, velut novum exercitum comparaturus. Sed simul a Mario petiit, ut Syllam ad sese, cum quo de communibus rebus colloqueretur, mitteret. Atque hoc modo Apsarem, Jugurthæ amicum, qui ab illo apud Bocchum speculandorum ejus consiliorum causa relictus erat, Bocchus ipse, et Magdalses, amicus Bocchi, et Cornelius quidam, libertus hominis Punici, fefellerunt.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΒΙΒΛΟΥ Θ΄, ΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΙΚΗΣ.

EX APPIANI ROMANARUM HISTORIARUM LIBRO IX, DE REBUS MACEDONICIS.

EXCERPTA ET FRAGMENTA.

I. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Ῥωμαῖοι τοῦ Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος, τοῦ πολεμήσαντος αὐτοῖς, πέρι, πάμπαν ἐπολυπραγμόνουν οὐδὲν, οὐδὲ σφίσιν ἐνθύμιος ἦν ὅλως, πονουμένης ἔτι τῆς Ἰταλίας ὑπὸ Ἀννίβου τοῦ Καρχηδονίων στρατηγοῦ, καὶ αὐτοὶ μεγάλοις στρατοῖς Λιβύην καὶ Καρχηδόνα καὶ Ἰβηρίαν περικαθήμενοι, καὶ καθιστάμενοι Σικελίαν. Αὐτὸς δὲ Φίλιππος ἀρχῆς ἐπιθυμίᾳ μείζονος, οὐδέν τι προπαθὼν, ἔπεμπε πρὸς Ἀννίβαν ἐς τὴν Ἰταλίαν πρέσβεις, ὧν ἡγεῖτο Ξενοφάνης, ὑπισχνούμενος αὐτῷ συμμαχήσειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, εἰ κἀκεῖνος αὐτῷ συνθοῖτο κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα. Συμβάντος δ' ἐς ταῦτα τοῦ Ἀννίβου, καὶ ἐπὶ τῇ συνθήκῃ ὀμόσαντος, πρέσβεις τε ἀντιπέμψαντος ἐπὶ τοὺς ὅρκους τοῦ Φιλίππου· Ῥωμαίων τριήρης ἔλαβε τοὺς ἑκατέρων πρέσβεις ἀναπλέοντας, καὶ ἐς Ῥώμην ἐκόμισεν. Ἐφ' ᾧ Φίλιππος ἀγανακτῶν, Κερκύρᾳ προσέβαλεν, ἣ Ῥωμαίοις συνεμάχει.

I. *Excerptum* XIX *de Legationibus.*

Nihil omnino negotii Romanis cum Philippo Macedone, qui bellum eis facere aggressus est, habuerant; ac de eo ne cogitaverant quidem. Nam et Italia etiam tum ab Annibale, Carthaginiensium duce, premebatur, et Romani Africam et Carthaginem et Hispanias ingentibus exercitibus obsidebant, et in redigenda Sicilia occupati erant. Sed ipse Philippus, augendi imperii cupiditate ductus, nulla injuria a Romanis lacessitus, legatos ad Annibalem in Italiam misit, quorum princeps erat Xenophanes, Annibalique pollicitus est : se illi adversus Italiam auxilia missurum, si Annibal regi operam suam ad subjiciendam ei Græciam spopondisset. Quam conditionem quum accepisset Annibal, atque, fœdere juramento sancito, legatos in vicem ad Philippum misisset, qui a rege jusjurandum acciperent; Romanorum triremis legatos utriusque in alto navigantes intercepit, Romamque deportavit. Quod ægerrime ferens Philippus, Corcyræ, Romanorum sociæ, intulit bellum.

I a. Ἐκλογὴ περὶ γνωμῶν.

[Ὅτι ἐνῆγε τοὺς Ῥωμαίους τὰ Σιβύλλεια ἐς τὸν Φιλίππου πόλεμον· ἔστι δὲ ταῦτα·

Αὐχοῦντες βασιλεῦσι Μακηδόνες Ἀργεάδῃσιν,
ὑμῖν κοιρανέων ἀγαθὸν καὶ πῆμα Φίλιππος.
Ἤτοι ὁ μὲν πρότερος πόλεσιν λαοῖσί τ' ἄνακτας
θήσει, ὁ δ' ὁπλότερος τιμὴν ἀπὸ πᾶσαν ὀλέσσει,
δμηθεὶς δ' ἑσπερίοισιν ὑπ' ἀνδράσιν ἐνθάδ' ὀλεῖται.]

I a. *Excerptum Vaticanum.*

Romanos ad bellum cum Philippo gerendum induxerunt versus Sibyllini; sunt autem hujusmodi :

Sublimis Macedo regum stirpe Argeadarum,
regnator tibi erit damnumque bonumque Philippus.
Namque duces major populis atque urbibus amplis
imponet : sed junior amittet decus omne,
Hesperiisque viris letum subjectus obibit.

II. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Πτολεμαίου τοῦ βασιλεύοντος Αἰγύπτου πρέσβεις, καὶ σὺν αὐτοῖς ἕτεροι, παρά τε Χίων, καὶ Μιτυληναίων, καὶ Ἀμυνάνδρου, τοῦ Ἀθαμάνων βασιλέως, δὶς, ἔνθαπερ οἱ Αἰτωλοὶ τὰς πόλεις ἐπισκεψομένας ἐκάλουν, συνῆλθον ἐπὶ διαλλαγῇ Ῥωμαίων καὶ Αἰτωλῶν καὶ Φιλίππου. Σουλπικίου δ' εἰπόντος οὐκ εἶναι κυρίου περὶ τῆς εἰρήνης τι κρῖναι, καὶ ἐς τὴν βουλὴν κρύφα ἐπιστέλλοντος, ὅτι Ῥωμαίοις συμφέρει πολεμεῖν Αἰτωλοὺς Φιλίππῳ· ἡ μὲν βουλὴ τὰς συνθήκας ἐκώλυσε, καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς ἔπεμπε συμμαχίαν, πεζοὺς μυρίους, καὶ ἱππέας χιλίους. Μεθ' ὧν οἱ Αἰτωλοὶ κατέλαβον Ἀμβρακίαν, ἣν οὐ πολὺ ὕστερον αὐτῶν Φίλιππος ἀποπλευσάντων ἀνέλαβεν. Οἱ δὲ πρέσβεις αὖθις συνῆλθον, καὶ πολλὰ φανερῶς ἔλεγον, ὅτι Φίλιππος καὶ Αἰ-

II. *Excerptum* XX *de Legationibus.*

Ab rege Ægypti Ptolemæo, Chiisque et Mitylenæis, et Amynando, rege Athamanum, bis iis locis, in quæ ad consultandum Ætoli vocaverant civitates, legati convenerunt ad dirimendum inter Philippum atque Ætolos Romanosque bellum. Sed quum Sulpicius, in sua non esse potestate, dixisset, de pace quidquam statuere, scripsissetque clam ad senatum, e re Romanorum esse, ut Ætoli cum Philippo in bello perseverarent; vetuit senatus bellum componere, et auxilia Ætolis misit, mille equites, decem peditum millia. Horum ope Ambraciam ceperunt Ætoli; sed eamdem post eorum discessum mox recepit Philippus. Rursus dein convenere legati, ac multis verbis palam conquesti sunt, Philippum Ætolosque suis dissidiis Græcos servituti subji-

τωλοὶ, διαφερόμενοι, τοὺς Ἕλληνας ἐς δουλείαν Ῥωμαίοις ὑποβάλλουσιν, ἐθίζοντες αὐτοὺς τῆς Ἑλλάδος θαμινὰ πειρᾶσθαι. Ἐφ' οἷς ὁ μὲν Σουλπίκιος ἀντιλέξων ἀνίστατο· τὸ δὲ πλῆθος οὐκ ἤκουσεν, ἀλλ' ἐκεκράγεσαν, τοὺς πρέσβεις εὖ λέγειν.

2. Καὶ τέλος Αἰτωλοί τε πρῶτοι, κατὰ σφᾶς, ἄνευ Ῥωμαίων, Φιλίππῳ συνέβησαν· καὶ πρέσβεις αὐτοῦ Φιλίππου καὶ Ῥωμαίων ἐπὶ διαλλαγαῖς ἀφίκοντο ἐς Ῥώμην. Καὶ ἐγένοντο συνθῆκαι Ῥωμαίοις καὶ Φιλίππῳ· Μηδετέρους ἀδικεῖν τοὺς ἑκατέρωθεν φίλους. Ἐς μὲν δὴ τοῦτ' ἔληξεν ἡ Φιλίππου καὶ Ῥωμαίων ἐς ἀλλήλους πεῖρα πρώτη, καὶ τὰς συνθήκας οὐδέτεροι βεβαίους, οὐδ' ἀπ' εὐνοίας, ἐδόκουν πεποιῆσθαι.

III. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι μετ' οὐ πολὺ Φίλιππος μὲν, τῶν ὑπηκόων τοῖς ἐπὶ θαλάσσης στόλον ἐπαγγείλας, Σάμον καὶ Χίον εἷλε, καὶ μέρος τῆς Ἀττάλου γῆς ἐπόρθησεν. Καὶ αὐτῆς ἀπεπείρασε Περγάμου, μὴ φειδόμενος ἱερῶν ἢ τάφων· τήν τε Ῥοδίων Περαίαν ἐδῄου, διαλλακτήρων οἱ γεγονότων· καὶ ἑτέρῳ μέρει στρατοῦ τὴν Ἀττικὴν ἐλυμαίνετο, καὶ τὰς Ἀθήνας ἐπολιόρκει, ὡς οὐδενὸς τῶνδε Ῥωμαίοις προσηκόντων. Λόγος τε ἦν, ὅτι Φίλιππος καὶ Ἀντίοχος ὁ Σύρων βασιλεὺς ὑπόσχοιντο ἀλλήλοις· Ἀντιόχῳ μὲν ὁ Φίλιππος, συστρατεύσειν ἐπί τε Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ Κύπρον, ὧν τότε ἦρχεν ἔτι παῖς ὢν Πτολεμαῖος ὁ τέταρτος, ᾧ Φιλοπάτωρ ἐπώνυμον ἦν· Φιλίππῳ δ' Ἀντίοχος, ἐπὶ Κυρήνην καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους καὶ Ἰωνίαν. Καὶ τήνδε τὴν δόξαν, ἐκταράσσουσαν ἅπαντας, Ῥόδιοι μὲν Ῥωμαίοις ἐμήνυσαν. Ἐπὶ δὲ τοῖς Ῥοδίων, Ἀθηναίων πρέσβεις ᾐτιῶντο Φίλιππον τῆς πολιορκίας. Καὶ Αἰτωλοὶ, μεταγιγνώσκοντες, κατηγόρουν, ὡς καὶ περὶ σφᾶς ἀπίστου γεγονότος· ἠξίουν τε, αὖθις ἐς τοὺς Ῥωμαίων συμμάχους ἐγγραφῆναι. Ῥωμαῖοι δ' Αἰτωλοῖς ἐμέμψαντο τῆς οὐ πρὸ πολλοῦ μεταβολῆς. Πρέσβεις δ' ἐς τοὺς βασιλέας ἔπεμπον οἳ προηγόρευον αὐτοῖς, Ἀντίοχον μὲν Αἰγύπτῳ μὴ ἐπιχειρεῖν, Φίλιππον δὲ μηδὲν ἐς Ῥοδίους, ἢ Ἀθηναίους, ἢ Ἄτταλον, ἢ ἐς ἄλλον τινὰ Ῥωμαίων φίλον ἁμαρτάνειν. Τούτοις ὁ Φίλιππος ἀπεκρίνατο, Ῥωμαίοις ἕξειν καλῶς, ἂν ἐμμένωσιν ᾗ συνέθεντο πρὸς αὐτὸν εἰρήνῃ. Οὕτω μὲν αἱ γενόμεναι σπονδαὶ ἐλέλυντο· καὶ στρατιὰ Ῥωμαίων ἐς τὴν Ἑλλάδα ἠπείγετο, στρατηγοῦντος Ποπλίου, καὶ ναυαρχοῦντος Λευκίου.

IV. Ἐκ τοῦ Σουίδα. — ΕΥΖΩΝΟΣ.

Ποιμὴν ὑπέσχετο, στρατὸν εὔζωνον ἄξειν ὁδὸν ἀτριβῆ τρισὶν ἡμέραις.

V. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Λεύκιος Κοίντιος ἐς τὸν τῶν Ἀχαιῶν σύλλογον ἀπέστειλε πρέσβεις, οἳ μετὰ Ἀθηναίων καὶ Ῥοδίων ἔπειθον αὐτοὺς, μεταθέσθαι πρὸς σφᾶς ἀπὸ τοῦ Φιλίππου, αἰτοῦντες βοήθειαν ἐς συμμάχους. Οἱ δὲ ἐνοχλούμενοι μὲν οἰκείῳ καὶ γείτονι πολέμῳ Νάβιδος τοῦ

cere Romanorum, quippe quos ad tentandam frequenter Græciam assuefacerent. Ad hæc quum responsurus Sulpicius surrexisset, a nemine est auditus : clamantibus omnibus, verum dixisse legatos.

2. Denique vero Ætoli priores, per se, re cum Romanis non communicata, pacem cum Philippo fecerunt. Moxque et ab ipso Philippo et Romano imperatore legati de pace Romam missi sunt. Et convenit pax inter Romanos Philippumque in hanc conditionem : « ut neutra pars amicos alterius infestaret. » Hic exitus fuit primæ Romanorum cum Philippo contentionis. Sed satis apparebat, neutram partem firmiter observaturam illam pacis conditionem, neutramque bona voluntate eam iniisse.

III. *Excerptum* XXI *de Legationibus.*

Non multo post, Philippus populis maritimis, qui ei parebant, imperata classe, Samum Chiumque cepit, et partem regni Attali devastavit. Ipsamque etiam Pergamum tentavit, neque templis neque sepulcris parcens; et Rhodiorum Peræam depopulatus est, qui conciliatores ei pacis fuerant; simulque alia copiarum suarum parte Atticam vastavit, Athenasque obsessam tenuit : tanquam hæc omnia nihil ad Romanos pertinerent. Famaque percrebuerat, inter Philippum et Antiochum, Syriæ regem, convenisse : « ut Philippus Antiocho contra Ægyptum Cyprumque, quibus tunc Ptolemæus quartus, Philopator cognomine, puer adhuc, regnabat, auxilia mitteret; Antiochus autem Philippo contra Cyrenen, insulasque Cyclades, et Ioniam. » Eamque famam, quæ omnes valde conturbavit, Rhodii Romanis retulerunt. Post Rhodiorum vero legatos auditi sunt legati Atheniensium, de obsidione, qua Athenas premebat Philippus, conquerentes. Ætolique, quos pœnitebat capti consilii, et ipsi de rege conquesti sunt, quod et secum perfide egisset : petiveruntque, ut in sociorum Romanorum numerum iterum reciperentur. Romani autem, objurgatis Ætolis propter nuperam defectionem, legatos miserunt ad Reges : ad Antiochum quidem, qui eum vetarent invadere Ægyptum; ad Philippum vero, qui ei edicerent, ut bello adversus Rhodios, aut Athenienses, aut Attalum, aut ullum ex sociis populi Romani, abstineret. Quibus Philippus respondit : « bene fore Romanis, si ipsi, fœderum memores, secum servaverint pacem. » Ita quidem pax soluta est; et protinus, exercitus Romanorum in Græciam trajecit, imperatore Publio (Sulpicio), et classi præfecto Lucio (Apustio).

IV. *Apud Suidam.*

Pastor promisit *T. Quintio*, se copias expeditas per callem intra triduum esse perducturum.

V. *Excerptum* XXII *de Legationibus.*

L. Quintius ad concilium Achæorum legatos misit, qui una cum Atheniensibus Rhodiisque hortati sunt illos, ut ad Romanos deficerent a Philippo, auxilia petentes ab illis adversus socios. Hi vero, domestico bello et vicino Nabidis, Lacedæmoniorum tyranni, infestati, et sententiis divisi,

Λακεδαιμονίων τυράννου, διεστῶτες δὲ ταῖς γνώμαις, ἠπόρουν· καὶ οἱ πλείονες ᾑροῦντο τὰ Φιλίππου, καὶ ἀπεστρέφοντο Ῥωμαίους διά τινα ἐς τὴν Ἑλλάδα Σουλπικίου τοῦ στρατηγοῦ παρανομήματα. Ἐγκειμένων δὲ βιαίως τῶν ῥωμαϊζόντων, οἱ πολλοὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπεχώρουν δυσχεραίνοντες· καὶ οἱ λοιποί, διὰ τὴν ὀλιγότητα ἐκβιασθέντες, συνέθεντο τῷ Λευκίῳ, καὶ εὐθὺς ἠκολούθουν ἐπὶ Κόρινθον, μηχανήματα φέροντες.

V a. Ἐκλογὴ περὶ γνωμῶν.

[Ὅτι ὁ Φίλιππος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς τῷ Φλαμινίῳ * * σήτει συναγόντων αὐτοὺς Ἠπειρωτῶν πρέσβεων· ὡς δὲ ὁ Φλαμίνιος Φίλιππον ἐκέλευσεν ἐκστῆναι τῆς Ἑλλάδος, οὐ Ῥωμαίοις, ἀλλὰ ταῖς πόλεσιν αὐταῖς, καὶ τὰς βλάβας ταῖς προειρημέναις ἀποδοθῆναι, ὁ μὲν Φίλιππος τὰ μεν * *]

VI. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Φλαμινῖνος αὖθις συνῆλθεν ἐς λόγους Φιλίππῳ, κατὰ τὸν Μηλιέα κόλπον· ἔνθα κατηγορούντων τοῦ Φιλίππου Ῥοδίων καὶ Αἰτωλῶν, καὶ Ἀμυνάνδρου τοῦ Ἀθαμᾶνος, ἐκέλευσε Φίλιππον ἐξάγειν τὰς φρουρὰς ἐκ Φωκίδος· καὶ πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἀμφοτέρους ἀποστεῖλαι. Γενομένων δὲ τούτων, οἱ μὲν Ἕλληνες ἐν τῇ βουλῇ τῇ Ῥωμαίων ἠξίουν, τὸν Φίλιππον ἐξαγαγεῖν ἐκ τῆς Ἑλλάδος τὰς τρεῖς φρουράς, ἃς αὐτὸς πέδας ἐκάλει τῆς Ἑλλάδος· τὴν μὲν ἐν Χαλκίδι, Βοιωτοῖς καὶ Εὐβοεῦσι καὶ Λοκροῖς ἐπικειμένην· τὴν δὲ ἐν Κορίνθῳ, καθάπερ ἐν πύλαις τὴν Πελοπόννησον ἀποκλείουσαν· καὶ τρίτην ἐν Δημητριάδι, τὴν Αἰτωλοῖς καὶ Μάγνησιν ἐφεδρεύουσαν. Ἡ δὲ βουλὴ τοὺς Φιλίππου πρέσβεις ἤρετο· τί φρονοίη περὶ τῶνδε τῶν φρουρῶν ὁ βασιλεύς; Ἀποκριναμένων δέ, ἀγνοεῖν· Φλαμινῖνον, ἔφη, κρινεῖν, καὶ πράξειν ὅ τι ἂν δίκαιον ἡγεῖται. Οὕτω μὲν οἱ πρέσβεις ἐκ Ῥώμης ἐπανῄεσαν· Φλαμινῖνος δὲ καὶ Φίλιππος ἐς οὐδὲν συμβαίνοντες ἀλλήλοις, αὖθις ἐς πόλεμον καθίσταντο.

VII. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι ἡττηθεὶς πάλιν ὁ Φίλιππος, περὶ συμβάσεων ἐπεκηρυκεύετο πρὸς Φλαμινῖνον. Ὁ δ' αὖθις αὐτῷ συνελθεῖν ἐς λόγους συνεχώρει· πολλὰ μὲν τῶν Αἰτωλῶν δυσχεραινόντων, καὶ διαβαλλόντων αὐτὸν ἐς δωροδοκίαν, καὶ καταγιγνωσκόντων τῆς ἐς ἅπαντα εὐχεροῦς μεταβολῆς· ἡγούμενος δ', οὔτε Ῥωμαίοις συμφέρειν, οὐδὲ τοῖς Ἕλλησι, Φιλίππου καθαιρεθέντος, ἐπιπολάσαι τὴν Αἰτωλῶν βίαν. Τάχα δ' αὐτὸν καὶ τὸ παράδοξον τῆς νίκης ἀγαπᾶν ἐποίει. Συνθέμενος δὲ χωρίον, οἷ τὸν Φίλιππον ἐπελθεῖν ἔδει, τοὺς συμμάχους ἐκέλευσε γνώμην προαποφήνασθαι κατὰ πόλεις. Τὰ μὲν δὴ παρὰ τῶν ἄλλων φιλάνθρωπα ἦν, τό τε τῆς τύχης ἄδηλον, ἐξ ὧν ἔπαθεν ὁ Φίλιππος, ὑφορωμένων, καὶ τὸ πταῖσμα τοῦτο οὐ κατ' ἀσθένειαν, ἀλλὰ πλέον

hæsitabant : et plerique præferebant Philippi societatem, adversabanturque Romanos, ob nonnullas a Sulpicio, superiori imperatore, Græcis illatas injurias. Quum vero acriter instarent hi, quibus Romanorum placebant partes; plerique, ægre ferentes, excesserunt concilio : et reliqui, ob paucitatem cedere coacti, societatem iniere cum Lucio, et statim eum ad Corinthum secuti sunt, machinasque ubi admoverunt.

V a. *Excerptum Vaticanum.*

Philippus Macedonum rex cum Flaminino *in colloquium venit*, ad quod Epirotarum legati eos adduxerant. Ibi quum Flamininus Philippum Græcia excedere juberet, non Romanorum, sed ipsarum urbium gratia, damnaque illata iisdem urbibus sarcire, tum Philippus * *

VI. *Excerptum* XXIII *de Legationibus.*

Flamininus iterum in colloquium convenit cum Philippo, in sinu Maliaco. Ibi quum de Philippo conquererentur Rhodii, et Ætoli, et Amynander rex Athamanum, Flamininus Philippum, præsidia deducere ex Phocide, utramque autem partem, legatos mittere Romam, jussit. Quod ubi illi fecerunt, Græci apud senatum Romanum postularunt, ut e Græcia Philippus tria illa præsidia educeret, quæ compedes Græciæ appellare ille consueverat; unum Chalcide, quod Bœotis et Eubœensibus et Locris immineret; alterum Corintho, Peloponnesum tanquam porta claudens; tertium Demetriade, Ætolos Magnetesque velut ex insidiis observans. Senatus vero, quum interrogati legati Philippi, quid de illis præsidiis sentiret rex? « se nescire » respondissent; Flamininus, inquit, judicabit, et, quod æquum censebit, faciet. Sic legati Roma reversi sunt. Et Flamininus Philippusque, quum de conditionibus inter eos non convenisset, ad arma redierunt.

VII. *Excerptum* XXIV *de Legationibus.*

Victus (ad Cynoscephalas) Philippus, rursus caduceatores de pace ad Flamininum misit. Et Flamininus iterum potestatem ei secum colloquendi fecit; ægerrime quidem id ferentibus Ætolis, et regiis donis corruptum calumniantibus et de subita ejus consiliorum mutatione conquerentibus. Sed ille, neque Romanis utile esse, neque Græcis, censebat, si, sublato Philippo, dominaretur Ætolorum violentia. Ac fortasse ipsius quoque victoriæ insperata magnitudo fecerat, ut ea contentus esse vellet Quintius. Constituto igitur loco, quo conveniret Philippus, priusquam advenit tempus, convocatis sociis, jussit quemque populum sententiam suam exponere. Et cæterorum quidem benigna oratio fuit, incerta fortunæ, exemplo eorum, quæ Philippus perpessus fuerat, suspecta habentium; existimantiumque, ipsam illam cladem non tam ex infirmitate, quam adverso

ἐκ συντυχίας αὐτὸν παθεῖν ἡγουμένων. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τῶν Αἰτωλῶν πρόεδρος, ἀγνοεῖν, ἔφη, τὸν Φλαμινῖνον, ὅτι μηδὲν ἄλλο μήτε Ῥωμαίοις μήθ' Ἕλλησι συνοίσει, πλὴν ἐξαιρεθῆναι τὴν ἀρχὴν τὴν Φιλίππου. Ὁ δὲ, Ἀλέξανδρον ἀγνοεῖν, ἔφη, τὴν Ῥωμαίων φύσιν· οἳ οὐδένα ποτὲ τῶν ἐχθρῶν εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἀνέτρεψαν, ἀλλὰ πολλῶν ἐς αὐτοὺς ἁμαρτόντων, καὶ Καρχηδονίων ἔναγχος, ἐφείσαντο, τὰ σφέτερα αὐτοῖς ἀποδόντες, καὶ φίλους ποιησάμενοι τοὺς ἠδικηκότας. Ἀγνοεῖς δ', ἔφη, καὶ τοῦθ', ὅτι τοῖς Ἕλλησιν ἔθνη πολλὰ, ὅσα βάρβαρα τὴν Μακεδονίαν περικάθηται, εἴ τις ἐξέλοι τοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ἐπιδραμεῖται ῥᾳδίως. Ὅθεν ἐγὼ δοκιμάζω, τὴν μὲν ἀρχὴν ἐᾶν τῶν Μακεδόνων, προπολεμεῖν ὑμῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους· Φίλιππον δὲ ἐκστῆναι τοῖς Ἕλλησιν, ὧν πρότερον ἀντέλεγε χωρίων, καὶ Ῥωμαίοις ἐς τὴν τοῦ πολέμου δαπάνην ἐσενεγκεῖν τάλαντα διακόσια, ὅμηρά τε δοῦναι τὰ ἀξιολογώτατα, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Δημήτριον· μέχρι δὲ ταῦθ' ἡ σύγκλητος ἐπικυρώσει, τετραμήνους ἀνοχὰς γενέσθαι.

2. Δεξαμένου δὲ πάντα τοῦ Φιλίππου, τὴν μὲν εἰρήνην ἡ βουλὴ μαθοῦσα ἐπεκύρωσε· τὰς δὲ προτάσεις τὰς Φλαμινίνου σμικρύνασα καὶ φαυλίσασα, ἐκέλευσε τὰς πόλεις ὅσαι ἦσαν Ἑλληνίδες ὑπὸ Φιλίππῳ, πάσας ἐλευθέρας εἶναι, καὶ τὰς φρουρὰς ἀπ' αὐτῶν Φίλιππον ἐξαγαγεῖν πρὸ τῶν ἐπιόντων Ἰσθμίων· ναῦς τε ὅσας ἔχει, χωρὶς ἑξήρους μιᾶς καὶ σκαφῶν πέντε καταφράκτων, παραδοῦναι τῷ Φλαμινίνῳ· καὶ ἀργυρίου τάλαντα Ῥωμαίοις ἐσενεγκεῖν πεντακόσια μὲν αὐτίκα, πεντακόσια δὲ ἔτεσι δέκα, ἑκάστου τὸ μέρος ἔτους ἐς Ῥώμην ἀναφέροντα· ἀποδοῦναι δὲ καὶ αἰχμάλωτα καὶ αὐτόμολα αὐτῶν, ὅσα ἔχοι. Τάδε μὲν ἡ βουλὴ προσέθηκε, καὶ Φίλιππος ἐδέξατο ἅπαντα· ᾧ καὶ μάλιστα ἡ σμικρολογία Φλαμινίνου καταφανὴς ἐγένετο. Συμβούλους δ' ἔπεμπον αὐτῷ καθάπερ εἰώθεσαν ἐπὶ τοῖς λήγουσι πολέμοις δέκα ἄνδρας, μεθ' ὧν αὐτὸν ἔδει τὰ εἰλημμένα καθίστασθαι· καὶ τάδε μὲν διετίθετο σὺν ἐκείνοις. Αὐτὸς δ' ἐς τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα ἐπελθὼν, πληθύοντος τοῦ σταδίου, σιωπήν τε ἐσήμηνεν ὑπὸ σάλπιγγι, καὶ τὸν κήρυκα ἀνειπεῖν ἐκέλευσεν· Ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων, καὶ ἡ σύγκλητος, καὶ Φλαμινῖνος ὁ στρατηγὸς, Μακεδόνας καὶ βασιλέα Φίλιππον ἐκπολεμήσαντες, ἀφιᾶσι τὴν Ἑλλάδα ἀφρούρητον, ἀφορολόγητον, ἰδίοις ἤθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι. Πολλῆς δ' ἐπὶ τούτῳ βοῆς καὶ χαρᾶς γενομένης, θόρυβος ἥδιστος ἦν, ἑτέρων μεθ' ἑτέρους τὸν κήρυκα καὶ παρὰ σφᾶς ἀνειπεῖν μετακαλούντων. Στεφάνους τε καὶ ταινίας ἐπέβαλον τῷ στρατηγῷ, καὶ ἀνδριάντας ἐψηφίζοντο κατὰ πόλεις. Πρέσβεις τε, μετὰ χρυσῶν στεφάνων, ἔπεμπον ἐς τὸ Καπιτώλιον, οἳ χάριν ὡμολόγουν, καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίων συμμάχους ἀνεγράφοντο. Καὶ δεύτερος ὅδε πόλεμος Ῥωμαίοις τε καὶ Φιλίππῳ ἐς τοῦτο ἐτελεύτα.

3. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον καὶ συνεμάχησε Ῥωμαίοις ὁ Φίλιππος ἐν τῇ Ἑλλάδι κατὰ Ἀντιόχου βασιλέως· περῶντάς τε ἐπὶ Ἀντίοχον ἐς τὴν Ἀσίαν διὰ Θρᾴκης

quodam casu fortunæ, accidisse regi. Alexander autem, princeps Ætolorum : « nescire, aiebat, Flamininum, nihil aliud neque Romanis, neque Græcis profuturum, nisi ut deleatur regnum Philippi. » Ad quæ Quintius, « nescire Alexandrum, inquit, morem Romanorum : qui nullum unquam hostem initio statim delevissent; sed multis sæpe, a quibus fuissent injuria lacessiti, et nuper Carthaginiensibus, pepercissent, sua eis reddentes, et socios sibi jungentes hos, qui iniqua adversus ipsos patrassent. Sed nec illud (inquit) tu consideras, barbararum gentium magnum numerum, quotquot Macedoniam circum attingunt, si quis Macedonum reges tollat, in Græciam facile se effusuras. Quare ego relinquendum Macedonum regnum, arbitror, ut vos illi adversus barbaros tueantur; Philippum autem jubendum censeo, Græcis reddere loca ea, quibus cedere adhuc recusavit, et populo Romano pro belli sumtibus pendere ducenta talenta, filiosque familias nobilissimos, et in his filium suum Demetrium, obsides tradere : interim, quoad hæ conditiones fuerint a senatu confirmatæ, quatuor mensium inducias dandas. »

2. Et ea quidem omnia rex recepit. Senatus autem, re intellecta, pacem quidem ratam habuit; sed conditiones Flaminini, velut justo tenuiores, aspernatus, has pacis leges esse voluit : « Omnes Græcorum civitates, quæ sub ditione Philippi fuissent, liberæ essent; et præsidia ex his ante proxima Isthmia rex deduceret : naves, quotquot haberet, excepta una, quæ sex versibus remorum agebatur, et quinque minoribus navibus tectis, Flaminino traderet : talenta argenti Romanis quingenta præsentia daret; et alia quingenta æquis pensionibus decem annorum Romam mitteret : captivos et transfugas redderet, quotquot haberet. » Has conditiones, a senatu adjectas, et ipsas rex cunctas accepit : quo magis etiam apparebat, nimis tenues fuisse illas, quas Flamininus tulerat. Decem autem legati, ut fieri solebat perfectis bellis, missi sunt a senatu ad Flamininum, ex quorum consilio res victoria quæsitas ordinaret. Quibus rite constitutis, Isthmiorum ludicrum obiit Quintius; et referto hominibus stadio, tuba silentio facto, præconem hæc pronunciare jubet : Senatus populusque Romanus, et Flamininus imperator, debellatis Macedonibus Philippoque rege, Græciam externis præsidiis liberam esse jubent, et immunem, suis institutis legibusque viventem. Qua exaudita voce, plausus et gaudium, lætissimusque strepitus coortus est; et omnes passim ad se revocabant præconem, ut apud se quoque pronunciantem præconium audirent; et coronas et lemniscos in imperatorem jaciebant, statuasque ei erigendas oppidatim decernebant. Legatos quoque cum aureis coronis in Capitolium miserunt, qui publice gratias agerent, et in tabulas sociorum Romani populi nomina civitatum suarum inscriberent. Atque hunc exitum habuit secundum Romanorum bellum cum Philippo.

3. Non multo post autem auxilium etiam tulit Romanis Philippus in Græcia contra regem Antiochum; eosdemque, quum adversus Antiochum in Asiam trajicerent, difficili

καὶ Μακεδονίας ὁδὸν οὐκ εὐμαρῆ, παρέπεμπεν οἰκείοις τέλεσι καὶ τροφαῖς καὶ δαπανήμασιν, ὁδοποιῶν, καὶ ποταμοὺς δυσπόρους ζευγνὺς, καὶ τοὺς ἐπικειμένους Θρᾷκας διακόπτων, ἕως ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἤγαγεν. Ἐφ' οἷς ἡ μὲν βουλὴ τὸν υἱὸν αὐτῷ Δημήτριον παρὰ σφίσιν ὁμηρεύοντα ἀπέλυσε, καὶ τῶν χρημάτων ἀφῆκεν, ὧν ἔτι ὤφειλεν. Οἱ δὲ Θρᾷκες οἵδε Ῥωμαίους, ἀπὸ τῆς ἐπ' Ἀντιόχῳ νίκης ἐπανιόντας, οὐκ ἔτι Φιλίππου παρόντος, τὴν τελείαν ἀφείλοντο, καὶ πολλοὺς διέφθειραν· ᾧ καὶ μάλιστα ἐπεδείχθη ὅσον αὐτοὺς ἀπιόντας ὤνησεν ὁ Φίλιππος.

1. Ἐκτελεσθέντος δὲ **, πολλοὶ κατηγόρουν τοῦ Φιλίππου, τὰ μὲν ἀδικεῖν αὐτὸν, τὰ δὲ οὐ ποιεῖν, ὧν ὥρισε Φλαμινῖνος, ὅτε διετίθετο τὴν Ἑλλάδα. Καὶ Δημήτριος ἐς ἀντιλογίαν ἐπρέσβευεν ὑπὲρ αὐτοῦ, κεχαρισμένος μὲν ἔκπαλαι Ῥωμαίοις ἀπὸ τῆς ὁμηρίας. Φλαμινίνου δὲ αὐτὸν τῇ βουλῇ γνωρίζοντος ἰσχυρῶς, νεώτερον δ' ὄντα καὶ θορυβούμενον, ἐκέλευσαν τὰ τοῦ πατρὸς ὑπομνήματα ἀναγνῶναι. Ἐν οἷς ἦν ἐφ' ἑκάστου, τὰ μὲν ἤδη γεγονέναι, τὰ δὲ γενήσεσθαι, καίπερ ἀδίκως ὡρισμένα· καὶ γὰρ τοῦτο προσέκειτο πολλοῖς. Ἡ δὲ βουλὴ τὴν ὑπόγυιον αὐτοῦ ἐς Ἀντίοχον προθυμίαν αἰδουμένη, συγγιγνώσκειν τε, ἔφη, καὶ προσεπεῖπε, διὰ Δημήτριον. Ὁ δ', ὁμολογουμένως αὐτοῖς ἐς τὸν Ἀντιόχου πόλεμον χρησιμώτατός τε γεγονὼς, καὶ βλαβερώτατος ἂν φανεὶς, εἰ Ἀντιόχῳ παρακαλοῦντι συνέπραξε· πολλὰ ἐλπίσας ἐπὶ τῷδε, καὶ ὁρῶν αὐτὸν ἀπιστούμενον καὶ κατηγορούμενον, καὶ συγγνώμης ἀντὶ χαρίτων ἀξιούμενον, καὶ τῆσδε διὰ Δημήτριον, ἤχθετο, καὶ ἠγανάκτει, καὶ ἐπέκρυπτεν ἄμφω. Ὡς δὲ καὶ ἐν δίκῃ τινὶ Ῥωμαῖοι πολλὰ τῶν Φιλίππου πρὸς Εὐμενῆ μετέφερον, ἀσθενοποιοῦντες ἀεὶ τὸν Φίλιππον, ἐς πόλεμον ἤδη λανθάνων ἡτοιμάζετο.

VIII. Ἐκ τοῦ Σουΐδα. — ΤΕΤΡΥΣΘΑΙ.

Ὁ δὲ Φίλιππος τοὺς ἐπιπλέοντας διέφθειρεν· ἵνα μὴ Ῥωμαῖοι λέγοιεν, τὰ Μακεδόνων ἐκτετρῦσθαι.

IX. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Ῥωμαῖοι ταχέως αὐξανόμενον τὸν Περσέα ὑφορῶντο· καὶ μάλιστα αὐτοὺς ἠρέθιζεν ἡ τῶν Ἑλλήνων φιλία καὶ γειτνίασις, οἷς ἔχθος ἐς Ῥωμαίους ἐπεποιήκεσαν οἱ Ῥωμαίων στρατηγοί. Ὡς δὲ καὶ οἱ πρέσβεις οἱ ἐς Βαστάρνας ἀπεσταλμένοι, τὴν Μακεδονίαν, ἔφασκον, ἰδεῖν ἀσφαλῶς ὠχυρωμένην, καὶ παρασκευὴν ἱκανὴν, καὶ νεότητα γεγυμνασμένην, Ῥωμαίους καὶ τάδε διετάρασσεν. Αἰσθόμενος δ' ὁ Περσεὺς, ἑτέρους ἔπεμπε πρέσβεις, τὴν ὑπόνοιαν ἐκλύων. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Εὐμενὴς, ὁ τῆς περὶ τὸ Πέργαμον Ἀσίας βασιλεὺς, ἀπὸ τῆς πρὸς Φίλιππον ἔχθρας δεδιὼς Περσέα, ἧκεν ἐς Ῥώμην, καὶ κατηγόρει φανερῶς αὐτοῦ, παρελθὼν ἐς τὸ βουλευτήριον· ὅτι Ῥωμαίοις δυσμενὴς γένοιτο ἀεὶ, καὶ τὸν ἀδελφὸν οἰκείως ἐς αὐτοὺς ἔχοντα ἀνέλοι· καὶ Φιλίππῳ τε παρασκευὴν τοσήνδε κατ' αὐτῶν συναγαγόντι συμπράξειν· καὶ βασιλεὺς γενόμενος,

itinere, per Macedoniam Thraciamque, suis sumtibus prosecutus est, et commeatus exercitui suppeditavit, suisque impensis vias communivit, et fluvios trajectu difficiles pontibus junxit; et disjiciens incumbentes Thracas, usque ad Hellespontum Romanos perduxit. In cujus officii gratiam senatus ei et filium Demetrium, qui obses Romæ erat, et pecuniam, quam adhuc Philippus debebat, remisit. Iidem vero Thraces redeuntibus deinde a victoria de Antiocho reportata Romanis, quum jam Philippus non præsto esset, prædam abstraxerunt, et magnum numerum militum interfecerunt : quo vel maxime apparuit, quam utilis eis, ad id bellum exeuntibus, fuerit opera Philippi.

4. Perfecto vero (bello adversus Antiochum), multi ex Græcis apud Romanos conquesti sunt de Philippo, quod et alia multa injuste ageret, et ea non faceret, quæ essent a Flaminino, quum Græciam ordinaret, definita. Ad ea crimina purganda Demetrius patris nomine Romam legatus abiit; qui et a superiori tempore, quo obses ibi fuerat, Romanis acceptus erat, et nunc a Flaminino senatui etiam atque etiam commendabatur. Sed quum inexercitatus esset juvenis, et ad respondendum perturbatus, jusserunt commentarium patris eis de rebus prælegere. In eo autem de singulis rebus perscriptum erat, alia jam facta esse, alia etiamnum se facturum, quanquam inique postulata : nam et hoc ipsum quibusdam locis adjectum erat. Et senatus nuperum regis studium reputans, quod Romanis adversus Antiochum demonstraverat, respondit : ignoscere se ei; adjecit autem, Demetrii causa id fieri. Jam vero Philippus, qui, cum plurimum nocere Romanis in bello contra Antiochum potuisset, si cum Antiocho, sollicitante eum, facere voluisset, utilissimam eis operam præstiterat, magnamque ab illis gratiam sese speraverat initurum; ubi vidit, fidem sibi non haberi, et accusationes adversus se admittere Romanos, satisque illis esse, cum gratias debeant, ut veniam sibi, eamque ipsam Demetrii causa, concederent; dolore simul et indignatione commotus est : sed aliquantisper etiam tum occultavit animi sensum. Postquam autem in lite etiam quadam, quam judicabant Romani, multa, quæ Philippi fuerant, sunt ab his Eumeni attributa, ut appareret, quavis occasione opes Philippi ab eis infringi; tum vero et bellum clam cœpit apparare.

VIII. *Ex Suida.*

Quos Philippus, navibus accedentes, interemit; ne Romani dicerent, attritas esse vires Macedonum.

IX. *Excerptum* XXV *de Legationibus.*

Perseum, celeriter opibus crescentem, suspectum habebant Romani : ac maxime eos stimulavit Græcorum vicinia et in eum amor, quibus odium adversus Romanos attulerant imperatores Romanorum. Postquam vero et legati, qui ad Bastarnas missi erant, Macedoniam se vidisse, dixerunt, valide munitam, et copiosum in ea belli apparatum, et exercitatam juventutem; id quoque Romanos conturbavit. Quod ubi intellexit Perseus, alios misit Romam legatos, per quos dilueret suspicionem. Eodem autem tempore Eumenes quoque, rex Asiæ Pergamenæ, qui ob inimicitias, quas cum Philippo gesserat, timebat Perseum, Romam venit, ac publice apud senatum accusavit Perseum : « quod infensus semper Romanis fuisset, fratremque bene erga illos affectum sustulisset; et Philippum, tantos belli apparatus adversus eos contrahentem, juvisset : quo de apparatu,

οὐδὲν ἐκλύσειεν αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ προσεξεργάσαιτο ἕτερα· καὶ τὴν Ἑλλάδα ἀμέτρως θεραπεύοι, Βυζαντίοις τε καὶ Αἰτωλοῖς καὶ Βοιωτοῖς συμμαχήσειε· καὶ Θρᾴκην κατακτῷτο, μέγα ὁρμητήριον· καὶ Θετταλοὺς καὶ Περῤαιβοὺς διαστασιάσειε βουλομένους τι πρεσβεῦσαι πρὸς ὑμᾶς. Καὶ τῶν ὑμετέρων, ἔφη, φίλων καὶ συμμάχων, Ἀβρούπολιν μὲν ἀφῄρηται τὴν ἀρχὴν, Ἀρθέταυρον δ' ἐν Ἰλλυριοῖς, καὶ δυνάστην ἔκτεινεν ἐπιβουλεύσας, καὶ τοὺς ἐργασαμένους ὑποδέδεκται. Διέβαλλέ τ' αὐτοῦ καὶ τὰς ἐπιγαμίας, βασιλικὰς ἄμφω γενομένας, καὶ τὰς νυμφαγωγίας ὅλῳ τῷ Ῥοδίων στόλῳ παραπεμφθείσας. Ἔγκλημα δ' ἐποίει καὶ τὴν ἐπιμέλειαν αὐτοῦ, καὶ τὸ νηφάλιον τῆς διαίτης, ὄντος οὕτω νέου. Καὶ ὅτι πρὸς πολλῶν ὀξέως ἐν ὀλίγῳ ἀγαπῷτο καὶ ἐπαινοῖτο. Ζήλου τε καὶ φθόνου καὶ δέους μᾶλλον, ἢ ἐγκλημάτων, οὐδὲν ὁ Εὐμενὴς ἀπολιπὼν, ἐκέλευσε τὴν σύγκλητον ὑφορᾶσθαι νέον ἐχθρὸν εὐδοκιμοῦντα καὶ γειτονεύοντα.

2. Ἡ δ' ἔργῳ μὲν, οὐκ ἀξιοῦσα, βασιλέα σώφρονα καὶ φιλόσοφον, καὶ ἐς πολλοὺς φιλάνθρωπον, ἀθρόως οὕτως ἐπαιρόμενον, καὶ πατρικὸν ὄντα σφίσιν ἐχθρὸν, ἐν πλευραῖς ἔχειν· λόγῳ δ', ἃ προύτεινεν ὁ Εὐμενὴς, αἰτιωμένη, πολεμεῖν ἔκρινε τῷ Περσεῖ. Καὶ ταῦτ' ἀπόῤῥητα ἔτι ἐν σφίσιν αὐτοῖς ποιούμενοι, Ἅρπαλόν τε, πεμφθέντα παρὰ Περσέως ἐς ἀντιλογίαν Εὐμενοῦς, καὶ Ῥοδίων τινὰ πρεσβευτὴν, βουλομένους ἐς ὄψιν τον Εὐμενῆ διελέγχειν, παρόντος μὲν ἔτι τοῦ Εὐμενοῦς, οὐ προσήκαντο· μεταστάντος δὲ, ἐδέξαντο. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῷδε πρῶτον ἀγανακτοῦντές τε, καὶ παῤῥησίᾳ χρώμενοι πλέον, βουλομένους δ' ἤδη Ῥωμαίους Περσεῖ καὶ Ῥοδίοις μᾶλλον ἐξηγρίωσαν. Τῶν δὲ βουλευτῶν πολλοὶ τὸν Εὐμενῆ δι' αἰτίας εἶχον, ὑπὸ φθόνου καὶ δέους αἴτιον τοσοῦδε πολέμου γενόμενον. Καὶ Ῥόδιοι τὴν θεωρίαν αὐτοῦ, μόνου βασιλέων, ἐς τὴν ἑορτὴν τοῦ Ἡλίου πεμπομένην, οὐκ ἐδέξαντο. Αὐτὸς δ' ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπανιὼν ἐκ Κίῤῥας ἐς Δελφοὺς ἀνέβαινε θύσων. Καὶ αὐτῷ τέσσαρες ἄνδρες ὑπὸ τὸ τειχίον ὑποστάντες ἐπεβούλευον. Καὶ ἄλλας δέ τινας αἰτίας οἱ Ῥωμαῖοι ἐς τὸν Περσέως πόλεμον, ὡς οὔπω κεκριμένον, προσελάμβανον· καὶ πρέσβεις ἐς τοὺς φίλους βασιλέας, Εὐμενῆ, καὶ Ἀντίοχον, καὶ Ἀριαράθην, καὶ Μασσανάσσην, καὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου, περιέπεμπον. Ἑτέρους δ' ἐς τὴν Ἑλλάδα καὶ Θεσσαλίαν, καὶ Ἤπειρον καὶ Ἀκαρνανίαν, καὶ ἐς τὰς νήσους, ὅπως δύναιντο προσαγαγέσθαι· ὃ καὶ μάλιστα τοὺς Ἕλληνας ἐτάραττεν, ἡδομένους μὲν τῷ Περσεῖ, φιλέλληνι ὄντι, ἀναγκαζομένους δ' ὅμως, Ῥωμαίοις ἐς συμβάσεις χωρεῖν.

3. Ὧν ὁ Περσεὺς αἰσθόμενος, ἔπεμπεν ἐς Ῥώμην ἀπορῶν δὴ καὶ πυνθανόμενος, τί παθόντες ἐκλήθονται τῶν συγκειμένων, καὶ πρέσβεις κατ' αὐτοῦ περιπέμπουσιν, ὄντος φίλου· δέον, εἰ καί τι μέμφονται, λόγῳ διακριθῆναι. Οἱ δ' ἐνεκάλουν, ὅσα Εὐμενὴς εἴποι καὶ πάθοι· καὶ μάλιστα, ὅτι Θρᾴκην κατακτῷτο, καὶ στρατιὰν ἔχοι καὶ παρασκευὴν οὐκ ἠρεμήσοντος ἀν-

postquam rex factus est, adeo nihil remisisset, ut multa etiam adjecerit : Græciam autem omnibus modis sibi conciliare studeret, et Byzantinis, Ætolisque et Bœotis auxilia misisset : Thraciam vero, magnam arcem belli, sibi subjecisset : apud Thessalos et Perrhæbos, quum in eo fuissent, ut legationem Romam de rebus suis mittere vellent, omnia seditionibus conturbasset. Ac duorum, inquit, amicorum vestrorum sociorumque, alterum, Abrupolim, regno ejecit; alterum vero, Arthetaurum, Illyriæ regulum, interficiendum etiam per insidias curavit, et interfectores apud se recepit. » Præterea vero et affinitates Persei, utramque cum regibus contractam, in invidiam adducere conatus est Eumenes; et deductiones sponsarum, totius Rhodiæ classis comitatu celebratas. Quin et industriam regis, et sobrietatem vitæ in tam juvenili ætate, in crimen adduxit : et quod tam celeriter multorum benevolentiam existimationemque esset consecutus. Omninoque nulla re prætermissa, quæ vel ad conflandam Perseo invidiam, incitandamque Romanorum æmulationem, vel ad timorem eis incutiendum magis, quam ad culpam Persei arguendam, pertineret; monuit Eumenes senatum, ut caveret sibi ab hoste juvene, qui tanta existimatione frueretur, tamque esset vicinus.

2. Et senatus, re vera quidem, quod nollet, a tergo habere regem sobrium, et sapientiæ studiosum, et homines beneficiis demerentem, qui tam brevi tempore in id fastigium evectus, inimicitias adversus Romanos gereret paterna hæreditate acceptas; in speciem autem, causas interserens eas, quas prætenderat Eumenes, bellum inferre Perseo decrevit : cavit tamen adhuc, ne in publicum exiret captum in eam partem consilium. Harpalus autem, a Perseo missus ad diluendas Eumenis criminationes, et alius legatus Rhodiorum, quum postulassent, ut coram disceptare cum Eumene in senatu sibi liceret, præsente quidem Eumene non sunt admissi; sed post hujus discessum demum senatus illis datus est. Et illi, hoc ipso primum indignati, tum et libertate in dicendo intemperantius utentes, sponte jam bellum meditatos Romanos, magis etiam exasperarunt adversus Perseum Rhodiosque. Fuere tamen haud pauci ex senatoribus, qui accusarent Eumenem, quod privata tantum invidia metuque auctor tanti belli exstiterit. Et Rhodii posthac legationem sacram, quam solus ex regibus Eumenes ad festum solis misit, non receperunt. Ipsi autem Eumeni, quum, in Asiam rediens, Cirrha ascenderet Delphos, Apollini sacrificaturus, quatuor viri, post maceriem abditi, insidias struxerunt. Atque hanc et alias simul causas pro bello contra Perseum suscipiendo, tanquam non jam ante decretum fuisset, allegantes Romani, ad socios reges, ad Eumenem, Antiochum, Ariarathem, Masinissam, Ptolemæumque Ægypti regem, legatos circum miserunt. Itemque alios in Græciam, in Thessaliam, in Epirum, in Acarnaniam, in insulas denique miserunt, ut earum, quotquot possent, ad suas partes pertraherent. Quæ res Græcos maxime conturbavit; quorum nonnulli, quanquam eis placuerat Perseus, ut amicus Græcorum, coacti sunt ad societatem cum Romanis ineundam.

3. Quibus rebus cognitis, Perseus iterum legatos Romam misit : qui se mirari regem, dicerent, et discere a Romanis cupere, quibus tandem causis inducti obliviscerentur fœderum, legatosque contra se, socium populi Romani, circummitterent; quum, si qua re offensos se putarent, verbis primum disceptare ea de re oportuisset. » Tum vero senatus causatus est ea, quæ de Perseo retulerat Eumenes et quæ ab illo idem erat perpessus; maxime vero, quod Thraciam subegisset Perseus, et eum exercitum eosque

δρός. Ὁ δ' αὖθις ἔπεμπεν ἑτέρους, οἳ, ἐς τὸ βουλευτήριον ἐπαχθέντες, ἔλεγον ὧδε· « Τοῖς μὲν προφάσεως ἐς πόλεμον, ὦ Ῥωμαῖοι, δεομένοις, ἱκανὰ πάντα ἐς τὴν πρόφασίν ἐστιν. Εἰ δ' αἰδεῖσθε συνθήκας, οἱ πολὺν ἀξιοῦντες αὐτῶν λόγον ἔχειν, τί παθόντες ὑπὸ Περσέως αἱρεῖσθε πόλεμον; οὐ γὰρ, ὅτι στρατιὰν ἔχει καὶ παρασκευήν. Οὐ γὰρ ἔχει ταῦτα καθ' ὑμῶν· οὐδὲ τοὺς ἄλλους κεκτῆσθαι βασιλέας κωλύετε· οὐδ' ἄδικον, ἀσφαλῶς ἔχειν ἐς τοὺς ἀρχομένους, καὶ τὰ περίοικα, καὶ εἴ τις ἔξωθεν ἐπιβουλεύοι. Πρὸς δὲ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἐπρέσβευσε, καὶ τὰς συνθήκας ἔναγχος ἀνεκαίνισεν. Ἀλλὰ Ἀβρούπολιν ἐξέβαλε τῆς ἀρχῆς. Ἐπιδραμόντα γε τοῖς ἡμετέροις, ἀμυνόμενος. Καὶ τοῦτ' αὐτὸς ὑμῖν ἐδήλωσε Περσεύς· καὶ τὰς συνθήκας αὐτῷ μετὰ τοῦτο ἀνενεώσασθε, οὔπω διαβάλλοντος Εὐμενοῦς. Τὸ μὲν δὴ περὶ Ἀβρούπολιν, καὶ πρεσβύτερόν ἐστι τῶν συνθηκῶν, καὶ παρ' ὑμῖν, ὅτε συνετίθεσθε, δίκαιον ἐφάνη· Δόλοψι γὰρ ἐπεστράτευσεν, οὖσι τῆς ἰδίας ἀρχῆς. Καὶ δεινὸν, εἰ τῶν ἑαυτοῦ λογισμὸν ὑμῖν ὀφλήσει. Δίδωσι δ' ὅμως, περὶ πολλοῦ ποιούμενος ὑμᾶς τε καὶ δόξαν ἀγαθήν. Ἔκτειναν δ' οἱ Δόλοπες οἵδε τὸν ἡγούμενον αὐτῶν, αἰκισάμενοι. Καὶ ζητεῖ Περσεύς· τί ἂν ὑμεῖς ἐδράσατε τοὺς ὑπηκόους, τοιαῦτα πράξαντας; Ἀλλὰ Ἀρθέταυρόν τινες ἀνελόντες, ἐν Μακεδονίᾳ διέτριβον. Κοινῷ γε πάντων ἀνθρώπων νόμῳ, καθὰ καὶ ὑμεῖς τοὺς ἑτέρων φεύγοντας ὑποδέχεσθε. Μαθὼν δὲ καὶ τοῦθ' ὅτι ἔγκλημα ποιεῖσθε, ἐξεκήρυξεν αὐτοὺς τῆς ἀρχῆς ὅλης. Βυζαντίοις δὲ, καὶ Αἰτωλοῖς, καὶ Βοιωτοῖς, οὐ καθ' ὑμῶν, ἀλλὰ καθ' ἑτέρων συνεμάχησε. Καὶ ταῦτα πρὶν ὑμῖν ἡμέτεροι πρέσβεις ἐμήνυον· καὶ οὐκ ἐμέμφεσθε, μέχρι τῆς Εὐμενοῦς διαβολῆς· ἣν οὐκ εἰάσατε τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις ἐς ὄψιν αὐτὸν ἐλέγξαι.

4. Ἀλλὰ τὴν ἐπιβουλὴν, τὴν ἐν Δελφοῖς αὐτῷ γενομένην, προσγράφετε Περσεῖ. Πόσων Ἑλλήνων, πόσων δὲ βαρβάρων, κατ' Εὐμενοῦς πρεσβευσάντων πρὸς ὑμᾶς; οἷς πᾶσιν ἐχθρός ἐστι, τοιοῦτος ὤν. Ἐρρέννιον, τὸν ἐν Βρεντεσίῳ, τίς ἂν πιστεύσειεν, ὅτι Περσεὺς, Ῥωμαῖον ὄντα, καὶ φίλον ὑμέτερον καὶ πρόξενον, εἴληφεν ἐπὶ τὴν τῆς βουλῆς φαρμακείαν, ὡς ἀναλῶσαι τὴν σύγκλητον δι' αὐτοῦ δυνάμενος, ἢ τοὺς ὑπολοίπους εὐμενεστέρους ἕξων, διὰ τοὺς ἀναιρουμένους; Ἀλλ' Ἐρρέννιος μὲν ἐψεύσατο τοῖς ἐπιτρίβουσιν ἐς τὸν πόλεμον ὑμᾶς, πρόφασιν εὐσχήμονα διδούς. Εὐμενὴς δ' ὑπ' ἔχθρας τε, καὶ φθόνου, καὶ δέους, οὐδὲ ταῦτ' ὤκνησεν ἐγκαλέσαι Περσεῖ, ὅτι πολλοῖς ἔθνεσι κεχαρισμένος, καὶ φιλέλλην, καὶ σωφρόνως ἀντὶ μέθης καὶ τρυφῆς ἄρχει. Καὶ ταῦθ' ὑμεῖς αὐτοῦ λέγοντος ὑπέστητε ἀκροάσασθαι. Τοιγάρτοι τὴν ἐκείνου διαβολὴν αὔξετε καθ' ὑμῶν, ὡς οὐ φέροντες σώφρονας καὶ δικαίους καὶ φιλοπόνους γείτονας. Περσεὺς δ' Ἐρρέννιον μὲν καὶ Εὐμενῆ, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐθέλοι, προκαλεῖται παρ' ὑμῖν εἰς ἐξέτασιν καὶ κρίσιν· ὑμᾶς δ' ἀναμιμνήσκει μὲν τῆς ἐς Ἀντίοχον τὸν Μέγαν τοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ προθυ-

apparatus haberet, qui non essent viri de pace cogitantis. Et mox rursus alios legatos misit Perseus, qui, quum senatus eis datus esset, in hunc modum verba fecerunt : « Qui belli occasionem modo quærunt, Patres Conscripti, et speciem, quam prætendant, eis quælibet facile causa satis speciosa videtur. Quod si vero fœderum vobis reverentia est, qui magnam illorum rationem habere profitemini, quidnam tandem in vos peccavit Perseus, quod adversus eum arma capessitis? Non enim, quod exercitum et apparatus habet, ea vobis bellandi causa est. Hæc enim non contra vos habet; neque alios reges habere ea prohibetis; neque injustum est, ut tutum se præstet rex et adversus eorum, qui imperio suo sunt subjecti, et vicinorum, et externi hostis, molimina. Ad vos autem, Romani, de pace servanda legatos misit, et non ita pridem fœdus vobiscum renovavit. At Abrupolim regno ejecit! nimirum propulsans utique eum, qui, quæ nostra erant, invaserat. Quod et ipse vobis Perseus declaravit; et vos, post id factum, fœdus cum eo renovastis, quum nondum adesset calumniator Eumenes. Igitur illud de Abrupoli gestum est ante hoc fœdus; neque id ipsum vobis, quo tempore iniistis fœdus, injustum visum est. Nam quod Dolopes armis coercuit; hi nimirum regni ditionisque ipsius fuerunt. Ac durum sane foret, si de his etiam, quæ cum suis agit, rationem vobis reddere teneretur. Ac reddet tamen causam, cum reverentia vestri, tum ut bonam de se existimationem tueatur. Præfectum regium inter diros cruciatus trucidaverant Dolopes isti. Et quærit a vobis Perseus, vos vestris subditis quid facturi fuissetis, qui talia patrassent? At nonnulli, qui Arthetaurum interfecerant, morati sunt in Macedonia! Nimirum ex communi omnium gentium jure : quemadmodum et vos aliorum exules recipitis. Sed et hoc ipsum postquam intellexit in crimen sibi a vobis verti, interdixit istis totius regni sui finibus. Byzantinis vero, et Ætolis, Bœotisque, non contra vos, sed contra alios, auxilium tulit. Et hoc ipsum jam antea vobis per legatos indicaverat, neque vos incusavistis, donec Eumenis calumniis præberetis aurem, quas ut coram ipso accusatore apud vos refellerent legati nostri, non concessistis.

4. « At insidias, quæ Eumeni ad Delphos structæ sunt, imputatis Perseo! Non cogitantes scilicet, quot Græci populi, quot item barbari, legatos ad vos adversus eumdem Eumenem miserint; quibus cunctis exosus est, cum talis homo sit. Erennio autem Brundisino, quis credat, uti voluisse Perseum, cive Romano, et amico hospiteque vestro, ad venenum senatui miscendum? Tamquam vel senatum opera ejus tollere potuisset, aut reliquos benevolentiores sibi fuisset redditurus propter eos, quos e medio sustulisset. Nimirum mendaciis Erennius decepit eos, qui ad bellum vos stimularunt, honestam speciem vobis suppeditaturus. Eumenes autem, inimicitia, invidiaque, et metu inductus, ne hoc quidem veritus est in crimen vertere Perseo, quod multis populis gratus, quod amicus Græcorum est, et quod sobrie regnat, non vino crapulæque indulget. Et talia eum dicentem vos audire sustinuistis! Videte, ne calumniæ ejus, graviores etiam, in ipsos vos recidant, tanquam non feratis sobrios, justosque et industrios vicinos. Perseus vero Erennium et Eumenem, et quisquis præter hos voluerit, provocat, ut coram vobis cognitoribus judicibusque causa ipsius disceptetur. Vobis autem in memoriam revocat patris sui studium auxiliumque adversus Magnum Antiochum. Quæ quantum vos adjuverint, quo-

μίας καὶ βοηθείας· ἧς ἐπιγιγνομένης, καλῶς ᾐσθάνεσθε· αἰσχρὸν δὲ, παρελθούσης ἐπιλαθέσθαι. Προφέρει δὲ συνθήκας, πατρῴας τε, καὶ ἰδίας πρὸς αὐτὸν ὑμῖν γενομένας· καὶ ἐπὶ τοῖσδε, οὐκ ὀκνεῖ καὶ παρακαλεῖν ὑμᾶς, θεοὺς, οὓς ὠμόσατε, αἰδεῖσθαι, καὶ μὴ πολέμου κατάρχειν ἀδίκως ἐς φίλους, μηδ' ἔγκλημα ποιεῖσθαι γειτνίασιν καὶ σωφροσύνην καὶ παρασκευήν. Οὐ γὰρ ἄξιον, ὡς Εὐμενοῦς, καὶ ὑμῶν ἅπτεσθαι φθόνον ἢ φόβον. Τὸ δὲ ἐναντίον ἐστὶ σῶφρον, φείδεσθαι γειτόνων ἐπιμελῶν, καὶ, ὡς Εὐμενής φησιν, εὖ παρεσκευασμένων. »

5. Οἱ μὲν δὴ πρέσβεις τοιαῦτα εἶπον. Οἱ δὲ οὐδὲν αὐτοῖς ὑποκρινάμενοι, τὸν πόλεμον ἐς τὸ φανερὸν ἐκύρουν. Καὶ ὁ ὕπατος ἐκέλευε τοὺς πρέσβεις, ἐκ μὲν τῆς πόλεως, αὐτῆς ἡμέρας, ἐκ δὲ τῆς Ἰταλίας, τριάκοντα ἄλλαις, ἐξιέναι. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ τοῖς ἐπιδημοῦσι Μακεδόνων ἐκήρυττε. Καὶ θόρυβος αὐτίκα μετὰ τὸ βουλευτήριον ἐπίφθονος ἦν, ἐν ὀλίγαις ὥραις ἐλαυνομένων τοσῶνδε ὁμοῦ, καὶ οὐδὲ ὑποζύγια εὑρεῖν ἐν οὕτω βραχεῖ διαστήματι, οὐδὲ πάντα φέρειν, δυναμένων. Ὑπὸ δὲ σπουδῆς, οἱ μὲν οὐκ ἔφθανον ἐπὶ τοὺς σταθμοὺς, ἀλλ' ἐν μέσαις ἀνεπαύοντο ταῖς ὁδοῖς· οἱ δὲ παρὰ ταῖς πύλαις μετὰ παίδων ἑαυτοὺς ἐῤῥίπτουν, καὶ μετὰ γυναικῶν. Πάντα τε ἐγίγνετο, ὅσα εἰκὸς ἐν αἰφνιδίῳ καὶ τοιῷδε κηρύγματι. Αἰφνίδιον γὰρ αὐτοῖς ἐφαίνετο, διὰ τὰς ἔτι πρεσβείας.

X. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι μετὰ τὴν νίκην, ὁ Περσεὺς, εἴτ' ἐπιγελῶν Κράσσῳ καὶ τωθάζων αὐτὸν, εἴτ' ἀποπειρώμενος ὅπως ἔτι φρονήματος ἔχοι, εἴτε τὴν Ῥωμαίων δύναμίν τε καὶ παρασκευὴν ὑφορώμενος, εἴθ' ἑτέρῳ τῳ λογισμῷ, προσέπεμπεν αὐτῷ περὶ διαλλαγῶν· καὶ πολλὰ δώσειν ὑπισχνεῖτο, ὧν ὁ πατὴρ Φίλιππος οὐ συνεχώρει· ᾧ καὶ μᾶλλον ὕποπτος ἦν ἐπιγελῶν καὶ πειρώμενος. Ὁ δὲ Περσεῖ μὲν ἀπεκρίνατο· Ῥωμαίων ἀξίας οὐκ εἶναι διαλύσεις αὐτῷ, εἰ μὴ καὶ Μακεδόνας καὶ ἑαυτὸν ἐπιτρέψειε Ῥωμαίοις. Αἰδούμενος δ', ὅτι Ῥωμαῖοι τῆς ἥττας κατῆρξαν, ἐκκλησίαν συναγαγὼν, Θεσσαλοῖς μὲν ἐμαρτύρησεν, ὡς ἀνδράσιν ἀγαθοῖς περὶ τὴν συμφορὰν γενομένοις· Αἰτωλῶν δὲ καὶ ἑτέρων Ἑλλήνων κατεψεύσατο, ὡς πρώτων τραπέντων· καὶ τούτους ἐς Ῥώμην ἔπεμψεν.

XI. Ἐκ τοῦ Σουΐδα. — ΑΛΩΝΕΥΟΜΕΝΟΣ.

Τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ θέρους ἀμφότεροι περὶ σιτολογίαν ἐγίγνοντο· Περσεὺς μὲν ἐν τοῖς πεδίοις ἀλωνευόμενος, Ῥωμαῖοι δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ.

XII. Ἐκ τοῦ Σουΐδα. — ΠΙΜΕΛΗΣ.

Ὁ δὲ πρῶτος ἐξῆρχε τοῦ πόνου, ἑξηκοντούτης ὢν, καὶ βαρὺς τὸ σῶμα, καὶ πιμελής.

XIII. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ. — ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΕΙΝ.

Τότε δὲ ἔθει τις δρόμῳ, δηλώσων τῷ Πέρσῃ λουομένῳ, καὶ τὸ σῶμα ἀναλαμβάνοντι. Ὁ δὲ ἐξήλατο τοῦ ὕδατος· βοῶν, ὅτι ἑαλώκοι πρὸ τῆς μάχης.

niam, quo tempore eis usi estis, præclare intellexistis; videte, ne turpe sit oblivisci, postquam tempus illud præteriit. Tum vero fœdera invocat, quæ et cum patre, et rursus cum ipso se, pepigistis. Ac præter hæc non veretur, hortari vos, ut Deos, per quos jurastis, vereamini; neque bellum injustum inferatis sociis vestris, neque in crimen vertatis viciniam, sobrietatem, apparatus. Indignum est enim vobis, Romani, invidia aut metu pertentari, veluti Eumenem. Quin potius sapienter feceritis, si parcatis vicinis impigris, et, quemadmodum Eumenes ait, bene paratis. »

5. Hæc quum Persei legati dixissent, nihil eis a senatu, responsum est, sed protinus bellum publice decretum. Consulque legatos jussit eo ipso die Roma, intra tricesimum autem Italia, excedere; atque idem per præcones edixit omnibus Macedonibus, in Urbe peregrinantibus. Itaque statim, dimisso senatu, consternatio erat ac trepidatio plena invidiæ, tot hominibus simul intra paucas horas urbe ejectis: qui neque jumenta nancisci, tam brevi concesso spatio, neque ipsi res suas omnes poterant ferre. Atque propter tantam præcipitationem, alii, noctu non attingentes diversoria, in mediis viis pernoctabant; alii ante portas, cum conjugibus et liberis, humum sese projiciebant: omniaque vidisses, quæ tale tamque subitum edictum consequi consentaneum est. Subitum enim illis videri debebat edictum, quia per legationes etiam tunc agebat Perseus.

X. *Excerptum* XXVI *de Legationibus.*

Ea victoria reportata, Perseus, sive ludibrio habiturus Crassum, sive ejus voluntatem exploraturus, sive quod Romanorum potentiam apparatusque vereretur, sive quo alio consilio, legatos ad Crassum de pace misit; atque multa se ei daturum pollicitus est, quæ pater ipsius nunquam Romanis concesserat: quo ipso etiam magis visus est, ridere tantum consulem, et consilia ejus velle explorare. At Perseo Licinius respondit: « non alia conditione pro dignitate populi Romani pacem ei dari posse, nisi se regnumque suum arbitrio populi Romani permitteret. » Quum puderet autem consulem, quod Romani initium fugæ fecissent; convocata concione, Thessalos quidem publice collaudavit, quod fortiter sese in illa calamitate gessissent; in Ætolos autem cæterosque Græcos causam falso contulit, ab eis principium fugæ esse ortum. Hosque Romam misit.

XI. *Ex Suida.*

Reliquam æstatem colligendo frumento consumserunt: Perseus in ipsis campis triturans; Romani vero in castris.

XII. *Suidas.*

Ille vero Q. Marcius Philippus præibat laborem militibus; quanquam sexagenarius, et corpore prægravis atque obesus.

XIII. *Suidas.*

Et ad Perseum, lavantem tunc corpusque curantem, accurrit quidam, nuntiavitque (adesse hostem). Et rex, ex balneo prosiliens, clamavit, ante pugnam se captum esse.

XIV. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Περσεὺς, ἀναθαῤῥῶν ἤδη κατ' ὀλίγον μετὰ τὴν φυγὴν, Νικίαν καὶ Ἀνδρόνικον, οὓς ἐπὶ τὸν καταποντισμὸν τῶν χρημάτων καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῶν νεῶν ἐπεπόμφει, περιποιήσας αὐτῷ καὶ τὰς ναῦς καὶ τὰ χρήματα, συνίστορας ἡγούμενος αἰσχροῦ φόβου καὶ ἑτέροις ἐξαγγέλλειν, ἀπέκτεινεν ἀθεμίστως. Καὶ ἀπὸ τοῦδε εὐθὺς ἐκ μεταβολῆς ὠμὸς καὶ εὐχερὴς ἐς ἅπαντας ἐγένετο. Καὶ οὐδὲν ὑγιὲς οὐδ' εὔβουλόν οἱ ἔτι ἦν. Ἀλλ' ὁ πιθανώτατος ἐς εὐβουλίαν, καὶ λογίσασθαι δεξιὸς, καὶ εὐτολμότατος ἐς μάχας, ὅσα γε μὴ σφάλλοιτο δι' ἀπειρίαν, ἀθρόως τότε καὶ παραλόγως ἐς δειλίαν καὶ ἀλογιστίαν ἐτρέπετο· καὶ ταχὺς, καὶ εὐμετάθετος ἄφνω, καὶ σκαιὸς ἐς πάντας ἐγίγνετο, ἀρχομένης αὐτὸν ἐπιλείπειν τῆς τύχης. Ὅπερ ἔστι πολλοὺς ἰδεῖν, μεταβολῆς προϊούσης, ἀλογωτέρους γιγνομένους ἑαυτῶν.

XV. Ἐκλογὴ περὶ πρεσβειῶν.

Ὅτι Ῥόδιοι πρέσβεις ἐς Μάρκιον ἔπεμψαν, συνηδόμενοι τῶν γεγονότων Περσεῖ. Ὁ δὲ Μάρκιος τοὺς πρέσβεις ἐδίδασκε Ῥοδίους πεῖσαι, πέμψαντας ἐς Ῥώμην διαλῦσαι τὸν πόλεμον Ῥωμαίοις τε καὶ Περσεῖ. Καὶ Ῥόδιοι πυθόμενοι, μετέπιπτον, ὡς οὐ φαύλως ἔχοντος τοῦ Περσέως. Οὐ γὰρ εἴκαζον ἄνευ Ῥωμαίων ταῦτα Μάρκιον ἐπισκήπτειν. Ὁ δ' ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ τάδε, καὶ ἕτερα πολλὰ, δι' ἀτολμίαν ἔπραττε. Ῥόδιοι μὲν οὖν, καὶ ὣς, πρέσβεις ἔπεμπον ἐς Ῥώμην, καὶ ἑτέρους πρὸς Μάρκιον.

XVI. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Γένθιος, βασιλεὺς Ἰλλυριῶν ἑνὸς ἔθνους προσοίκου Μακεδόσι, Περσεῖ συμμαχῶν ἐπὶ τριακοσίοις ταλάντοις, ὧν τι καὶ προειλήφει, ἐσέβαλεν ἐς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις Ἰλλυρίδα, καὶ πρέσβεις περὶ τούτων πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας, Περπένναν καὶ Πετίλιον, ἔδησεν. Ὧν ὁ Περσεὺς αἰσθόμενος, οὐκέτι τὰ λοιπὰ τῶν χρημάτων ἔπεμπεν· ὡς ἤδη καὶ δι' αὐτὸν Ῥωμαίοις πεπολεμωμένον. Ἐς δὲ Γέτας ἔπεμπε τοὺς ὑπὲρ Ἴστρον· καὶ Εὐμενοῦς ἀπεπείρασεν ἐπὶ χρήμασιν, ἢ μεταθέσθαι πρὸς αὐτὸν, ἢ διαλῦσαι τὸν πόλεμον, ἢ ἀμφοτέροις ἐκστῆναι τοῦ ἀγῶνος. Εὐμενεῖ δ' ὡς οὐ λησομένῳ ταῦτα Ῥωμαίοις ἐλπίζων πράξειν τι αὐτῶν, ἢ τῇ πείρᾳ διαβαλεῖν τὸν Εὐμενῆ. Ὁ δὲ μεταθήσεσθαι μὲν οὐκ ἔφη· τάλαντα δ' ᾔτει τῆς μὲν διαλύσεως χίλια καὶ πεντακόσια, τῆς δὲ ἡσυχίας χίλια. Καὶ ὁ Περσεὺς ἤδη, Γετῶν αὐτῷ προσιέναι μισθοφόρους, μυρίους ἱππέας, καὶ μυρίους πεζοὺς, πυθόμενος, αὐτίκα τοῦ Εὐμενοῦς κατεφρόνει· καὶ τῆς μὲν ἡσυχίας οὐκ ἔφη δώσειν οὐδέν· αἰσχύνην γὰρ φέρειν ἀμφοῖν· τὰ δὲ τῆς διαλύσεως οὐ προδώσειν, ἀλλ' ἐν Σαμοθράκῃ καταθήσειν μέχρι γένοιτο ἡ διάλυσις· εὐμετάβολος ἤδη καὶ μικρολόγος, ὑπὸ θεοβλαβείας, ἐς πάντα γενόμενος. Ἑνὸς δὲ ὧν ἤλπισεν ὅμως οὐκ ἀπέτυχε, Ῥωμαίοις Εὐμενοῦς ὑπόπτου γενομένου.

2. Γετῶν δὲ τὸν Ἴστρον περασάντων, ἐδόκει, Κλοι-

XIV. *Excerptum Peirescianum.*

Perseus, ex fuga paulatim animo confirmatus, Niciam et Andronicum, quos ad pecuniam in mare dejiciendam et ad incendendas naves miserat, postquam servatæ ipsi naves sunt et recuperata pecunia est, existimans, conscios tam turpis pavoris aliis quoque rem eam esse enunciaturos, nefarie occidit. Atque ab eo tempore crudelis in omnes et inconstans, subita mutatione, esse cœpit : nec deinceps quidquam sanæ mentis ac prudenti consilio egit. Sed qui antea merito omnibus visus erat prudentissimus; et in excogitando solers fuerat, et in pugna, nisi quum imperitia laberetur, fortissimus; is repente tunc et incredibili modo, postquam eum fortuna deserere cœpit, ad timiditatem et imprudentiam deflexit, et præceps, ac subito mutabilis, et in omnes durus et asper, factus est. Quemadmodum multis usu venire solet, ut, rebus suis in deterius ruentibus, pristina excidant prudentia.

XV. *Excerptum* XXVII *de Legationibus.*

Rhodii ad Marcium legatos miserunt, gratulatum de his quæ Perseo acciderant. Eos legatos monuit Marcius, persuaderent Rhodiis, ut legatos Romam mitterent, conciliandæ pacis causa inter Romanos Perseumque. Quo audito, Rhodii mutarunt paulisper consilium, intelligentes, non pessimo in statu esse res Persei. Suspicabantur enim, non absque publico consilio illud mandatum sibi dedisse Marcium. Sed ille et hoc ipsum, et multa alia, privato consilio propter ignaviam fecerat. Rhodii igitur, nihilo tamen secius, legatos Romam miserunt, et rursus alios ad Marcium.

XVI. *Excerptum Peirescianum.*

Genthius, partis Illyriorum rex Macedonibus finitimæ, postquam societatem cum Perseo trecentorum talentorum mercede pepigisset, ejusque pecuniæ exiguam partem accepisset præsentem, mox in eam regionem Illyrici, quæ populo Romano parebat, cum exercitu irrupit; et legatos, qui de ea re questum ad ipsum missi erant, Perpennam et Petilium, in vincula conjecit. Quo audito, Perseus reliquam summam ad Genthium mittere supersedit, contraxisse jam eum ratus propriam belli cum Romanis gerendi necessitatem. Cæterum ad Getas, qui trans Istrum incolunt, misit legatos : atque Eumenem oblata pecunia sollicitavit, ut aut ad suas transiret partes, aut pacem sibi conciliaret cum Romanis, aut certe neutri parti sese adjungeret. Et sperabat, aut Eumenem, quoniam occultæ legationes, quæ inter ipsos intercedebant, ad notitiam Romanorum essent perventuræ, facturum aliquid ex his; aut se eum Romanis ipsa illa sollicitatione suspectum redditurum. Sed Eumenes societatem quidem inire cum Perseo recusabat : pacis vero conciliandæ causa mille et quingenta talenta; ut vero neutri adesset, mille poscebat. Interim Perseus, ubi intellexit, Getarum auxilia sibi adventare, decem millia peditum, equitum parem numerum, spernere protinus Eumenem cœpit : atque pro eo, ut neutros juvaret Eumenes, nihil se daturum, ait; id enim ambobus pariter turpe fore. Pacis vero conciliandæ causa daturum quidem pactam pecuniam; sed non ante tempus : atque interim Samothracæ depositurum, donec pax perfecta esset. Tanta in omnibus rebus et levitate et avaritia Perseus, lævo percitus numine, agebat. Et tamen eorum, quæ speraverat, alterum saltem est consecutus, ut Eumenes Romanis suspectus fieret.

2. Cæterum ex quo Getæ Istrum transgressi erant, de-

λίῳ μὲν τῷ ἡγεμόνι δοθῆναι χιλίους χρυσοῦς στατῆρας, ἱππεῖ δ' ἑκάστῳ δέκα, καὶ τὰ ἡμίσεα πεζῷ. Καὶ τοῦτο σύμπαν ἦν ὀλίγῳ πλέον πεντεκαίδεκα μυριάδων χρυσίου. Ὁ δὲ χλαμύδας μέν τινας ἐπήγετο καὶ ψέλια χρυσᾶ καὶ ἵππους, ἐς δωρεὰν τοῖς ἡγουμένοις, καὶ στατῆρας φερομένους μυρίοις. Καὶ πλησιάσας μετεπέμπετο Κλοίλιον. Ὁ δὲ τοὺς ἐλθόντας, εἰ φέρουσι τὸ χρυσίον, ἤρετο· καὶ μαθὼν οὐκ ἔχοντας, ἀναστρέφειν ἐπ' αὐτὸν ἐκέλευσεν. Ὧν ὁ Περσεὺς πυθόμενος, πάλιν αὐτὸν ἐλαύνοντος θεοῦ, κατηγόρει τῶν Γετῶν ἐν τοῖς φίλοις, ἐκ μεταβολῆς, ὡς φύσεως ἀπίστου. Καὶ ὑπεκρίνετο, μὴ θαῤῥεῖν δισμυρίους αὐτῶν ἐς τὸ στρατόπεδον ὑποδέξασθαι. Μόλις δ', ἔφη, μυρίους· ὧν καὶ νεωτεριζόντων κρατῆσαι δύνασθαι. Ταῦτα δὲ τοῖς φίλοις εἰπὼν, ἕτερα τοῖς Γέταις ἐπλάττετο, καὶ τὸ ἥμισυ τῆς στρατιᾶς ᾔτει, τὸ χρυσίον τὸ γιγνόμενον ὑπισχνούμενος δώσειν. Τοσαύτης ἀνωμαλίας ἔγεμε, φροντίζων χρημάτων τῶν πρὸ βραχέος ἐς θάλασσαν μεθειμένων. Ὁ δὲ Κλοίλιος τοὺς ἀφικομένους ἰδὼν, ἤρετο μετὰ βοῆς· εἰ τὸ χρυσίον κεκομίκασι; Καὶ βουλομένους τι λέγειν, ἐκέλευσε πρῶτον εἰπεῖν περὶ τοῦ χρυσίου. Ὡς δ' ἔμαθεν οὐκ ἔχοντας, οὐκ ἀνασχόμενος αὐτῶν οὐδ' ἀκοῦσαι, τὴν στρατιὰν ἀπῆγεν ὀπίσω. Καὶ Περσεὺς ἀφῄρητο καὶ τῆσδε τῆς συμμαχίας, πολλῆς τε, καὶ κατὰ καιρὸν ἐλθούσης. Ὑπὸ δ' ἀφροσύνης, ἐν Φίλᾳ χειμάζων, καὶ στρατὸν ἔχων πολὺν, Θεσσαλίαν μὲν οὐκ ἐπέτρεχεν, ἣ Ῥωμαίοις ἐχορήγει τροφάς· ἐς δὲ τὴν Ἰωνίαν ἔπεμπε, κωλύειν τὴν ἀγορὰν τὴν ἐκεῖθεν αὐτοῖς φερομένην.

XVII. Ἐκλογὴ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας.

Ὅτι Παύλῳ, ἐπ' εὐτυχίας τοσῆσδε γενομένῳ, τὸ δαιμόνιον ἐφθόνησε τῆς εὐτυχίας. Καί οἱ τεσσάρων παίδων ὄντων, τοὺς μὲν πρεσβυτέρους αὐτῶν ἐς θέσιν ἄλλοις ἐδεδώκει, Μάξιμόν τε καὶ Σκιπίωνα· τοὺς δὲ νεωτέρους ἄμφω, συνέβη, τὸν μὲν πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ θριάμβου, τὸν δὲ μετὰ πέντε, ἀποθανεῖν. Καὶ τοῦτ' οὐδενὸς ἧττον ὁ Παῦλος κατελογίσατο τῷ δήμῳ. Ἔθους γὰρ ὄντος τοῖς στρατηγοῖς, καταλέγειν τὰ πεπραγμένα, παρελθὼν ἐς τὴν ἀγορὰν εἶπεν· « Ἐς μὲν Κέρκυραν ἐκ Βρεντεσίου διαπλεῦσαι μιᾶς ἡμέρας· ἐκ δὲ Κερκύρας πέντε μὲν ἐς Δελφοὺς ὁδεῦσαι, καὶ θῦσαι τῷ θεῷ· πέντε δὲ ἄλλαις ἐς Θεσσαλίαν παραγενέσθαι καὶ παραλαβεῖν τὸν στρατόν· ἀπὸ δὲ ταύτης πεντεκαίδεκα ἄλλαις ἑλεῖν Περσέα, καὶ Μακεδόνας παραλαβεῖν. Οὕτω δὲ ὀξέως ἁπάντων ἐπιτυχὼν, δεῖσαι, μή τι τῷ στρατῷ συμπέσοι, πρὸς ὑμᾶς ἐπανιόντι. Διασωθέντος δὲ τοῦ στρατοῦ, περὶ ὑμῶν δεδοικέναι, ἔφη· φθονερὸς γὰρ ὁ δαίμων. Εἰς ἐμὲ δὲ ἀποσκήψαντος τοῦ κακοῦ, καὶ ἀθρόως μοι τῶν δύο παίδων ἀποθανόντων, ἐπ' ἐμαυτῷ μὲν εἰμι βαρυσυμφορώτατος, ἐπὶ δὲ ὑμῖν ἀμέριμνος. » Ταῦτ' εἰπὼν, καὶ καταθαυμαζόμενος ἐπὶ πᾶσιν, οἰκτιζόμενος δὲ ἐπὶ τοῖς τέκνοις, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέθανεν.

debant ex pacto Clœlio (*vel* Clondico), duci eorum, aurei mille numerari, singulis vero equitibus deni, peditibus quini : quæ summa efficiebat paulo amplius CXV miliibus aureorum nummum. At Perseus chlamydes quidem nonnullas, et aureos torques, et equos, dona principibus ferebat, et aureorum omnino millia decem : quumque haud procul Getarum castris abesset, Clœlium ad se accivit. Sed ille, interrogatis qui ad se missi erant, ecquid aurum secum attulissent? ubi, minime eos attulisse, cognovit, ad Perseum protinus redire jussit. Quo cognito, Perseus, ut erat inconstans, rursus Diis illum ad perniciem impellentibus, in amicorum concilio conquestus est de Getarum perfido ingenio. Et periculosum sibi videri simulavit, viginti millia barbarorum in castra accipere : vix decem millia admittere se audere : quos, si seditionem movissent, compescere haud adeo foret difficile. Hæc quum inter amicos dixisset, Getis alia, nescio quæ, confinxit, ac dimidiam partem exercitus postulavit; pollicitus, se aurum, quod paratum haberet, daturum. Tanta inconstantia laborabat; sollicitus de pecunia, quam paulo ante in mare projici jusserat. Sed Clœlius advenientes videns hos, qui denuo a rege ad ipsum missi erant, clamans eis obviam, interrogavit pecuniamne afferrent? Qui quum ambages miscerent, primum de auro respondere jussit. Quod ubi eos non afferre intellexit, ne verbum quidem ultra ab eis audire sustinens, exercitum retro in patriam abduxit. Ita Perseus his quoque auxiliis, ingentibus sane, et perquam opportune ei advenientibus, semet ipse privavit. Et quum Philæ hibernaret, magnumque exercitum aleret, ita imprudens fuit, ut in Thessaliam quidem, quæ alimenta Romanis suppeditabat, nullis incursionibus irrumperet; in Ioniam tantum parte copiarum missa, quo annonam, quæ inde subvehebatur Romanis, intercluderet.

XVII. *Excerptum Peirescianum.*

Paulo Æmilio, ad tantum felicitatis fastigium evecto, invida quædam numinis vis incubuit. Nam ex quatuor, quos habuerat, filiis, quum duos, in adoptionem dedisset, Maximum ac Scipionem; reliquos duos, minores natu, accidit, ut eodem fere tempore amiserit, alterum triduo ante triumphum, alterum quinque post triumphum diebus. Idque Paulus inter cæteras res suas pro concione commemoravit. Nam quum moris esset, ut de rebus a se gestis imperatores dissererent ad populum, Paulus, in concionem prodiens, hæc fere dixit : « Brundusio quum solvissem, eodem die Corcyram tenui. Inde quinto die Delphos veni, atque Apollini sacrificavi. Aliis quinque diebus Delphis in Thessaliam perveni, et accepi exercitum. Abhinc, intra quintum decimum diem, Perseum cepi, ac Macedoniam subegi. Quæ quum mihi adeo præcipiti rerum secundarum cursu contigissent, vereri cœpi, ne qua calamitas exercitui in urbem revertenti ingrueret. Postquam exercitus incolumis ad vos pervenit, vobis, Quirites, timere ab invida numinis vi institi. Jam vero quum meum in caput calamitas incubuerit, ac duo mihi filii simul sint fato rapti, equidem, quod ad me attinet, calamitosissimus hominum omnium, de vobis autem, Quirites, jam sum securus. » His dictis, Paulus, omnium admiratione ob cætera celebratus, ob filios autem causa omnibus vicem ejus dolentibus, haud multo post et ipse vita excessit.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΣΥΡΙΑΚΗ.

Ἀντίοχος, ὁ Σελεύκου τοῦ Ἀντιόχου, Σύρων καὶ Βαβυλωνίων καὶ ἑτέρων ἐθνῶν βασιλεὺς, ἕκτος δὲ ἀπὸ Σελεύκου τοῦ μετὰ Ἀλέξανδρον Ἀσίας τῆς περὶ Εὐφράτην βεβασιλευκότος· ἐσβαλὼν ἐς Μηδίαν τε καὶ Παρθυήνην, καὶ ἕτερα ἔθνη, ἀφεστηκότα ἔτι πρὸ αὐτοῦ, καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα δράσας, καὶ Μέγας Ἀντίοχος ἀπὸ τοῦδε κληθείς· ἐπαιρόμενος τοῖς γεγονόσι, καὶ τῇ δι' αὐτὰ προσωνυμίᾳ, Συρίαν τε τὴν Κοίλην, καὶ Κιλικίας ἔστιν ἃ, Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος, Αἰγύπτου βασιλέως, ἔτι παιδὸς ὄντος, ἐπιδραμὼν περιέσπασε. Καὶ μικρὸν οὐδὲν ἐνθυμούμενος, Ἑλλησποντίους ἐπῄει, καὶ Αἰολέας καὶ Ἴωνας, ὥς οἱ προσήκοντας, ἄρχοντι τῆς Ἀσίας, ὅτι καὶ πάλαι τῶν τῆς Ἀσίας βασιλέων ὑπήκουον. Ἔς τε τὴν Εὐρώπην διαπλεύσας, Θρᾴκην ὑπήγετο, καὶ τὰ ἀπειθοῦντα ἐβιάζετο, Χερρόνησόν τε ὠχύρου, καὶ Λυσιμάχειαν ᾤκιζεν· ἣν Λυσίμαχος μὲν, ὁ Θρᾴκης ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ βασιλεύσας, ἔκτισεν ἐπιτείχισμα τοῖς Θρᾳξὶν εἶναι, οἱ Θρᾷκες δ' ἀποθανόντος τοῦ Λυσιμάχου καθῃρήκεσαν. Καὶ ὁ Ἀντίοχος συνῴκιζε, τούς τε φεύγοντας τῶν Λυσιμαχέων κατακαλῶν, καὶ, εἴ τινες αὐτῶν αἰχμάλωτοι γεγονότες ἐδούλευον, ὠνούμενος, καὶ ἑτέρους προσκαταλέγων, καὶ βοῦς καὶ πρόβατα καὶ σίδηρον ἐς γεωργίαν ἐπιδιδοὺς, καὶ οὐδὲν ἐλλείπων ἐς ταχεῖαν ἐπιτειχίσματος ὁρμήν. Πάνυ γὰρ αὐτῷ τὸ χωρίον ἐφαίνετο λαμπρῶς ἔχειν ἐπὶ ὅλῃ Θρᾴκῃ, καὶ ταμιεῖον εὔκαιρον ἐς τὰ λοιπὰ, ὧν ἐπενόει πάντων, ἔσεσθαι.

II. Ταῦτα δ' αὐτῷ διαφορᾶς φανερᾶς καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἦρξεν. Ὡς γὰρ δὴ μετῄει τὰς τῇδε Ἑλληνίδας πόλεις· οἱ μὲν πλέονες αὐτῷ προσετίθεντο, καὶ φρουρὰς ἐσεδέχοντο, δέει τῷ τῆς ἁλώσεως. Σμυρναῖοι δὲ, καὶ Λαμψακηνοὶ, καὶ ἕτεροι, ἔτι ἀντέχοντες, ἐπρεσβεύοντο ἐς Φλαμίνιον τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν, ἄρτι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος μεγάλῃ μάχῃ περὶ Θετταλίαν κεκρατηκότα. Ἐγίγνετο γὰρ δὴ καὶ τὰ Μακεδόνων καὶ τὰ Ἑλλήνων ἐπίμικτα ἀλλήλοις ἀνὰ μέρη καὶ χρόνους, ὥς μοι ἐν τῇ Ἑλληνικῇ γραφῇ δεδήλωται. Καὶ γίγνονταί τινες Ἀντιόχῳ καὶ Φλαμινίῳ διαπρεσβεύσεις ἐς ἀλλήλους, καὶ ἀπόπειραι ἀτελεῖς. Ἐκ πολλοῦ δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ὁ Ἀντίοχος ὑπόπτως εἶχον ἀλλήλοις· οἱ μὲν οὐκ ἀτρεμήσειν ὑπολαμβάνοντες Ἀντίοχον, ἐπαιρόμενον ἀρχῆς τε μεγέθει, καὶ εὐπραξίας ἀκμῇ· ὁ δὲ, Ῥωμαίους οἱ μόνους αὐξομένῳ μάλιστα ἐμποδὼν ἔσεσθαι, καὶ κωλύσειν ἐς τὴν Εὐρώπην περαιούμενον.

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

LIBER

DE REBUS SYRIACIS.

Antiochus Seleuci filius, Antiochi nepos, Syrorum et Babyloniorum aliarumque gentium rex, sextus ab eo Seleuco, qui post Alexandrum in Asia circa Euphratem regnaverat : Mediam primum aggressus et Parthiam, aliasque provincias, quæ a progenitoribus ejus defecerant, et ex multis rebus præclare gestis, Magnus cognominatus : elatus jam cum successibus, tum cognomine, Cœlesyriam quoque et partem Ciliciæ invasit; Ptolemæoque Philopatori, Ægypti regi, etiam tum puero, provincias illas abstulit. Moxque, nihil mediocre cogitans, et Hellespontios bello petiit, et Æoles, Ionasque, quasi ad suam deditionem, ut regis Asiæ, pertinentes; quandoquidem etiam horum majores regibus Asiæ subditi fuissent. Deinde in Europam trajiciens, Thraciam subigebat, vi ad obsequium coactis, qui parere nollent; Chersonesumque muniit, et Lysimachiam instauravit, quam olim Lysimachus, rex post Alexandrum Thraciæ, ceu arcem contra ipsos Thracas condiderat, Thraces vero post ejus mortem deleverant. Hanc tunc Antiochus rursum incoli jussit, revocatis civibus profugis, et redemtis si qui eorum in captivitate serviebant, aliisque additis colonis; ultro donans eis boves ovesque, et ferrum ad agriculturam : omnique studio id agens, ut urbs, quæ arx belli esset futura, quam celerrime et frequentaretur et bene muniretur. Videbatur enim ei locus hic opportunissimus adversus universam Thraciam, simulque horreum commodissimum apparatibus reliquarum rerum, quas animo meditabatur.

II. Et hinc primum initium ceperunt dissidia, quæ paulo post inter Antiochum Romanosque eruperunt. Ut enim Græcas civitates, quæ in illis sunt regionibus, invasit rex, pleræque quidem se ei adjunxere, præsidiaque ejus recepere, veriti ne vi expugnarentur : sed Smyrnæi et Lampsaceni aliique, resistentes adhuc, legatos miserunt ad Flaminium imperatorem Romanorum, qui paulo ante magno prælio Philippum Macedonem viceral in Thessalia. Fuit enim tempus, quando res Macedonum et Græcorum magna ex parte erant permixtæ, quemadmodum in Libro de rebus Græciæ a nobis expositum est. Hinc inter Antiochum quoque et Flaminium intercessere legationes nonnullæ, quibus nil aliud actum est, nisi quod voluntatem alter alterius exploraverit. Jamdudum enim inter Antiochum et Romanos mutuæ suspiciones fuerant : quod hi non quieturum regem putarent, elatum regni magnitudine, et flore felicitatis; rex vero solos Romanos incrementa sua prohibituros existimaret, neque laturos

Οὐδενὸς δέ πω φανεροῦ γεγονότος αὐτοῖς εἰς ἔχθραν, ἀφίκοντο πρέσβεις ἐς Ῥώμην παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος, αἰτιωμένου, Συρίαν τε καὶ Κιλικίαν Ἀντίοχον αὐτὸν ἀφελέσθαι. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι τῆς ἀφορμῆς ἐπέβαινον ἄσμενοι, κατὰ καιρὸν σφίσι γενομένης· καὶ πρέσβεις ἐς τὸν Ἀντίοχον ἔστελλον, οἳ λόγῳ μὲν ἔμελλον συναλλάξειν Πτολεμαῖον Ἀντιόχῳ, ἔργῳ δὲ κατασκέψεσθαι τὴν ὁρμὴν Ἀντιόχου καὶ κωλύσειν ὅσα δύναιντο.

III. Τούτων δὴ τῶν πρέσβεων Γναῖος ἡγούμενος ἠξίου τὸν Ἀντίοχον, Πτολεμαίῳ μὲν, ὄντι Ῥωμαίων φίλῳ, συγχωρεῖν ἄρχειν ὅσων ὁ πατὴρ αὐτῷ κατέλιπε· τὰς δ' ἐν Ἀσίᾳ πόλεις, ὧν Φίλιππος ὁ Μακεδὼν ἦρχεν, αὐτονόμους ἐᾶν. Οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον, Ἀντίοχον κρατεῖν ὧν Φίλιππον ἀφείλοντο Ῥωμαῖοι. Ὅλως δ' ἀπορεῖν, ἔφη, τί τοσοῦτον στόλον ὁ Ἀντίοχος καὶ τοσαύτην στρατιὰν ἄγων ἄνωθεν, ἐκ Μήδων ἔλθοι τῆς Ἀσίας ἐπὶ θάλασσαν, ἔς τε τὴν Εὐρώπην ἐσβάλοι, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ κατασκευάζοιτο, καὶ Θρᾴκην ἐπάγοιτο· εἰ μὴ ταῦτά ἐστιν ἑτέρου πολέμου θεμέλια. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο, Θρᾴκην μὲν, τῶν προγόνων αὐτοῦ γενομένην τε, καὶ δι' ἀσχολίας ἐκπεσοῦσαν, αὐτὸς ἐπὶ σχολῆς ὢν ἀναλαμβάνειν· καὶ Λυσιμάχειαν ἐγείρειν, οἰκητήριον Σελεύκῳ τῷ παιδὶ εἶναι. Τὰς δ' ἐν Ἀσίᾳ πόλεις αὐτονόμους ἐάσειν, εἰ χάριν οὐ Ῥωμαίοις ἀλλ' ἑαυτῷ μέλλοιεν ἕξειν. Πτολεμαίῳ δ', ἔφη, καὶ συγγενής εἰμι, καὶ ὅσον οὔπω καὶ κηδεστὴς ἔσομαι· καὶ χάριν ὑμῖν αὐτὸν ὁμολογεῖν παρασκευάσω. Ἀπορῶ δὲ κἀγὼ, τίνι Ῥωμαῖοι δικαίῳ τὴν Ἀσίαν πολυπραγμονοῦσιν, ἐμοῦ τὴν Ἰταλίαν οὐ πολυπραγμονοῦντος. Οὕτω μὲν ἀπ' ἀλλήλων ἄπρακτοι διεκρίθησαν, ἀπορρηγνύντες ἤδη τὰς ἀπειλὰς ἐς τὸ φανερώτερον.

IV. Λόγου δὲ καὶ δόξης ἐμπεσούσης, ὅτι Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἀποθάνοι, κατὰ σπουδὴν ὁ Ἀντίοχος ἀπῄει, ὡς Αἴγυπτον ἔρημον ἄρχοντος ἁρπασόμενος. Καὶ αὐτῷ κατὰ Ἔφεσον Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος συμβάλλει, φεύγων τὴν πατρίδα, δι' ἐχθρῶν διαβολὰς, οἳ Ῥωμαίοις αὐτὸν ἔφασκον εἶναι δυσερίν τε καὶ φιλοπόλεμον, καὶ οὔποτε εἰρηνεύειν δυνάμενον. Τότε δ' ἦν, ὅτε Καρχηδόνιοι Ῥωμαίοις ὑπήκουον ἔνσπονδοι. Ἀννίβαν μὲν δὴ, διώνυμον ἐπὶ στρατηγίαις ὄντα, ὁ Ἀντίοχος ὑπεδέχετο λαμπρῶς, καὶ εἶχεν ἀμφ' αὐτόν. Περὶ δὲ τὴν Λυκίαν Πτολεμαῖον περιεῖναι μαθὼν, Αἰγύπτου μὲν ἀπέγνω, Κύπρον δ' ἐλπίσας αἱρήσειν ἀντὶ Αἰγύπτου, διέπλει κατὰ τάχος ἐπ' αὐτήν. Χειμῶνι δ' ἀμφὶ τὸν Σάρον ποταμὸν συμπεσὼν, καὶ πολλὰς τῶν νεῶν ἀποβαλὼν, ἐνίας δ' αὐτοῖς ἀνδράσι καὶ φίλοις, ἐς Σελεύκειαν τῆς Συρίας κατέπλευσε, καὶ τὸν στόλον κατεσκεύαζε πεπονημένον. Γάμους τε τῶν παίδων ἔθυεν, Ἀντιόχου καὶ Λαοδίκης, ἀλλήλοις συναρμόζων.

V. Ἤδη δὲ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἐγνωκὼς ἀποκαλύπτειν, ἐπιγαμίαις τοὺς ἐγγὺς βασιλέας προκατελάμβανε. Καὶ Πτολεμαίῳ μὲν ἐς Αἴγυπτον ἔστελ-

ipsius in Europam transitum. Nondum tamen ullum simultatis publicum argumentum exstiterat, quum legati Romam venerunt a Ptolemæo Philopatore, querente de Antiocho, quod Syriam sibi Ciliciamque abstraxisset. Eam occasionem, ut sibi opportunam, libenter arripuerunt Romani : moxque legatos ad Antiochum miserunt, prætextu reconciliandi reges, re vera ut explorarent conatus Antiochi, et cohiberent pro viribus.

III. Ejus legationis princeps, Cnæus [*potius*, L. Cornelius], postulavit a rege, ut « Ptolemæum, populi Romani amicum, sineret potiri paterno regno integro : et Asiæ civitates, quas Philippus Macedo tenuisset, liberas relinqueret; inique enim usurpari ab Antiocho, quæ Romani ademerint Philippo. Omninoque mirum esse, ait, quid sit, quod rex cum tanta classe tantoque exercitu e Media venerit in Asiam maritimam, jamque infestet Europam, et urbes in ea ædificet, Thraciamque subigat : nisi hunc ad aliud bellum gradum faciat. » Respondit Antiochus : « Thraciam, possessam quondam a suis majoribus, deinde his alibi occupatis abstractam, se nunc recuperare per otium : et ibi Lysimachiam condere, Seleuco filio sedem regni futuram. Cæterum Asiæ civitates liberas se relicturum, si gratiam beneficii sibi, non populo Romano, essent habituræ. Ptolemæi vero cognatus sum, inquit, mox socer quoque futurus; et curabo, ut vobis ille pro hoc officio habeat gratias. Miror autem et ego, quo jure populus Romanus de Asia satagat, quum ego rebus Italicis me non ingeram. » Ita re infecta discessum est, utrisque jam in apertiores minas prorumpentibus.

IV. Quumque rumoribus temere credidisset Antiochus, mortuum esse Philopatorem, properavit in Ægyptum, ut occuparet orbatam principe. In quo itinere Pœnus ei Annibal occurrit circa Ephesum, profugus e patria propter inimicorum calumnias, qui, quo tempore Carthaginenses Romanorum amicitiam ex fœdere colebant, Annibalem semper Romanis inimicum esse, dictitaverant, et belli cupidum, neque unquam pacem ex animo servaturum. Eum igitur Antiochus, propter nomen artibus imperatoriis celebre, excepit magnifice, et circa se habuit. In Lycia vero edoctus Ptolemæum vivere, cogitare de Ægypto desiit; Cyprum tamen tetendit, sperans, se ea insula saltem, quum Ægypto non posset, potiturum. Sed in eo trajectu, tempestate deprehensus circa flumen Sarum, multas naves amisit, et in his nonnullas cum amicis cæterisque vectoribus. Hinc Seleuciam Syriæ delatus, classem quassatam ibi reparavit; et liberorum celebravit nuptias, Antiochi et Laodices, quos matrimonio junxerat.

V. Quumque jam non diutius occultare constituisset Antiochus consilium belli adversus Romanos suscipiendi, vicinos reges adjungere sibi connubiis instituit. Misitque

λε Κλεοπάτραν, τὴν Σύραν ἐπίκλησιν, προῖκα Συρίαν τὴν Κοίλην ἐπιδιδούς, ἣν αὐτὸς ἀφῄρητο τοῦ Πτολεμαίου· θεραπεύων ἤδη τὸ μειράκιον, ἵν' ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Ῥωμαίους ἀτρεμῇ. Ἀντιοχίδα δ' ἔπεμπεν Ἀριαράθῃ, τῷ Καππαδοκῶν βασιλεῖ, καὶ τὴν ἔτι λοιπὴν Εὐμενεῖ τῷ Περγάμου βασιλεῖ. Ὁ δὲ (ἑώρα γὰρ αὐτὸν ἤδη Ῥωμαίοις τε πολεμησείοντα, καὶ πρὸς τήνδε τὴν χρείαν τὸ κῆδος αὐτῷ συναπτόμενον), ἠρνήσατο· καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, Ἀττάλῳ τε καὶ Φιλεταίρῳ, θαυμάζουσιν ὅτι κῆδος βασιλέως τοσοῦδε καὶ γείτονος, αὐτοῦ τε κατάρχοντος καὶ δεομένου, παραιτοῖτο, ἐπεδείκνυ, τὸν ἐσόμενον πόλεμον ἐν μὲν ἀρχῇ τι παρ' ἀμφοῖν ἕξειν ἰσοπαλές, σὺν χρόνῳ δ' ὑπεροίσειν τὰ Ῥωμαίων, δι' εὐψυχίαν καὶ ταλαιπωρίαν. Ἐγὼ δ', ἔφη, Ῥωμαίων μὲν ἐπικρατούντων, βεβαίως τῆς ἀρχῆς τῆς ἐμῆς ἄρξω· Ἀντιόχου δὲ νικῶντος, ἐλπὶς μὲν ἀφαιρεθήσεσθαι πάντα πρὸς γείτονος, ἐλπὶς δὲ καὶ ἔχοντα βασιλεύσειν βασιλευόμενον ὑπ' ἐκείνου. Ὁ μὲν δὴ τοιοῖσδε λογισμοῖς τοὺς γάμους ἀπεώσατο.

VI. Ὁ δ' Ἀντίοχος αὖθις ἐφ' Ἑλλησπόντου κατῄει, καὶ περιπλεύσας ἐς Χερρόνησον, πολλὰ καὶ τότε τῆς Θρᾴκης ὑπήγετό τε καὶ κατεστρέφετο. Ἕλληνας δ', ὅσοι τοῖς Θρᾳξὶν ὑπήκουον, ἠλευθέρου· καὶ Βυζαντίοις ἐχαρίζετο πολλά, ὡς ἐπίκαιρον ἐπὶ τοῦ στόματος πόλιν ἔχουσι. Γαλάτας τε δώροις καὶ καταπλήξει τῆς παρασκευῆς ἐς συμμαχίαν ὑπήγετο, ἀξιομάχους ἡγούμενος ἔσεσθαί οἱ, διὰ τὰ μεγέθη τῶν σωμάτων. Μετὰ δὲ τοῦτο εἰς Ἔφεσον κατῆρε, καὶ πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἔπεμπε, Λυσίαν τε καὶ Ἡγησιάνακτα καὶ Μένιππον· οἳ τῷ μὲν ἔργῳ τῆς βουλῆς ἀποπειράσειν ἔμελλον. Τῷ λόγῳ δ' ὁ Μένιππος ἔφη· Τὸν βασιλέα, περὶ τὴν Ῥωμαίων φιλίαν ἐσπουδακότα, καὶ βουλόμενον καὶ σύμμαχον αὐτοῖς εἶναι, ἂν ἀξιῶσι, θαυμάζειν, ὅτι κελεύουσι τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων ἀφίστασθαι, καὶ φόρους τισὶν ἀφιέναι, καὶ τῆς Ἀσίας ἔνια μὴ πολυπραγμονεῖν, καὶ Θρᾴκην ἐᾶν, ἀεὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ γενομένην· ἅπερ οὐ τοῖς φίλοις, ἀλλὰ τοῖς ἡττημένοις τοὺς κεκρατηκότας ἐπικελεύειν. Οἱ δέ, τῆς πρεσβείας συνιέντες ἐπὶ διαπείρᾳ σφῶν ἀφιγμένης, διὰ βραχέος ἀπεκρίναντο αὐτοῖς· ἐὰν Ἀντίοχος αὐτονόμους τοὺς Ἕλληνας ἐᾷ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ, καὶ τῆς Εὐρώπης ἀπέχηται, Ῥωμαίοις αὐτὸν ἔσεσθαι φίλον, ἂν θέλῃ. Τοσάδε μὲν ἀπεκρίναντο Ῥωμαῖοι, καὶ τὰς αἰτίας ταῖς ἀποκρίσεσιν οὐκ ἐπέθεσαν.

VII. Ὁ δ' Ἀντίοχος ἐς πρώτην ἐπινοῶν τὴν Ἑλλάδα ἐσβαλεῖν, κἀκεῖθεν ἄρξασθαι τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου, ὑπετίθετο τὴν γνώμην τῷ Καρχηδονίῳ Ἀννίβᾳ. Ὁ δ' ἔφη· Τὴν μὲν Ἑλλάδα, ἐκ πολλοῦ τετριμμένην, ἔργον εὐχείρωτον εἶναι· τοὺς δὲ πολέμους ἅπασι χαλεποὺς μὲν οἴκοι, διὰ λιμὸν τὸν ἐπιγιγνόμενον, ἔξω δέ, κουφοτέρους. Καὶ τὰ Ῥωμαίων οὔποτε Ἀντίοχον ἐν τῇ Ἑλλάδι καθαιρήσειν, ἀγορᾶς τε οἰκείας καὶ παρασκευῆς ἱκανῆς εὐπορούντων. Ἐκέλευεν οὖν τι προλαβεῖν τῆς Ἰταλίας, καὶ πολεμεῖν ἐκεῖθεν ὁρμώ-

Ptolemæo in Ægyptum Cleopatram, Syram cognomine: dotem addens Cœlesyriam, quam ei prius ipse ademerat, demeriturus jam adolescentem, ut bello Romano quiesceret. Antiochidem vero misit Ariarathi, regi Cappadocum; ac tertiam, quæ reliqua erat, Eumeni obtulit, Pergami regi. Sed Eumenes, quia videbat eum jam bellum contra Romanos moliri, et in hunc usum affinitatem illam quærere, recusavit. Mirantibusque fratribus, Attalo et Philetæro, quod aspernaretur affinitatem tanti regis vicini, et ultro invitantis, ostendit : « bellum, quod immineret inter Antiochum et Romanos, primum quidem æquo Marte gestum iri utrimque; sed tandem superiores fore Romanos, propter fortitudinem ac laborum patientiam. Ego vero, inquit, vincentibus Romanis, firmiter meum regnum obtinebo. Quod si contra Antiocho victoria contingeret, periculum mihi foret, aut a præpotente vicino spoliarer possessionibus omnibus; aut, etiam si regnum mihi maneret, parendum esset majoris regis imperio. » Atque his ille de causis renuit nuptias.

VI. Antiochus vero rursus in Hellespontum reversus, et provectus in Chersonesum, multa tunc quoque Thraciæ loca vel vi vel deditione cepit. Græcos vero, quotquot Thracibus parebant, liberabat; et Byzantiis multa gratificatus est, opportunam urbem in ore Ponti habentibus. Gallogræcos quoque muneribus et terrore apparatus in societatem belli pertraxit, quos, si hostes habuisset, ad resistendum sibi pares fore existimaverat, propter corporum magnitudinem. Post hæc Ephesum rediit, unde legatos Romam misit, Lysiam, Hegesianactem, Menippum, reipsa quidem, ut consilia senatus explorarent; in speciem autem hæc fere dixit Menippus : « Antiochum regem, studiosum Romani nominis, et in societatem etiam, si vellent, recipi cupientem, mirari, cur jubeatur Ionicis urbibus abscedere, et aliis tributa remittere, et Asiæ negotiis quibusdam sese non miscere, et omittere avitam possessionem Thraciæ : cujusmodi leges non amicis, sed bello victis soleant a victoribus ferri. » Ad quæ senatus, intelligens, legatos tentatum se venisse, paucis verbis respondit : « Si Antiochus Græcos Asiaticos sinat esse liberos, et ab Europa abstineat, fore amicum populi Romani, si voluerit. » Nil aliud respondit senatus, nec ullam responso causam adjecit.

VII. Antiochus vero, cogitans Græciam primum invadere, et inde bellum adversus Romanos incipere, communicavit cum Annibale id consilium. Qui Græciam, dixit, jamdudum attritam, occupari posse absque negotio : bella autem omnia domi esse difficilia propter famem comitem; foris vero geri facilius, neque Antiochum unquam debellaturum in Græcia Romanos, abundantes commeatu et apparatu domestico. » Suadebat igitur Annibal regi, ut occuparet partem aliquam Italiæ, ibique sedem belli faceret : ita Ro-

μενον, ἵνα Ῥωμαίοις ἀσθενέστερα ᾖ καὶ τὰ οἴκοι καὶ τὰ ἔξω. « Ἐγὼ δ' ἐμπείρως, ἔφη, τῆς Ἰταλίας, καὶ μυρίοις ἀνδράσι δύναμαι καταλαβεῖν αὐτῆς τὰ ἐπίκαιρα· ἔς τε Καρχηδόνα τοῖς φίλοις ἐπιστεῖλαι, τὸν δῆμον ἐς ἀπόστασιν ἐγεῖραι, δυσφοροῦντα τέως ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἀπίστως ἔχοντα· τόλμης τε καὶ ἐλπίδος ἐμπλησόμενον, εἰ πύθοιτό με πορθοῦντα τὴν Ἰταλίαν αὖθις. » Ὁ δ' ἄσμενος ἀκούσας τοῦ λόγου, καὶ μέγα (ὥσπερ ἦν) εἰς τὸν πόλεμον ἡγούμενος Καρχηδόνα προσλαβεῖν, αὐτίκα αὐτὸν ἐπιστέλλειν τοῖς φίλοις ἐκέλευεν.

VIII. Ὁ δὲ οὐκ ἐπέστειλε μὲν (οὐ γὰρ ἀσφαλὲς ἡγεῖτό πω, Ῥωμαίων τε πάντ' ἀνερευνωμένων, καὶ τοῦ πολέμου μή πω φανεροῦ γεγονότος, καὶ πολλῶν οἱ διαφερομένων ἐν Καρχηδόνι καὶ τῆς πολιτείας οὐδὲν βέβαιον οὐδ' εὐσταθὲς ἐχούσης· ἃ καὶ μετ' ὀλίγον ἀνέτρεψε τὴν Καρχηδόνα)· Ἀρίστωνα δ' ἔμπορον Τύριον, ἐπὶ προφάσει τῆς ἐμπορίας ἔπεμπε πρὸς τοὺς φίλους, ἀξιῶν, ὅταν αὐτὸς ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐμβάλῃ, τότε ἐκείνους τὴν Καρχηδόνα ἐς ἄμυναν ὧν ἐπεπόνθεσαν ἐγείρειν. Καὶ ὁ μὲν Ἀρίστων οὕτως ἔπραξεν. Οἱ δὲ τοῦ Ἀννίβου ἐχθροὶ, αἰσθόμενοι τῆς Ἀρίστωνος ἐπιδημίας, ἐθορύβουν, ὡς ἐπὶ νεωτέροις ἔργοις, καὶ τὸν Ἀρίστωνα ἐζήτουν περιιόντες. Ὁ δὲ, ἵνα τὴν διαβολὴν μὴ ἐξαίρετον ἔχοιεν οἱ Ἀννίβου φίλοι, προύθηκε νυκτὸς λαθὼν γράμματα πρὸ τοῦ βουλευτηρίου, ὅτι πάντας ὁ Ἀννίβας τοὺς βουλευτὰς παρακαλοίη τῇ πατρίδι συνάρασθαι μετ' Ἀντιόχου. Καὶ τοῦτο πράξας ἀπέπλευσεν. Ἅμα δ' ἡμέρα, τὸ μὲν δέος ἐξῄρητο τῶν Ἀννίβου φίλων ἐκ τῆς Ἀρίστωνος ἐπινοίας, ὡς πρὸς ἅπασαν τὴν γερουσίαν ἀπεσταλμένου· ἡ δὲ πόλις ἐπεπλήρωτο θορύβου ποικίλου, δυσμενῶς μὲν ἔχουσα Ῥωμαίοις, λήσεσθαι δ' οὐ προσδοκῶσα. Καὶ τὰ μὲν Καρχηδονίων ὧδε εἶχε.

IX. Ῥωμαίων δὲ πρέσβεις, ἕτεροί τε, καὶ Σκιπίων, ὁ Καρχηδονίους ἀφελόμενος τὴν ἡγεμονίαν, ἐς ὁμοίαν πεμφθέντες Ἀντιόχου τῆς τε γνώμης ἀπόπειραν, καὶ τῆς παρασκευῆς κατάσκεψιν, ἐπεὶ τὸν βασιλέα εὗρον οἰχόμενον ἐς Πισίδας, ἐν Ἐφέσῳ περιέμενον· ἔνθα συνήεσαν θαμινὰ ἐς λόγους τῷ Ἀννίβᾳ, Καρχηδόνος τε σφίσιν ἔτι οὔσης ἐνσπόνδου, καὶ οὔπω φανερῶς Ἀντιόχου πολεμίου· καταμεμφόμενοι τὸν Ἀννίβαν, ὅτι τὴν πατρίδα φύγοι, Ῥωμαίων οὐδὲν, οὔτε ἐς αὐτὸν, οὔτε ἐς τοὺς ἄλλους Καρχηδονίους, ἐπὶ ταῖς συνθήκαις ἁμαρτόντων. Ἔπρασσον δὲ ταῦθ', ὕποπτον ἐργαζόμενοι γενέσθαι τῷ βασιλεῖ τὸν Ἀννίβαν ἐκ τῆς συνεχοῦς σφῶν ὁμιλίας τε καὶ συνόδου. Καὶ τοῦθ' ὁ μὲν στρατηγικώτατος Ἀννίβας οὐχ ὑπενόησεν· ὁ δὲ βασιλεὺς πυθόμενος ὑπώπτευσε, καὶ ἀμβλύτερος ἦν τὸ ἀπὸ τοῦδε πιστεύειν ἔτι τῷ Ἀννίβᾳ· καὶ γάρ τι καὶ ζήλου προύπῆν ἐς αὐτὸν ἤδη καὶ φθόνου, μὴ τῶν γιγνομένων τὸν ἔπαινον Ἀννίβας ἀποφέροιτο.

X. Λέγεται δ' ἐν ταῖσδε ταῖς διατριβαῖς ἐν τῷ γυμνασίῳ λεσχηνεῦσαί ποτε πρὸς ἀλλήλους Σκιπίωνα καὶ

manam rem domi forisque debiliorem fore. « Equidem vero peritus sum, inquit, Italiæ, et possum in ea cum decem millibus virorum occupare opportunum locum aliquem : et Carthaginiensibus amicis mandare per literas, ut populum ad defectionem moveant, jam ante sua sponte a præsenti statu abhorrentem, et a fide in Romanos alienum, facileque melioris spe fortunæ ausurum aliquid, ubi intellexerit, Italiam iterum a me oppugnari. » Rex, libenter his auditis, magni, ut erat, momenti ratus ad hoc bellum esse accessionem Carthaginiensium, confestim eum amicis per literas mandata dare jussit.

VIII. Annibal vero literas quidem non scripsit : id enim nondum tuto fieri posse arbitrabatur, quod et Romani scrutarentur omnia, et bellum nondum esset declaratum, et multos ipse æmulos haberet Carthagine, et in ipsa republica nihil firmi, nullum stabile consilium esset; quæ res et paulo post evertit Carthaginem. Sed Aristonem quemdam, negotiatorem Tyrium specie negotiationis misit ad amicos : postulans, ut quamprimum ipse invasisset Italiam, populum Carthaginiensem concitarent ad expetendam ultionem ob acceptas a Romanis injurias. Quæ mandata ille diligenter exsecutus est. Cæterum Annibalis inimici ut senserunt adventum Aristonis, tumultuabantur, quasi res novarentur, et quærebant per urbem hospitem Tyrium. Ille, ne amici Annibalis præ aliis hærerent in crimine, noctu clam scriptum quoddam pro curia exposuit, quo Annibal universum senatum hortabatur, ut patriam defenderent auctore Antiocho : ac protinus e portu solvit. Mane vero amici quidem Annibalis, hoc Aristonis commento, quasi totus senatus sollicitatus sit, a suspicione liberati sunt : populus vero plenus fuit variis tumultibus, infensus quidem Romanis, sed clam eis moliri aliquid posse desperans. Hæc Carthagine fiebant.

IX. Interea Romani legatos, et in his Scipionem, qui Pœnis ademerat imperium, similiter ad Antiochi mentem tentandam, simulque ad apparatus ejus explorandos, miserunt. Qui quum Ephesi audissent, regem profectum in Pisidiam, ibi exspectarunt ejus reditum, et sæpe collocuti sunt cum Annibale; Carthagine tunc pacata, necdum declarato hoste Antiocho. Expostularuntque cum Annibale, quod patriam fugeret, quum nullam neque ipse, neque alii Carthaginienses, a populo Romano injuriam post renovatum fœdus passi essent. Idque faciebant, ut Annibalem regi suspectum redderent quotidianis cum eo colloquiis : quod Pœnus, quamquam bellicarum artium callidissimus, non animadvertit. Sed rex admonitus, suspicionem concepit, et tardior abhinc erat ad fidem ei habendam. Jam enim suberat quoque nonnihil æmulationis et invidiæ, ne rei bene gestæ laudem auferret Annibal.

X. Fertur autem, inter hujusmodi familiaria colloquia, in gymnasio quodam inter Scipionem Annibalemque sermo

Ἀννίβαν περὶ στρατηγίας, πολλῶν ἐφεστώτων· καὶ τοῦ Σκιπίωνος ἐρομένου, τίς δοκοίη οἱ στρατηγὸς ἄριστος γενέσθαι, τὸν Ἀννίβαν εἰπεῖν, ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος. Σκιπίωνα δ' ἡσυχάσαι μὲν ἐπὶ τῷδ', ἐξιστάμενον ἄρα Ἀλεξάνδρῳ· ἐπανερέσθαι δὲ, τίς εἴη δεύτερος μετ' Ἀλέξανδρον. Καὶ τὸν φάναι, Πύῤῥος ὁ Ἠπειρώτης· τὴν ἀρετὴν ἄρα τὴν στρατηγικὴν ἐν τόλμῃ τιθέμενον. Οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν μεγαλοτολμοτέρους τῶνδε τῶν βασιλέων. Δακνόμενον δ' ἤδη τὸν Σκιπίωνα, ὅμως ἐπανερέσθαι ἔτι, τίνι διδοίη τὰ τρίτα, πάγχυ γοῦν ἐλπίζοντα ἕξειν τὰ τρίτα, τὸν δὲ, ἐμαυτῷ, φάναι· νέος γὰρ ὢν ἔτι, Ἰβηρίας τε ἐκράτησα, καὶ στρατῷ τὰ Ἄλπεια ὄρη μεθ' Ἡρακλέα πρῶτος ὑπερῆλθον. Ἔς τε τὴν Ἰταλίαν, ὑμῶν οὐδενός πω θαῤῥοῦντος, ἐμβαλὼν, τετρακόσια ἀνέστησα ἄστη, καὶ περὶ τῇ πόλει τὸν ἀγῶνα πολλάκις ὑμῖν ἐπέστησα· οὔτε μοι χρημάτων, οὔτε στρατιᾶς ἐπιπεμπομένης ἐκ Καρχηδόνος. Ὡς δὲ αὐτὸν ὁ Σκιπίων εἶδεν ἀπομηκύνοντα τὴν σεμνολογίαν, ἔφη γελάσας· Ποῦ δ' ἂν ἑαυτὸν ἔταττες, ὦ Ἀννίβα, μὴ νενικημένος ὑπ' ἐμοῦ; Τὸν δὲ, φασὶν, αἰσθανόμενον ἤδη τῆς ζηλοτυπίας, εἰπεῖν· ὅτι ἔγωγε ἔταξα ἂν ἐμαυτὸν πρὸ Ἀλεξάνδρου. Οὕτω μὲν ὁ Ἀννίβας ἐπέμεινέ τε τῇ σεμνολογίᾳ, καὶ τὸν Σκιπίωνα λαθὼν ἐθεράπευσεν, ὡς καθελόντα τὸν ἀμείνονα Ἀλεξάνδρου.

XI. Διαλυομένης δὲ τῆς συνόδου, Σκιπίωνα μὲν ὁ Ἀννίβας ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλει· Σκιπίων δὲ, ἐλθεῖν ἂν, ἔφη, μάλα προθύμως, εἰ μὴ συνῆσθα νῦν Ἀντιόχῳ, πρὸς Ῥωμαίους ὑπόπτως ἔχοντι. Ὧδε μὲν ἐκεῖνοι, τῆς στρατηγίας ἀξίως, τὴν ἔχθραν ὡρίζοντο τοῖς πολέμοις. Φλαμίνιος δ' ἀνομοίως. Ἡττηθέντος γὰρ ὕστερον Ἀντιόχου, φεύγοντα τὸν Ἀννίβαν, καὶ ἀλώμενον περὶ Βιθυνίαν, πρεσβεύων ἐφ' ἕτερα πρὸς Προυσίαν, οὔτε τι πρὸς τοῦ Ἀννίβου προπαθὼν, οὔτε Ῥωμαίων ἐντειλαμένων, οὔτε φοβερὸν ἔτι αὐτοῖς γενέσθαι δυνάμενον, Καρχηδόνος κατεστραμμένης, ἔκτεινε διὰ τοῦ Προυσίου φαρμάκῳ· λεγόμενον μὲν ἐσχηκέναι ποτὲ χρησμὸν, ὧδε ἔχοντα,

Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας,

καὶ οἰόμενον ἐν Λιβύῃ τεθνήξεσθαι. Ποταμὸς δ' ἐστὶ Λίβυσσος ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, καὶ πεδίον ἐκ τοῦ ποταμοῦ Λίβυσσα. Καὶ τάδε μὲν ἐς ὑπομνήματα τῆς Ἀννίβου καὶ Σκιπίωνος μεγαλονοίας, καὶ Φλαμινίου σμικρότητος, παρεθέμην.

XII. Ὁ δ' Ἀντίοχος ἐκ Πισιδῶν ἐς τὴν Ἔφεσον ἐπανῄει, καὶ χρηματίσας τοῖς Ῥωμαίοις πρέσβεσι, Ῥοδίους μὲν καὶ Βυζαντίους καὶ Κυζικηνοὺς, καὶ ὅσοι ἄλλοι περὶ τὴν Ἀσίαν εἰσὶν Ἕλληνες, αὐτονόμους ἐπηγγείλατο ἐάσειν, εἰ γίγνοιντο αὐτῷ συνθῆκαι πρὸς Ῥωμαίους· Αἰολέας δὲ καὶ Ἴωνας οὐ συνεχώρει, ὡς ἐκ πολλοῦ καὶ τοῖς βαρβάροις βασιλεῦσι τῆς Ἀσίας εἰθισμένους ὑπακούειν. Οἱ μὲν δὴ Ῥωμαίων πρέσβεις, ἐς οὐδὲν αὐτῷ συμβαίνοντες (οὐ γὰρ ἐπ' ἔργῳ συμβάσεων ἐληλύθεσαν, ἀλλ' ἐς ἀπόπειραν), ᾤχοντο ἐς Ῥώμην.

nem de claris imperatoribus incidisse in multorum præsentia; et quærenti Africano, quem fuisse maximum imperatorem Annibal crederet? illum respondisse, Alexandrum Macedonem. Et nihil repugnantem Scipionem, quod Alexandro sane quidem cederet, rursum interrogasse, quem secundum post Alexandrum poneret? Cui Annibal, quod audaciam virtutem ducis præcipuam putaret, Pyrrhum Epirotam, fertur, dixisse. Neque enim duobus istis audaciores ullos reges licet invenire. Tum vero Scipionem, jam submoleste ferentem, rursum tamen rogasse, cui tandem tertiam palmam tribueret? sibi sperantem omnino tertium saltem locum concessum iri. Sed, mihi ipsi, respondisse Annibalem: nam juvenis etiam tum Hispaniam perdomui; Alpesque superavi cum exercitu, primus post Herculem; et Italiam, vobis trepidantibus, ingressus, quadringenta everti oppida, et urbem vestram non semel in extremum adduxi periculum; non pecuniis, non supplementis domo adjutus. Tum Scipio magniloquentiæ hominis finem facturus, arridens subjecit: quoto igitur loco poneres te, Annibal, si a me victus non esses? Et Pœnus, animadvertens jam illius æmulationem: Tum, inquit, Alexandro me anteponerem. Ita nullo magniloquentiæ suæ detrimento, Scipioni quoque tacite blanditus est Annibal, quasi is vicerit Alexandro præstantiorem.

XI. Soluto in hunc modum colloquio, Annibal Africanum invitavit in hospitium: qui, perlibenter se venturum, dixit, nisi ille tum apud Antiochum ageret, Romanis suspectum. Sic illi, ut dignum erat tantis imperatoribus, inimicitiarum modum belli finibus terminabant. At non talis fuit Flaminius: qui posthac fugientem, victo Antiocho, Annibalem, et vagum circa Bithyniam, legatione ob aliam causam fungens apud Prusiam, nihil ab eo privatim læsus, nec mandatum senatus afferens, ne formidandum quidem amplius hostem, post eversas opes Carthaginis, veneno per Prusiam sustulit; dudum ut fertur, præmonitum oraculo hujusmodi,

Annibalis cineres terra Libyssa teget;

eoque falsum, quasi moriturus esset in Africa. Est autem Libyssus Bithyniæ fluvius, a quo adjacens regio, in qua mortuus est Annibal, Libyssa nominatur. Quæ exempla magnanimitatis Scipionis et Annibalis, et ex adverso pusillanimitatis Flaminii, ab hac narratione non aliena esse mihi visa sunt.

XII. Cæterum Antiochus e Pisidia reversus, audita Romanorum legatione, Rhodios, et Byzantios, Cyzicenosque, et quicunque alii Græci Asiam incolunt, liberos fore pollicitus est si Romani fœdus secum jungere vellent: Æolibus vero et Ionibus idem jus concedere recusavit, assuetis quippe jam a longo tempore barbarorum etiam Asiæ regum parere imperio. Itaque Romani legati, nulla re nec impetrata, nec concessa (neque enim in hoc, sed exploratum, venerant), Romam reversi sunt. Post hos, Ætolorum

Ἀντιόχῳ δ' ἧκον Αἰτωλῶν πρέσβεις, ὧν Θόας ἦρχεν, αὐτοκράτορά τε στρατηγὸν Αἰτωλῶν Ἀντίοχον ἀποφαίνοντες, καὶ διαπλεῖν ἐς τὴν Ἑλλάδα ἤδη παρακαλοῦντες, ὡς ἐπὶ ἔργον ἕτοιμον. Οὐδὲ εἴων ἀναμένειν τὴν στρατιὰν ἀπὸ τῆς Ἀσίας τῆς ἄνω κατιοῦσαν· ἀλλὰ τὰ Αἰτωλῶν ὑπερεπαίροντες, καὶ Λακεδαιμονίους ἐπαγγελλόμενοι σφίσι καὶ Φίλιππον ἐπὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις τὸν Μακεδόνα, Ῥωμαίοις μηνίοντα, συμμαχήσειν, ἐπέσπερχον εἰς τὴν διάβασιν. Ὁ δ' ἠρεθίζετο μάλα κούφως, καὶ, οὐδὲ τοῦ παιδὸς αὐτῷ προσαγγελθέντος ἐν Συρίᾳ τεθνάναι, τῆς ὁρμῆς τι ἐνδοὺς, διέπλει μετὰ μυρίων, ὧν τότε εἶχε μόνων, ἐς Εὔβοιαν. Καὶ τήνδε μὲν αὐτὸς παρεστήσατο ἅπασαν, ἐνδοῦσαν ὑπὸ ἐκπλήξεως· Μικιθίων δὲ, αὐτοῦ στρατηγὸς, τοῖς περὶ Δήλιον Ῥωμαίοις ἐπιπεσὼν (ἱερὸν δ' ἐστὶ τὸ χωρίον Ἀπόλλωνος), τοὺς μὲν αὐτῶν ἔκτεινε, τοὺς δ' ἐζώγρησεν.

XIII. Ἀμύνανδρός τε, ὁ Ἀθαμάνων βασιλεὺς, ἐς συμμαχίαν Ἀντιόχῳ συνῆλθε, διὰ τοιᾶσδε προφάσεως· τῶν τις Μακεδόνων Ἀλέξανδρος, ἐν Μεγάλῃ πόλει τραφεὶς, καὶ τῆς αὐτόθι πολιτείας ἀξιωθεὶς, ἐτερατεύετο γένος Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου προσήκειν· γενομένους τέ οἱ παῖδας ὠνόμασεν, ἐς πίστιν ὧν ἐλογοποίει, Φίλιππόν τε, καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ Ἀπάμαν, ἣν Ἀμυνάνδρῳ πρὸς γάμον ἐνεγύησεν. Ἀγαγὼν δ' αὐτὴν Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς ἐς τὸν γάμον, ἐπεὶ τὸν Ἀμύνανδρον εἶδεν ἀσθενῆ καὶ πραγμάτων ἄπειρον, παρέμενε, τὴν ἀρχὴν διὰ τὸ κῆδος διοικῶν. Τοῦτον οὖν τὸν Φίλιππον ὁ Ἀντίοχος τότε ἐπελπίζων ἐς τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν, ὡς οἰκείαν οἱ, κατάξειν, προσέλαβε τοὺς Ἀθαμᾶνας ἐς τὴν συμμαχίαν. Ἐπὶ δ' αὐτοῖς, καὶ Θηβαίους· αὐτὸς ἐς Θήβας παρελθών τε, καὶ δημηγορήσας. Ὁ μὲν δὴ Θηβαίοις τε καὶ Ἀμυνάνδρῳ καὶ Αἰτωλοῖς ἐπὶ τοσῷδε πολέμῳ μάλα ματαίως ἐθάῤῥει· καὶ ἐς Θεσσαλίαν, ἐσκόπει, πότερον εὐθὺς, ἢ μετὰ χειμῶνα, δέοι στρατεύειν. Ἀννίβαν δ' ἐπὶ τῇ σκέψει τῇδε ἡσυχάζοντα, ἐκέλευε γνώμην πρῶτον ἐσενεγκεῖν.

XIV. Ὁ δ' ἔφη· « Θεσσαλοὺς μὲν οὐ δυσχερὲς, εἴτε νῦν, εἴτε μετὰ χειμῶνα ἐθέλοις, ὑπάγεσθαι. Τὸ γὰρ ἔθνος ἐκ πολλοῦ πεπονηκὸς, ἔς τε σὲ νῦν, καὶ ἐς Ῥωμαίους, εἴ τι γίγνοιτο νεώτερον, μεταβαλεῖται. Ἤλθομεν δ' ἄνευ τῆς οἰκείας δυνάμεως· Αἰτωλοῖς ἐπάγουσι πεισθέντες, ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ Φίλιππος ἡμῖν συμμαχήσουσιν. Ὧν Λακεδαιμονίους μὲν καὶ πολεμεῖν ἡμῖν ἀκούω μετὰ Ἀχαιῶν· Φίλιππον δὲ οὐχ ὁρῶ σοι παρόντα, δυνατὸν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ῥοπὴν, ὁποτέρωσε προσθοῖτο, ποιῆσαι. Τῆς δὲ γνώμης ἔχομαι τῆς αὐτῆς, τὴν στρατιὰν ἀπὸ τῆς Ἀσίας καλεῖν ὅτι τάχιστα, καὶ μὴ ἐν Ἀμυνάνδρῳ καὶ Αἰτωλοῖς τὰς ἐλπίδας ἔχειν. Ὅταν δ' ἀφίκηται, τὴν Ἰταλίαν πορθεῖν· ἵνα τοῖς οἰκείοις κακοῖς περισπώμενοι, τὰ σὰ λυπῶσιν ἥκιστα, καὶ περὶ τῶν σφετέρων δεδιότες, μηδαμοῦ προΐωσιν. Ὁ δὲ τρόπος οὐκέθ' ὅμοιος ᾧ προὔλεγον. Ἀλλὰ χρὴ τὸ μὲν ἥμισυ τῶν νεῶν τὰ παράλια τῆς Ἰταλίας πορθεῖν, τὸ δὲ ἥμισυ ναυλοχεῖν, ἐφεδρεῦον ἐς τὰ

legati venerunt ad Antiochum, Thoante legationis principe; qui offerebant ei totius Ætoliæ copiarum summum imperium, hortabanturque ut, in Græciam sine mora, tanquam rebus omnibus ibi paratis, trajiceret : nec sinebant eum exspectare exercitum e superiori Asia descendentem, sed nimis exaggerabant vires Ætolicas; societatemque Lacedæmoniorum, atque Philippi Macedonis, irati Romano populo, promittebant; omnique modo stimulabant, ut trajectum maturaret. Et temere admodum concitari se passus rex, ne nuncio quidem de filio in Syria mortuo impetum ejus tardante, trajecit in Eubœam cum solis, quæ tum ad manum erant, decem millibus. Et Eubœam quidem universam, præ metu cedentem, deditione in fidem ipse Antiochus recepit. Unus autem ex ejus ducibus, Micithio, Romanos apud Delium, Apollini sacratum locum, de improviso aggressus, partim occidit, partim vivos cepit.

XIII. Tum vero Amynander quoque, rex Athamanum, ad societatem Antiochi accessit, ob causam hujusmodi : Alexander quidam Macedo, apud Megalopolitanos educatus et ab eisdem ad reip. munera admissus, prodigiosis mendaciis ab Alexandro, Philippi filio, genus suum derivabat : et, ut fidem fabulis suis faceret, duorum filiorum alterum Philippum, alterum Alexandrum nominaverat; filiamque, Apamam. Eam filiam Amynandro locaverat in matrimonium : quam Philippus frater quum deduxisset ad nuptias, ubi maritum puellæ vidit infirmum et rerum imperitum, manserat apud eum, atque regnum ei propter affinitatem administrabat. Huic igitur Philippo Antiochus spem faciens, quasi reducturus eum in gentilitium regnum Macedoniæ, Athamanas sibi socios paravit. Sed et Thebanos insuper adjunxit; Thebas ipse profectus, et pro concione populum allocutus. Sic Amynandri et Thebanorum Ætolorumque fiducia, satis temerarie, tantum bellum aggressus Antiochus, dispiciebat de Thessalia, protinus ne invadenda esset, an exacta hieme? Cui deliberationi quum Annibal interesset tacitus, rex primum eum rogavit sententiam.

XIV. Tum Pœnus : « Thessalos, inquit, non est difficile vel nunc, vel post hiemen, si velis, subigere. Nam hæc gens, diutinis malis fessa, et ad te nunc, et iterum ad Romanos, si quid secus acciderit, deficiet. Venimus autem huc absque propriis copiarum viribus; Ætolis, qui nos exciverunt, credentes, Lacedæmonios nobis Philippumque fore socios. At vero Lacedæmonii, ut ego audio, hostes nobis sunt non minus, quam Achæi. Philippum autem non video tibi se adjungentem, qui, utri parti faveat, magnum afferre valet in hoc bello momentum. Equidem in eadem, qua ab initio, persto sententia : copias ex Asia vocandas esse primo quoque tempore : nec collocandam spem in Ætolis aut Amynandro. Ubi advenerint copiæ, bellum inferendum Italiæ, ut Romani, distenti malis domesticis, tuæ ditioni molesti esse desinant, et suis rebus metuentes, nusquam exercitum promoveant. Ratio autem belli jam non amplius eadem est, quam antea dixeram. Oportet enim dimidia classis parte oras infestare Italiæ; alteram dimidiam in sta-

συμφερόμενα· αὐτὸν δὲ σὲ τῷ πεζῷ παντὶ προκαθήμενον τῆς Ἑλλάδος, ἀγχοῦ τῆς Ἰταλίας, δόξαν ἐμποιεῖν ἐσβολῆς, καὶ, εἰ δύναιό ποτε, καὶ ἐσβαλεῖν. Φίλιππον δὲ πειρᾶσθαι μὲν προσάγεσθαι μηχανῇ πάσῃ, πλεῖστον ἐς ἑκατέρους ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ δυνάμενον· ἢν δ' ἀπειθῇ, τὸν σὸν υἱὸν αὐτῷ Σέλευκον ἐπιπέμπειν διὰ Θρᾴκης, ἵνα καὶ ὅδε περισπώμενος οἰκείοις κακοῖς, μηδὲν ᾖ τοῖς πολεμίοις χρήσιμος. » Τοσάδε μὲν ὁ Ἀννίβας εἶπε. Καὶ ἦν ἄριστα πάντων· ὑπὸ δὲ φθόνου τῆς τε δόξης αὐτοῦ καὶ συνέσεως, οἵ τε ἄλλοι, καὶ αὐτὸς οὐχ ἧσσον ὁ βασιλεὺς, ἵνα μὴ δοκοίη σφᾶς ὁ Ἀννίβας τῇ στρατηγίᾳ προφέρειν, μηδὲ ἡ δόξα τῶν ἐσομένων ἐκείνου γένοιτο, μεθῆκαν ἅπαντα· πλὴν ὅτι Πολυξενίδας ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπέμφθη.

XV. Ῥωμαῖοι δ' ἐπεὶ τῆς ἐσβολῆς τῆς ἐς τὴν Ἑλλάδα Ἀντιόχου, καὶ τῶν ἐπὶ Δηλίου Ῥωμαίων ἀναιρέσεώς τε καὶ αἰχμαλωσίας ἐπύθοντο, πολεμεῖν ἐψηφίσαντο. Οὕτω μὲν ὁ Ἀντιόχου τε καὶ Ῥωμαίων πόλεμος, ἐκ πολλοῦ δι' ὑπονοίας ἀλλήλοις γενόμενος, τότε πρῶτον ἀπερρήγνυτο ἐς ἔργον. Οἷα δ' Ἀντιόχου τῆς τε Ἀσίας τῆς ἄνω πολλῶν καὶ μεγάλων ἐθνῶν, καὶ τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ, χωρὶς ὀλίγων, ὅλης ἐπικρατοῦντος, ἔς τε τὴν Εὐρώπην ἐπιβεβηκότος ἤδη, καὶ δόξαν ἐπίφοβον καὶ παρασκευὴν ἱκανὴν ἔχοντος, πολλά τε ἄλλα καθ' ἑτέρων ἐξειργασμένου λαμπρὰ, δι' ἃ καὶ Μέγας ἐπώνυμον αὐτῷ· τὸν πόλεμον οἱ Ῥωμαῖοι χρόνιον σφίσι καὶ μέγαν ἔσεσθαι προσεδόκων. Φίλιππόν τε τὸν Μακεδόνα δι' ὑποψίας εἶχον, ἄρτι ὑπὸ σφῶν καταπεπολεμημένον, καὶ Καρχηδονίους, μὴ οὐ πιστοὶ σφίσιν ὦσιν ἐπὶ ταῖς συνθήκαις, Ἀννίβου συνόντος Ἀντιόχῳ. Τούς τε ἄλλους σφῶν ὑπηκόους ὑπονοοῦντες, μὴ καὶ παρὰ τούτων τι νεώτερον ἐς τὴν Ἀντιόχου δόξαν γένοιτο· στρατιὰν ἐς ἅπαντας, ἐφεδρεύειν εἰρηνικῶς αὐτοῖς, καὶ στρατηγοὺς ἐπὶ τῇ στρατιᾷ, περιέπεμπον, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἑξαπελέκεας, ὅτι, τῶν ὑπάτων δυώδεκα πελέκεσι καὶ δυώδεκα ῥάβδοις, ὥσπερ οἱ πάλαι βασιλεῖς, χρωμένων, τὸ ἥμισυ τῆς ἀξιώσεώς ἐστι τοῖσδε τοῖς στρατηγοῖς, καὶ τὰ ἡμίσεα παράσημα. Ὡς δ' ἐν μεγάλῳ φόβῳ, καὶ περὶ τῆς Ἰταλίας ἐδείμαινον, μὴ οὐδ' αὐτὴ σφίσιν ᾖ πιστὸς ἢ βέβαιος ἐπ' Ἀντιόχῳ. Πεζὸν δὴ πολὺν ἐς Τάραντα διέπεμπον, ἐφεδρεύειν τοῖς ἐπιοῦσι· καὶ νεῶν στόλος τὴν παράλιον περιέπλει. Τοσόσδε φόβος ἦν Ἀντιόχου τὰ πρῶτα. Ὡς δὲ αὐτοῖς τὰ ἐς τὴν ἀρχὴν συνετετάχατο πάντα, ἐπ' αὐτὸν Ἀντίοχον ἤδη κατέλεγον· ἀπὸ μὲν σφῶν αὐτῶν, ἐς δισμυρίους ἄνδρας, ἀπὸ δὲ τῶν συμμάχων τὸ διπλάσιον, ὡς ἅμα τῷ ἦρι τὸν Ἰόνιον διαβαλοῦντες. Καὶ οἱ μὲν τὸν χειμῶνα ὅλον ἐν τούτῳ παρασκευῆς ἦσαν.

XVI. Ὁ δ' Ἀντίοχος ἤλαυνεν ἐπὶ Θεσσαλοὺς, καὶ γενόμενος ἐν Κυνὸς κεφαλαῖς, ἔνθα τὸ πταῖσμα τοῖς Μακεδόσιν ὑπὸ Ῥωμαίων γεγένητο, τὰ λείψανα τῶν τότε πεσόντων, ἄταφα ἔτι ὄντα, μεγαλοπρεπῶς ἔθαπτε· δημοκοπῶν ἐς Μακεδόνας, καὶ Φίλιππον αὐτοῖς διαβάλλων, οὐ θάψαντα τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πεσόντας. Ὧν

tione tenere, occasionibus rei bene gerendæ imminentem. Te vero cum universis terrestribus copiis Græciæ præsidere oportet prope Italiam, et irruptionis ei metum incutere; atque adeo, si quando potueris, irrumpere. Philippum vero omnibus modis sollicitare ad societatem, futurum utriuscunque partis accessionem minime exiguam. Quod si flecti nequeat, filius tuus Seleucus per Thraciam contra illum mittendus; ut hic quoque distractus bello domestico, nihil prosit hostibus. » Hæc dixit Annibal. Nec alia in eo concilio melior audita est. Sed, obstante illustri prudentique viro invidia, ne videretur aut rex ipse, aut alii consiliarii, minus in artibus imperatoriis sapere, neve rei bene gestæ decus illi contingeret, omissa sunt omnia : nisi quod Polyxenidas in Asiam ad exercitum adducendum missus est.

XV. Romæ senatus, postquam audivit de irruptione Antiochi in Græciam, et suis apud Delium cæsis captisque, hostem judicavit Antiochum : atque ita demum diuturnæ suspiciones mutuæ, tandem in apertum bellum jam eruperunt. Quoniam autem Antiochus in superiori Asia multis magnisque gentibus, inferiori autem Asiæ, quæ ad mare pertinet, universæ, paucis exceptis, imperabat; jamque et Europam invaserat, et ipsa nominis sui fama, et copioso apparatu, formidabilis, et aliarum rerum adversus alios gestarum gloria, quæ et Magni cognomen ei pepererant, erat illustris : his de causis Romani id bellum et magnum et diuturnum sibi fore existimarunt. Quo accedebat, quod et de Philippo Macedone suspicarentur, quem nuper debellaverant; et de Carthaginiensibus, ne a fœderibus discederent, propter Annibalis familiaritatem cum Antiocho; et alios quoque ditionis suæ populos suspectos haberent, ne et ipsi, exspectatione rerum ab Antiocho gerendarum, novi aliquid molirentur. Itaque in omnes provincias miserunt exercitus, qui pacate eas observarent; et cum exercitibus imperatores cum senis securibus, quos prætores vocant, qui, ut insignia consulum dimidiata, ita dignitatis quoque ac potestatis habent dimidium. Consules enim, ut olim reges, duodecim securibus et duodecim fascibus utuntur. Ac, tanquam in magno periculo, de Italia quoque fuere solliciti, ne vel ipsa parum sibi fida atque firma contra Antiochum esset. Itaque Tarentum magnus exercitus missus est, qui observaret aditum : simulque classis oram circumvectabatur maritimam. Tantus terror Antiochi Romanis ab initio fuit. Ubi vero domi satis ordinatæ visæ sunt res imperii; delectus habebantur contra Antiochum. Ex urbanis conscripta sunt viginti millia, duplum e sociis, ut primo vere Ionium mare trajicerent. Atque sic hiems tota apud Romanos in apparando bello consumta est.

XVI. Antiochus autem movit in Thessaliam. Et postquam pervenit ad Cynoscephalas, ubi cladem Macedones a Romanis acceperant; reliquias cæsorum, insepultas etiam tum, sepeliit magnifice : captans favorem Macedonum, et Philippo invidiam facturus, quod sui causa cæsos sepeliri

πυθόμενος ὁ Φίλιππος, ἐνδοιάζων ἔτι καὶ περισκοπῶν ὁποτέρωσε προσθοῖτο, αὐτίκα εἵλετο τὰ Ῥωμαίων· Βαίβιόν τε, στρατηγὸν αὐτῶν, ἄρχοντά τινος πλησίον στρατοῦ, καλέσας ἐλθεῖν ἔς τι χωρίον, πίστεις αὖθις ἐδίδου, Ῥωμαίοις ἀδόλως συμμαχήσειν κατ' Ἀντιόχου. Ἐφ' οἷς αὐτὸν ὁ Βαίβιος ἐπῄνει, καὶ θαῤῥήσας, αὐτίκα ἔπεμπε διὰ τῆς Μακεδονίας Ἄππιον Κλαύδιον μετὰ δισχιλίων πεζῶν ἐς Θεσσαλίαν. Καὶ ὁ Ἄππιος, ἀπὸ τῶν Τεμπῶν τὸν Ἀντίοχον Λαρίσσῃ παρακαθήμενον ἰδὼν, πῦρ πολὺ ἤγειρεν, ἐπικρύπτων τὴν ὀλιγότητα. Καὶ ὁ Ἀντίοχος, ὡς Βαιβίου καὶ Φιλίππου παρόντων, διαταραχθεὶς, ἐξέλιπε τὴν πολιορκίαν, πρόφασιν τὸν χειμῶνα ποιούμενος, καὶ ἐς Χαλκίδα παρῆλθεν. Ἔνθα κόρης εὐπρεποῦς ἔρωτι ἁλοὺς, ὑπὲρ ἔτη πεντήκοντα γεγονὼς, καὶ τοσόνδε πόλεμον διαφέρων, ἔθυε γάμους, καὶ πανηγύρεις ἦγε· καὶ τὴν δύναμιν ἐς πᾶσαν ἀργίαν καὶ τρυφὴν ἐπὶ τὸν χειμῶνα ὅλον ἀνῆκεν. Ἀρχομένου δ' ἔαρος, ἐμβαλὼν ἐς Ἀκαρνανίαν, ᾔσθετο μὲν τῆς ἀργίας τοῦ στρατοῦ, δυσέργου πρὸς ἅπαντα ὄντος· καὶ τότε τῶν γάμων αὐτῷ καὶ τῆς πανηγύρεως μετέμελεν. Ὑπαγαγόμενος δ' ὅμως τινὰ τῆς Ἀκαρνανίας, καὶ τὰ λοιπὰ πολιορκῶν· ἐπεὶ τάχιστα Ῥωμαίους ἐπύθετο περᾶν τὸν Ἰόνιον, ἐς Χαλκίδα ἀνεζεύγνυ.

XVII. Ῥωμαῖοι δ' ὑπὸ σπουδῆς, τοῖς τότε ἑτοίμοις ἱππεῦσι δισχιλίοις, καὶ πεζοῖς δισμυρίοις, καὶ ἐλέφασί τισιν, ἡγουμένου σφῶν Ἀκιλίου Μανίου Γλαβρίωνος, ἐς Ἀπολλωνίαν ἐκ Βρεντεσίου διαβαλόντες, ἐπὶ Θετταλίας ἐβάδιζον, καὶ τὰς πόλεις ἐξέλυον τῶν πολιορκιῶν. Ἐν ὅσαις δ' ἦσαν ἤδη Ἀθαμάνων φρουραὶ, τὰς φρουρὰς ἐξέβαλλον· καὶ τὸν Μεγαλοπολίτην Φίλιππον αἰχμάλωτον ἔλαβον, ἐλπίζοντα ἔτι τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. Εἷλον δὲ καὶ τῶν Ἀντιοχείων ἐς τρισχιλίους. Ἅμα δὲ ταῦτα ὁ Μάνιος εἰργάζετο, καὶ ὁ Φίλιππος, ἐς Ἀθαμανίαν ἐμβαλὼν, πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἔλαβεν, Ἀμυνάνδρου φυγόντος εἰς Ἀμβρακίαν. Ὧν ὁ Ἀντίοχος αἰσθανόμενός τε, καὶ τὴν ὀξύτητα τῶν γιγνομένων καταπλαγεὶς, ἔδεισεν, ὡς ἐπὶ αἰφνιδίῳ καὶ ταχείᾳ μεταβολῇ, καὶ τῆς εὐβουλίας Ἀννίβου τότε ᾔσθετο· ἔς τε τὴν Ἀσίαν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἔπεμπεν, ἐπισπέρχειν Πολυξενίδαν ἐς τὴν διάβασιν· αὐτὸς δ', ὅσους εἶχε, πανταχόθεν συνεκάλει. Γενομένων δ' αὐτῷ, τῶν μὲν οἰκείων, πεζῶν μυρίων, καὶ ἱππέων πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ τούτοις καί τινων συμμάχων, Θερμοπύλας κατέλαβεν, ὡς τὴν δυσχωρίαν προβαλούμενος τοῖς πολεμίοις, καὶ τὸν στρατὸν ἐκ τῆς Ἀσίας ἀναμενῶν. Δίοδος δ' ἐστὶν αἱ Θερμοπύλαι στενὴ καὶ ἐπιμήκης· καὶ αὐτὴν περιέχει, τῇ μὲν θάλασσα τραχεῖα καὶ ἀλίμενος, τῇ δὲ ἕλος ἄβατόν τε καὶ βαραθρῶδες. Κορυφαί τε εἰσὶν ἐν αὐτῇ δύο ὀρῶν ἀπόκρημνοι· καὶ τούτων τὴν μὲν, Τειχιοῦντα καλοῦσι, τὴν δὲ, Καλλίδρομον. Ἔχει δὲ ὁ τόπος θερμῶν ὑδάτων πηγὰς, καὶ Θερμοπύλαι ἀπὸ τοῦδ' ἐπικλήζονται.

XVIII. Τεῖχος οὖν ἐνταῦθα διπλοῦν ὁ Ἀντίοχος ᾠκοδομήσατο, καὶ τὰς μηχανὰς ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐπέθη-

non curaverit. Quod ut Philippus audivit, quum adhus ambiguus fuisset, utri parti se adjungeret, statim partes Romanas prætulit : vocatoque ad certum locum Bæbio, qui proximo præerat exercitui, fidem denuo ei dedit sinceræ societatis contra Antiochum. Quam ob rem collaudavit eum Bæbius, neque dubitavit per Macedoniam Appium Claudium cum duobus millibus peditum in Thessaliam mittere. Qui ubi ad Tempe pervenit, conspectis in propinquo castris Antiochi, Larissam obsidentis, multos ignes excitavit, ut suorum paucitatem celaret. Et rex, Bæbium cum Philippo adesse ratus, metuque perculsus, solvit obsidionem, hiemis causatus intemperiem, et Chalcidem petiit. Ibi captus amore formosæ virginis, cum quinquagenario major esset, tantique belli premeretur mole, celebravit nuptias, et festos dies egit; simulque exercitum per totam hiemem solvi in otium ac delicias passus est. Ineunte autem vere, invadens Acarnaniam Antiochus, sensit, militem haud facile ab otio redire ad officium; pœnituitque, indulsisse nuptiis et conviviorum ludorumque celebrationi. Receptis nihilominus in fidem nonnullis ejus regionis oppidis, et oppugnatis reliquis, quamprimum cognovit, Romanos mare Ionium trajicere, Chalcidem rediit.

XVII. Romani, nullam moram facientes, cum duobus equitum, peditum viginti millibus, quæ tunc maxime parata erant, nonnullisque elephantis, imperatore Manio Acilio Glabrione, Brundusio Apolloniam transvecti erant. Unde Thessaliam petentes, sociorum oppida obsidione eximebant; et ex his, quæ jam ab Athamanibus occupata erant, ejiciebant præsidia. Philippus quoque Megalopolitanus in potestatem redactus est, adhuc sperans regnum Macedonum : et ex Antiochi copiis capta sunt circiter tria millia. Quæ dum a Manio geruntur, interim Philippus, in Athamaniam irrumpens, totam subegit, Amynandro fugiente Ambraciam. Quo cognito, Antiochus, territus celeritate hostium, pertimuit in tam repentina rerum mutatione; ac tum demum sensit, quam sapienter consuluisset Annibal. Missisque aliis post alios in Asiam nunciis, urgebat Polyxenidam, ut maturaret trajectum. Ipse vero, quotquot habuit milites undique ad se contraxit. Qui ubi convenere, peditum ex suis decem millia, quingenti equites, et quædam sociorum auxilia, cum his Thermopylas occupavit : locorum angustias hostibus objecturus, ibique adventum exercitus ex Asia exspectaturus. Sunt autem Thermopylæ, angustus et oblongus transitus, qui partim mari aspero et importuoso alluitur, partim palude invia et plena voraginibus : imminentque duo prærupta montium cacumina, quorum alterum Tichiuntem, alterum Callidromum nominant. Et sunt in eisdem locis aquarum calidarum fontes, unde nomen loco a Græcis inditum.

XVIII. Ibi Antiochus duplicem murum exstruxit, et muro machinas imposuit; Ætolosque jussit montium insidere ca-

κεν· ἔς τε τὰς κορυφὰς τῶν ὀρῶν Αἰτωλοὺς ἀνέπεμψε, μή τις λάθοι κατὰ τὴν λεγομένην Ἀτραπὸν περιελθών· ᾗ δὴ καὶ Λακεδαιμονίοις τοῖς ἀμφὶ Λεωνίδαν Ξέρξης ἐπέθετο, ἀφυλάκτων τότε τῶν ὀρῶν ὄντων. Αἰτωλοὶ δὲ χιλίους μὲν ἑκατέρῳ τῶνδε τῶν ἄκρων ἐπέστησαν· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐστρατοπέδευον ἐφ' ἑαυτῶν, περὶ πόλιν Ἡράκλειαν. Ὁ δὲ Μάνιος, ἐπεὶ κατεῖδε τὴν τῶν πολεμίων παρασκευήν, σημεῖον ἔδωκεν ἐς ἕω μάχης· καὶ δύο τῶν χιλιάρχων, Μάρκον Κάτωνα καὶ Λεύκιον Οὐαλέριον, ἐκέλευσε, νυκτὸς, ἐπιλεξαμένους ἑκάτερον ὁπόσους ἐθέλοι, τὰ ὄρη περιελθεῖν, καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἀπὸ τῶν ἄκρων, ὅπῃ δύναιντο, βιάσασθαι. Τούτων ὁ μὲν Λεύκιος ἀπεκρούσθη τοῦ Τειχιοῦντος, ἀγαθῶν ἐνταῦθα τῶν Αἰτωλῶν γενομένων· ὁ δὲ Κάτων, τῷ Καλλιδρόμῳ παραστρατοπεδεύσας, κοιμωμένοις ἔτι τοῖς ἐχθροῖς ἐπέπεσε περὶ ἐσχάτην φυλακήν· καὶ πολὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐγίγνετο ἀγὼν, βιαζόμενον ἐς ὑψηλὰ καὶ ἀπόκρημνα, κωλυόντων τῶν πολεμίων. Ἤδη δὲ καὶ Μάνιος ἐπῆγε τὴν στρατιὰν Ἀντιόχῳ κατὰ μέτωπον, ἐς λόχους ὀρθίους διῃρημένην· ὧδε γὰρ μόνως ἐν στενοῖς ἐδύνατο, καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ψιλοὺς καὶ πελταστὰς προμάχεσθαι τῆς φάλαγγος ἐκέλευσε. Αὐτὴν δ' ἔστησε πρὸ τοῦ στρατοπέδου· ἐπὶ δεξιὰ δ' αὐτῆς τοὺς σφενδονήτας καὶ τοξότας, ἐπὶ τῶν ὑπωρειῶν· τοὺς δ' ἐλέφαντας, ἐν ἀριστερᾷ, καὶ τὸ στῖφος ὃ μετ' αὐτῶν ἀεὶ συνετάσσετο, παρὰ τῇ θαλάσσῃ.

XIX. Γενομένης δ' ἐν χερσὶ τῆς μάχης, τὰ μὲν πρῶτα τὸν Μάνιον οἱ ψιλοὶ, πανταχόθεν ἐπιτρέχοντες, ἐλύπουν. Ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς φιλοπόνως δεχόμενός τε καὶ ἀναχωρῶν, καὶ αὖθις ἐπιὼν, ἐτρέψατο· τοὺς μὲν ψιλοὺς ἡ φάλαγξ τῶν Μακεδόνων διαστᾶσα, ἐς αὑτὴν ἐδέξατο, καὶ συνελθοῦσα ἐκάλυψε, καὶ τὰς σαρίσσας ἐν τάξει πυκνὰς προὐβάλοντο· ᾧ δὴ μάλιστα οἱ Μακεδόνες ἐξ Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου κατεπλήσσοντο τοὺς πολεμίους, ἀντίους δόρασι πολλοῖς καὶ μακροῖς οὐ τολμῶντας πελάζειν. Αἰφνίδιον δ' ὤφθη τῶν Αἰτωλῶν ἐκ τοῦ Καλλιδρόμου φυγὴ καὶ βοὴ, καθαλλομένων ἐς τὸ Ἀντιόχου στρατόπεδον. Τὸ μὲν δὴ πρῶτον ἑκατέροις ἄγνοιά τε τοῦ γιγνομένου, καὶ θόρυβος ἦν, ὡς ἐν ἀγνοίᾳ. Ὡς δὲ ὁ Κάτων ἐπεφαίνετο, διώκων αὐτοὺς μετὰ πολλῆς βοῆς, καὶ ὑπὲρ τὸ στρατόπεδον ἐγίγνετο ἤδη τὸ Ἀντιόχου ἔδεισαν οἱ τοῦ βασιλέως, περί τε τῆς Ῥωμαίων μάχης ἐπιφόβως ἐκ πολλοῦ πυνθανόμενοι, καὶ σφᾶς εἰδότες ὑπὸ ἀργίας καὶ τρυφῆς δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος ἐς δυσεργίαν διεφθαρμένους. Τούς τε σὺν τῷ Κάτωνι σαφῶς μὲν οὐ καθορῶντες ὁπόσοι τινὲς εἶεν, ὑπὸ δὲ τοῦ φόβου πλείους νομίζοντες εἶναι, καὶ περὶ τῷ στρατοπέδῳ δείσαντες, ἀκόσμως ἐς αὐτὸ κατέφευγον, ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοὺς πολεμίους ἀμυνούμενοι. Ῥωμαῖοι δ' αὐτοῖς παραθέοντες, συνεσέπεσον ἐς τὸ στρατόπεδον· καὶ ἦν ἄλλη φυγὴ τῶν Ἀντιοχείων ἐκεῖθεν ἄκοσμος. Ὁ δὲ Μάνιος μέχρι μὲν ἐπὶ Σκάρφειαν ἐδίωκεν αὐτοὺς, κτείνων τε καὶ ζωγρῶν· ἀπὸ δὲ τῆς Σκαρφείας ἐπανιὼν, διήρπαζε τὸ στρατόπεδον τοῦ βασιλέως· καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς,

cumina, ne quis per callem quem Atrapon vocant, viam inveniret ad sese circumeundum: qua via etiam Leonidam et Lacedæmonios olim Xerxes aggressus erat, nemine tunc montes custodiente. Et Ætoli singula cacumina milleni occuparunt militibus; reliqui eorum seorsum castra muniverunt ad Heracleam. Manius, postquam apparatum hostium perspexit, signum pugnæ in crastinum proposuit; præmissis noctu duobus tribunis, M. Catone et L. Valerio, qui cum quotquot vellent selectis montes circumirent, et statione Ætolos quocunque modo possent dejicerent. Horum alter Lucius a Tichiunte repulsus est, Ætolis hoc loco fortiter pugnantibus. Cato vero, adversus Callidromum missus, in dormientes adhuc hostes irruit circa ultimam vigiliam: multum tamen certatum est, evadentibus per ardua præruptaque contra prohibentem hostem militibus. Jamque Manius etiam Antiochum a fronte petebat, rectis ordinibus ducens exercitum; nec enim aliter angustiæ loci patiebantur. Et rex velites et cetratos ante phalangem statuit; ipsam phalangem instruxit pro castris, et ad dextrum *potius*, sinistrum ejus latus funditores ac sagittarios sub ipsis radicibus montis; elephantos vero, cum præsidio quod illis semper addi solet, [a sinistro latere] juxta mare locavit.

XIX. Conserto prælio, primum Manius a leviter armatis infestabatur, undique ei se ingerentibus. Quos ubi fortiter sustinendo, et nunc cedendo, nunc rursum impressionem faciendo, ad cedendum tandem coegit; phalanx, illis per medium transmissis, rursus coivit, et sarissas condensas objecit: quo maxime instituto Alexandri Philippique Macedones hostibus erant terribiles, non audentibus in infestas longas confertasque hastas incurrere. Tum vero repente conspecti sunt Ætoli cum clamore e Callidromo fugientes, et in castra Antiochi desilientes. Quæ res primum utrosque conturbavit, nondum satis cognita, qualis esset. Ut vero Cato conspectus est, magno clamore fugientes persequens, et castris jam imminens Antiochi, territi sunt regii, qui jam ante multa de Romanorum pugnandi ratione timide sciscitati erant, conscii suæ segnitiæ, in quam hibernis voluptatibus et cessationibus inciderant. Quumque non cernerent, quantam manum Cato secum traheret, præ metu rati plures esse, et castris timentes, turbatis ordinibus in ea refugerunt, ex vallo hostem propulsaturi. Sed Romani terga eorum prementes, simul introruperunt. Ibi nova fuga regiorum e castris exorta. Et Manius eos Scarphiam usque persecutus est, cædendo, capiendoque. Inde rever-

ἐπιδραμόντας τῷ Ῥωμαίων χάρακι παρὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτῶν, ἐξήλασεν ἐπιφανείς.

XX. Ἀπέθανον δ' ἐν τῇ μάχῃ καὶ τῇ διώξει, Ῥωμαίων μὲν, ἀμφὶ τοὺς διακοσίους· Ἀντιόχου δὲ, σὺν τοῖς ληφθεῖσιν, ἀμφὶ τοὺς μυρίους. Αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης τροπῆς μετὰ πεντακοσίων ἱππέων εἰς Ἐλάτειαν ἀμεταστρεπτὶ διέδραμεν· ἀπὸ δ' Ἐλατείας, ἐς Χαλκίδα, καὶ ἐς Ἔφεσον, μετ' Εὐβοίας τῆς νεογάμου (τοῦτο γὰρ αὐτὴν ὠνόμαζεν), ἐπὶ τῶν νεῶν ἔφευγεν, οὐδὲ τούτων ἁπασῶν· ἀγορὰν γάρ τινας αὐτῶν διαφερούσας ὁ Ῥωμαίων ναύαρχος ἐπαναχθεὶς διεφθάρκει. Οἱ δ' ἐν ἄστει Ῥωμαῖοι τῆς νίκης πυθόμενοι, ταχείας τε οὕτω καὶ εὐχεροῦς σφίσι φανείσης, ἔθυον, ἐκ φοβερᾶς τῆς Ἀντιόχου δόξης τὴν πρώτην πεῖραν ἀσπασάμενοι. Φίλιππόν τε τῆς συμμαχίας ἀμειβόμενοι, τὸν υἱὸν αὐτῷ Δημήτριον, ὁμηρεύοντα ἔτι παρὰ σφίσιν, ἔπεμψαν.

XXI. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἐν ἄστει. Μάνιος δὲ Φωκέας μὲν, καὶ Χαλκιδέας, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῷ Ἀντιόχῳ συνεπεπράχεσαν, δεομένους, ἀπέλυσε τοῦ δέους. Τὴν δ' Αἰτωλίαν αὐτός τε καὶ Φίλιππος ἐδῄουν, καὶ τὰς πόλεις ἐπολιόρκουν. Δαμόκριτόν τε, τὸν στρατηγὸν τῶν Αἰτωλῶν, ἐνταῦθα ὁ Μάνιος ἔλαβε κρυπτόμενον, ὃς Φλαμινίῳ παρὰ τὸν Τίβεριν ἠπείλει στρατοπεδεύειν. Ὁ μὲν δὴ Μάνιος ἐπὶ Καλλιπόλεως διώδευε τὸ ὄρος, ὃ καλοῦσι Κόρακα, ὑψηλότατόν τε ὀρῶν, καὶ δυσόδευτον, καὶ ἀπόκρημνον, μετὰ στρατοῦ βαρυτάτου τε καὶ λαφύρων καταγόμου. Πολλοὶ δ' ἐξέπιπτον ὑπὸ τῆς δυσοδίας ἐς τὰ ἀπόκρημνα, καὶ σκεύεσιν αὐτοῖς καὶ ὅπλοις κατεφέροντο. Καὶ αὐτοὺς δυνηθέντες ἂν οἱ Αἰτωλοὶ συνταράξαι, οὐδὲ ὤφθησαν, ἀλλ' ἐς Ῥώμην περὶ εἰρήνης ἐπρέσβευον. Ἀντίοχος δὲ τὴν στρατιὰν ἀπὸ τῶν ἄνω σατραπειῶν κατὰ σπουδὴν ἐπὶ θάλασσαν ἐκάλει, καὶ τὰς ναῦς ἐπεσκεύαζε, ναυαρχοῦντος αὐτῷ Πολυξενίδου Ῥοδίου φυγάδος. Ἔς τε Χερρόνησον διαπλεύσας, πάλιν αὐτὴν ὠχύρου, καὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον ἐκρατύνετο, δι' ὧν ἔδει τὴν φάλαγγα τὴν Ῥωμαίων ἐς τὴν Ἀσίαν ὁδεῦσαί τε καὶ περάσαι. Λυσιμάχειαν δὲ ταμιεῖον τῷδε τῷ πολέμῳ ποιούμενος, ὅπλα καὶ σῖτον πολὺν ἐς αὐτὴν συνέφερεν· ἡγούμενος αὐτίκα οἱ Ῥωμαίους πεζῷ τε πολλῷ καὶ ναυσὶν ἐπιθήσεσθαι. Οἱ δὲ Μανίῳ μὲν αἱροῦνται διάδοχον ἐπὶ τὴν στρατηγίαν Λεύκιον Σκιπίωνα, ὃς τότε αὐτοῖς ὕπατος ἦν· ἀπράκτῳ δ' ὄντι καὶ ἀπειροπολέμῳ σύμβουλον αἱροῦνται τὸν ἀδελφὸν Πούπλιον Σκιπίωνα, τὸν Καρχηδονίους ὑφελόμενον τὴν ἡγεμονίαν, καὶ πρῶτον ὀνομασθέντα Ἀφρικανόν.

XXII. Καὶ οἱ μὲν Σκιπίωνες ἔτι ἦσαν ἐν παρασκευῇ· Λίβιος δ', ὁ φύλαξ τῆς Ἰταλίας, ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν αἱρεθεὶς Ἀτιλίῳ διάδοχος, αὐτίκα ταῖς τε ἰδίαις ναυσὶν, αἷς τὴν Ἰταλίαν περιέπλει, καὶ παρὰ Καρχηδονίων αὐτῷ τισι δοθείσαις, καὶ συμμαχίσιν ἄλλαις, ἐς Πειραιᾶ κατήχθη. Καὶ τὸν ὑπ' Ἀτιλίῳ στόλον παραλαβὼν, ἔπλει καταφράκτοις ὀγδοήκοντα καὶ μιᾷ,

sus, Antiochi castra diripuit; et Ætolos, qui in vacua Romanorum castra irruperant, suo adventu expulit.

XX. Ceciderunt eo die ex Romanis circiter ducenti. Antiochus in pugna fugaque, una cum captis, ad decem millia amisit. Rex ipse, ubi primum inclinatam suorum viderat aciem, cum quingentis equitibus continuato cursu Elateam petierat. Inde porro Chalcidem, et Ephesum, cum nova nupta Eubœa (sic enim eam vocabat) navibus profugit, ne his quidem omnibus conservatis; nonnullas enim, commeatum ferentes, classis Romanæ præfectus depresserat. Romæ, post nunciatam victoriam tam celeriter tamque facile reportatam, supplicationes fuerunt : lætis omnibus, periculosi (ut videbatur) belli primam experientiam cessisse tam feliciter. Philippo etiam, in fidei socialis gratiam, Demetrius filius, qui ad id tempus obses Romæ fuerat, remissus est.

XXI. Dum hac publica gratulatione urbs fruitur, Manius Phocenses, et Chalcidenses, aliosque qui Antiochum juverant, veniam petentes, metu liberavit. Ætoliam vero cum Philippo vastavit, et urbes ejus oppugnavit. Damocritus quoque, prætor Ætolorum, a Manio latebris extractus captusque est; qui Flaminio minatus fuerat, se ad Tiberim metaturum castra. Tum versus Callipolim iter fecit Manius per montem Coracem, omnium altissimum, et propter rupes transitu perdifficilem, præsertim impedito sarcinis et spoliis exercitui. Itaque multi in via tam incommoda prolapsi, per prærupta cum armis et impedimentis devolvebantur. Ibi quum multum vexare agmen potuissent Ætoli, nusquam conspecti sunt, sed Romam de pace legationem miserunt. Antiochus interim e superioris Asiæ satrapiis propere copias convocabat ad mare; classemque apparabat, cui Polyxenidas, exul Rhodius, erat præfectus. Moxque Chersonesum trajiciens, denuo eam muniit, et Sestum Abydumque præsidiis firmavit; per quas trajectus erat Romanis legionibus, si in Asiam vellent transire. Et quum horreum huic bello Lysimachiam destinasset, magnam armorum frumentique vim eo comportabat; ratus, Romanos brevi cum magnis terrestribus navalibusque copiis ipsum aggressuros. Interim Romæ M. Acilio successor electus est L. Scipio, consul : et quia inexercitatus erat, nec satis callens rerum militarium, legatus ei additus Publius frater, qui e Carthagine devicta primus cognomen Africani retulerat.

XXII. Dum fratres Scipiones in comparando adhuc occupati erant, Livius, qui curam habuerat defendendæ Italiæ, ad classem missus successor Atilio, statim cum suis navibus, quibus Italiæ oras lustraverat, et quibusdam a Carthaginiensibus missis, auxiliaribusque aliis, in Piræeum appulit. Ibi accepta ab Atilio classe, navigavit una et octoginta navibus stratis; quas sequebantur et Eumenes

ἑπομένου καὶ Εὐμένους πεντήκοντα ἰδίαις· καὶ ἦν κατάφρακτον καὶ τῶνδε τὸ ἥμισυ. Ἔς τε Φώκαιαν, ὑπήκοον μὲν Ἀντιόχου, ὑπὸ δ' ἐκπλήξεως αὐτοὺς δεχομένην, κατήγοντο· καὶ τῆς ἐπιούσης ἐς ναυμαχίαν ἀνέπλεον. Ἀντανήγετο δ' αὐτοῖς ὁ ναύαρχος ὁ Ἀντιόχου Πολυξενίδας διακοσίαις ναυσὶ, κουφοτέραις τῶν πολεμίων παρὰ πολύ· ᾧ δὴ καὶ μάλιστα προὔλαβε, τοῦ πελάγους ἔτι Ῥωμαίων ἀναπειρωμένων. Καὶ δύο τῶν Καρχηδονίων ναῦς ἰδὼν προπλεούσας, τρεῖς τῶν ἰδίων ἐπιπέμψας, εἷλε τὰς δύο κενὰς, ἐξαλομένων τῶν Λιβύων ἐς τὸ πέλαγος. Λίβιος δ' ἐπὶ τὰς τρεῖς ἐφέρετο πρῶτος ὑπὸ ὀργῆς τῇ στρατηγίδι νηῒ, πολὺ προὔχων τοῦ στόλου. Αἱ δ', ὡς μιᾷ, σὺν καταφρονήσει, χεῖράς τε σιδηρᾶς ἐπέβαλλον· καὶ συνεστηκότων τῶν σκαφῶν, ὁ ἀγὼν ἦν ὥσπερ ἐν γῇ. Πολὺ δὲ κρείσσους ὄντες οἱ Ῥωμαῖοι ταῖς εὐτολμίαις, ἐπιβάντες ἐς τὰς ἀλλοτρίας ἐκράτουν, καὶ μιᾷ νηῒ δύο ὁμοῦ φέροντες ἐπανῆεσαν. Καὶ τόδε μὲν τῆς ναυμαχίας προαγώνισμα ἦν. Ἐπεὶ δὲ οἱ στόλοι συνέπεσον ἀλλήλοις, ἰσχύϊ μὲν καὶ προθυμίᾳ τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπεκράτει· διὰ δὲ βαρύτητα τῶν σκαφῶν τοὺς ἐχθροὺς οὐκ ἐδύναντο καταλαμβάνειν, κούφαις ναυσὶν ὑποφεύγοντας. Ἕως οἱ μὲν ἐς τὴν Ἔφεσον ὀξέως κατέφυγον, οἱ δ' ἐς Χίον ἀπῆραν· ἔνθα αὐτοῖς Ῥοδίων νῆες συμμαχίδες ἦλθον ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν. Ἀντίοχος δὲ, περὶ τῆσδε τῆς ναυμαχίας πυθόμενος, Ἀννίβαν ἔστελλεν ἐπὶ Συρίας εἰς νεῶν ἄλλων ἔκ τε Φοινίκης καὶ Κιλικίας παρασκευήν. Καὶ τόνδε μὲν ἐπανιόντα Ῥόδιοι κατέκλεισαν ἐς Παμφυλίαν, καί τινας αὐτοῦ τῶν νεῶν εἷλον, καὶ τὰς λοιπὰς ἐφεδρεύοντες ἐφύλασσον.

XXIII. Πούπλιος δὲ Σκιπίων, ἀφικόμενος ἐς Αἰτωλίαν μετὰ τοῦ ὑπάτου, καὶ τὸν Μανίου στρατὸν παραλαβὼν, τὰς μὲν ἐν Αἰτωλίᾳ πολιορκίας ὑπερεῖδεν, ὡς μικρὸν ἔργον, καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς δεομένοις ἐπέτρεψεν αὖθις ἐς Ῥώμην πρεσβεῦσαι περὶ σφῶν· ἐπὶ δὲ τὸν Ἀντίοχον ἠπείγετο, πρὶν ἐκδῆναι τῷ ἀδελφῷ τὴν στρατηγίαν. Διὰ δὲ Μακεδόνων ὥδευε καὶ Θρακῶν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, δυσχερῆ καὶ χαλεπὴν ὁδὸν αὐτῷ γενομένην ἂν, εἰ μὴ Φίλιππος ὁ Μακεδὼν ὡδοποίει καὶ ὑπεδέχετο καὶ παρέπεμπεν, ἐζευγμένοις τε ποταμοῖς ἐκ πολλοῦ, καὶ ἀγοραῖς ἑτοίμοις. Ἐφ' οἷς αὐτὸν οἱ Σκιπίωνες αὐτίκα τῶν ὑπολοίπων χρημάτων ἀπέλυσαν, ἐπιτετραμμένοι τοῦθ' ὑπὸ τῆς βουλῆς, εἰ πρόθυμον εὕροιεν. Ἐπέστελλον δὲ καὶ ἐς Προυσίαν, τὸν Βιθυνῶν βασιλέα· καταλέγοντες, ὅσοις βασιλεῦσι Ῥωμαῖοι συμμαχήσασι τὰς ἀρχὰς ἐπηύξησαν. Φίλιππον δὲ (φασὶ) τὸν Μακεδόνα καὶ πολέμῳ κρατήσαντες ἄρχειν ἐῶσι· καὶ τὸν παῖδα αὐτῷ τῆς ὁμηρείας ἀπελύσαμεν, καὶ τὸ ἔτι ὄφλημα τῶν χρημάτων. Οἷς ὁ Προυσίας ἡσθεὶς, συνέθετο συμμαχήσειν ἐπ' Ἀντίοχον. Λίβιος δ' ὁ ναύαρχος, ἐπεὶ τῆς ὁδοιπορίας τῶν Σκιπιώνων ἐπύθετο, Παυσίμαχον μὲν τὸν Ῥόδιον μετὰ τῶν Ῥοδίων νεῶν ἐν τῇ Αἰολίδι κατέλιπε, καὶ μέρος τι τοῦ ἰδίου στόλου· ταῖς δὲ πλείοσιν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον

cum quinquaginta suis, quarum et ipsarum dimidius numerus tectus erat. Appulerunt autem Phocææ, quæ, Antiocho licet tunc subjecta, tamen metu perculsa eos admittebat. Inde postero die proficiscuntur, ad navale certamen se instruentes. Et contra egreditur præfectus classis Antiochi, Polyxenidas, cum ducentis navibus, levioribus multo quam hostiles erant : quod ei maxime profuit, quod Romani nondum satis essent rei nauticæ periti. Ille, ubi vidit ante alias ferri duas naves Punicas, immissis in eas tribus ex suis, ambas cepit, sed vacuas, Afris in mare prosilientibus. Tum Livius iratus, primus in eas impetum fecit navi prætoria, multum ante reliquam classem provectus. Et illæ, ut tres contra unum, contemtim huic ferreas manus injecerunt. Quo facto, quum jam cohærentibus navibus certamen esset terrestri simile, Romani, fortitudine superiores, in alienas naves transsiliunt, eisque potiuntur : sicque una navis duas simul captivas ducens, ad suos rediit. Post hoc pugnæ præludium, confligentibus classibus, Romani robore quidem superabant ac virtute : sed quia gravioribus utebantur navibus, non poterant adversariorum naves assequi, agilitate sua facile elabentes. Ac tandem celeri fuga hostes Ephesum se receperunt : Romani vero Chium petierunt, ubi auxiliares Rhodiæ naves se cum eis conjunxerunt viginti septem. Antiochus, postquam hujus navalis prælii nuncium accepit, Annibalem in Syriam misit, ut alias naves e Phœnice et Cilicia compararet. Quem redeuntem Rhodii compulerunt in Pamphyliam, captisque aliquot ex ea classe navibus, reliquis ibi conclusis insidiabantur.

XXIII. Interea P. Scipio in Ætoliam venit cum consule, acceptoque exercitu a Manio, bellum oppidatim per Ætoliam circumferre contemsit, ut rem exiguam; Ætolisque deprecantibus permisit, ut rursus Romam legatos mitterent. Maluit enim adversus Antiochum properare, priusquam consulatus fratris elaberetur. Duxit autem per Macedoniam Thraciamque ad Hellespontum; itinere quod difficillimum ei molestissimumque fuerat futurum, nisi viam munivisset Philippus Macedo, et excepisset venientes, prosecutusque esset, longe ante exstructis pontibus, et annona præparata. Quamobrem statim Scipiones ei reliquum pecuniæ debitæ remiserunt, quemadmodum mandarat senatus, si obsequentem invenissent. Prusiæ quoque, Bithynorum regi, scripserunt; commemorantes, quam multis regibus amicis ac sociis populus Romanus regna auxerit : Philippo quoque Macedoni victo regnum relictum, filium obsidem redditum, remissam pecuniam debitam. Quibus intellectis, Prusias libenter societatem contra Antiochum cum Romanis iniit. Livius autem, præfectus classis, postquam cognovit Scipiones esse in itinere, Pausimacho Rhodio cum navibus Rhodiis et parte suarum in Æolide relicto, cum majore parte in Hellespontum navigavit, ut exercitum ex-

ἔπλει, τὸν στρατὸν ὑποδεξόμενος. Καὶ Σηστὸς μὲν αὐτῷ καὶ Ῥοίτειον, καὶ ὁ Ἀχαιῶν λιμὴν, καί τινα ἄλλα προσέθετο· Ἄβυδον δὲ ἀπειθοῦσαν ἐπολιόρκει.

XXIV. Παυσίμαχος δ', οἰχομένου Λιβίου, πείρας τε πυκνὰς καὶ μελέτας τῶν ἰδίων ἐποιεῖτο, καὶ μηχανὰς ποικίλας συνεπήγνυτο, πυρφόρα τε ἀγγεῖα σιδήρεα ἐξῆπτε κοντῶν μακρῶν, αἰωρεῖσθαι τὸ πῦρ ἐς τὸ πέλαγος· ἵνα τῶν μὲν ἰδίων σκαφῶν πολὺ προὔχῃ, τοῖς δὲ πολεμίοις προσιοῦσιν ἐμπίπτῃ. Καὶ αὐτὸν τάδε φιλοπονούμενον Πολυξενίδας, ὁ Ἀντιόχου ναύαρχος, Ῥόδιός τε ὢν καὶ ὅδε, καί τισιν αἰτίαις ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος, ἐνήδρευεν· ὑπισχνούμενος, τὸν Ἀντιόχου στόλον ἐγχειριεῖν, εἰ συνθοῖτο συμπράξειν ἐς κάθοδον αὐτῷ. Ὁ δὲ ὑπώπτευε μὲν ἐπίκλοπον ἄνδρα καὶ πανοῦργον, καὶ ἐς πολὺ καλῶς ἐφυλάσσετο. Γράψαντος δ' αὐτῷ τοῦ Πολυξενίδου περὶ τῆς προδοσίας ἐπιστολὴν αὐτόγραφον, καὶ ἐπ' αὐτῇ καὶ ἀναζεύξαντος ἀπὸ τῆς Ἐφέσου, καὶ τὴν στρατιὰν ὑποκριθέντος ἐς χορτολογίαν περιπέμπειν· ὁ Παυσίμαχος, τήν τε ἀνάζευξιν ὁρῶν, καὶ οὐκ ἐλπίσας ἄν τινα περὶ προδοσίας ἐπιστολὴν αὐτόγραφον οὐκ ἀληθεύοντα πέμψαι, πάγχυ πιστεύσας ἐξέλυσε τὰς φυλακὰς, καὶ ἐς σιτολογίαν καὶ αὐτὸς περιέπεμπεν. Ὁ δὲ Πολυξενίδας, ἐπεὶ κατεῖδεν αὐτὸν ἐνηδρευμένον, αὐτίκα τὴν παρασκευὴν συνῆγε, καὶ Νίκανδρον τὸν πειρατὴν σὺν ὀλίγοις ἐς τὴν Σάμον περιέπεμπε, κατὰ τὴν γῆν ὄπισθεν τοῦ Παυσιμάχου θορυβοποιεῖν. Ἐκ δὲ μέσων νυκτῶν αὐτὸς ἐπέπλει, καὶ περὶ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν ἐπέπιπτεν ἔτι κοιμωμένῳ. Ὁ δὲ, ἐν αἰφνιδίῳ κακῷ καὶ ἀδοκήτῳ, τοὺς στρατιώτας ἐκέλευε, τὰς ναῦς ἐκλιπόντας, ἀπὸ τῆς γῆς ἀμύνεσθαι τοὺς πολεμίους. Προσπεσόντος δ' ὄπισθεν αὐτῷ τοῦ Νικάνδρου, νομίσας καὶ τὴν γῆν προειλῆφθαι οὐχ ὑπὸ τῶν ἑωραμένων μόνων, ἀλλ', ὡς νυκτὶ, πολὺ πλειόνων, πάλιν ἐς τὰς ναῦς ἐνέβαινε θορυβούμενος· πρῶτός τε ἐς μάχην ἀνήγετο, καὶ πρῶτος ἔπιπτε, λαμπρῶς ἀγωνιζόμενος. Τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν ἐλήφθησαν, οἱ δ' ἀπώλοντο. Καὶ τῶν νεῶν ἑπτὰ μὲν, αἳ τὸ πῦρ ἔφερον, οὐδενὸς αὐταῖς διὰ τὴν φλόγα προσιόντος, ἔφευγον· τὰς δὲ λοιπὰς εἴκοσιν ὁ Πολυξενίδας ἀναδησάμενος, ἐς τὴν Ἔφεσον κατήχθη.

XXV. Καὶ ἐπὶ τῇδε τῇ νίκῃ Φώκαια αὖθις καὶ Σάμος καὶ Κύμη πρὸς Ἀντίοχον μετετίθετο. Δείσας δ' ὁ Λίβιος περὶ τῶν σφετέρων νεῶν, ἃς ἐν τῇ Αἰολίδι καταλελοίπει, κατὰ σπουδὴν ἐς αὐτὰς ἐπανῄει. Καὶ Εὐμένης πρὸς αὐτὸν ἠπείγετο· Ῥόδιοί τε Ῥωμαίοις ναῦς ἑτέρας εἴκοσιν ἔπεμπον. Μικρὸν δὲ διαλιπόντες, ἅπαντες ἀνεθάρρησαν, καὶ ἐπὶ τὴν Ἔφεσον ἔπλεον, ἐς ναυμαχίαν ἐσκευασμένοι. Οὐδενὸς δ' αὐτοῖς ἀντεπιπλέοντος, τὸ μὲν ἥμισυ τῶν νεῶν ἐς ἐπίδειξιν ἔστησαν ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ μέχρι πολλοῦ· ταῖς δ' ὑπολοίποις ἐς τὴν πολεμίαν καταχθέντες, ἐπόρθουν. Μέχρι Νίκανδρος αὐτοῖς ἐκ τῆς μεσογαίας ἐπιπεσὼν, τήν τε λείαν ἀφείλετο, καὶ ἐς τὰς ναῦς κατεδίωξεν. Οἱ μὲν δὴ πάλιν ἐς Σάμον ἀνήγοντο, καὶ ὁ χρόνος ἔληγε Λιβίῳ τῆς ναυαρχίας.

ciperet : moxque Sestus, Rhœteum, Achæorum portus, et alia quædam oppida, ei se dediderunt : Abydum vero, imperata detrectantem, oppugnavit.

XXIV. Pausimachus, post discessum Livii, multis modis suos exercebat classiarios, machinasque varii generis compingebat : et ferreas trullas igniferas longis contis suspendebat, ut ignis multum in mare e navibus suis emineret, et in hostiles appropinquantes incideret. His studiis occupatum Polyxenidas, Antiochi classis præfectus, et ipse Rhodius, sed tum ob crimina quædam, quorum accusatus fuerat, patria exul, insidioso commento aggressus est; pollicens, traditurum se Antiochi classem, si ille sibi reciperet reditum in patriam adjuturum. Suspecta fuit hominis vafrities, et aliquandiu pulchre dolos cavit Pausimachus. Sed postquam ad eum Polyxenidas literas misit de proditione, sua manu scriptas, moxque etiam Epheso discessit, sociis navalibus per simulationem frumentatum dimissis : tunc Pausimachus, discessisse eum videns, ratusque neminem commissurum, ut adversus semetipsum indicia manu sua testata daret, plenam ei fidem adhibere cœpit, neglexitque excubias, et suos ipse quoque frumentatum dimisit. Polyxenidas, ubi animadvertit succedere dolum, mox suos accersivit, et Nicandrum archipiratam cum paucis Samum transmisit, ut per terram a tergo infestaret Pausimachum; et ipse, media nocte solvens, adversus eumdem direxit cursum, et ante diluculum in dormientem adhuc irruit. Pausimachus, repentino inopinatoque malo territus, jussit milites relictis navibus e terra repugnare. Sed quum a tergo Nicander impetum in eum faceret, per nocturnum errorem putans terram occupatam a pluribus, rursum naves raptim conscendit : et, primus in hostes excurrens, primus quoque, fortiter pugnans, Pausimachus interfectus est. Reliqui aut capti aut cæsi sunt. Naves septem tantum effugerunt; quæ, quum ignem ferrent, micantibus flammis deterruerant hostem, ne accederet propius : reliquas viginti captas Ephesum secum reduxit Polyxenidas.

XXV. Post eam victoriam Phocæa rursum, et Samus, et Cuma defecerunt ad Antiochum. Tum Livius, veritus, ne quid suis navibus in Æolide relictis accideret, propere ad eas rediit : quo etiam Eumenes properavit; et Rhodii viginti alias naves Romanis miserunt. Itaque brevi mora interposita, omnes, receptis animis, navigarunt Ephesum, navibus ad prœlium instructis. Postquam nemo adversus prodiit, dimidium classis in alto diu ostentaverunt : reliquis navibus ad terram appulsi, deprædabantur hostium littora; quos Nicander a continenti subito adortus, recepta præda, in naves compulit. Tunc Samum rursus illi appulerunt, elapso jam præfecturæ Livii tempore.

XXVI. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου Σέλευκος, ὁ Ἀντιόχου, τὴν Εὐμενοῦς γῆν ἐδῄου, καὶ Περγάμῳ παρεκάθητο, τοὺς ἄνδρας ἐς τὴν πόλιν κατακλείσας. Ὅθεν ὁ Εὐμενὴς ἐς Ἐλαίαν, τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπίνειον, διέπλει κατὰ σπουδὴν, καὶ σὺν αὐτῷ Λεύκιος Αἰμίλιος Ῥηγίλλος, ὁ Λιβίου τὴν ναυαρχίαν παραδεδεγμένος. Ἧκον δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν Εὐμενεῖ σύμμαχοι χίλιοι πεζοὶ, καὶ ἱππεῖς ἑκατὸν ἐπίλεκτοι. Ὧν Διοφάνης ὁ στρατηγὸς, ἀπὸ τοῦ τείχους ἰδὼν τοὺς Σελευκείους παίζοντάς τε καὶ μεθύοντας ἐκ καταφρονήσεως, ἔπειθε τοὺς Περγαμηνοὺς ἑαυτῷ συνεκδραμεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Οὐχ ὑφισταμένων δ' ἐκείνων, ὥπλισε τοὺς ἰδίους χιλίους, καὶ τοὺς ἑκατὸν ἱππέας, καὶ προαγαγὼν ὑπὸ τὸ τεῖχος ἔστησεν ἀτρεμεῖν· ὑπερορώντων αὐτοὺς ἐς πολὺ τῶν πολεμίων, ὡς ὀλίγους τε καὶ οὐ τολμῶντας ἐς χεῖρας ἐλθεῖν. Ὁ δ' ἄριστον ποιουμένοις ἐπιδραμὼν, ἐθορύβησέ τε καὶ ἐτρέψατο τοὺς προφύλακας. Τῶν δ' ἄλλων ἐπὶ τὰ ὅπλα ἀναπηδώντων, καὶ τοὺς ἵππους περιχαλινούντων, ἢ φεύγοντας διωκόντων, ἢ δυσχερῶς ἀναβαινόντων οὐκ εὐσταθοῦντας, ἐκράτει πάνυ λαμπρῶς· ἐπιβοώντων ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ τείχους τῶν Περγαμηνῶν, καὶ οὐδὲ τότε προελθεῖν ὑφισταμένων. Κτείνας δ' ὅσους ἐδύνατο, ὡς ἐν ἐπιδείξει ταχείᾳ, καί τινας αἰχμαλώτους ἑλὼν ἄνδρας τε καὶ ἵππους, ἐπανῄει κατὰ σπουδήν. Καὶ τῆς ἐπιούσης αὖθις ἵστη τοὺς Ἀχαιοὺς ὑπὸ τὸ τεῖχος, οὐδὲ τότε τῶν Περγαμηνῶν αὐτῷ συνεξιόντων, Σέλευκος δ' ἱππεῦσι πολλοῖς αὐτῷ προσεπέλαζε, προκαλούμενος· ὁ δὲ τότε μὲν οὐκ ἐπεξῄει, παρ' αὐτὸ τὸ τεῖχος ἑστὼς, ἀλλ' ἐφυλάσσετο. Ἐπεὶ δ' ὁ Σέλευκος, παραμείνας ἐς μεσημβρίαν, καμνόντων οἱ ἤδη τῶν ἱππέων, ἐπέστρεφε καὶ ἐπανῄει, τοῖς τελευταίοις αὐτοῦ ὁ Διοφάνης ἐπιθέμενος καὶ θορυβοποιήσας, καὶ βλάψας ὅσα καὶ τότε δυνατὸς ἦν, εὐθὺς ἐπανῄει πάλιν ὑπὸ τὸ τεῖχος. Καὶ τόνδε τὸν τρόπον συνεχῶς ἔν τε χορτολογίαις καὶ ξυλείαις ἐνεδρεύων ἀεί τι καὶ ἐνοχλῶν, ἀπό τε Περγάμου τὸν Σέλευκον ἀνέστησε, καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης Εὐμενοῦς χώρας ἐξήλασε.

XXVII. Πολυξενίδᾳ δὲ καὶ Ῥωμαίοις μετ' οὐ πολὺ γίγνεται ναυμαχία περὶ Μυόννησον· ἐς ἣν συνῄεσαν, Πολυξενίδας μὲν ναυσὶν ἐννενήκοντα καταφράκτοις, Λεύκιος δ' ὁ Ῥωμαίων ναύαρχος ὀγδοήκοντα καὶ τρισί· καὶ τούτων ἦσαν ἐκ Ῥόδου πέντε καὶ εἴκοσιν. Ὧν ὁ στρατηγὸς Εὔδωρος ἐτέτακτο μὲν ἐπὶ τοῦ λαιοῦ κέρως· ἰδὼν δὲ ἐπὶ θάτερα Πολυξενίδαν πολὺ προύχοντα Ῥωμαίων, ἔδεισέ τε μὴ κυκλωθεῖεν, καὶ περιπλεύσας ὀξέως, ἅτε κούφαις ναυσὶ καὶ ἐρέταις ἐμπείροις θαλάσσης, τὰς ναῦς τὰς πυρφόρους τῷ Πολυξενίδᾳ πρώτας ἐπῆγε, λαμπομένας τῷ πυρὶ πάντοθεν. Οἱ δ' ἐμβαλεῖν μὲν αὐταῖς οὐκ ἐτόλμων, διὰ τὸ πῦρ· κύκλῳ δ' αὐτὰς περιπλέοντες ἐνέκλινόν τε καὶ θαλάσσης ἐπίμπλαντο, καὶ ἐς τὰς ἐπωτίδας ἐτύπτοντο· μέχρι Ῥοδίας νεὼς ἐς Σιδονίαν ἐμβαλούσης, καὶ τῆς πληγῆς εὐτόνου γενομένης, ἄγκυρα ἐκπίπτουσα τῆς Σιδονίας ἐς τὴν Ῥοδίαν πάγη τε, καὶ συνέδησεν ἄμφω πρὸς ἀλλήλας. Ὅθεν

XXVI. Per eosdem dies Seleucus, Antiochi filius, Eumenis regionem populabatur, et Pergamum obsidebat, conclusis in eam hostibus. Quamobrem Eumenes Elæam, quæ ejus regni navale est, sine mora trajecit, et cum eo L. Æmilius Regillus, successor Livii. Advenerant autem Eumeni ab Achæis quoque auxiliares, mille pedites, et centum selecti equites. Quorum dux Diophanes, quum e mœnibus urbis prospexisset Seleucianos ludentes contemtim et potantes, hortatus est Pergamenos, ut secum in hostem erumperent. Quod quum illi non auderent facere, suos pedites equitesque arma capere jussit, urbeque eductos ante mœnia quietos continuit. Et ibi quidem diu ab hostibus contemnebantur, ob paucitatem, et quod in pugnam prodire non auderent. At ille circa prandium occupatos subito invasit; territisque qui in statione erant, et terga vertere coactis, reliquos etiam, dum ad arma prosiliunt, et equos vel infrenant, vel diffugientes insequuntur, aut stare nolentes non possunt ascendere, superavit egregie; Pergamenis e muro acclamantibus, ac ne tum quidem prodire audentibus. Cæsis igitur quotquot in tam celeri virtutis ostentatione poterat, captisque etiam viris nonnullis equisque, in præsidium urbis rediit Diophanes. Postero die rursus Achæos suo pro muro locavit, ne tum quidem Pergamenis sequentibus. Et Seleucus cum multis equitum turmis accessit propius, potestatem pugnæ faciens. Sed quievit tunc Achæus, non discedens a mœnibus, et occasionem opperiens. Ubi vero post meridiem fessos equites vidit reverti in castra, magno impetu in postremum agmen incurrit; rursusque tumultu pavoreque incusso, et damno, quantum potuit, illato, sub mœnia se recepit. Ad eumdem modum pabulantes lignantesque hostes sæpius adortus ex insidıis, et nunquam sine damno elabi passus Diophanes, ex agro Pergameno Seleucum movere castra coegit, et omnino e regno Eumenis expulit.

XXVII. Paulo post Romani cum Polyxenida navale prælium commiserunt ad Myonnesum, in quo Polyxenidas navibus stratis xc pugnavit; quibus Regillus, Romanæ classis præfectus, opposuit octoginta tres. In his erant xxv Rhodiæ, quibus Eudorus in sinistro cornu præfuit. Qui quum videret, in altero cornu Polyxenidæ aciem evectam multum ultra Romanam; veritus, ne dextrum cornu ab hoste circumveniretur, citatissimo cursu, quum et navibus uteretur levibus et remigibus exercitatissimis, in alteram partem circumvectus, igniferas primum naves in Polyxenidam immisit, late coruscantes flammis. Et regiæ naves, metu adversi ignis non ausæ concurrere, dum circumvehuntur illas et declinant, fluctibus complebantur, simulque aliis obliquas se ipsæ ad ictus juxta proras inferendos præbebant. Accidit dein, ut, dum Rhodia navis rostro percutit Sidoniam, ancora, valido ictu excussa ex Sidonia navi, deligeretur in Rhodiam, et ambas naves inter se colligaret

ἦν ὁ ἀγὼν ἀτρεμούντων τῶν σκαφῶν τοῖς ἐπιβάταις, ὥσπερ ἐν γῇ. Καὶ προσιουσῶν ἄλλων ἐς ἐπικουρίαν ἑκατέρα πολλῶν, φιλονεικία τε παρ' ἀμφοῖν ἐγίγνετο λαμπρὰ, καὶ τὸ μέσον τῶν Ἀντιόχου νεῶν, ἔρημον ἐκ τούτου γενόμενον, αἱ Ῥωμαίων νῆες διέπλεον, καὶ τοὺς πολεμίους ἀγνοοῦντας ἔτι ἐκύκλουν. Ὡς δ' ἔμαθόν ποτε, ἐγίγνετο φυγὴ καὶ τροπή· καὶ διεφθάρησαν Ἀντιόχου νῆες μιᾶς δέουσαι τριάκοντα, ὧν τρισκαίδεκα αὐτοῖς ἀνδράσιν ἐλήφθησαν· Ῥωμαίων δ' ἀπώλοντο μόναι δύο. Καὶ ὁ Πολυξενίδας, τὴν Ῥοδίαν ναῦν ἐπαγόμενος, ἐς τὴν Ἔφεσον κατήχθη.

XXVIII. Τοῦτο μὲν δὴ τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ τὴν Μυόννησον ἦν τέλος. Οὔπω δ' αὐτῆς ὁ Ἀντίοχος αἰσθόμενος, Χεῤῥόνησόν τε καὶ Λυσιμάχειαν ἐπιμελῶς ὠχύρου, μέγα (ὥσπερ ἦν) τὸ ἔργον ἡγούμενος ἐπὶ Ῥωμαίοις· ὅπου γε καὶ τὴν ἄλλην Θρᾴκην διελθεῖν στρατοπέδῳ δυσόδευτον αὐτοῖς ἂν ἐγένετο καὶ δύσβατον, εἰ μὴ Φίλιππος διέφερεν. Ἀλλ' ὁ Ἀντίοχος, ὢν καὶ τὰ ἄλλα κουφόνους ἀεὶ, καὶ ταχὺς ἐς μεταβολὴν, ἐπεὶ τῆς ἥσσης ἐπύθετο τῆς περὶ Μυόννησον, πάμπαν ἐξεπλάγη. Καὶ νομίσας αὐτῷ τὸ δαιμόνιον ἐπιβουλεύειν (παρὰ γὰρ λόγον ἕκαστα χωρεῖν· Ῥωμαίων μὲν ἐν τῇ θαλάσσῃ κρατούντων, ἐν ᾗ πολὺ προὔχειν αὐτὸς ἐνόμιζε· Ῥοδίων δ' Ἀννίβαν ἐς Παμφυλίαν κατακεκλεικότων· Φιλίππου δὲ Ῥωμαίους παραπέμποντος ἀβάτους ὁδοὺς, ὃν μάλιστα μνησικακήσειν αὐτοῖς, ὧν ἔπαθεν, ὑπελάμβανεν)· ὑπὸ δὴ τῶνδε πάντων ἐκταρασσόμενός τε, καὶ θεοῦ βλάπτοντος ἤδη τοὺς λογισμοὺς (ὅπερ ἅπασι, προσιόντων ἀτυχημάτων, ἐπιγίγνεται), Χεῤῥόνησον ἐξέλιπεν ἀλογίστως, πρὶν καὶ ἐς ὄψιν ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις· οὔτε μετενεγκὼν, ὅσος ἦν ἐν αὐτῇ σῖτος σεσωρευμένος πολὺς, ἢ ὅπλα, ἢ χρήματα, ἢ μηχαναί· οὔτε ἐμπρήσας· ἀλλ' ὑγιεῖς ἀφορμὰς τοσάσδε τοῖς πολεμίοις καταλιπών. Λυσιμαχέας τε, αὐτῷ καθάπερ ἐκ πολιορκίας συμφεύγοντας μετ' οἰμωγῆς, ἅμα γυναιξὶ καὶ παιδίοις, ὑπερεώρα· μόνου τοῦ διάπλου τοῦ περὶ Ἄβυδον εἶρξαι τοὺς πολεμίους ἐπινοῶν, καὶ τὴν λοιπὴν ἔτι ἐλπίδα τοῦ πολέμου πᾶσαν ἐν τούτῳ τιθέμενος. Οὐ μὴν οὔτε τὸν διάπλουν ἐφύλαξεν, ὑπὸ θεοβλαβείας· ἀλλ' ἐς τὸ μεσόγαιον ἠπείχθη ἐπανελθεῖν, φθάσων τοὺς πολεμίους· οὐδέ τινα φυλακὴν ἐν τῷ διάπλῳ κατέλιπεν.

XXIX. Οἱ δὲ Σκιπίωνες, ἐπεὶ τῆς ἀναχωρήσεως αὐτοῦ ἐπύθοντο, Λυσιμάχειάν τε δρόμῳ κατέλαβον, καὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ θησαυρῶν τε καὶ ὅπλων κρατήσαντες, τὸν Ἑλλήσποντον, ἔρημον ὄντα φυλακῆς, εὐθὺς ἐπέρων μετὰ σπουδῆς, φθάσαι τὸν Ἀντίοχον ἔτι ἀγνοοῦντα ἐν Σάρδεσι ἐπειγόμενοι. Ὁ δ' ἐκπλαγεὶς ἐβαρυθύμει, καὶ τὰ ἴδια αὑτοῦ ἁμαρτήματα ἐς τὸ δαιμόνιον ἀνατιθεὶς, Ἡρακλείδην τὸν Βυζάντιον ἔπεμπεν ἐς τοὺς Σκιπίωνας, ἐπὶ διαλύσει τοῦ πολέμου· Σμύρναν τε καὶ Ἀλεξάνδρειαν αὐτοῖς διδοὺς τὴν ἐπὶ Γρανίκῳ, καὶ Λάμψακον, δι' ἃς ἦρξεν αὐτοῖς ὁ πόλεμος, καὶ τὸ ἥμισυ τῆς δαπάνης τοῦδε τοῦ πολέμου. Ἐνετέλλετο δὲ, εἰ δέοι, καὶ τῶν Ἰάσων πολέων δοῦναι καὶ τῶν Αἰολίδων,

Unde, immotis navibus, pugna exorta est inter vectores pedestri similis. Quo dum multæ aliæ naves in utriusque auxilium confluunt, et utrinque fortiter pugnatur, interim Romani mediam Antiochi aciem, ea occasione denudatam perrumpunt, hostesque, priusquam ipsi sentirent, circumveniunt. Quod ubi illi senserunt, fit fuga et persecutio : et ex regiis periere naves undetriginta, ex quibus tredecim cum vectoribus captæ sunt. Romani duas tantum amiserunt ; e quibus Rhodiam illam captam Polyxenidas Ephesum secum abduxit.

XXVIII. Hic exitus fuit navalis pugnæ ad Myonnesum. Cujus priusquam nuncium accepisset Antiochus, sedulus erat in permunienda Chersoneso et Lysimachia : ratus, id quod erat, eam rem magni momenti fore contra Romanos ; quibus utique et per reliquam Thraciam cum exercitu transire fuisset perdifficile, ni Philippus eos transduxisset. Verum ubi illam apud Myonnesum acceptam cladem cognovit, vir et celeroquin inconstantis ingenii et levibus de causis mutabilis, supra modum est terrore perculsus. Et cuncta præter opinionem cadere videns : Romanos mari superiores esse, in quo se ipse multum putaverat præcellere; Annibalem a Rhodiis in Pamphylia clausum ; Philippum hostes deducere per invia, quem maxime crediderat fore acceptarum ab eisdem injuriarum memorem : jam fortunam sibi insidiari existimavit. Atque his rebus omnibus conturbatus Antiochus, deo jam mentem adimente (ut fieri solet, imminentibus calamitatibus), Chersonesum deseruit pessimo consilio, antequam hostis in conspectum venisset; ac ne apparatu quidem frumenti, armorum, machinarum, pecuniæ, inde translato, aut incenso, quem magna copia ibi cumulaverat ; sed his omnibus integris in usum hostium relictis. Et Lysimachienses, qui, tanquam urbe obsessa, cum uxoribus et liberis, flentes prosequebantur fugientem, insuper habuit ; in unicam curam intentus, quomodo Romanos Abydo arceret, et in eo spem belli reliquam collocans. Attamen ne hunc quidem trajectum (adeo dii mentem perverterant) custodivit : sed, in mediterranea, ut hostem præveniret, properans, ne præsidium quidem ullum ad illum Hellesponti trajectum reliquit.

XXIX. Tum Scipiones, discessu ejus cognito, cursim occuparunt Lysimachiam : et potiti in Chersoneso thesauris armamentariisque regiis, Hellespontum incustoditum trajecerunt propere, festinantes ut prius quam Antiochus, ignorans adhuc ipsos trajecisse, Sardes venirent. Tum vero perterritus rex, gravissimeque commotus, et propria errata in fortunam referens, Heraclidem Byzantium misit ad Scipiones, qui de pacis compositione ageret. Offerebat autem is Antiochi nomine Romanis Smyrnam, Alexandriam ad Granicum, Lampsacumque, quæ belli causa fuerant, et impensæ in bellum factæ partem dimidiam. Mandatumque præterea habebat, ut Ionicas etiam ac Æolicas civitates,

ὅσαι τὰ Ῥωμαίων ἐν τῷδε τῷ ἀγῶνι εἵλοντο, καὶ εἴ τι ἄλλο αἰτοῖεν οἱ Σκιπίωνες. Ταῦτα μὲν εἶχεν ἐς τὸ φανερὸν λέγειν ὁ Ἡρακλείδης· ἰδίᾳ δὲ πρὸς Πούπλιον Σκιπίωνα ἔφερε παρ' Ἀντιόχου χρημάτων τε πολλῶν ὑποσχέσεις καὶ τοῦ παιδὸς ἀφέσεις. Ἡρήκει γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι ὁ Ἀντίοχος, ἐς Δημητριάδα ἐκ Χαλκίδος διαπλέοντα· καὶ ἦν ὁ παῖς Σκιπίων, ὁ Καρχηδόνα ὕστερον ἑλών τε καὶ κατασκάψας, καὶ δεύτερος ἐπὶ τῷδε τῷ Σκιπίωνι Ἀφρικανὸς ὀνομασθείς· Παύλου μὲν υἱὸς ὤν, τοῦ Περσέα τὸν Μακεδόνα ἑλόντος, Σκιπίωνος δὲ τῷ γένει θυγατριδοῦς, καὶ θέσει παῖς. Κοινῇ μὲν οὖν οἱ Σκιπίωνες τῷ Ἡρακλείδῃ τήνδε ἔδοσαν τὴν ἀπόκρισιν· Ἐὰν ὁ Ἀντίοχος εἰρήνης δέηται, μὴ τῶν Ἰάδων, μηδὲ τῶν Αἰολίδων αὐτὸν ἐκστῆναι πόλεων, ἀλλὰ πάσης τῆς ἐπὶ τάδε Ταύρου, καὶ τὴν δαπάνην τοῦ πολέμου πᾶσαν ἐσενεγκεῖν, δι' αὐτὸν γενομένου. Ἰδίᾳ δὲ ὁ Πούπλιος ἔφη τῷ Ἡρακλείδῃ· Ῥωμαίους, εἰ μὲν ἔτι Χερρονήσου καὶ Λυσιμαχείας κρατῶν ὁ Ἀντίοχος ταῦτα προὔτεινεν, ἀσμένως ἂν λαβεῖν· τάχα δ' εἰ καὶ μόνον ἔτι τοῦ Ἑλλησπόντου τὸν διάπλουν ἐφύλασσε. Νῦν δ' αὐτοὺς ἤδη περάσαντάς τε καὶ ἐν ἀσφαλεῖ γενομένους, καὶ τὸν χαλινὸν (φασὶν) ἐνθέντας, καὶ ἐπὶ τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον ἀναβάντας, οὐκ ἀνέξεσθαι διαλύσεων ἐπ' ὀλίγοις. Αὐτὸς δὲ χάριν εἰδέναι τῷ βασιλεῖ τῆς προαιρέσεως, καὶ μᾶλλον εἴσεσθαι, λαβὼν τὸν υἱόν· ἀμείβεσθαι δ' αὐτὸν ἤδη, καὶ συμβουλεύειν, δέχεσθαι τὰ προτεινόμενα, πρὶν ἐς πεῖραν ἐλθεῖν μειζόνων ἐπιταγμάτων.

XXX. Ὁ μὲν δὴ Πούπλιος, ταῦτα εἰπών, ἐς Ἐλαίαν νοσηλευόμενος ὑπεχώρει, σύμβουλον τῷ ἀδελφῷ Γναῖον Δομίτιον καταλιπών. Ὁ δ' Ἀντίοχος, οἷόν τι καὶ Φίλιππος ὁ Μακεδών, οἰηθεὶς τῶνδε τῶν ἐπιταγμάτων πλέον οὐδὲν αὐτοῦ τὸν πόλεμον ἀφαιρήσεσθαι, συνέτασσε τὴν στρατιὰν περὶ τὸ πεδίον τὸ Θυατείρων, οὐ μακρὰν ἀπὸ τῶν πολεμίων· καὶ Σκιπίωνι τὸν υἱὸν ἀπέπεμπεν ἐς Ἐλαίαν. Ὁ δὲ τοῖς ἄγουσι συνεβούλευε, μὴ μάχεσθαι τὸν Ἀντίοχον, ἕως αὐτὸς ἐπανέλθοι. Καὶ τῷδε πεισθεὶς ὁ Ἀντίοχος, μετεστρατοπέδευσεν ἀμφὶ τὸ ὄρος τὸ Σίπυλον· τεῖχός τε καρτερὸν τῷ στρατοπέδῳ περιετείχιζε, καὶ τὸν Φρύγιον ποταμὸν ἐν προβολῇ τοῖς πολεμίοις ἐτίθετο, ἵνα μηδ' ἄκων ἀναγκάζοιτο πολεμεῖν. Δομίτιος δὲ, φιλοτιμούμενος τὸν πόλεμον ἐφ' ἑαυτοῦ κριθῆναι, τὸν ποταμὸν ἐπέρα μάλα θρασέως, καὶ σταδίους εἴκοσιν ἀπ' Ἀντιόχου διασχὼν ἐστρατοπέδευσε. Τέτταρσί τε ἡμέραις ἐφεξῆς ἐξέτασσον ἑκάτεροι παρὰ τὸν χάρακα τὸν ἑαυτῶν, καὶ μάχης οὐ κατῆρχον. Τῇ πέμπτῃ δὲ ὁ Δομίτιος ἐξέτασσεν αὖθις, καὶ ἐπέβαινε σοβαρῶς. Οὐκ ἀντεπιόντος δὲ τοῦ Ἀντιόχου, τότε μὲν ἐγγυτέρω μετεστρατοπέδευε. Μίαν δὲ ἄλλην διαλιπὼν, ἐκήρυσσεν ἐς ἐπήκοον τῶν πολεμίων, ἐς αὔριον Ἀντιόχῳ καὶ ἄκοντι πολεμήσειν. Ὁ δὲ, συνταραχθεὶς, αὖθις μεθίει τὰ δόξαντα· καὶ, δυνηθεὶς ἂν ἑστάναι μόνον ὑπὸ τὸ τεῖχος, ἢ καλῶς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ

quotquot Romanorum partes in illo bello erant secutæ, et, si quid aliud Scipiones peterent, concederet. Hæc Heraclidi commissa sunt, publice proferenda : privatim autem P. Scipioni jussus est polliceri ingens auri pondus, et filii restitutionem sine pretio : ceperat enim eum rex in Græcia, a Chalcide petentem Demetriadem. Is erat Scipio, qui postea, ex Carthagine capta atque diruta, alter post hunc Africanus cognominatus est; Pauli filius, ejus qui Perseum Macedonem cepit, Scipionis nepos ex filia, et adoptione filius. Scipiones igitur in concilio responderunt Heraclidi : « Si Antiochus pacem velit, oportere eum non solis Ionicis Æolicisque civitatibus decedere, sed omni citra Taurum Asia : et impensam ejus belli omnem præstare, quod bellum ipsius culpa excitatum esset. » Privatim autem Publius dixit Heraclidi : « Si rex, dum Lysimachiam et Chersonesum tenebat, has conditiones Romanis obtulisset, libenter accepturos fuisse : fortasse quoque, si saltem prohibiti fuissent Hellespontum trajicere. Nunc vero, postquam transmisissent, et non solum frenum, quod aiunt, injecissent, sed et equum inscendissent, tam leves conditiones audire non posse. Pro benigna voluntate habere se regi gratiam; majoremque habiturum, ubi filium receperit. In præsentia beneficium ejus remunerari, fidele consilium dando, ut conditiones latas accipiat, priusquam duriora experiatur. »

XXX. Post hæc Elæam æger delatus est P. Scipio; relictusque apud fratrem legatus Cn. Domitius. Antiochus vero, sicut antea Philippus Macedo, ratus, etiam victo sibi nihil amplius, quam quod Scipiones juberent, auferri posse, circa Thyatirenos campos contraxit copias, non longe ab hostibus, et Scipioni filium remisit Elæam. Ille adducentibus filium suasit, ne rex ante in aciem descenderet, quam ipse in castra rediisset. Et Antiochus, auctoritate viri motus, transtulit sua castra ad Sipylum montem, validoque muro ea communiit; Phrygio quoque amne objecto hostibus, ne invitus pugnare cogeretur. Domitius autem, qui, laudis avidus, per se decernere cupiebat, audenter admodum amnem transgressus, duo millia et quingentos passus ab hoste castra metatus est. Per continuum quatriduum abhinc instructæ utrinque acies pro vallo stetere, neutris pugnam incipientibus. Quinto die Domitius, instructa rursus acie, superbe adversus hostem processit. Quumque Antiochus non moveret obviam, ipse admovit ad eum castra propius : intermissoque uno die, per præconem proclamari jussit, audientibus hostibus, cras se pugnaturum vel invito Antiocho. Et ille conturbatus, mutato rursus consilio, quum posset pro vallo tantum subsistere, aut e

τείχους ἀπομάχεσθαι, μέχρι ῥαίσειεν ὁ Πούπλιος, αἰσχρὸν ἡγεῖτο, μετὰ πλειόνων φυγομαχεῖν· ὅθεν εἰς μάχην παρέτασσε.

XXXI. Καὶ ἐξῆγον ἔτι νυκτὸς ἄμφω περὶ ἐσχάτην φυλακήν. Διεκόσμει δ' αὐτῶν ἑκάτερος ὧδε· τὸ μὲν λαιὸν εἶχον ὁπλῖται Ῥωμαίων μύριοι, παρὰ τὸν ποταμὸν αὐτόν· καὶ μετ' ἐκείνους ἦσαν Ἰταλῶν ἕτεροι μύριοι· τρεῖς ἑκατέρων τάξεις ἐπὶ βάθος. Ἐπὶ δὲ τοῖς Ἰταλοῖς ὁ Εὐμενοῦς στρατὸς ἐτάσσετο, καὶ Ἀχαιῶν πελτασταὶ περὶ τρισχιλίους. Ὧδε μὲν εἶχε τὸ λαιόν· τὸ δεξιὸν δ' ἦν ἱππεῖς, οἵ τε Ῥωμαίων καὶ Ἰταλῶν καὶ Εὐμενοῦς, οὐ πλείους οὐδ' οὗτοι τρισχιλίων. Ἀναμεμίχατο δ' ἅπασι ψιλοί τε καὶ τοξόται πολλοί. Καὶ ἀμφὶ τὸν Δομίτιον αὐτὸν ἦσαν ἱππέων ἶλαι τέσσαρες. Οὕτω μὲν ἐγίγνοντο πάντες ἐς τρισμυρίους. Ἐπεστάτει δὲ τοῦ μὲν δεξιοῦ Δομίτιος αὐτὸς, καὶ ἐς τὸ μέσον αὐτὸν ἵστη τὸν ὕπατον· τὸ δὲ λαιὸν ἔδωκεν Εὐμενεῖ. Τῶν δ' ἐλεφάντων, οὓς εἶχεν ἐκ Λιβύης, οὐδένα νομίζων ἔσεσθαι χρήσιμον, ὀλιγωτέρων τε ὄντων, καὶ βραχυτέρων, οἷα Λιβύων (δεδίασι δ' οἱ σμικρότεροι τοὺς μείζονας), ἔστησεν ὀπίσω πάντας. Ὧδε μὲν δὴ διατετάχατο Ῥωμαῖοι.

XXXII. Ἀντιόχῳ δ' ἦν μὲν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι, καὶ τούτων τὸ κράτιστον ἦν ἡ φάλαγξ ἡ Μακεδόνων, ἄνδρες ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι, ἐς τὸν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου τρόπον ἐπικοσμούμενοι. Ἵστη δ' αὐτοὺς ἐν μέσῳ, διελὼν, ἀνὰ χιλίους καὶ ἑξακοσίους, ἐς δέκα μέρη· καὶ τούτων ἑκάστου μέρους ἦσαν ἐπὶ μὲν τοῦ μετώπου πεντήκοντα ἄνδρες, ἐς δὲ τὸ βάθος δύο καὶ τριάκοντα, ἐς δὲ τὰ πλευρὰ ἑκάστου μέρους ἐλέφαντες δύο καὶ εἴκοσιν. Ἡ δ' ὄψις ἦν τῆς μὲν φάλαγγος, οἷα τείχους· τῶν δ' ἐλεφάντων, οἷον πύργων. Τοιοῦτον μὲν ἦν τὸ πεζὸν Ἀντιόχῳ· ἱππεῖς δ' ἑκατέρωθεν αὐτοῦ παρατετάχατο, Γαλάται τε κατάφρακτοι, καὶ τὸ λεγόμενον ἄγημα τῶν Μακεδόνων· εἰσὶ δὲ καὶ οἵδε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, καὶ παρ' αὐτὸ ἄγημα λέγεται. Τάδε μὲν ἐξ ἴσου τῆς φάλαγγος ἦν ἑκατέρωθεν. Ἐπὶ δ' αὐτοῖς τὰ κέρατα κατεῖχον, ἐν μὲν δεξιᾷ, ψιλοί τε τινὲς, καὶ ἕτεροι ἱππεῖς ἀργυράσπιδες, καὶ ἱπποτοξόται διακόσιοι· τὸ δὲ λαιὸν, Γαλατῶν τ' ἔθνη, Τεκτοσάγαι τε καὶ Τρόκμοι καὶ Τολιστόβοιοι, καὶ Καππαδόκαι τινὲς, οὓς ἔπεμψεν Ἀριαράθης, καὶ μιγάδες ἄλλοι ξένοι. Κατάφρακτός τε ἵππος ἐπὶ τοῖσδε ἑτέρα, καὶ ἣν ἐκάλουν ἵππον ἑταιρικὴν, ὡπλισμένη κούφως. Ὧδε μὲν καὶ ὁ Ἀντίοχος ἐξέτασσε. Καὶ δοκεῖ τὴν ἐλπίδα λαβεῖν ἐν τοῖς ἱππεῦσιν, οὓς πολλοὺς ἔστησεν ἐπὶ τοῦ μετώπου· τὴν δὲ φάλαγγα πυκνὴν ἐς ὀλίγον συναγαγεῖν ἀπειροπολέμως, ᾗ δὴ καὶ μάλιστα ἔδει θαρρεῖν, πάνυ ἠσκημένῃ. Πολὺ δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἦν λιθοβόλων τε καὶ τοξοτῶν, καὶ ἀκοντιστῶν καὶ πελταστῶν, Φρυγῶν τε καὶ Λυκίων, καὶ Παμφύλων, καὶ Πισιδῶν, Κρητῶν τε καὶ Τραλλιανῶν, καὶ Κιλίκων ἐς τὸν Κρητῶν τρόπον ἐσκευασμένων. Ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι, Δᾶαι, καὶ Μυσοὶ, καὶ Ἐλυμαῖοι, καὶ Ἄραβες, οἳ κα-

mero propulsare hostem, donec convaluisset Publius, turpe putans, si certamen detrectaret superior numero, parabat se prælio.

XXXI. Utrique castris progressi sunt ante diluculum, circa ultimam vigiliam. Acies utrinque hoc maxime modo instructæ sunt. Romanorum lævum cornu, juxta ipsum fluvium, tenebant legiones Romanæ, decem millia peditum: his juncta erant alia decem millia sociorum nominisque Latini. Utrique pariter in triplicem aciem, quarum altera post alteram locata erat, distincti. Ultra Latinos stabat Eumenis exercitus, et Achæorum cetratorum tria millia. In dextro vero cornu erant equites Romani, et Latini, Eumenisque, non plures cuncti tribus millibus: omnibus autem frequentes intermixti erant leviter armati et sagittarii. Domitium stipabant equitum turmæ quatuor. Sic in universum fuerunt in Romana acie ad triginta hominum millia. Præerat autem dextro cornu ipse Domitius, et in medio collocavit consulem. Lævum Eumeni dedit. Sed elephantorum, quos habebat ex Africa, nullum fore usum ratus, quod et pauciores essent, et minores, utpote Africi, qui metuere majores solent, post reliquum omne agmen illos locavit.

XXXII. In Antiochi exercitu LXX millia numerabantur. Robur erat phalanx Macedonica, XVI hominum millia, ex Alexandri Philippique instituto ornatorum. Hæc media acies fuit, in decem partes divisa; quarum singulæ mille sexcentos, et in fronte quidem quinquaginta, a fronte autem introrsus duos et triginta armatos continebant. Ad latera cujusque partis duo elephanti stabant, ut in fronte totius phalangis elephanti essent XXII. Ita phalanx quasi muri speciem præ se ferebat, ex quo elephanti, tanquam turres, eminebant. Sic peditatus Antiochi instructus erat. Ejus autem utrumque latus equites tegebant; cum Gallogræci loricati, tum qui Agema vocantur Macedonicum, suntque lectissimi equites, ex quo et nomen Agema habent. Hi pari numero utrinque circumdabant phalangem. Præter hos, in cornibus erant, a dextro, leviter nonnulli armati, et alii equites, qui Argyraspides vocabantur, et sagittarii equites *mille et* ducenti. Ab lævo cornu erant Gallogræcæ nationes, Tectosagi, Trocmi, Tolistobogi, et ab Ariarathe missi Cappadoces, aliæque conductitiorum militum multitudo promiscua. Tum loricatus alius equitatus, et quæ amicorum ala ab illis vocabatur, levius armata. Atque ita Antiochus suos instruxit; fretus, ut videtur, maxime equestribus copiis, quas in fronte plurimas posuit: phalangem autem imperite in arctum coegit, qua maxime, ut præ ceteris exercitata, fidere debuerat. Aderat autem præterea et alia magna multitudo, funditorum, sagittariorum, jaculatorum cetratorumque, Phrygum, Lyciorum, Pamphyliorum, Pisidarum, Cretensium, Trallianorum, Ciliciumque more Cretensium armatorum: tum alii equites sagittarii, Dahæ, Mysi, Elymæi, Arabesque, qui camelis velocissimis

μήλους ὀξυτάτας ἐπικαθήμενοι, τοξεύουσί τε εὐμαρῶς ἀφ' ὑψηλοῦ, καὶ μαχαίραις, ὅτε πλησιάζοιεν, ἐπιμήκεσι καὶ στεναῖς χρῶνται. Δρεπανηφόρα τε ἅρματα ἐν τῷ μεταιχμίῳ, προπολεμεῖν τοῦ μετώπου, τετάχατο· καὶ εἴρητο αὐτοῖς, μετὰ τὴν πρώτην πεῖραν ὑποχωρεῖν.

XXXIII. Ὄψις τε ἦν ὥσπερ δύο στρατῶν, τοῦ μὲν, ἀρχομένου πολεμεῖν, τοῦ δ' ἐφεδρεύοντος. Ἑκάτερος δ' αὐτῶν ἐς κατάπληξιν ἐσκεύαστο δεινῶς, πλήθει τε καὶ κόσμῳ. Ἐφειστήκει δὲ τοῖς μὲν δεξιοῖς ἱππεῦσιν Ἀντίοχος αὐτὸς, τοῖς δ' ἐπὶ θάτερα Σέλευκος ὁ υἱὸς Ἀντιόχου· τῇ δὲ φάλαγγι, Φίλιππος ὁ ἐλεφαντάρχης· καὶ τοῖς προμάχοις Μένδις τε καὶ Ζεῦξις. Ἀχλυώδους δὲ καὶ ζοφερᾶς τῆς ἡμέρας γενομένης, ἥ τε ὄψις ἔσβεστο τῆς ἐπιδείξεως, καὶ τὰ τοξεύματα πάντα ἀμβλύτερα ἦν, ὡς ἐν ἀέρι ὑγρῷ καὶ σκοτεινῷ. Ὅπερ ἐπεὶ κατεῖδεν Εὐμενὴς, τῶν μὲν ἄλλων κατεφρόνησε· τὴν δὲ ῥύμην τῶν ἁρμάτων, τεταγμένων ἐφ' ἑαυτὸν μάλιστα, δείσας· ὅσοι ἦσαν αὐτῷ σφενδονῆται καὶ ἀκοντισταὶ καὶ ἕτεροι κοῦφοι, συναγαγὼν, προσέταξε, τὰ ἅρματα περιθέοντας, ἐς τοὺς ἵππους ἀκοντίζειν ἀντὶ τῶν ἐπιβατῶν. Ἵππου γὰρ ἐν ἅρματι ζυγομαχοῦντος, ἀχρεῖον τὸ λοιπὸν ἅρμα γίγνεται, καὶ πολλὰ καὶ τῆς ἄλλης εὐταξίας παραλύεται, τὰ δρέπανα τῶν φιλίων δεδιότων. Ὃ καὶ τότε συνηνέχθη γενέσθαι. Πληγέντων γὰρ τῶν ἵππων ἀθρόως, καὶ τὰ ἅρματα ἐς τοὺς φίλους περιφερόντων, αἵ τε κάμηλοι πρῶται τῆς ἀταξίας ᾐσθάνοντο, πλησίον τοῖς ἅρμασι παρατεταγμέναι· καὶ μετ' αὐτὰς ἡ κατάφρακτος ἵππος, οὐ ῥᾳδίως ὑπὸ τοῦ βάρους τὰ δρέπανα ἐκφεύγειν δυναμένη. Θόρυβός τε ἦν ἤδη πολὺς, καὶ τάραχος ποικίλος· ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῶνδε μάλιστα, χωρῶν δὲ ἐπὶ ὅλον τὸ μεταίχμιον· καὶ μείζων ὑπόνοια τοῦ ἀκριβοῦς. Ὡς γὰρ ἐν διαστήματι μακρῷ, καὶ πλήθει πυκνῷ, καὶ βοῇ ποικίλῃ, καὶ φόβῳ πολλῷ, τὸ μὲν ἀκριβὲς οὐδὲ τοῖς ἀγχοῦ τῶν πασχόντων καταληπτὸν ἦν, τὴν δὲ ὑπόνοιαν μειζόνως ἐς τοὺς ἑξῆς ἕκαστοι μετέφερον.

XXXIV. Ὁ δ' Εὐμενὴς, ἐπεὶ τὰ πρῶτα καλῶς ἐπέπρακτο αὐτῷ, καὶ τὸ μεταίχμιον, ὅσον αἵ τε κάμηλοι καὶ τὰ ἅρματα ἐπεῖχεν, ἐγεγύμνωτο, τοὺς ἰδίους ἱππέας, καὶ ὅσοι Ῥωμαίων αὐτῷ καὶ Ἰταλῶν παρατετάχατο, ἐπῆγεν ἐπὶ τοὺς ἀντικρὺ Γαλάτας τε καὶ Καππαδόκας, καὶ τὴν ἄλλην σύνοδον τῶν ξένων, μέγα κεκραγὼς, καὶ παρακαλῶν ἐπὶ ἄνδρας ἀπείρους τε μάχης καὶ γεγυμνωμένους τῶν προπολεμούντων. Οἱ δ' ἐπείθοντο· καὶ βαρείας σφῶν τῆς ἐμβολῆς γενομένης, τρέπονται τούτους τε, καὶ τοὺς παρεζευγμένους αὐτοῖς ἱππέας τε καὶ καταφράκτους, ἐκ πολλοῦ ταρασσομένους διὰ τὰ ἅρματα· οὓς δὴ καὶ μάλιστα, διὰ τὸ βάρος ὑποφεύγειν ἢ ἀναστρέφειν εὐμαρῶς οὐ δυναμένους, κατελάμβανόν τε καὶ συνέκοπτον. Καὶ τάδε μὲν ἦν περὶ τὸ λαιὸν τῆς φάλαγγος τῶν Μακεδόνων. Ἐν δεξιᾷ δὲ, ᾗπερ αὐτὸς ὁ Ἀντίοχος ἐτέτακτο, διακόψας τὸ σύνταγμα τῆς Ῥωμαίων φάλαγγος, ἀπέσπασεν, ἐπὶ πολὺ διώκων.

XXXV. Καὶ ἡ φάλαγξ ἡ τῶν Μακεδόνων, τεταγμένη

insidentes, facile hostem e sublimi sagittis impetunt et quoties cominus pugnandum est, gladiis utuntur prælongis ac tenuibus. In prima autem fronte, ante reliquam aciem, locatæ erant falcatæ quadrigæ, quæ pugnæ initium facerent: quibus mandatum erat, ut post primum certaminis periculum retrocederent.

XXXIII. Sic tota acies Antiochi veluti duorum exercituum speciem referebat; quorum alter initium prœlii esset facturus, alter in subsidiis esset collocatus. Et erat uterque ad terrorem incutiendum mire compositus, cum apparatu reliquo, tum armatorum multitudine. Rex ipse in dextro cornu erat; Seleucum filium lævo præposuit. Phalangi Philippus præerat, magister elephantorum; antesignanis Mendis et Zeuxis. Nebulosus is dies et caliginosus fuit: quo fiebat, ut et conspectus adimeretur ostentationis, et humore aeris emollirentur arcus amentaque jaculorum. Quod ubi Eumenes vidit, contemtis reliquis, quadrigarum modo impetum, quæ adversus ipsum potissimum directæ erant, timens; funditores et jaculatores, quotquot habebat, cæterosque leviter armatos, jussit circa quadrigas discurrere, et in solos equos, non in vectores, undique ingerere missilia. Equis enim in curru consternatis et frena mordentibus, currus inutilis redditur; et non tam hostium, quam suorum, turbat ordines, metu falcium. Quod etiam tunc accidit. Vulneratis enim crebris ictibus equis, et currus in suos vertentibus, primi cameli turbati sunt, qui proxime post currus constiterant; deinde loricati equites, qui præ armorum pondere non facile declinare falces poterant. Unde magnus tumultus exstitit, variaque perturbatio, a quadrigis primum orta, moxque per omnem antesignanorum turbam, quæ medium inter duas acies campum occupaverant, continuata, et major quam pro re trepidatio. Nam quum tam late pateret acies, in tanta hominum multitudine, tam dissonis clamoribus, semel occupatis terrore animis, ne hi quidem, qui periculo proximi erant, exploratum satis, quidnam rei esset, habebant, et quique ad remotiores majorem mali opinionem propagabant.

XXXIV. Tum Eumenes, ubi primus conatus successit feliciter, campo nudato, quem cameli et currus occupaverant, suos pariter ac Romanos Italicosque equites in oppositos Gallogræcos et Cappadocas, cæteramque mercenariorum turbam, magno clamore concitavit, hortatus, ut in homines inexercitatos et a propugnatoribus desertos fortiter impetum facerent. Et paruerunt illi: tamque validam impressionem fecerunt, ut et hos, et contiguos equites, ipsosque loricatos, in fugam verterent, jam ante turbatos consternatione quadrigarum. Atque hi quidem ipsi maxime, tardante gravitate armorum, magna ex parte deprehensi cæsique sunt. Dum autem sic in lævo cornu profligantur hostes, interea in dextro Antiochus, qui ibi præerat, legiones Romanas perrupit; et procul progressus est insequens.

XXXV. Phalanx autem Macedonica, quæ forma quadrata

μὲν, ὡς μεθ' ἱππέων, ἐπὶ στενοῦ τε καὶ τετραγώνου, γεγυμνωμένη δὲ τῶν ἱππέων ἑκατέρωθεν, τοὺς μὲν ψιλοὺς τοὺς ἐπὶ τοῦ μετώπου σφῶν ἔτι προπολεμοῦντας, διαστᾶσα, ἐς αὐτὴν ἐσεδέξατο, καὶ πάλιν συνῄει. Δομιτίου δ' αὐτὴν ἱππεῦσι πολλοῖς καὶ ψιλοῖς εὐμαρῶς, οἷα πλινθίον πυκνὸν, κυκλώσαντος, οὔτ' ἐκδραμεῖν ἔτι ἔχουσα, οὔτε ἐξελίξαι βάθος οὕτω πολὺ, μάλα καρτερῶς ἐκακοπάθει. Καὶ ἠγανάκτουν, αὐτοὶ μὲν ταῖς ἐμπειρίαις οὐδὲν ἔχοντες ἔτι χρῆσθαι, τοῖς δὲ πολεμίοις εὔβλητοι καὶ ἐπιτυχεῖς πανταχόθεν ὄντες. Ὅμως δὲ τὰς σαρίσσας ἐκ τετραγώνου προβαλλόμενοι πυκνὰς, προὐκαλοῦντο Ῥωμαίους ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, καὶ δόξαν ἐπιβαινόντων ἀεὶ παρεῖχον. Οὐ μήν τι προεπήδων, πεζοί τε καὶ βαρεῖς ὄντες ὑπὸ τῶν ὅπλων, καὶ τοὺς πολεμίους ἐπὶ ἵππων ὁρῶντες· μάλιστα δὲ, ἵνα μὴ τὸ τῆς τάξεως πυκνὸν ἐκλύσειαν· μετατάξασθαι γὰρ ἑτέρως οὐκ ἔφθανον. Ῥωμαῖοι δ' αὐτοῖς οὐ προσεπέλαζον μὲν, οὐδ' ἐς χεῖρας ᾔεσαν, δεδιότες ἀνδρῶν ἠσκημένων ἐμπειρίαν τε καὶ πυκνότητα, καὶ ἀπόγνωσιν· περιθέοντες δὲ ἐσηκόντιζόν τε καὶ ἐσετόξευον. Καὶ οὐδὲν ἦν ἀχρεῖον, ὡς ἐν ὀλίγῳ πολλῶν συνεστώτων· οὐ γὰρ εἶχον οὔτε ἐκκλῖναι τὰ βαλλόμενα, οὔτε φερομένοις διαστῆναι. Ὅθεν ἤδη πολλὰ κάμνοντες, ἐνεδίδοσαν ὑπὸ τῆς ἀπορίας, καὶ βάδην ὑπεχώρουν σὺν ἀπειλῇ, πάνυ εὐσταθῶς, καὶ Ῥωμαίοις ἐπιφόβως. Οὔτε γὰρ τότε προσπελάζειν αὐτοῖς ἐτόλμων, ἀλλὰ περιθέοντες ἔβλαπτον· μέχρι, τῶν ἐλεφάντων ἐν τῇ Μακεδόνων φάλαγγι συνταραχθέντων τε καὶ οὐχ ὑπακουόντων ἔτι τοῖς ἐπιβάταις, ὁ κόσμος ὁ τῆς φυγῆς συνεχεῖτο.

XXXVI. Καὶ ταύτῃ μὲν ὁ Δομίτιος ἐκράτει, καὶ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τοῦ Ἀντιόχου φθάσας, ἐβιάζετο τοὺς ἐν αὐτῷ φυλάσσοντας. Ὁ δὲ Ἀντίοχος, ἐς πολὺ διώκων παρ' οὓς ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος ἐτέτακτο, οὐδενὸς οὐδ' ἐκείνοις ἱππέων, ἢ ψιλοῦ, παρόντος ἐς ἐπικουρίαν (οὐ γὰρ παρετετάχει Δομίτιος, ἡγούμενος οὐ δεήσεσθαι διὰ τὸν ποταμὸν), μέχρι τοῦ Ῥωμαίων χάρακος ἦλθεν. Ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ὅ τε χιλίαρχος ὁ τοῦ χάρακος φύλαξ, ἀκμῆσι τοῖς φύλαξιν ὑπαντιάσας, ἐπέσχε τῆς ὁρμῆς, καὶ οἱ φεύγοντες τοῖς ἀναμιχθεῖσι θαρροῦντες ἐπεστρέφοντο· ἐπανῄει σοβαρὸς ὁ Ἀντίοχος, ὡς ἐπὶ νίκῃ, οὐδενὸς τῶν ἐπὶ θάτερα πεπυσμένος. Ἄτταλος δ' αὐτὸν, ὁ Εὐμενοῦς ἀδελφὸς, ἱππεῦσι πολλοῖς ὑπαντιάζει. Καὶ τούσδε μὲν εὐμαρῶς ὁ Ἀντίοχος διακόψας διέδραμε, καὶ παρατρεχόντων ἔτι καὶ μικρὰ λυπούντων οὐκ ἐφρόντιζεν· ὡς δὲ κατεῖδε τὴν ἧτταν, καὶ τὸ πεδίον ἅπαν νεκρῶν ἰδίων πλῆρες, ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων καὶ ἐλεφάντων, τό τε στρατόπεδον εἰλημμένον ἤδη κατὰ κράτος· τότε δὴ καὶ ὁ Ἀντίοχος ἔφευγεν ἀμεταστρεπτὶ, καὶ μέχρι μέσων νυκτῶν ἐς Σάρδεις παρῆλθε. Παρῆλθε δὲ καὶ ἀπὸ Σάρδεων ἐς Κελαινὰς, ἣν Ἀπάμειαν καλοῦσιν· οἷ τὸν υἱὸν ἐπυνθάνετο συμφεύγειν. Τῆς δ' ἐπιούσης ἐς Συρίαν ἐκ Κελαινῶν ἀνεζεύγνυ, τοὺς στρατηγοὺς ἐν Κελαιναῖς καταλιπὼν ὑποδέχεσθαί τε καὶ ἀθροίζειν τοὺς διαφυγόντας. Περί τε καταλύσεως τοῦ πολέμου πρέ-

satis anguste inter equites constiterat, discedentibus illis nudata utroque latere, levem armaturam a fronte adhuc propugnantem, modicis apertis interstitiis, receperat in medium, ac rursus coiverat. Sic constipatos Domitius facile circumdedit equitibus multis ac velitibus. Et illi, quum jam nec impressionem amplius facere, nec explicare tam densos ordines valerent, valde laborabant; indignabanturque, quod nihil jam juvaret rei militaris peritia, telis hostium expositos undique. Objecerunt tamen ab omnibus quatuor lateribus condensas sarissas, provocantes Romanos ad congrediendum cominus; et speciem semper præferebant, quasi mox ipsi in eos impetum essent facturi: neque tamen usquam procurrere ausi sunt, pedites quippe, et graviter armati, adversus hostem ex equis pugnantem; ac veriti maxime, ne phalangem solverent, quam aliter jam instruere non amplius poterant. Romani vero non accedebant propius, neque manus audebant conserere cum veterano et conglobato desperatoque milite: sed circumcursando sagittas immittebant et jacula; quorum nullum irritum cadebat in confertos, qui nec declinare jacula, nec laxando ordines eludere sagittarum ictus, poterant. Itaque multum perpessi phalangitæ, et inopes consilii, pedem referebant minaciter, servatis accurate ordinibus; adeo ut ne tum quidem instare cominus auderent Romani, et circumcursando tantum infestarent. Ad extremum vero, tumultuantibus elephantis, qui phalangi intermixti erant, neque parentibus amplius rectorum imperio, inconditæ fugæ sese mandarunt.

XXXVI. Domitius igitur, hac parte victor, ad castra usque Antiochi pervenit; et ipsa castra quoque, valide quidem resistentibus custodibus, vi expugnavit. Atque interim Antiochus eam partem legionum Romanarum, quam ipse in acie oppositam habuerat, nimirum et ipsam equitatus levisque armaturæ præsidio destitutam (neque enim ibi locaverat Domitius, flumine satis munitam eam partem ratus), ad vallum usque Romanorum erat persecutus. Postquam vero tribunus castris præfectus, cum recenti militum manu occurrens, impetum ejus repressit, et qui modo terga verterant, ex accursu suorum concepta audacia, in pugnam revertebantur; redibat rex, superbus, velut parta victoria, ignarusque eorum quæ ab altera parte acciderant. Et occurrente ei tunc Attalo, fratre Eumenis, cum satis magna equitum manu, facile quidem per hos medios perrupit, ac tunc etiam insequentes et nonnihil carpentes contemsit. Sed ubi stragem conspexit suorum, cadaveribusque virorum, equorum, elephantorum, totum campum repletum, et castra vi expugnata; tum vero in effusam fugam sese proripuit Antiochus, et continuato cursu media nocte Sardes pervenit. Statimque et Sardibus relictis, Celænas, quam Apameam vocant, petiit; quo filium fugisse audiverat. Insequenti vero die in Syriam porro profectus est; relictis Apameæ ducibus, qui regios e fuga exciperent recolligerentque. Simulque legatos de pace misit ad consulem,

σθεὶς ἔπεμπε πρὸς τὸν ὕπατον. Ὁ δὲ τὰ οἰκεῖα ἔθαπτε, καὶ ἐσκύλευε τοὺς πολεμίους, καὶ τὰ αἰχμάλωτα συνῆγεν. Ἐφάνησαν δὲ νεκροὶ Ῥωμαίων μὲν τῶν ἐξ ἄστεος ἱππεῖς εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ πεζοὶ τριακόσιοι μάλιστα, οὓς ὁ Ἀντίοχος ἔκτεινεν· Εὐμενοῦς δὲ ἱππεῖς πεντεκαίδεκα μόνοι. Ἀντιόχου δὲ, σὺν τοῖς αἰχμαλώτοις, εἰκάζοντο ἀπολέσθαι περὶ πεντακισμυρίους· οὐ γὰρ εὐμαρὲς ἦν ἀριθμῆσαι διὰ τὸ πλῆθος. Καὶ τῶν ἐλεφάντων οἱ μὲν ἀνήρηντο, πεντεκαίδεκα δ' αἰχμάλωτοι γεγένηντο.

XXXVII. Ὡς δ' ἐπὶ νίκῃ λαμπροτάτῃ, καὶ παραλόγως τισὶ δοκούσῃ γενέσθαι (οὐ γὰρ εἰκὸς ἐνόμιζον, ὀλιγωτέρους πολὺ πλειόνων ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ παρὰ τοσόνδε κρατῆσαι, καὶ μάλιστα φάλαγγος Μακεδόνων, εὖ γεγυμνασμένης καὶ εὐανδρούσης τότε μάλιστα, καὶ δόξαν ἄμαχόν τε καὶ φοβερὰν ἐχούσης), οἱ μὲν Ἀντιόχου φίλοι τὴν προπέτειαν αὐτοῦ τῆς ἐς Ῥωμαίους διαφορᾶς, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀπειρίαν τε καὶ ἀβουλίαν ἐπεμέμφοντο· Χεῤῥόνησόν τε καὶ Λυσιμάχειαν αὐτοῖς ὅπλοις καὶ τοσῇδε παρασκευῇ μεθέντος ἐκ χειρῶν, πρὶν καὶ ἐς πεῖραν ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις, καὶ τὴν τοῦ Ἑλλησπόντου φυλακὴν ἐκλιπόντος, Ῥωμαίων οὐκ ἂν εὐμαρῶς ἐλπισθέντων βιάσασθαι τὴν διάβασιν. Κατεμέμφοντο δ' αὐτοῦ καὶ τὴν τελευταίαν ἀφροσύνην, ἀχρεῖον ἐν στενῷ τὸ κράτιστον τοῦ στρατοῦ πεποιηκότος, καὶ τὴν ἐλπίδα θεμένου ἐν πλήθει συγκλύδων ἀνδρῶν ἀρτιπολέμων μᾶλλον, ἢ ἐν ἀνδράσι διὰ μελέτην καὶ χρόνον ἐργάταις τε οὖσι πολέμου, καὶ ἐκ τοσῶνδε πολέμων τὸ φρόνημα ἐς εὐτολμίαν καὶ θάρσος ηὐξημένοις. Τοιαῦτα μὲν ἦν τὰ περὶ Ἀντιόχου λογοποιούμενα· Ῥωμαίοις δ' ἐπῆρτο τὰ φρονήματα, καὶ οὐδὲν ἔτι σφίσιν ἡγοῦντο εἶναι δυσεργὲς, ὑπό τε ἀρετῆς καὶ θεῶν ἐπικουρίας. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐς δόξαν εὐτυχίας ἔφερεν, ὅτι οὕτω γε ὀλίγοι τε πολλῶν, καὶ ἐξ ἐφόδου, καὶ ἐν πρώτῃ μάχῃ, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ, τοσῶνδε ἐθνῶν, καὶ παρασκευῆς βασιλικῆς, καὶ μισθοφόρων ἀρετῆς καὶ δόξης Μακεδόνων, καὶ βασιλέως αὐτοῦ, μεγίστην τε ἀρχὴν κεκτημένου, καὶ ἐπίκλησιν Μεγάλου, κεκρατηκότες ἦσαν ἡμέρᾳ μιᾷ. Πολύ τε σφίσιν ἦν τὸ ἔπος ἐν τοῖς λόγοις· Ἦν βασιλεὺς Ἀντίοχος ὁ Μέγας.

XXXVIII. Τοιάδε μὲν δὴ καὶ Ῥωμαῖοι περὶ σφῶν ἐμεγαλαύχουν. Ὁ δὲ ὕπατος, ἐπεὶ αὐτῷ ῥαΐσας ὁ ἀδελφὸς Πούπλιος ἦλθεν ἀπὸ τῆς Ἐλαίας, ἐχρημάτιζε τοῖς Ἀντιόχου πρέσβεσιν. Οἱ μὲν δὴ μαθεῖν ἠξίουν, ὅ τι ποιῶν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος ἔσται Ῥωμαίοις φίλος· ὁ δὲ Πούπλιος αὐτοῖς ὧδε ἀπεκρίνατο· « Αἴτιος μὲν αὐτῷ, διὰ πλεονεξίαν, Ἀντίοχος καὶ τῶν νῦν καὶ τῶν πρότερον γεγονότων· ὃς ἀρχὴν μεγίστην ἔχων τε, καὶ Ῥωμαίων αὐτὸν ἐώντων ἔχειν, Πτολεμαίου, συγγενοῦς ἰδίου, καὶ Ῥωμαίοις φίλου, Συρίαν τὴν Κοίλην ἀφείλετο· καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσαν ἐμβαλὼν, Θρᾴκην κατεστρέφετο, καὶ Χεῤῥόνησον ὠχύρου, καὶ Λυσιμάχειαν ἤγειρεν· ἔς τε τὴν Ἑλλάδα διελθὼν, ἐδουλοῦτο τοὺς Ἕλληνας, ὑπὸ Ῥωμαίων ἄρτι αὐτονόμους

occupatum adhuc in sepeliendis corporibus suorum, hostium vero spoliandis, et contrahendis captivis. Reperti sunt autem inter cæsos, ex Romanis, equites viginti quatuor, et trecenti pedites, quos Antiochus oppresserat : ex Eumenis vero equitibus, non amplius quindecim. Antiochum amisisse creditum est, cum captivis, circiter quinquaginta millia : ægre enim iniri numerus cæsorum poterat præ multitudine. Elephantorum alii interfecti sunt; quindecim capti.

XXXVII. Post tam illustrem Romanorum victoriam, quæ multis vix credibilis visa est (non enim putarant fieri posse, ut a tanto paucioribus, in alieno solo pugnantibus, tantam cladem acciperent regii, ac phalanx præsertim Macedonica, quæ eo maxime tempore bene exercitata fortisque erat, et velut invicta terrori fuerat omnibus), amici Antiochi temeritatem regis in inferendo Romanis bello, tum et imperitiam accusabant, quod mox ab initio tam inconsulte Chersonesum Lysimachiamque, una cum armis tantoque apparatu, dimisisset e manibus, ne adventu quidem hostium exspectato; quodque Hellesponto abduxisset præsidia, quæ Romanos a transitu in Asiam facile arcere potuerant. Denique postremam illam vituperabant imprudentiam, quod robur exercitus, coarctando, fecisset inutile; et spem collocasset in miscellanea multitudine novellorum militum potius, quam in viris longa exercitatione assuetis militiæ labori, atque ex tot bellorum usu ad summam cum animorum tum corporum fortitudinem obduratis. Dum hæc sermonibus agitantur de Antiocho, Romani tollebant spiritus, nihilque jam amplius arduum sibi putabant, freti cum virtute propria, tum deorum favore. Nam et singularis felicitatis opinionem eis attulit, quod tam pauci, ex ipso itinere hostem aggressi, primo certamine, in aliena terra, tanto majorem hostium numerum, totque gentes, et apparatus regios, et fortissimos mercenarios, et Macedonicæ phalangis gloriam, ipsumque regem, latissime regnantem, et cognomine quoque Magnum, uno die debellavissent. Atque vulgo omnium sermone ferebatur verbum hoc : Fuit rex Antiochus Magnus.

XXXVIII. Dum ita Romani sibi placent, Elæa ad consulem venit Publius frater, ex morbo restitutus : et mox legati Antiochi admissi sunt, qui, quæsitum se advenisse, dixerunt, quibus legibus Antiocho in amiciam S. P. Q. R. admitti liceret? Quibus sic respondit P. Scipio : « Antiocho sua cupiditas et præsentis cladis et superiorum calamitatum causa est : qui quum haberet, non invitis Romanis, amplissimum imperium, eo non contentus, Ptolemæum, cognatum suum, amicumque populi Romani, Cœlesyriæ possessione dejecit; et Europam nil ad se pertinentem invasit, et Thraciam subjugavit, Chersonesoque munita Lysimachiam condidit. Tum in Græciam traductis copiis, Græcos, nuper a populo Romano libertate donatos in servitutem vindicavit;

ἀφειμένους, μέχρι περὶ Θερμοπύλας ἡττήθη μάχῃ. Καὶ φυγὼν οὐδ᾿ ὧς ἔληξε τῆς πλεονεξίας, ἀλλὰ κἂν τῇ θαλάττῃ πολλάκις ἐλαττωθεὶς, σπονδῶν μὲν, ἄρτι τὸν Ἑλλήσποντον ἡμῶν πεπερακότων, ἐδεήθη· διὰ δὲ ὑπεροψίαν τὰ προτεινόμενα ὑπερεῖδε, καὶ στράτευμα αὖθις πολὺ καὶ παρασκευὴν ἄπειρον ἐφ᾿ ἡμᾶς συναγαγὼν ἐπολέμει, βιαζόμενος ἐς πεῖραν ἐλθεῖν τοῖς ἀμείνοσι· μέχρι συνηνέχθη μεγάλῳ κακῷ. Ἡμᾶς δὲ, εἰκὸς μὲν ἦν, αὐτῷ μείζονα τὴν ζημίαν ἐπιθεῖναι, βιασαμένῳ πολλάκις Ῥωμαίοις ἐς χεῖρας ἐλθεῖν· ἀλλ᾿ οὐχ ὑβρίζομεν ταῖς εὐπραξίαις, οὐδ᾿ ἐπιβαροῦμεν τοῖς ἑτέρων ἀτυχήμασι. Δίδομεν δὲ, ὅσα καὶ πρότερον αὐτῷ προὐτείνομεν· μικρὰ ἄττα προσθέντες, ὅσα καὶ ἡμῖν ἔσται χρήσιμα, καὶ αὐτῷ λυσιτελῆ πρὸς τὸ μέλλον ἐς ἀσφάλειαν· Ἀπέχεσθαι μὲν αὐτὸν τῆς Εὐρώπης ὅλης, καὶ Ἀσίας τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου (καὶ τούτοις ὅροι τεθήσονται)· παραδοῦναι δ᾿ ἐλέφαντας ὅσους ἔχει, καὶ ναῦς ὅσας ἂν ἐπιτάξωμεν· ἔς τε λοιπὸν ἐλέφαντας μὲν οὐκ ἔχειν, ναῦς δὲ ὅσας ἂν ὁρίσωμεν· δοῦναι δὲ καὶ εἴκοσιν ὅμηρα, ἃ ἂν ὁ στρατηγὸς ἐπιγράψῃ, καὶ χρήματα ἐς τὴν τοῦδε τοῦ πολέμου δαπάνην, δι᾿ αὐτὸν γενομένου, τάλαντα Εὐβοϊκὰ, αὐτίκα μὲν ἤδη, πεντακόσια· καὶ, ὅταν τάσδε τὰς σπονδὰς ἡ σύγκλητος ἐπιψηφίσῃ, δισχίλια καὶ πεντακόσια· δώδεκα δ᾿ ἔτεσιν ἄλλοις ἕτερα μύρια καὶ δισχίλια, τὸ μέρος ἑκάστου ἔτους ἀναφέροντα ἐς Ῥώμην· ἀποδοῦναι δ᾿ ἡμῖν αἰχμάλωτα καὶ αὐτόμολα πάντα καὶ Εὐμενεῖ ὅσα λοιπὰ τῆς πρὸς Ἄτταλον τὸν Εὐμενοῦς πατέρα συνθήκης ἔχει. Ταῦτα Ἀντιόχῳ πράττοντι ἀδόλως δίδομεν εἰρήνην τε καὶ φιλίαν, ὅταν ἡ σύγκλητος ἐπιψηφίσῃ. »

XXXIX. Τοσάδε προὔτεινεν ὁ Σκιπίων, καὶ πάντα ἐδέχοντο οἱ πρέσβεις. Τό τε μέρος αὐτίκα τῶν χρημάτων, καὶ τὰ εἴκοσιν ὅμηρα ἐκομίζετο· καὶ ἦν αὐτῶν Ἀντίοχος, ὁ νεώτερος υἱὸς Ἀντιόχου. Ἐς δὲ τὴν Ῥώμην οἵ τε Σκιπίωνες καὶ ὁ Ἀντίοχος πρέσβεις ἔπεμπον. Καὶ ἡ βουλὴ τοῖς ἐγνωσμένοις συνετίθεντο. Καὶ ἐγράφοντο συνθῆκαι, τοὺς Σκιπίωνος λόγους βεβαιοῦσαί τε, καὶ περὶ τῶν ἀορίστων ἐπιλέγουσαι, καὶ βραχέα ἄττα προσεπιλαμβάνουσαι· Ὅρον μὲν Ἀντιόχῳ τῆς ἀρχῆς εἶναι δύο ἄκρας, Καλύκαδνόν τε καὶ Σαρπηδόνιον, καὶ τάσδε μὴ παραπλεῖν Ἀντίοχον ἐπὶ πολέμῳ· ναῦς δὲ καταφράκτους ἔχειν δώδεκα μόνας, αἷς ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατάρχειν· πολεμούμενον δὲ, καὶ πλέοσι χρῆσθαι· μηδένα δ᾿ ἐκ τῆς Ῥωμαίων ξενολογεῖν, μηδὲ φυγάδας ἐξ αὐτῆς ὑποδέχεσθαι· καὶ τὰ ὅμηρα διὰ τριετίας ἐναλλάσσειν, χωρίς γε τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου. Ταῦτα συγγραψάμενοί τε, καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐς δέλτους χαλκᾶς ἀναθέντες (οὗ καὶ τὰς ἄλλας συνθήκας ἀνατιθέασιν), ἔπεμπον ἀντίγραφα Μαλλίῳ Βούλσωνι, τῷ διαδεδεγμένῳ τὴν Σκιπίωνος στρατηγίαν. Ὁ δ᾿ ὤμνυ τοῖς Ἀντιόχου πρέσβεσι περὶ Ἀπάμειαν τῆς Φρυγίας, καὶ ὁ Ἀντίοχος ἐπὶ τοῦτο πεμφθέντι Θέρμῳ χιλιάρχῳ. Τοῦτο μὲν δὴ Ἀντιόχῳ τῷ Μεγάλῳ τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου τέλος ἦν. Καὶ ἐδόκει μέχρι τοῦδε προελθεῖν

donec ad Thermopylas prælio victus fugatusque est. Ac ne tunc quidem modum imposuit cupiditati : sed, navalibus etiam præliis aliquot superatus, non prius pacem petiit, quam traductis in Asiam Romanis copiis. Et tunc quoque, conditionibus superbe rejectis, rursusque ingenti exercitu infinitoque apparatu adversus nos contracto, bellum continuavit; obstinatus ad decertandum cum præstantioribus, donec tandem in magnam istam incidit calamitatem. Sed nos, quamvis merito possemus graviorem ei mulctam indicere, postquam toties nobiscum obstinato consilio in aciem progressus est; tamen felicitate insolenter abuti nolumus, nec alienas calamitates aggravabimus. Easdem, quas prius, conditiones Antiocho offerimus; paucis adjectis, quæ non minus ad ipsius, quam ad nostram, utilitatem futuramque securitatem pertinent. Europa abstineat rex; Asiaque omni cis Taurum decedat, juxta definiendos terminos : elephantos, quotquot habet, tradat, navesque, quotquot imperabimus : et in posterum neque elephantos alios paraturum se polliceatur, neque naves ultra statutum numerum : obsides viginti arbitratu consulis tradat : et pro impensis in hoc bellum factis, D talenta Euboica præsentis pecuniæ solvat, et MMD alia, quum senatus pacem comprobaverit; deinde M. talenta per annos XII æquis in singulos portionibus : captivos quoque et transfugas omnes reddat; et Eumeni persolvat quidquid adhuc præter fœdus cum Attalo pactum possideat. Hæc si Antiochus sine fraude fecerit, pacem ei damus et amicitiam, quum senatus comprobaverit. »

XXXIX. Omnes has conditiones, a Scipione dictas, acceperunt Antiochi legati. Moxque pars imperata pecuniæ advecta est, et adducti viginti obsides, inter quos erat junior filius regis Antiochus. Et cum a Scipionibus, tum a rege Antiocho, legati Romam missi sunt. Et senatus acta comprobavit; scriptumque est fœdus ex sententia Scipionis, paucis adjectis aut determinatis, quæ nondum definita fuerant :« ut Antiocho terminus regni duo promontoria essent Calycadnus et Sarpedonium, quæ quidem belli causa ei præter navigare non liceret : ut naves armatas duodecim tantum haberet, ad coercendos in fide subditos; ad repellendum vero bellum posset uti pluribus : ne in Romanorum ditione conduceret milites mercenarios; neve fugitivos inde reciperet : et ut tertio quoque anno mutaret obsides, excepto Antiocho filio. » Hoc fœdus in æs incisum, dedicatum est in Capitolio, ubi solent et alia dedicari fœdera. Exemplar ejus Manlio Vulsoni, successori Scipionis in imperio, transmissum est. Is Antiochi legatis apud Apameam Phrygiæ jusjurandum in leges fœderis præstitit; sicut Antiochus Thermo tribuno, qui hac de causa ad illum missus est. Hic fuit finis belli inter Antiochum Magnum et Romanum populum : quod quidam putant non processisse ulterius,

μόνου, διὰ χάριν τὴν ἐς τὸν παῖδα τοῦ Σκιπίωνος Ἀντιόχῳ γενομένην.

XL. Καί τινες τὸν Σκιπίωνα ἐπανελθόντα διέβαλλον ἐπὶ τῷδε· καὶ δήμαρχοι δύο δωροδοκίας αὐτὸν ἐγράψαντο καὶ προδοσίας. Ὁ δὲ ἀδοξῶν, καὶ ὑπερορῶν τοῦ ἐγκλήματος, ἐπεὶ συνῆλθε τὸ δικαστήριον ἧς ἡμέρας ποτὲ Καρχηδόνα παρεστήσατο, θυσίαν προὔπεμψεν ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ ἐς τὸ δικαστήριον αὐτὸς παρῆλθεν ἐπὶ λαμπροῦ σχήματος, ἀντὶ οἰκτροῦ καὶ ταπεινοῦ τῶν ὑπευθύνων· ὡς εὐθὺς ἐπὶ τῷδε πάντας ἐκπλῆξαί τε, καὶ ἐς εὔνοιαν, ὡς ἐπὶ χρηστῷ δὴ συνειδότι μεγαλοφρονούμενον, προσάγεσθαι. Λέγειν δὲ ἀρξάμενος, τῆς μὲν κατηγορίας οὐδ' ἐπεμνήσθη· τὸν δὲ βίον ἑαυτοῦ, καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ ἔργα πάντα ἐπεξῄει, καὶ πολέμους ὅσους ἐπολέμησεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος· καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὡς ἐπολέμησεν, ὁσάκις τε ἐνίκησεν. Ὡς ἐγγενέσθαι τοῖς ἀκροωμένοις τι καὶ ἡδονῆς, διὰ τὴν ἱστορίαν τῆς σεμνολογίας. Ἐπεὶ δέ ποτε προῆλθεν ἐπὶ Καρχηδόνα, ἐξάρας ἐς φαντασίαν τάδε μάλιστα, καὶ ὁρμῆς αὐτός τε ἐμπλησθεὶς, καὶ τὸ πλῆθος ἐμπλήσας, εἶπεν· ὅτι, Τῆσδε τῆς ἡμέρας ἐγὼ τάδε ἐνίκων, καὶ Καρχηδόνα ὑμῖν, ὦ πολῖται, περιεποίουν, τὴν τέως ὑμῖν ἐπιφοβωτάτην. Ἄπειμι δὴ θύσων τῆς ἡμέρας ἐς τὸ Καπιτώλιον. Καὶ ὑμῶν ὅσοι φιλοπόλιδες, τῆς θυσίας μοι, γιγνομένης ὑπὲρ ὑμῶν, συνάψασθε. Ταῦτα ἔφη, καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον ἔθη, μηδὲν τῆς δίκης φροντίσας. Εἵπετο δ' αὐτῷ τὸ πλῆθος καὶ οἱ πλέονες τῶν δικαστῶν, σὺν εὐφήμῳ βοῇ, καὶ θύοντι ὅμοια ἐπεφώνουν. Οἱ κατήγοροι δὲ ἠποροῦντο, καὶ οὔτε αὐτῷ τὴν δίκην αὖθις, ὡς ἀτέλεστον, ἐτόλμησαν ἐπιγράψαι, οὔτε μέμψασθαι δημοκοπίας· δυνατώτερον αὐτοῦ τὸν βίον εἰδότες ὑπονοίας τε καὶ διαβολῆς.

XLI. Ὁ μὲν δὴ Σκιπίων ὧδε ἐγκλήματος ἀναξίου τῶν βεβιωμένων οἱ κατεφρόνησε· σοφώτερον (ἐμοὶ δοκεῖν) Ἀριστείδου, περὶ κλοπῆς, καὶ Σωκράτους, περὶ ὧν ἐνεκαλεῖτο, οὐδὲν εἰπόντων ὑπὸ ἀδοξίας ὁμοίας, ἢ Σωκράτους εἰπόντος ἃ δοκεῖ Πλάτωνι. Μεγαλοφρονέστερον δὲ ἄρα καὶ Ἐπαμινώνδου, ὃς ἐβοιωτάρχει μὲν ἅμα Πελοπίδᾳ καὶ ἑτέρῳ. Ἐξέπεμψαν δὲ αὐτοὺς οἱ Θηβαῖοι, στρατὸν ἑκάστῳ δόντες, ἐπικουρεῖν Ἀρκάσι καὶ Μεσσηνίοις, πολεμουμένοις ὑπὸ Λακώνων· οὔπω δ' ὅσα ἐπενόουν ἐργασαμένους, ἐπὶ διαβολῇ μετεκάλουν. Οἱ δὲ τοῖς διαδόχοις σφῶν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ μῆνας ἓξ οὐ μεθῆκαν, ἕως τὰ Λακεδαιμονίων φρούρια καθεῖλον, καὶ ἐπέστησαν αὖθις ἕτερα τῶν Ἀρκάδων· Ἐπαμινώνδου τοὺς συστρατήγους ἐς τοῦτο ἀναγκάζοντός τε, καὶ ὑποδεχομένου τὸ ἔργον αὐτοῖς ἀζήμιον ἔσεσθαι. Ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἐπανελθοῦσιν οἱ κατήγοροι, καθ' ἕνα διώκοντες, ἐτιμῶντο θανάτου (θανάτῳ γὰρ ὁ νόμος ἐζημίου γε τὸν ἐκ βίας ἀρχὴν ἄρξαντα ἀλλοτρίαν), οἱ μὲν ἕτεροι διέφυγον, οἴκτῳ τε χρώμενοι καὶ λόγοις πλείοσι, καὶ τὴν αἰτίαν ἐς τὸν Ἐπαμινώνδαν ἀναφέροντες, αὐτὸν οὕτω λέγειν ὑποθέμενον αὐτοῖς, καὶ λέγουσιν ἐπιμαρτυροῦντα. Ὁ δὲ, κρινόμενος τελευταῖος· Ὁμολογῶ, ἔφη, παρανό-

propter beneficium quod in Scipionis filium contulerat Antiochus.

XL. Nec defuerunt, qui reverso Scipioni ea de causa negotium facesserent. Et ei dies dicta est a duobus tribunis plebis, quod largitionibus corruptus prodidisset utilitatem publicam. Quam ille accusationem indignam putans, contemnensque, quum judicium incidisset in ipsam diem, quæ victoriæ de Carthaginiensibus reportatæ erat anniversaria; præmissis in Capitolium ad solenne sacrificium victimis, in judicium ivit festo habitu, non reorum more sordidatus ad miserationem captandam : quo ipso statim perculit omnium animos, propensosque sibi fecit, præclare factorum conscientia erectum videntes. Orsus autem dicere, nulla omnino criminis facta mentione, anteactæ vitæ studia, resque gestas omnes, et bella quotquot pro patria gesserat, quaque ratione illa administrasset, et quot victorias reportasset, edisseruit. Quo fiebat, ut voluptate quoque perfunderentur animi audientium, et cupide aures præberent cuncti viro cum tanta gravitate de se ipso verba facienti. Postquam autem ad Carthaginem devictam processit oratio, tunc maxime speciosa amplificatione usus, postquam et seipsum et multitudinem concitavit : « Hoc, inquit, die, Quirites, victoriam istam reportavi; Carthaginemque, quæ ad illum diem tam formidabilis vobis fuerat, vobis subjeci. Itaque in Capitolium pergo, sacra ob illum diem facturus. Vos, quotquot amatis patriam, mihi pro vobis deos salutanti adeste! » His dictis, nil curans judicium, in Capitolium adscendit : et multitudo omnis, et judicum plerique, inter lætas acclamationes, eum secuti sunt, et sacrificanti quoque fausta quævis acclamare non destituerunt. Quæ res perplexos consilii reddidit accusatores; quum neque revocare in judicium, tanquam non perfectum, neque ambitionis aut largitionis accusare, auderent virum, cujus vitam extra omnem suspicionis aut calumniæ aleam positam esse noverant.

XLI. Sic Scipio contemsit accusationem, anteacta vita indignam : sapientius, ut mihi videtur, quam Aristides, quum furti, aut Socrates, quum eorum criminum reus ageretur, quo ei objecta esse comperimus : quorum uterque, ob similem rationem, quod indignas sese accusationes judicarent, nihil sui defendendi causa dixit : sive etiam ea dixerit Socrates, quæ eum dicentem Plato facit. Imo excelsiori quodam animo idem Scipio, quam Epaminondas, quum apud Bœotos in summo magistratu, cum Pelopida et alio collega, fuisset constitutus. Hos Thebani, attributis cuique copiis, in auxilium Arcadum et Messeniorum contra Lacedæmonios miserant; eosdemque priusquam ea, quæ instituerant, perfecissent, ob calumnias quasdam revocaverant. At alii successoribus per sex menses non tradiderunt exercitum, donec pulsis Lacedæmoniorum præsidiis substituerunt Arcadas : idque reliqui duo fecerunt ab Epaminonda coacti, qui receperat factum illud impune collegis fore. Ubi vero domum reversos sigillatim aggressi accusatores reos agebant capitis (nam capitale erat illorum legibus, per vim retinere imperium exercitus, quod alii jam demandatum esset), reliqui evaserunt judicium, cum flebili oratione multisque verbis usi, tum culpam in collegam conferentes; quemadmodum ipse Epaminondas monuerat, qui vere id ab illis dici professus est. Is igitur postremo in judicium vo-

μοις ἄρξαι τόνδε τὸν χρόνον, καὶ, οὓς ἀπελύσατε νῦν, ἐγὼ συναναγκάσαι. Καὶ οὐ παραιτοῦμαι τὸν θάνατον, παρανομήσας. Αἰτῶ δ' ὑμᾶς, ἀντὶ τῶν προβεβιωμένων μοι, κατὰ τὸν τάφον ἐπιγράψαι· Οὗτός ἐστιν ὁ περὶ Λεῦκτρα νικήσας· καὶ τὴν πατρίδα, τοὺς ἐχθροὺς οὐχ ὑπομένουσαν, οὐδ' εἴ τις ξένος ἔχει Λακωνικὸν πῖλον, ἐπὶ τὴν Σπάρτην αὐτὴν προαγαγών. Οὗτος ὑπὸ τῆς πατρίδος ἀνήρηται, παρανομήσας ἐπὶ συμφέροντι τῆς πατρίδος. Ταῦτ' εἰπὼν κατέβη τε τοῦ βήματος, καὶ παρεδίδου τὸ σῶμα τοῖς ἐθέλουσιν ἀπαγαγεῖν. Οἱ δικασταὶ δὲ τῷ τε ὀνείδει τοῦ λόγου, καὶ θαύματι τῆς ἀπολογίας, καὶ αἰδοῖ τοῦ ἀνδρὸς ἀπολογουμένου, τὰς ψήφους οὐχ ὑποστάντες λαβεῖν, ἐξέδραμον ἐκ τοῦ δικαστηρίου. Τάδε μὲν δή τις, ὡς ἐθέλοι, συγκρίνειν ἔχει.

XLII. Μάλλιος δὲ, ὁ τοῦ Σκιπίωνος διάδοχος, τὴν ἀφαιρεθεῖσαν Ἀντιόχου γῆν ἐπιὼν καθίστατο. Καὶ Γαλατῶν τῶν Ἀντιόχῳ συμμαχησάντων Τολιστοβοίους, ἀναφυγόντας ἐς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον, ἐπιμόχθως τοῦ ὄρους ἐπιβὰς, ἐτρέψατο φεύγοντας· ἕως ἔκτεινε καὶ κατεκρήμνισεν ὅσους ἀριθμήσασθαι διὰ τὸ πλῆθος οὐκ ἐγένετο· αἰχμαλώτους δ' ἔλαβεν ἐς τετρακισμυρίους, ὧν τὰ μὲν ὅπλα κατέκαυσε, τὰ δὲ σώματα (οὐ δυνάμενος τοσόνδε πλῆθος ἐν πολέμοις περιάγεσθαι) τοῖς ἐγγὺς βαρβάροις ἀπέδοτο. Ἐν δὲ Τεκτοσάγαις τε καὶ Τρόκμοις ἐκινδύνευσε μὲν ἐξ ἐνέδρας, καὶ ἔφυγεν. Ἐπανελθὼν δὲ ἐς αὐλιζομένους τε καὶ βεβυσμένους ὑπὸ πλήθους, περιέστησε τοὺς ψιλοὺς αὐτοῖς, καὶ περιτρέχων ἐκέλευσεν ἐσακοντίζειν, μήτε προσπλεκομένους, μήτε πλησιάζοντας. Οὐδενὸς δὲ βέλους ἀτυχοῦντος, διὰ τὴν πυκνότητα τῶν πολεμίων, ἔκτεινεν ἐς ὀκτακισχιλίους, καὶ ἐδίωξε τοὺς λοιποὺς ὑπὲρ Ἅλυν ποταμόν. Ἀριαράθου δὲ, τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως, καὶ τοῦδε συμμάχους πέμψαντος Ἀντιόχῳ, δεδιότος τε καὶ δεομένου, καὶ διακόσια τάλαντα πέμψαντος ἐπὶ τῇ δεήσει, τὴν χώραν οὐκ ἐπέδραμεν. Ἀλλ' ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἐπανῆλθε, σὺν γάζῃ τε πολλῇ καὶ χρήμασιν ἀπείροις, καὶ λείᾳ βαρυτάτῃ, καὶ στρατῷ καταγόμῳ.

XLIII. Τάδε μὲν καλῶς ἐπέπρακτο τῷ Μαλλίῳ. Τὸ δ' ἐντεῦθεν, ἀλόγως πάμπαν, ὥρᾳ θέρους πλεῦσαι μὲν ὑπερεῖδεν, οὔτε τὸ βάρος ὧν ἐπήγετο ποιησάμενος ἐνθύμιον, οὔτ' ἐπειγόμενος διαπονεῖν ἢ γυμνάζειν ὁδοιπορίαις ἔτι στρατὸν, οὐκ ἐς πόλεμον ὁρμῶντα, ἀλλ' ἐς οἰκείαν μετὰ λαφύρων ἐπανιόντα. Διὰ δὲ Θράκης ὥδευε, στενὴν καὶ μακρὰν καὶ δύσβατον ὁδὸν, πνίγους ὥρᾳ· οὔτ' ἐς Μακεδονίαν Φιλίππῳ προεπιστείλας ἀπαντᾷν, ἵνα παραπέμψειεν αὐτόν· οὔτε τὸν στρατὸν ἐς μέρη πολλὰ διελὼν, ἵνα κουφότερον βαδίζῃ, καὶ τὰ χρήσιμα εὐμαρέστερα ἔχῃ· οὔτε τὰ σκευοφόρα συντάξας ἐς λόχους ὀρθίους, ἵνα εὐφυλακτότερα ᾖ. Ἀλλ' ἀθρόως ἦγεν ἅπαντας ἐπὶ μῆκος πολὺ, καὶ τὰ σκευοφόρα εἶχεν ἐν μέσῳ, μήτε τῶν πρόσθεν αὐτοῖς δυναμένων ἐπικουρεῖν, μήτε τῶν ὄπισθεν, ὀξέως, διὰ μῆκος ὁμοῦ καὶ στενότητα τῆς ὁδοῦ. Ὅθεν αὐτῷ πανταχόθεν ἐς τὰ πλάγια

catus : « Fateor, inquit, me ultra præfinitum legibus tempus retinuisse imperium, et collegas meos, quos absolvistis, coegisse ut idem facerent : nec capitis pœnam lege definitam deprecor. Unum a vobis, pro præteritis meritis, postulo, ut meo sepulcro inscribatur : Hic situs est, qui vicit apud Leuctra, et cives suos, quibus aspectus ipse non modo hostium, sed vel hospitis pileo Laconico tecti, fuerat terribilis, sub ipsa Spartæ mœnia duxit. Hunc patria mulctavit capite, quod contra leges fecit, ubi utilitas reipubl. ita factum poposcit. » His dictis, e suggestu descendit, corpus offerens, si quis ad pœnam ipsum rapere vellet. Sed judices, exprobratione tacti, et defensionis genus mirati, simulque ipsius rei personam reveriti, ne calculis quidem postulatis, e foro sese proripuerunt. Cæterum ista quisque, ut sibi visum fuerit, inter se componat.

XLII. Manlius, Scipionis successor, dum ademtas Antiocho terras obit et ordinat, Tolistoboios, unum ex populis Gallogræcis, qui Antiochi fuerant socii, in Olympum Mysiæ montem refugos, laboriose secutus profligavit; tantamque multitudinem partim cecidit, partim in prærupta egit, ut mortuorum iniri numerus non potuerit. Capta sunt ex eisdem XL millia; quorum arma cremavit, corpora, quia tam multa in bellis circumducere non poterat, finitimis barbaris divendidit. Tectosagos vero et Trocmos, ex insidiis ipsum adortos, vix fuga evasit. Sed mox adversus eosdem regressus; ubi in stativis confertos præ multitudine deprehendit, circumdedit leviter armatis, quos circumequitans hortatus est, ut telis eminus obruerent hostes. Quumque, quo illi densiores stabant, eo magis telum nullum sine vulnere caderet, interfectis octo millibus, reliquos ultra Halyn fluvium pepulit. Ariarathes, rex Cappadocum, qui et ipse auxiliis Antiochum juverat, belli metu veniam petens, et præter preces ducenta talenta mittens, impetravit, ut a finibus ejus abstineret Manlius. Qui jam cum multis divitiis, infinita pecunia, præda gravissima, exercitu spoliis onusto, ad Hellespontum retro se vertit.

XLIII. Et adhuc quidem præclare rem gesserat Manlius. Sed exinde, imprudenter admodum, commodissimo tempore æstivo navibus redire domum contemsit; neque gravitatem impedimentorum reputans, neque ulla re cogente, ut exercitum, non jam ad bellum tendentem, sed domum cum spoliis repetentem, laboribus indurarel, aut faciendis itineribus exerceret. Maluitque per Thraciæ longam et angustam difficilemque viam ducere, æstate fervida; nec Philippo præmonito, ut, occurrens e Macedonia, se deduceret; nec exercitu in partes diviso, ut expeditius incederet, et si quid opus esset, ad manus haberet; nec impedimentis distributis inter rectos ordines, quo facilius custodirentur. Sed omnes simul ire jussit uno longo agmine, impedimentis medium tenentibus; ut nec primi nec novissimi, propter viæ longitudinem ac angustiam, cito possent succurrere. Qua-

τῶν Θρακῶν ἐπικειμένων, πολὺ μέρος ἀπώλεσε τῆς τε λείας καὶ τῶν δημοσίων χρημάτων, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ στρατοῦ. Μετὰ δὲ τῶν ὑπολοίπων ἐς Μακεδονίαν διεσώθη. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα ἐγένετο καταφανὲς, ὅσον ὤνησε παραπέμπων τοὺς Σκιπίωνας ὁ Φίλιππος, καὶ ὅσον ἥμαρτεν Ἀντίοχος ἐκλιπὼν τὴν Χερρόνησον. Ὁ δὲ Μάλλιος, ἔκ τε Μακεδονίας ἐς Θεσσαλίαν διελθὼν καὶ ἐκ Θεσσαλίας ἐς Ἤπειρον, ἐς Βρεντέσιον ἐπέρα, καὶ τὴν λοιπὴν στρατιὰν ἐς τὰ οἰκεῖα διαφεὶς, ἐπανῆλθεν ἐς Ῥώμην.

XLIV. Ῥόδιοι δὲ, καὶ Εὐμενὴς ὁ Περγάμου βασιλεὺς, μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῇ κατ' Ἀντιόχου συμμαχίᾳ, Εὐμενὴς μὲν αὐτὸς Ῥώμην ἐστέλλετο, Ῥόδιοι δὲ πρέσβεις ἔπεμπον. Ἡ δὲ βουλὴ Ῥοδίοις μὲν ἔδωκε Λυκίους τε καὶ Κᾶρας· οὓς οὐ πολὺ ὕστερον ἀπέστησεν αὐτῶν, ὡς Περσεῖ τῷ Μακεδόνι μᾶλλον, ἢ σφίσι, πολεμοῦσι τῷ Περσεῖ, προθυμοτέρων γενομένων. Εὐμενεῖ δὲ παρέσχον ὅσα λοιπὰ ἀφῄρηντο τὸν Ἀντίοχον, χωρὶς Ἑλλήνων τῶν ἐν αὐτοῖς. Τούτων δὲ ὅσοι μὲν Ἀττάλῳ τῷ πατρὶ Εὐμενοῦς ἐτέλουν φόρους, ἐκέλευσαν Εὐμενεῖ συμφέρειν· ὅσοι δ' Ἀντιόχῳ πρῶτον ἐτέλουν, ἀπέλυσαν τῶν φόρων, καὶ αὐτονόμους ἀφῆκαν. Ὧδε μὲν Ῥωμαῖοι διέθεντο τὰ δορίκτητα.

XLV. Ἀντιόχου δ' ὕστερον τοῦ Μεγάλου βασιλέως τελευτήσαντος, γίγνεται Σέλευκος ὁ υἱὸς διάδοχος. Καὶ τὸν ἀδελφὸν ὅδε Ἀντίοχον ἐξέλυσε τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις ὁμηρείας, ἀντιδοὺς τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Δημήτριον. Ἀντιόχου δ' ἐπανιόντος ἐκ τῆς ὁμηρείας, καὶ ὄντος ἔτι περὶ Ἀθήνας, ὁ μὲν Σέλευκος ἐξ ἐπιβουλῆς Ἡλιοδώρου τινὸς τῶν περὶ τὴν αὐλὴν ἀποθνήσκει. Τὸν δ' Ἡλιόδωρον Εὐμενὴς καὶ Ἄτταλος, ἐς τὴν ἀρχὴν βιαζόμενον, ἐκβάλλουσι, καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐς αὐτὴν κατάγουσιν, ἑταιριζόμενοι τὸν ἄνδρα. Ἀπὸ γάρ τινων προσκρουμάτων ἤδη καὶ οἵδε Ῥωμαίους ὑπεβλέποντο. Οὕτω μὲν Ἀντίοχος, ὁ Ἀντιόχου τοῦ Μεγάλου, Συρίας ἐπεκράτησεν· ὅτῳ παρὰ τῶν Σύρων ἐπώνυμον ἦν Ἐπιφανὴς, ὅτι, τῆς ἀρχῆς ἁρπαζομένης ὑπὸ ἀλλοτρίων, βασιλεὺς οἰκεῖος ὤφθη. Συνθέμενος δὲ φιλίαν καὶ συμμαχίαν Εὐμενεῖ, Συρίας καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ἐθνῶν ἐγκρατῶς ἦρχε, σατράπην μὲν ἔχων ἐν Βαβυλῶνι Τίμαρχον, ἐπὶ δὲ ταῖς προσόδοις Ἡρακλείδην, ἀδελφὼ μὲν ἀλλήλοιν, ἄμφω δὲ αὐτοῦ γενομένω παιδικά. Ἐστράτευσε δὲ καὶ ἐπὶ Ἀρταξίαν, τὸν Ἀρμενίων βασιλέα.

XLVI. Καὶ αὐτὸν ἑλὼν, ἐτελεύτησεν· ἐνναετὲς παιδίον ἀπολιπὼν, Ἀντίοχον, ᾧ προσέθηκαν ὄνομα Εὐπάτωρ οἱ Σύροι, διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετήν. Καὶ τὸ παιδίον ἔτρεφε Λυσίας. Ἡ δὲ σύγκλητος ἥσθη, φανέντος ἐν ὀλίγῳ τοῦ Ἀντιόχου γεννικοῦ, καὶ ταχέως ἀποθανόντος. Δημήτριόν τε, τὸν Σελεύκου μὲν υἱὸν, Ἀντιόχου δὲ τοῦ Ἐπιφανοῦς ἀδελφιδοῦν, υἱωνὸν δὲ τοῦ Μεγάλου Ἀντιόχου, ἀνεψιὸν ὄντα τῷδε τῷ παιδίῳ, ὁμηρεύοντα ἔτι ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἔτος ἄγοντα τρίτον ἐπὶ τοῖς εἴκοσιν, ἐς τὴν βασιλείαν καταχθῆναι παρακαλοῦντα, ὡς αὐτῷ μᾶλλον προσήκουσαν, οὐ κατῆγον· οὐ

propter, Thracibus undique coortis in latera, magnam partem et prædæ et publicæ pecuniæ, et ipsius quoque exercitus, amisit; et cum reliquis tandem in Macedoniam evasit. Ex quo vel maxime apparuit, quantum Philippus Scipionibus, deducendo exercitum, profuerit; et quantum Chersoneso deserta peccaverit Antiochus. Manlius, traductis e Macedonia in Thessaliam, et inde in Epirum, copiis, trajecit Brundusium : dimissisque militibus reliquis, Romam reversus est.

XLIV. At Rhodii, atque Eumenes, rex Pergami, multum sibi placebant ob res contra Antiochum pro populo Romano gestas feliciter. Quorum alteri legatos Romam miserunt, alter ipse profectus est. Senatus Rhodiis donavit Lyciam et Cariam : quas non multo post eis rursum abstulit; quod Perseo Macedonum regi, quam Romanis, cum eo bellum gerentibus, majus studium demonstraverant. Eumeni vero attribuerunt quidquid Antiocho ademerant, exceptis Græcis in Asia civitatibus. Quarum quotquot Attalo patri Eumenis tributariæ fuerant, jussæ sunt tributa Eumeni reddere : a quibus autem Antiochus jam olim exegerat, eæ immunes posthac permissæ sunt vivere suis legibus. Atque hoc modo terras bello partas S. P. Q. R. disposuit.

XLV. Postea vero, Antiocho Magno defuncto, in regnum successit Seleucus filius. Is in fratris Antiochi vicem filium suum Demetrium Romanis obsidem dedit. Quo facto Antiocho domum redeundi potestas data est. Qui ubi Roma Athenas pervenit, Seleucus insidiis Heliodori cujusdam purpurati oppressus est. Et Heliodorum, regnum vi occupare conantem, expulerunt Eumenes et Attalus; Antiochumque in possessionem regni deduxerunt, ut amicum sibi redderent hoc beneficio : jam enim ob quasdam offensiunculas etiam hi Romanos suspectos habebant. Atque ita Antiochus, Antiochi Magni filius, Syria potitus est : cui cognomen Illustris Syri dederunt; quod, quum alieni regnum ad se rapuissent, ipse avitæ ditionis assertor suis illuxerit. Is, inita cum Eumene societate et amicitia, firmo imperio Syriam gentesque finitimas tenebat; et satrapam Babyloni præfecit Timarchum, ærario vero Heraclidem, duos fratres, quos ambos in deliciis habuerat. Expeditionem etiam suscepit contra Artaxiam, regem Armeniorum, eumque vivum cepit.

XLVI. Non multo post captum Artaxiam, mortuus est Epiphanes, filium relinquens novem annorum, Antiochum, quem Eupatorem, in paternæ virtutis memoriam, cognominarunt Syri. Ejus pueri educator fuit Lysias. Senatus vero lætus audiit, Antiochum, quum brevi generosum sese præstitisset, cito fato functum. Et Demetrium, Seleuci filium, Antiochi Illustris ex fratre, Magni Antiochi ex filio, nepotem, patruelem hujus pueri, adhuc in urbe obsidem, ingressum jam annum vigesimum tertium quum rogaret, ut in regnum, tanquam ad se potius pertinens, deduceretur, noluit reducere : existimans, magis ex utilitate reipubl.

συμφέρειν σφίσιν ἡγούμενοι, τελειότερον ἄρχειν Σύρων ἀντὶ παιδὸς ἀτελοῦς. Πυνθανόμενοι δ', ἐν Συρίᾳ στρατόν τ' ἐλεφάντων εἶναι, καὶ ναῦς πλείονας τῶν ὡρισμένων Ἀντιόχῳ, πρέσβεις ἔπεμπον, οἳ τοὺς ἐλέφαντας συγκόψειν ἔμελλον, καὶ τὰς ναῦς διαπρήσειν. Οἰκτρὰ δὲ ἡ ὄψις ἦν ἀναιρουμένων θηρίων ἡμέρων τε καὶ σπανίων, καὶ νεῶν ἐμπιπραμένων. Καί τις ἐν Λαοδικείᾳ, Λεπτίνης, τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεγκὼν, Γναῖον Ὀκταούϊον τὸν τῶνδε τῶν πρέσβεων ἡγεμόνα, ἀλειφόμενον ἐν τῷ γυμνασίῳ, διεχρήσατο. Καὶ τὸν μὲν Ὀκταούϊον ἔθαπτεν ὁ Λυσίας.

XLVII. Δημήτριος δὲ, αὖθις ἐς τὴν σύγκλητον ἐσελθὼν, ἐδεῖτο τῆς γοῦν ὁμηρείας μόνης ἀπολυθῆναι, ὡς Ἀντιόχου μὲν ἀντιδοθεὶς, Ἀντιόχου δ' ἀποθανόντος. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐτύγχανεν οὐδὲ τοῦδε, λαθὼν ἐξέπλευσε. Καὶ δεξαμένων αὐτὸν ἀσμένως τῶν Σύρων, ἦρχε, τόν τε Λυσίαν καὶ τὸ παιδίον ἐπ' αὐτῷ διαφθείρας, καὶ Ἡρακλείδην ἐκβαλὼν, καὶ Τίμαρχον ἐπανιστάμενον ἀνελὼν, καὶ τἄλλα πονήρως τῆς Βαβυλῶνος ἡγούμενον· ἐφ' ᾧ καὶ Σωτὴρ, ἀρξαμένων τῶν Βαβυλωνίων, ὠνομάσθη. Κρατυνάμενος δὲ τὴν ἀρχὴν ὁ Δημήτριος, στέφανόν τε Ῥωμαίοις ἀπὸ χρυσῶν μυρίων, χαριστήριον τῆς ποτε παρ' αὐτοῖς ὁμηρείας, ἔπεμψε, καὶ Λεπτίνην τὸν ἀνδροφόνον Ὀκταουΐου. Οἱ δὲ τὸν μὲν στέφανον ἐδέχοντο, Λεπτίνην δὲ οὐκ ἔλαβον, ὡς δή τι τοῦτ' ἔγκλημα τοῖς Σύροις ταμιευόμενοι. Δημήτριος δὲ, καὶ ἐκ τῆς Καππαδοκῶν ἀρχῆς Ἀριαράθην ἐκβαλὼν, Ὀλοφέρνην ἐπὶ χιλίοις ταλάντοις ἀντ' αὐτοῦ κατήγαγεν, ἀδελφὸν εἶναι δοκοῦντα Ἀριαράθου. Καὶ Ῥωμαίοις ἐδόκει μὲν, ὡς ἀδελφοὺς, Ἀριαράθην καὶ Ὀλοφέρνην βασιλεύειν ὁμοῦ.

XLVIII. Ἐκπεσόντων δὲ καὶ τῶνδε, καὶ Ἀριοβαρζάνου μετ' αὐτοὺς οὐ πολὺ ὕστερον ὑπὸ Μιθριδάτου τοῦ Ποντικοῦ βασιλέως· ὁ Μιθριδάτειός πόλεμος ἐπὶ τῷδε, καὶ ἐφ' ἑτέροις, ἤρξατο συνίστασθαι, μέγιστός τε καὶ πολυτροπώτατος ἔθνεσι πολλοῖς γενόμενος, καὶ παρατείνας ἐς ἔτη μάλιστα τεσσαράκοντα. Ἐν οἷς πολλαὶ μὲν ἀρχαὶ Σύροις ἐκ τοῦ βασιλείου γένους ὀλιγοχρόνιοι πάμπαν ἐγένοντο, πολλαὶ δὲ τροπαὶ καὶ ἐπαναστάσεις ἐπὶ τὰ βασίλεια. Παρθυαῖοί τε, προαποστάντες ἀπὸ τῆς τῶν Σελευκιδῶν ἀρχῆς, Μεσοποταμίαν ἐς ἑαυτοὺς περιέσπασαν, ἣ τοῖς Σελευκίδαις ὑπήκουε. Καὶ βασιλεὺς Ἀρμενίας Τιγράνης, ὁ Τιγράνους, ἔθνη τινὰ τῶν περιοίκων ἰδίοις δυνάσταις χρώμενα ἑλὼν, βασιλεὺς ἀπὸ τοῦδε βασιλέων ἡγεῖτο εἶναι, καὶ τοῖς Σελευκίδαις ἐπεστράτευεν, οὐκ ἐθέλουσιν ὑπακούειν. Οὐχ ὑποστάντος δ' αὐτὸν Ἀντιόχου τοῦ Εὐσεβοῦς, ὁ Τιγράνης ἦρχε Συρίας τῆς μετ' Εὐφράτην, ὅσα γένη Σύρων μέχρι Αἰγύπτου· ἦρχε δὲ ὁμοῦ καὶ Κιλικίας (καὶ γὰρ ἥδε τοῖς Σελευκίδαις ὑπήκουε), Μαγαδάτην στρατηγὸν ἐπιτάξας ἅπασιν, ἐπὶ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα.

XLIX. Λευκόλλου δὲ τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ Μιθριδάτην διώκοντος, ἐς τὸν Τιγράνην ὑποφεύγοντα, ὁ Μαγαδάτης ᾔει μετὰ τοῦ στρατοῦ Τιγράνῃ βοηθή-

esse, si ab immaturo puero, quam si a florentioris ætatis adolescente, Syria regeretur. Quumque audissent, multos elephantos ad bellum ali in Syria, et naves plures esse, quam fuerat Antiocho definitum, legati missi sunt, qui elephantos interficerent, et naves exurerent. Ac miserabile aspectu fuit, occidi mansuetas et raras belluas, navesque concremari. Id non ferens quidam Leptines, Cn. Octavium legationis principem, dum ungitur in gymnasio Laodiceæ, confodit; quem Lysias sepeliit.

XLVII. Tum Demetrius rursum Patres adiit, rogans, ut saltem necessitate pro obside manendi solveretur: quandoquidem mortuus esset Antiochus, cujus in locum obses datus fuisset. Et, quum ne hoc quidem impetraret, clam aufugit navigio: et libenter a Syris exceptus, regno potitus est, Lysia primum interfecto, moxque et puero; ejectoque Heraclida, et Timarcho, ut rebelle, occiso, qui alioquin etiam Babylonis præfecturam male administraverat. Quamobrem Soter cognominatus est, orto a Babyloniis initio. Confirmatus deinde in regno Demetrius, coronam decies mille aureorum Romam misit, gratias agens, quod obses, habitus esset liberaliter; simulque Leptinem dedidit, homicidam Octavii. Senatus coronam accepit: Leptinem vero non accepit, scilicet culpam illam in commodum tempus Syris repositurus. Post hæc Demetrius, pulso ex Cappadocia Ariarathe, Olophernem, qui frater regis esse perhibebatur, in regnum induxit, mille talentorum mercedem sibi pro illa opera pactus. Senatus autem Romanus judicavit, utrumque fratrem, Ariarathem et Olophernem, simul debere regnare.

XLVIII. Deinde postquam et hi regno exciderunt, et non multo post Ariobarzanes a Mithridate, Ponti rege, pulsus est, Mithridaticum bellum cum ob hanc causam, tum ob alias nonnullas, exortum est: magnum, si quod unquam, et varium casibus ac contagio multarum gentium, et in annum fere quadragesimum protractum. Quibus temporibus Syria plures habuit reges, brevibus intervallis sibi invicem succedentes, ex regia tamen stirpe omnes oriundos: multæque simul mutationes defectionesque ab imperio acciderunt. Et Parthi, qui jam ante a Seleucidarum imperio defecerant, Mesopotamiam, quæ Seleucidis adhuc paruerat, suæ ditioni adjecerunt. Et Tigranes, Tigranis filius, rex Armeniæ, subjugatis nonnullis finitimis gentibus, quæ prius proprios regulos habuerant, Regem regum jam se appellans, Seleucidas infestavit, detrectantes ejus imperium. Cujus vim quum non sustineret Antiochus Pius, jam Tigranes omnes Ciseuphratensium Syrorum gentes, Ægyptum usque, sibi subjecit. Simulque occupavit Ciliciam, et ipsam Seleucidis parere solitam. Quibus omnibus Magadates, regis nomine, cum exercitu præfuit per annos quatuordecim.

XLIX. Sed dum Mithridatem Lucullus in Tigranis usque regnum, ad quem ille confugerat, persequitur, et Magadates exercitum in Tigranis auxilium abducit: interim Antiochus,

σων. Καὶ ἐν τῷδε παραδὺς ἐς τὴν Συρίαν Ἀντίοχος, ὁ Ἀντιόχου τοῦ Εὐσεβοῦς, ἦρχε τῶν Σύρων ἑκόντων. Καὶ αὐτῷ Λεύκολλος μὲν, ὁ Τιγράνῃ πρῶτός τε πολεμήσας, καὶ τῆς ἐπικτήτου γῆς αὐτὸν ἐξελάσας, οὐκ ἐφθόνησεν ἀρχῆς πατρῴας. Πομπήϊος δὲ, ὁ ἐπὶ Λευκόλλῳ Μιθριδάτην ἐξελὼν, Τιγράνῃ μὲν Ἀρμενίας συνεχώρησεν ἄρχειν, Ἀντίοχον δὲ ἐξέβαλε τῆς Σύρων ἀρχῆς, οὐδὲν ἐς Ῥωμαίους ἁμαρτόντα· ἔργῳ μὲν, ὅτι ἦν εὔκολον αὐτῷ, στρατιὰν ἔχοντι, πολλὴν ἀρχὴν ἄνοπλον ἀφελέσθαι· λόγῳ δὲ, ὅτι τοὺς Σελευκίδας, ὑπὸ Τιγράνους ἐκπεσόντας, οὐκ εἰκὸς ἦν ἔτι Συρίας ἄρχειν μᾶλλον, ἢ Ῥωμαίους Τιγράνην νενικηκότας.

L. Οὕτω μὲν δὴ Κιλικίας τε, καὶ Συρίας, τῆς μεσογαίου καὶ Κοίλης, καὶ Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης, καὶ ὅσα ἄλλα Συρίας ἀπὸ Εὐφράτου μέχρι Αἰγύπτου καὶ μέχρι θαλάσσης ὀνόματα, ἀμαχεὶ Ῥωμαῖοι κατέσχον. Ἓν δὲ γένος ἔτι τὸ Ἰουδαίων ἐνιστάμενον ὁ Πομπήϊος ἐξεῖλε κατακράτος, καὶ τὸν βασιλέα Ἀριστόβουλον ἔπεμψεν ἐς Ῥώμην, καὶ τὴν μεγίστην πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ ἁγιωτάτην αὐτοῖς, κατέσκαψεν· ἣν δὴ καὶ Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος Αἰγύπτου βασιλεὺς καθῃρήκει· καὶ Οὐεσπασιανὸς αὖθις οἰκισθεῖσαν κατέσκαψε, καὶ Ἀδριανὸς αὖθις ἐπ' ἐμοῦ. Καὶ διὰ ταῦτ' ἐστὶν Ἰουδαίοις ἅπασιν ὁ φόρος τῶν σωμάτων βαρύτερος τῆς ἄλλης περιουσίας. Ἔστι δὲ καὶ Σύροις καὶ Κίλιξιν ἐτήσιος, ἑκατοστὴ τοῦ τιμήματος ἑκάστῳ. Πομπήϊος μὲν οὖν τῶνδε τῶν ὑπὸ τοῖς Σελευκίδαις γενομένων ἐθνῶν τοῖς μὲν ἐπέστησεν οἰκείους βασιλέας, ἢ δυνάστας, καθὰ καὶ Γαλατῶν τῶν ἐν Ἀσίᾳ τοῖς τέσσαρσι δυνάσταις ἐβεβαίωσε τὰς τετραδαρχίας, συμμαχήσασίν οἱ κατὰ Μιθριδάτου. Καὶ οὐ πολὺ ὕστερον καὶ τάδε περιῆλθεν ἐς Ῥωμαίους, ἐπὶ Καίσαρος μάλιστα τοῦ Σεβαστοῦ, κατὰ μέρη.

LI. Συρίας δ' εὐθὺς ὁ Πομπήϊος Σκαῦρον, τὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἑαυτῷ γενόμενον ταμίαν, ἔταξεν ἡγεῖσθαι· καὶ ἡ βουλὴ Φίλιππον ἐπὶ Σκαύρῳ τὸν Μάρκιον, καὶ Μαρκελλῖνον Λέντλον ἐπὶ τῷ Φιλίππῳ, ἄμφω στρατηγικοὺς κατ' ἀξίωσιν. Ἀλλὰ τῶνδε μὲν ἑκατέρῳ διετὴς ἐτρίφθη χρόνος, τοὺς γείτονας ἐνοχλοῦντας Ἄραβας ἀμυνομένῳ. Καὶ τοῦδε χάριν ἐς τὸ ἔπειτα ἐγένοντο Συρίας στρατηγοὶ τῶν τὰ ἐπώνυμα ἀρξάντων ἐν ἄστει· ἵνα ἔχοιεν ἐξουσίαν καταλόγου τε στρατιᾶς καὶ πολέμου, οἷα ὕπατοι. Καὶ πρῶτος ἐκ τῶνδε ἐπέμφθη Γαβίνιος μετὰ στρατιᾶς. Καὶ πολεμεῖν αὐτὸν ὁρμῶντα, Μιθριδάτης μὲν ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἐξελαυνόμενος τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Ὀρώδου τοῦ ἀδελφοῦ, μετῆγεν ἐξ Ἀράβων ἐπὶ Παρθυαίους. Πτολεμαῖος δὲ αὐτὸν, ὁ ἑνδέκατος Αἰγύπτου βασιλεὺς, ἐκπεσὼν καὶ ὅδε τῆς ἀρχῆς, μετέπεισε χρήμασι πολλοῖς, ἀντὶ Παρθυαίων ἐπὶ Ἀλεξανδρέας ὁρμῆσαι. Καὶ κατήγαγε μὲν τὸν Πτολεμαῖον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὁ Γαβίνιος, Ἀλεξανδρεῦσι πολεμήσας· ὑπὸ δὲ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς ἔφυγεν, ἐπὶ τῷ ἄνευ ψηφίσματος ἐς Αἴγυπτον ἐμβαλεῖν, ἐπὶ πολέμῳ Ῥωμαίοις ἀπαισίῳ νομιζομένῳ· ἦν γάρ τι

Pii filius, Syris non invitis, in regnum sese insinuavit. Nec Lucullus, qui primus Tigrani bellum intulit, et recens acquisitis terris eumdem expulit, Antiocho avitam possessionem invidit. Sed Pompeius, Luculli successor, debellato Mithridate, Tigranem quidem in Armenia regnare passus est; Antiochum vero nunquam de populo Romano male meritum, Syriæ regno spoliavit : scilicet, quoniam facile fuit tanto exercitu regem inermem opprimere; quamquam alia causa prætexebatur, nempe « iniquum esse, postquam veteres reges semel Tigranis armis pulsi fuissent Syria, nunc eamdem Seleucidis victis cedere potius, quam Romanis victoribus. »

L. Atque ita Cilicia, et Syria omnis, cum mediterranea, tum Cœle, Phœniceque ac Palæstina, et quæcunque aliæ gentes, ab Euphrate usque ad Ægyptum, et usque ad mare, communi Syrorum nomine comprehenduntur, sine certamine accesserunt Romano imperio. Unam Judæorum gentem, imperata facere detrectantem, armis subegit Pompeius, et regem Aristobulum Romam misit; et Hierosolymorum mœnia, maximæ urbis, et sanctissimæ apud Judæos, diruit, sicut jam olim Ptolemæus primus rex Ægypti fecerat : quam et Vespasianus, denuo munitam, rursus diruit, et postremum Adrianus, nostra ætate. Quam ob rem Judæis tributa, quæ in singula capita conferunt, graviora sunt, quam pro censu. Syri quoque et Cilices annuum tributum capitis pendunt, centesimam census partem. His gentibus, quæ Seleucidis ante paruerant, Pompeius partim reges proprios regulosque dedit, partim confirmavit veteres : quemadmodum et Gallogræcorum Tetrarchas, quorum fideli opera bello Mithridatico usus fuerat, in tetrarchiis suis confirmavit. Neque ita multo post et hæc, sub Cæsare Augusto maxime, in Romanorum ditionem pervenerunt omnia.

LI. Syriam vero Pompeius Scauro, qui quæstor ejus in bellis fuerat, regendam reliquit. Scauro senatus Marcium Philippum successorem misit; et, post hunc, Lentulum Marcellinum, ambos prætorios. Uterque biennio, quo provinciæ præfuit, conflictatus est cum Arabibus ex vicino infestantibus. Quæ causa fuit, ut posthac in Syriam mitterentur proconsules, consulari potestate in gerendo bello prædili. Quorum primus Gabinius cum exercitu in eam profectus est. Cui, ad bellum sese accingenti, persuasit Mithridates, Parthorum rex, a fratre Orode regno ejectus, ut in Parthiam potius, quam contra Arabes, duceret exercitum. Sed mox eumdem Ptolemæus undecimus, rex Ægypti, et ipse pulsus a suis, magna auri vi permovit, ut, omissa Parthica expeditione, peteret Alexandriam. Et in regnum restituit Ptolemæum Gabinius, bello Alexandrinis illato. Quo facto a senatu exilio mulctatus est, quod absque S. C. bellum movisset, inauspicatum, et Sibyllinis vetitum car-

Σιβύλλειον αὐτοῖς ἀπαγορεῦον. Ἐπὶ δὲ Γαβινίῳ μοι δοκεῖ Κράσσος ἄρξαι Σύρων· ὅτῳ, πολεμοῦντι Παρθυαίοις, ἡ μεγάλη συμφορὰ γίγνεται. Καὶ ἐπὶ Λευκίῳ Βύβλῳ, μετὰ Κράσσον στρατηγοῦντι Συρίας, ἐς τὴν Συρίαν ἐσέβαλον οἱ Παρθυαῖοι. Σάξα δὲ μετὰ Βύβλον ἡγουμένου, καὶ τὰ μέχρι Ἰωνίας ἐπέδραμον, ἀσχολουμένων Ῥωμαίων ἐς τὰ ἐπ' ἀλλήλους ἐμφύλια. Ἀλλὰ τάδε μὲν ἐντελῶς ἐν τῇ Παρθικῇ συγγραφῇ λέξω.

LII. Τῆς δὲ βίβλου τῆσδε οὔσης Συριακῆς, ὅπως μὲν ἔσχον Συρίαν Ῥωμαῖοι, καὶ συνέστησαν ἐς τὰ νῦν ὄντα, εἴρηται. Οὐκ ἀπεικὸς δὲ, οὖσαν Συριακὴν, τὰ Μακεδόνων ἐπιδραμεῖν, οἳ πρὸ Ῥωμαίων Συρίας ἐβασίλευον. Ἀλέξανδρος μὲν δὴ βασιλεὺς ἦν ἐπὶ Πέρσαις Σύρων, ὁ καὶ πάντων βασιλεὺς ὅσων εἶδεν. Ἀλεξάνδρου δ' ἀποθανόντος ἐπὶ παισὶ, τῷ μὲν, βραχεῖ πάνυ, τῷ δὲ, ἔτι κυϊσκομένῳ· οἱ μὲν Μακεδόνες, πόθῳ τοῦ Φιλιππείου γένους, εἵλοντο σφῶν βασιλεύειν Ἀριδαῖον, τὸν ἀδελφὸν Ἀλεξάνδρου, καίπερ οὐκ ἔμφρονα νομιζόμενον εἶναι· μετονομάσαντες δὴ Φίλιππον ἀντὶ Ἀριδαίου· τρεφομένων ἔτι τῶν παίδων Ἀλεξάνδρου. Ἐφύλαξαν γὰρ δὴ καὶ τὴν κύουσαν. Οἱ φίλοι δ' ἐς σατραπείας ἐνείμαντο τὰ ἔθνη, Περδίκκου διανέμοντος αὐτοῖς ὑπὸ τῷ βασιλεῖ Φιλίππῳ. Καὶ οὐ πολὺ ὕστερον, τῶν βασιλέων ἀποθανόντων, βασιλεῖς ἐγένοντο οἱ σατράπαι. Σύρων δὴ πρῶτος γίγνεται σατράπης Λαομέδων ὁ Μιτυληναῖος, ἔκ τε Περδίκκου, καὶ ἐξ Ἀντιπάτρου, τοῦ μετὰ τὸν Περδίκκαν προστατεύσαντος τῶν βασιλέων. Λαομέδοντα δ' ἐπιπλεύσας Πτολεμαῖος, ὁ τῆς Αἰγύπτου σατράπης, ἔπειθε πολλοῖς χρήμασιν ἐγχειρίσαι οἱ τὴν Συρίαν, προβολήν τε οὖσαν Αἰγύπτου, καὶ ἐπιχείρημα κατὰ Κύπρου. Καὶ οὐ πειθόμενον, συλλαμβάνει. Ὁ δὲ, τοὺς φύλακας διαφθείρας, πρὸς Ἀλκέταν ἔφυγεν ἐς Καρίαν. Καί τινα χρόνον ὁ Πτολεμαῖος ἦρχε Συρίας καὶ φρουρὰς ἐν ταῖς πόλεσι καταλιπὼν, ἐς Αἴγυπτον ἀπέπλει.

LIII. Ἀντίγονος δ' ἦν Φρυγίας μὲν καὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας σατράπης. Ἐπίσκοπος δ' εἶναι τῆς ὅλης Ἀσίας ἐξ Ἀντιπάτρου περῶντος ἐς τὴν Εὐρώπην ἀπολελειμμένος, Εὐμενῆ τὸν Καππαδοκίας σατράπην, ψηφισαμένων εἶναι πολέμιον τῶν Μακεδόνων, ἐπολιόρκει. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐκφεύγει, καὶ τὴν Μηδικὴν ἐκρατύνετο ἑαυτῷ. Ἀλλ' Εὐμενῆ μὲν κτείνει καταλαβὼν ὁ Ἀντίγονος· καὶ ἐπανιὼν, ὑπεδέχθη λαμπρῶς ὑπὸ Σελεύκου σατραπεύοντος ἐν Βαβυλῶνι. Ὑβρίσαντος δέ τινα τῶν ἡγεμόνων τοῦ Σελεύκου, καὶ οὐ κοινώσαντος Ἀντιγόνῳ παρόντι, χαλεπήνας ὁ Ἀντίγονος ᾔτει λογισμοὺς χρημάτων τε καὶ κτημάτων. Ὁ δὲ, ἀσθενέστερος ὢν Ἀντιγόνου, πρὸς Πτολεμαῖον ἐς Αἴγυπτον ὑπεχώρει. Καὶ ὁ Ἀντίγονος εὐθὺς ἐπὶ τῇ φυγῇ Σελεύκου, Βλίτορά τε, Μεσοποταμίας ἡγούμενον, παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, ὅτι Σέλευκον μεθῆκεν ἀπιόντα· καὶ τὴν Βαβυλωνίαν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ ὅσα ἄλλα ἐκ Μήδων ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἔθνη, καθίστατο

minibus. Gabinio proxime, ni fallor, in Syria provincia successit Crassus; qui, bellum Parthis inferens, magnam illam cladem accepit. L. Bibulo vero Syriam post Crassum obtinente, Parthi in ipsam Syriam irruperunt. Sub Saxa autem, post Bibulum, iidem excurrerunt usque Ioniam, Romanis circa bella civilia occupatis. Verum hæc accuratius in Libro de rebus Parthicis exponentur.

LII. Hoc autem volumen quum rebus Syriacis dicatum sit, qua ratione ad Romanos devenerit Syria, et quomodo in præsentem statum redacta sit, expositum est. Neque vero alienum ab hoc argumento fuerit, Macedonum in eadem Syria res gestas percurrere, qui ante Romanos ibi regnarunt. Syriæ igitur, post Persas, imperavit Alexander, is, qui tot regionibus, quotquot adiit, imperavit. Post obitum vero Alexandri, quum filiorum ejus alter admodum puer, alter adhuc in utero materno esset, Macedones, amore stirpis Philippi, elegerunt sibi regem Aridæum, fratrem Alexandri, quamvis mentis, ut putabatur, non satis compotem; mutato in Philippum Aridæi nomine: qui regnaret, dum adhuc sub educatoribus essent Alexandri filii. Nam et mater prægnans asservabatur. Amici vero Alexandri subactas gentes diviserunt in satrapias, Perdicca divisore ex regis Philippi auctoritate. Nec multo post, mortuis regibus, regium nomen sumserunt satrapæ. Syriæ primus præpositus est satrapa Laomedon Mitylenæus, favore Perdiccæ, et Antipatri, qui post Perdiccam res administrabat pro regibus. Ad hunc Laomedontem Ptolemæus, Ægypti satrapa, cum classe profectus, oblato ingenti auri pondere eum tentavit, ut Syriam sibi traderet; unde Ægyptum commode tueri, et Cyprum invadere posset. Quod quum non impetrasset, comprehendit Laomedontem: qui, corruptis custodibus, ad Alcetam profugit in Cariam. Sic Ptolemæus aliquamdiu Syria potitus est; relictisque ibi præsidiis, in Ægyptum cum classe rediit.

LIII. Antigonus Phrygiæ et Lyciæ Pamphyliæque satrapiam obtinuerat. Idemque, ab Antipatro, in Europam trajiciente, inspector totius Asiæ relictus, Eumenem, Cappadociæ satrapam, hostem a Macedonibus judicatum, obsidione cinxit. At ille elapsus, contractis copiis, occupavit Mediam: ubi captus ab Antigono, et occisus est. Antigonus, indè revertens, exceptus est magnifice a Seleuco, satrapa Babyloniæ. Quum vero Seleucus mulctasset ex ducibus aliquem, non communicato cum Antigono, qui tunc aderat, consilio, indignatus ille, rationes ab eo poposcit rerum atque pecuniarum. Et Seleucus, Antigono impar, ad Ptolemæum in Ægyptum clandestina fuga secessit. Moxque Antigonus Blitorem, præpositum Mesopotamiæ, magistratu amovit, quod Seleucum abeuntem transmisisset. Deinde Babyloniam, et Mesopotamiam, et quotquot aliæ gentes a Medis ad Hellespontum pertinent, defuncto jam Antipatro, sibi

ἑαυτῷ, ἤδη καὶ Ἀντιπάτρου τεθνεῶτος. Ἐπίφθονός τε εὐθὺς ἐκ τῶνδε τοῖς ἄλλοις σατράπαις ἐγίγνετο, γῆς ἄρχων τοσῆσδε. Διὸ καὶ μάλιστα τῷ Σελεύκῳ παρακαλοῦντι συνέθεντο Πτολεμαῖός τε, καὶ Λυσίμαχος ὁ Θρᾴκης σατράπης, καὶ Κάσσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου, Μακεδόνων ἐπὶ τῷ πατρὶ ἡγούμενος· καὶ ὁμοῦ πρεσβευσάμενοι, τὸν Ἀντίγονον ἠξίουν τὴν ἐπίκτητον αὐτῷ γενομένην γῆν τε καὶ χρήματα πρός τε σφᾶς νείμασθαι, καὶ πρὸς ἑτέρους Μακεδόνας, οἳ τῶν σατραπειῶν ἐκπεπτώκεσαν. Ἐπιχλευάσαντος δὲ αὐτοὺς τοῦ Ἀντιγόνου, οἱ μὲν ἐς πόλεμον καθίσταντο κοινόν· ὁ δὲ ἀντιπαρεσκευάζετο, καὶ ἐξέβαλλε τὰς φρουρὰς ὅσαι ἔτι ἦσαν ἐν τῇ Συρίᾳ Πτολεμαίου· Φοινίκης τε καὶ τῆς λεγομένης Κοίλης τὰ ἔτι ὑπήκοα τοῦ Πτολεμαίου πρὸς ἑαυτὸν ἀθρόως περιέσπα.

LIV. Χωρῶν δ' ὑπὲρ τὰς Κιλικίους πύλας, Δημήτριον τὸν υἱὸν, ἀμφὶ δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονότα, ἐν Γάζῃ μετὰ τοῦ στρατοῦ καταλείπει, πρὸς τὰς ὁρμὰς Πτολεμαίου τὰς ἀπ' Αἰγύπτου. Τοῦτον ὁ Πτολεμαῖος ἐνίκα περὶ τὴν Γάζαν μάχῃ λαμπρῶς, καὶ τὸ μειράκιον ἐς τὸν πατέρα ἐχώρει. Πτολεμαῖος δ' αὐτίκα τὸν Σέλευκον ἐς τὴν Βαβυλῶνα πέμπει, τὴν ἀρχὴν ἀναληψόμενον· καὶ πεζοὺς ἐς τοῦτο ἔδωκεν αὐτῷ χιλίους καὶ τριακοσίους ἱππέας. Καὶ σὺν οὕτως ὀλίγοις ὁ Σέλευκος τήν τε Βαβυλωνίαν, προθύμως αὐτὸν ἅμα τῶν ἀνδρῶν ἐκδεχομένων, ἀνέλαβε, καὶ τὴν ἀρχὴν μετ' οὐ πολὺ εἰς μέγα προήγαγεν. Ὁ δ' Ἀντίγονος Πτολεμαῖον ἠμύνετο, καὶ ναυμαχίᾳ περὶ Κύπρον ἐνίκα περιφανεῖ, Δημητρίου τοῦ παιδὸς στρατηγοῦντος. Ἐφ' ὅτῳ λαμπροτάτῳ γενομένῳ, ὁ στρατὸς ἀνεῖπεν ἄμφω βασιλέας, Ἀντίγονόν τε καὶ Δημήτριον, ἤδη καὶ τῶν βασιλέων τεθνεώτων, Ἀριδαίου τε τοῦ Φιλίππου, καὶ Ὀλυμπιάδος, καὶ τῶν υἱῶν Ἀλεξάνδρου. Ἀνεῖπε δὲ καὶ Πτολεμαῖον ὁ οἰκεῖος αὐτοῦ στρατὸς βασιλέα, ὡς μή τι διὰ τὴν ἧσσαν μειονεκτοίη τῶν νενικηκότων. Τοῖσδε μὲν δὴ τυχεῖν ὁμοίων συνηνέχθη κατ' ἐναντίας αἰτίας. Ἕσποντο δ' εὐθὺς αὐτοῖς οἱ λοιποὶ, καὶ βασιλεῖς ἅπαντες ἐκ σατραπῶν ἐγίγνοντο.

LV. Οὕτω δὴ καὶ ὁ Σέλευκος ἐβασίλευσε τῆς Βαβυλωνίας. Ἐβασίλευσε δὲ καὶ Μηδίας, Νικάτορα κτείνας αὐτὸς ἐν τῇ μάχῃ, τὸν ὑπ' Ἀντιγόνου Μηδίας σατραπεύειν ἀπολελειμμένον. Πολέμους δ' ἐπολέμησε πολλοὺς Μακεδόσι καὶ βαρβάροις. Καὶ τούτων Μακεδόσι μὲν δύο μεγίστους· τὸν μὲν ὕστερον, Λυσιμάχῳ βασιλεύοντι Θρᾴκης· τὸν δὲ πρότερον, Ἀντιγόνῳ περὶ Ἶψον τῆς Φρυγίας, αὐτῷ στρατηγοῦντι, καὶ αὐτῷ μαχομένῳ, καίπερ ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη γεγονότι. Πεσόντος δ' Ἀντιγόνου κατὰ τὴν μάχην, ὅσοι βασιλεῖς τὸν Ἀντίγονον ἅμα τῷ Σελεύκῳ καθῃρήκεσαν, τὴν Ἀντιγόνου γῆν διενέμοντο. Καὶ ὁ Σέλευκος τότε τῆς μετ' Εὐφράτην Συρίας ἐπὶ θαλάσσῃ, καὶ Φρυγίας τῆς ἀνὰ τὸ μεσόγαιον, ἄρχειν διέλαχεν. Ἐφεδρεύων δὲ ἀεὶ τοῖς ἐγγὺς ἔθνεσι, καὶ δυνατὸς ὢν βιάσασθαι, καὶ πιθανὸς προσαγαγέσθαι, ἦρξε Μεσοποταμίας, καὶ Ἀρμε-

ipsi subjecit. Ex quo magnam sibi statim cæterorum satraparum invidiam contraxit, tantum terrarum obtinens. Quam ob causam maxime, hortante Seleuco, initum contra Antigonum fœdus est inter ipsum Seleucum, et Ptolemæum, Lysimachumque Thraciæ satrapam, et Cassandrum, Antipatri filium, qui Macedonibus post obitum patris præerat. A quibus communis legatio missa est ad Antigonum, quæ terras recens ab illo occupatas pecuniasque publicas repeteret, dividendas cum ipsis, et cum cæteris Macedonibus qui satrapias suas amisissent Legatis autem exceptis ludibrio, commune bellum in eum conflatum est. Neque vero ipse Antigonus cessavit; sed præsidia Ptolemæi, quotquot adhuc in Syria erant, ejecit, et quidquid in Phœnicia ac Cœlesyria Ptolemæo adhuc paruerat, id omne ei ademit.

LIV. Deinde ultra portas Cilicias profectus, Demetrium filium, annos ferme XXII natum, Gazæ reliquit cum exercitu, ut Ptolemæum ex Ægypto advenientem reprimeret. Sed hunc Ptolemæus magno prælio victum, coegit ad patrem refugere. Moxque Seleucum in Babyloniam ad principatum recipiendum misit, datis in hoc M. peditibus, cum CCC equitibus. Et cum tam parva manu Babyloniam, cupide acceptus ab incolis, recepit Seleucus; et brevi tempore plurimum auxit imperium. Antigonus vero Ptolemæum repressit, eumdemque navali prælio, quo Demetrius filius præerat classi, apud Cyprum vicit egregie. Ob quam rem, præclarissime gestam, et Antigonum et Demetrium reges appellavit exercitus; exstinctis jam regibus, Aridæo Philippi filio, et Olympiade, filiisque Alexandri. Moxque etiam Ptolemæum regem salutavit suus exercitus; ne propter acceptam cladem videretur victori cedere. Atque ita disparem casum par eventus secutus est. Id exemplum statim imitati reliqui omnes, e satrapis reges exorti sunt.

LV. Sic igitur Seleucus Babyloniæ rex factus est; et Mediam quoque regno suo adjecit, Nicatore sua manu cæso in pugna, cui Antigonus Mediæ satrapiam commiserat. Multaque postea bella gessit Seleucus, contra Macedonas ac barbaros; sed duo maxima contra Macedonas; posterius, adversus Lysimachum Thraciæ regem: prius, adversus Antigonum, qui commissa ad Ipsum, Phrygiæ oppidum, pugna cecidit; quum, octogenario licet major, et exercitui adhuc præfuisset, et ipse fortiter pugnasset. Antigono sublato, fœderati reges victores ditionem ejus inter se partiti sunt. Qua partitione Seleucus Syriam, ab Euphrate usque ad mare, et Phrygiam mediterraneam, sorte accepit. Quoniam autem nullam unquam occasionem prætermittebat opum ampliandarum, tam viribus ad subjugandum, quam verbis ad conciliandum, efficax; acquisivit insuper Mesopotamiam,

νίας, καὶ Καππαδοκίας τῆς Σελευκίδος λεγομένης, καὶ Περσῶν, καὶ Παρθυαίων, καὶ Βακτρίων, καὶ Ἀραβίων, καὶ Ταπύρων, καὶ τῆς Σουγδιανῆς, καὶ Ἀραχωσίας καὶ Ὑρκανίας, καὶ ὅσα ἄλλα ὅμορα ἔθνη μέχρι Ἰνδοῦ ποταμοῦ Ἀλεξάνδρῳ γεγένητο δορίληπτα· ὡς ὡρίσθαι τῷδε μάλιστα μετ' Ἀλέξανδρον τῆς Ἀσίας τὸ πλέον. Ἀπὸ γὰρ Φρυγίας ἐπὶ ποταμὸν Ἰνδὸν ἄνω, πάντα Σελεύκῳ κατήκουε. Καὶ τὸν Ἰνδὸν περάσας, ἐπολέμησεν Ἀνδροκόττῳ, βασιλεῖ τῶν περὶ αὐτὸν Ἰνδῶν· μέχρι φιλίαν αὐτῷ καὶ κῆδος συνέθετο. Καὶ τῶνδε τὰ μὲν πρὸ τῆς Ἀντιγόνου τελευτῆς, τὰ δὲ μετ' Ἀντίγονον ἐποίησε.

LVI. Λέγεται δ' αὐτῷ, στρατιώτῃ βασιλέως ἔτι ὄντι, καὶ ἐπὶ Πέρσας ἑπομένῳ, χρησμὸν ἐν Διδυμέως γενέσθαι, πυνθανομένῳ περὶ τῆς εἰς Μακεδονίαν ἐπανόδου·

Μὴ σπεῦδ' Εὐρώπην, Ἀσίη τοι πολλὸν ἀμείνων.

Καὶ ἐν Μακεδονίᾳ τὴν ἑστίαν αὐτῷ τὴν πατρῴαν, οὐδενὸς ἅψαντος, ἐκλάμψαι πῦρ μέγα. Καὶ ὄναρ αὐτοῦ τὴν μητέρα ἰδεῖν, ὃν ἂν εὕροι δακτύλιον, δοῦναι φόρημα Σελεύκῳ· τὸν δὲ βασιλεύειν, ἔνθα ἂν ὁ δακτύλιος ἐκπέσῃ. Καὶ ἡ μὲν εὗρεν ἄγκυραν ἐν σιδήρῳ κεχαραγμένην· ὁ δὲ τὴν σφραγῖδα τήνδε ἀπώλεσε κατὰ τὸν Εὐφράτην. Λέγεται καὶ ἐς τὴν Βαβυλωνίαν ἀπιόντα ὕστερον, προσκόψαι πρὸς λίθῳ, καὶ τὸν λίθον ἀνασκαφέντα ἄγκυραν ὀφθῆναι. Θορυβουμένων δὲ τῶν μάντεων, ὡς ἐπὶ συμβόλῳ κατοχῆς, Πτολεμαῖον τὸν Λάγου παραπέμποντα εἰπεῖν, ἀσφαλείας τὴν ἄγκυραν, οὐ κατοχῆς, εἶναι σύμβολον. Καὶ Σελεύκῳ μὲν διὰ τοῦτο ἄρα καὶ βασιλεύσαντι ἡ σφραγὶς ἄγκυρα ἦν. Δοκεῖ δέ τισι, καὶ περιόντος ἔτι Ἀλεξάνδρου, καὶ ἐφορῶντος, ἕτερον τῷ Σελεύκῳ σημεῖον περὶ τῆς ἀρχῆς τοιόνδε γενέσθαι. Ἀλεξάνδρῳ γὰρ ἐξ Ἰνδῶν ἐς Βαβυλῶνα ἐπανελθόντι, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ τῇ Βαβυλῶνι λίμνας, ἐπὶ χρείᾳ τοῦ τὸν Εὐφράτην τὴν Ἀσσυρίδα γῆν ἀρδεύειν, περιπλέοντι, ἄνεμος ἐμπεσὼν ἥρπασε τὸ διάδημα· καὶ φερόμενον ἐκρεμάσθη δόνακος, ἐν τάφῳ τινὸς ἀρχαίου βασιλέως. Καὶ ἐσήμαινε μὲν ἐς τὴν τελευτὴν τοῦ βασιλέως καὶ τόδε. Ναύτην δέ φασιν, ἐκκολυμβήσαντα, περιθέσθαι τῇ κεφαλῇ τὸ διάδημα, καὶ ἐνεγκεῖν ἄβροχον Ἀλεξάνδρῳ· καὶ λαβεῖν τῆς προθυμίας αὐτίκα δωρεὰν παρὰ τοῦ βασιλέως, τάλαντον ἀργυρίου. Τῶν δὲ μάντεων αὐτὸν ἀναιρεῖν κελευόντων· οἱ μέν, πεισθῆναι τὸν Ἀλέξανδρον αὐτοῖς· οἱ δέ, ἀντειπεῖν. Εἰσὶ δέ, οἳ, τάδε πάντα ὑπερελθόντες, οὐ ναύτην ὅλως, φασίν, ἀλλὰ Σέλευκον ἐπὶ τὸ διάδημα τοῦ βασιλέως ἐκκολυμβῆσαι, καὶ περιθέσθαι Σέλευκον αὐτὸ τῇ κεφαλῇ, ἵνα ἄβροχον εἴη. Καὶ τὰ σημεῖα ἐς τέλος ἀμφοῖν ἀπαντῆσαι· Ἀλέξανδρόν τε γὰρ ἐν Βαβυλῶνι μεταστῆναι τοῦ βίου, καὶ Σέλευκον τῆς Ἀλεξάνδρου γῆς, ὅτι πλείστης μάλιστα τόνδε τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων, βασιλεῦσαι.

LVII. Τοσαῦτα μὲν δὴ περὶ τῶν Σελεύκῳ προμαντευθέντων ἐπυθόμην. Γίγνεται δ' εὐθὺς Ἀλεξάνδρου μεταστάντος ἡγεμὼν τῆς ἵππου τῆς ἑταιρικῆς· ἧς δὴ καὶ Ἡφαιστίων ἡγήσατο Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἐπὶ Ἡφαι-

Armeniam, Cappadociæ partem, quæ Seleucis appellatur, ad hæc Persas, Parthos, Bactros, Arabes, Tapyros, Sogdianos, Arachotas, Hyrcanos, aliasque conterminas gentes, quotquot ad Indum usque fluvium ab Alexandro fuerant devictæ. Itaque post Alexandrum nemo unquam plures terras in Asia, quam Seleucus, tenuit : nam a Phrygiæ terminis, Indum usque, Seleuco parebant omnia. Et Indo quoque trajecto, bellum gessit cum Sandrocotto, rege Indorum flumen id accolentium; donec intercedente affinitate pax secuta est. Hæc autem partim incolumi Antigono, partim post ejus mortem, gesta sunt.

LVI. Fertur autem, quum adhuc sub Alexandro militaret Seleucus, eumque ad Persicum bellum sequeretur, Didymæum consulens oraculum de reditu in Macedoniam, responsum tulisse hujusmodi :

Europe valeat, Asiam complectere tutus.

Et in Macedonia quoque paternum focum, nemine accendente, ingenti flamma colluxisse. Matrem etiam ejus, ferunt, per somnum sibi visam esse, quem annulum ipsa invenisset, Seleuco gestandum tradidisse; Seleucumque ibi regnasse, ubi excidisset annulus. Et invenit illa ferreum annulum cum insculpta ancora : et eum annulum Seleucus amisit circa fluvium Euphratem. Quin et illud fertur, quum postea (ad recuperandam) Babyloniam proficisceretur Seleucus, offendisse ad lapidem; quo effodi jusso, apparuisse ancoram. Quumque vates terrerentur hoc prodigio, quasi remorationem portenderet, Ptolemæum Lagi, qui eum comitabatur, dixisse, securitatis signum ancoram, non morarum, esse. Quibus de causis Seleucus etiam, postquam regnum adeptus est, ancora utebatur in annulo signatorio. Nec desunt qui affirment, Alexandro etiam tum superstite, et inspectante, aliud omen futuræ potentiæ obtigisse Seleuco hujusmodi : Alexandrum, ex India reversum Babylonem, lustrasse navigio paludes Babyloniæ, ut dispiceret de ratione irrigandi per Euphratem Assyriacos agros : coortoque vento abreptum regi diadema, proculque ablatum hæsisse in arundineto, quod prisci cujusdam regis sepulcrum tegebat; quo ipso jam fatale præsagium obitus imminentis regi continebatur. Tum vero nautarum unum, enatantem, diadema capiti suo imposuisse, atque adeo non madefactum retulisse ad Alexandrum; repensumque ei statim pro isto officio talentum argenti. Sed vatibus monentibus, ut tolleretur is homo, sunt, qui paruisse regem vatibus tradant; negant alii. Rursum alii, omissis hisce, contendunt, nequaquam nautam, sed ipsum Seleucum, enatasse, et diadema, ne fieret madidum, imposuisse suo capiti; fuisseque omina rata ambobus : nam et Alexandrum Babylone migrasse e vita, et Seleucum in maximam terrarum, quæ ei paruerant, partem successisse.

LVII. Et hæc quidem de omnibus, quæ Seleuco contigerunt, commemorata reperi. Cæterum, Alexandro mortuo, statim præfectus erat alæ domesticorum regis equitum; cui Hephæstion rege vivo, et post eum Perdicca præfuerat.

στίωνι Περδίκκας· μετὰ δὲ τὴν ἵππον, σατράπης τε τῆς Βαβυλωνίας, καὶ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ σατραπείᾳ. Γενομένῳ δὲ αὐτῷ τὰ ἐς πολέμους ἐπιτυχεστάτῳ, Νικάτωρ ἐπώνυμον γίγνεται· τῷδε γὰρ ἀρέσκομαι μᾶλλον, τοῦ Νικάτορα κτεῖναι. Καὶ τὸ σῶμα ὄντι εὐρώστῳ τε καὶ μεγάλῳ, καὶ ταῦρον ἄγριον, ἐν Ἀλεξάνδρου θυσίᾳ ποτὲ ἐκθορόντα τῶν δεσμῶν, ὑποστάντι μόνῳ, καὶ ταῖς χερσὶ μόναις κατειργασμένῳ, προστιθέασιν ἐς τοὺς ἀνδριάντας ἐπὶ τῷδε κέρατα. Πόλεις δὲ ᾤκισεν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης, ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας, ἐπὶ τῷ πατρί· πέντε δὲ ἐπὶ τῇ μητρὶ, Λαοδικείας· ἐννέα δ' ἐπωνύμους ἑαυτοῦ· τέσσαρας δ' ἐπὶ ταῖς γυναιξὶ, τρεῖς Ἀπαμείας, καὶ Στρατονίκειαν μίαν. Καί εἰσιν αὐτῶν ἐπιφανέσταται καὶ νῦν, Σελεύκειαι μὲν, ἥ τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ· Λαοδίκεια δὲ ἡ ἐν τῇ Φοινίκῃ, καὶ Ἀντιόχεια ἡ ὑπὸ τῷ Λιβάνῳ ὄρει, καὶ ἡ τῆς Συρίας Ἀπάμεια. Τὰς δὲ ἄλλας ἐκ τῆς Ἑλλάδος Μακεδονίας ὠνόμαζεν, ἢ ἐπὶ ἔργοις ἑαυτοῦ τισιν, ἢ ἐς τιμὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως. Ὅθεν ἐστὶν ἐν τῇ Συρίᾳ, καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτὴν ἄνω βαρβάροις, πολλὰ μὲν Ἑλλήνων, πολλὰ δὲ Μακεδονικῶν πολισμάτων ὀνόματα· Βέῤῥοια, Ἔδεσσα, Πέρινθος, Μαρώνεια, Καλλίπολις, Ἀχαΐα, Πέλλα, Ὠρωπὸς, Ἀμφίπολις, Ἀρέθουσα, Ἀστακὸς, Τέγεα, Χαλκὶς, Λάρισσα, Ἡραία, Ἀπολλωνία· ἐν δὲ τῇ Παρθυήνῃ, Σώτειρα, Καλλιόπη, Χάρις, Ἑκατόμπυλος, Ἀχαΐα· ἐν δ' Ἰνδοῖς, Ἀλεξανδρόπολις· ἐν δὲ Σκύθαις, Ἀλεξανδρέσχατα. Καὶ ἐπὶ ταῖς αὐτοῦ Σελεύκου νίκαις ἐστὶ Νικηφόριόν τε ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, καὶ Νικόπολις ἐν Ἀρμενίᾳ, τῇ ἀγχοτάτω μάλιστα Καππαδοκίας.

LVIII. Φασὶ δὲ αὐτῷ τὰς Σελευκείας οἰκίζοντι, τὴν μὲν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, διοσημίαν ἡγήσασθαι κεραυνοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο θεὸν αὐτοῖς κεραυνὸν ἔθετο· καὶ θρησκεύουσι καὶ ὑμνοῦσι καὶ νῦν κεραυνόν. Ἐς δὲ τὴν ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ἡμέραν ἐπιλέξασθαι τοὺς μάγους κελευομένους, καὶ τῆς ἡμέρας ὥραν, ᾗ τῶν θεμελίων ἄρξασθαι τῆς ὀρυχῆς ἔδει, ψεύσασθαι τὴν ὥραν τοὺς μάγους, οὐκ ἐθέλοντας ἐπιτείχισμα τοιόνδε σφίσι γενέσθαι. Καὶ Σέλευκος μὲν ἐν τῇ σκηνῇ τὴν δεδομένην ὥραν ἀνέμενεν· ὁ δὲ στρατὸς, ἐς τὸ ἔργον ἕτοιμος, ἀτρεμῶν ἔστε σημήνειεν ὁ Σέλευκος, ἄφνω κατὰ τὴν αἰσιωτέραν ὥραν δόξαντές τινα κελεύειν, ἐπὶ τὸ ἔργον ἀνεπήδησαν, ὡς μηδὲ τῶν κηρύκων ἐρυκόντων ἔτι ἀνασχέσθαι. Τὸ μὲν δὴ ἔργον ἐξετετέλεστο. Σελεύκῳ δὲ ἀθύμως ἔχοντι, καὶ τοὺς μάγους αὖθις ἀνακρίνοντι περὶ τῆς πόλεως, ἄδειαν αἰτήσαντες ἔλεγον οἱ μάγοι· « Τὴν πεπρωμένην, ὦ βασιλεῦ, μοῖραν χείρονά τε καὶ κρείσσονα, οὐκ ἔστιν οὔτε ἀνδρὸς, οὔτε πόλεως, ἐναλλάξαι. Μοῖρα δέ τις καὶ πόλεών ἐστιν, ὥσπερ ἀνδρῶν. Καὶ τήνδε χρονιωτάτην μὲν ἐδόκει τοῖς θεοῖς γενέσθαι, ἀρχομένην ἐκ τῆσδε τῆς ὥρας, ἧς ἐγένετο. Δειμαίνοντες δ' ἡμεῖς, ὡς ἐπιτείχισμα ἡμῖν ἐσομένην, παρεφέρομεν τὸ πεπρωμένον. Τὸ δὲ κρεῖσσον ἦν καὶ μάγων πανουργούντων, καὶ βασιλέως ἀγνοοῦντος αὐτό.

Hinc ad Satrapiam Babyloniæ, ac postremo ad regnum, promotus est. Et quia singulari in bellis felicitate erat usus, Nicator est cognominatus : hoc enim credere malim, quam cognomen ex Nicatore cæso retulisse. Tam robusto autem grandique corpore Seleucus fuit, ut taurum ferocem, sacrificante Alexandro vinculis ruptis profugum, solus retinuerit, nudisque manibus confecerit : in cujus rei memoriam affingi statuis ejus cornua solent. Ornavit autem imperium suum exstructis per totam ejus amplitudinem urbibus : quarum sedecim a patre denominavit Antiochias; sex a matre, Laodiceas, novem a se, Seleucias; quatuor ab uxoribus, tres Apameas, unam Stratoniceam. Ex quibus clarissimæ etiam nunc sunt Seleuciæ duæ, altera ad mare, altera ad Tigrim fluvium; tum Laodicea in Phœnice, Antiochia sub Libano, et Apamea Syriæ. Aliis vero nomina ex Græcia vel Macedonia imposuit, aut ex rebus quibusdam a se gestis, aut in Alexandri regis honorem. Quo factum est, ut in Syria, et in barbaris superioris Asiæ regionibus, multa oppidorum Græcorum vel Macedonicorum nomina celebrentur : qualia sunt Berrhœa, Edessa, Perinthus, Maronea, Callipolis, Achaia, Pella, Oropus, Amphipolis, Arethusa, Astacus, Tegea, Chalcis, Larissa, Heræa, Apollonia : in Parthia quoque, Sotera, Calliope, Charis, Hecatompylos, Achaia : in India, Alexandropolis : in Scythia, Alexandreschata. Ex victoriis autem Seleuci acceperunt nomina Nicephorium in Mesopotamia; Nicopolis in Armenia, Cappadociæ finitima.

LVIII. Tradunt autem, duas Seleucias condenti Seleuco signa divinitus missa præivisse. Et in illa quidem, quæ ad mare est, fulmine duce usus esse memoratur. Quare et incolis ejus urbis fulmen tanquam numen consecravit Seleucus; quod hodieque hymnis propriis ac ceremoniis ab eisdem colitur. Quum vero Seleuciam ad Tigrim conderet, Magos, aiunt, jussos diem horamque eligere, qua fundamentorum fodiendorum fieret initium, mentitos esse horam; quod nollent, tantam urbem velut arcem contra sese muniri. Quumque rex præscriptam horam exspectaret in tentorio, et milites, ad opus parati, silentio signum operirentur, repente, feliciori hora, visi sunt sibi audire vocem jubentis : moxque ad opus prosiluerunt tanta alacritate, ut a prohibentibus præconibus nullo pacto amplius cohiberi potuerint. Quo facto contristatum Seleucum, et de fato urbis denuo perquirentem, Magi, impunitatis spe impetrata, sic afflati sunt : « Fatalem necessitatem, rex, sive malam, sive bonam, nec homo nec urbs mutare potest. Sunt enim et urbibus sua fata, sicut hominibus. Hunc vero per plurima secula manere, diis placuit; quando initium ejus in hanc, qua oriri cœpit, horam incidit. Nos vero, timentes talem munitionem contra nos erigendam, falso fatum interpretabamur. At illa plus valuerunt, quam vel Magorum versutia, vel regis ignoratio. Itaque fortuna ipsa, quod felicius erat,

Τοιγάρτοι τὸ δαιμόνιον τὰ αἰσιώτερα τῷ στρατῷ προσέταξε. Καὶ τοῦτο ἔνι σοι καταμαθεῖν ὧδε, ἵνα μή τι καὶ νῦν ἡμᾶς ἔτι τεχνάζειν ὑπονοῇς. Αὐτός τε γὰρ ὁ βασιλεὺς σὺ τῷ στρατῷ παρεκάθησο, καὶ τὸ κέλευσμα αὐτὸς ἐδεδώκεις ἀναμένειν. Καὶ ὁ εὐπειθέστατος ὤν σοι πρὸς κινδύνους καὶ πόνους, οὐκ ἠνέσχετο νῦν οὐδὲ ἀναπαύσεως ἐπιτάγματος, ἀλλ' ἀνέθορεν· οὐδὲ ἀνὰ μέρος, ἀλλ' ἀθρόως, ἐπιστάταις αὐτοῖς· καὶ ἐνόμιζε κεκελεῦσθαι. Καὶ κεκέλευστο δή. Διόπερ οὐδὲ σοῦ κατερύκοντος αὐτοὺς ἔτι ἐπείθοντο. Τί ἂν οὖν βασιλέως ἐν ἀνθρώποις εἴη καρτερώτερον ἄλλο θεοῦ; ὃς τῆς σῆς γνώμης ἐπεκράτησε, καὶ ἡγεμόνευσέ σοι τῆς πόλεως ἀντὶ ἡμῶν, δυσμεναίνων ἡμῖν τε καὶ γένει παντὶ τῷ περιοίκῳ; Ποῦ γὰρ ἔτι τὰ ἡμέτερα ἰσχύσει, δυνατωτέρου γένους παρῳκισμένου; Ἡ μὲν δὴ πόλις σοι γέγονε σὺν τύχῃ, καὶ μεγιστεύσει, καὶ χρόνιος ἔσται. Σὺ δὲ ἡμῖν, ἐξαμαρτοῦσιν ὑπὸ δέους οἰκείων ἀγαθῶν ἀφαιρέσεως, τὴν συγγνώμην βεβαίου. » Ταῦτα τῶν μάγων εἰπόντων, ὁ βασιλεὺς ἥσθη, καὶ συνέγνω. Τοιάδε μὲν ἐπυθόμην περὶ Σελευκείας.

LIX. Ὁ δὲ Σέλευκος τὸν υἱὸν Ἀντίοχον, περιὼν ἔτι, τῆς ἄνω γῆς βασιλεύειν ἀπέφηνεν ἀνθ' ἑαυτοῦ. Καὶ εἴ τῳ μεγαλόφρον εἶναι τόδε φαίνεται καὶ βασιλικὸν, μεγαλοφρονέστερον ἔτι καὶ σοφώτερον ἤνεγκε τὸν ἔρωτα τοῦ παιδὸς, καὶ τὴν ἐς τὸ πάθος αὐτοῦ σωφροσύνην. Ἤρα μὲν γὰρ ὁ Ἀντίοχος Στρατονίκης τῆς αὐτοῦ Σελεύκου γυναικὸς, μητρυιᾶς οἱ γενομένης, καὶ παῖδα ἤδη τῷ Σελεύκῳ πεποιημένης. Συγγινώσκων δὲ τὴν ἀθεμιστίαν τοῦ πάθους, οὔτε ἐπεχείρει τῷ κακῷ, οὔτε προὔφερεν· ἀλλ' ἐνόσει, καὶ παρεῖτο, καὶ ἑκὼν ἐς τὸν θάνατον συνήργει. Οὐδ' ὁ περιώνυμος ἰατρὸς Ἐρασίστρατος, ἐπὶ μεγίσταις συντάξεσι Σελεύκῳ συνὼν, εἶχε τεκμήρασθαι τοῦ πάθους· μέχρι, φυλάξας καθαρὸν ἐκ πάντων τὸ σῶμα, εἴκασεν, εἶναι τῆς ψυχῆς τὴν νόσον· ᾗ δὴ καὶ ἐῤῥωμένῃ καὶ νοσούσῃ τὸ σῶμα συναισθέσθαι. Λύπας μὲν οὖν καὶ ὀργὰς καὶ ἐπιμελείας ἄλλας ὁμολογεῖσθαι, ἔρωτα δ' ἐπικρύπτεσθαι πρὸς τῶν σωφρόνων. Οὐδὲν δὲ οὐδ' ὡς τοῦ Ἀντιόχου φράζοντος αὐτῷ, λιπαροῦντι μαθεῖν ἐν ἀποῤῥήτῳ, παρεκαθέζετο, καὶ ἐφύλασσε τὰς τοῦ σώματος μεταβολὰς, ὅπως ἔχοι πρὸς ἕκαστον τῶν εἰσιόντων. Ὡς δὲ εὗρεν, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων σβεννύμενον ἀεὶ τὸ σῶμα καὶ μαραινόμενον ὁμαλῶς· ὅτε δὲ ἡ Στρατονίκη παρίοι πρὸς αὐτὸν ἐπισκεψομένη, τὴν μὲν γνώμην ὑπ' αἰδοῦς καὶ συνειδότος τότε μάλιστα αὐτὸν ἐνοχλούμενον καὶ σιωπῶντα, τὸ δὲ σῶμα καὶ ἄκοντος αὐτοῦ θαλερώτερόν τε γιγνόμενον αὐτῷ καὶ ζωτικώτερον, καὶ αὖθις ἀπιούσης ἀσθενέστερον· ἔφη τῷ Σελεύκῳ, τὸν υἱὸν ἀνιάτως ἔχειν αὐτῷ. Ὑπεραλγήσαντος δὲ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐκβοήσαντος εἶπεν· Ἔρως ἐστὶ τὸ πάθος, καὶ ἔρως γυναικὸς, ἀλλ' ἀδύνατος.

LX. Σελεύκου δὲ θαυμάσαντος, εἴ τινα μὴ δύναιτο πεῖσαι Σέλευκος, ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, ἐπὶ γάμῳ τοιοῦδε παιδὸς, ἱκεσίᾳ τε καὶ χρήμασι καὶ δωρεαῖς,

XI. Romani vero Nicomedem simul et Ariobarzanem in suum quemque regnum restituerunt; legatione ad hoc missa, cujus princeps erat Manius Aquilius, jussisque adjutare Lucio Cassio, qui Asiam Pergamenam cum exiguo exercitu obtinebat, et hoc ipso Mithridate Eupatore. Verum hic quidem, propter ipsam Cappadociam Romanis infensus, et Phrygia etiam nuper ab eisdem (quemadmodum in Libro de rebus Græcorum diximus) spoliatus, nihil opis attulit. Cassius autem et Manius, cum Cassiano exercitu, aliisque copiis e Gallogræcia Phrygiaque magno numero contractis, reduxerunt Nicomedem in Bithyniam, et Ariobarzanem in Cappadociam. Statimque utrumque hortati sunt, ut, vicinam Mithridatis ditionem incursionibus vexando, materiam belli quærerent; spemque auxilii ab Romanis ostentabant. Uterque vero, metu potentiæ Mithridatis, cunctabatur tam grave bellum in vicinia concitare. Sed, urgentibus legatis, Nicomedes, qui magnam pecuniæ vim ducibus et ipsis legatis pro sua restitutione ex pacto debebat, et alias magnas summas a Romanis Asiaticis feneratoribus acceperat, quæ tunc repetebantur, invitus in ditionem Mithridatis irrupit, et usque Amastrim urbem populatus est, nemine vetante aut occurrente. Nam Mithridates, quamvis paratas haberet copias, tamen sese recipiebat, ut multas justasque causas belli nancisceretur.

XII. Postquam vero Nicomedes cum magna præda domum rediit, Pelopidam Mithridates misit ad Romanos duces legatosque; non ignarus quidem, ipsos appetere bellum, et incursionis ejus causam fuisse : sed, plures honestioresque futuri belli causas captans, dissimulabat, suamque ac paternam societatem et amicitiam commemorabat. « Pro qua (inquit Pelopidas) præmii loco adimitur regi Phrygia et Cappadocia : quarum hæc semper majorum ipsius fuerat possessio, ab hujus patre recepta : illa vero in victoriæ de Aristonico partæ mercedem ab imperatore vestro data, ac redemta nihilominus ab eodem ipso imperatore est magno auri pondere. Nunc vero etiam Nicomedem ostium Ponti sinitis intercludere, et agros usque Amastrim, vobis minime invitis, populari, prædamque ingentem abstrahere : quum rex meus neque non satis potens sit ad resistendum, neque non satis paratus; sed exspectaverit modo, ut vos ipsi testes oculati fieretis horum quæ geruntur. Ea igitur postquam vidistis, Mithridates, amicus vester et socius, vos, amicos sociosque (sic enim appellat fœdus), obsecrat, ut opem fe-

κουρεῖν ἡμῖν ἀδικουμένοις ὑπὸ Νικομήδους, ἢ κωλύειν αὐτὸν ἀδικοῦντα. »

XIII. Ὁ μὲν τοιαῦτα εἶπε. Νικομήδους δὲ πρέσβεις, ἐς ἀντιλογίαν αὐτῷ παρόντες, ἔφασαν· « Νικομήδει μὲν ἐκ πολλοῦ Μιθριδάτης ἐπιβουλεύων, Σωκράτη μετὰ στρατιᾶς ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἐπῆγεν, ἡσυχάζοντα καὶ δικαιοῦντα τὸν πρεσβύτερον ἄρχειν. Καὶ ὧδε Μιθριδάτης ἐς Νικομήδην ἔπραξεν, ὃν ὑμεῖς, ὦ Ῥωμαῖοι, Βιθυνῶν ἐστήσασθε βασιλεύειν· ὃ καὶ δῆλόν ἐστιν, οὐκ ἐς ἡμᾶς μᾶλλον, ἢ ἐς ὑμᾶς γεγονέναι. Τῷ δ' αὐτῷ λόγῳ κεκελευκότων ὑμῶν τοῖς ἐν Ἀσίᾳ βασιλεῦσι τῆς Εὐρώπης μηδὲ ἐπιβαίνειν, τὰ πολλὰ Χεῤῥονήσου περιέσπασε. Καὶ τάδε μὲν ἔστω τῆς ἐς ὑμᾶς ὕβρεώς τε καὶ δυσμενείας αὐτοῦ καὶ ἀπειθείας ἔργα. Ἡ παρασκευὴ δὲ ὅση· καὶ πᾶσα ἕτοιμος, ὡς ἐπὶ μέγαν δὴ καὶ ἐγνωσμένον πόλεμον ἤδη, τοῦ τε ἰδίου στρατοῦ, καὶ συμμάχων Θρακῶν καὶ Σκυθῶν, ὅσα τε ἄλλα πλησίον ἔθνη. Ἐς δὲ τὸν Ἀρμένιον αὐτῷ καὶ ἐπιγαμία γέγονε, καὶ ἐς Αἴγυπτον καὶ Συρίαν περιπέμπει, προσεταιριζόμενος τοὺς βασιλέας. Νῆές τε εἰσὶν αὐτῷ κατάφρακτοι τριακόσιαι, καὶ ἑτέρας προσαπεργάζεται· ἐπί τε πρῳρέας καὶ κυβερνήτας ἐς Φοινίκην καὶ ἐς Αἴγυπτον περιέπεμψεν. Ἅπερ οὐκ ἐπὶ Νικομήδει που, τοσάδε ὄντα, ἀλλ' ἐφ' ὑμῖν, ὦ Ῥωμαῖοι, Μιθριδάτης ἐργάζεται· δυσμεναίνων μὲν ἐξ οὗ Φρυγίαν αὐτὸν, πανούργως πριάμενον, καὶ δεκάσαντα τῶν ὑμετέρων τινὰ στρατηγῶν, ἀποθέσθαι προσετάξατε, τῆς οὐ δικαίας κτήσεως καταγνόντες· χαλεπαίνων δ' ἐπὶ Καππαδοκίᾳ, δεδομένῃ καὶ τῇδε πρὸς ὑμῶν Ἀριοβαρζάνῃ· δεδιὼς δ' αὐξομένους ὑμᾶς· καὶ παρασκευαζόμενος, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς προφάσει, καὶ ὑμῖν, εἰ δύναιτο, ἐπιθέσθαι. Σωφρόνων δ' ἐστὶ, μὴ περιμένειν, ὅτε πολεμεῖν ὑμῖν ὁμολογήσει· ἀλλ' ἐς τὰ ἔργα αὐτοῦ μᾶλλον, ἢ τοὺς λόγους ἀφορᾷν, μηδὲ φιλίας ὄνομα ἐπίπλαστον ὑποκρινομένῳ τοὺς ἀληθεῖς καὶ βεβαίους ἐκδοῦναι φίλους· μηδὲ τὴν σφετέραν περὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας κρίσιν ὑπεριδεῖν ἀκυρουμένην ὑπ' ἀνδρὸς ὁμοίως ἡμῖν τε καὶ ὑμῖν ἐχθροῦ. »

XIV. Ὧδε μὲν καὶ οἱ Νικομήδους ἔλεξαν. Ἐπελθὼν δὲ αὖθις ὁ Πελοπίδας ἐς τὸ τῶν Ῥωμαίων συνέδριον, περὶ μὲν τῶν πάλαι γεγονότων, εἴ τι Νικομήδης ἐπιμέμφοιτο, δικάσαι Ῥωμαίους ἠξίου· τὰ δὲ νῦν (ἐν ὄψει γὰρ ὑμῶν γέγονε, τῆς τε γῆς τῆς Μιθριδάτου δῃουμένης, καὶ τῆς θαλάττης ἀποκεκλεισμένης, καὶ λείας τοσῆσδε ἐλαυνομένης) οὐ λόγων ἔφη χρῄζειν, οὐδὲ κρίσεως. « Ἀλλ' αὖθις ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, ἢ κωλύειν τὰ γιγνόμενα, ἢ Μιθριδάτῃ συμμαχεῖν ἀδικουμένῳ, ἢ τελευταῖον, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μηδὲ κωλύειν ἀμυνόμενον, ἀλλ' ἀμφοῖν ἐκστῆναι τοῦ πόνου. » Τοσαῦτα τοῦ Πελοπίδου παλιλλογήσαντος, ἔγνωστο μὲν ἐκ πολλοῦ τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς ἐπικουρεῖν Νικομήδει, καὶ ἐς ὑπόκρισιν τῆς ἀντιλογίας ἠκροῶντο. Τὰ δὲ εἰρημένα ὅμως ὑπὸ τοῦ Πελοπίδου, καὶ τὴν Μιθρι-

ratis injurias a Nicomede patienti, aut saltem prohibeatis hominis violentiam. »

XIII. Quæ cum Pelopidas dixisset, legati Nicomedis, qui ad contra disserendum aderant, in hanc sententiam sunt locuti : « Mithridates, hostili pridem animo adversus Nicomedem agens, Socratem armis in regnum induxit; quieturum alioquin, et ætati fratris majoris concessurum. Et hæc contra eum Nicomedem, qui a vobis, Romani, Bithyniæ rex est constitutus, fecit Mithridates : unde satis apparet, non ad nos magis, quam ad vos, pertinere istam hominis injuriam. Pari ratione, quum vestrum edictum jubeat Asianos reges abstinere ab Europa, idem majorem Chersonesi partem sibi usurpavit. Quæ quum injuriarum erga vos, et hostilis animi contumacisque specimina ediderit : quo tandem pertinere putatis tantos illos apparatus? quos omnes, tanquam ad ingens ac jam decretum bellum, in promtu habet. Qui, præter proprias copias, a Thracibus, a Scythis, ab omnibus circumcirca gentibus, auxilia contraxit. Cum Armenio vero affinitatem quoque junxit; et in Ægyptum Syriamque mittit, qui societates regum ei comparent. Navesque stratas habet trecentas, et alias insuper ædificat, et e Phœnicia et Ægypto proretas ac gubernatores accivit. Quæ, tanta tamque multa, non tam contra Nicomedem profecto, quam contra vos, Romani, parat Mithridates; infensus vobis, ex quo eum Phrygia excedere jussistis, quam a vestrorum imperatorum aliquo, largitionibus corrupto, subdole mercatus erat; iratusque propter Cappadociam, ab eisdem vobis Ariobarzani datam; vestramque metuens crescentem potentiam; et ex vobis adversus vos occasionem captans, ut vos tandem, si possit, aggrediatur. Erit igitur sapientiæ vestræ, non exspectare, dum ille se hostem profiteatur, sed facta ejus magis, quam verba spectare; neque ei homini, qui fictæ amicitiæ nomen mentitur, veros firmosque prodere amicos; neque impune contemni sinere, irritumque fieri, vestrum de nostro regno judicium ab eo, qui nobis vobisque pariter inimicus est. »

XIV. Post hanc legatorum Nicomedis orationem, rursus in concilium Romanorum prodiens Pelopidas : « Si quæ sunt veteres, inquit, Nicomedis de Mithridate querelæ, earum judicium ad vos, Romani, deferimus. Sed recentia hæc, quæ ipsi vos aspexistis, ditionem Mithridatis vastari populationibus, mare claudi, prædas tantas ex agris abigi, neque verbis indigent, neque disceptationibus. Sed rursum obtestamur vos, principes Romani, aut prohibete injurias aut opem ferte indigna patienti Mithridati aut certe sinite ipsum se defendere, et neutri parti vos immiscete? » Hæc iterantem regerentemque Pelopidam, quanquam jam pridem auxilia Nicomedi decreverant, tamen dissimulantes audiebant Romani duces. Sed commoti Pelopidæ dictis, et nomen amicitiæ reveriti Mithridatis, et

δάτου φιλίαν, ἐνσύνθηκον ἔτι οὖσαν, αἰδούμενοι, ἠπόρουν ἀποκρίσεως ἐπὶ πολύ· μέχρι, ἐπιστήσαντες, μετὰ σοφίας ὧδε ἀπεκρίναντο· « Οὔτε Μιθριδάτην ἄν τι βουλοίμεθα πάσχειν ἄχαρι πρὸς Νικομήδους, οὔτε Νικομήδους ἀνεξόμεθα πολεμουμένου. Οὐ γὰρ ἡγούμεθα Ῥωμαίοις συμφέρειν, βλάπτεσθαι Νικομήδη. » Ταῦτα δ' εἰπόντες, τὸν Πελοπίδαν, βουλόμενον διελέγχειν τῆς ἀποκρίσεως τὴν ἀπορίαν, ἀπέπεμψαν ἐκ τοῦ συνεδρίου.

XV. Μιθριδάτης μὲν οὖν, ὡς ἐμφανῶς ἤδη πρὸς Ῥωμαίων ἀδικούμενος, ἔπεμπε σὺν πολλῇ χειρὶ τὸν υἱὸν Ἀριαράθην βασιλεύειν Καππαδοκίας. Καὶ εὐθὺς ἦρχεν αὐτῆς ὁ Ἀριαράθης, Ἀριοβαρζάνην ἐκβαλών. Πελοπίδας δὲ ἐς τοὺς Ῥωμαίων στρατηγοὺς αὖθις ἐλθών, ἔλεγεν ὧδε· « Ἃ μὲν ἠδικημένος πρὸς ὑμῶν, ὦ Ῥωμαῖοι, βασιλεὺς Μιθριδάτης ἔφερε, Φρυγίαν τε καὶ Καππαδοκίαν ἀφῃρημένος ἔναγχος, ἠκούσατε· ἃ δὲ Νικομήδης αὐτὸν ἔβλαπτεν, ὁρῶντες, ὑπερείδετε. Φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν ἡμῖν προφέρουσιν, ὥσπερ οὐκ ἐγκαλοῦσιν, ἀλλ' ἐγκαλουμένοις, ἀπεκρίνασθε, μὴ νομίζειν συμφέρειν τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι, βλάπτεσθαι Νικομήδη, οἷάπερ αὐτὸν ἀδικούμενον. Ὑμεῖς οὖν αἴτιοι τῷ κοινῷ Ῥωμαίων τοῦδε τοῦ περὶ Καππαδοκίαν γεγονότος. Διὰ γὰρ ὑμᾶς, ὧδε μὲν ἡμᾶς ὑπερορῶντας, ὧδε δὲ σοφίζοντας ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν, οὕτως ἔπραξεν ὁ Μιθριδάτης. Καὶ πρεσβεύσεται καθ' ὑμῶν ἐς τὴν ὑμετέραν βουλήν· ἐφ' ἣν ὑμῖν ἀπολογησομένοις ἐπαγγέλλει παρεῖναι, φθάνειν δὲ μηδὲν, μηδ' ἐξάρχειν ἄνευ τοῦ κοινοῦ τῶν Ῥωμαίων τοσοῦδε πόλεμου· ἐνθυμουμένους, ὅτι Μιθριδάτης μὲν βασιλεύει τῆς πατρῴας ἀρχῆς, ἣ δισμυρίων ἐστὶ σταδίων τὸ μῆκος· προσκέκτηται δὲ πολλὰ περίχωρα, καὶ Κόλχους, ἔθνος ἀρειμανὲς, Ἑλλήνων τε τοὺς ἐπὶ τοῦ Πόντου κατῳκισμένους, καὶ βαρβάρων τοὺς ὄντας ὑπὲρ αὐτούς. Φίλοις δ' ἐς πᾶν τὸ κελευόμενον ἑτοίμοις χρῆται, Σκύθαις τε καὶ Ταύροις, καὶ Βαστάρναις, καὶ Θρᾳξὶ, καὶ Σαρμάταις, καὶ πᾶσι τοῖς ἀμφὶ Τάναΐν τε καὶ Ἴστρον, καὶ τὴν λίμνην ἔτι τὴν Μαιώτιδα. Τιγράνης δ', ὁ Ἀρμένιος, αὐτῷ κηδεστής ἐστι· καὶ Ἀρσάκης, ὁ Παρθυαῖος, φίλος. Νεῶν τε πλῆθος ἔχει, τὸ μὲν, ἕτοιμον, τὸ δὲ γιγνόμενον ἔτι, καὶ παρασκευὴν ἐς πάντα ἀξιόλογον.

XVI. Οὐκ ἐψεύσαντο δ' ὑμῖν ἔναγχος οἱ Βιθυνοὶ καὶ περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Συρίᾳ βασιλέων· οὓς οὐ μόνον εἰκός ἐστιν ἡμῖν, εἰ πόλεμος γένοιτο, προσθήσεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν νεόκτητον ὑμῖν Ἀσίαν, καὶ Ἑλλάδα, καὶ Λιβύην, καὶ πολλὰ καὶ αὐτῆς Ἰταλίας, ὅσα, τὴν ὑμετέραν πλεονεξίαν οὐ φέροντα, πολεμεῖ νῦν ὑμῖν πόλεμον ἄσπειστον. Ὃν οὔπω διαθέσθαι δυνηθέντες, ἐπιχειρεῖτε Μιθριδάτῃ, Νικομήδην αὐτῷ καὶ Ἀριοβαρζάνην παρὰ μέρος ἐπιπέμποντες· καὶ φατὲ μὲν, εἶναι φίλοι καὶ σύμμαχοι, καὶ ὑποκρίνεσθε οὕτω, χρῆσθε δὲ ὡς πολεμίῳ. Φέρετε οὖν, καὶ νῦν, εἴ τι πρὸς τῶν γεγονότων εἰς μετάνοιαν ἤχθητε, ἢ Νικο-

qui fœdera nondum violasset, hæsitarunt diu, quidnam respondendum esset. Denique, re curatius perpensa, callidum hoc responsum dederunt : « Neque Mithridatem molestari placet a Nicomede, neque Nicomedi bellum inferri patiemur : non videtur enim e republica, Nicomedem detrimentis affici. » Hæc proloculi, Pelopidam, volentem id responsum ut perplexum coarguere, e concilio dimiserunt.

XV. Itaque Mithridates, ut aperte jam a Romanis læsus, misit cum magna manu filium Ariarathem ad occupandum regnum Cappadociæ : qui mox, Ariobarzane pulso, ibi regnavit. Tum Pelopidas, rursum aditis ducibus Romanis ita locutus est : « Quam patienter tulerit Mithridates rex ademtam sibi contra jus Phrygiam et nuper quoque Cappadociam, audivistis, Romani. Quas vero injurias eidem Nicomedes, vobis etiam inspectantibus, intulit, eas contemsistis : ac nobis, amicitiam societatemque vestram appellantibus, quasi non accusatoribus, sed, accusatis, respondistis, non videri e rep. vestra Nicomedem detrimentis affici : quasi vero ab aliquo afficeretur ille injuria. Vos igitur in causa estis, quod contra vestram remp. hæc gesta sint in Cappadocia. Nam propter vestram in rebus nostris negligentiam, vestrasque in responsis ludificationes, ita se gessit Mithridates. Et legatos, questum de vobis; ad senatum missurus est : vobisque denunciat, ut ibi ad causam dicendam adsitis, neve præpropere agatis quidquam, nec absque communi S. P. Q. R. decreto tantum bellum incipiatis. Juvabit enim vos, cogitasse, Mithridati paternum regnum esse, vicies quinquies centena M. P. patens in longitudinem, multasque circum vicinas gentes acquisitas; et in his Colchos, bellicosissimam gentem, et Græcos Pontum accolentes, et, qui ultra hos incolunt, barbaros. Amicos etiam paratos habet ad exsequenda jussa omnia, Scythas, Tauros, Bastarnas, Thracas, Sarmatas, denique omnes qui Tanaim et Istrum paludemque Mæotidem accolunt. Porro Tigranes, Armenus, gener illi; Arsaces, rex Parthiæ, socius et amicus adest. Naviumque magnam multitudinem in promtu habet, et earum quotidie numerum auget, et idoneo apparatu ad omnia abundat.

XVI. « Neque vero falsa vobis nuper dixere Bithyni de Ægypti et Syriæ regibus : quos, non est dubium, non solos partes nostras, si bellum exoriatur, secuturos; sed, et cum his, novas provincias vestras, Asiam, Græciam, Africam, ipsosque magna ex parte Italos, qui, vestram impotentem cupiditatem non ferentes, bellum nunc vobiscum inexpiabile gerunt. Quod bellum quum nondum sedare potueritis, impugnatis Mithridatem, committentes eum nunc cum Nicomede, nunc cum Ariobarzane : et amicos quidem ac socios vos profitemini simulatisque, sed opera facitis hostium. Agite igitur, vel nunc quoque, si forte hæc, quæ acta sunt, ad meliora consilia vos reduxe-

μηδὴ κωλύσατε τοὺς ὑμετέρους ἀδικεῖν φίλους (καὶ τάδε πράξασιν ὑμῖν ὑπέχομαι, συμμαχήσειν ἐπὶ τοὺς Ἰταλοὺς βασιλέα Μιθριδάτην), ἢ τὴν δοκοῦσαν ἐς ἡμᾶς φιλίαν λύσατε· ἢ ἐς Ῥώμην ἐπὶ κρίσιν ἴωμεν. » Ὁ μὲν δὴ Πελοπίδας ὧδε ἔλεξεν. Οἱ δὲ, φορτικώτερον αὐτὸν εἰπεῖν ἡγούμενοι, Μιθριδάτην μὲν ἐκέλευον ἀπέχεσθαι Νικομήδους καὶ Καππαδοκίας (αὐτοὶ γὰρ αὖθις) Ἀριοβαρζάνην ἐς αὐτὴν κατάξειν· Πελοπίδαν δ' εὐθὺς ἐξιέναι τοῦ στρατοπέδου, καὶ μηκέτι πρεσβεύειν ἐς αὐτοὺς, εἰ μὴ τοῖς κελευομένοις ὁ βασιλεὺς ἐμμένοι. Οὕτω μὲν ἀπεκρίναντο· καὶ ἀπιόντι φυλακὴν συνέπεμψαν, ἵνα μή τινας ἐπιτρίψειε παροδεύων.

XVII. Ταῦτα δὲ εἰπόντες, οὐκ ἀναμείναντες, περὶ τοσοῦδε πολέμου τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ἐπιγνώμονα γενέσθαι, στρατιὰν ἤγειρον ἔκ τε Βιθυνίας καὶ Καππαδοκίας καὶ Παφλαγονίας, καὶ Γαλατῶν τῶν ἐν Ἀσίᾳ. Ὡς δὲ αὐτοῖς ὅ τε ἴδιος στρατὸς, ὅσον εἶχε Λούκιος Κάσσιος ὁ τῆς Ἀσίας ἡγούμενος, ἕτοιμος ἦν ἤδη, καὶ τὰ συμμαχικὰ πάντα συνεληλύθει· διελόμενοι τὸ πλῆθος, ἐστρατοπέδευον, Κάσσιος μὲν, ἐν μέσῳ Βιθυνίας τε καὶ Γαλατίας· Μάνιος δὲ, ᾗ διαβατὸν ἦν ἐς Βιθυνίαν τῷ Μιθριδάτῃ· Ὄππιος δὲ, ἕτερος στρατηγὸς, ἐπὶ τῶν ὀρῶν τῶν Καππαδοκίας· ἱππέας ἔχων ἕκαστος αὐτῶν καὶ πεζοὺς ἀμφὶ τοὺς τετρακισμυρίους. Ἦν δὲ καὶ νεῶν στόλος αὐτοῖς, οὗ περὶ Βυζάντιον Μινούκιός τε Ῥοῦφος καὶ Γάϊος Ποπίλλιος ἡγοῦντο, τὸ στόμα τοῦ Πόντου φυλάσσοντες. Παρῆν δὲ αὐτοῖς καὶ Νικομήδης, ἄρχων ἑτέρων πεντακισμυρίων πεζῶν, καὶ ἱππέων ἑξακισχιλίων. Τοσόσδε μὲν αὐτοῖς ἀθρόως στρατὸς ἀγήγερτο. Μιθριδάτῃ δὲ τὸ μὲν οἰκεῖον ἦν, μυριάδες πεζῶν πέντε καὶ εἴκοσι, καὶ ἱππεῖς τετρακισμύριοι, καὶ νῆες κατάφρακτοι τριακόσιαι, δίκροτα δὲ ἑκατὸν, καὶ ἡ ἄλλη παρασκευὴ τούτων κατὰ λόγον· στρατηγοὶ δὲ, Νεοπτόλεμός τε καὶ Ἀρχέλαος, ἀλλήλων ἀδελφώ. Καὶ τοῖς πλείστοις αὐτὸς βασιλεὺς παρεγίγνετο. Συμμαχικὰ δὲ ἦγον αὐτῷ, Ἀρκαθίας μὲν, αὐτοῦ Μιθριδάτου παῖς, ἐκ τῆς βραχυτέρας Ἀρμενίας μυρίους ἱππέας, καὶ Δορύλαος ἐν φάλαγγι ταττομένους· Κρατερὸς δ' ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἅρματα. Τοσαύτη μὲν ἦν ἑκατέροις ἡ παρασκευὴ, ὅτε πρῶτον ᾔεσαν ἐς ἀλλήλους Ῥωμαῖοί τε καὶ Μιθριδάτης, ἀμφὶ τὰς ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα τρεῖς ὀλυμπιάδας.

XVIII. Ἐν δὲ πεδίῳ πλατεῖ παρὰ τὸν Ἀμνειὸν ποταμὸν κατιδόντες ἀλλήλους ὅ τε Νικομήδης καὶ οἱ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγοὶ, παρέταττον ἐς μάχην· Νικομήδης μὲν ἅπαντας τοὺς ἑαυτοῦ, Νεοπτόλεμος δὲ καὶ Ἀρχέλαος τοὺς εὐζώνους μόνους, καὶ οὓς Ἀρκαθίας ἦγεν ἱππέας, καί τινα τῶν ἁρμάτων· ἡ γὰρ φάλαγξ ἔτι προσῄει. Ἔς δέ τινα γήλοφον τοῦ πεδίου πετρώδη, προλαβόντες, ἀνέπεμψαν ὀλίγους, ἵνα μὴ κυκλωθεῖεν ὑπὸ τῶν Βιθυνῶν, πολὺ πλειόνων ὄντων. Ὡς δὲ ἐξωθουμένους εἶδον αὐτοὺς ἐκ τοῦ γηλόφου, δείσας ὁ Νεοπτόλεμος περὶ τῇ κυκλώσει, προσεβοήθει μετὰ σπουδῆς, καλῶν ἅμα καὶ τὸν Ἀρκαθίαν. Νικομήδης δ',

runt, cohibete Nicomedem, ne amicos vestros injuriis afficiat (quod si feceritis, polliceor vobis, regis Mithridatis nomine, contra rebelles Italos auxilia) : aut vero abrumpite simulatam istam amicitiam : aut eamus Romam in judicium. » Hæc Pelopidæ fuit oratio. Quæ quoniam visa est insolentior, Romani jusserunt Mithridatem « abstinere a Nicomede et Cappadocia : sibi enim curæ fore, ut mox in eam restituatur Ariobarzanes. » Pelopidam autem castris statim jusserunt excedere, et, nisi rex jussa fecerit, non redire amplius. Cum hoc responso ille dimissus est; et abeunti addita custodia, ne quos ille in transitu sollicitaret.

XVII. Moxque, non exspectata de tanto bello senatus aut populi sententia, exercitum Romani collegerunt e Bithynia, Cappadocia, Paphlagonia, Gallogræcia. Postquam vero et proprius L. Cassii exercitus, cum quo Asiam obtinebat, satis instructus est, et auxilia convenere omnia; divisis copiis, Cassius castra metatus est in confinio Bithyniæ Gallogræciæque : Manius, qua transitus patebat Mithridati in Bithyniam : tertius dux, Q. Oppius, in montibus Cappadociæ. Eorum quilibet, præter equites (IV M.), quadragena millia peditum habebat. Habebant autem et classem, cui prope Byzantium Minucius Rufus et C. Popillius præerant, Ponti ostium custodientes. Aderat et Nicomedes, cum peditum quinquaginta, equitum sex millibus. Hæc illis fuit summa copiarum. Mithridates in exercitu proprio habebat CCL peditum, XL equitum millia, trecentas naves tectas, centum dicrota, et alium apparatum pro ratione tam numerosæ militiæ. Præerant autem his copiis Neoptolemus et Archelaus, duo fratres; et ipse rex per se administrabat plurima. Auxiliaribus copiis hi duces præerant : Arcathias, ipsius Mithridatis filius, decem millibus equitum ex Armenia minore; Dorylaus phalangitis; Craterus centum et triginta falcatis quadrigis. Tantus fuit utrinque apparatus, quum primum moverunt contra se invicem Romani et Mithridates, circa Olympiadem septuagesimam tertiam supra centesimam.

XVIII. Ut vero ad Amnium fluvium in latis campis conspexerunt se Nicomedes et duces Mithridatis, instruxerunt acies : Nicomedes omnes suos, Neoptolemus et Archelaus expeditos tantum, et equites Arcathiæ, et quadrigas aliquot : nam phalanx nondum aderat. Eminebat campis saxosus tumulus; quem, paucis præmissis, occupare conabantur Mithridatis duces, ne circumvenirentur a Bithynis, numero longe superantibus. A quo tumulo repulsos suos, quos præmiserat, videns Neoptolemus, tanto magis circumventionem metuens, festinus succurrit, accito simul Arcathia. Quod animadvertens Nicomedes, occurrit : moxque acre

δρῶν, ἀντιπαρῄει· καὶ γίγνεται πολὺς ἐνταῦθα ἀγὼν καὶ φόνος. Βιασαμένου δὲ τοῦ Νικομήδους, ἔφευγον οἱ Μιθριδάτειοι· ἕως ὁ Ἀρχέλαος, ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ μετελθὼν, ἐνέβαλεν ἐς τοὺς διώκοντας· οἱ δ' ἐς αὐτὸν ἐπεστράφησαν. Ὁ δ' ὑπεχώρει κατ' ὀλίγον, ἵν' ἔχοιεν ἐκ τῆς φυγῆς ἐπανελθεῖν οἱ περὶ Νεοπτόλεμον. Ὡς δὲ εἴκασεν αὐτάρκως ἔχειν, ἐπέστρεφεν. Καὶ τοῖς Βιθυνοῖς τὰ δρεπανηφόρα ἅρματα ἐμπίπτοντα μετὰ ῥύμης, διέκοπτε καὶ διέτεμνε τοὺς μὲν ἀθρόως ἐς δύο, τοὺς δ' ἐς μέρη πολλά. Τό τε γιγνόμενον ἐξέπληττε τὴν στρατιὰν τοῦ Νικομήδους, ὅτε ἴδοιεν ἡμιτόμους ἄνδρας ἔτι ἐμπνόους, ἢ ἐς πολλὰ διερριμμένους, ἢ τῶν δρεπάνων ἀπηρτημένους. Ἀηδίᾳ τε μᾶλλον ὄψεως, ἢ μάχης ἥσσῃ, τὴν τάξιν ὑπὸ φόβου συνέχεαν. Ταραχθεῖσι δ' αὐτοῖς ὁ μὲν Ἀρχέλαος ἐκ τοῦ μετώπου, Νεοπτόλεμος δὲ καὶ Ἀρκαθίας, ἐκ τῆς φυγῆς ἀναστρέφοντες, ἐπέκειντο ὄπισθεν. Οἱ δ' ἐπὶ πολὺ μὲν ἠμύνοντο, ἐς ἑκατέρους ἐπιστρεφόμενοι· ὡς δὲ τὸ πλεῖστον ἐπεπτώκει, Νικομήδης μὲν ἔφευγε μετὰ τῶν ὑπολοίπων ἐς Παφλαγονίαν, οὐδ' εἰς χεῖρας ἐλθούσης πω τῆς Μιθριδατείου φάλαγγος. Ἑάλω δ' αὐτοῦ τὸ χαράκωμα, καὶ τὰ χρήματα πολλὰ ὄντα, καὶ πλῆθος αἰχμαλώτων. Οὓς πάντας Μιθριδάτης, φιλανθρωπευσάμενός τε, καὶ ἐφόδια δοὺς, ἀπέλυσεν ἐς τὰ οἰκεῖα ἀπιέναι· δόξαν ἐμποιῶν τοῖς πολεμίοις φιλανθρωπίας.

XIX. Ἔργον δὴ τόδε πρῶτον τοῦ Μιθριδατείου πολέμου καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων κατεπεπλήγεσαν, ὡς οὐκ εὐβουλίᾳ μᾶλλον, ἢ προπετῶς, ἄνευ τοῦ κοινοῦ, τοσόνδε πόλεμον ἅψαντες. Ὀλίγοι τε γὰρ πολὺ πλειόνων ἐκεκρατήκεσαν, καὶ οὐδεμιᾷ συντυχίᾳ χωρίων, ἢ πολεμίου σφάλματος· ἀλλ' ἀρετῇ στρατηγῶν καὶ ἀνδρείᾳ στρατοῦ. Νικομήδης μὲν οὖν Μανίῳ παρεστρατοπέδευε· Μιθριδάτης δ' ἐπὶ τὸ Σκορόβαν ὄρος ἀνῄει, ὃ τέλος ἐστὶ Βιθυνῶν καὶ τῆς Ποντικῆς χώρας. Πρόδρομοί τε αὐτοῦ, Σαυροματῶν ἑκατὸν ἱππεῖς, ὀκτακοσίοις ἱππεῦσι τοῦ Νικομήδους ἐντυχόντες, αἱροῦσι καὶ τούτων τινάς· οὓς πάλιν ὁ Μιθριδάτης σὺν ἐφοδίοις μεθῆκεν ἐς τὰς πατρίδας ἀπιέναι. Μάνιον δ' ὑποφεύγοντα Νεοπτόλεμός τε καὶ Νεμάνης ὁ Ἀρμένιος, ἀμφὶ τὸ πρῶτον Πάχιον χωρίον, ἑβδόμης ὥρας καταλαβόντες, οἰχομένου πρὸς Κάσσιον Νικομήδους, ἠνάγκασαν ἐς μάχην, ἱππέας ἔχοντα τετρακισχιλίους, καὶ πεζοὺς ἔτι τούτων δεκαπλασίονας. Κτείναντες δ' αὐτοῦ περὶ μυρίους, ἐζώγρησαν ἐς τριακοσίους· οὓς ὁμοίως ὁ Μιθριδάτης, ἐς αὐτὸν ἀναχθέντας, ἀπέλυσε, καταδημοκοπῶν τοὺς πολεμίους. Μανίου δ' ἐλήφθη καὶ τὸ στρατόπεδον· καὶ φεύγων αὐτὸς ἐπὶ τὸν Σαγγάριον ποταμὸν, νυκτὸς γενομένης ἐπέρασέ τε καὶ ἐς Πέργαμον ἐσώθη. Κάσσιος δὲ, καὶ Νικομήδης, καὶ ὅσοι ἄλλοι Ῥωμαίων πρέσβεις παρῆσαν, ἐς Λεόντων κεφαλὴν (ὃ τῆς Φρυγίας ἐστὶν ὀχυρώτατον χωρίον) μετεστρατοπέδευον· καὶ τὸ πλῆθος ὅσον εἶχον, οὐ πάλαι συνειλεγμένον, χειροτεχνῶν, ἢ γεωργῶν, ἢ ἰδιωτῶν, ἐγύμναζον· καὶ τοὺς Φρύγας αὐτοῖς προσκατέλεγον. Ὀκνούντων δὲ ἑκατέρων,

et cruentum certamen commissum est. Tandem Bithynus connixus, hostes in fugam conjecit; donec Archelaus, a dextro cornu transcurrens, persecutores invasit. Quibus mox in eum conversis, cedebat paulatim, ut Neoptolemus cum suis posset e fuga se recipere: quod ubi factum cogitavit, in pugnam revertit. Tum vero immissi in Bithynos falcati currus magno impetu, alios subito in duas partes secabant, alios in plures lacerabant. Quæ res maxime illos terruit, dum vident dimidiatos viros spirantes adhuc, aut in multa frusta discerptos, aut artus pendentes e falcibus. Itaque fœditate magis spectaculi commoti, quam pugna victi, turbarunt præ metu ordines. Turbatos Archelaus a fronte, Neoptolemus et Arcathias, e fuga reversi, a tergo aggressi sunt. Et illi, in utrosque obversi, diu repugnaverunt. Tandem vero, post magnam suorum stragem, Nicomedes cum reliquis fugit in Paphlagoniam, cum phalanx Mithridatis ne ad manus quidem etiam tum venisset. Venerunt et castra Nicomedis in potestatem victoris, cum ingenti vi pecuniæ, et captivorum magno numero; quos omnes Mithridates, benigne tractatos, dimisit domum cum viatico, ut apud hostes pararet sibi opinionem clementiæ.

XIX. Id primum hujus belli facinus duces Romanos terruit; quod temere magis, quam consulte, sine decreto publico, tantum bellum accendissent. Pauci enim longe numero plures superaverant; non adjuti opportunitate locorum, aut aliquo errato hostium, sed virtute ducum et fortitudine militum. Tunc Nicomedes prope Manium castra admovit. Mithridates Scorobam montem ascendit, qui est Bithynorum et Ponticorum confinium. Hujus antecursores, centum equites Sarmatæ, quum forte incidissent in DCCC. Nicomedis equites ceperunt et ex his nonnullos: quos similiter in patriam cum viatico remisit Mithridates. Manium vero retrocedentem Neoptolemus et Nemanes Armenius circa Protopachium castellum consecuti hora septima, cum Nicomedes ad Cassium abiisset, coegerunt pugnare, ducentem equitum quatuor millia, peditum vero decuplum: cæsisque decem millibus, trecentos vivos ceperunt; quos similiter Mithridates, ad se adductos, dimisit, captans favorem hostium. Manius, castris quoque exutus, ad Sangarium fluvium confugit; eoque noctu trajecto, evasit in Pergamum. Cassius vero, et Nicomedes, cæterique quotquot legati Romani aderant, moverunt castra ad Leontocephalen, quod est Phrygiæ castellum munitissimum; ubi novitiam tironum multitudinem, ex opificibus aut agricolis aut plebe infima collectam, in armis exercebant, et novos ex Phrygibus delectu tenebant. Sed quum utrique pigrescerent ad officium,

ἀπέγνωσαν πολεμεῖν ἀνδράσιν ἀπολέμοις. Καὶ διαλύσαντες αὐτοὺς, ἀνεχώρουν· Κάσσιος μὲν, ἐς Ἀπάμειαν, σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ· Νικομήδης δὲ ἐς Πέργαμον, Μαγκῖνος δὲ ἐπὶ Ῥόδου. Ὧν, ὅσοι τὸ στόμα τοῦ Πόντου κατεῖχον, πυθόμενοι, διελύθησαν· καὶ Νικομήδης ** τάς τε κλεῖς τοῦ Πόντου, καὶ ναῦς, ὅσας εἶχον, τῷ Μιθριδάτῃ παρέδοσαν.

XX. Ὁ δὲ ὁρμῇ τῇδε μιᾷ τὴν ἀρχὴν ὅλην τοῦ Νικομήδους ὑπολαβὼν, ἐπῄει, καὶ καθίστατο τὰς πόλεις. Ἐμβαλὼν δὲ καὶ ἐς Φρυγίαν, ἐς τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου πανδοχεῖον κατέλυσεν, οἰωνιζόμενος ἄρα, ἔνθαπερ Ἀλέξανδρος ἀνεπαύσατο, καὶ Μιθριδάτην σταθμεῦσαι. Ὁ μὲν δὴ καὶ Φρυγίας τὰ λοιπὰ, καὶ Μυσίαν καὶ Ἀσίαν, ἃ Ῥωμαίοις νεόκτητα ἦν, ἐπέτρεχε· καὶ ἐς τὰ περίοικα περιπέμπων, ὑπηγάγετο Λυκίαν τε καὶ Παμφυλίαν, καὶ τὰ μέχρι Ἰωνίας. Λαοδικεῦσι δὲ ἔτι ἀντέχουσι, τοῖς περὶ τὸν Λύκον ποταμὸν (Ῥωμαίων γάρ τις στρατηγὸς, Κόϊντος Ὄππιος, ἱππέας ἔχων καὶ μισθοφόρους τινὰς, ἐς τὴν πόλιν ἐσδραμὼν, ἐφύλαττεν αὐτὴν), κήρυκα ἐπιπέμψας ἐπὶ τὰ τείχη, λέγειν ἐκέλευσεν, ὅτι, Βασιλεὺς Μιθριδάτης ὑπέχεται Λαοδικεῦσιν ἄδειαν, εἰ τὸν Ὄππιον αὐτῷ προσαγάγοιεν. Οἱ δ' ἐπὶ τῷ κηρύγματι τοὺς μὲν μισθοφόρους Ὀππίου μεθῆκαν ἀπαθεῖς ἀπιέναι· αὐτὸν δ' ἤγαγον τῷ Μιθριδάτῃ τὸν Ὄππιον, ἡγουμένων αὐτοῦ τῶν ῥαβδοφόρων ἐπὶ γέλωτι. Καὶ αὐτὸν ὁ Μιθριδάτης, οὐδὲν διαθεὶς, ἐπήγετο πανταχοῦ λελυμένον, ἐπιδεικνύμενος ἅμα Ῥωμαίων αἰχμάλωτον στρατηγόν.

XXI. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Μάνιον Ἀκύλιον, τὸν τῆσδε τῆς πρεσβείας καὶ τοῦδε τοῦ πολέμου μάλιστα αἴτιον, ἑλὼν, δεδεμένον ἐπὶ ὄνου περιήγετο, κηρύσσοντα τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι Μάνιος εἴη· μέχρι ἐν Περγάμῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ κατεχώνευσε χρυσίον, δωροδοκίαν ἄρα Ῥωμαίοις ὀνειδίζων. Σατράπας δὲ τοῖς ἔθνεσιν ἐπιστήσας, ἐς Μαγνησίαν καὶ Ἔφεσον καὶ Μιτυλήνην παρῆλθεν, ἀσμένως αὐτὸν ἁπάντων δεχομένων, Ἐφεσίων δὲ καὶ τὰς Ῥωμαίων εἰκόνας τὰς παρὰ σφίσι καθαιρούντων· ἐφ' ᾧ δίκην ἔδοσαν οὐ πολὺ ὕστερον. Ἐπανιὼν δὲ ἐκ τῆς Ἰωνίας, Στρατονίκειαν εἷλε, καὶ ἐζημίωσε χρήμασι, καὶ φρουρὰν ἐς τὴν πόλιν ἐσήγαγεν. Παρθένον τε εὔμορφον ἰδὼν, ἐς τὰς γυναῖκας ἀνεδέξατο· καὶ, εἴ τῳ σπουδὴ καὶ τὸ ὄνομα πυθέσθαι, Μονίμη Φιλοποίμενος ἦν. Μάγνησι δὲ καὶ Παφλαγόσι καὶ Λυκίοις, ἔτι ἀντέχουσι, διὰ τῶν στρατηγῶν ἐπολέμει.

XXII. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀμφὶ τὸν Μιθριδάτην. Ῥωμαῖοι δ', ἐξ οὗ τῆς πρώτης αὐτοῦ ὁρμῆς τε καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν ἐσβολῆς ἐπύθοντο, στρατεύειν ἐπ' αὐτὸν ἐψηφίσαντο, καίπερ ἀσχολούμενοι στάσεσιν ἀτρύτοις ἐν τῇ πόλει, καὶ οἰκείῳ πολέμῳ χαλεπῷ τῆς Ἰταλίας ἀφισταμένης σχεδὸν ἁπάσης ἀνὰ μέρος. Κληρουμένων δὲ τῶν ὑπάτων, ἔλαχε μὲν Κορνήλιος Σύλλας ἄρχειν τῆς Ἀσίας, καὶ πολεμεῖν τῷ Μιθριδάτῃ. Χρήματα δ' οὐκ ἔχοντες αὐτῷ ἐσενεγκεῖν, ἐψηφίσαντο πραθῆναι ὅσα Νουμᾶς Πομπίλιος βασιλεὺς ἐς θυσίας θεῶν διετέ-

abjecerunt consilium homines tam imbelles adversus hostem ducendi : dimissisque omnibus, recesserunt, Cassius cum suo exercitu Apameam, Nicomedes Pergamum, Mancinus [*an*, Manius?] versus Rhodum. Quæ ubi audierunt oris Ponti custodes, dispersi sunt; et Nicomedes ** claustraque Ponti et naves quas habebant tradiderunt Mithridati.

XX. Sic Mithridates uno impetu tota Nicomedis ditione potitus, obibat eam, civitates constituens ordinansque. Inde Phrygiam quoque ingressus, usus est Alexandri diversorio, faustum omen putans, si, ubi Alexander interquievit, pernoctaret Mithridates. Atque ita et Phrygiæ reliqua, et Mysiam Asiamque Romanorum recens acquisitas provincias, percurrebat. Missisque etiam in finitimas provincias suis ducibus, subegit Lyciam et Pamphyliam, aliaque usque Ioniam. Laodicenses autem Lyci fluvii accolas, adhuc resistentes, ad quos Q. Oppius cum equitibus et mercenariis nonnullis se receperat, per præconem ad mœnia missum invitavit his verbis : Mithridatem regem promittere Laodicensibus securitatem, si Oppium ei dedidissent. Et illi, audito præcone, mercenarios dimiserunt incolumes : ipsum vero Oppium adduxerunt ad Mithridatem, præcedentibus lictoribus in ludibrium. Eum Mithridates, illæsum et solutum, secum circumducebat, ostentans captivum imperatorem Romanum.

XXI. Sed quum non multo post Manium quoque Aquilium, legationis hujus et belli auctorem præcipuum, captivum cepisset, vinctum hunc asinoque impositum circumvexit, et proclamare subinde ad spectatores, Manium se esse, coegit. Denique Pergami aurum liquefactum in os ejus infudit, corruptelas scilicet largitionum exprobrans Romano nomini. Deinde, præfectis ubique per provincias constitutis, adiit Magnesiam, Ephesum, et Mitylenen, libenter exceptus ab omnibus : Ephesiis etiam statuas Romanorum, quæ in urbe ipsorum collocatæ erant, evertentibus; quam ob rem non multo post pœnas dederunt. Ex Ionia revertens, cepit Stratoniceam, mulctavitque pecunia, et imposuit præsidium. In eadem urbe conspicatus formosam virginem, recepit in suum gynæceum, Monimam, Philopœmenis filiam, si quem juvat et nomen ejus cognoscere. Magnetibus autem (ad Sipylum) et Paphlagonibus Lyciisque, qui imperata facere detrectabant, per duces suos intulit bellum.

XXII. Dum hæc Mithridates gerit, Romani, audita prima ejus irruptione in Asiam, bellum contra eum decreverunt, quamvis domesticis occupati seditionibus et bello sociali perdifficili, Italis fere omnibus aliis post alios deficientibus. Quumque provincias sortirentur consules, Cornelio Syllæ Asia obvenit et bellum Mithridaticum. Sed quum ad illud gerendum deesset pecunia, factum est senatusconsultum, ut venderetur quidquid Numa Pompilius solennibus deorum

ταχτο. Τοσήδε μὲν ἦν τότε πάντων ἀπορία, καὶ ἐς πάντα φιλοτιμία. Καί τινα αὐτῶν ἔφθασε πραθῆναι, καὶ συνενεγκεῖν χρυσίου λίτρας ἐνναχισχιλίας· ἃς μόνας ἐς τηλικοῦτον πόλεμον ἔδοσαν. Σύλλαν μὲν οὖν ἐς πολὺ αἱ στάσεις κατέσχον, ὡς ἐν τοῖς Ἐμφυλίοις συγγέγραπται. Ἐν τούτῳ δ' ὁ Μιθριδάτης ἐπί τε Ῥοδίους ναῦς πλείονας συνεπήγνυτο, καὶ σατράπαις ἅπασι καὶ πόλεων ἄρχουσι δι' ἀποῤῥήτων ἔγραφε, τριακοστὴν ἡμέραν φυλάξαντας, ὁμοῦ πάντας ἐπιθέσθαι τοῖς παρὰ σφίσι Ῥωμαίοις καὶ Ἰταλοῖς, αὐτοῖς τε, καὶ γυναιξὶν αὐτῶν, καὶ παισὶ, καὶ ἐλευθέροις ὅσοι γένους Ἰταλικοῦ. Κτείναντάς τε, ἀτάφους ἀποῤῥῖψαι, καὶ τὰ ὄντα αὐτοῖς μερίσασθαι πρὸς βασιλέα Μιθριδάτην. Ἐπεκήρυξε δὲ καὶ ζημίαν τοῖς καταθάπτουσιν αὐτοὺς, ἢ ἐπικρύπτουσι, καὶ μήνυτρα τοῖς ἐλέγχουσιν, ἢ τοὺς κρυπτομένους ἀναιροῦσι· θεράπουσι μὲν ἐπὶ δεσπότας, ἐλευθερίαν· χρήσταις δ' ἐπὶ δανειστὰς, ἥμισυ τοῦ χρέους. Τάδε μὲν δι' ἀποῤῥήτων ὁ Μιθριδάτης ἐπέστελλεν ἅπασιν ὁμοῦ. Καὶ τῆς ἡμέρας ἐπελθούσης, συμφορῶν ἰδέαι ποικίλαι κατὰ τὴν Ἀσίαν ἦσαν. Ὧν ἔνια τοιάδε ἦν.

XXIII. Ἐφέσιοι τοὺς ἐς τὸ Ἀρτεμίσιον καταφυγόντας, συμπλεκομένους τοῖς ἀγάλμασιν, ἐξέλκοντες ἔκτεινον. Περγαμηνοὶ τοὺς ἐς τὸ Ἀσκληπιεῖον συμφυγόντας, οὐκ ἀφισταμένους, ἐτόξευον τοῖς ξοάνοις συμπλεκομένους. Ἀδραμυττηνοὶ τοὺς ἐκνέοντας, ἐσβαίνοντες ἐς τὴν θάλασσαν, ἀνῄρουν, καὶ τὰ βρέφη κατεπόντουν. Καύνιοι, Ῥοδίοις ὑποτελεῖς ἐπὶ τῷ Ἀντιόχου πολέμῳ γενόμενοι, καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀφεθέντες οὐ πρὸ πολλοῦ, τοὺς Ἰταλοὺς ἐς τὴν Βουλαίαν Ἑστίαν καταφυγόντας, ἕλκοντες ἀπὸ τῆς Ἑστίας, τὰ βρέφη σφῶν πρῶτα ἔκτεινον ἐν ὄψει τῶν μητέρων, αὐτάς τε καὶ τοὺς ἄνδρας ἐπ' ἐκείνοις. Τραλλιανοὶ δ', αὐθένται τοῦ κακοῦ φυλαξάμενοι γενέσθαι, Παφλαγόνα Θεόφιλον, ἄγριον ἄνδρα, ἐς τὸ ἔργον ἐμισθώσαντο. Καὶ ὁ Θεόφιλος αὐτοὺς συναγαγὼν ἐπὶ τὸν τῆς Ὁμονοίας νεὼν, ἥπτετο τοῦ φόνου· καί τινων τοῖς ἀγάλμασι συμπλεκομένων τὰς χεῖρας ἀπέκοπτε. Τοιαύταις μὲν τύχαις οἱ περὶ τὴν Ἀσίαν ὄντες Ἰταλοὶ καὶ Ῥωμαῖοι συνεφέροντο, ἄνδρες τε ὁμοῦ, καὶ βρέφη, καὶ γυναῖκες, καὶ ἐξελεύθεροι, καὶ θεράποντες αὐτῶν, ὅσοι γένους Ἰταλικοῦ. Ὧ καὶ μάλιστα δῆλον ἐγένετο, τὴν Ἀσίαν οὐ φόβῳ Μιθριδάτου μᾶλλον, ἢ μίσει Ῥωμαίων, τοιάδε ἐς αὐτοὺς ἐργάσασθαι. Ἀλλ' οὗτοι μὲν δίκην ἔδοσαν διπλῆν, αὐτοῦ τε Μιθριδάτου μετ' ὀλίγον ἀπίστως ἐξυβρίσαντος αὐτοὺς, καὶ ὕστερον Κορνηλίῳ Σύλλᾳ. Μιθριδάτης δὲ ἐς μὲν Κῶ κατέπλευσε, Κῴων αὐτὸν ἀσμένως δεχομένων. Καὶ τὸν Ἀλεξάνδρου παῖδα τοῦ βασιλεύοντος Αἰγύπτου, σὺν χρήμασι πολλοῖς ὑπὸ τῆς μάμμης Κλεοπάτρας ἐν Κῷ καταλελειμμένον, παραλαβὼν, ἔτρεφε βασιλικῶς· ἔκ τε τῶν Κλεοπάτρας θησαυρῶν γάζαν πολλὴν, καὶ τέχνην, καὶ λίθους, καὶ κόσμους γυναικείους, καὶ χρήματα πολλὰ ἐς τὸν Πόντον ἔπεμψεν.

XXIV. Ἐν δὲ τούτῳ Ῥόδιοι τά τε τείχη σφῶν καὶ τοὺς λιμένας ἐκρατύναντο, καὶ μηχανὰς ἅπασιν ἐφίστα-

sacris dicaverat. Tanto tunc, in rerum omnium inopia, studio ardebant honorem nominis Romani omnibus modis defendendi. Et propere divendita parte sacrorum fundorum, novem millia librarum auri confecerant; quæ, nec amplius, in tantum bellum insumserant. Cæterum Sylla diu seditionibus domi retentus est, ut in Bellorum Civilium historia diximus. Interim Mithridates et contra Rhodios plures naves fabricavit, et satrapis omnibus civitatumque magistratibus secretas literas scripsit, ut universi ad eumdem diem, trigesimum ab eo, quo datæ literæ essent, invaderent armis Romanos Italosque hospites, cum uxoribus, et liberis, cæterisque ingenuis domesticis, quotquot et horum Italici generis essent; et occisos sine sepultura abjicerent, quorum bona partim regi, partim percussoribus cederent. Interminatus etiam multam est sepelientibus cæsos, aut vivos celantibus; præmiaque proposuit iis, qui vel denunciarent occultantes, vel latitantes interficerent, servo libertatem, si herum vel denunciaret vel occideret; debitori vero, si creditorem, dimidium debitæ pecuniæ. His clam ad omnes simul scriptis, ubi statutus dies venit, variæ calamitatum species per Asiam exortæ sunt: quarum nonnullas commemorare lubet.

XXIII. Ephesii e Dianæ templo ab ipsarum statuarum complexu distractos interficiebant. Pergameni eos qui in ædem Æsculapii confugerant, quum nollent abscedere, statuis hærentes sagittis configebant. Adramytteni hos qui natando evadere conabantur, in mare persecuti, necabant, infantesque eorum submergebant. Caunii, Antiocho devicto attributi Rhodiis, et paulo ante senatus Romani auctoritate juri suo redditi, Italos, qui ad Vestæ ædem in curia civitatis dedicatam confugerant, ab ipsis aris protraxerunt: cæsisque prius in conspectu matrum infantibus, ipsas deinde, et postremo earum maritos, interemerunt. Tralliani, ne hospitum cæde manus contaminarent, Theophilum Paphlagonem, virum trucem, ad hoc mercede conduxerunt: qui in ædem Concordiæ conclusos tam immaniter contrucidavit, ut statuas complectentium manus præcideret. Tanto infortunio tunc per Asiam Romani Italique opprimebantur, viri pariter et infantes, et feminæ; imo etiam liberti servique, quotquot Italici erant sanguinis. Unde satis apparuit, non metu magis Mithridatis, quam odio Romanorum, Asianos talia in eos patrasse. Verum hi pœnam luerunt duplicem; primum ab ipso Mithridate paulo post superbe habiti et perfide; ac deinde a Cornelio Sylla puniti. Mithridates interim in Coum insulam trajecit: ubi exceptus a libentibus, Alexandri, qui in Ægypto regnabat, filium, cum multis pecuniis in Coo relictum a Cleopatra avia, assumsit, educavitque regie: et e thesauris Cleopatræ magnas divitias, artificum opera egregia, gemmas, mundum muliebrem, magnamque vim pecuniæ, misit in Pontum.

XXIV. Hæc dum fiunt, Rhodii interim mœnia portusque munierunt, et instruxerunt machinis, adjuvantibus nonnul-

νον· καί τινες αὐτοῖς Τελμισσέων τε καὶ Λυκίων συνεμάχουν. Ὅσοι τε ἐξ Ἀσίας Ἰταλοὶ διεπεφεύγεσαν, ἐς Ῥόδον ἅπαντες ἐχώρουν· καὶ σὺν αὐτοῖς Λούκιος Κάσσιος, ὁ τῆς Ἀσίας ἀνθύπατος. Ἐπιπλέοντος δὲ τοῦ Μιθριδάτου, τὰ προάστεια καθήρουν, ἵνα μηδὲν εἴη χρήσιμα τοῖς πολεμίοις. Καὶ ἐπὶ ναυμαχίαν ἀνήγοντο, ταῖς μὲν, ἐκ μετώπου, ταῖς δὲ πλαγίοις. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐπὶ πεντήρους περιπλέων, ἐκέλευε τοὺς ἰδίους ἐς τὸ πέλαγος ἀνάγειν ἐπὶ κέρως, καὶ τὴν εἰρεσίαν ἐπιταχύναντας, περικυκλοῦσθαι τοὺς πολεμίους, ὀλιγωτέρους ὄντας· μέχρι δείσαντες οἱ Ῥόδιοι περὶ τῇ κυκλώσει, ὑπεχώρουν κατ' ὀλίγον· εἶτ' ἐπιστρέψαντες, ἐν τὸν λιμένα κατέφυγον, καὶ κλείθροις αὐτὸν διαλαβόντες, ἀπὸ τῶν τειχῶν τὸν Μιθριδάτην ἀπεμάχοντο. Ὁ δὲ τῇ πόλει παραστρατοπεδεύων, καὶ συνεχῶς τῶν λιμένων πειρώμενος, καὶ ἀποτυγχάνων, ἀνέμενε τὸ πεζὸν ἐκ τῆς Ἀσίας οἱ παραγενέσθαι. Κἂν τούτῳ βραχεῖαι καὶ συνεχεῖς ἐγίγνοντο ἀψιμαχίαι τῶν ἐφεδρευόντων τοῖς τείχεσιν. Ἐν αἷς οἱ Ῥόδιοι πλεονεκτοῦντες, ἀνεθάρσουν κατ' ὀλίγον, καὶ τὰς ναῦς διὰ χειρὸς εἶχον, ὡς, εἴ πῃ καιρὸν εὕροιεν, ἐπιθησόμενοι τοῖς πολεμίοις.

XXV. Ὁλκάδος δὲ βασιλικῆς ἱστίῳ παραπλεούσης, Ῥοδία δίκροτος ἐπ' αὐτὴν ἀνήχθη· καὶ ταῖσδε κατὰ σπουδὴν ἑκατέρων ἐπιβοηθούντων, ναυμαχία γίγνεται καρτερὰ, Μιθριδάτου μὲν ἐπιβαρύνοντος ὀργῇ καὶ πλήθεσι νεῶν, Ῥοδίων δ' αὐτοῦ τὰ σκάφη σὺν ἐμπειρίᾳ περιπλεόντων τε καὶ ἀνατιτρώντων· ὥστε καὶ τριήρη αὐτοῖς ἀνδράσιν ἀναδησάμενοι, καὶ ἀκροστόλια πολλὰ καὶ σκῦλα ἐς τὸν λιμένα φέροντες ἐπανελθεῖν. Πεντήρους δὲ σφῶν εἰλημμένης ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀγνοοῦντες οἱ Ῥόδιοι ἐπὶ ζήτησιν αὐτῆς ἓξ ταῖς μάλιστα ταχυναυτούσαις ἀνέπλεον, καὶ Δαμαγόρας ἐς αὐτὰς ὁ ναύαρχος ἐπέπλει. Πέντε δ' αὐτῷ καὶ εἴκοσιν ἐπιπέμψαντος τοῦ Μιθριδάτου, μέχρι μὲν ἐς δύσιν ὁ Δαμαγόρας ὑπεχώρει· συσκοτάζοντος δ' ἤδη, ταῖς βασιλικαῖς ἐς ἀπόπλουν ἐπιστρεφομέναις ἐμβαλὼν, δύο κατεπόντωσε· δύο δ' ἄλλας ἐς Λυκίαν συνεδίωξε, καὶ τὴν νύκτα πελαγίσας ἐπανῆλθε. Τοῦτο Ῥοδίοις καὶ Μιθριδάτῃ τέλος ἦν τῆς ναυμαχίας, παρὰ δόξαν Ῥοδίοις τε, διὰ τὴν ὀλιγότητα, καὶ Μιθριδάτῃ, διὰ τὸ πλῆθος, γενόμενον. Ἐν δὲ τῷ ἔργῳ, περιπλέοντι τῷ βασιλεῖ, καὶ τοὺς οἰκείους ἐπισπέρχοντι, Χία συμμαχὶς ἐμβαλοῦσα ἐκ θορύβου κατέσεισε. Καὶ ὁ βασιλεὺς, οὐδὲν ὑποκρινάμενος, τὸν κυβερνήτην ὕστερον ἐκόλασε καὶ τὸν πρῳρέα, καὶ Χίοις ἐμήνισε πᾶσι.

XXVI. Τῶν δ' αὐτῶν ἡμερῶν, τοῦ πεζοῦ τῷ Μιθριδάτῃ παραπλέοντος ἐπὶ ὁλκάδων καὶ τριηρῶν, πνεῦμα Καυνικὸν ἐμπεσὸν ἐς αὐτὰς, ἐς Ῥόδον παρήνεγκε· καὶ οἱ Ῥόδιοι τάχιστα ἐπαναχθέντες, ἐνοχλουμέναις ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἔτι καὶ διεσπαρμέναις ἐμβαλόντες, ἀνεδήσαντό τινας, καὶ διέτρησαν ἑτέρας, καὶ ἐνέπρησαν ἄλλας· καὶ ἄνδρας αἰχμαλώτους εἷλον ἐς τετρακοσίους. Ἐφ' οἷς ὁ Μιθριδάτης ἐς ἑτέραν ναυμαχίαν ὁμοῦ καὶ πολιορκίαν ἡτοιμάζετο. Σαμβύκην δέ τινα, μηχάνημα

lis ex Telmissensibus et Lyciis. Et quotquot Itali evaserant ex Asia, Rhodi habebant receptaculum : in hisque L. Cassius, Asiæ proconsul. Adventante autem cum classe Mithridate, suburdia diruerunt, ne hostibus essent usui. Moxque ad navale prælium provecti, pars a fronte, pars a latere, aggredi hostem parabant. Sed Mithridates, quinqueremi circum suos volitans, jussit naves ordine longo extendi in cornua, ut remigio concitatæ hosticas circumvenirent, pauciores numero. Id veriti Rhodii, paulatim cedebant : deinde versis proris in portum confugerunt, et oppositis claustris, a mœnibus propugnando regem arcebant. Ille castra metatus in proximo, et sæpe portum expugnare frustra aggressus, exspectabat terrestres copias ex Asia. Interim continuæ fiebant ad mœnia velitationes; in quibus superiores Rhodii, paulatim resumebant animos, et naves semper in promtu habebant, invasuri hostem, si se daret occasio.

XXV. Mox quum prætervcheretur velis oneraria regia, provecta est contra eam Rhodia dicrotos. Quibus ubi propere plures utrinque succurrerunt, ortum est acre prælium, Mithridate gravius instante propter iram et multitudinem navium; Rhodiis vero arte naves ejus circumnavigantibus et perforantibus; qui et triremem cum sociis navalibus, a puppi revinctam, multaque armamenta et spolia, in portum reportarunt. Quum vero desiderarent Rhodii quinqueremem, ignari captam fuisse ab hostibus, ad eam quærendam emiserunt in altum sex alias omnium celerrimas, cum præfecto classis Damagora. Contra quas quum Mithridates XXV misisset, Damagoras cedebat usque ad solis occasum : deinde tenebrescente jam cœlo, regias retro se vertentes adortus, duas ex eis demersit, duasque alias in Lyciam compulit; et nocte in alto exacta, reversus est. Hic eventus fuit navalis prælii, tam insperatus Rhodiis propter paucitatem navium, quam Mithridati, propter multitudinem. In ipso autem certamine, navem regis, ad suos cohortandos circumvolantis, Chia navis socia per tumultum impacta concussit. Cujus gubernatorem ac proretam, dissimulata statim ira, deinceps supplicio affecit Mithridates, omnibusque Chiis semper fuit infensus.

XXVI. Per eosdem dies, terrestres copias, onerariis et triremibus ad Mithridatem navigantes, vehemens ventus, ex Caunia perflans, ad Rhodum appulit. Contra quas educta classe, Rhodii turbatas adhuc tempestate dispersasque aggressi, partim ceperunt, partim perforarunt, vel incenderunt; et ad quadringentos viros captivos adduxerunt. Quamobrem Mithridates rursum et ad navalem pugnam, et ad urbis oppugnationem, sese parabat : et sambucam, maximam

μέγιστον, ἐπὶ δύο νεῶν φερόμενον, ἐποίει. Αὐτομόλων δ' αὐτῷ λόφον ὑποδεξάντων ἐπιβατὸν, ᾗ Ἀταβυρίου Διὸς ἱερὸν ἦν, καὶ κολοβὸν τειχίον ἐπ' αὐτοῦ, τὴν στρατιὰν ἐς τὰς ναῦς νυκτὸς ἐπέβησε, καὶ ἑτέροις ἀναδοὺς κλίμακας, ἐκέλευσε χωρεῖν ἑκατέρους μετὰ σιωπῆς, μέχρι τινὲς αὐτοῖς πυρσεύσειαν ἐκ τοῦ Ἀταβυρίου· καὶ τότε ἀθρόως, μετὰ βοῆς ὅτι μάλιστα μεγάλης, τοὺς μὲν τοῖς λιμέσιν ἐμπίπτειν, τοὺς δὲ τὰ τείχη βιάζεσθαι. Οἱ μὲν δὴ μετὰ σιγῆς βαθείας προσεπέλαζον· Ῥοδίων δ' οἱ προφύλακες αἰσθόμενοι τῶν γιγνομένων ἐπύρσευσαν. Καὶ ἡ στρατιὰ τοῦ Μιθριδάτου, νομίσασα τοῦτο εἶναι τὸν ἐκ τοῦ Ἀταβυρίου πυρσὸν, ἐκ βαθείας σιωπῆς ἠλάλαξαν ὁμοῦ πάντες, οἵ τε κλιμακοφόροι, καὶ ὁ στόλος ὁ νηίτης. Ῥοδίων δ' αὐτοῖς ἀκαταπλήκτως ἀντανακραγόντων, καὶ ἀθρόως ἀναδραμόντων ἐς τὰ τείχη, οἱ βασιλικοὶ νυκτὸς μὲν οὐδὲν ἐπεχείρουν, ἡμέρας δ' ἀπεκρούσθησαν.

XXVII. Ἡ σαμβύκη δ', ἐπαχθεῖσα τοῦ τείχους ᾗ τὸ τῆς Ἴσιδος ἱερόν ἐστιν, ἐφόβει μάλιστα, βέλη τε πολλὰ ὁμοῦ καὶ κριοὺς καὶ ἀκόντια ἀφιεῖσα. Στρατιῶταί τε σκάφεσι πολλοῖς αὐτῇ μετὰ κλιμάκων παρέθεον, ὡς ἀναβησόμενοι δι' αὐτῆς ἐπὶ τὰ τείχη. Οἱ δὲ Ῥόδιοι καὶ τάδε εὐσταθῶς ὑπέμενον· ἕως τό τε μηχάνημα ὑπὸ βάρους ἐνεδίδου, καὶ φάσμα τῆς Ἴσιδος ἔδοξε πῦρ ἀφιέναι πολὺ κατ' αὐτοῦ. Καὶ ὁ Μιθριδάτης, ἀπογνοὺς καὶ τῆσδε τῆς πείρας, ἀνεζεύγνυεν ἐκ τῆς Ῥόδου. Πατάροις δὲ τὴν στρατιὰν περιστήσας, ἔκοπτε Λητοῦς ἄλσος ἱερὸν ἐς μηχανάς· μέχρι φοβήσαντος αὐτὸν ἐνυπνίου, τῆς τε ὕλης ἐφείσατο· καὶ Πελοπίδαν Λυκίοις πολεμεῖν ἐπιστήσας, Ἀρχέλαον ἐς τὴν Ἑλλάδα ἔπεμπε, προσεταιρισόμενον ἢ βιασόμενον αὐτῆς ὅσα δύναιτο. Αὐτὸς δ' ἀπὸ τοῦδε τοῖς στρατηγοῖς τὰ πολλὰ μεθεὶς, ἐστρατολόγει, καὶ ὡπλοποίει, καὶ τῇ Στρατονικίδι γυναικὶ διετέρπετο, καὶ δίκας ἐδίκαζε τοῖς ἐπιβουλεύειν ἐς τὸ σῶμα αὐτοῦ λεγομένοις, ἢ νεωτερίζουσιν, ἢ ὅλως ῥωμαΐζουσι.

XXVIII. Καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τοῖσδε ἦν· κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα τοιάδε ἐγίγνετο. Ἀρχέλαος, ἐπιπλεύσας καὶ σίτῳ καὶ στόλῳ πολλῷ, Δῆλόν τε ἀφισταμένην ἀπὸ Ἀθηναίων, καὶ ἄλλα χωρία, ἐχειρώσατο βίᾳ καὶ κράτει. Κτείνας δ' ἐν αὐτοῖς δισμυρίους ἄνδρας, ὧν οἱ πλέονες ἦσαν Ἰταλοὶ, τὰ χωρία προσεποιεῖτο τοῖς Ἀθηναίοις· καὶ ἀπὸ τοῦδε αὐτοὺς, καὶ τὰ ἄλλα κομπάζων περὶ τοῦ Μιθριδάτου, καὶ ἐς μέγα ἐπαίρων, ἐς φιλίαν ὑπηγάγετο· τά τε χρήματα αὐτοῖς τὰ ἱερὰ ἔπεμπεν ἐκ Δήλου, δι' Ἀριστίωνος, ἀνδρὸς Ἀθηναίου, συμπέμψας φυλακὴν τῶν χρημάτων ἐς δισχιλίους ἄνδρας. Οἷς ὁ Ἀριστίων συγχρώμενος, ἐτυράννησε τῆς πατρίδος, καὶ τῶν Ἀθηναίων τοὺς μὲν εὐθὺς ἔκτεινε ῥωμαΐζοντας, τοὺς δ' ἀνέπεμψεν ἐς Μιθριδάτην· καὶ ταῦτα μέντοι, σοφίαν τὴν Ἐπικούρειον ἠσκηκώς. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὅδε μόνος Ἀθήνησιν, οὐδὲ Κριτίας ἔτι πρὸ τούτου, καὶ ὅσοι τῷ Κριτίᾳ συμφιλοσοφοῦντες, ἐτυράννησαν· ἀλλὰ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ, τῶν πυθαγορισάντων, καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι,

machinam, duabus navibus impositam, fabricabat. Edoctus autem a transfugis, clivum esse ascensu facilem, qua Jovis Atabyrii fanum erat, humili muro cinctum; partem militum in naves noctu imposuit, reliquis scalas distribuit, jussitque utrosque silentes ire, donec igne signum daretur ex Atabyrio monte : tum vero omnes simul conclamare quam maximo strepitu, et alteros portum, alteros murum invadere. Et illi quidem appropinquabant alto silentio : custodes autem Rhodii, re cognita ignem extulerunt. Tunc milites Mithridatis, rati, hunc esse illum ignem ex Atabyrio, repente e profundo silentio ediderunt ingentem jubilum, simul et scaligeri, et navales socii. Quibus quum parem clamorem urbani reddidissent intrepide, et concurrissent in mœnia, regii nocte hac nil tentaverunt, postridie vero a mœnibus rejecti sunt.

XXVII. Sed maxime sambuca Rhodios terruit, admota mœnibus prope fanum Isidis; quæ tela simul multa, et arietes, et jacula emittebat. Milites quoque multi navigiis juxta eam discurrebant cum scalis, mœnia per eam ascendere parati. Rhodii tamen hæc quoque constanter pertulerunt. Tandem vero subsedit machina præ pondere, et spectrum Isidis visum est magnam vim ignis in eam jaculari; et Mithridates, post hunc ultimum conatum, expugnationem desperans, movit a Rhodo. Obsessis deinde Pataris, cædebat Latonæ lucum ad ædificandas machinas, donec minaci somnio jussus est abstinere a sacris arboribus. Tum vero, relicto ad bellum in Lycia continuandum Pelopida, Archelaum in Græciam misit, ut, suadendo cogendoque, quotquot posset civitates ad suas partes adduceret. Ipse Mithridates posthac plerasque curas suis committens ducibus, delectus habebat militum, et arma fabricabat, et oblectabat se cum Stratonicensi muliere, et pro tribunali cognoscebat causas eorum qui dicebantur insidiati ipsius saluti, aut res novas moliti, aut quocunque modo in Romanos proclives.

XXVIII. Quibus rebus dum Mithridates occupatur, in Græcia hæc interim gesta sunt. Archelaus cum magna classe et copioso commeatu in Græciam profectus, Delum, quæ ab Atheniensibus defecerat, et alia castella, expugnavit : cæsisque in eis viginti millibus hominum, quorum plerique Itali fuerant, castella ea Atheniensibus attribuit. Et cum his rebus, tum vero et multa alia de Mithridate jactando, et miris modis eum extollendo, Athenienses ad amicitiam regis perduxit; pecuniamque sacram e Delo eis misit per Aristionem Atheniensem, datis simul ad custodiam pecuniæ comitibus, duobus millibus militum. Quorum militum opera usus Aristion, tyrannidem occupavit in patria; civiumque alios, quod Romanis partibus faverent, statim interfecit, alios ad Mithridatem transmisit. Et hæc quidem ille fecit, quamvis philosophum se ex Epicuri disciplina professus. At nimirum non hic solus Athenis, nec ante hunc Critias, et Critiæ cum in philosophando, tum in tyrannide, socii; verum etiam in Italia, ex Pythagoræ sectatoribus, et in reliqua Græcia, ex his qui VII Sapientes dicti

τῶν ἑπτὰ σοφῶν λεγομένων, ὅσοι πραγμάτων ἐλάβοντο, ἐδυνάστευσάν τε καὶ ἐτυράννευσαν ὠμότερον τῶν ἰδιωτικῶν τυράννων. Ὥστε καὶ περὶ τῶν ἄλλων φιλοσόφων ἄπορον ποιῆσαι καὶ ὕποπτον, εἴτε δι' ἀρετήν, εἴτε πενίας καὶ ἀπραξίας τὴν σοφίαν ἔθεντο παραμύθιον. Ὧν γε καὶ νῦν πολλοὶ ἰδιωτεύοντες καὶ πενόμενοι, καὶ τὴν ἀναγκαίαν ἐκ τῶνδε σοφίαν περικείμενοι, τοῖς πλουτοῦσιν ἢ ἄρχουσι λοιδοροῦνται πικρῶς· οὐχ ὑπεροψίας πλούτου καὶ ἀρχῆς δόξαν σφίσι μᾶλλον, ἢ ζηλοτυπίας ἐς αὐτά, προφέροντες. Ὑπερορῶσι δ' αὐτῶν οἱ βλασφημούμενοι πολὺ σοφώτερον. Ταῦτα μὲν οὖν ἡγήσαιτο ἄν τις ἐς Ἀριστίωνα τὸν φιλόσοφον εἰρημένα, αὐτὸν αἴτιον τῆς ἐκβολῆς γενόμενον.

XXIX. Ἀρχελάῳ δ' Ἀχαιοὶ καὶ Λάκωνες προσετίθεντο, καὶ Βοιωτία πᾶσα, χωρίς γε Θεσπιέων· οὓς περικαθήμενος ἐπολιόρκει. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου Μητροφάνης ἐπιπεμφθεὶς ὑπὸ Μιθριδάτου μεθ' ἑτέρας στρατιᾶς, Εὔβοιαν καὶ Δημητριάδα καὶ Μαγνησίαν, οὐκ ἐνδεχομένας τὰ Μιθριδάτεια, ἐληλάτει. Καὶ Βρύττιος ἐκ Μακεδονίας ἐπελθὼν σὺν ὀλίγῳ στρατῷ, διεναυμάχησέ τε αὐτῷ, καὶ καταποντώσας τι πλοῖον καὶ ἡμιολίαν, ἔκτεινε πάντας τοὺς ἐν αὐτοῖς, ἐφορῶντος τοῦ Μητροφάνους. Ὁ δέ, καταπλαγεὶς ἔφευγε· καὶ αὐτὸν αἰσίῳ ἀνέμῳ χρώμενον ὁ Βρύττιος οὐ καταλαβών, Σκίαθον ἐξεῖλεν, ἣ τῆς λείας τοῖς βαρβάροις ταμιεῖον ἦν· καὶ δούλους τινὰς αὐτῶν ἐκρέμασε, καὶ ἐλευθέρων ἀπέτεμε τὰς χεῖρας. Ἐπί τε Βοιωτίαν τραπείς, ἑτέρων οἱ χιλίων ἱππέων καὶ πεζῶν ἐκ Μακεδονίας ἐπελθόντων, ἀμφὶ Χαιρώνειαν Ἀρχελάῳ καὶ Ἀριστίωνι τρισὶν ἡμέραις συνεπλέκετο, ἴσου καὶ ἀγχωμάλου παρ' ὅλον τὸν ἀγῶνα τοῦ ἔργου γιγνομένου. Λακώνων δὲ καὶ Ἀχαιῶν ἐς συμμαχίαν Ἀρχελάῳ καὶ Ἀριστίωνι προσιόντων, ὁ Βρύττιος, ἅπασιν ὁμοῦ γενομένοις οὐχ ἡγούμενος ἀξιόμαχος ἔτι ἔσεσθαι, ἀνεζεύγνυεν ἐς τὸν Πειραιᾶ· μέχρι καὶ τοῦδε Ἀρχέλαος, ἐπιπλεύσας, κατέσχε.

XXX. Σύλλας δ', ὁ τοῦ Μιθριδατείου πολέμου στρατηγὸς ὑπὸ Ῥωμαίων αἱρεθεὶς εἶναι, τότε πρῶτον ἐξ Ἰταλίας σὺν τέλεσι πέντε καὶ σπείραις τισὶ καὶ ἴλαις ἐς τὴν Ἑλλάδα περαιωθείς, χρήματα μὲν αὐτίκα καὶ συμμάχους καὶ ἀγορὰν ἔκ τε Αἰτωλίας καὶ Θεσσαλίας συνέλεγεν. Ὡς δ' ἀποχρώντως ἔχειν ἐδόκει, διέβαινεν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐπὶ τὸν Ἀρχέλαον. Παροδεύοντι δ' αὐτῷ Βοιωτία τε ἀθρόως μετεχώρει, χωρὶς ὀλίγων. Καὶ τὸ μέγα ἄστυ αἱ Θῆβαι, μάλα κουφόνως ἀντὶ Ῥωμαίων ἑλόμενοι τὰ Μιθριδάτεια, ὀξύτερον ἔτι, πρὶν ἐς πεῖραν ἐλθεῖν, ἀπὸ Ἀρχελάου πρὸς Σύλλαν μετετίθετο. Ὁ δ' ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐχώρει, καὶ μέρος τι στρατοῦ ἐς τὸ ἄστυ περιπέμψας Ἀριστίωνα πολιορκεῖν, αὐτός, ἔνθαπερ ἦν Ἀρχέλαος, ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ κατῆλθε, κατακεκλεισμένων ἐς τὰ τείχη τῶν πολεμίων. Ὕψος δ' ἦν τὰ τείχη πήχεων τεσσαράκοντα μάλιστα, καὶ εἴργαστο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου· Περίκλειον ἔργον, ὅτε τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ Πελοποννησίους στρατη-

sunt, quotquot tractarunt rempublicam, non modo dominati sunt, sed sævius etiam, quam vulgares tyranni, abusi sunt tyrannidis potentia. Unde et de cæteris philosophis dubitationem injecerunt suspicionemque, virtutisne studio, an in paupertatis otiique solatium, sectati sint sapientiam. Cujus generis hodieque multi, privatam ac inopem vitam degentes, et huic necessitati prætexentes sapientiam, in divites ac magistratus amarulentis conviciis debacchantur; quos, satis aperte videas, non tam contemtu divitiarum honorumque id facere, quam quod hæc ipsa invideant aliis. At multo sapientiori ratione hos eosdem contemnunt ii, qui eorum probris proscinduntur. Sed hæc in Aristionem dicta sint, qui nos in hanc disgressionem induxit.

XXIX. Cæterum Archelaus Achæos quoque, et Lacedæmonios, Bœotosque omnes ad Mithridatis partes traduxit; exceptis Thespiensibus, quos obsidione cinctos oppugnabat. Eodem tempore Metrophanes, submissus a Mithridate cum alia manu militum, Eubœam, et agros Demetriadis Magnesiæque, quæ civitates a factione regia abhorrebant, populabatur. Quem Bruttius, e Macedonia cum exiguis copiis adveniens, pugna navali aggressus est; demersaque una nave magna et una hemiolia, omnes socios navales, qui in eis fuerant, inspectante Metrophane, interfecit. Ille territus fugit: et Bruttius, quia secundo vento navigantem consequi non poterat, Sciathum expugnavit, quæ prædonum barbarorum erat receptaculum: quos in potestatem redactos, servos in crucem egit, liberos mutilavit manibus. Inde Bœotiam petiit, auctusque aliis mille equitibus peditibusque ex Macedonia, circa Chæroneam cum Aristione et Archelao per continuum triduum dubio Marte conflictatus est. Sed postquam ad hostes supervenerunt Lacedæmoniorum et Achæorum auxilia, Bruttius, imparem se jam ratus simul omnibus, castra movit ad Piræeum: quem et ipsum paulo post Archelaus, classe advectus, occupavit.

XXX. At Sylla, cui Mithridaticum bellum senatus demandaverat, tunc primum ex Italia cum quinque legionibus et cohortibus aliquot, equitumque alis, transvectus in Græciam, mox pecunias et auxilia commeatusque accersivit ex Ætolia et Thessalia. Ubi vero satis paratus sibi visus est, contra Archelaum transivit in Atticam. In quo itinere defecit ad eum pene tota simul Bœotia: et magna illa civitas Thebanorum, quæ prius levi admodum animo Romanis Mithridatem prætulerat, tunc celeriori etiam mutatione, antequam virium periculum faceret, rursum ad Syllam descivit ab Archelao. Imperator Romanus, postquam attigit Atticam, missa copiarum parte ad oppugnandum in urbe Aristionem, ipse recta Piræeum petiit, ubi Archelaus intra muros se receperat. Horum murorum altitudo erat quadraginta fere cubitorum: Periclis opus, ingenti saxo quadrato exstructum, belli Peloponnesiaci tempore; quo ille, tota spe

γῶν, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἐν τῷ Πειραιεῖ τιθέμενος, μᾶλλον αὐτὸν ἐκρατύνατο. Σύλλας δὲ καὶ τοιοῖσδε οὖσι τοῖς τείχεσιν εὐθὺς ἐπῆγε τὰς κλίμακας. Καὶ πολλὰ μὲν ἔδρα, πολλὰ δ' ἀντέπασχεν, ἰσχυρῶς τῶν Καππαδοκῶν αὐτὸν ἀμυνομένων· ἔστε κάμνων ἐς Ἐλευσῖνα καὶ Μέγαρα ἀνεχώρει, καὶ μηχανὰς ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ συνεπήγνυτο, καὶ χῶμα αὐτῷ προσχοῦν ἐπενόει. Τέχναι μὲν δὴ καὶ παρασκευὴ πᾶσα αὐτῷ, καὶ σίδηρος, καὶ καταπέλται, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον ἄλλο, ἐκ Θηβῶν ἐκομίζετο· ὕλην δὲ ἐκ τῆς Ἀκαδημίας ἔκοπτε, καὶ μηχανὰς εἰργάζετο μεγίστας. Τά τε μακρὰ σκέλη καθῄρει, λίθους καὶ ξύλα καὶ γῆν ἐς τὸ χῶμα μεταβάλλων.

XXXI. Δύο δ' ἐκ τοῦ Πειραιῶς Ἀττικοὶ θεράποντες, αἱρούμενοι τὰ Ῥωμαίων, ἢ σφίσιν αὐτοῖς καταφυγὴν, εἴ τι γίγνοιτο, προορώμενοι, πεσσοῖς ἐκ μολύβδου πεποιημένοις ἐγγράφοντες ἀεὶ τὸ γιγνόμενον, ἐς τοὺς Ῥωμαίους ἠφίεσαν ἀπὸ σφενδόνης. Καὶ τοῦδε γιγνομένου τε συνεχῶς, καὶ ἐς γνῶσιν ἐλθόντος, Σύλλας τοῖς ἐσφενδονημένοις προσέχων, εὗρε γεγραμμένον· ὅτι, Τῆς ἐπιούσης ἐκ μετώπου πεζοὶ κατὰ τοὺς ἐργαζομένους ἐκδραμοῦνται, καὶ ἱππεῖς ἑκατέρωθεν ἐς τὰ πλάγια Ῥωμαίων ἐμβαλοῦσι. Κρύψας οὖν τινα στρατιὰν ἀποχρῶσαν, ὡς ἐγένετο τῶν πολεμίων ἡ ἐκδρομὴ, δόξασα δὴ μάλιστα αἰφνίδιος εἶναι, αἰφνιδιώτερον αὐτοῖς τοὺς κεκρυμμένους ἐπαφεὶς, ἔκτεινε πολλοὺς, καὶ ἐς τὴν θάλασσαν ἑτέρους περιέωσε. Καὶ τοῦτο μὲν τῆς πείρας ἐκείνης τέλος ἦν. Αἰρομένοις δὲ ἐπὶ μέγα ἄνω τοῖς χώμασι πύργους ὁ Ἀρχέλαος ἀντεμηχανᾶτο, καὶ πλεῖστα ἐπ' αὐτοῖς ὄργανα ἐτίθει· τάς τε δυνάμεις ἐκ Χαλκίδος καὶ τῶν ἄλλων νήσων μετεπέμπετο, καὶ τοὺς ἐρέτας καθώπλιζεν, ὡς ὄντος οἱ τοῦ κινδύνου περὶ τῶν ὅλων. Ἐγίγνετο μὲν δὴ, πλείων οὖσα τῆς Σύλλα στρατιᾶς ἡ Ἀρχελάου, καὶ ἐκ τῶνδε πολὺ πλείων. Νυκτὸς δὲ μέσης ὁ μὲν Ἀρχέλαος, ἐκθορὼν μετὰ λαμπτήρων, ἐνέπρησε τὴν ἑτέραν τῶν χελωνῶν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῇ μηχανήματα. Ἡμέραις δὲ δέκα μάλιστα ἄλλα ὁ Σύλλας ἐργασάμενος, ἐπέστησεν αὖθις ἔνθα καὶ τὰ πρότερα ἦν. Καὶ τούτοις ὁ Ἀρχέλαος πύργον ἀνθίστη κατὰ τὸ τεῖχος.

XXXII. Καταπλευσάσης δ' αὐτῷ παρὰ Μιθριδάτου στρατιᾶς ἑτέρας, ἧς ἡγεῖτο Δρομιχαίτης, ἐξῆγεν ἅπαντας ἐς μάχην. Ἀναμίξας δ' αὐτοῖς σφενδονήτας καὶ τοξότας, ὑπὸ τὸ τεῖχος αὐτὸ παρέταττεν, ἵνα καὶ οἱ τειχοφύλακες ἐφικνοῖντο τῶν πολεμίων· ἕτεροι δ' ὑπὸ ταῖς πύλαις αὐτῷ πυρφόροι καιρὸν ἐκδρομῆς ἐπετήρουν. Ἀγχωμάλου δ' ἐς πολὺ τῆς μάχης οὔσης, ἐνέκλινον ἑκάτεροι παρὰ μέρος. Πρῶτον μὲν οἱ βάρβαροι, μέχρι Ἀρχέλαος αὐτοὺς ἐπισχὼν, ἐπανήγαγεν ἐς τὴν μάχην. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα καταπλαγέντες οἱ Ῥωμαῖοι, μετ' αὐτοὺς ἔφευγον· ἔς τε καὶ τούσδε Μουρήνας ὑπαντήσας ἐπέστρεψεν. Ἄλλο δ' ἀπὸ ξυλείας τέλος ἐπανιὸν, καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ ἄτιμοι, σπουδῇ τὸν ἀγῶνα εὑρόντες, ἐπέπιπτον τοῖς Μιθριδατείοις πάνυ καρτερῶς·

victoriæ in hoc portu collocata, munitissimum eum reddidit. At Sylla, nihil deterritus altitudine, statim scalas muris admovit : et, illatis acceptisque multis vulneribus, Cappadocibus fortiter propugnantibus, tandem fessus, retrocessit ad Eleusinem et Megara : ubi machinas compingebat, quum aggeribus oppugnare Piræeum constituisset. Ad quod opus artifices et omnis apparatus, ferrum, catapultæ, cæteraque hujusmodi, Thebis petebantur. Materia cædebatur in Academia, ex qua ingentes construebantur machinæ. Destructisque muris, quibus portus urbi junctus erat, lapides, trabes, terram, in aggeres Sylla vertebat.

XXXI. Erant autem in Piræeo duo servi Athenienses, qui, sive partibus Romanorum faventes, sive suæ saluti, si quid secus accideret, prospecturi, quidquid intus fiebat, glandibus plumbeis semper inscribebant, quas fundis ad Romanos emittebant. Id quum continue facerent, Sylla, re intellecta, diligentius observans ejaculatas glandes, invenit scriptum : « crastina die pedites erupturos a fronte in opus facientes, equites per latera invasuros Romanum exercitum. » Itaque, abdita idonea militum manu, hostes improviso, ut putabant, procurrentes, ipse magis improvisus adortus, multos occidit, aliosque in mare detrusit. Et talem quidem exitum conatus ille habuit. Cæterum, quum aggeres in altum surgerent, Archelaus turres ex adverso excitavit, plurimisque tormentis easdem instruxit : accitisque copiis e Chalcide et aliis insulis, remiges quoque armavit, utpote de summa rerum periclitans. Atque ita, jam ante numero superans, etiam hac accessione multo magis auctus est. Tum vero media nocte erumpens cum facibus Archelaus, incendit alteram testudinum, una cum machinis, quæ post eam dispositæ fuerant. Sylla vero intra decimum diem paravit alias, et in priorum locum substituit : quibus Archelaus turrim in ea muri parte opposuit.

XXXII. Quum vero ad Piræeum appulisset novum supplementum militum a Mithridate submissum, duce Dromichæte, mox universas copias eduxit Archelaus, et, intermixtis funditoribus ac sagittariis, sub ipso muro instruxit aciem, ut etiam mœnium custodes hostem possent telis eminus attingere. Circa portas vero alii, cum facibus, signum erumpendi exspectabant. Ibi diu dubio Marte pugnatum est, nunc his, nunc illis cedentibus. Primum barbari fugerunt, sed mox ab Archelao coacti sunt sistere gradum, et reverti in prælium. Quæ res maxime Romanos terruit, ut et ipsi fugerent; donec Murena, occurrens, hos quoque in hostem denuo vertit. Simul alia legio, a lignatione revertens, et cum his notati ignominia, operose pugnæ supervenientes, fortiter admodum impetum fecerunt in Mithridati-

μέχρι κτεῖναι μὲν αὐτῶν ἐς δισχιλίους, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς τὰ τείχη συνελάσαι. Ἀρχέλαος δ' αὐτοὺς ἐπιστρέφων αὖθις, καὶ τῷ ἀγῶνι διὰ τὴν προθυμίαν ἐς πολὺ παραμένων, καὶ ἀποκλεισθεὶς, ἀνιμήθη διὰ καλωδίων. Ὁ δὲ Σύλλας τοὺς μὲν ἀτίμους, περιφανῶς ἀγωνισαμένους, ἐξέλυσε τῆς ἀτιμίας· τοὺς δ' ἄλλους ἐδωρήσατο πολλοῖς.

XXXIII. Καὶ χειμῶνος ἐπιόντος ἤδη, στρατόπεδον ἐν Ἐλευσῖνι θέμενος, τάφρον ἄνωθεν ἐπὶ θάλατταν ἔτεμνε βαθεῖαν, τοῦ μὴ τοὺς πολεμίους ἱππέας εὐμαμαρῶς ἐπιτρέχειν οἱ. Καὶ τάδε αὐτῷ πονουμένῳ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐγίγνοντό τινες ἀγῶνες· οἱ μὲν, ἀμφὶ τὴν τάφρον, οἱ δὲ, παρὰ τοῖς τείχεσιν, ἐπεξιόντων θαμινὰ τῶν πολεμίων, καὶ λίθοις καὶ βέλεσι καὶ μολυβδαίναις χρωμένων. Ὁ δὲ Σύλλας νεῶν δεόμενος, μετεπέμψατο μὲν ἐκ Ῥόδου. Καὶ Ῥοδίων οὐ δυνηθέντων διαπλεῦσαι, θαλασσοκρατοῦντος τοῦ Μιθριδάτου, Λούκουλλον, ἄνδρα Ῥωμαῖον περιφανῆ, καὶ τοῦδε τοῦ πολέμου στρατηγὸν ἐπὶ Σύλλᾳ γενόμενον, ἐκέλευεν ἐς Ἀλεξάνδρειαν καὶ Συρίαν λαθόντα διαπλεῦσαι· παρά τε τῶν βασιλέων καὶ πόλεων, ὅσαι ναυτικαὶ, στόλον τινὰ ἀγείραντα, τὸ Ῥοδίων ναυτικὸν παραπέμψαι. Ὁ μὲν δὴ, πολεμίας οὔσης τῆς θαλάσσης, οὐδὲν ἐνδοιάσας, ἐς κελήτιον ἐνέβη, καὶ ναῦν ἐκ νεὼς, ἵνα λάθοι, διαμείβων, ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐφέρετο.

XXXIV. Οἱ δὲ προδιδόντες, ἀπὸ τῶν τειχῶν πεσσοῖς πάλιν ἐγγράψαντες, ὅτι πέμψει τῆσδε τῆς νυκτὸς Ἀρχέλαος ἐς τὸ τῶν Ἀθηναίων ἄστυ λιμῷ πιεζόμενον πυροὺς ὑπὸ στρατιωτῶν φερομένους, ἐσφενδόνησαν. Καὶ ὁ Σύλλας ἐνεδρεύσας, ἐκράτησε τοῦ τε σίτου καὶ τῶν φερόντων. Τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας αὐτῷ καὶ Μουνάτιος περὶ Χαλκίδα Νεοπτόλεμον ἕτερον στρατηγὸν κατατρώσας, ἔκτεινε μὲν ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους, ἔλαβε δὲ αἰχμαλώτους ἔτι πλείονας. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον ἐν τῷ Πειραιεῖ νυκτὸς, ἔτι κοιμωμένων τῶν τειχοφυλάκων, Ῥωμαῖοι διὰ τῶν ἐγγὺς μηχανῶν κλίμακας ἐπενεγκόντες, ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐπέβησαν, καὶ τοὺς φύλακας τοὺς ἐγγὺς ἔκτειναν. Ἐφ' ᾧ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν εὐθὺς ἀπεπήδων ἐς τὸν Πειραιᾶ, τὸ τεῖχος καταλιπόντες, ὡς εἰλημμένον ἅπαν· οἱ δ' ἐς ἀλκὴν τραπέντες, ἔκτεινάν τε τὸν ἡγεμόνα τῶν ἐπιβάντων, καὶ τοὺς λοιποὺς ἔξω κατεκρήμνισαν. Οἱ δὲ, καὶ διὰ τῶν πυλῶν ἐκδραμόντες, ὀλίγου τὸν ἕτερον τῶν Ῥωμαϊκῶν πύργων ἐνέπρησαν· εἰ μὴ Σύλλας ἐπιδραμὼν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, νυκτός τε ὅλης καὶ δι' ἡμέρας ἐπιπόνως ἀγωνισάμενος, περιέσωσε. Καὶ τότε μὲν ὑπεχώρουν οἱ βάρβαροι. Τοῦ δ' Ἀρχελάου πύργον ἕτερον μέγαν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἄντικρυς τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πύργου στήσαντος, ἐπυργομάχουν πρὸς ἀλλήλους, ἑκατέρωθεν πυκνὰ καὶ θαμινὰ πάντα ἀφιέντες· ἕως ὁ Σύλλας ἐκ καταπελτῶν, ἀνὰ εἴκοσιν ὁμοῦ μολυβδαίνας βαρυτάτας ἀφιέντων, ἔκτεινέ τε πολλοὺς, καὶ τὸν πύργον Ἀρχελάου κατέσεισε, καὶ δυσάρμοστον ἐποίησεν, ὡς εὐθὺς αὐτὸν ὑπὸ Ἀρχελάου διὰ δέος ὀπίσω κατὰ τάχος ὑπαχθῆναι.

cos, donec cæsis ferme duobus millibus, reliqui intra mœnia compulsi sunt. Quos dum Archelaus conatur sistere, et præ contentione moratur diutius, porta exclusus, fune in murum subductus est. Sylla ignominiosos, ob operam tunc egregie navatam, ignominia absolvit; cæteros donis militaribus copiose ornavit.

XXXIII. Jamque instante hieme, ad Eleusinem castra metatus Sylla, fossam a montibus ad mare profundam deduxit, ne facile incursaretur ab equitatu hostium. Cui operi dum intentus est, quotidie accidunt prælia, nunc ad fossam, nunc ad muros hostium, frequenter procurrentium, et saxis, telis, glandibusque Romanos incessentium. Tum vero Sylla, navibus indigens, Rhodum misit, qui inde accerserent. Sed quum propter Mithridatis classes, maris imperium obtinentes, Rhodii naves trajicere non possent, Lucullum, virum inter Romanos illustrem (qui et ipse deinceps post Syllam huic bello præfectus est), clam navigare in Syriam et Alexandriam jussit, et a regibus ac civitatibus quæ rem nauticam exercerent, classem aliquam colligere, cum qua Rhodias simul naves transduceret. Et Lucullus, infestum mare nihil veritus, ascendit actuariam naviculam; mutatisque subinde navigiis, quo magis falleret, petebat Alexandriam.

XXXIV. Interim, qui prodere consilia Archelai solebant, rursus e muris jaculabantur glandes, quibus inscriptum erat, Archelaum proxima nocte Atheniensibus, fame laborantibus, frumentum in urbem missurum, militum humeris gestandum. Quos milites Sylla, exceptos insidiis, una cum frumento in suam potestatem redegit. Eodemque die Munatius etiam, circa Chalcidem, Neoptolemum, alterum ex Mithridatis ducibus, sauciavit, et ad M. D. interfecit, vivos vero etiam plures cepit. Nec multo post, noctu, dormientibus adhuc custodibus, Romani e proximis machinis scalas injecerunt in Piræei mœnia; eisque superatis, proximos interfecerunt custodes. Quo facto attoniti barbarorum alii, statim relicto muro in portum prosiliebant, jam omnem murum occupatum ab hostibus putantes : alii vero ad virtutem versi, interfecto duce eorum qui ascenderant, reliquos exegerunt præcipites : rursus alii, eruptione quoque per portas facta, in eo erant, ut alteram Romanarum turrium concremarent; et concremassent, ni Sylla e castris propere accurrens, continuata per totam eam noctem in posterum diem pugna, non sine summo labore eam conservasset. Ita demum barbari repressi sunt. Tum vero Archelaus aliam magnam turrim ex adverso Romanæ excitavit in muro : quo facto, sine intermissione, omni genere missilium se invicem infestabant; donec Sylla catapultis, quarum quæque viginti simul plumbeos globos gravissimos emittebat, multos peremit, et hostilem turrim ita concussit, ut fatisceret, et statim ruinæ metu jussu Archelai summa celeritate retro subduceretur.

XXXV. Πιεζομένων δ' ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ τῶν ἐν ἄστει, πεσσοὶ πάλιν ἐμήνυον, ὅτι πέμψει νυκτὸς ἐς τὸ ἄστυ τροφάς. Καὶ ὁ Ἀρχέλαος, ὑπονοῶν τι περὶ τὸν σῖτον γίγνεσθαι μήνυμα καὶ προδοσίαν ἅμα τὸν σῖτον ἔπεμπε, καί τινας ἐφίστη ταῖς πύλαις, μετὰ πυρὸς ἐς τοὺς Ῥωμαίους ἐκδραμουμένους, εἰ Σύλλας γίγνοιτο περὶ τὸν σῖτον. Καὶ συνέπεσεν, ἄμφω, Σύλλᾳ μὲν, ἑλεῖν τοὺς σιταγωγοῦντας, Ἀρχελάῳ δ' ἐμπρῆσαί τινα τῶν μηχανημάτων. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου καὶ Ἀρκαθίας, ὁ Μιθριδάτου υἱὸς, μεθ' ἑτέρας στρατιᾶς ἐς Μακεδονίαν ἐμβαλὼν, οὐ δυσχερῶς ὀλίγων τῶν ὄντων ἐκεῖ Ῥωμαίων ἐκράτησε, καὶ Μακεδονίαν πᾶσαν ὑπηγάγετο, καὶ σατράπαις ἐπιτρέψας, αὐτὸς ἐπὶ τὸν Σύλλαν ἐχώρει, μέχρι νοσήσας περὶ τὸ Τίσαιον ἐτελεύτησεν. Ἐν δὲ τῇ Ἀττικῇ, τῷ μὲν ἄστει, πονουμένῳ σφόδρα ὑπὸ λιμοῦ, πολλὰ ὁ Σύλλας ἐπετείχιζε φρούρια, τοῦ μὴ διαδιδράσκειν, ἀλλ' ἐμμένοντας, ὑπὸ τοῦ πλήθους μᾶλλον ἐνοχλεῖσθαι.

XXXVI. Τῷ δὲ Πειραιεῖ, τὸ χῶμα ἐς ὕψος ἐγείρας, τὰ μηχανήματα ἐπῆγεν. Ἀρχελάου δὲ τὸ χῶμα ὑπορύττοντος καὶ τὴν γῆν ὑποφέροντός τε, καὶ ἐς πολὺ διαλανθάνοντος, τὸ χῶμα ὑφίζανεν ἄφνω· καὶ ταχείας αἰσθήσεως γενομένης, οἱ Ῥωμαῖοι τὰ μηχανήματα ὑφεῖλκον, καὶ τὸ χῶμα ἀνεπλήρουν. Τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ καὶ αὐτοὶ τὴν γῆν ἐς τὰ τείχη, τεκμαιρόμενοι, διώρυττον· ἀλλήλοις τε συμπίπτοντες κάτω, ξίφεσι καὶ δόρασιν ἐκ χειρὸς, ὡς δυνατὸν ἦν ἐν σκότῳ, διεμάχοντο. Ὁμοῦ δὲ ταῦτα ἐγίγνετο, καὶ ὁ Σύλλας ἀπὸ τῶν χωμάτων μηχανήμασι πολλοῖς τὸ τεῖχος ἐκριοκόπει· μέχρι μέρος αὐτοῦ καταβαλὼν, καὶ τὸν πλησιάζοντα πύργον ἐπειγόμενος ἐμπρῆσαι, πολλὰ μὲν ἠφίει πυρφόρα τοξεύματα ἐς αὐτὸν, τοὺς δὲ εὐτολμοτάτους ἀνέπεμπεν ἐπὶ κλιμάκων. Σπουδῆς δὲ πολλῆς γιγνομένης ἑκατέρωθεν, ὅ τε πύργος ἐνεπιμπρᾶτο· καὶ μέρος τι τοῦ τείχους ὀλίγον ὁ Σύλλας καταβαλὼν, εὐθὺς ἐπέστησε φυλακεῖον· τά τε ὑπορωρυγμένα τοῦ τείχους θεμέλια, ξύλοις ἀνηρτημένα, καὶ θείου καὶ στυππίου καὶ πίσσης γέμοντα, αὐτίκα πάντα ἐνεπίμπρη. Τῶν δ' ἄλλο παρ' ἄλλο κατέπιπτε, καὶ τοὺς ἐφεστῶτας αὐτοῖς συγκατέφερεν. Ὅ τε θόρυβος οὗτος δὴ μάλιστα, αἰφνίδιος καὶ πολὺς ὢν, πάντῃ τοὺς τειχοφύλακας ἐτάραττεν, ὡς καὶ τὸ ὑπὸ σφίσιν αὐτίκα πεσούμενον. Ὅθεν εἰς πάντα συνεχῶς ἐπιστρεφόμενοι, τήν τε γνώμην ὕποπτον εἶχον ὑπὸ τοῦ δέους, καὶ ἀσθενῶς τοὺς πολεμίους ἀπεμάχοντο.

XXXVII. Καὶ ὁ Σύλλας αὐτοῖς ὧδε ἔχουσιν ἐπικείμενος ἀπαύστως, καὶ τῶν ἰδίων τὸ ἀεὶ πονοῦν ἐναλλάσσων, ἑτέρους ἐφ' ἑτέροις ἀκμῆτας ἐπῆγε σὺν κλίμαξι, καὶ βοῇ καὶ παρακελεύσει, προτρέπων ἅμα καὶ ἀπειλῶν καὶ παρακαλῶν, ὡς ἐν τῷδε τῷ βραχεῖ τοῦ παντὸς αὐτοῖς κριθησομένου. Ἀντεπῆγε δὲ καὶ ὁ Ἀρχέλαος ἑτέρους ἀντὶ τῶν τεθορυβημένων, ἀνακαινίζων καὶ ὅδε τὸ ἔργον ἀεὶ, καὶ παρακαλῶν ἅμα καὶ ἐποτρύνων ἅπαντας, ὡς ἐν ὀλίγῳ σφίσιν ἔτι τῆς σωτηρίας οὔσης. Πολλῆς δὲ σπουδῆς καὶ προθυμίας ἑκατέρωθεν

XXXV. Hinc quum in dies magis atque magis fame laboraretur Athenis, rursum glandes indicabant mittenda noctu in urbem cibaria. Sed tum Archelaus, suspicatus, esse qui de frumentorum importatione soleant rem prodere hostibus, eodem tempore quo frumentum missum est, quosdam ad portas præsto esse jussit cum facibus, excursuros in Romanos, quamprimum Sylla frumentatores invaderet. Et accidit utrumque, ut et Sylla frumentatores caperet, et Archelaus aliquot incenderet ex machinis. Eodem tempore Arcathias, Mithridatis filius, cum alio exercitu Macedoniam ingressus, paucos Romanos præsidio provinciæ relictos profligavit; subactaque tota Macedonia, et præfectis in ea constitutis, ipse contra Syllam profectus, in itinere circa Tisæum morbo obiit. Interim Athenas, vehementius fame pressas, multis castellis circumdedit Sylla, ne quis ex urbe aufugeret, utque in tanta multitudine gravior etiam fieret fames.

XXXVI. Piræeum autem, aggere jam in altum ducto, oppugnabat machinis. Sed Archelaus cuniculis suffodit aggerem, diu nihil sentientibus Romanis; donec subito agger subsedit. Tum vero, re mature intellecta, subduxerunt machinas, aggeremque repleverunt. Jam vero et ipsi, indicia secuti, similiter cuniculos versus mœnia egerunt: et coeuntibus foveis, subterranea pugna inter fossores, quantum fieri potuit in tenebris, gladiis et hastis cominus commissa est. Eodemque tempore multo magis arietes ex aggeribus tundebant mœnia. Et, diruta muri parte, Sylla in proximam turrim multum ignem jaculatus est, ut eam incenderet: simulque audacissimum quemque per scalas ascendere jussit. Utrisque autem egregie functis officio, turris incensa est; et exiguæ muri parti, quæ corruerat, custodia statim ad posita. Simul ex alia parte, suffossis muri fundamentis, quæ non nisi trabibus jam suspensa erant, sulfur stupamque et picem magna copia subdi Sylla jussit, omniaque protinus incendi. Quo facto, nunc hic, nunc illic ruebat murus, et propugnatores simul in ruinam traxit. Quæ tanta tamque improvisa clades maxime custodes murorum ubivis terruit, dum pro se quisque trepidat, quasi jamjam simili ruina obterendus. Quare in omnes partes semper conversi, et præ timore suspecta habentes omnia, parum fortiter resistebant hosti.

XXXVII. Quos tali modo se habentes urgere Sylla non destitit, laborantes suos continuo cum aliis commutans, et fessorum loco recentes semper cum scalis adducens; hortator continuus, et minas et preces cohortationibus miscens; clamitansque in hoc brevi certamine sitam omnem victoriam. Nec vero segnius Archelaus ei se opponebat cum recentibus, amotis, quos timor parum utiles reddiderat, et ipse pariter contentionem redintegrans, urgens adhortansque universos, durarent paulisper, exiguo adhuc labore salutem ipsis constare. Ita magna utrinque alacritas omnibus red-

αὖθις ἅπασιν ἐγγενομένης, φερεπονώτατος ἦν· καὶ ὁ φόνος ἴσος καὶ ὅμοιος ἐξ ἑκατέρων· ἕως ὁ Σύλλας, ἔξωθεν ἐπιὼν, καὶ μᾶλλόν τι κάμνων, ἀνεκάλει τῇ σάλπιγγι τὴν στρατιὰν, καὶ, θαυμάσας πολλοὺς, ἀπῆγεν. Ὁ δ' Ἀρχέλαος αὐτίκα νυκτὸς τὰ πεπτωκότα τοῦ τείχους ᾠκοδόμει, μηνοειδῆ αὐτοῖς πολλὰ περιθεὶς ἔνδοθεν. Οἷς ἔτι νεοδομήτοις ὁ Σύλλας αὖθις ἐπεχείρει παντὶ τῷ στρατῷ, νομίσας, ἀσθενῆ καὶ ὑγρὰ ἔτι ὄντα, ῥᾳδίως κατερείψειν. Κάμνων δὲ, ὡς ἐν στενῷ, καὶ βαλλόμενος ἄνωθεν ἔκ τε μετώπου καὶ τῶν κεραιῶν, ὡς ἐν μηνοειδέσι χωρίοις, τοῦ ἐπιχειρεῖν ἔτι τῷ Πειραιεῖ πάμπαν ἀπεῖχε τῇ γνώμῃ, καὶ ἐς πολιορκίαν, ὡς λιμῷ παραστησόμενος αὐτοὺς, καθίστατο.

XXXVIII. Αἰσθόμενος δὲ τοὺς ἐν ἄστει μᾶλλόν τι πεπιεσμένους, καὶ κτήνη πάντα καταθύσαντας, δέρματά τε καὶ βύρσας ἕψοντας, καὶ λιχμωμένους τὸ γιγνόμενον ἐξ αὐτῶν, τινὰς δὲ καὶ τῶν ἀποθνησκόντων ἁπτομένους· ἐκέλευσε τῷ στρατῷ τὴν πόλιν περιταφρεύειν, ἵνα μηδὲ καθ' ἕνα τις ἐκφεύγοι λανθάνων. Ὡς δὲ καὶ τοῦτο ἐξείργαστο αὐτῷ, κλίμακας ἐπῆγεν ὁμοῦ, καὶ τὸ τεῖχος διώρυττε. Τροπῆς δ', ὡς ἐν ἀσθενέσιν ἀνδράσιν, αὐτίκα γενομένης, ἐσέπεσεν ἐς τὴν πόλιν. Καὶ εὐθὺς ἐν Ἀθήναις σφαγὴ πολλὴ ἦν καὶ ἀνηλεής. Οὔτε γὰρ ὑποφεύγειν ἐδύναντο, δι' ἀτροφίαν· οὔτε παιδίων ἢ γυναικῶν ἔλεος ἦν, τοῦ Σύλλα τὸν ἐν ποσὶν ἀναιρεῖν κελεύοντος, ὑπὸ ὀργῆς, ὡς ἐπὶ ταχείᾳ δὴ καὶ ἐς βαρβάρους ἀλόγῳ μεταβολῇ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀκράτῳ φιλονεικίᾳ. Ὅθεν οἱ πλέονες, αἰσθανόμενοι τοῦ κηρύγματος, ἑαυτοὺς τοῖς σφαγεῦσιν ὑπερρίπτουν ἐς τὸ ἔργον. Ὀλίγων δ' ἦν ἀσθενὴς ἐς τὴν ἀκρόπολιν δρόμος· καὶ Ἀριστίων αὐτοῖς συνέφευγεν, ἐμπρήσας τὸ Ὠδεῖον, ἵνα μὴ ἑτοίμοις ξύλοις αὐτίκα ὁ Σύλλας ἔχοι τὴν ἀκρόπολιν ἐνοχλεῖν. Ὁ δ' ἐμπιπράναι μὲν τὴν πόλιν ἀπεῖπε, διαρπάσαι δὲ ἔδωκε τῷ στρατῷ. Καὶ ἕτοιμοι σάρκες ἀνθρώπων ἐς τροφὴν ἐν πολλοῖς οἰκήμασιν εὑρέθησαν. Τῇ δὲ ἑξῆς ὁ Σύλλας τοὺς μὲν δούλους ἀπέδοτο· τοῖς δ' ἐλευθέροις, ὅσοι νυκτὸς ἐπιλαβούσης οὐκ ἔφθασαν ἀναιρεθῆναι, πάμπαν ὀλίγοις οὖσι, τὴν μὲν ἐλευθερίαν, ἔφη, διδόναι· ψῆφον δὲ καὶ χειροτονίαν τῶνδε μὲν, ὡς οἱ πεπολεμηκότων, ἀφαιρεῖσθαι· τοῖς δ' ἐκγόνοις καὶ ταῦτα διδόναι.

XXXIX. Ὧδε μὲν ἅδην εἶχον αἱ Ἀθῆναι κακῶν. Ὁ δὲ Σύλλας τῇ μὲν ἀκροπόλει φρουρὰν ἐπέστησεν, ἣ τὸν Ἀριστίωνα καὶ τοὺς συμπεφευγότας, λιμῷ καὶ δίψει πιεσθέντας, ἐξεῖλεν οὐ μετὰ πολύ. Καὶ αὐτῶν ὁ Σύλλας Ἀριστίωνα μὲν καὶ τοὺς ἐκείνῳ δορυφορήσαντας, ἢ ἀρχήν τινα ἄρξαντας, ἢ ὁτιοῦν ἄλλο πράξαντας, παρ' ἃ πρότερον ἁλούσης τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ Ῥωμαίων αὐτοῖς διετέτακτο, ἐκόλασε θανάτῳ. Τοῖς δὲ ἄλλοις συνέγνω, καὶ νόμους ἔθηκεν ἅπασιν ἀγχοῦ τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων ὁρισθέντων. Συνηνέχθη δ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως χρυσίου μὲν ἐς τεσσαράκοντα λίτρας μάλιστα, ἀργύρου δ' ἐς ἑξακοσίας. Καὶ τάδε μὲν ἀμφὶ τὴν ἀκρόπολιν ὀλίγον ὕστερον ἐγένετο.

dita est : et quum pertinacissimo studio res gereretur utrimque, cædes etiam et clades par atque æqualis fuit. Tandem vero Sylla, quum utpote oppugnator, laboraret gravius, receptui cecinit; reduxitque suos, multorum admiratus fortitudinem. Ruinas muri Archelaus noctu sinuosis munitionibus reparavit. Quas recens exstructas mox Sylla denuo aggressus est omnibus copiis; ratus, humidas adhuc et infirmas facile ruituras. Sed tunc quoque frustra fatigatus in locorum angustiis, et a fronte pariter ac lateribus, ut inter flexuosos sinus, telis hostium petitus, ab oppugnatione Piræei omnino destitit: et obsidere eumdem instituit, fame sperans expugnari posse.

XXXVIII. Quum vero cognovisset, in urbe ipsa Athenis gravissime jam laborari fame, absumtisque jumentis omnibus elixari coria et discocta delambi, imo esse qui nec a cadaveribus abstineant; jussit milites fossa urbem circumdare, ne vel singuli clam effugere possent. Quo opere absoluto, scalis simul et arietibus oppugnationem urbis Sylla aggressus est. Versisque statim in fugam hominibus imbecillibus, irrupit intra mœnia. Et protinus plurimis sævisque cædibus repletæ Athenæ sunt. Nam ne ad fugiendum quidem vires enervatis fame supererant; et tanta erat inclementia, ut nec ætati parceretur nec sexui. Iratus quippe Sylla, quod tam celeriter sine ulla causa defecissent ad barbaros, sibique tanta pertinacia restitissent, interfici obvium quemque jusserat. Ideoque multi, audita præconis voce, ultro se percussoribus objiciebant. Pauci cursu infirmo in arcem ferebantur, et in his Aristion; incenso prius Odeo, ne ex ejus trabibus Sylla materiem paratam ad oppugnationem arcis inveniret. Ille urbem incendi quidem vetuit, sed in prædam concessit militibus : qui, dum scrutantur ædes civium, in non unis invenerunt carnes humanas ad cibum paratas. Posterea die Sylla servos sub hasta vendidit : ingenuis, qui, admodum pauci, ingruente nocte cædem evaserant, libertatem se, pronunciavit, concedere; jus autem suffragiorum et plebiscitorum abrogare, eo quod bellum sibi fecissent : nepotibus tamen ipsorum hæc quoque indulgere.

XXXIX. Atque ita cumulate calamitatibus oppletæ Athenæ sunt. Ad arcem vero obsidendam custodes Sylla reliquit; a quibus haud ita multo post Aristion, et cæteri qui eodem confugerant, fame ac siti ad deditionem compulsi sunt. Ex his Aristionem cum suo satellitio, et qui magistratum aliquem gesserant, aut quocunque modo a constitutionibus Romanorum, post captam Græciam ordinatis, discesserant, extremo supplicio Sylla affecit. Cæteris veniam dedit; legesque omnibus reddidit easdem ferme quas prius a Romanis acceperant. Ex arce ablatæ sunt auri libræ quadraginta, argenti libræ sexcentæ. Sed hæc quidem in arce aliquanto post gesta sunt.

XL. Ὁ δὲ Σύλλας αὐτίκα τοῦ ἄστεος ληφθέντος, οὐ περιμένων ἔτι τὸν Πειραιᾶ διὰ πολιορκίας ἐξελεῖν, κριοὺς ὁμοῦ καὶ βέλη καὶ ἀκόντια ἐπῆγεν, ἄνδρας τε πολλούς, οἳ διώρυσσον ὑπὸ χελώναις τὰ τείχη, καὶ σπείρας, αἳ τοὺς ἐπὶ τῶν τειχῶν, ἀκοντίζουσαί τε καὶ τοξεύουσαι θαμινά, ἀνέκοπτον. Καὶ κατήρειψέ τι τοῦ μηνοειδοῦς ὑγροτέρου καὶ ἀσθενεστέρου ἔτι ὄντος, ἅτε νεοδομήτου. Ὑπιδομένου δὲ τοῦτο ἔτι πρότερον Ἀρχελάου, καὶ προοικοδομήσαντος ἔνδοθεν ὅμοια πολλά, τὸ μὲν ἔργον ἦν τῷ Σύλλᾳ διηνεκές, ἐμπίπτοντι εἰς ἕτερον ὅμοιον ἐξ ἑτέρου· ὁρμῇ δ' ἀπαύστῳ καὶ στρατοῦ μεταβολῇ πυκνῇ χρώμενος, καὶ περιθέων αὐτούς, καὶ παρακαλῶν ἐπὶ τὸ ἔργον, ὡς ἐν τῷδε ἔτι λοιπῷ τῆς ὅλης ἐλπίδος καὶ κέρδους τῶν προπεπονημένων ὄντος· οἱ δὲ αὐτοί, τῷ ὄντι τοῦτο σφίσιν ἡγούμενοι τέλος εἶναι πόνων, καὶ ἐς τὸ ἔργον αὐτό, ὡς μέγα δὴ καὶ λαμπρόν, τοιῶνδε τειχῶν κρατῆσαι, φιλοτιμούμενοι, προσέκειντο βιαίως. Μέχρι καταπλαγεὶς αὐτῶν τὴν ὁρμὴν ὁ Ἀρχέλαος, ὡς μανιώδη καὶ ἄλογον, ἐξέλιπεν αὐτοῖς τὰ τείχη· ἐς δέ τι τοῦ Πειραιῶς ἀνέδραμεν ὀχυρώτατόν τε καὶ θαλάσσῃ περίκλυστον· ᾧ ναῦς οὐκ ἔχων ὁ Σύλλας οὐδ' ἐπιχειρεῖν ἐδύνατο.

XL. Statim autem urbe capta, longum putans Sylla obsidione Piræeum premere, arietes simul et telorum omne genus admovit, magnamque vim hominum, qui testudinibus tecti perfoderent muros, pluresque cohortes, quæ jaculorum sagittarumque imbre propugnatores a muro depellerent. Jamque diruit partem corniculati illius muri, qui, nuperrime exstructus, humidior adhuc et infirmior erat. Quod ipsum quoniam jam ante suspicatus fuerat Archelaus, interius plures similes illius exstrui jusserat; ut finem nullum laboris inveniret hostis, ex alio in alium similem incidens. Sed Sylla indefesso studio urgebat opus, divisis per crebras vices militum operis, circumcursans, et ad rem strenue gerendam suos exhortans, amplissimamque spem præmiorum exhausto hoc uno labore ostentans : et ipsi quoque milites, finem laborum in hoc opere revera sibi positum arbitrati, et gloriæ cupiditate ad laborem incitati, quum magnum ac præclarum opus putarent talia mœnia superasse, acerrime instabant. Donec, perculsus insano illorum ac veluti furioso impetu, Archelaus muros deseruit; et in partem Piræei munitissimam, mari undique cinctam, se recepit; quam Sylla, navibus carens, ne attentare quidem poterat.

XLI. Ἐντεῦθεν ὁ μὲν Ἀρχέλαος ἐπὶ Θεσσαλίαν διὰ Βοιωτῶν ἀνεζεύγνυε, καὶ συνῆγεν ἐς Θερμοπύλας τὰ λοιπὰ τοῦ τε ἰδίου στρατοῦ παντός, ὃν ἔχων ἦλθε, καὶ τοῦ σὺν Δρομιχαίτῃ παραγεγονότος. Συνῆγε δὲ καὶ τὸ σὺν Ἀρκαθίᾳ τῷ παιδὶ τοῦ βασιλέως ἐς Μακεδονίαν ἐμβαλόν, ἀκραιφνέστατον δὴ καὶ πλῆρες ὂν τόδε μάλιστα, καὶ οὓς αὐτίκα ἄλλους ὁ Μιθριδάτης ἀπέστειλεν· οὐ γὰρ διέλιπεν ἐπιπέμπων. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα σὺν ἐπείξει συνῆγεν. Ὁ δὲ Σύλλας τὸν Πειραιᾶ, τοῦ ἄστεος μᾶλλον ἐνοχλήσαντά οἱ, κατεπίμπρη, φειδόμενος οὔτε τῆς ὁπλοθήκης, οὔτε τῶν νεωσοίκων, οὔτε τινὸς ἄλλου τῶν ἀοιδίμων. Καὶ μετὰ τοῦτ' ἐπὶ τὸν Ἀρχέλαον ᾔει διὰ τῆς Βοιωτίας καὶ ὅδε. Ὡς δ' ἐπλησίασαν ἀλλήλοις, οἱ μὲν ἐκ Θερμοπυλῶν ἄρτι μετεχώρουν ἐς τὴν Φωκίδα, Θρᾷκές τε ὄντες, καὶ ἀπὸ τοῦ Πόντου, καὶ Σκύθαι, καὶ Καππαδόκαι, Βιθυνοί τε καὶ Γαλάται καὶ Φρύγες, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ Μιθριδάτῃ νεόκτητα γένοιτο· πάντες ἐς δυώδεκα μυριάδας ἀνδρῶν. Καὶ στρατηγοὶ αὐτῶν ἦσαν μὲν καὶ κατὰ μέρος ἑκάστῳ, αὐτοκράτωρ δ' Ἀρχέλαος ἐπὶ πᾶσι. Σύλλας δ' ἦγεν Ἰταλιώτας, καὶ Ἑλλήνων ἢ Μακεδόνων ὅσοι ἄρτι πρὸς αὐτὸν ἀπὸ Ἀρχελάου μετετίθεντο, ἤ εἴ τι ἄλλο περίοικον· οὐδ' ἐς τριτημόριον τὰ πάντα τῶν πολεμίων.

XLI. Inde Thessaliam per Bœotiam petiit Archelaus; et circa Thermopylas colligebat reliquias copiarum omnium, quas vel ipse in Græciam adduxerat, vel quæ Dromichæta duce advenerant. Accersivit et eos, qui cum Arcathia, regis filio, Macedoniam erant ingressi, manum integerrimam maxime viribus, nullisque supplementis indigentem; denique recentiorem etiam aliam, quam tum primum miserat Mithridates, qui nunquam cessabat supplementa submittere. Interea Sylla Piræeum, ubi plus quam apud urbem laborum exhauserat, incendit; nec armamentario parcens, nec navalibus, aut si quod aliud opus ibi celebrabatur. Deinde contra Archelaum profectus et ipse est per Bœotiam. Jamque appropinquanti Syllæ hostes ex Thermopylis obviam veniebant in Phocidem. Erant autem Thraces, et Pontici, et Scythæ, tum Cappadoces, Bithyni, Gallogræci, Phrygesque, et alii ex aliis provinciis Mithridati recens subjectis, numero in universum CXX millia : quibus per singulas gentes erant duces præfecti, sed Archelaus summum in omnes imperium obtinebat. Syllam vero, præter Romanos et Latini nominis socios, sequebantur Græci Macedonesque, qui nuperrime ad ipsum rursus ab Archelao defecerant, cum aliis nonnullis ex regionibus finitimis : omnes simul ne tertiam quidem partem hostium numero æquantes.

XLII. Ἀντικαθίσαντες δ' ἀλλήλοις, ὁ μὲν Ἀρχέλαος ἐξέτασσεν ἐς μάχην, ἀεὶ προκαλούμενος· ὁ δὲ Σύλλας ἐβράδυνε, τὰ χωρία καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐχθρῶν περισκοπούμενος. Ἀναχωροῦντι δ' ἐς Χαλκίδα τῷ Ἀρχελάῳ παρακολουθῶν, καιρὸν ἐπετήρει καὶ τόπον. Ὡς δὲ αὐτὸν εἶδε περὶ Χαιρώνειαν ἐν ἀποκρήμνοις στρατοπεδευόμενον, ἔνθα μὴ κρατοῦσιν ἀποχώρησις μηδεμία ἦν· πεδίον αὐτὸς εὐρὺ πλησίον καταλαβών,

XLII. Ubi vero castra collata sunt, Archelaus continuo suos producebat, faciens pugnandi potestatem : Sylla vero cunctabatur, locorum naturam et hostium multitudinem circumspiciens. Recedentem deinde versus Chalcidem Archelaum subsecutus, tempus locumque observabat. Ut vero vidit prope Chæroneam in præruptis locis castra metatos hostes, unde victis nullum patebat effugium; ipse in proximo occupata lata planitie, mox suos produxit, Arche-

εὐθὺς ἐπῆγεν, ὡς καὶ ἄκοντα βιασόμενος ἐς μάχην Ἀρχέλαον· ἐν ᾧ σφίσι μὲν ὕπτιον καὶ εὐπετὲς ἐς δίωξιν καὶ ἀναχώρησιν ἦν πεδίον· Ἀρχελάῳ δὲ κρημνοὶ περιέκειντο, οἳ τὸ ἔργον οὐκ εἴων ἐν οὐδενὶ κοινὸν ὅλου τοῦ στρατοῦ γενέσθαι, συστῆναι διὰ τὴν ἀνωμαλίαν οὐκ ἔχοντος· τραπεῖσί τε αὐτοῖς ἄπορος διὰ τῶν κρημνῶν ἐγίγνετο ἡ φυγή. Ὁ μὲν δὴ τοιοῖσδε λογισμοῖς τῇ δυσχωρίᾳ μάλιστα πιστεύων, ἐπῄει, ὡς οὐδὲν ἐσομένου χρησίμου τοῦ πλήθους Ἀρχελάῳ. Ὁ δ' οὐκ ἐγνώκει μὲν αὐτῷ τότε συμπλέκεσθαι, διὸ καὶ ἀμελῶς ἐστρατοπέδευσεν. Ἐπιόντος δὲ ἤδη, τῆς δυσχωρίας ὀψὲ καὶ μόγις ᾐσθάνετο· καὶ προὔπεμπέ τινας ἱππέας ἐς κώλυσιν αὐτοῦ. Τραπέντων δ' ἐκείνων, καὶ ἐς τοὺς κρημνοὺς καταῤῥιφθέντων, ἑξήκοντα αὖθις ἔπεμψεν ἅρματα, εἰ δύναιτο μετὰ ῥύμης κόψαι καὶ διαῤῥῆξαι τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων. Διαστάντων δὲ τῶν Ῥωμαίων, τὰ μὲν ἅρματα ὑπὸ τῆς φορᾶς ἐς τοὺς ὀπίσω παρενεχθέντα τε καὶ δυσεπίστροφα ὄντα, πρὸς τῶν ὑστάτων περιστάντων αὐτὰ καὶ ἐσακοντιζόντων διεφθείρετο.

XLIII. Ὁ δ' Ἀρχέλαος, δυνηθεὶς ἂν καὶ ὣς ἀπὸ τοῦ χάρακος εὐσταθῶς ἀπομάχεσθαι, τάχα οἱ καὶ τῶν κρημνῶν ἐς τοῦτο συλλαμβανόντων, ἐξῆγε σὺν ἐπείξει, καὶ διέτασσε μετὰ σπουδῆς τοσόνδε πλῆθος οὐ προεγνωκότων ἀνδρῶν, ἐν στενωτάτῳ μάλιστα γεγονὼς, διὰ τὸν Σύλλαν ἤδη πλησιάζοντα. Τοὺς δ' ἱππέας πρώτους ἐπαγαγὼν μετὰ δρόμου πολλοῦ, διέτεμε τὴν φάλαγγα Ῥωμαίων ἐς δύο· καὶ εὐμαρῶς ἑκατέρους ἐκυκλοῦτο, διὰ τὴν ὀλιγότητα. Οἱ δ' ἀπεμάχοντο μὲν ἐγκρατῶς, ἐς πάντας ἐπιστρεφόμενοι. Μάλιστα δ' ἐπόνουν οἱ περὶ Γάλβαν τε καὶ Ὁρτήσιον, καθ' οὓς αὐτὸς ὁ Ἀρχέλαος ἐτέτακτο, τῶν βαρβάρων, ὡς ἐν ὄψει στρατηγοῦ, σὺν προθυμίᾳ σφοδρᾷ ἐπικειμένων. Μέχρι, τοῦ Σύλλα μεταχωροῦντος ἐς αὐτοὺς σὺν ἱππεῦσι πολλοῖς, ὁ Ἀρχέλαος ἀπὸ τῶν σημείων στρατηγικῶν ὄντων, καὶ τοῦ κονιορτοῦ πλείονος αἰρομένου, τεκμηράμενος εἶναι Σύλλαν τὸν ἐπιόντα, λύσας τὴν κύκλωσιν, ἐς τάξιν ἀνεχώρει. Ὁ δὲ, τῶν τε ἱππέων τὸ ἄριστον ἄγων, καὶ δύο νεαλεῖς σπείρας ἐν τῇ παρόδῳ προσλαβὼν, αἳ ἐτετάχατο ἐφεδρεύειν, οὔπω τὸν κύκλον τοῖς πολεμίοις ἐξελίξασιν, οὐδ' εἰς μέτωπον εὐσταθῶς διατεταγμένοις, ἐνέβαλε· καὶ θορυβήσας ἔκοψέ τε, καὶ ἐς φυγὴν τραπέντας ἐδίωκεν. Ἀρξαμένης δ' ἐνταῦθα τῆς νίκης, οὐδὲ Μουρήνας ἠλίνυεν, ἐπὶ τοῦ λαιοῦ τεταγμένος, ἀλλ' ὀνειδίσας τοῖς ὑφ' αὐτὸν, καὶ γενναίως ἐμπεσὼν, ἐδίωκε κἀκεῖνος.

XLIV. Τρεπομένων δ' ἤδη τῶν Ἀρχελάου κερῶν, οὐδ' οἱ μέσοι τὴν τάξιν ἐφύλασσον, ἀλλ' ἀθρόα πάντων ἐγίγνετο φυγή. Ἔνθα δὴ πάντα ὅσα εἴκασεν ὁ Σύλλας, ἐνέπιπτε τοῖς πολεμίοις. Οὐ γὰρ ἔχοντες ἀναστροφὴν εὐρύχωρον, οὐδὲ πεδίον ἐς φυγὴν, ἐπὶ τοὺς κρημνοὺς ὑπὸ τῶν διωκόντων ἐωθοῦντο· καὶ αὐτῶν οἱ μὲν ἐξέπιπτον πρὸς αὐτὸν, οἱ δ' εὐβουλότερον ἐς τὸ στρατόπεδον ἐφέροντο. Ἀρχέλαος δ' αὐτοὺς προλαβὼν, ἀπειρότατα

laum vel invitum coacturus ad pugnandum; quandoquidem ipsi faveret opportunitas loci, expediti ad gradum vel inferendum vel referendum; quum Archelaus sepiretur rupibus, quæ in certamine non sinerent exercitum vires in unum conferre, interrumpentibus aspretis: quod si semel in fugam verterentur hostes, eædem rupes erant receptum impeditura. Hac maxime ratione locorum motus, Sylla aggressus est hostem, ne ei proforet copiarum multitudo. Archelaus autem nihil tum de pugna cogitabat; eamque ob causam negligentior fuerat in loco castris capiendo. Ac tunc demum, quum jam irruerent Romani, ægre atque sero animadverterat loci iniquitatem. Tum vero partem equitatus ad reprimendum eorum impetum præmisit. Profligatisque equitibus, et in abrupta actis, rursum sexaginta quadrigas immisit, si forte per earum impetum posset scindere ac interrumpere legionum ordines. Quas Romani, discessione facta, ad ultimam usque aciem siverunt prætervehi: ubi priusquam retro verti possent, a triariis equi et aurigæ telis obruti et oppressi sunt.

XLIII. Archelaus, quum sic quoque tuto potuisset ex vallo pugnare, protegentibus etiam rupibus, maluit propere et raptim tantam hominum multitudinem, qui de pugna ne cogitaverant quidem, in aciem educere; licet locorum etiam angustiis, quod Sylla jam esset in proximo, maxime impediretur. Immissis igitur primum equitibus, perrupit mediam Romanorum aciem; atque ita utrumque dimidium, propter paucitatem facile circumvenit. Repugnaverunt autem fortiter Romani, in orbem pugnantes. Sed maxime laboravere ii, quibus Galba et Hortensius præerant; quos ipse Archelaus urgebat oppositus, in cujus conspectu virtutem suam approbare nitebantur barbari. Sed Sylla in eam partem cum multis equitibus accurrente; Archelaus, ex imperatoriis insignibus et majore oborto pulvere, conjiciens, ipsum adventare, omissa circumventione, in justam aciem rediit. At Sylla, robur agens equitum, et assumtis etiam in transitu duabus recentibus cohortibus, quæ in subsidiis fuerant collocatæ, hostes, priusquam ex orbe circum Romanos facto in rectam frontem sese ordine explicassent, invasit, turbatosque perrupit, et in fugam versos persecutus est. Mox cœptam hac parte victoriam Murena in lævo cornu adjuvit non segniter: increpitisque quos circa se habebat, ipse quoque fortiter impetum fecit, et oppositos hostes in fugam compulit.

XLIV. Ita profligato utroque cornu Archelai, ne medii quidem substiterunt, sed una erat fuga omnium. Tunc igitur omnia hostibus accidebant, quæ eventura conjecerat Sylla. Nam angustiis impediti, quum fugæ non pateret locus, in abrupta protrudebantur ab insequentibus; et pars, dum elabi conatur, in ipsorum Romanorum incidebat manus. Alii quidem prudentiori consilio castra sua repetebant. At hos anteverterat Archelaus, et reditu exclusos,

ᾗ τότε μάλιστα συμφορῶν πολεμικῶν, ἀπέκλειε, καὶ ἐπιστρέφειν ἐς τοὺς πολεμίους ἐκέλευεν. Οἱ δ' ἀνέστρεφον μὲν ἐκ προθυμίας· οὔτε δὲ στρατηγῶν ἢ ἐπιστατῶν ἐς διάταξιν ἔτι σφίσι παρόντων, οὔτε τὰ σημεῖα ἕκαστοι τὰ ἑαυτῶν ἐπιγιγνώσκοντες, ὡς ἐν ἀκόσμῳ τροπῇ διεῤῥιμμένοι, χωρίου τε καὶ ἐς φυγὴν καὶ ἐς μάχην ἀποροῦντες, στενωτάτου τότε μάλιστα αὐτοῖς διὰ τὴν δίωξιν γενομένου, ἐκτείνοντο μετὰ ἀργίας, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων, οὐδὲν ἀντιδρᾶσαι φθάνοντες· οἱ δὲ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, ὡς ἐν πλήθει καὶ στενοχωρίᾳ θορυβούμενοι. Πάλιν τε κατέφυγον ἐπὶ τὰς πύλας, καὶ εἱλοῦντο περὶ αὐτὰς, ἐπιμεμφόμενοι τοῖς ἀποκλείουσι. Θεούς τε πατρίους αὐτοῖς καὶ τὴν ἄλλην οἰκειότητα σὺν ὀνείδει προὔφερον, ὡς οὐχ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μᾶλλον ἢ τῶνδε ὑπερορώντων αὐτοὺς ἀναιρούμενοι· ἔστε μόλις αὐτοῖς ὁ Ἀρχέλαος, ὀψὲ τῆς χρείας, ἀνεῴγνυ τὰς πύλας, καὶ ὑπεδέχετο μετὰ ἀταξίας ἐστρέχοντας. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, ταῦτα συνιδόντες, καὶ παρακαλέσαντες τότε μάλιστα ἀλλήλους, δρόμῳ τοῖς φεύγουσι συνέπιπτον ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ τὴν νίκην ἐς τέλος ἐξειργάσαντο.

XLV. Ἀρχέλαος δὲ, καὶ ὅσοι ἄλλοι κατὰ μέρος ἐξέφυγον, ἐς Χαλκίδα συνελέγοντο, οὐ πολὺ πλείους μυρίων, ἐκ δυώδεκα μυριάδων, γενόμενοι. Ῥωμαίων δὲ ἔδοξαν μὲν ἀποθανεῖν πεντεκαίδεκα ἄνδρες, δύο δ' αὐτῶν ἐπανῆλθον. Τοῦτο μὲν δὴ Σύλλᾳ καὶ Ἀρχελάῳ, τῷ Μιθριδάτου στρατηγῷ, τῆς περὶ Χαιρώνειαν μάχης τέλος ἦν· δι' εὐβουλίαν δὴ μάλιστα Σύλλα, καὶ δι' ἀφροσύνην Ἀρχελάου, τοιόνδε ἑκατέρῳ γενόμενον. Σύλλας δὲ, πολλῶν μὲν αἰχμαλώτων, πολλῶν δ' ὅπλων καὶ λείας κρατῶν, τὰ μὲν ἀχρεῖα σωρευθέντα, διαζωσάμενος, ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις, αὐτὸς ἐνέπρησε τοῖς ἐνυαλίοις θεοῖς. Ἀναπαύσας δὲ τὴν στρατιὰν ἐπ' ὀλίγον, ἐς τὸν Εὔριπον σὺν εὐζώνοις ἐπὶ τὸν Ἀρχέλαον ἠπείγετο. Ῥωμαίων δὲ ναῦς οὐκ ἐχόντων, ἀδεῶς τὰς νήσους περιέπλει, τὰ παράλια πορθῶν· Ζακύνθῳ δ', ἐκβὰς, παρεστρατοπέδευσε. Καί τινων Ῥωμαίων, οἳ ἐπεδήμουν, νυκτὸς ἐπιθεμένων αὐτῷ, κατὰ τάχος ἐσβὰς αὖθις ἀνήγετο ἐς Χαλκίδα, λῃστεύοντι μᾶλλον ἢ πολεμοῦντι ἐοικώς.

XLVI. Μιθριδάτης δ' ἐπεὶ τοσῆσδε ἥττης ἐπύθετο, κατεπλάγη μὲν αὐτίκα καὶ ἔδεισεν, ὡς ἐπὶ ἔργῳ τοσούτῳ· στρατιὰν δ' ὅμως ἄλλην ἀπὸ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐθνῶν ἁπάντων κατὰ σπουδὴν συνέλεγε. Νομίσας δ' ἄν τινας αὐτῷ, διὰ τὴν ἧτταν, ἢ νῦν, ἢ εἴ τινα καιρὸν ἄλλον εὕροιεν, ἐπιθήσεσθαι, τοὺς ὑπόπτους οἱ πάντας, πρὶν ὀξύτερον γενέσθαι τὸν πόλεμον, ἀνελέγετο· καὶ πρῶτα μὲν τοὺς Γαλατῶν τετράρχας, ὅσοι τε αὐτῷ συνῆσαν ὡς φίλοι, καὶ ὅσοι μὴ κατήκουον αὐτοῦ, πάντας ἔκτεινε μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν, χωρὶς τριῶν τῶν διαφυγόντων· τοῖς μὲν ἐνέδρας ἐπιπέμψας, τοὺς δ' ἐπὶ διαίτῃ μιᾶς νυκτός· οὐχ ἡγούμενος αὐτῶν οὐδένα οἱ βέβαιον, εἰ πλησιάσει Σύλλας, ἔσεσθαι. Σφετερισάμενος δ' αὐτῶν τὰς περιουσίας, φρουρὰς ἐσῆγεν ἐς τὰς

adversus hostem reverti jussit; maximam hac quidem re imperitiam casuum belli prodens. Et parebant illi quidem alacriter : sed quum jam nec duces aut præfecti illis adessent, qui instaurarent ordines, nec signa quisque sua discernerent, incondita quippe fuga omnes disjecti, præterea nec pugnæ locum nec fugæ haberent, coacti tunc maxime propter insequentes hostes in summas angustias; trucidabantur impune, vel ab hostibus, quibus jam nihil amplius damni inferre ipsi poterant, vel a suis, ut fit in constipata ac tumultuante turba. Itaque portas iterum petentes, circa eas glomerabantur; hosque, qui se excluderent, objurgabant, communia eis sacras cæterasque necessitudines inter convicia exprobrantes; ac, non tam ab hostibus sese perdi, vociferantes, quam ab his ipsis sese despicientibus. Et ægre tandem Archelaus, serius quidem quam usus postulabat, portam aperuit, et confusis ordinibus ruentes recepit. Quod conspicati Romani, mutuo se cohortantes, simul cum fugientibus in castra irruperunt, et supremam manum imposuerunt victoriæ.

XLV. Archelaus, et quotquot alii passim diffugerant, ad Chalcidem congregabantur; e centum viginti millibus, non multo plus quam decies mille superstites. E Romanis primum quindecim viri desiderati sunt; ex quibus ipsis duo deinde redierunt, falso periisse crediti. Hoc eventu Sylla cum Archelao, Mithridatis duce, pugnavit ad Chæroneam; ad quem quidem pugnæ eventum prudentia potissimum Syllæ, et inconsiderantia Archelai, plurimum contulerunt. Sylla, magno numero captivorum multisque armis et alia præda potitus, inutilia spolia coacervata, Romano more accinctus, cremavit, diis sacrata belli præsidibus. Tum vero paululum temporis militi ad quietem dato, ad Euripum cum expeditis properavit adversus Archelaum. Sed ille, quoniam Romani classe carebant, secure per insulas vagabatur, maritimas oras depopulans. Zacynthum etiam, facta exscensione, obsedit : sed a Romanis quibusdam, ibi peregrinantibus, noctu invasus, celeriter conscensis navibus, Chalcidem rediit, piratæ quam bellatori similior.

XLVI. Mithridates vero, ad tantæ cladis nuntium, terrore quidem, ut par erat, timoreque perculsus est; at protinus tamen novas copias ex omnibus sibi subjectis gentibus contraxit. Ratusque, non defore qui sibi victo, vel nunc, vel per proximam quamque occasionem, structuri sint insidias; suspectos omnes, priusquam gravius ingrueret bellum, collegit. Ac primum quidem Gallogræcorum tetrarchas, cum quos circa se habebat in amicorum cohorte, tum qui ei non erant subjecti, necavit omnes cum liberis et uxoribus; exceptis tribus, fuga servatis. Illorumque alios insidiis oppressit, alios una nocte peremit in convivio; putans, nullum eorum in fide mansurum, si Sylla advenerit. Deinde eorum fisco suo attributis, in civitates vero

πόλεις, καὶ σατράπην ἐς τὸ ἔθνος Εὔμαχον ἔπεμψεν· ὃν αὐτίκα τῶν τετραρχῶν οἱ διαφυγόντες, στρατιὰν ἀγείραντες ἀπὸ τῶν ἀγρῶν, ἐξέβαλον αὐταῖς φρουραῖς, διώκοντες ἐκ Γαλατίας. Καὶ Μιθριδάτῃ περιῆν, Γαλατῶν ἔχειν τὰ χρήματα μόνα. Χίοις δὲ μηνίων, ἐξ οὗ τις αὐτῶν ναῦς ἐς τὴν βασιλικὴν ἐν τῇ περὶ Ῥόδον ναυμαχίᾳ λαθοῦσα ἐνέβαλε, πρῶτα μὲν ἐδήμευσε τὰ ὄντα Χίοις τοῖς ἐς Σύλλαν φυγοῦσιν· ἑξῆς δ᾽ ἔπεμπε τοὺς τὰ Ῥωμαίων ἐρευνησομένους ἐν Χίῳ. Καὶ τρίτον, Ζηνόβιος στρατιὰν ἄγων, ὡς ἐς τὴν Ἑλλάδα διαβαλῶν, τὰ τείχη τῶν Χίων, καὶ ὅσα ἄλλα ἐρυμνὰ χωρία, τῆς νυκτὸς κατέλαβε· καὶ ταῖς πύλαις φρουρὰν ἐπιστήσας, ἐκήρυσσε, τοὺς μὲν ξένους ἀτρεμεῖν, Χίους δὲ ἐς ἐκκλησίαν συνελθεῖν, ὡς διαλεξόμενος αὐτοῖς τι παρὰ τοῦ βασιλέως. Ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἔλεξεν· ὅτι, Βασιλεὺς ὕποπτον ἔχει τὴν πόλιν, διὰ τοὺς ῥωμαΐζοντας· παύσεται δὲ, ἐὰν τά τε ὅπλα παραδῶτε, καὶ ὅμηρα τῶν παίδων τοὺς ἀρίστους. Οἱ μὲν δὴ, κατειλημμένην σφῶν τὴν πόλιν ὁρῶντες, ἔδοσαν ἄμφω· καὶ Ζηνόβιος αὐτὰ ἐς Ἐρυθρὰς ἐξέπεμψεν, ὡς αὐτίκα τοῖς Χίοις γράψοντος τοῦ βασιλέως.

XLVII. Ἐπιστολὴ δὲ ἧκε Μιθριδάτου, τάδε λέγουσα· « Εὖνοι καὶ νῦν ἐστε Ῥωμαίοις, ὧν ἔτι πολλοὶ παρ᾽ ἐκείνοις εἰσί· καὶ τὰ ἐγκτήματα Ῥωμαίων καρποῦσθε, ἡμῖν οὐκ ἀναφέροντες. Ἔς τε τὴν ἐμὴν ναῦν ἐν τῇ περὶ Ῥόδον ναυμαχίᾳ τριήρης ὑμετέρα ἐνέβαλέ τε καὶ κατέσεισεν. Ὃ ἐγὼ περιέφερον ἑκὼν ἐς μόνους τοὺς κυβερνήτας, εἰ δύναισθε σώζεσθαι, καὶ ἀγαπᾷν. Λανθάνοντες δὲ καὶ νῦν τοὺς ἀρίστους ὑμῶν ἐς Σύλλαν διεπέμψατε, καὶ οὐδένα αὐτῶν ὡς οὐκ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ταῦτα πράττοντα ἐνεδείξατε, οὐδ᾽ ἐμηνύσατε· ὃ τῶν οὐ συμπεπραχότων ἔργον ἦν. Τοὺς οὖν ἐπιβουλεύοντας μὲν τῇ ἐμῇ ἀρχῇ, ἐπιβουλεύσαντας δὲ καὶ τῷ σώματι, οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι ἐδικαίουν ἀποθανεῖν· ἐγὼ δ᾽ ὑμῖν τιμῶμαι δισχιλίων ταλάντων. » Τοσαῦτα μὲν ἡ ἐπιστολὴ περιεῖχεν. Οἱ δ᾽ ἐβούλοντο μὲν ἐς αὐτὸν πρεσβεῦσαι· Ζηνοβίου δὲ κατακωλύοντος, ὅπλων τε ἀφῃρημένοι, καὶ παίδων σφίσι τῶν ἀρίστων ἐχομένων, στρατιᾶς τε βαρβαρικῆς τοσαύτης ἐφεστώσης, οἰμώζοντες, ἔκ τε ἱερῶν κόσμους, καὶ τὰ τῶν γυναικῶν πάντα, ἐς τὸ πλήρωμα τῶν δισχιλίων ταλάντων, συνέφερον. Ὡς δὲ καὶ ταῦτ᾽ ἐπεπλήρωτο, αἰτιασάμενος τὸν σταθμὸν ἐνδεῖν ὁ Ζηνόβιος, ἐς τὸ θέατρον αὐτοὺς συνεκάλει· καὶ τὴν στρατιὰν περιστήσας μετὰ γυμνῶν ξιφῶν ἀμφί τε τὸ θέατρον αὐτὸ καὶ τὰς ἀπ᾽ αὐτοῦ μέχρι τῆς θαλάσσης ὁδοὺς, ἦγε τοὺς Χίους, ἀνιστὰς ἕκαστον ἐκ τοῦ θεάτρου, καὶ ἐνετίθετο ἐς τὰς ναῦς, ἑτέρωθι μὲν τοὺς ἄνδρας, ἑτέρωθι δ᾽ αὐτῶν τὰ γύναια καὶ τὰ παιδία, βαρβαρικῶς ὑπὸ τῶν ἀγόντων ὑβριζόμενα. Ἀνάσπαστοι δ᾽ ἐντεῦθεν ἐς Μιθριδάτην γενόμενοι, διεπέμφθησαν ἐς τὸν Πόντον τὸν Εὔξεινον. Καὶ Χῖοι μὲν ὧδε ἐπεπράχεσαν.

XLVIII. Ζηνόβιον δὲ Ἐφέσιοι μετὰ στρατιωτῶν προσιόντα ἐκέλευον ἐξοπλίσασθαί τε παρὰ ταῖς πύλαις,

præsidia, et genti satrapam Eumachum imposuit. Quem protinus illi ex tetrarchis, qui evaserant, collecto ex agris exercitu, ejecerunt cum suis præsidiis e Gallogræcia; ut Mithridates nihil ex ea gente reliquum haberet, præter pecuniam. Chiis quoque iratus, ex quo navis eorum aliqua imprudens in regiam impegerat in navali contra Rhodios prælio, primum publicavit bona civium qui ad Syllam profugerant; deinde misit, qui in possessiones, quas Romani apud Chios haberent, inquirerent. Postremo Zenobius cum exercitu, quasi trajecturus in Græciam, ad Chium classe appulsa, muros Chiorum et munitiora quæque loca noctu occupavit : additisque ad portas custodiis, per præconem edixit, ut hospites quieti manerent, Chii vero convenirent in concionem, audituri mandata regis. Quod ubi factum est, dixit : suspectam esse regi civitatem, propter Romanæ factionis homines : ei suspicioni remedium fore, si arma tradiderint, et obsides selectos, optimatum liberos. Illi, occupatam urbem suam cernentes, utrumque dederunt. Zenobius omnia Erythras misit, et Chios regias literas exspectare jussit.

XLVII. Moxque advenerunt Mithridatis ad Chios literæ, scriptæ in hanc sententiam : « Favetis nunc quoque Romanis, apud quos adhuc multi sunt ex vestris civibus : et prædiis, quæ Romanorum sunt in vestra insula, vos fruimini, neque illa nobis in censum refertis. Navem etiam meam, Rhodiensi prælio, vestra triremis impacta concussit : quam culpam libenter ego in solos gubernatores rejeci, sperans, forte servari vos posse, neque ulterius progressuros flagitiorum. At vos clam optimates vestros ad Syllam misistis : quorum neminem unquam detulistis, quod absque consensu publico id fecerit ; sicut decuisset eos, qui consilii illorum non fuissent participes. Quamvis igitur adversarii regni mei et ipsius vitæ insidiatores commeruissetis, ex amicorum meorum sententia, ut capitaliter in vos animadverteretur; malo tamen vos mulctare duobus talentorum millibus. » Hoc erat argumentum epistolæ. Quo audito, petebant Chii, ut sibi liceret legatos ad regem mittere : sed Zenobio ne id quidem permittente, exarmati, et datis obsidibus obstricti, imminente tanto exercitu barbarico, gementes, ornamenta templorum et mundum muliebrem conferebant, ut duo millia talentorum conficerent. Quibus confectis, Zenobius, causatus deesse aliquid justo ponderi, convocavit eos in theatrum : deinde, dispositis cum circa ipsum theatrum, tum circa vias quæ inde ad mare ferebant, militibus cum strictis gladiis, singulos e theatro evocatos navibus jussit imponi, seorsim viros, seorsim pueros ac mulieres; quibus etiam barbarico more illudebant vectores. Ita domo ad Mithridatem transportati Chii, ab eo in Pontum Euxinum dimissi sunt. Et hic quidem Chiorum fuit casus.

XLVIII. At Ephesii Zenobium, cum militibus accedentem, jusserunt ad portam arma deponere, et cum paucis in

καὶ σὺν ὀλίγοις ἐσελθεῖν. Ὁ δ' ὑπέστη μὲν ταῦτα, καὶ ἐσῆλθε πρὸς Φιλοποίμενα τὸν πατέρα Μονίμης, τῆς ἐρωμένης Μιθριδάτου, ἐπίσκοπον Ἐφεσίων ἐκ Μιθριδάτου καθεστηκότα· καὶ συνελθεῖν οἱ τοὺς Ἐφεσίους ἐς ἐκκλησίαν ἐκήρυττεν. Οἱ δὲ, οὐδὲν χρηστὸν ἔσεσθαι παρ' αὐτοῦ προσδοκῶντες, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἀνέθεντο. Καὶ νυκτὸς ἀλλήλους ἀγείραντές τε καὶ παρακαλέσαντες, Ζηνόβιον μὲν ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλόντες ἔκτειναν, καὶ τὰ τείχη κατεῖχον, καὶ τὸ πλῆθος συνελόχιζον, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν συνέλεγον, καὶ τὴν πόλιν ὅλως διὰ χειρὸς εἶχον. Ὧν πυνθανόμενοι Τραλλιανοὶ καὶ Ὑπαιπηνοὶ καὶ Μητροπολῖται, καί τινες ἄλλοι, τὰ Χίων πάθη δεδιότες, ὅμοια τοῖς Ἐφεσίοις ἔδρων. Μιθριδάτης δ' ἐπὶ μὲν τὰ ἀφεστηκότα στρατιὰν ἐξέπεμπε, καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ τοὺς λαμβανομένους ἔδρα· δείσας δὲ περὶ τοῖς λοιποῖς, τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας ἠλευθέρου, καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς αὐτοῖς ἐκήρυσσε, καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῃ μετοίκους πολίτας αὐτῶν ἐποίει, καὶ τοὺς θεράποντας, ἐλευθέρους· ἐλπίσας (ὅπερ δὴ καὶ συνηνέχθη) τοὺς κατάχρεως καὶ μετοίκους καὶ θεράποντας, ἡγουμένους ἐν τῇ Μιθριδάτου ἀρχῇ βεβαίως τὰ δοθέντα αὐτοῖς ἕξειν, εὔνους αὐτῷ γενήσεσθαι. Μυννίων δὲ καὶ Φιλότιμος, οἱ Σμυρναῖοι, καὶ Κλεισθένης καὶ Ἀσκληπιόδοτος, οἱ Λέσβιοι, βασιλεῖ γνώριμοι πάντες (ὁ δὲ Ἀσκληπιόδοτος αὐτὸν καὶ ξεναγήσας ποτὲ) ἐπιβουλὴν ἐπὶ τὸν Μιθριδάτην συνετίθεσαν· ἧς αὐτὸς ὁ Ἀσκληπιόδοτος μηνυτὴς ἐγένετο, καὶ ἐς πίστιν ὑπὸ κλίνῃ τινὶ παρεσκεύασεν ἀκοῦσαι τοῦ Μυννίωνος. Ἁλούσης δὲ τῆς ἐπιβουλῆς, οἱ μὲν, αἰκισθέντες ἐκολάσθησαν· ὑποψία δ' ἐς τὰ ὅμοια πολλοὺς κατεῖχεν. Ὡς δὲ καὶ Περγαμηνῶν τὰ αὐτὰ βουλεύοντες ὀγδοήκοντα ἄνδρες ἑάλωσαν, καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἕτεροι, ζητητὰς ὁ Μιθριδάτης πανταχοῦ περιέπεμπεν, οἳ, τοὺς ἐχθροὺς ἐνδεικνύντων ἑκάστων, ἔκτειναν ἀμφὶ τοὺς χιλίους καὶ ἑξακοσίους ἄνδρας. Ὧν οἱ κατηγορήσαντες, οὐ πολὺ ὕστερον, οἱ μὲν ὑπὸ Σύλλα ληφθέντες διεφθάρησαν, οἱ δὲ προανεῖλον ἑαυτοὺς, οἱ δ' εἰς τὸν Πόντον αὐτῷ Μιθριδάτῃ συνέφευγον.

XLIX. Γιγνομένων δὲ τῶνδε περὶ τὴν Ἀσίαν, ὀκτὼ μυριάδων στρατὸς ἤθροιστο τῷ Μιθριδάτῃ· καὶ αὐτὸν Δορύλαος ἐς τὴν Ἑλλάδα πρὸς Ἀρχέλαον ἦγεν, ἔχοντα τῶν προτέρων ἔτι μυρίους. Ὁ δὲ Σύλλας ἀντεστρατοπέδευε μὲν Ἀρχελάῳ περὶ Ὀρχομενόν. Ὡς δὲ εἶδε τῆς ἐπελθούσης ἵππου τὸ πλῆθος, ὤρυσσε τάφρους πολλὰς ἀνὰ τὸ πεδίον, εὖρος δέκα πόδας· καὶ ἐπιόντος αὐτῷ τοῦ Ἀρχελάου ἀντιπαρέταξεν. Ἀσθενῶς δὲ τῶν Ῥωμαίων διὰ δέος τῆς ἵππου μαχομένων, ἐς πολὺ μὲν αὐτοὺς παριππεύων παρεκάλει, καὶ ἐπέσπερχε σὺν ἀπειλῇ. Οὐκ ἐπιστρέφων δ' αὐτοὺς ἐς τὸ ἔργον οὐδ' ὣς, ἐξήλατο τοῦ ἵππου· καὶ σημεῖον ἁρπάσας, ἀνὰ τὸ μεταίχμιον ἔθει μετὰ τῶν ὑπασπιστῶν, κεκραγώς· Εἴ τις ὑμῶν, ὦ Ῥωμαῖοι, πύθοιτο, ποῦ Σύλλαν τὸν στρατηγὸν ὑμῶν αὐτῶν προὐδώκατε· λέγειν, ἐν Ὀρχομενῷ μαχόμενον. Οἱ δ' ἡγεμόνες αὐτῷ κινδυνεύοντι συνεξ-

urbem ingredi. Tulit hoc ille : et divertens ad Philopœmenem, patrem Monimæ, adamatæ a Mithridate, quem rex præsidem ac custodem ei civitati reliquerat, per præconem ad concionem evocavit Ephesios. Qui, nihil benignum ab eo exspectantes, distulerunt rem in posterum diem; et noctu congregati cohortatique se mutuo, Zenobium in carcerem trusum necarunt : simulque occupabant mœnia, multitudinem centuriabant, fruges ex agris comportabant, ac tota urbe sedulo omnia ad defendendum comparabant. Quibus auditis, Tralliani, Hypæpeni, Metropolitæ, et alii nonnulli, Chiorum calamitate perterriti, Ephesiorum exemplum imitabantur. Mithridates autem, misso contra descisccentes exercitu, multis modis sæviebat in eos quos in potestatem recepit suam. Sed et cæterorum timens defectionem, civitates Græcas libertate donavit, debitoribus remissionem per præconem annuncians, inquilinis vero jus civitatis in suo cuique oppido, et servis libertatem : sperans fore, quod et accidit, ut obærati, inquilini, servique, nonnisi sub Mithridatis imperio firmiter se possessuros recens concessa arbitrantes, potentiam ipsius propugnarent acriter. Interea Mynnio et Philotimus, Smyrnæi, Clisthenes et Asclepiodotus, Lesbii, cuncti familiares regis (Asclepiodotus vero hospitio etiam eum olim exceperat) conspirarunt in Mithridatem. Cujus conspirationis ipse Asclepiodotus index fuit; et, ut verbis suis fidem pararet, effecit, ut rex lecto quodam tectus Mynnionem audiret. Ita proditis insidiis, socii conspirationis excruciati perierunt. Sed simul eadem suspicio alios multos pressit. Ut vero etiam Pergami LXXX viri similia agitasse consilia deprehensi sunt, et in aliis civitatibus alii, scrutatores ubique circummisit rex; qui, quum inimicos suos quisque indicaret, sustulerunt circiter MDC homines. Accusatores vero ipsi non multo post aut a Sylla sunt affecti supplicio, aut seipsos interemerunt, aut fugienti in Pontum Mithridati se adjunxerunt comites.

XLIX. Quæ dum in Asia geruntur, LXXX millium exercitum rex collegit; quem Dorylaus duxit in Græciam ad Archelaum, cui ex prioribus copiis decem adhuc millia fuerant reliqua. Et Sylla cum Archelao castra contulit ad Orchomenum. Ut vero vidit adventantis equitatus multitudinem, multas fossas per campum fodit, decem pedes latas : aggredientemque Archelaum excepit instructa acie. Romanis autem metu equitatus segniter pugnantibus; obequitans Sylla, diu hortatus est eos incitavitque non sine minis. Postquam vero ne sic quidem ad strenue aggrediendum hostem adducere suos potuit; desiliit ab equo, et, correpto signo, procurrit inter duas acies cum satellitibus, clamans : Si quis vos, milites, rogaverit, ubinam Syllam imperatorem vestrum prodideritis, respondete, Pugnantem ad Orchomenum. Tum præfecti, periculo ejus moti, succurrerunt

οὐ δυνατὸν εἶναι. Ὁ μὲν δὴ τὴν θυσίαν ἦγε πατρίῳ νόμῳ. Σύλλα δ' οὐκ ἀξιοῦντος Μιθριδάτην ἔνσπονδον πολεμεῖσθαι, Αὖλος Γαβίνιος ἐπέμφθη, Μουρήνᾳ μὲν ἀληθῆ τήνδε προαγόρευσιν ἐρῶν, μὴ πολεμεῖν Μιθριδάτῃ· Μιθριδάτην δὲ καὶ Ἀριοβαρζάνην ἀλλήλοις συναλλάξων. Ὁ δὲ Μιθριδάτης ἐν τῇδε τῇ συνόδῳ παιδίον τετραετὲς ἐγγυήσας τῷ Ἀριοβαρζάνῃ, καὶ ἐπὶ τῇδε προφάσει λαβὼν ἔχειν Καππαδοκίας ὅσα τε εἶχε, καὶ ἕτερα ἐπ' ἐκείνοις, εἱστία πάντας, καὶ χρυσίον, ἐπί τε τῇ κύλικι, καὶ τῇ τροφῇ, καὶ ἐπὶ σκώμμασι, καὶ ἐπὶ ᾠδῇ, καὶ πᾶσιν, ὥσπερ εἰώθει, προυτίθει· οὗ μόνος Γαβίνιος οὐχ ἥψατο. Ὁ μὲν δὴ δεύτερος Μιθριδάτῃ καὶ Ῥωμαίοις πόλεμος, τρίτῳ μάλιστα ἔτει, ἐς τοῦτο διελύετο.

LXVII. Καὶ σχολὴν ἄγων ὁ Μιθριδάτης, Βόσπορον ἐχειροῦτο, καὶ βασιλέα αὐτοῖς τῶν υἱέων ἕνα ἀπεδείκνυε Μαχάρην. Ἐς δ' Ἀχαιοὺς τοὺς ὑπὲρ Κόλχους ἐσβαλὼν (οἳ δοκοῦσιν εἶναι τῶν ἐκ Τροίας κατὰ τὴν ἐπάνοδον πλανηθέντων), δύο μέρη τοῦ στρατοῦ πολέμῳ τε καὶ κρύει καὶ ἐνέδραις ἀποβαλὼν, ἐπανῆλθε, καὶ ἐς Ῥώμην ἔπεμπε τοὺς συγγραψομένους τὰ συγκείμενα. Ἔπεμπε δὲ καὶ Ἀριοβαρζάνης, εἴθ' ἑκὼν, εἴτε πρός τινων ἐνοχλούμενος, οὐκ ἀπολαμβάνειν Καππαδοκίαν, ἀλλὰ τὸ πλέον αὐτῆς ἔτι Μιθριδάτην ἀφαιρεῖσθαι. Μιθριδάτης μὲν οὖν, Σύλλα κελεύοντος αὐτῷ μεθεῖναι Καππαδοκίαν, μεθῆκε· καὶ ἑτέραν πρεσβείαν ἐπέπεμπεν ἐπὶ τὰς τῶν συνθηκῶν συγγραφάς. Ἤδη δὲ Σύλλα τεθνεῶτος, οὐκ ἐπαγόντων αὐτὴν, ὡς ἐν ἀσχολίᾳ, τῶν προβούλων ἐπὶ τὸ κοινὸν, Τιγράνη τὸν γαμβρὸν Μιθριδάτης ἔπεισεν, ἐς Καππαδοκίαν ἐμβαλεῖν, ὥσπερ ἀφ' ἑαυτοῦ. Καὶ τὸ μὲν σόφισμα οὐκ ἔλαθε Ῥωμαίους. Ὁ δ' Ἀρμένιος, Καππαδοκίαν σαγηνεύσας, ἐς τριάκοντα μυριάδας ἀνθρώπων ἀνασπάστους ἐς Ἀρμενίαν ἐποίησε, καὶ συνῴκιζεν αὐτοὺς μεθ' ἑτέρων ἔς τι χωρίον, ἔνθα πρῶτον Ἀρμενίας τὸ διάδημα αὐτὸς περιεθήκατο, καὶ Τιγρανόκερταν ἀφ' ἑαυτοῦ προσεῖπε· δύναται δ' εἶναι Τιγρανόπολις.

LXVIII. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἐν Ἀσίᾳ. Σερτώριος δ', Ἰβηρίας ἡγούμενος, αὐτήν τε Ἰβηρίαν καὶ τὰ περίοικα πάντα ἐπὶ Ῥωμαίους ἀνίστη, καὶ βουλὴν ἐκ τῶν οἱ συνόντων, ἐς μίμημα τῆς συγκλήτου, κατέλεγε. Δύο δ' αὐτοῦ τῶν στασιωτῶν, Λούκιοι Μάγιός τε καὶ Φάννιος, Μιθριδάτην ἔπειθον συμμαχῆσαι τῷ Σερτωρίῳ, πολλὰ περὶ τῆς Ἀσίας αὐτὸν καὶ τῶν ἐγγὺς ἐθνῶν ἐπελπίζοντες. Ὁ μὲν δὴ, πεισθεὶς, ἐς τὸν Σερτώριον ἔπεμψεν· ὁ δὲ, τοὺς πρέσβεις ἐς τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον παραγαγών τε, καὶ μεγαλοφρονησάμενος, ὅτι τὸ κλέος αὐτοῦ καὶ ἐς τὸν Πόντον διίκετο, καὶ Ῥωμαίους ἕξοι πολιορκεῖν ἀπό τε δύσεως καὶ ἐξ ἀνατολῆς, συνετίθετο τῷ Μιθριδάτῃ, δώσειν Ἀσίαν τε καὶ Βιθυνίαν, καὶ Παφλαγονίαν, καὶ Καππαδοκίαν, καὶ Γαλατίαν· στρατηγόν τε αὐτῷ Μάρκον Οὐάριον, καὶ συμβούλους τοὺς Λουκίους Μάγιόν τε καὶ Φάννιον, ἔπεμψε. Μεθ' ὧν ὁ Μιθριδάτης ἐξέφαινε τὸν τρίτον καὶ τελευ-

dicunt posse. Tali igitur instituto patrio sacrificium celebravit Mithridates. Cæterum quoniam indignum censebat Sylla, Mithridatem bello infestari, qui fœdus non violasset, missus est Aulus Gabinius, qui simul Murenæ denunciaret, serium fuisse mandatum, quo ille abstinere bellum a Mithridate fuerat jussus; simul Mithridatem cum Ariobarzane reduceret in gratiam. In eo conventu Mithridates, desponsata Ariobarzani filiola quadrienni, sibique stipulato per eamdem occasionem jure retinendi non solum eam partem Cappadociæ, quam jam tunc tenebat, sed et aliam partem insuper occupandi, convivium præbuit omnibus; in quo certum auri pondus proposuit his, qui bibacitate, vel edacitate, dicteriis, cantu, cæterisque solennibus ludicris vincerent: quorum pretiorum solus expers fuit Gabinius. Atque ita alterum Mithridaticum Bellum tertio anno finitum est.

LXVII. Mithridates, otium nactus, subegit Bosporum; et genti illi unum ex filiis, Macharem, regem dedit. Inde Achæos aggressus, qui ultra Colchos incolunt, et Græcorum a Troja revertentium atque errore in eas oras delatorum putantur reliquiæ, duas partes exercitus partim aperto bello, partim frigoris inclementia, partim insidiis hostium, amisit. Domum reversus, misit Romam, qui leges fœderis scripto consignarent. Simul vero et Ariobarzanes, sive sponte, sive incitatus ab aliis, misit, qui Patres docerent, se non recepisse Cappadociam, et majorem ejus partem a Mithridate etiamnum teneri. Et Mithridates, jussus a Sylla cedere Cappadocia, cessit rursusque ad conscribendas fœderis leges aliam legationem misit. Quæ quoniam, mortuo nuper Sylla, senatuque aliis negotiis districto, a prætoribus in senatum non est introducta, Tigranem generum concitavit Mithridates, ut, tanquam proprio consilio, invaderet Cappadociam, quod quidem commentum non latuit Romanos. Tigranes, Cappadocia veluti indagine cincta, ad trecenta millia hominum abstraxit in Armeniam; et agros eis cum aliis ad incolendum in eo loco attribuit, ubi primum sibi imposuerat regni Armeniæ diadema, urbemque a suo nomine Tigranocertam, quasi dicas Tigranis urbem, denominaverat.

LXVIII. Hæc dum in Asia geruntur, Sertorius, Hispaniam provinciam obtinens, et ipsam et accolas omnes adversus Romanos concitavit: et ex amicis, quos circa se habebat, senatum ad imitationem Romani senatus instituit. Hujus factionis duo socii, L. Magius et L. Fannius, Mithridatem ad fœdus percutiendum cum Sertorio invitarunt; spem ei facientes, Asiam et finitimas provincias præmia societatis fore. Et persuasus Mithridates, legatos ad Sertorium misit. Quibus in senatum suum introductis, Sertorius, multum sibi gratulatus, quod in Pontum usque penetraverit nominis sui fama, ut jam possit Romanos ab occidente ac oriente oppugnare pariter, fœdus cum Mithridate percussit; in quo ei concessit Asiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, Gallogræciam. Ducem quoque ad eum misit M. Varium, cui duos Lucios, Magium, Fanniumque, attribuit consiliarios. Quibus auctoribus Mithri-

ταῖόν οἱ γενόμενον ἐς Ῥωμαίους πόλεμον· ἐν ᾧ πᾶσαν ἀπώλεσε τὴν ἀρχὴν, Σερτωρίου μὲν ἀποθανόντος ἐν Ἰβηρίᾳ, ἐπιπεμφθέντων δὲ οἱ στρατηγῶν ἀπὸ Ῥώμης, προτέρου Λουκούλλου τοῦδε, τοῦ νεναυαρχηκότος Σύλλᾳ, ὑστέρου δὲ Πομπηίου· ἐφ' ὅτου πάντα ὅσα ἦν Μιθριδάτου, καὶ ὅσα αὐτοῖς γειτονεύοντα, μέχρι ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην, προφάσει καὶ ὁρμῇ τοῦ Μιθριδατείου πολέμου ἐς Ῥωμαίους ἅπαντα περιηνέχθη.

LXIX. Μιθριδάτης μὲν οὖν, οἷα Ῥωμαίων πολλάκις ἐς πεῖραν ἐλθὼν, καὶ τόνδε μάλιστα τὸν πόλεμον ἡγούμενος, ἀπροφασίστως δὴ καὶ ὀξέως γενόμενον, ἄσπειστον ἕξειν· πᾶσαν ἐπενόει παρασκευὴν, ὡς ἄρτι δὴ κριθησόμενος περὶ ἁπάντων. Καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ θέρους καὶ τὸν χειμῶνα ὅλον ὑλοτομῶν, ἐπήγνυτο ναῦς καὶ ὅπλα, καὶ σίτου διακοσίας μεδίμνων μυριάδας ἐπὶ θαλάσσῃ διετίθει. Σύμμαχοί τε αὐτῷ προσεγίγνοντο, χωρὶς τῆς προτέρας δυνάμεως, Χάλυβες, Ἀρμένιοι, Σκύθαι, Ταῦροι, Ἀχαιοὶ, Ἡνίοχοι, Λευκόσυροι, καὶ ὅσοι περὶ Θερμώδοντα ποταμὸν γῆν ἔχουσι τὴν Ἀμαζόνων λεγομένην. Τοσαῦτα μὲν ἐπὶ τοῖς προτέροις αὐτῷ περὶ τὴν Ἀσίαν προσεγίγνετο· περάσαντι δ' ἐς τὴν Εὐρώπην, Σαυροματῶν οἵ τε Βασίλειοι καὶ Ἰάζυγες, καὶ Κόραλλοι, καὶ Θρακῶν ὅσα γένη παρὰ τὸν Ἴστρον ἢ Ῥοδόπην ἢ τὸν Αἷμον οἰκοῦσι, καὶ ἐπὶ τοῖσδε Βαστάρναι, τὸ ἀλκιμώτατον αὐτῶν γένος. Τοσάδε μὲν δὴ καὶ τῆς Εὐρώπης τότε προσελάμβανεν ὁ Μιθριδάτης. Καὶ μυριάδες ἐκ πάντων ἐς τὸ μάχιμον αὐτῷ συνελέγοντο τεσσαρεσκαίδεκα μάλιστα πεζῶν, καὶ ἱππεῖς ἐπὶ μυρίοις ἑξακισχίλιοι. Πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ὅμιλος ὁδοποιῶν καὶ σκευοφόρων εἵπετο καὶ ἐμπόρων.

LXX. Ἀρχομένου δ' ἦρος, ἀπόπειραν τοῦ ναυτικοῦ ποιησάμενος, ἔθυε τῷ Στρατίῳ Διὶ τὴν συνήθη θυσίαν· καὶ Ποσειδῶνι λευκῶν ἵππων ἅρμα καθεὶς ἐς τὸ πέλαγος, ἐπὶ Παφλαγονίας ἠπείγετο, στρατηγούντων αὐτῷ Ταξίλου τε καὶ Ἑρμοκράτους. Ὡς δ' ἀφίκετο, ἐδημηγόρησε τῷ στρατῷ περί τε τῶν προγόνων μάλα σεμνολόγως, καὶ περὶ αὑτοῦ μεγαληγόρως· ὅτι τὴν ἀρχὴν ἐκ βραχέος ἐπὶ πλεῖστον παραγαγὼν, οὔποτε Ῥωμαίων ἡττηθείη παρών. Εἶτα κατηγόρησεν αὐτῶν ἐς πλεονεξίαν καὶ ἀμετρίαν· ὑφ' ἧς, ἔφη, καὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν πατρίδα αὐτὴν δεδούλωνται. Καὶ τὰς γενομένας οἱ τελευταίας συνθήκας ἐπέφερεν, ὡς οὐκ ἐθέλουσιν ἀναγράψασθαι, καιροφυλακοῦντες αὖθις ἐπιθέσθαι. Καὶ τοῦτο αἴτιον τοῦ πολέμου τιθέμενος, ἐπῆγε τὴν ἑαυτοῦ στρατιὰν ὅλην καὶ παρασκευὴν, καὶ Ῥωμαίων ἀσχολίαν, πολεμουμένων ὑπὸ Σερτωρίου κατακράτος ἐν Ἰβηρίᾳ, καὶ στασιαζόντων ἐς ἀλλήλους ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν. Διὸ καὶ τῆς θαλάσσης, ἔφη, καταφρονοῦσι λῃστευομένης πολὺν ἤδη χρόνον, καὶ σύμμαχος αὐτοῖς οὐδείς ἐστιν, οὐδ' ὑπήκοος ἑκούσιος ἔτι. Οὐχ ὁρᾶτε δ' αὐτῶν, ἔφη, καὶ τοὺς ἀρίστους (ἐπιδεικνὺς Οὐάριόν τε καὶ τοὺς Λουκίους) πολεμίους μὲν ὄντας τῇ πατρίδι, συμμάχους δ' ἡμῖν;

dates tertium et ultimum bellum Romanis intulit; in quo totum amisit imperium, Sertorio mortuo in Hispania, contra ipsum vero missis ab Urbe ducibus, primum Lucullo eo, qui sub Sylla classi præfuerat; deinde Pompeio, cujus auspiciis universa Mithridatis ditio, et vicinæ huic regiones usque ad flumen Euphratem, uno impetu per occasiones hujus belli sub imperium populi Romani redactæ sunt.

LIX. Mithridates igitur, jam sæpius vires Romanas expertus, et hujus maxime belli, temere et repente moti, nullam sperans veniam; totus erat in apparatu, de summa quippe rerum jam jacturus aleam. Æstatis reliquum et integram hiemen comsumsit materie cædenda, fabricandisque navibus et armis: frumentique cc. medimnorum myriadas, ad mare delatas, passim per oras disposuit. Auxilia præsto ei fuere, præter veteres copias, Chalybes, Armenii, Scythæ, Tauri, Achæi, Heniochi, Leucosyri, et qui circa Thermodontem fluvium terram colunt quam vocant Amazonum: hæc ex Asia accesserunt pristinæ potentiæ. Trans mare vero ex Europa, socios tunc sibi adscivit, ex Sarmaticis populis, Basilidas et Jazyges, tum Corallos, et Thracum quicunque Istrum flumen et Rhodopen Hæmumque montes accolunt, et insuper fortissimos horum omnium Bastarnas. E quibus universis legit in militiam CXL peditum, equitum XVI millia. Sequebatur autem castra et alia magna turba eorum qui vias muniebant, aut deferebant sarcinas, atque etiam negotiatorum.

LXX. Ineunte autem vere Mithridates, decursione facta classium, sacra more consueto Jovi bellorum Præsidi fecit; et Neptuno quadrigas alborum equorum demisit in mare. Quibus peractis, properavit in Paphlagoniam, ducibus exercitus Taxile et Hermocrate. Quo postquam ventum est, concionem ad milites habuit magniloquam, cum de suis majoribus, tum maxime de seipso; quod exigua regni pomœria in immensum auxisset, nec unquam præsens victus esset a Romanis. Hinc Romanorum accusavit avaritiam, adeo immoderatam, ut et Italiam et ipsam patriam in servitutem redegissent. Tum de fœdere, postremo loco secum inito, eosdem accusavit; ideo eos nolle fœdus illud scripto consignare, ut observato commodo tempore bellum sibi denuo possint inferre. His belli causis commemoratis, exposuit copias suas omnes, reliquumque apparatum; et quantis negotiis premantur Romani, a Sertorio tunc gravissimo bello infestati in Hispania, et in Italia seditionibus domesticis laborantes. Quapropter et mare, inquit, jam dudum a piratis infestari patiuntur, nec ulla sociorum haben. auxilia, nec subditos ullos, qui libenter ipsorum pareant imperio. Annon vero, inquit, eorum optimates (Varium ostendens et Lucios), hostes quidem patriæ, nostros vero socios esse, videtis? »

LXXI. Ταῦτ' εἰπὼν, καὶ τὸν στρατὸν ἐρεθίσας, ἐνέβαλεν ἐς Βιθυνίαν, Νικομήδους ἄρτι τεθνεῶτος ἄπαιδος, καὶ τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίοις ἀπολιπόντος. Κόττας δ' ἡγούμενος αὐτῆς, ἀσθενὴς τὰ πολέμια πάμπαν, ἔφυγεν ἐς Χαλκηδόνα μεθ' ἧς εἶχε δυνάμεως. Καὶ Βιθυνία μὲν ἦν αὖθις ὑπὸ τῷ Μιθριδάτῃ, τῶν πανταχοῦ Ῥωμαίων ἐς Χαλκηδόνα πρὸς Κότταν συνθεόντων. Ἐπιόντος δὲ καὶ τῇ Χαλκηδόνι τοῦ Μιθριδάτου, Κόττας μὲν ὑπὸ ἀπραξίας οὐ προῄει· Νοῦδος δὲ, ὁ ναύαρχος αὐτοῦ, σὺν μέρει τινὶ στρατοῦ τὰ ὀχυρώτατα τοῦ πεδίου καταλαβὼν, καὶ ἐξελαθεὶς, ἔφυγεν ἐπὶ τὰς πύλας τῆς Χαλκηδόνος διὰ θριγκίων πολλῶν, πάνυ δυσχερῶς. Ἀμφί τε τὰς πύλας ὠθισμὸς ἦν ἐσπηδώντων ὁμοῦ· ὅθεν οὐδὲν τοῖς διώκουσιν αὐτοὺς βέλος ἠτύχει. Ὡς δὲ καὶ περὶ τῶν πυλῶν δείσαντες οἱ φύλακες τὰ κλεῖθρα καθῆκαν ἐς αὐτὰς ἀπὸ μηχανῆς, Νοῦδον μὲν καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων τινὰς ὑπὸ καλωδίοις ἀνιμήσαντο· οἱ δὲ λοιποὶ μεταξὺ τῶν τε φίλων καὶ τῶν πολεμίων ἀπώλλυντο, τὰς χεῖρας ἐς ἑκατέρους ὀρέγοντες. Ὅ τε Μιθριδάτης, τῇ φορᾷ τῆς εὐτυχίας χρώμενος, ἐπῆγεν αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τὸν λιμένα τὰς ναῦς· καὶ τὸ κλεῖθρον ἁλύσει χαλκῇ δεδεμένον ἀπορρήξας, τέσσαρας μὲν ἐνέπρησε τῶν πολεμίων, τὰς δὲ λοιπὰς ἑξήκοντα ἀνεδήσατο, οὐδὲν οὔτε Νούδου κωλύοντος ἔτι, οὔτε Κόττα, ἀλλ' ἐς τὰ τείχη συγκεκλεισμένων. Ἀπέθανον δὲ Ῥωμαίων μὲν ἐς τρισχιλίους, καὶ Λούκιος Μάλλιος, ἀνὴρ ἀπὸ βουλῆς· Μιθριδάτου δὲ, Βασταρνῶν τῶν πρώτων ἐσπεσόντων ἐς τὸν λιμένα, εἴκοσι.

LXXII. Λούκιος δὲ Λούκουλλος ὑπατεύειν καὶ στρατηγεῖν αἱρεθεὶς τοῦδε τοῦ πολέμου, τέλος μέν τι στρατιωτῶν ἦγεν ἐκ Ῥώμης· δύο δ' ἄλλα τὰ Φιμβρίου, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἕτερα δύο, προσλαβὼν, σύμπαντας ἔχων πεζοὺς τρισμυρίους, καὶ ἱππέας ἐς χιλίους ἐπὶ ἑξακοσίοις, παρεστρατοπέδευε τῷ Μιθριδάτῃ περὶ Κύζικον. Καὶ δι' αὐτομόλων ἐπιγνοὺς, εἶναι τῷ βασιλεῖ στρατιὰν μὲν ἀνδρῶν ἀμφὶ μυριάδας τριάκοντα, ἀγορὰν δὲ, εἴ τι σιτολογοῦντες ἢ ἐκ θαλάσσης λάβοιεν· ἔφη πρὸς τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, ἀμαχεὶ λήψεσθαι τοὺς πολεμίους αὐτίκα· καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος αὐτοῖς ἐνεκελεύετο μνημονεύειν. Ὄρος δὲ ἰδὼν εὔκαιρον ἐς στρατοπεδείαν, ὅθεν αὐτὸς μὲν εὐπορήσειν ἔμελλεν ἀγορᾶς, τοὺς δὲ πολεμίους ἀποκλείσειν, ἐπεχείρει καταλαβεῖν, ὡς ἐν τῷδε τὴν νίκην ἀκίνδυνον ἕξων. Μιᾶς δ' οὔσης ἐς αὐτὸ διόδου στενῆς, ὁ Μιθριδάτης αὐτὴν ἐφύλαττεν ἐγκρατῶς, ὧδε καὶ Ταξίλου καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων αὐτῷ παραινούντων. Λούκιος δὲ Μάγιος, ὁ Σερτωρίῳ καὶ Μιθριδάτῃ τὰ ἐς ἀλλήλους διαιτήσας, ἀνῃρημένου τοῦ Σερτωρίου, πρὸς Λούκουλλον ἐπεπόμφει κρύφα· καὶ πίστιν λαβὼν, μετέπειθε τὸν Μιθριδάτην, ὑπεριδεῖν Ῥωμαίων παροδευόντων τε καὶ στρατοπεδευόντων ὅπῃ θελήσειαν. Τὰ γὰρ [Σερτωρίου] ὑπὸ Φιμβρίᾳ γενόμενα δύο τέλη βουλεύειν αὐτομολίαν, καὶ αὐτίκα τῷ βασιλεῖ προσέσεσθαι. Τί οὖν χρῄζειν αὐτὸν ἀγῶνος καὶ φόνου, δυνάμενον ἀμαχεὶ κρατῆσαι τῶν πολεμίων; Οἷς ὁ Μιθρι-

LXXI. His dictis irritato exercitu, Bithyniam invasit Mithridates, a Nicomede, nuper sine liberis defuncto, per testamentum relictam populo Romano. Cujus præses Cotta, vir imbellis admodum, fugit Chalcedonem cum suis copiis: atque ita Bithynia rursum sub Mithridatis imperium redit; Romanis undique Chalcedonem ad Cottam confluentibus. Quam urbem quum et ipsam rex peteret, Cotta, negotiis bellicis minime assuetus, non prodiit: sed classis ejus præfectus, nomine Nudus, cum parte exercitus munitiora quædam campi loca occupavit. Quibus mox depulsus, refugit ad portam Chalcedonis, laboriose multa septa superans. Et ad ipsam portam fit compressio simul irruentium; quo factum est, ut persecutores nullum in eos telum frustra mitterent. Ut vero portæ custodes, timentes urbi, demiserunt ex machina clathros, Nudum quidem, cum aliis nonnullis ex præfectis subduxerunt funibus: reliqui vero amicos inter et hostes contrucidati sunt, incassum manus tendentes ad utrosque. Mithridates, utendum fortuna ratus, eodem die classem ad portum admovit: perruptaque ferrea catena, quæ claudebat ostium, quatuor hostiles naves incendit, reliquas sexaginta ad puppes suarum religatas abstraxit; nec Nudo prohibente, nec Cotta, qui intra mœnia sese continebant. Perierunt Romanorum ad tria millia, et in his L. Manlius senator. Mithridates e Bastarnis, qui primi portum intraverant, viginti amisit.

LXXII. Jam vero L. Lucullus consul, ad hoc bellum missus, adjunctis ad unam legionem ex Urbe secum eductam duabus Fimbrianis, et duabus item aliis, ut in universum haberet XXX M. peditum, M. DC. equites, circa Cyzicum castra cum Mithridate contulit. Ubi quum ex transfugis cognovisset, regem habere circiter trecenta virorum millia, commeatus autem his non alios esse, nisi qui partim a frumentatoribus, partim mari, subvectarentur; conversus ad suos, ait, se protinus absque certamine in potestatem redacturum hostes; jussitque eos promissi hujus meminisse. Conspicatus autem montem castris opportunum, quo occupato ipse copiam habiturus esset commeatuum, hostibus vero intercludere commeatum posset, eum occupare aggressus est, ut maximi momenti futurum ad victoriam sine periculo parandam. Quumque unicus, isque angustus, esset in eum aditus, Mithridates hunc tenebat valido præsidio, a Taxile ducibusque aliis ita admonitus. At L. Magius, qui societatem inter Sertorium Mithridatemque conciliarat, post Sertorii mortem clam ad Lucullum miserat nuncium, a quo accepta fide, persuasit regi, sineret Romanos transire et castra metari ubicumque voluissent. Fimbrianas enim legiones [Sertorianarum esse partium, et] meditari transitionem, propediemque ad regem signa translaturas. Quid igitur opus esse sudore et sanguine, quando sine certamine vin-

δάτης συνθέμενος ἀνοήτως μάλα καὶ ἀνυπόπτως, περιεῖδε Ῥωμαίους διὰ στενοῦ παροδεύοντας ἀδεῶς, καὶ ἐπιτειχίζοντας αὐτῷ μέγα ὄρος· οὗ κρατοῦντες, αὐτοὶ μὲν ὄπισθεν ἔμελλον ἀγορὰν ἀδεῶς ἐπάξεσθαι, Μιθριδάτην δὲ λίμνῃ καὶ ὄρεσι καὶ ποταμοῖς ἀποκλείσειν τῶν κατὰ γῆν ἁπάντων, ὅ τι μὴ γλίσχρως ποτὲ λάβοι, οὔτε ἐξόδους εὐρείας ἔτι ἔχοντα, οὔτε βιάζεσθαι δυνάμενον ἔτι Λούκουλλον ὑπὸ τῆς δυσχωρίας· ἧς κρατῶν κατεφρόνησεν. Ὅ τε χειμὼν ἤδη πλησιάζων ἔμελλε καὶ τῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης αὐτὸν ἐν ἀπορίᾳ καταστήσειν. Ἃ θεωρῶν ὁ Λούκουλλος, τοὺς φίλους ἀνεμίμνησκε τῆς ὑποσχέσεως, καὶ τὸ ἐπαγγελθὲν, ὡς παρὸν, ἐδείκνυεν.

LXXIII. Ὁ δὲ Μιθριδάτης, δυνηθεὶς ἂν ἴσως καὶ τότε διὰ τὸ πλῆθος διὰ μέσων ὤσασθαι τῶν πολεμίων, τούτου μὲν ὑπερεῖδε, Κυζίκῳ δὲ οἷς παρεσκεύασε πρὸς πολιορκίαν ἐπετίθετο· νομίσας ἐν τῷδε διορθώσειν τὴν δυσχωρίαν ὁμοῦ καὶ τὴν ἀπορίαν. Οἷα δὲ εὐπορῶν στρατοῦ πολλοῦ, πᾶσιν ἔργοις ἐπεχείρει, τόν τε σταθμὸν ἀποτειχίζων τείχει διπλῷ, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς πόλεως ἀποταφρεύων. Χώματά τε πολλὰ ἤγειρε, καὶ μηχανὰς ἐπήγνυτο, πύργους, καὶ χελώνας κριοφόρους· ἑλέπολίν τε ἑκατὸν πήχεων, ἐξ ἧς ἕτερος πύργος ἐπῆρτο, καταπέλτας καὶ λίθους καὶ βέλη ποικίλα ἀφιείς. Κατὰ δὲ τοὺς λιμένας δύο πεντήρεις ἐζευγμέναι πύργον ἕτερον ἔφερον, ἐξ οὗ γέφυρα, ὁπότε προσπελάσειαν ἐς τὸ τεῖχος, ὑπὸ μηχανῆς ἐξήλλετο. Ὡς δ' ἕτοιμα αὐτῷ πάντα γεγένητο, πρῶτα μὲν τρισχιλίους αἰχμαλώτους Κυζικηνοὺς ἐπὶ νεῶν τῇ πόλει προσῆγεν· οἳ χεῖρας ἐς τὸ τεῖχος ὀρέγοντες, ἐδέοντο, σφῶν κινδυνευόντων φείσασθαι τοὺς πολίτας· μέχρι Πεισίστρατος αὐτοῖς, ὁ στρατηγὸς ὁ τῶν Κυζικηνῶν, ἀπὸ τοῦ τείχους ἐκήρυξε, φέρειν τὸ συμβαῖνον ἐγκρατῶς, αἰχμαλώτους γεγονότας.

LXXIV. Ὁ δὲ Μιθριδάτης, ὡς ἀπέγνω τῆσδε τῆς πείρας, ἐπῆγε τὴν ἐπὶ τῶν νεῶν μηχανήν· καὶ ἥ τε γέφυρα ἐς τὸ τεῖχος ἐξήλατο ἄφνω, καὶ τέσσαρες ἀπ' αὐτῆς ἄνδρες ἐξέδραμον. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα καινοτρόπῳ φανέντι καταπλαγέντες οἱ Κυζικηνοὶ, ἐπὶ μέν τι ὑπεχώρησαν· οὐκ ὀξέως δὲ ἑτέρων ἐπιδραμόντων, ἀνεθάῤῥησάν τε, καὶ τοὺς τέσσαρας κατέωσαν ἐς τὸ ἔξω. Ταῖς τε ναυσὶ πῦρ καὶ πίσσαν ἐπιχέαντες, ἠνάγκασαν πρύμναν τε κρούσασθαι, καὶ ὑποχωρεῖν ὀπίσω μετὰ τοῦ μηχανήματος. Ὧδε μὲν δὴ τῶν κατὰ θάλασσαν ἐπενεχθέντων ἐκράτουν οἱ Κυζικηνοί. Τρίτα δ' αὐτοῖς ἐπήγετο τῆς αὐτῆς ἡμέρας τὰ ἐν τῇ γῇ μηχανήματα ὁμοῦ πάντα, πονουμένοις τε καὶ μεταθέουσιν ἐς τὸ ἀεὶ βιαζόμενον. Τοὺς μὲν οὖν κριοὺς λίθοις ἀπεκαύλιζον, ἢ βρόχοις ἀνέκλων, ἢ φορμοῖς ἐρίων τῆς βίας ἐξέλυον· τῶν δὲ βελῶν τοῖς μὲν πυρφόροις ὑπήντων ὕδατι καὶ ὄξει· τὰ δ' ἄλλα προβολαῖς ἱματίων, ἢ ὀθόναις κεχαλασμέναις τῆς φορᾶς ἀνέλυον· ὅλως τε οὐδὲν προθυμίας ἀνδρὶ δυνατῆς ἐξέλιπον. Καὶ τάδε αὐτοῖς φερεπονώτατα δὴ κακοπαθοῦσιν, ὅμως γε τοῦ τείχους ἐκαύθη τι

cere liceat. » Huic consilio Mithridates imprudenter admodum assensus, nihilque suspicans, passus est Romanos, secure superatis faucibus, contra se magnum montem munire: quo in potestatem redacto, ipsis a tergo libere subvehi commeatus poterant: Mithridates contra lacu, montibus, et fluviis ab importationibus omnibus terrestribus, nisi si quid parce et ægre interdum ei adveniret, erat exclusus, quum jam neque ei pateret exitus, neque vi repellere posset Lucullum, ob locorum difficultatem; quam rex, quum in potestate sua habuisset, contempserat. Jamque imminens hiems maritimas quoque importationes erat impeditura. Quæ videns Lucullus, amicis suum promissum revocabat in memoriam, et rem quasi jam confectam eis ostendebat.

LXXIII. Mithridates, quamvis fortasse tunc quoque potuisset, propter suorum multitudinem, per medios hostes erumpere, id tamen neglexit, et oppugnare Cyzicum instituit apparatu eo, quem instruxerat: ratus, hoc remedium fore simul difficultati locorum et angustiis rei frumentariæ. Itaque quoniam abundabat milite, omnibus operibus rem aggressus, navale urbis duplici muro circumdat, reliquam urbem circumvallat, aggeres multos excitat, turres, arietes testudinibus tectos, aliasque machinas, construit: in his helepolin centum cubitorum, supra quam alia turris assurgebat, catapultis instructa, e quibus saxa telaque cujusque generis evibrabantur. Ad portum autem duæ conjunctæ quinqueremes aliam inferebant turrim, unde pons in murum injiceretur. Quibus omnibus paratis, primum tria millia Cyzicenorum captivorum in navibus ad urbem admovit; qui, manus tendentes ad mœnia, orabant, ut sibi periclitantibus parcerent cives. Sed Pisistratus, prætor Cyzicenorum, e muro per præconem eos monuit, ut, semel in alienam potestatem redacti, fortunam ferrent fortiter.

LXXIV. Mithridates, hoc conatu frustratus, impositam navibus machinam admovit: et repente dimisso ponte, quatuor milites prosiluerunt in murum. Ibi rei novitate perculsi Cyziceni, cesserunt nonnihil: verum cæteris subsequi cunctantibus, receperunt animos, et quatuor illos ejecerunt. Tum vero perfusis pice navibus hostium, et injecto igne, coegerunt eas una cum machina retro se recipere. Atque ita repulsa est oppugnatio maritima. Eodem vero die, tertio conatu, a terra quoque omnes simul admotæ sunt machinæ, laborantibus oppidanis, et ultro citroque, quacunque maxime instabat hostis, circumcursantibus. Et arietes quidem aut saxis immissis præfringebant, aut injectis laqueis deflectebant, aut ictus eorum molliebant objectis cratibus lana refertis. Tela vero ignita excipiebant centonibus aqua et aceto madidis; cæterorum impetum ciliciis aut linteis laxe oppansis infringebant. In summa, nihil inexpertum relinquebant, quod humana conferre potest industria. Neque tamen, omnem licet laborem patientissime ferentes, efficere potuerunt, quin pars mœnium

καὶ συνέπεσεν ἐς ἑσπέραν. Οὐ μὴν ἔφθασέ τις ἐσαλάμενος ἔτι θερμόν· ἀλλ' αὐτὸ νυκτὸς αὐτίκα περιῳκοδόμησαν οἱ Κυζικηνοί. Τῶν δὲ αὐτῶν ἡμερῶν πνεῦμα σφοδρὸν ἐπιγενόμενον περιέκλασε τὰ λοιπὰ τῶν μηχανημάτων τοῦ βασιλέως.

LXXV. Λέγεται δ' ἡ πόλις ἐμπροίκιον ὑπὸ Διὸς τῇ Κόρῃ δοθῆναι· καὶ σέβουσιν αὐτὴν οἱ Κυζικηνοὶ μάλιστα θεῶν. Ἐπελθούσης δὲ τῆς ἑορτῆς, ἐν ᾗ θύουσι βοῦν μέλαιναν, οἱ μέν, οὐκ ἔχοντες, ἔπλαττον ἀπὸ σίτου. Μέλαινα δὲ βοῦς ἐκ πελάγους πρὸς αὐτοὺς διενήχετο, καὶ τὸ κλεῖθρον τοῦ στόματος ὑποδῦσά τε, καὶ ἐς τὴν πόλιν ἐσδραμοῦσα, ὥδευσεν ἀφ' ἑαυτῆς ἐς τὸ ἱερὸν, καὶ τοῖς βωμοῖς παρέστη. Ταύτην μὲν οὖν οἱ Κυζικηνοὶ μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος ἔθυον. Οἱ δὲ φίλοι τῷ Μιθριδάτῃ συνεβούλευον, ὡς ἱερᾶς τῆς πόλεως ἀποπλεῦσαι. Ὁ δ' οὐ πεισθεὶς, ἐπὶ τὸ Δίνδυμον ὄρος ὑπερκείμενον ἀνῄει, καὶ χῶμα ἀπ' αὐτοῦ ἐς τὴν πόλιν ἔχου, πύργους τε ἐφίστη, καὶ ὑπονόμοις τὸ τεῖχος ἀνεκρήμνη. Τοὺς δ' ἵππους ἀχρείους οἱ τότε ὄντας, καὶ ἀσθενεῖς δι' ἀτροφίαν, καὶ χωλεύοντας ἐξ ὑποτριβῆς, ἐς Βιθυνίαν περιέπεμπεν. Οἷς ὁ Λούκουλλος περῶσι τὸν Ῥύνδακον ἐπιπεσὼν, ἔκτεινε πολλοὺς, καὶ αἰχμαλώτους ἔλαβεν ἄνδρας μὲν ἐς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἵππους δ' ἐς ἑξακισχιλίους, καὶ σκευοφόρα πολλά. Καὶ τάδε μὲν ἦν περὶ Κύζικον. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ Φρυγίαν Εὔμαχος Μιθριδάτου στρατηγὸς ἐπιτρέχων, ἔκτεινε Ῥωμαίων πολλοὺς μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν. Πισίδας τε καὶ Ἰσαύρους ὑπήγετο, καὶ Κιλικίαν· μέχρι τῶν τις Γαλατικῶν τετραρχῶν Δηϊόταρος ἐπιπολάζοντα αὐτὸν συνεδίωξε, καὶ πολλοὺς διέφθειρε. Καὶ περὶ μὲν Φρυγίαν τοιάδε ἐγίγνετο.

LXXVI. Μιθριδάτου δὲ χειμὼν ἐπιγενόμενος ἀφῄρητο καὶ τὴν ἐκ τῆς θαλάττης ἀγορὰν, εἴ τις ἦν. Ὥστε πάμπαν ὁ στρατὸς ἐλίμωττε· καὶ πολλοὶ μὲν ἀπέθνησκον· εἰσὶ δ' οἳ καὶ σπλάγχνων ** ἐγεύοντο βαρβαρικῶς· οἱ δ' ἄλλοι, ποηφαγοῦντες, ἐνόσουν. Καὶ τὰ νεκρὰ σφῶν ἀγχοῦ ἄταφα ῥιπτούμενα λοιμὸν ἐπῆγεν ἐπὶ τῷ λιμῷ. Διεκαρτέρει δ' ὅμως ὁ Μιθριδάτης, ἐλπίζων ἔτι τὴν Κύζικον αἱρήσειν τοῖς χώμασι τοῖς ἀπὸ τοῦ Δινδύμου. Ὡς δὲ καὶ ταῦθ' ὑπεσύροντο οἱ Κυζικηνοὶ, καὶ τὰς ἐπ' αὐτῶν μηχανὰς ἐπίμπρασαν, καὶ αἰσθήσει τοῦ λιμοῦ πολλάκις ὑπεκθέοντες τοῖς πολεμίοις ἀσθενεστάτοις γεγονόσιν ἐπετίθεντο· δρασμὸν ὁ Μιθριδάτης ἐβούλευε. Καὶ ἔφευγε νυκτὸς, αὐτὸς μὲν ἐπὶ τῶν νεῶν ἐς Πάριον, ὁ δὲ στρατὸς αὐτοῦ κατὰ γῆν ἐς Λάμψακον. Περῶντας δ' αὐτοὺς τὸν Αἴσηπον, ὅ τε ποταμὸς, τότε μάλιστα ἀρθεὶς μέγας, καὶ ἐπὶ τῷ ποταμῷ Λούκουλλος ἐπιδραμὼν, ἔφθειρεν. Ὧδε μὲν οἱ Κυζικηνοὶ πολλὴν βασιλέως παρασκευὴν διέφυγον, αὐτοί τε γενναίως ἀγωνισάμενοι, καὶ λιμῷ πιεσθέντος ὑπὸ Λουκούλλου. Ἀγῶνά τε αὐτῷ θέμενοι, μέχρι νῦν τελοῦσι, τὰ Λουκούλλεια καλούμενα. Μιθριδάτης δὲ τοὺς ἐς Λάμψακον ἐσφυγόντας, ἔτι τοῦ Λουκούλλου παρακαθημένου, ναῦς ἐπιπέμψας, ἐξεκόμισε σὺν αὐτοῖς Λαμψακηνοῖς.

exusta corrueret sub vesperam. Sed propter calorem incendii nemo protinus irrumpere ausus est; ideoque ipsi Cyziceni noctu munitionem ibi aliam substruxerunt. Per eosdemque dies procella vehemens coorta reliquas regis machinas sic laceravit, ut inutiles redderentur.

LXXV. Cyzicum urbem perhibent in dotem a Jove datam Proserpinæ: eamque deam Cyziceni venerantur præ omnibus numinibus. Cujus solenni redeunte, in quo atram bovem solent immolare; illi, nullam talem habentes, e pasta finxerunt hostiam. Interim atra bos ex alto ad urbem pernatavit, et in ore portus per claustra sub aquis evasit; atque ita per mediam urbem cursu ad deæ templum delata, ante aram constitit: quam Cyziceni, egregia spe concepta, immolarunt. Quo facto Mithridati consulebant amici, ut ab urbe sacrata classem solveret. Sed rex, nihil motus, ascendit imminentem urbi montem Dindymum, et ab eo duxit continentem ad muros urbis aggerem, cui turres imposuit; simulque mœnia cuniculis suffossa suspendit. Equos vero, quorum nullus ei tunc erat usus, infirmos præterea ex inedia, et ob longam moram claudicantes, aversis ab hoste itineribus misit in Bithyniam. Quos Lucullus adortus in trajectu Rhyndaci, magna edita strage, cepit virorum ad quindecim millia, equorum millia sex, cum impedimentorum magno numero. Quæ dum ad Cyzicum geruntur, Eumachus, Mithridatis dux, incursionibus infestans Phrygiam, multos Romanos interfecit cum liberis et conjugibus; Pisidasque et Isauros et Ciliciam subegit; donec Deiotarus, unus e tetrarchis Gallogræciæ, ferocius vagantem repressit, magnaque clade affecit.

LXXVI. Interim Mithridates, hieme superveniente, maritimis quoque commeatibus, si quos habuerat, privatus est. Itaque omnino fame premebatur exercitus: ac multi quidem emoriebantur; alii extis mortuorum more barbarico vescebantur; alii herbas radicesque varii generis in cibum vertendo, morbos sibi contrahebant; denique et mortuorum cadavera, in propinquo sine sepultura projecta, pestem invexerunt insuper. Durabat tamen Mithridates; sperans etiam tunc, expugnari posse Cyzicum aggeribus, quos ducebat a Dindymo. Ut vero et hos suffoderunt Cyziceni, incenderuntque machinas, et, non ignari hostem fame esse debilitatum, crebris eum eruptionibus vexabant, Mithridates fugam meditatus est. Profugitque noctu, et ipse quidem cum classe provectus est Parium: reliquæ copiæ terrestri itinere petierunt Lampsacum. Quæ dum fluvium trajiciunt Æsepum, solito tunc maxime tumidiorem, multos ipse fluvius, multos item Lucullus, ad fluvium eos insecutus, absumsit. Ita Cyziceni tantos apparatus conatusque regis evaserunt, cum suapte virtute, tum beneficio Luculli, qui eum fame presserat. Qua de causa hodieque ludos in honorem Luculli celebrant, quos Lucullea appellant. Mithridates suos, Lampsacum profugos et obsessos ibi a Lucullo, classe illuc missa exportavit una cum ipsis Lampsacenis.

Μυρίους δ' ἐπιλέκτους ἐπὶ νεῶν πεντήκοντα Οὐαρίῳ, πεμφθέντι οἱ στρατηγεῖν ὑπὸ Σερτωρίου, καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Παφλαγόνι, καὶ Διονυσίῳ τῷ εὐνούχῳ καταλιπὼν, ταῖς πλέοσιν αὐτῶν ἐς Νικομήδειαν ἔπλει. Καὶ χειμὼν ἐπιγενόμενος πολλὰς ἑκατέρων διέφθειρε.

LXXVII. Λούκουλλος δ' ἐπεὶ τὸ κατὰ γῆν εἴργαστο διὰ τοῦ λιμοῦ, ναῦς ἐκ τῆς Ἀσίας ἀγείρας, διέδωκε τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατηγοῦσι. Καὶ Τριάριος μὲν Ἀπάμειαν εἷλεν ἐπιπλεύσας· καὶ πολλὴ τῶν Ἀπαμέων συμφυγόντων ἐς τὰ ἱερὰ ἐγίγνετο σφαγή. Βάρβας δὲ Προυσιάδα εἷλε τὴν πρὸς τῷ ὄρει, καὶ Νίκαιαν ἔλαβε, τῶν Μιθριδάτου φρουρῶν ἐκφυγόντων. Λούκουλλος δὲ περὶ τὸν Ἀχαιῶν λιμένα τρισκαίδεκα ναῦς εἷλε τῶν πολεμίων. Οὐάριον δὲ καὶ Ἀλέξανδρον καὶ Διονύσιον περὶ Λῆμνον ἐν ἐρήμῃ νήσῳ καταλαβὼν (ἔνθα δείκνυται βωμὸς Φιλοκτήτου, καὶ χάλκεος ὄφις, καὶ τόξα, καὶ θώραξ ταινίαις περίδετος, μίμημα τῆς ἐκείνου πάθης), ἐπέπλει μὲν αὐτοῖς ῥοθίῳ τε πολλῷ, καὶ μετὰ καταφρονήσεως. Εὐσταθῶς δ' ἐκείνων ὑπομενόντων, ἔστησε τὴν εἰρεσίαν, καὶ κατὰ δύο ναῦς ἐπιπέμπων, ἠρέθιζεν ἐς ἔκπλουν. Οὐ σαλευόντων δ' ἐκείνων, ἀλλ' ἀπὸ γῆς ἀμυνομένων, περιέπλευσε τὴν νῆσον ἑτέραις ναυσὶ, καὶ πεζοὺς ἐς αὐτὴν ἐκβιβάσας, συνήλασε τοὺς ἐχθροὺς ἐπὶ τὰς ναῦς. Οἱ δ' ἐς μὲν τὸ πέλαγος οὐχ ἠφίεσαν, τὸν Λουκούλλου στρατὸν δεδιότες· παρὰ δὲ τὴν γῆν πλέοντες, ἔκ τε τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης ἀμφίβολοι γιγνόμενοι, κατετιτρώσκοντο· καὶ φόνος πολὺς ἦν αὐτῶν καὶ φυγή. Ἐλήφθησαν δ' ἐν σπηλαίῳ κρυπτόμενοι Οὐάριός τε, καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ Διονύσιος ὁ εὐνοῦχος. Καὶ αὐτῶν ὁ μὲν Διονύσιος, πιὼν ὅπερ ἤγετο φάρμακον, αὐτίκα ἀπέθανεν. Οὐάριον δὲ ἀναιρεθῆναι προσέταξε Λούκουλλος· οὐ γὰρ ἐδόκει, Ῥωμαῖον ἄνδρα βουλευτὴν θριαμβεύειν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐς τὴν πομπὴν ἐφυλάσσετο. Καὶ Λούκουλλος περὶ τῶνδε Ῥωμαίοις ἐπέστελλε, τὰ γράμματα δάφνῃ περιβαλὼν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπὶ νίκαις· αὐτὸς δὲ ἠπείγετο ἐς Βιθυνίαν.

LXXVIII. Μιθριδάτῃ δ' ἐς Πόντον ἐσπλέοντι, χειμὼν ἐς δὶς ἐπιγίγνεται· καὶ τῶν ἀνδρῶν ἀμφὶ τοὺς μυρίους, καὶ νῆες ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα διεφθάρησαν· αἱ δὲ λοιπαὶ διερρίφησαν, ὡς ἑκάστην ὁ χειμὼν ἐξήνεγκεν. Αὐτὸς δὲ, ῥηγνυμένης τῆς στρατηγίδος, ἐς λῃστῶν σκάφος, ἀπαγορευόντων τῶν φίλων, ὅμως ἐνέβη· καὶ ἐς Σινώπην αὐτὸν οἱ λῃσταὶ διέσωσαν. Ὅθεν ὁ μὲν ἐς Ἀμισὸν ἀπὸ κάλω διαπλέων, πρός τε τὸν κηδεστὴν Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον, καὶ ἐς Μαχάρην τὸν υἱὸν, ἄρχοντα Βοσπόρου, περιέπεμπεν, ἐπικουρεῖν ἐπείγων ἑκάτερον. Εἴς τε Σκύθας τοὺς ὁμόρους χρυσὸν καὶ δῶρα πολλὰ Διοκλέα φέρειν ἐκέλευεν. Ἀλλ' ὁ μὲν, αὐτοῖς τε δώροις καὶ αὐτῷ χρυσίῳ, πρὸς Λούκουλλον ηὐτομόλησεν. Λούκουλλος δ' ἐπὶ τῇ νίκῃ θρασέως προϊὼν ἐς τὸ πρόσθεν, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἅπαντα χειρούμενος, προυνόμευεν. Οἷα δ' εὐδαίμονος χώρας καὶ πολὺν χρόνον ἀπολεμήτου, τὸ μὲν ἀνδράποδον, τεττάρων δραχμῶν αὐτίκα ἐγίγνετο· ὁ δὲ βοῦς, μιᾶς·

Tum relictis decem millibus selectorum, cum navibus quinquaginta, sub Vario, duce sibi a Sertorio misso, et Alexandro Paphlagone, et Dionysio eunucho, ipse cum majore parte navium petiit Nicomediam. Verum ex utrisque complures, coorta mox tempestate, perierunt.

LXXVII. Lucullus postquam terra hostem, fame adjutus, devicit, jam naves, ex Asia contractas, legatis suis distribuit. Ex his Triarius, Apameam appulsus, urbem vi cepit; et Apamenorum magnam cædem edidit, ne his quidem, qui in templa confugerant, venia data. Barba vero Prusiadem sub monte sitam et Nicæam occupavit, desertas a Mithridatis præsidiis. Lucullus apud Achæorum portum cepit tredecem naves hostium. Idem Varium et Alexandrum et Dionysium nactus in deserta insula prope Lemnum (ubi monstratur ara Philoctetis, cum æneo serpente, arcuque et thorace revincto fasciis, effictam monstrans calamitatem, quæ illum ibi olim tetigerat), concitatis navibus contemtim in eos invectus est. Quibus constanter manentibus, inhibuit remigium, et binas naves ex agmine in eosdem immittens, elicere in pugnam tentavit. Quum vero mari se non committerent illi, sed a terra sese defenderent, circummissis aliis navibus, quæ diversa parte pedites in insulam exponebant, in naves compulit hostes. Qui ne tum quidem altum petere Luculli metu ausi, oram legebant; et utrinque terra ac mari impugnati, multis acceptis vulneribus cæsoque magno suorum numero, in fugam tandem sunt conjecti. Et mox ipsi tres duces in speluncæ latebris capti sunt: e quibus Dionysius eunuchus, epoto quod secum habebat veneno, mox exspiravit; Varium Lucullus, quoniam in triumpho duci Romanum senatorem non placebat, occidi jussit; Alexander ad triumphi pompam servatus est. Et Lucullus de rebus a se gestis laureatas literas, ut mos est victoribus, ad senatum misit; protinusque Bithyniam petiit.

LXXVIII. Mithridates vero Pontum repetens, iterum tempestatem passus, virorum circiter decem millia amisit, et naves ad sexaginta: reliquæ disjectæ sunt, ut quamque ventus abstulit. Ipse, prætoria rimis fatiscente, in piraticum navigium, vetantibus licet amicis, inscendit: atque ita Sinopen a prædonibus pervectus est incolumis. Inde Amisum remulco subvectus, protinus ad generum Tigranem, Armeniæ regem, et ad Macharem filium, regnantem in Bosporo, misit, qui propere ab utroque contraherent auxilia. Ad Scythas quoque finitimos, cum multis donis et magno auri pondere, Dioclem ire jussit: sed ille cum donis et cum auro ad Lucullum transfugit. Lucullus, victoria usus, magno impetu in interiora regionis promovebat exercitum; et obiter omnia subigens deprædabatur. Moxque, ut in regione fortunata et diu bello intacta, mancipium vendebatur drachmis quatuor, bos drachma; capræ, oves, ve-

αἶγες δὲ καὶ πρόβατα, καὶ ἐσθὴς, καὶ τὰ λοιπὰ, τούτων κατὰ λόγον. Λούκουλλος δ' Ἀμισόν τε καὶ Εὐπατορίαν, ἥντινα τῇ Ἀμισῷ παρῳκοδόμησεν ὁ Μιθριδάτης, Εὐπατορίαν τε ὠνόμαζεν ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ βασίλεια ἡγεῖτο, παρακαθήμενος ἐπολιόρκει· καὶ ἑτέρῳ στρατῷ Θεμίσκυραν, ἣ τῶν Ἀμαζόνων τινὸς ἐπώνυμος οὖσα παρὰ τὸν Θερμώδοντα ποταμόν ἐστι. Τούτων δ' οἱ μὲν τοῖς Θεμισκυρίοις παρακαθήμενοι, πύργους ἐπῆγον αὐτοῖς, καὶ χώματα ἐχώννυον, καὶ ὑπονόμους ὤρυττον, οὕτω δή τι μεγάλους, ὡς ἐν αὐτοῖς ὑπὸ τὴν γῆν ἀλλήλοις κατὰ πλῆθος ἐπιχειρεῖν. Καὶ οἱ Θεμισκύριοι ὀπὰς ἄνωθεν ἐς αὐτοὺς ὀρύττοντες, ἄρκτους τε καὶ θηρία ἕτερα καὶ σμήνη μελισσῶν ἐς τοὺς ἐργαζομένους ἐνέβαλλον. Οἱ δ' ἀμφὶ τὴν Ἀμισὸν ἕτερον τρόπον ἐμόχθουν, ἀπομαχομένων αὐτοὺς τῶν Ἀμισέων, καὶ πολλάκις ἐκθεόντων, καὶ ἐς μονομαχίας προκαλουμένων. Μιθριδάτης δ' αὐτοῖς πολλὴν ἀγορὰν καὶ ὅπλα καὶ στρατιὰν ἔπεμπεν ἐκ Καβείρων, ἔνθα χειμάζων στρατὸν ἄλλον συνέλεγε. Καὶ συνῆλθον αὐτῷ πεζοὶ μὲν ἐς τετρακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ ἐς τετρακισχιλίους.

LXXIX. Ἱσταμένου δ' ἔαρος, ὁ μὲν Λούκουλλος διὰ τῶν ὀρῶν ἐπὶ τὸν Μιθριδάτην ἐχώρει. Προφυλακαὶ δ' ἦσαν ἐκείνῳ, κωλύειν τε Λούκουλλον, καὶ διαπυρσεύειν οἱ συνεχῶς, εἴ τι γίγνοιτο. Καὶ ἦρχε τῆσδε τῆς φυλακῆς ἐκ Μιθριδάτου τις ἀνὴρ τοῦ βασιλείου γένους, ὄνομα Φοῖνιξ· ὃς, ἐπεὶ Λούκουλλος ἐπέλαζε, Μιθριδάτῃ μὲν διεπύρσευεν, ἐς δὲ Λούκουλλον ηὐτομόλησε μετὰ τῆς δυνάμεως. Καὶ ὁ Λούκουλλος ἀδεῶς ἤδη τὰ ὄρη διεξελθὼν, ἐς Κάβειρα κατέβη. Γενομένης δ' αὐτῷ τε καὶ Μιθριδάτῃ τινὸς ἱππομαχίας, ἡττώμενος, αὖθις ἐς τὸ ὄρος ἀνέθορεν. Ὁ δὲ ἵππαρχος αὐτοῦ Πομπώνιος ἐς Μιθριδάτην τετρωμένος ἀνήχθη· καὶ πυθομένῳ βασιλεῖ, τίνα χάριν οἱ περισωθεὶς δύναιτο ἀποδοῦναι· Εἰ μὲν, ἔφη, σὺ φίλος γένοιο Λουκούλλῳ, πάνυ πολλοῦ ἀξίαν· εἰ δ' ἐχθρὸς εἴης, οὐδὲ βουλεύσομαι. Ὧδε μὲν ὁ Πομπώνιος ἀπεκρίνατο. Καὶ αὐτὸν τῶν βαρβάρων κτείνειν ἀξιούντων, ὁ βασιλεὺς εἶπεν, οὐκ ἐξυβρίσειν ἐς ἀτυχοῦσαν ἀρετήν. Ἐκτάσσων δὲ συνεχῶς, οὐ κατιόντος ἐς μάχην τοῦ Λουκούλλου, περιιὼν, ἀνάβασιν ἐπ' αὐτὸν ἐζήτει. Καί τις ἀνὴρ ἐν τούτῳ Σκύθης, ὄνομα Ὀλκάβας, αὐτόμολος ὢν ἐς Λούκουλλον ἐκ πολλοῦ, καὶ παρὰ τήνδε τὴν ἱππομαχίαν πολλοὺς περισώσας, καὶ δι' αὐτὸ παρὰ τοῦ Λουκούλλου τραπέζης τε καὶ γνώμης καὶ ἀποῤῥήτων ἀξιούμενος, ἧκεν ἐπὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ περὶ μεσημβρίαν ἀναπαυομένου, καὶ ἐσελθεῖν ἐβιάζετο, βραχὺ καὶ σύνηθες ἐπὶ τοῦ ζωστῆρος ἐγχειρίδιον περικείμενος. Κωλυόμενος δ', ἠγανάκτει, καὶ χρείαν τινὰ ἐπείγειν ἔλεγεν ἐξαναστῆσαι τὸν στρατηγόν. Τῶν δὲ θεραπευτήρων, οὐδὲν, εἰπόντων, χρησιμώτερον εἶναι Λουκούλλῳ τῆς σωτηρίας· ἐπέβη τὸν ἵππον αὐτίκα, καὶ ἐς τὸν Μιθριδάτην ἐξήλασεν, εἴτε ἐπιβουλεύων καὶ δόξας ὑποπτεύεσθαι, εἴτε σὺν ὀργῇ, περιυβρίσθαι νομίζων. Ἕτερόν τε Σκύθην, ὄνομα Σοβάδακον, ἐνέφηνε τῷ Μιθριδάτῃ, βουλεύειν ἐς Λού-

stes, et reliqua, pari vilitate pretii. Deinde Lucullus oppugnavit Amisum, et Eupatoriam, quam juxta Amisum Mithridates condidit, et de suo cognomine appellatam pro regia sua habuit. Pars vero exercitus ad Themiscyram oppugnandam missa est, ad Thermodontem fluvium sitam, quæ ab Amazone quadam nomen habet. Hi contra Themiscyrios turribus utebantur et aggeribus, et cuniculos tam amplos fodiebant, ut in eis pugnæ multorum hominum committerentur subterraneæ. Eos cuniculos Themiscyrii superne aperiebant, et per foramina ursas aliasque bestias et apum examina demittebant in operarios. Qui autem Amisum obsidebant, aliis laborabant difficultatibus, Amisensibus strenue repugnantibus, et sæpe erumpentibus, atque etiam ad singularia certamina provocantibus hostem. Eo Mithridates large commeatus, arma, milites submittebat e Cabiris; ubi hibernans novum colligebat exercitum. Et convenerunt ad eum peditum XL, equitum IV millia.

LXIX. Ineunte autem vere, Lucullus per montana contra regem profectus est; qui stationes disposuerat eum prohibituras, et ignibus regi significaturas, si quid accideret. His præerat Phœnix, vir regii generis; qui dedit quidem ex pacto signum adventus Luculli, verum ipse ad eum transfugit cum suis copiis. Et Lucullus, superatis jam secure montibus, descendit ad Cabira: sed ibi equestri prælio victus a regiis, retro ad montes se recepit. Ejus equitum præfectus Pomponius, ad Mithridatem adductus saucius, rogatusque a rege, quam gratiam pro salute posset reddere: « Magnam, inquit, si Luculli amicus fueris: sin minus, ne deliberatione quidem opus habeo. » Propter quod responsum quum occidere eum vellent barbari, nequaquam se sæviturum, ait rex, in virtutem a fortuna destitutam. Deinde per continuos aliquot dies productis in aciem copiis, quum Lucullus in æquum locum non descenderet, ipse circuitum, quo ascenderet montem, circumspiciebat. Interim Olcaba, homo Scytha, qui dudum ad Lucullum transfugerat, et in proximo equestri prælio multos servaverat, ob eumque causam ad mensæ consiliorumque ac secretorum societatem erat admissus, venit ad eum, meridiantem in tentorio, volebatque irrumpere, brevi pugione pro more accinctus: quumque prohiberetur, indignatus dixit, necessitatem quamdam postulare, ut excitetur imperator. Famulis autem negantibus quidquam magis necessarium Lucullo, quam salutem, Scytha protinus conscenso equo ad Mithridatem transcurrit; sive quod revera insidias fuerat molitus, et nunc suspectum se credidit; sive iratus, quod contumelia sese affectum putaret. Apud regem autem detulit alium Scytham, nomine Sobadacum, quod de transfu-

κουλλον αὐτομολίαν. Σοβάδακος μὲν δὴ συνελαμβάνετο.

LXXX. Λούκουλλος δὲ τὴν κάθοδον τὴν ἐς τὸ πεδίον, ἱπποκρατούντων τῶν πολεμίων, ἐκτρεπόμενος, καὶ περίοδον ἑτέραν οὐχ ὁρῶν, εὗρεν ἐν σπηλαίῳ κυνηγὸν, ὀρείων ἀτραπῶν ἐπιστήμονα· ᾧ χρώμενος ἡγεμόνι, κατὰ ὁδοὺς ἀτριβεῖς περιῆλθεν ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ Μιθριδάτου· καὶ κατῄει μὲν, ἐκκλίνας καὶ τότε τὸ πεδίον διὰ τοὺς ἵππους, χαράδραν δὲ ὕδατος ἐν προβολῇ θέμενος ἐστρατοπέδευσεν. Ἀπορῶν δ' ἀγορᾶς, ἐς Καππαδοκίαν ἔπεμπεν ἐπὶ σῖτον, καὶ ἐς τοὺς πολεμίους ἠκροβολίζετο· μέχρι, φευγόντων ποτὲ τῶν βασιλικῶν, ὁ Μιθριδάτης ἀπὸ τοῦ χάρακος ἐπιδραμὼν, καὶ ἐπιπλήξας, ἐπέστρεφεν αὐτούς· καὶ Ῥωμαίους οὕτω κατεφόβησεν, ὡς ἄνω διὰ τῶν ὀρῶν φεύγοντας οὐδ' ἀποστάντων αἰσθέσθαι τῶν πολεμίων ἐς πολὺ, ἀλλ' ἕκαστον ἡγεῖσθαι τὸν συμφεύγοντά οἱ καὶ ἐπιόντα ὄπισθεν, εἶναι πολέμιον· οὕτω πάνυ κατεπεπλήγεσαν. Καὶ ὁ Μιθριδάτης περὶ τῆσδε τῆς νίκης πανταχοῦ γράφων περιέπεμπε. Τῶν δ' ἱππέων πολὺ μέρος, καὶ μάλιστα δὴ τὸ μαχιμώτατον, ἐφεδρεύειν ἔταξε τοῖς ἐκ τῆς Καππαδοκίας τὴν ἀγορὰν τῷ Λουκούλλῳ φέρουσιν· ἐλπίζων, ἐν ἀπορίᾳ τροφῶν αὐτὸν γενόμενον, πείσεσθαι οἷον αὐτὸς ἔπαθε περὶ Κύζικον.

LXXXI. Καὶ τὸ μὲν ἐνθύμημα μέγα ἦν, ἀποκλεῖσαι τροφῶν Λούκουλλον, ἐκ μόνης ἔχοντα Καππαδοκίας. Οἱ δ' ἱππεῖς οἱ βασιλέως τοῖς προδρόμοις τῶν σιτοφόρων ἐν στενῷ περιτυχόντες, καὶ οὐκ ἀναμείναντες ἐς εὐρυχωρίαν προελθεῖν, ἀχρεῖον, ὡς ἐν στενῷ, σφίσι τὴν ἵππον ἐποίησαν. Ἐν ᾧ καὶ Ῥωμαῖοι φθάσαντες ἐξ ὁδοιπορίας ἐς μάχην παρασκευάσασθαι, τοὺς μὲν ἔκτειναν τῶν βασιλικῶν, βοηθούσης, οἷα πεζοῖς, τῆς δυσχωρίας· τοὺς δὲ ἐς τὰς πέτρας κατήραξαν· τοὺς δὲ διέῤῥιψαν ὑποφεύγοντας. Ὀλίγοι δὲ νυκτὸς ἐς τὸ στρατόπεδον διαδραμόντες τε, καὶ μόνοι περιγενέσθαι λέγοντες, μέγα ὂν σφίσι τὸ συμβὰν μειζόνως διεθρόησαν. Μιθριδάτης δ' αὐτὸ πρὸ τοῦ Λουκούλλου πυθόμενός τε, καὶ Λούκουλλον ἐλπίσας ἐπὶ τοσῇδε ἱππέων ἀπωλείᾳ αὐτίκα οἱ προσπεσεῖσθαι, φυγὴν ὑπ' ἐκπλήξεως ἐπενόει, καὶ τόδε τοῖς φίλοις εὐθὺς ἐξέφερεν ἐν τῇ σκηνῇ. Οἱ δὲ, πρίν τι γενέσθαι παράγγελμα, νυκτὸς ἔτι, σπουδῇ τὰ ἴδια ἕκαστος ἐξέπεμπεν ἐκ τοῦ στρατοπέδου· καὶ ὠθουμένων περὶ τὰς πύλας σκευοφόρων πολὺ τὸ πλῆθος ἦν. Ὅπερ ἡ στρατιὰ θεωμένη, καὶ τοὺς φέροντας ἐπιγιγνώσκουσα, καὶ τοπάζουσα πολλὰ ἀτοπώτερα, σὺν δέει καὶ ἀγανακτήσει τοῦ μηδὲν αὐτοῖς ἐπηγγέλθαι, τὸν χάρακα σφῶν ἐπιδραμόντες ἔλυον, καὶ διέφευγον ὡς ἐκ πεδίου πάντοθεν ἀκόσμως, ὅπη δύναιτο ἕκαστος αὐτῶν, ἄνευ στρατηγοῦ καὶ ἐπιστάτου παραγγέλματος. Ὧν ὁ Μιθριδάτης ὀξύτερόν τε καὶ σὺν ἀταξίᾳ γιγνομένων αἰσθόμενος, ἐξέδραμεν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐς αὐτοὺς, καὶ λέγειν τι ἐπεχείρει. Οὐδενὸς δ' ἐσακούοντος ἔτι, συνθλιβεὶς, ὡς ἐν πλήθει, κατέπεσε· καὶ ἐς τὸν ἵππον ἀναβληθεὶς, ἐς τὰ ὄρη σὺν ὀλίγοις ἐφέρετο.

giendo ad Lucullum cogitaret : qui et statim comprehensus est.

LXXX. Lucullus descensum in campos cavens, præpollentibus equitatu hostibus, neque aliam viam, qua circumire posset, videns, reperit in spelunca venatorem, peritum montanorum callium : quo ductore usus, per vias nulli tritas supra caput Mithridatis circumivit, descenditque tunc, vitatis quidem etiamnunc campis propter equites, et post torrentem aquis turgidum castra posuit. Ibi vero deficiente commeatu, frumentatum misit in Cappadociam, et crebro interim velitatus est cum hostibus. Fugientibus autem aliquando regiis, Mithridates, e castris accurrens, suos objurgatos e fuga revertere coegit; tantumque pavorem incussit Romanis, ut, in montana refugientes, diu ne sentirent quidem, destitisse regios a persequendo, et quisque proximum a tergo fugæ socium pro insequente hoste haberet : tantus pavor omnes occupaverat. Ejus victoriæ nuncios Mithridates circa omnes regiones dimisit. Equitatus autem magnam partem, et eam quidem bellicosissimam, jussit insidiari frumentatoribus e Cappadocia Lucullo commeatus afferentibus : sperans, se eum ad talem redacturum inopiam, qualem ipse ad Cyzicum passus fuerat.

LXXXI. Et erat id quidem egregium Mithridatis commentum, Lucullum commeatibus, quos sola Cappadocia suppeditabat, excludere. Verum equites regii, quum in primum agmen frumentatorum in ipsis montium faucibus incidissent, neque exspectarent dum in patentiora loca hostis procederet, inutiles sibi equos, ut in augustiis, fecerunt. Romani interim, celeriter ex itinere structis ordinibus, alios ex regiis occiderunt, adjuti, utpote pedites, locorum asperitate, alios per rupes impulerunt præcipites, alios in fugam disperserunt. Ex quibus pauci noctu in castra evaserunt; qui, quum solos se dicerent superesse incolumes, cladis satis quidem magnæ majorem quam pro re famam fecerunt. Ea fama non tam cito ad Lucullum quam ad Mithridatem pervenit : qui, ratus Lucullum in se post tantam equitatus cladem quamprimum impetum facturum, de fuga cogitavit præ metu, et id consilium amicis statim aperuit in prætorio. Illi, non exspectato signo vasa colligendi, pro se quisque ante lucem magna festinatione e castris emittebant sarcinas; adeo ut ad portas jumenta cum impedimentis præ multitudine se invicem comprimerent. Id conspicati milites, quum etiam eos agnoscerent, qui impedimenta devehebant, pavore augente suspicionem, indigne ferentes non sibi quoque signum datum, vallo cum ira uno impetu perrupto, passim totis campis nullo ordine, qua quisque poterat, diffugerunt, non exspectatis imperatoris aut præfectorum imperiis. Quæ ubi rex sensit tumultuarie præpropereque fieri, procurrit e tentorio, commoniturus suos. Sed quum audiretur a nemine, et compressus etiam in turba equoque fuisset excussus, mox in equum rursus sublatus, cum paucis et ipse ad montes propere profugit.

LXXXII. Λούκουλλος δὲ, τῆς περὶ τὴν ἀγορὰν εὐπραγίας πυθόμενος, καὶ τὴν φυγὴν τῶν πολεμίων ἰδὼν, ἐπὶ μὲν τοὺς ἐκφυγόντας ἔπεμπε διώκειν ἱππέας πολλούς· τοῖς δὲ συσκευαζομένοις ἔτι κατὰ τὸ στρατόπεδον τοὺς πεζοὺς περιστήσας, ἐκέλευε μὴ διαρπάζειν ἐν τῷ τότε μηδὲν, ἀλλὰ κτείνειν ἀφειδῶς. Οἱ δὲ, σκεύη τε χρύσεα καὶ ἀργύρεα πολλὰ καὶ ἐσθῆτας πολυτελεῖς θεώμενοι, ἐξέστησαν τοῦ παραγγέλματος. Αὐτόν τε τὸν Μιθριδάτην οἱ καταλαμβάνοντες, ἡμίονόν τινα τῶν χρυσοφόρων ἐς τὸ σάγμα κατάξαντες, προπεσόντος τοῦ χρυσίου, περὶ τόδε γενόμενοι, διαφυγεῖν ἐς Κόμανα περιεῖδον· ὅθεν ἐς Τιγράνην ἔφυγε σὺν ἱππεῦσι δισχιλίοις. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐς ὄψιν οὐ προσέμενος, ἐν χωρίοις ἐκέλευσε διαίτης βασιλικῆς ἀξιοῦσθαι. Ὅτε δὴ καὶ μάλιστα τῆς ἀρχῆς ἀπογνοὺς ὁ Μιθριδάτης, Βάκχον εὐνοῦχον ἔπεμπεν ἐς τὰ βασίλεια, τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ καὶ τὰς γυναῖκας καὶ παλλακὰς, ὅπῃ δύναιτο, ἀνελοῦντα. Αἱ μὲν δὴ διεφθείροντο ξίφεσι, καὶ φαρμάκοις, καὶ βρόχοις, δεινὰ ποιοῦσαι. Ταῦτα δ' ὁρῶντες οἱ φρούραρχοι τοῦ Μιθριδάτου, ἀθρόως ἐς τὸν Λούκουλλον μετετίθεντο, χωρὶς ὀλίγων. Καὶ ὁ Λούκουλλος αὐτοὺς ἐπιὼν καθίστατο, καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ Πόντου πόλεις περιπλέων, ᾕρει Ἄμαστρίν τε καὶ Ἡράκλειαν, καὶ ἑτέρας.

LXXXIII. Σινώπη δ' ἀντεῖχεν ἔτι καρτερῶς, καὶ διεναυμάχησεν οὐ κακῶς. Πολιορκούμενοι δὲ, τὰς ναῦς τὰς βαρυτέρας σφῶν διέπρησαν, καὶ ἐς τὰς κουφοτέρας ἐμβάντες ἀπέδρασαν. Λούκουλλος δὲ τὴν πόλιν εὐθὺς ἐλευθέραν ἠφίει, δι' ἐνύπνιον, ὃ τοιόνδε ἦν· Αὐτόλυκόν φασιν, ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας Ἡρακλεῖ συστρατεύοντα, ὑπὸ χειμῶνος ἐς Σινώπην καταχθῆναι, καὶ τῆς πόλεως κρατῆσαι· ἀνδριάς τε σεβάσμιος τοῖς Σινωπεῦσιν ἔχρα. Ὃν οἱ μὲν Σινωπεῖς, οὐ φθάσαντες ἐς φυγὴν ἐπαγαγέσθαι, ὀθόναις καὶ καλωδίοις περιέδησαν. Οὐδὲν δ' ὁ Λούκουλλος εἰδὼς, οὐδὲ προμαθὼν, ἔδοξεν ὑπ' αὐτοῦ κληθεὶς ὁρᾷν αὐτόν· καὶ τῆς ἐπιούσης τὸν ἀνδριάντα τινῶν περιβεβλημένον παραφερόντων, ἐκλῦσαι κελεύσας, ἰδεῖν οἷον ἔδοξε νυκτὸς ἑωρακέναι. Τὸ μὲν δὴ ἐνύπνιον τοιόνδε ἦν. Λούκουλλος δὲ καὶ Ἀμισὸν ἐπὶ τῇ Σινώπῃ συνῴκιζεν· ἐκφυγόντων μὲν ὁμοίως τῶν Ἀμισέων διὰ θαλάσσης, πυνθανόμενος δ' ὑπ' Ἀθηναίων αὐτοὺς θαλασσοκρατούντων συνῳκίσθαι, καὶ, δημοκρατίᾳ χρησαμένους, ἐπὶ πολὺ τοῖς Περσικοῖς βασιλεῦσιν ὑπακοῦσαι· συναγαγόντος δ' αὐτοὺς ἐς τὴν δημοκρατίαν ἐκ προστάγματος Ἀλεξάνδρου, πάλιν δουλεῦσαι τοῖς Ποντικοῖς. Ἐφ' οἷς ἄρα συμπαθὴς ὁ Λούκουλλος γενόμενός τε, καὶ φιλοτιμούμενός γε καὶ ὅδε ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ περὶ γένος Ἀττικὸν, αὐτόνομον ἠφίει τὴν πόλιν· καὶ τοὺς Ἀμισέας κατὰ τάχος συνεκάλει. Ὧδε μὲν δὴ Σινώπην καὶ Ἀμισὸν Λούκουλλος ἐπόρθει τε καὶ συνῴκιζε. Καὶ Μαχάρῃ τῷ παιδὶ τῷ Μιθριδάτου, Βοσπόρου τε βασιλεύοντι, καὶ στέφανόν οἱ πέμψαντι ἀπὸ χρυσοῦ, φιλίαν συνετίθετο. Μιθριδάτην δ' ἐξῄτει παρὰ Τιγράνους. Καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν αὐτὸς

LXXXII. Lucullus de frumentatorum victoria certior factus, vidensque fugam hostium, misit magnam manum equitum, quæ fugientes persequeretur. Eos vero, qui in castris adhuc reliqui vasa colligebant, circumdedit legionibus; edixitque, ut tantisper a rapinis abstinerent, dum cædibus esset cumulate satisfactum. At miles, conspectis multis vasis aureis et argenteis, pretiosisque vestibus, edicti oblitus est. Et alii ipsum quoque Mithridatem, quem jam in manibus pæne habebant, concisa muli aurum ferentis sarcina, dum aurum prolapsum colligunt, passi sunt in Comana evadere. Hinc ille cum duobus millibus equitum profugit ad Tigranem : qui, ne in conspectum quidem admissum, in prædiis, regio tamen more, ali jussit. Tunc nimirum maxime Mithridates de regno desperans, Bacchum eunuchum ad suam regiam misit, ut sorores, uxores, concubinasque suas, quocumque modo posset, interimeret. Et illæ, mira constantia, gladiis, venenis, laqueis, sponte vitam finierunt. Quæ intelligentes præfecti præsidiorum Mithridatis, simul omnes, paucis exceptis, ad Lucullum transierunt. Reliquos Lucullus, admoto singulis exercitu, subegit; et ad maritimas quoque Ponti urbes classe appulsa, cum alias nonnullas cepit, tum Amastrim et Heracleam.

LXXXIII. Sinopenses vero adhuc resistebant constanter, et satis prospere depugnarunt navali prælio. Sed postquam oppugnari cœperunt, tum vero, concrematis gravioribus navibus, leviores conscenderunt, aufugeruntque. Captæ hinc civitati statim Lucullus libertatem reddidit, somnio tali admonitus : Autolycum ferunt, expeditionis ab Hercule in Amazonas susceptæ socium, tempestate appulsum Sinopem, ibi regnum occupasse : et statua ejus, singulari religione culta, oracula edebat Sinopensibus. Hanc tunc Sinopenses adsciturі fugæ comitem, pannis obvolutam constrinxerant funiculis, sed præ festinatione deportare in navem non potuerant. Lucullus ignarus rei, nec a quoquam monitus, visus est sibi videre Autolycum sese vocantem : et postero die, quum obvoluta statua præter eum forte gestaretur, solutis ipsius jussu involucris, talem videre sibi visus est, qualis species ei noctu fuerat obversata. Sic Sinopensibus somnium Luculli profuit. Post Sinopem, Amisum etiam Lucullus restituit suis civibus, qui pariter per mare profugerant. Quum enim audisset, deductam eo ab Atheniensibus, dum maris imperium tenebant, coloniam, et reipublicæ administrationem olim ibi penes populum fuisse; dein diu quidem Persarum regibus paruisse civitatem, sed rursus ex mandato Alexandri libertati pristinæ fuisse restitutam, donec servire denuo Ponticis regibus esset coacta : miseratus eam Lucullus, et Alexandri erga Atticos favorem æmulans, jussit esse liberam; civesque protinus in patriam, ab ipsis relictam, convocavit. Ita Sinopen Amisumque idem Lucullus desolavit restituitque. Inde in amicitiam recepto Machare, Mithridatis filio, Bospori rege, qui auream victori coronam miserat; et missis ad Tigranem legatis, qui Mithridatem ab eo repeterent; in Asiam Lucullus regressus est. Quæ quum multæ par-

ἐπανελθών, ὀφλοῦσαν ἔτι τῶν Συλλείων ἐπιβολῶν, τέταρτα μὲν ἐπὶ τοῖς καρποῖς, τέλη δ' ἐπὶ τοῖς θεράπουσιν καὶ ταῖς οἰκίαις ὥριζε. Καὶ ἐπινίκια ἔθυεν, ὡς δὴ τὸν πόλεμον κατωρθωκώς.

LXXXIV. Ἐπὶ δὲ ταῖς θυσίαις, ἐπὶ τὸν Τιγράνην, οὐκ ἐκδιδόντα οἱ τὸν Μιθριδάτην, ἐστράτευε σὺν δύο τέλεσιν ἐπιλέκτοις, καὶ ἱππεῦσι πεντακοσίοις. Καὶ τὸν Εὐφράτην περάσας, μόνα τὰ χρήσιμα τοὺς βαρβάρους αἰτῶν διώδευε. Οἱ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἐπολέμουν, οὐδ' ἠξίουν τι πάσχειν, ἔς τε Λούκουλλον καὶ Τιγράνην ἐπ' ἀλλήλοις διακριθῆναι. Τιγράνῃ δ' οὐδεὶς ἐμήνυεν ἐπιόντα Λούκουλλον. Ὁ γάρ τοι πρῶτος εἰπὼν κεκρέμαστο ὑπ' αὐτοῦ, συνταράσσειν αὐτὸν τὰς πόλεις νομίσαντος. Ὡς δέ ποτε ᾔσθετο, Μιθροβαρζάνην προὔπεμπε μετὰ δισχιλίων ἱππέων, Λούκουλλον ἐπισχεῖν τοῦ δρόμου. Μαγκαίῳ δὲ Τιγρανόκερτα φυλάττειν ἐπέτρεψεν· ἥντινα πόλιν (ὥς μοι προείρηται) ἐπὶ τῇ τιμῇ τῇ ἑαυτοῦ βασιλεὺς ἐν ἐκείνῳ γενέσθαι τῷ χωρίῳ συνῴκιζε· καὶ τοὺς ἀρίστους ἐς αὐτὴν συνεκάλει, ζημίαν ἐπιτιθεὶς, ὅσα μὴ μεταφέροιεν, δεδημεῦσθαι. Τείχη τε αὐτοῖς περιέβαλε πεντηκονταπήχη τὸ ὕψος, ἱπποστασίων ἐν τῷ βάθει γέμοντα· καὶ βασίλεια καὶ παραδείσους κατὰ τὸ προάστειον ἐποίει μακρούς, καὶ κυνηγέσια πολλὰ καὶ λίμνας· ἀγχοῦ δὲ καὶ φρούριον ἀνίστη καρτερόν. Καὶ πάντα τότε Μαγκαίῳ ταῦτ' ἐπιτρέψας, περιῄει στρατιὰν ἀγείρων. Μιθροβαρζάνην μὲν οὖν ὁ Λούκουλλος εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης συμβολῆς τρεψάμενος ἐδίωκε. Μαγκαῖον δὲ Σεξτίλιος ἐς Τιγρανόκερτα κατακλείσας, τὰ μὲν βασίλεια αὐτίκα, ἀτείχιστα ὄντα, διήρπασε· τὴν δὲ πόλιν καὶ τὸ φρούριον ἀπετάφρευε, καὶ μηχανὰς ἐφίστη, καὶ ὑπονόμοις ἀνεκρήμνη τὸ τεῖχος. Καὶ Σεξτίλιος μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἐγίγνετο.

LXXXV. Τιγράνης δὲ, πεζῶν ἐς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἀγείρας, καὶ ἱππέας ἐς πεντακισμυρίους, προὔπεμψεν αὐτῶν ἐς Τιγρανόκερτα περὶ ἑξακισχιλίους· οἳ διὰ μέσων Ῥωμαίων ἐς τὸ φρούριον ὠσάμενοί τε, καὶ τὰς παλλακὰς τοῦ βασιλέως ἐξαρπάσαντες, ἐπανῆλθον. Τῷ δὲ λοιπῷ στρατῷ Τιγράνης αὐτὸς ἤλαυνεν ἐπὶ Λούκουλλον. Καὶ αὐτῷ τότε πρῶτον Μιθριδάτης ἐς ὄψιν ἐλθὼν, συνεβούλευε, μὴ συμπλέκεσθαι Ῥωμαίοις, ἀλλὰ τῷ ἱππικῷ μόνῳ περιτρέχοντα, καὶ τὴν γῆν λυμαινόμενον, ἐς λιμὸν αὐτοὺς, εἰ δύναιτο, περικλεῖσαι· ᾧ τρόπῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Λουκούλλου περὶ Κύζικον ἀμαχεὶ κάμνων τὸν στρατὸν ἀπολέσαι. Ὁ δὲ, γελάσας αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν, προῄει συνεσκευασμένος ἐς μάχην· καὶ τὴν Ῥωμαίων ὀλιγότητα ἰδὼν, ἐπέσκωψεν οὕτως· Εἰ μὲν πρέσβεις εἰσὶν οἵδε, πολλοί· εἰ δὲ πολέμιοι, πάμπαν ὀλίγοι. Λούκουλλος δὲ λόφον εὔκαιρον ἰδὼν ὄπισθεν τοῦ Τιγράνους, τοὺς μὲν ἱππέας ἐκ μετώπου προσέτασσεν, ἐνοχλεῖν αὐτῷ, καὶ περισπᾶν ἐφ' ἑαυτοὺς, καὶ ὑποχωρεῖν ἑκόντας· ἵνα τῶν βαρβάρων, διωκόντων, ἡ τάξις παραλυθείη. Τοῖς δὲ πεζοῖς αὐτὸς ἐς τὸν λόφον, περιοδεύσας, ἀνῄει λαθών.

tem a Sylla irrogatæ adhuc deberet, censum ei imposuit quartam partem fructuum, et tributa pro ædium modo servorumque numero solvenda statuit. Jamque votiva sacra, ob res feliciter gestas, diis immortalibus persolvit.

LXXXIV. Peractis sacris, contra Tigranem, non dedentem exposcenti Mithridatem, Lucullus movit, cum duabus selectis legionibus et equitibus quingentis. Superatoque Euphrate, a barbaris, per quorum fines transibat, ea solum exigebat, quæ ad usum erant necessaria. Nam regionum earum incolæ abhorrebant ab armis, neque belli calamitatibus sese objicere volebant, aut inter Lucullum atque Tigranem medios sese ingerere. Et nemo adventum Luculli indicavit Tigrani : nam qui primus ejus mentionem fecerat, suspensus est, tanquam populi turbator. Ut vero tandem cognovit Tigranes, Mithrobarzanem præmisit, cum duobus millibus equitum, qui Luculli cursum inhiberet. Mancæum vero Tigranocertæ jussit esse præsidio : quam urbem, ut supra dixi, rex in honorem suum in ea regione condiderat, necdum plane absolverat; optimatibus autem eodem convocatis mulctam imposuerat, ut bona quæcunque illuc non transferrentur, fierent publica. Urbem circumdederat mœnibus quinquaginta cubitorum altitudine, quæ in imo referta erant equorum stabulis. In suburbiis autem regiam instituerat, et hortos amplos, et ferarum vivaria, piscinasque. Arcem quoque in proximo validam exstruxerat. Quibus omnibus tunc Mancæi commissis fidei, regionem obibat Tigranes, exercitum colligens. Cæterum Mithrobarzanem Lucullus primo congressu superatum, in fugam conjecit. Sextilius vero, Mancæo intra Tigranocertam compulso, regiam mox extra mœnia sitam diripuit, urbique et arci aggeres et machinas admovit, et cuniculis suffodit mœnia.

LXXXV. Quibus rebus dum occupatur Sextilius, Tigranes, coactis ferme CCL peditum, equitum L millibus, præmisit Tigranocertam circiter sex millia; qui per medios Romanos in arcem perruperunt, et ereptas reduxerunt regias concubinas. Cum reliquo exercitu Tigranes ipse contra Lucullum profectus est. Cui Mithridates, tum primum in conspectum admissus, suadebat, ne signa cum Romanis conferret; sed, cum equitatu tantum circumcursando, agrosque vastando, ad famem eos, si posset, redigeret : quemadmodum ipse a Lucullo pressus ad Cyzicum, sine certamine amisisset exercitum. Id consilium irridens Tigranes, procedebat instructa acie : conspicatusque Romanorum paucitatem, illudens, ait : « Si legati sunt hi, multi sunt : sin hostes, oppido pauci. » Lucullus, postquam animadvertit a tergo Tigranis opportunum tumulum, equites in frontem immisit, qui lacesserent hostem et in sese verterent, atque etiam ultro cederent, ut barbari persequendo turbarent ordines suos : ipse, peditibus circa tumulum circumductis, ascendit non sentientibus hostibus. Ut vero vidit eos,

Καὶ ὡς εἶδε τοὺς πολεμίους ὑπὸ τῆς διώξεως, οἷα νικῶντας, ἐς πολλὰ διεσκεδασμένους, τὰ δὲ σκευοφόρα αὐτῶν πάντα ὑποκείμενα, ἀνεβόησε, Νικῶμεν, ὦ ἄνδρες· καὶ ἐπὶ τὰ σκευοφόρα πρῶτος ἵετο δρόμῳ. Τὰ δὲ, αὐτίκα σὺν θορύβῳ φεύγοντα, τοῖς πεζοῖς ἐνέπιπτε, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν οἱ πεζοί. Τροπή τε ἦν εὐθὺς ὁλοσχερής. Οἵ τε γὰρ ἐν τῇ διώξει μακρὰν ἀπεσπασμένοι, τῶν Ῥωμαϊκῶν ἱππέων ἐπιστρεψάντων ἐς αὐτοὺς, ἀπώλλυντο· καὶ τὰ σκευοφόρα τοῖς ἄλλοις ἐνέπιπτεν, ὡς ἐνοχλούμενα. Πάντων τε ὡς ἐν τοσῷδε πλήθει θλιβομένων, καὶ τὸ ἀκριβὲς οὐκ εἰδότων, ὁπόθεν ἡ ἧσσα αὐτοῖς ἄρχοιτο, πολὺς ἦν φόνος, οὐδενὸς σκυλεύοντος οὐδέν· ἀπηγόρευτο γὰρ ἐκ Λουκούλλου μετὰ ἀπειλῆς. Ὥστε καὶ ψέλλια καὶ περιαυχένια παροδεύοντες, ἔκτεινον ἐπὶ σταδίους ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν, ἔστε νὺξ ἐπελάβετο. Τότε δ' ἀναστρέφοντες, ἐσκύλευον· ἐδίδου γὰρ ὁ Λούκουλλος ἤδη.

LXXXVI. Γιγνομένην δὲ τὴν ἧσσαν ὁ Μαγκαῖος ἐφορῶν ἀπὸ Τιγρανοκέρτων, τοὺς Ἕλληνας, οἳ ἐμισθοφόρουν αὐτῷ, πάντας ἐξώπλισεν, ὑποπτεύων· οἳ σύλληψιν δεδιότες, ἀθρόοι σκυτάλας ἔχοντες ἐβάδιζόν τε καὶ ηὐλίζοντο. Μαγκαίου δὲ τοὺς βαρβάρους ἐπάγοντος αὐτοῖς ὡπλισμένους, διαδησάμενοι τὰ ἱμάτια ταῖς λαιαῖς ἀντὶ ἀσπίδων, μετὰ τόλμης ἐσέδραμον ἐς αὐτούς· καὶ ὅσους ἀνέλοιεν, εὐθὺς ἐμερίζοντο τὰ ὅπλα. Ὡς δὲ ἐκ τῶν δυνατῶν εἶχον αὐτάρκως, μεσοπύργιά τινα κατέλαβον, καὶ Ῥωμαίους ἔξωθεν ἐκάλουν τε, καὶ ἀναβαίνοντας ἐσεδέχοντο. Οὕτω μὲν ἑάλω Τιγρανόκερτα· καὶ πλοῦτος διηρπάζετο πολὺς, οἷα πόλεως νεοκατασκεύου, φιλοτίμως συνῳκισμένης.

LXXXVII. Τιγράνης δὲ καὶ Μιθριδάτης στρατὸν ἄλλον ἤθροιζον περιιόντες, οὗ τὴν στρατηγίαν ἐπετέτραπτο Μιθριδάτης· ἡγουμένου Τιγράνους αὐτῷ γεγονέναι τὰ παθήματα διδάγματα. Ἔπεμπον δὲ καὶ ἐς τὸν Παρθυαῖον, ἐπικουρεῖν σφίσι παρακαλοῦντες. Ἀντιπρεσβεύοντος δὲ Λουκούλλου, καὶ ἀξιοῦντος, ἤ οἱ συμμαχῆσαι, ἢ ἀμφοτέροις ἐκστῆναι τοῦ ἀγῶνος· ὁ μὲν, κρύφα συντιθέμενος ἑκατέροις, οὐκ ἔφθασεν οὐδετέροις ἀμῦναι. Ὁ δὲ Μιθριδάτης ὅπλα τε εἰργάζετο κατὰ πόλιν ἑκάστην, καὶ ἐστρατολόγει σχεδὸν ἅπαντας Ἀρμενίους. Ἐπιλεξάμενος δ' αὐτῶν τοὺς ἀρίστους, ἐς ἑπτακισμυρίους πεζοὺς καὶ ἱππέας ἡμίσεας, τοὺς μὲν ἄλλους ἀπέλυσε· τοὺς δ' ἐς ἴλας τε καὶ σπείρας ἀγχοτάτω τῆς Ἰταλικῆς συντάξεως καταλέγων, Ποντικοῖς ἀνδράσι γυμνάζειν παρέδωκε. Προσιόντος δ' αὐτοῖς τοῦ Λουκούλλου, ὁ μὲν Μιθριδάτης τὸ πεζὸν ἅπαν, καὶ μέρος τι τῶν ἱππέων ἐπὶ λόφου συνεῖχε· τῇ λοιπῇ δ' ἵππῳ Τιγράνης τοῖς σιτολογοῦσι Ῥωμαίοις περιπεσὼν, ἡσσᾶτο. Καὶ μᾶλλον ἀδεῶς ἀπὸ τοῦδε οἱ Ῥωμαῖοι πλησίον αὐτοῦ Μιθριδάτου ἐσιτολόγουν τε καὶ ἐστρατοπέδευον. Κονιορτὸς δ' αὖθις ἠγείρετο πολὺς, ὡς ἐπιόντος τοῦ Τιγράνους· καὶ τὸ ἐνθύμημα ἦν, ἐν μέσῳ Λούκουλλον ἀμφοῖν γενέσθαι. Ὁ δ', αἰσθόμενος, τοὺς μὲν ἀρίστους τῶν ἱππέων προὔπεμψε πορρωτάτω συμπλέκεσθαι τῷ Τι-

quasi jam victores, dispersos in persequendo, et impedimenta eorum omnia sub tumulo locata, exclamavit: « Vicimus, milites! » primusque cursu impedimenta eorumque custodes invasit: qui, magno impetu fugientes, incurrerunt in pedites, et hi rursum in equites. Moxque effusa omnium fuga facta est. Nam et illi, qui persequendo longius a suis procurrerant, a Romano equitatu, in eos jam sese convertente, cædebantur; et jumenta cum impedimentis in alteros, exagitata quippe, incurrebant. Comprimentibusque se, ut in tanta multitudine, omnibus, neque plane scientibus, unde esset cladis initium, ingens cædes patrabatur. Neque quisquam ad spoliandum sese vertebat: id enim Lucullus edicto vetuerat, gravem interminatus pœnam secus facientibus. Itaque et armillas et torques prætereundo, continuarunt cædem per CXX stadia; donec nox supervenit. Ac tum demum ad spoliandum, permittente jam Lucullo, conversi sunt.

LXXXVI. Eam cladem quum Mancæus ex Tigranocerta prospexisset, milites mercenarios Græcos, ut sibi suspectos, exarmavit omnes. Qui, veriti, ne comprehenderentur, arreptis fustibus incedebant et quiescebant congregati. Mancæo vero cum armatis barbaris eos invadente, obvolutis veste brachiis vice clypei, audenter in eos fecerunt impetum: et quotquot occidissent, eorum arma statim inter se partiebantur. Quumque satis armorum viderentur nacti pro tempore, occupatis aliquot muri partibus, vocabant ad se Romanos obsessores, eosque ascendentes recipiebant intra mœnia. Ita Tigranocerta capta est, et ingenti præda ditavit exercitum, utpote urbs recens condita, et ambitiose contractis undique incolis frequentata.

LXXXVII. Jamque Tigranes et Mithridates, obeundo regiones, alium colligebant exercitum; cujus præfectura Mithridati est credita, quem jam satis edoctum suis calamitatibus Tigranes existimavit. Ad Parthos quoque miserunt, qui ab his auxilia peterent. Sed quum Lucullus similiter per legatos regem eorum sollicitasset, ut aut sibi potius auxiliaretur, aut neutri se adjungeret, ille, utrique clam pollicitus, misit neutri. At Mithridates oppidatim instruxerat armorum fabricas; et, delectus habens, conscripsit ferme omnes Armenios: e quibus, selectis fortissimorum ad LXX millibus peditum, et dimidio numero equitum, reliquos dimisit. Hos vero, in turmas et cohortes, proxime disciplinam Italicam, digestos, tradidit exercendos viris Ponticis. Contra quos adventante Lucullo, Mithridates peditatum omnem et partem equitatus in colle continuit: cum reliquis Tigranes Romanos adortus frumentatores, repulsus est. Unde postea securius hi frumentabantur, etiam ex propinquis locis Mithridati: et castra admoverunt propius. Tigranem vero rursus adventantem plurimus coortus pulvis indicavit: et decreverant reges, Lucullum includere in medio. Quod ille intelligens, præmisit robur equitum; ut quam longissime provecti, cum Tigrane confligerent, prius-

γράνῃ, καὶ κωλύειν αὐτὸν ἐξ ὁδοιπορίας ἐς τάξιν καθίστασθαι. Αὐτὸς δὲ τὸν Μιθριδάτην προκαλούμενος ἐς μάχην, ** καὶ περιταφρεύων, οὐκ ἠρέθιζεν· ἕως χειμὼν ἐπιπεσὼν διέλυσε τὸ ἔργον ἅπασι.

LXXXVIII. Καὶ Τιγράνης μὲν ἐξ ὅλης Ἀρμενίας ἐς τὰ ἐντὸς ἀνεζεύγευεν, ὁ δὲ Μιθριδάτης ἐς τὸν Πόντον ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἰδίας ἀρχῆς ἠπείγετο, τετρακισχιλίους οἰκείους ἔχων, καὶ τοσούσδε ἑτέρους παρὰ Τιγράνους λαβών. Ὑφείπετο δ' αὐτῷ καὶ ὁ Λούκουλλος, ἀναζευγνὺς καὶ ὅδε διὰ τὴν ἀπορίαν. Φθάσας δ' αὐτὸν ὁ Μιθριδάτης, ἐπέθετο Φαβίῳ τῷ δεῦρο ἐκ Λουκούλλου στρατηγεῖν ὑπολελειμμένῳ· καὶ τρεψάμενος αὐτὸν, ἔκτεινε πεντακοσίους. Ἐλευθερώσαντος δὲ τοῦ Φαβίου θεράποντας, ὅσοι ἦσαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ δι' ὅλης ἡμέρας αὖθις ἀγωνιζομένου, παλίντροπος ἦν ὁ ἀγών· μέχρι τὸν Μιθριδάτην, πληγέντα λίθῳ τε ἐς τὸ γόνυ καὶ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βέλει, κατὰ σπουδὴν ἀποκομισθῆναι, καὶ πολλὰς ἡμέρας τοὺς μὲν φόβῳ τοῦ βασιλέως τῆς σωτηρίας, τοὺς δὲ ὑπὸ πλήθους τραυμάτων ἠρεμῆσαι. Μιθριδάτην μὲν οὖν ἐθεράπευον Ἄγαροι, Σκυθικὸν ἔθνος, ἰοῖς ὄφεων ἐς τὰς θεραπείας χρώμενοι, καὶ ἐπὶ τῷδε ἀεὶ βασιλεῖ συνόντες. Φαβίῳ δὲ Τριάριος, ἕτερος Λουκούλλου στρατηγὸς, ἐπελθὼν μετ' οἰκείου στρατοῦ, τήν τε ἀρχὴν παρὰ τοῦ Φαβίου καὶ τὸ ἀξίωμα παρελάμβανε. Καὶ μετ' οὐ πολὺ χωρούντων ἐς μάχην αὐτοῦ τε καὶ Μιθριδάτου, πνεῦμα, οἷον οὐκ ἐμνημονεύετο γενέσθαι, τάς τε σκηνὰς ἀμφοτέρων διέῤῥιψε, καὶ τὰ ὑποζύγια παρέσυρε, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἔστιν οὓς κατεκρήμνισε. Καὶ τότε μὲν ἀνεχώρουν ἑκάτεροι.

LXXXIX. Ἀπαγγελλομένου δὲ Λουκούλλου προσιέναι, προλαβεῖν τὸ ἔργον ὁ Τριάριος ἐπειγόμενος, ἔτι νυκτὸς ἐπεχείρει ταῖς Μιθριδάτου προφυλακαῖς. Ἰσομάχου δ' ἐς πολὺ τοῦ ἀγῶνος ὄντος, ὁ βασιλεὺς, ἐς τὸ καθ' αὐτὸν μέρος ἐπιβαρήσας, ἔκρινε τὴν μάχην· καὶ διασπάσας τοὺς πολεμίους, τὸ πεζὸν αὐτῶν κατέκλεισεν ἐς διώρυχα πηλοῦ, ἔνθα διεφθείροντο, στῆναι μὴ δυνάμενοι. Τοὺς δ' ἱππέας ἀνὰ τὸ πεδίον ἐδίωκεν, ἐκθύμως τῇ φορᾷ τῆς εὐτυχίας καταχρώμενος· ἔστε τις αὐτὸν Ῥωμαῖος λοχαγὸς, οἷα θεράπων αὐτῷ συντροχάζων, ἐς τὸν μηρὸν ἐπάταξε ξίφει πληγὴν βαρεῖαν, οὐκ ἐλπίσας ἐς τὰ νῶτα διὰ τοῦ θώρακος ἐφίξεσθαι. Καὶ τόνδε μὲν εὐθὺς οἱ πλησίον συνέκοπτον· ὁ δὲ Μιθριδάτης ἀπεφέρετο ὀπίσω· καὶ οἱ φίλοι τὴν στρατιὰν ἀπὸ νίκης λαμπρᾶς ἀνεκάλουν σὺν ἐπείξει βαθείᾳ. Ἐνέπιπτε δὲ τοῖς μαχομένοις ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τῆς ἀνακλήσεως θόρυβός τε, καὶ ἀπορία, μή τι δεινὸν ἑτέρωθεν εἴη· μέχρι μαθόντες, εὐθὺς ἐν τῷ πεδίῳ τὸ σῶμα περιίσταντο, καὶ ἐθορύβουν· ἕως Τιμόθεος αὐτοῖς ὁ ἰατρὸς, ἐπισχὼν τὸ αἷμα, ἐπέδειξεν αὐτὸν ἐκ μετεώρου· οἷόν τι καὶ Μακεδόσιν ἐν Ἰνδοῖς, ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου δεδιόσιν, ὁ Ἀλέξανδρος αὐτὸν ἐπὶ νεὼς θεραπευόμενον ἐπέδειξεν. Ὁ δὲ Μιθριδάτης, ὡς ἀνήνεγκεν, αὐτίκα τοῖς ἀνακαλέσασιν ἐκ τῆς μάχης κατε-

quam agmen ejus ex itinere instrueretur in aciem. Ipse autem Mithridatem ad certamen provocavit; neque vero, quanquam et fossa valloque eum cingere instituit, potuit elicere. Ad extremum, incidens hiems omnes infecta re abire coegit.

LXXXVIII. Et Tigranes quidem in interiorem Armeniam se recepit; Mithridates in Pontum ad regni sui reliquas properavit. Hunc sequebantur propriorum militum quatuor millia, et totidem a Tigrane accepti. Et mox eum Lucullus quoque secutus est, coactus et ipse reverti propter rei frumentariæ angustias. Sed Mithridates, celerius confecto itinere, aggressus est Fabium, ducem ibi a Lucullo relictum, et in fugam vertit, quingentis in pugna occisis. Fabius postero die, liberatis servis quotquot castra sequebantur, rursus per totum diem pugnavit: sed et tunc rursus inclinavit Romanorum acies; donec Mithridates saxo ictus in genu, et telo sub oculo saucius, prælio celeriter elatus est. Ex eo tempore per complures dies cessatum est, sollicitis de salute regis hostibus, et Romanis propter multitudinem vulnerum quiescentibus. Curabant autem regem Agari, remediis e serpentum viru confectis. Scythica ea gens est, ex qua semper nonnulli, artis medicæ causa, regem comitantur. Ad Fabium autem mox alius ex Luculli legatis, Triarius, cum proprio exercitu accessit; cui Fabius reliquias copiarum suarum et dignitatem, quam ipse gesserat, tradidit. Non multo post, in aciem progredientibus Triario et Mithridate, procella, qualis nulla post hominum memoriam exorta est, utrisque in castris disjecit tentoria, jumenta transversum egit per devia, nonnullosque etiam militum stravit præcipites. Et tunc quidem utrique retrocesserunt.

LXXXIX. Postquam autem nunciatum est, adventare Lucullum, Triarius, absente illo, depugnare cupiens, ante lucem invasit stationes Mithridatis. Ubi quum diu pari virtute certassent, tandem rex in hos, qui contra ipsum erant locati, magno impetu irruens, incepit victoriam, et, distractis hostibus, peditatum eorum in fossam quamdam cœnosam compulit, ubi cædebantur impune, fallente milites vestigio. Animose deinde usus victoria, persequebatur per campos equites; donec quidam Romanus centurio, qui specie famuli cursu æquabat equitantem regem, in femur eum percussit graviter, quod tergum ejus non speraret se per thoracem posse perfodere. Et hunc quidem statim in frusta conciderunt proximi. Mithridates vero in extremam aciem relatus est. Jamque amici regii suis, egregie vincentibus, signum præpropere dederunt receptui. Id, ut inopinatum, trepidationem injecit pugnantibus, veritis, ne forte aliunde mali aliquid accidisset. Dein, re cognita, statim ibi in campo, consternati, circumsteterunt corpus regium; donec Timotheus medicus, cohibito sanguine, sublimem eis regem ostendit: sicut olim in India Macedonibus, de Alexandro sollicitis, rex, dum curabatur, e navi se spectandum præbuerat. Mithridates postquam recollegit animum, statim reprehendi eos qui signum receptui dederant, et eo

μέμφετο, καὶ τὸν στρατὸν αὐτῆς ἡμέρας ἦγεν αὖθις ἐπὶ τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον. Οἱ δὲ καὶ ἐκ τοῦδε ἐπεφεύγεσαν ἤδη σὺν δέει. Σκυλευομένων δὲ τῶν νεκρῶν, ἐφαίνοντο χιλίαρχοι μὲν τέσσαρες καὶ εἴκοσι, ἑκατόνταρχοι δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ὅσον ἡγεμόνων πλῆθος οὐ ῥαδίως συνέπεσε Ῥωμαίοις ἐν ἥττῃ μιᾷ.

XC. Ὁ δὲ Μιθριδάτης ἐς Ἀρμενίαν, ἣν δὴ νῦν Ῥωμαῖοι βραχυτέραν Ἀρμενίαν καλοῦσιν, ἀνεζεύγνυε, τὰ μὲν εὐκόμιστα πάντα σιτολογῶν, τὰ δὲ δυσχερῆ διαφθείρων τε, καὶ Λούκουλλον ἐπιόντα προαφαιρούμενος. Καί τις ἀνὴρ Ῥωμαῖος, ἀπὸ βουλῆς, Ἀττίδιος ὄνομα, διὰ δίκην φυγὼν ἐκ τῆς πατρίδος ἐς Μιθριδάτην πρὸ πολλοῦ, καὶ φιλίας ἀξιούμενος, ἑάλω τότε ἐπιβουλεύων αὐτῷ. Καὶ τόνδε μὲν ὁ βασιλεὺς, οὐ δικαιῶν βασανίσαι, Ῥωμαίων ποτὲ βουλευτὴν γενόμενον, ἔκτεινε· τοὺς δὲ συναμαρτόντας ᾐκίσατο δεινῶς. Ἀπελεύθεροι δ' ὅσοι τῷ Ἀττιδίῳ συνεγνώκεσαν, ἀπαθεῖς ἀφῆκεν, ὡς δεσπότῃ διακονησαμένους. Λουκούλλου δ' ἤδη τῷ Μιθριδάτῃ παραστρατοπεδεύοντος, ὁ τῆς Ἀσίας στρατηγὸς περιπέμπων, ἐκήρυσσε, Ῥωμαίους ἐπικαλεῖν Λουκούλλῳ πέρα τοῦ δέοντος πολεμοῦντι, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ τῆς στρατείας ἀφιέναι, καὶ τῶν οὐ πειθομένων τὰ ὄντα δημεύσειν. Ὧν ἐξαγγελθέντων, ὁ στρατὸς αὐτίκα διελύετο, χωρὶς ὀλίγων· ὅσοι, πάνυ πένητες ὄντες, καὶ τὴν ζημίαν οὐ δεδιότες, τῷ Λουκούλλῳ παρέμενον.

XCI. Ὧδε μὲν δὴ καὶ ὁ Λουκούλλου πρὸς Μιθριδάτην πόλεμος ἐς οὐδὲν βέβαιον, οὐδὲ κεκριμένον τέλος, ἔληξεν. Ἀφισταμένης γὰρ τῆς Ἰταλίας, ἐνοχλούμενοι, καὶ λῃστευομένης τῆς θαλάσσης, λιμῷ πιεζόμενοι, οὐκ ἐν καιρῷ σφίσιν ἡγοῦντο πολεμεῖν ἄλλον τοσόνδε πόλεμον, πρὶν τὰ ἐνοχλοῦντα διαθέσθαι. Ὧν καὶ ὁ Μιθριδάτης αἰσθανόμενος, ἐς Καππαδοκίαν ἐσέβαλε, καὶ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ὠχύρου. Καὶ τάδε αὐτὸν πράσσοντα οἱ Ῥωμαῖοι περιεώρων, ἐφ' ὅσον αὐτοῖς ἡ θάλασσα ἐκαθαίρετο. Ὡς δ' ἐκεκάθαρτο, καὶ ὁ καθήρας Πομπήϊος ἔτι ἦν ἐν Ἀσίᾳ, τὸν Μιθριδάτειον πόλεμον ἀνελάμβανον αὐτίκα, καὶ ἐπέστελλον καὶ τοῦδε τῷ Πομπηΐῳ στρατηγῆσαι. Διό μοι δοκεῖ, μέρος ὄντα τῆς Πομπηΐου στρατείας τὰ περὶ τὴν θάλασσαν αὐτῷ πρὸ Μιθριδάτου κατειργασμένα, καὶ ἐς οὐδεμίαν συγγραφὴν οἰκείαν ἄλλην ἀπαντῶντα, ἐς τόδε τὸ μέρος συναγαγεῖν τε, καὶ ἐπιδραμεῖν, ὡς ἐγένετο.

XCII. Μιθριδάτης, ὅτε πρῶτον Ῥωμαίοις ἐπολέμει, καὶ τῆς Ἀσίας ἐκράτει, Σύλλα περὶ τὴν Ἑλλάδα πονουμένου, ἡγούμενος οὐκ ἐς πολὺ καθέξειν τῆς Ἀσίας, τά τε ἄλλα (ὥς μοι προείρηται) πάντα ἐλυμαίνετο, καὶ ἐς τὴν θάλασσαν πειρατὰς καθῆκεν· οἳ τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοις σκάφεσι καὶ μικροῖς, οἷα λῃσταὶ, περιπλέοντες ἐλύπουν. Ὡς δὲ ὁ πόλεμος ἐμηκύνετο, πλέονες ἐγίγνοντο, καὶ ναυσὶ μεγάλαις ἐπέπλεον. Γευσάμενοι δὲ κερδῶν μεγάλων, οὐδ', ἡττωμένου καὶ σπενδομένου καὶ τοῦ Μιθριδάτου, καὶ ἀναχωροῦντος, ἔτι ἐπαύοντο. Οἱ γὰρ βίου καὶ πατρίδων διὰ τὸν πόλεμον ἀφῃρημένοι

ipso die castris hostium admovit exercitum : sed jam ex illis quoque trepidi profugerant Romani. Dum spoliantur cadavera, reperti sunt cæsi tribuni XXIV, centuriones CL; quantus præfectorum numerus haud facile unquam in una Romanorum clade desideratus est.

XC. Hinc Mithridates in Armeniam, quam minorem nunc Romani vocant, regressus est; commeatus omnes, qui quidem deportari poterant, secum auferens, cæteris vero corruptis, ne Lucullo venienti essent usui. Quo tempore Attidius Romanus senator, qui, judicii metu dudum profugus ad Mithridatem, in amicitiam ejus fuerat receptus, deprehensus est regi struere insidias. Quem ille, pro dignitatis pristinæ reverentia, vetuit torqueri, simplicique morte necavit; conscios autem excruciavit graviter. Libertos vero, cum quibus Attidius communicarat consilium, illæsos dimisit, ut qui patrono ministerium negare non potuissent. Ubi vero Lucullus jam cum Mithridate contulit castra, Asiæ proconsul, dimissis per provinciam præconibus, edixit, incusari Lucullum a senatu, quod bellum diutius justo protraheret: proinde senatum missum facere ejus exercitum, et bona eorum, qui non paruissent, publicaturum. Quibus ad exercitum perlatis, mox diffluebant milites; exceptis paucis, qui, admodum pauperes, ideoque mulctam non timentes maluerunt apud Lucullum permanere.

XCI. Atque ita nec Luculli ductu bellum Mithridaticum finem ullum certum firmumve habuit. Etenim ob defectionem Italiæ laborantes Romani, et fame præterea pressi propter occupata a piratis maria, intempestivum duxerunt, tanto bello involvi, priusquam amota essent præsentes molestiæ. Quod etiam Mithridates intelligens, rursus invasit Cappadociam, et proprium regnum munivit; dissimulantibus Romanis, donec repurgata essent maria. Quibus perpurgatis, dum piratarum profligator Pompeius in Asia adhuc versabatur, statim resumtum est bellum Mithridaticum, et Pompeio imperatori commissum. Quapropter, quum pars sint Pompeianæ expeditionis, quæ ille in mari gessit ante bellum Mithridaticum, nec in ulla alia historiarum nostrarum parte sedem propriam habeant, libet mihi hoc loco ea percurrere.

XCII. Mithridates dum primum adversus Romanos bellum gereret, Asiamque obtineret, Sylla gravibus negotiis occupato in Græcia; ratus, non diuturnum fore in Asia suum imperium: et aliis modis, de quibus dictum est, vastavit omnia, et mari piratas immisit: qui primum paucis navigiis parvisque vagi latrocinabantur. Quum vero longius protraheretur bellum, augebatur piratarum numerus, qui jam et majoribus navibus cœperunt uti. Denique, gustatis lucris non mediocribus, ne victo quidem tum et pacato Mithridate, et in regnum suum regresso, desistebant. Qui enim facultates et patrias propter bellum amiserant, hi, ad

καὶ ἐς ἀπορίαν ἐμπεσόντες ἀθρόαν, ἀντὶ τῆς γῆς ἐκαρποῦντο τὴν θάλασσαν, μυοπάρωσι πρῶτον καὶ ἡμιολίαις, εἶτα δικρότοις καὶ τριήρεσι, κατὰ μέρη περιπλέοντες, ἡγουμένων λῃστάρχων, οἷα πολέμου στρατηγῶν. Ἔς τε ἀτειχίστους πόλεις ἐμπίπτοντες, καὶ ἑτέρων τὰ τείχη διορύττοντες ἢ κόπτοντες, ἢ πολιορκίᾳ λαμβάνοντες, ἐσύλων· καὶ τοὺς ἄνδρας, οἷς τι πλέον εἴη, ἐς ναυλοχίαν ἐπὶ λύτροις ἀπῆγον. Καὶ τάδε τὰ λήμματα, ἀδοξοῦντες ἤδη τὸ τῶν λῃστῶν ὄνομα, μισθοὺς ἐκάλουν στρατιωτικούς. Χειροτέχνας τε εἶχον ἐπ' ἔργοις δεδεμένους, καὶ ὕλην ξύλου καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου συμφέροντας οὔποτε ἐπαύοντο. Ἐπαιρόμενοι γὰρ ὑπὸ τοῦ κέρδους, καὶ τὸ λῃστεύειν οὐκ ἐγνωκότες ἔτι μεθεῖναι, βασιλεῦσι δ' ἤδη καὶ τυράννοις ἢ στρατοπέδοις μεγάλοις ἑαυτοὺς ὁμοιοῦντες, καὶ νομίζοντες, ὅτε συνέλθοιεν ἐς τὸ αὐτὸ πάντες, ἄμαχοι γενήσεσθαι· ναῦς τε καὶ ὅπλα πάντα ἐτεκταίνοντο, μάλιστα περὶ τὴν Τραχεῖαν λεγομένην Κιλικίαν, ἣν κοινὸν σφῶν ὕφορμον ἢ στρατόπεδον ἐτίθεντο εἶναι· φρούρια μὲν καὶ ἄκρας, καὶ νήσους ἐρήμους, καὶ ναυλοχίας ἔχοντες πολλαχοῦ. Κυριωτάτας δὲ ἀφέσεις ἡγούμενοι τὰς περὶ τήνδε τὴν Κιλικίαν, τραχεῖάν τε καὶ ἀλίμενον οὖσαν, καὶ κορυφαῖς μεγάλαις ἐξέχουσαν. Ὅθεν δὴ καὶ πάντες ὀνόματι κοινῷ Κίλικες ἐκαλοῦντο· ἀρξαμένου μὲν ἴσως τοῦ κακοῦ παρὰ τῶν Τραχειωτῶν Κιλίκων, συνεπιλαβόντων δὲ Σύρων τε καὶ Κυπρίων καὶ Παμφύλων καὶ τῶν Ποντικῶν, καὶ σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἑῴων ἐθνῶν· οἵ, πολλοῦ καὶ χρονίου σφίσιν ὄντος τοῦ Μιθριδατείου πολέμου, δρᾶν τι μᾶλλον ἢ πάσχειν αἱρούμενοι, τὴν θάλασσαν ἀντὶ τῆς γῆς ἐπελέγοντο.

XCIII. Ὥστε πολλαὶ τάχιστα αὐτῶν μυριάδες ἦσαν. Καὶ οὐ μόνης ἔτι τῆς ἑῴας θαλάσσης ἐκράτουν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἁπάσης. Καὶ γάρ τινας ἤδη Ῥωμαίων στρατηγοὺς ναυμαχίᾳ νενικήκεσαν, ἄλλους τε, καὶ τὸν τῆς Σικελίας περὶ αὐτῇ Σικελίᾳ. Ἄπλωτά τε ἤδη πάντα ἦν, καὶ ἡ γῆ τῶν ἔργων ἐνδεής, διὰ τὴν ἀνεπιμιξίαν. Ἥ τε πόλις ἡ Ῥωμαίων ᾔσθετο μάλιστα τοῦ κακοῦ, τῶν τε ὑπηκόων σφίσι καμνόντων, καὶ αὐτοὶ διὰ πλῆθος ἴδιον ἐπιπόνως λιμώττοντες. Τὸ δ' ἔργον αὐτοῖς ἐφαίνετο μέγα καὶ δυσχερὲς, ἐξελεῖν τοσάδε στρατόπεδα ἀνδρῶν ναυτικῶν, μεμερισμένα μὲν ἐς πᾶσαν ἐν κύκλῳ γῆν καὶ θάλασσαν, κοῦφα δὲ ταῖς κατασκευαῖς ἐς τὸ ὑποφεύγειν· οὐκ ἐκ πατρίδων ἢ φανερᾶς χώρας ὁρμώμενα, οὐδ' οἰκεῖον οὐδὲν ἢ ἴδιον, ἀλλ' ἀεὶ τὸ προστυχὸν, ἔχοντα. Ὥστε πολὺς ὢν ὁ τοῦδε τοῦ πολέμου παράλογος, ἔννομον οὐδὲν ἔχοντος, οὐδὲ βέβαιον, οὐδὲ φανερὸν, ἀμηχανίαν ὁμοῦ καὶ φόβον εἰργάζετο. Μουρήνας τε, ἐγχειρήσας αὐτοῖς, οὐδὲν ἐξείργαστο μέγα· ἀλλ' οὐδὲ Σερουίλιος Ἰσαυρικὸς, ἐπὶ τῷ Μουρήνᾳ. Ἀλλ' ἤδη καὶ τῆς γῆς τῆς Ἰταλικῆς τοῖς παραλίοις, ἀμφί τε τὸ Βρεντέσιον καὶ τὴν Τυῤῥηνίαν, ἐπέβαινον οἱ λῃσταὶ σὺν καταφρονήσει· καὶ γύναια παροδεύοντα τῶν εὐπατριδῶν, καὶ δύο στρατηγοὺς αὐτοῖς σημείοις, συνηρπάκεσαν.

summam egestatem redacti, relictis terris, quæstum faciebant e mari : myoparonibus primum et hemioliis, deinde dicrotis et triremibus, ultro citroque navigantes; ductantibus archipiratis, veluti legitimi belli ducibus. Jamque et oppida parum munita invadebant, et munitorum oppidorum muros perfodiebant, vel arietibus quassabant, alia obsidione capiebant; captaque deprædabantur, et ditiores cives in sua latibula abducebant, ut pretio sese illi redimerent. Et abdicato jam piratarum nomine, spolia ista militiæ appellabant mercedem. Opifices quoque vinctos habebant, et non desinebant materiam lignorum, ferri, ærisque, congerere. Jam lucri studio incitati, et certi permanere in eo vitæ genere, jamque se cum regibus et tyrannis et magnis exercitibus conferentes, et inexpugnabiles se rati si coirent in unum, naves et omne armorum genus sedulo fabricabantur. Id maxime fiebat in Cilicia, quæ Aspera cognominatur; quam commune omnium receptaculum, et velut communia castra, elegerant. Et habebant quidem passim castella, arces, desertas insulas, stationesque occultas navium; sed potissimum excurrebant ex hac parte Ciliciæ, aspera importuosaque, et altissimis assurgente montium cacuminibus : unde omnes communi nomine Cilices appellabantur. Ac fortasse initium in Aspera Cilicia, ceperat illud malum; eamdem vero in societatem coierant Syri, Cyprii, Pamphylii, Pontici, et ex omnibus fere orientalibus populis homines, qui propter diuturnitatem belli Mithridatici, inferre damna, quam perpeti, malentes, mari terram mutarunt.

XCIII. Ita factum, ut brevissimo tempore multæ piratarum myriades exortæ sint. Neque vero illud solum mare, quod Orientis alluit oras, in sua habuerunt potestate, sed universum, quam late patet usque ad Herculis columnas. Jamque et prætores Romanos aliquot vicerunt navalibus præliis, et in his prætorem Siciliæ ad ipsam Siciliæ oram. Neque ullum mare jam tuto poterat navigari, et agri propter interrupta commercia inculti jacebant. Et ipsa quoque urbs Roma maxime persentiscebat illud incommodum; quod et vexabantur ejus provinciæ, et urbana multitudo gravi fame premebatur. Sed magnum opus difficileque apparebat esse, delere tantas navales copias, terra et mari dispertitas circumquaque, atque ita instructas, ut facillime effugere possent; non ex patriis suis aut ex apertis locis excurrentes, nec lares ullos aut quidquam proprium habentes, sed quidquid in manus incideret. Quapropter insolita belli hujus ratio, omnibus legibus soluta, in qua nil certum esset, nil conspicuum, cunctis ob perplexitatem erat formidabilis. Nam nec Murena, prædones hosce aggressus, quidquam effecit memorabile; nec post eum Servilius Isauricus. Sed jam contemtim exscendebant etiam in Italiæ maritima, circa Brundusium ac circa Etruriam; abripueruntque exspatiantes aliquot nobiles feminas, et duos prætores cum ipsis insignibus.

XCIV. Ὧν οὔτε τὴν βλάβην οὔτε τὴν αἰσχύνην ἔτι φέροντες οἱ Ῥωμαῖοι, τὸν τότε σφῶν ἐπὶ δόξης ὄντα μεγίστης Γναῖον Πομπήϊον αἱροῦνται νόμῳ στρατηγὸν ἐπὶ τριετὲς αὐτοκράτορα εἶναι, θαλάσσης τε ἁπάσης, ἣ στηλῶν Ἡρακλείων ἐντός ἐστι, καὶ γῆς ἀπὸ θαλάσσης ἐπὶ σταδίους τετρακοσίους ἄνω. Βασιλεῦσί τε καὶ δυνάσταις καὶ ἔθνεσι καὶ πόλεσι πάσαις ἐπέστελλον, ἐς πάντα συλλαμβάνειν τῷ Πομπηΐῳ. Καὶ αὐτῷ στρατιὰν καταλέγειν ἔδοσαν, καὶ χρήματα ἀγείρειν. Συνέπεμψαν δὲ καὶ παρὰ σφῶν στρατὸν πολὺν ἐκ καταλόγου, καὶ ναῦς ὅσας εἶχον, χρημάτων ἐς ἑξακισχίλια τάλαντα Ἀττικά. Οὕτω μέγα καὶ δυσεργὲς ἡγοῦντο εἶναι, τοσῶνδε κρατῆσαι στρατοπέδων, ἐν τοσῇδε θαλάσσῃ καὶ μυχοῖς τοσοῖσδε διαλανθανόντων τε εὐμαρῶς, καὶ ὑποχωρούντων ῥᾳδίως, καὶ ἐμπιπτόντων αὖθις ἀφανῶς. Ἀνήρ τε οὐδείς πω, πρὸ τοῦ Πομπηΐου, ἐπὶ τοσήνδε ἀρχὴν αἱρεθεὶς ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξέπλευσεν. Ὧι στρατιὰ μὲν αὐτίκα ἦν ἐν δυώδεκα μυριάσι πεζῶν, καὶ ἱππεῖς τετρακισχίλιοι· νῆες δὲ, σὺν ἡμιολίαις, ἑβδομήκοντα καὶ διακόσιαι. Ὑπηρέται δ' ἀπὸ τῆς βουλῆς, οὓς καλοῦσι πρεσβευτὰς, πέντε καὶ εἴκοσιν· οἷς ὁ Πομπήϊος ἐπιδιῄρει τὴν θάλασσαν, καὶ ναῦς ἐδίδου, καὶ ἱππέας ἑκάστῳ, καὶ στρατὸν πεζὸν, καὶ στρατηγίας σημεῖα περικεῖσθαι· ἵνα αὐτοκράτωρ ἐντελὴς οὗ πιστεύοιτο μέρους ἕκαστος ὑπάρχοι· αὐτὸς δ', οἷα δὴ βασιλεὺς βασιλέων, αὐτοὺς περιθέοι καὶ ἐφορῴη μένοντας ἐφ' ὧν ἐτάχθησαν, μήτε μεταδιώκων τοὺς λῃστὰς περιφέροιτο ἐξ ἔργων ἀτελῶν ἔτι ὄντων εἰς ἕτερα, ἀλλ' εἶεν οἱ πανταχόθεν αὐτοῖς ἀπαντῶντές τε, καὶ τὰς ἐς ἀλλήλους διαδρομὰς ἀποκλείοντες.

XCV. Οὕτω διαθεὶς ὁ Πομπήϊος ἅπαντα ἐπέστησεν Ἰβηρίᾳ μὲν καὶ ταῖς Ἡρακλείοις στήλαις Τιβέριον Νέρωνα καὶ Μάλλιον Τορκουᾶτον· ἀμφὶ δὲ τὴν Λιγυστικήν τε καὶ Κελτικὴν θάλασσαν Μάρκον Πομπώνιον· Λιβύῃ δὲ καὶ Σαρδόνι καὶ Κύρνῳ, καὶ ὅσαι πλησίον νῆσοι, Λέντουλόν τε Μαρκελλῖνον, καὶ Πούπλιον Ἀτίλιον· περὶ δὲ αὐτὴν Ἰταλίαν, Λούκιον Γέλλιον, καὶ Γναῖον Λέντουλον. Σικελίαν δὲ καὶ τὸν Ἰόνιον ἐφύλασσον αὐτῷ Πλώτιός τε Οὔαρος καὶ Τερέντιος Οὐάρρων, μέχρις Ἀκαρνανίας. Πελοπόννησον δὲ καὶ τὴν Ἀττικὴν, ἔτι δ' Εὔβοιαν καὶ Θεσσαλίαν καὶ Μακεδονίαν καὶ Βοιωτίαν, Λούκιος Σισιννᾶς· τὰς δὲ νήσους, καὶ τὸ Αἰγαῖον ἅπαν, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐπ' ἐκείνῳ, Λούκιος Λόλλιος· Βιθυνίαν δὲ καὶ τὴν Θρᾴκην καὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸ τοῦ Πόντου στόμα, Πούπλιος Πείσων· Λυκίαν δὲ καὶ Παμφυλίαν καὶ Κύπρον καὶ Φοινίκην, Μέτελλος Νέπως. Ὧδε μὲν αὐτῷ διετετάχατο οἱ στρατηγοὶ, ἐπιχειρεῖν τε, καὶ ἀμύνεσθαι, καὶ φυλάσσειν τὰ τεταγμένα, καὶ τοὺς παρ' ἀλλήλων ἐκφεύγοντας ὑπολαμβάνειν· ἵνα μὴ διώκοντες ἀφίσταιντο μακρὰν, μηδὲ ὡς ἐν δρόμῳ περιφέροιντο, καὶ χρόνιον εἴη τὸ ἔργον. Αὐτὸς δ' ἅπαντας ἐπέπλει· καὶ τὰ ἐς δύσιν πρῶτα ἡμέραις τεσσαράκοντα ἐπιδὼν, ἐς Ῥώμην παρῆλθεν. Ὅθεν ἐς Βρεντέσιον, καὶ ἐκ Βρεντεσίου τοσῷδε διαστήματι τὴν

XCIV. Quos clades ignominiasque Romani non ferentes amplius, Cn. Pompeium, cujus tum præ celeris inclyta fama erat, lege lata imperatorem creaverunt in triennium : qui toto mari quod intra columnas Herculis est, et in oris maritimis, usque ad quinquagesimum a mari milliarium, summam haberet potestatem. Et regibus, dynastis, populis, civitatibusque omnibus, per literas mandarunt, ut Pompeium rebus omnibus juvarent. Conscribere quoque milites ex provinciis, pecuniasque colligere, ei permiserunt. Et ex civium legionibus magnum exercitum, tum naves quotquot habebant, et numeratæ pecuniæ sex millia talentorum Atticorum, eidem tradiderunt. Adeo magna res difficilisque visa erat, tot navales exercitus superare, per tam amplum mare dispersos, tot sinuum recessibus facile se occultantes, refugientes expedite, rursumque ex improviso irrumpentes. Nec ullus unquam Romanorum imperator, ante Pompeium, cum tanta potestate profectus est. Cui statim exercitus fuit CXX millium peditum, equitum quater mille; navesque, annumeratis hemioliis, CCLXX. Administri vero ex senatorio ordine, quos Legatos Romani appellant, aderant ei viginti quinque : quos per maria distribuit Pompeius, datis cuique navibus, equitibus, peditibus, et prætoriis insignibus : ita ut quisque in ea parte, quæ fidei ipsius esset credita, plenam potestatem imperiumque haberet; ipse vero, quasi rex regum, circumcursaret, præessetque singulis, qui in statione sua quisque manerent, ne, dum ipse uno loco persequeretur piratas, in aliam partem distraheretur, nondum absoluta victoria; sed ut essent ubique locorum, qui illis fugientibus occurrerent, prohiberentque ne alii ad alios sese recipere possent.

XCV. Ita rebus omnibus ordinatis, Hispaniam et fretum Herculeum, Tib. Neronem una cum Manlio Torquato jussit curare : Gallicum Ligusticumque mare attribuit M. Pomponio : Africam cum Sardinia Corsicaque et propinquis insulis Lentulo Marcellino et P. Atilio : oram Italiæ L. Gellio et Cn. Lentulo. Siciliæ custodia et Ionii maris, usque ad Acarnaniam, Plotio Varo et Terentio Varroni obtigit : L. Sisennæ Peloponnesus, Attica, Eubœa, Thessalia, Macedonia, Bœotia : insulæ vero et Ægæum mare universum cum Hellesponto L. Lollio : Bithynia, Thracia, Propontis, et Ponti ostium, P. Pisoni : Lycia denique, Pamphylia, Cyprus et Phœnicia Metello Nepoti. Ad hunc modum ab eo dispositi sunt prætores, qui et impugnarent prædones, et arcerent, et partes sibi commissas defenderent, exciperentque eos qui ab aliis aliunde essent exagitati, neque vero persequendo proveherentur longius, ne veluti in stadio circumducerentur, et res protraheretur in longum. Pompeius ipse universos inspectabat; et perlustrato intra dies quadraginta tractu occidentali, Romam in transcursu rediit, atque inde Brundusium venit. Hinc pari temporis

ἔω περιπλεύσας, ἐξέπληξεν ἅπαντας τάχει τε ἐπίπλου, καὶ μεγέθει παρασκευῆς, καὶ φόβῳ δόξης. Ὥστε τοὺς λῃστὰς, ἐλπίσαντας αὐτῷ προεπιχειρήσειν, ἢ οὐκ εὐμαρές γε τὸ κατὰ σφῶν ἔργον ἀποδείξειν, δείσαντας εὐθὺς τῶν τε πόλεων ἃς ἐπολιόρκουν ἐξαναχθῆναι, καὶ ἐς τὰς συνήθεις ἄκρας καὶ ναυλοχίας ὑποφεύγειν· καὶ Πομπηΐῳ τὴν μὲν θάλασσαν αὐτίκα ἀμαχεὶ κεκαθάρθαι, τοὺς δὲ λῃστὰς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἁλίσκεσθαι πανταχοῦ κατὰ μέρη.

XCVI. Αὐτὸς δὲ ἐς Κιλικίαν ἠπείγετο, μετὰ ποικίλου στρατοῦ καὶ μηχανημάτων πολλῶν· ἐλπίσας, παντοίας μάχης καὶ πολιορκίας αὐτῷ δεήσειν ἐπὶ ἄκρας ἀποκρήμνους. Οὐδενὸς δὲ ἐδέησε. Τὸ γὰρ κλέος αὐτοῦ καὶ τὴν παρασκευὴν οἱ λῃσταὶ καταπλαγέντες, καὶ ἐλπίσαντες, εἰ μὴ διὰ μάχης ἔλθοιεν, τεύξεσθαι φιλανθρώπου, πρῶτοι μὲν οἱ Κράγον καὶ Ἀντίκραγον εἶχον, φρούρια μέγιστα, μετὰ δ' ἐκείνους, οἱ ὄρειοι Κίλικες, καὶ ἐφεξῆς ἅπαντες, ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν· ὅπλα τε ὁμοῦ πολλὰ, τὰ μὲν ἕτοιμα, τὰ δὲ χαλκευόμενα, παρέδωκαν· καὶ ναῦς, τὰς μὲν ἔτι πηγνυμένας, τὰς δ' ἤδη πλεούσας· χαλκόν τε καὶ σίδηρον ἐς ταῦτα συνενηνεγμένον, καὶ ὀθόνας, καὶ κάλως, καὶ ὕλην ποικίλην· αἰχμαλώτων τε πλῆθος, τῶν μὲν ἐπὶ λύτροις, τῶν δὲ ἐπὶ ἔργοις δεδεμένων. Ὧν ὁ Πομπήϊος τὴν μὲν ὕλην ἐνέπρησε, τὰς δὲ ναῦς ἀπήγαγε· τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἐς τὰς πατρίδας ἀφῆκε· καὶ πολλοὶ κενοτάφια σφῶν κατέλαβον ὡς ἐπὶ νεκροῖς γενόμενα. Τοὺς δὲ πειρατὰς, οἳ μάλιστα ἐδόκουν οὐχ ὑπὸ μοχθηρίας ἀλλ' ἀπορίᾳ βίου διὰ τὸν πόλεμον, ἐπὶ ταῦτα ἐλθεῖν, ἐς Μαλλὸν καὶ Ἄδανα καὶ Ἐπιφάνειαν, ἢ εἴ τι ἄλλο πόλισμα ἔρημον ἢ ὀλιγάνθρωπον ἦν τῆσδε τῆς Τραχείας Κιλικίας, συνῴκιζε· τοὺς δέ τινας αὐτῶν καὶ ἐς Δύμην τῆς Ἀχαΐας ἐξέπεμπεν. Ὧδε μὲν ὁ λῃστρικὸς πόλεμος, χαλεπώτατος ἔσεσθαι νομισθεὶς, ὀλιγήμερος ἐγένετο τῷ Πομπηΐῳ· καὶ ναῦς ἔλαβε, τὰς μὲν ἁλούσας, μίαν καὶ ἑβδομήκοντα, τὰς δὲ ὑπ' αὐτῶν παραδοθείσας, ἓξ καὶ τριακοσίας· πόλεις δὲ καὶ φρούρια, καὶ ὁρμητήρια ἄλλα αὐτῶν, ἐς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Λῃσταὶ δ' ἀνῃρέθησαν ἐν ταῖς μάχαις ἀμφὶ τοὺς μυρίους.

XCVII. Ἐπὶ δὴ τούτοις, ὀξέως τε οὕτω καὶ παραδόξως γενομένοις, οἱ Ῥωμαῖοι, τὸν Πομπήϊον ἐπὶ μέγα ἐπαίροντες, ἔτι ὄντα περὶ Κιλικίαν, εἵλοντο τοῦ πρὸς Μιθριδάτην πολέμου στρατηγὸν, ἐπὶ τῆς ὁμοίας ἐξουσίας αὐτοκράτορα ὄντα, ὅπη θέλοι, συντίθεσθαί τε καὶ πολεμεῖν, καὶ φίλους ἢ πολεμίους Ῥωμαίοις οὓς δοκιμάσειε ποιεῖσθαι· στρατιᾶς τε πάσης, ὅση πέραν ἐστὶ τῆς Ἰταλίας, ἄρχειν ἔδωκαν· ἅπερ οὐδενί πω παντάπασι πρὸ τοῦδε ὁμοῦ πάντα ἐδόθη. Καὶ ἴσως αὐτὸν καὶ διὰ τάδε Μέγαν στρατηγὸν ὀνομάζουσιν· ὁ γάρ τοι πόλεμος ὁ τοῦ Μιθριδάτου καὶ ὑπὸ τῶν προτέρων στρατηγῶν ἐξήνυστο ἤδη. Πομπήϊος μὲν οὖν, εὐθὺς ἐκ τῆς Ἀσίας στρατὸν ἀγείρας, μετεστρατοπέδευεν ἐπὶ τοὺς ὅρους τοῦ Μιθριδάτου. Μιθριδάτῃ δὲ ἦν ἐπίλεκτος οἰκεῖος στρατὸς, τρισμύριοι πεζοὶ, καὶ ἱππεῖς τρισ-

spatio per orientem circumvectus, perculit omnes celeritate adventus, et apparatus magnitudine, et celebritatis suæ terrore. Adeo ut piratæ, qui videbantur ultro lacessituri, aut certe difficilem ei reddituri victoriam, præ metu mox oppugnationes urbium relinquerent, et in suas arces et consueta latibula se reciperent. Ita maria statim sine certamine a Pompeio purgata; piratæ vero a prætoribus ubique, in sua cujusque provincia, in potestatem sunt redacti.

XCVI. Ipse Pompeius in Ciliciam properavit, cum variis militum copiis, et machinarum magno numero; existimans, omni genere pugnandi opus futurum, arcesque eorum in rupibus sitas modis omnibus fore oppugnandas. Sed nihil his habuit opus. Sola enim celebritas nominis et amplitudo apparatus ita prædones perterruerat, ut, sperantes clementiorem victorem, si abstinerent a certamine, primum hi qui Cragum et Anticragum tenebant, castella maxima, deinde montani Cilices, denique omnes, alii post alios, se ejus fidei permitterent. Simulque magnam vim armorum vel jam perfectorum, vel in fabricis inchoatorum, præterea naves omnes, alias necdum perfectas in navalibus, alias jam navigantes, tum æs ferrumque in tales usus comportatum, et lintea, funes, variamque materiam, denique captivorum multitudinem, vinctorum ut vel pretio se redimerent, vel operarentur in ergastulis, tradiderunt victori. Pompeius materiam incendit, et naves abduxit, captivos in patrias dimisit: quorum multi invenerunt domi sua cenotaphia, tanquam mortuis posita. Ex piratis vero eos, qui præ ceteris videbantur non suapte malitia, sed amissis bello facultatibus, ad illud vitæ genus devenisse, Mallum, Adama, Epiphaneam, et si quod erat aliud infrequens oppidum Asperæ Ciliciæ, habitare jussit: nonnullos etiam ex his Dymen misit in Achaiam. Atque ita Piraticum Bellum, quod difficillimum fore putabatur, intra paucos dies per Pompeium confectum est; in quo naves expugnatæ sunt LXXI, deditæ trecentæ et sex; oppida, castella, aliaque prædonum receptacula capta centum et viginti: ex piratis autem, qui repugnare conati erant, cæsa sunt circiter decem millia.

XCVII. Post hanc igitur tam celerem, et opinione omnium feliciorem victoriam, senatus populusque Romanus Pompeium, magnifice honoratum, dum adhuc in Cilicia versatur, imperatorem designavit ad bellum Mithridaticum; prorogata illi eadem potestate, bellum pro arbitratu suo sive inferendi sive componendi, hostesque judicandi, vel adsciscendi socios, prout quemque dignum existimasset. Simul eidem imperium in omnes exercitus, quotquot essent ultra Italiam. Quæ omnia simul nunquam cuiquam uni ante hunc contulerat populus Romanus. Ac fortasse hanc quoque ob causam Magnum Pompeium nominant: nam cum Mithridate quidem jam ante ab aliis quoque imperatoribus fuerat debellatum. Pompeius igitur, statim ex Asia contractis copiis, contra Mithridatem profectus est. Habebat ille tunc e propria ditione lectissimum exercitum XXX. M. peditum, trium millium equitum; quibuscum in ipso regni

χίλιοι· καὶ προὐκάθητο τῆς χώρας. Ἄρτι δ' αὐτὴν Λουκούλλου διεφθαρκότος, ἀπόρως εἶχεν ἀγορᾶς· ὅθεν αὐτομολίαις ἐπετίθεντο πολλοί. Καὶ τούσδε μὲν ὁ Μιθριδάτης ἐρευνώμενος ἐκρήμνη, καὶ ὀφθαλμοὺς ἀνώρυττε, καὶ ἔκαιε. Καὶ τὰ μὲν τῶν αὐτομολιῶν ἧσσον ἠνώχλει, διὰ φόβον τῶν κολάσεων· ἐπέτριβε δ' ἡ ἀπορία.

XCVIII. Πρέσβεις οὖν ἐς Πομπήϊον πέμψας, ἠξίου μαθεῖν, τίς ἂν εἴη τοῦ πολέμου διάλυσις. Ὁ δ', ἐὰν τοὺς αὐτομόλους ἡμῖν παραδῷς, ἔφη, καὶ σεαυτὸν ἡμῖν ἐπιτρέψῃς. Ὧν ὁ Μιθριδάτης πυθόμενος, τοῖς αὐτομόλοις τὸ περὶ αὐτῶν ἔφρασε· καὶ δεδιότας ὁρῶν, ὤμοσεν ὅτι οἱ τὰ πρὸς Ῥωμαίους ἐστὶν ἄσπονδα διὰ τὴν πλεονεξίαν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐκδώσει τινὰ, οὐδὲ πράξει ποτὲ ὃ μὴ κοινῇ πᾶσι συνοίσει. Ὁ μὲν δὴ ὧδε εἶπεν. Ὁ δὲ Πομπήϊος, ἐνέδραν ποι καθεὶς ἱππέων, ἑτέρους ἔπεμπεν, ἐκ φανεροῦ τοῖς προφύλαξι τοῦ βασιλέως ἐνοχλεῖν· καὶ εἴρητο αὐτοῖς, ἐρεθίζειν καὶ ὑποφεύγειν, ὥσπερ ἡττωμένους· ἔστε πέρ οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας περιλαβόντες αὐτοὺς ἐτρέψαντο. Καὶ φεύγουσι τάχ' ἂν καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον συνεισεπήδησαν, εἰ μὴ δείσας ὁ βασιλεὺς προήγαγε τὸ πεζόν. Οἱ δ' ἀπεχώρουν. Καὶ τέλος ἦν τοῦτο τῇ πρώτῃ Πομπηΐου καὶ Μιθριδάτου πείρᾳ ἐς ἀλλήλους καὶ ἱππομαχίᾳ.

XCIX. Ἐνοχλούμενος δ' ὑπὸ τῆς ἀπορίας ὁ βασιλεὺς, ἄκων ὑπεχώρει, καὶ ἐσεδέχετο Πομπήϊον ἐς τὴν ἑαυτοῦ· ἐλπίζων, καθήμενον ἐν τῇδε τῇ διεφθαρμένῃ κακοπαθήσειν. Ὁ δὲ ἀγορὰν μὲν ἐπακτὸν ἐκ τῶν ὄπισθεν εἶχε· περιελθὼν δὲ τὰ πρὸς ἕω τοῦ Μιθριδάτου, καὶ φρούρια αὐτῷ καὶ στρατόπεδα πολλὰ ἐς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους περιθεὶς, ἀπετάφρευε, τοῦ μὴ σιτολογεῖν αὐτὸν ἔτι εὐμαρῶς. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἀποταφρεύοντι μὲν οὐκ ἐπετίθετο, εἴθ' ὑπὸ δέους, εἴθ' ὑπὸ ἀνοίας, ἣ πᾶσιν ἐγγίγνεται πλησιαζόντων τῶν κακῶν. Κάμνων δ' αὖθις ἐξ ἀπορίας, τὰ ὑποζύγια ὅσα εἶχε κατέκοπτε, τοὺς ἵππους μόνους περιποιούμενος. Ἔστε μόλις ἐς πεντήκοντα διαρκέσας ἡμέρας, νυκτὸς ἀπεδίδρασκε σὺν σιωπῇ βαθείᾳ διὰ ὁδῶν δυσχερῶν. Ὡς δὲ αὐτὸν μόλις ἡμέρας ὁ Πομπήϊος καταλαβὼν εἵχετο τῶν ὑστάτων, ὁ μὲν, καὶ τότε τῶν φίλων ἐκτάξαι κελευόντων, οὐκ ἐμάχετο· ἀλλὰ τοῖς ἱππεῦσι μόνοις τοὺς πλησιάζοντας ἀνακόπτων, ἑσπέρας ἐν ὕλαις ηὐλίσατο πυκναῖς. Τῇ δ' ἐπιούσῃ, χωρίον κατέλαβε περίκρημνον, οὗ μία ἐς αὐτὸ ἄνοδος ἦν, καὶ τέσσαρες αὐτὴν σπεῖραι προὐφύλασσον. Ἀντεφύλασσον δὲ καὶ Ῥωμαῖοι, μὴ διαφυγεῖν Μιθριδάτην.

C. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ, τὸν μὲν στρατὸν αὐτῶν ὥπλιζεν ἑκάτερος. Οἱ προφύλακες δ' ἀλλήλων κατὰ τὸ πρανὲς ἀπεπειρῶντο· καί τινες ἱππεῖς τοῦ Μιθριδάτου χωρίς τε τῶν ἵππων καὶ χωρὶς ἐπαγγέλματος ἐβοήθουν τοῖς σφετέροις προφύλαξι. Πλειόνων δὲ σφίσι Ῥωμαίων ἱππέων ἐπιόντων, οἱ ἄνιπποι τῶν Μιθριδατείων οἵδε ἀθρόως ἐς τὸ στρατόπεδον ἀνεπήδων, ἀναβησόμενοί τε τοὺς ἵππους, καὶ ἐξ ἴσου τοῖς ἐπιοῦσι Ῥωμαίοις συνοι-

sui confinio consederat. Sed ibi, quoniam nuper eam regionem Lucullus vastaverat, propter inopiam commeatuum, multa fiebant transfugia. Et in deprehensos quidem atrocibus rex sæviebat suppliciis, quos effossis oculis in crucem agebat, et vivis adhuc ignem subjiciebat. Quo metu absterrebat quidem multos, ne transfugerent; at nihilo minus atterebat eum inopia.

XCVIII. Igitur missis ad Pompeium legatis, rogabat Mithridates, quibus posset conditionibus impetrare pacem. Respondit ille : « Si transfugas tradideris, et te ipsum fidei nostræ commiseris. » Rex id ad transfugas retulit. Quos quum videret territos, juravit, se nunquam cum Romanis pacem habiturum, propter ipsorum avaritiam; nec traditurum eis quemquam, nec facturum quidquam nisi in communem utilitatem omnium. At Pompeius, equitibus collocatis in insidiis, alios misit qui propalam stationes regis lacesserent; quos jussit post provocationem cedere, quasi superatos. Idque ita factum : donec hostes longius provectos exceperunt hi, qui in insidiis erant dispositi, et terga vertere coegerunt. Ac fortasse una cum fugientibus in castra quoque irrupissent victores; ni rex, hoc ipsum metuens, produxisset pedites : ad quorum conspectum illi retrocesserunt. Hæc fuit prima inter partes pugna, equestribus copiis tentata.

XCIX. Mithridates deinde, pressus inopia, invitus pedem referens, Pompeium intra fines regni sui recepit; sperans, in regione vastata morantem multa sensurum incommoda. Sed Pompeius post se commeatus deferri jusserat : progressusque ita, ut ab oriente esset Mithridati, vallum xx fere millium passuum, crebris castellis distinctum, firmisque passim præsidiis custoditum, regi circumdedit, ut difficilem ei frumentationem redderet. Id opus rex non impedivit, sive metu, sive mentis quodam stupore, qui plerumque solet antecedere calamitatem. Quumque rursum laboraret inopia, quidquid jumentorum habebat, mactavit, equis tantum servatis. Sed ne sic quidem ad quinquagesimum usque diem sufficiente victu, profugit noctu Mithridates, magno silentio per vias difficiles. Ac quum Pompeius, ægre eum mane assecutus, extremum lacesseret agmen : rex, hortantibus etiam tum amicis, ut ad prælium instrueret, noluit pugnare, sed, contentus appropinquantes hostes submovere equitibus, vespere in densissimis sylvis se abdidit. Insequenti die locum occupavit circumquaque rupibus munitum : ad quem quum unicus pateret ascensus, quatuor cohortium præsidio ascensum eum custodivit. Et Romani quoque ex adverso stationem opposuerunt, ne effugeret hostis.

C. Hinc prima luce utrique copias suas arma capere jusserunt. Progressi autem utrinque stationarii velitabantur per declivia; et nonnulli etiam equites regii, sine equis et injussu præfectorum, accurrebant ad opem stationariis ferendam. In quos ubi complures Romanorum equites irruerunt, regii, equis carentes, uno agmine castra cursu petebant, ut conscensis equis æquo Marte cum Romanis

σόμενοι. Κατιδόντες δ' αὐτοὺς οἱ ἄνω ἔτι ὁπλιζόμενοι σὺν δρόμῳ καὶ βοῇ προσθέοντας, καὶ τὸ γιγνόμενον οὐκ εἰδότες, ἀλλὰ φεύγειν αὐτοὺς ὑπολαβόντες· ὡς εἰλημμένου σφῶν ἤδη καθ' ἑκάτερα τοῦ στρατοπέδου, τὰ ὅπλα μεθέντες ἔφευγον. Ἀδιεξόδου δ' ὄντος τοῦ χωρίου, προσέπταιον ἀλλήλοις ἀναστρεφόμενοι, μέχρι καθήλαντο κατὰ τῶν κρημνῶν. Οὕτω μὲν ἡ στρατιὰ τῷ Μιθριδάτῃ, διὰ προπέτειαν τῶν ἄνευ προστάγματος τοῖς προμάχοις ἐπικουρεῖν ἑλομένων θορυβηθεῖσα, διέφθαρτο. Καὶ τὸ λοιπὸν ἔργον εὔκολον ἦν τῷ Πομπηΐῳ, κτείνοντι καὶ συλλαμβάνοντι ἀνόπλους ἔτι, καὶ ἐν περικρήμνῳ συγκεκλεισμένους. Καὶ ἀνῃρέθησαν ἐς μυρίους, καὶ τὸ στρατόπεδον ὅλῃ τῇ παρασκευῇ κατελήφθη.

CI. Μιθριδάτης δὲ, μετὰ τῶν ὑπασπιστῶν μόνων ὠσάμενος ἐς τὰ κατάκρημνα, καὶ διαφυγὼν, ἐνέτυχέ τισιν ἱππεῦσι μισθοφόροις, καὶ πεζοῖς ὡς τρισχιλίοις, οἱ εὐθὺς αὐτῷ συνείποντο ἐς Σινόρηγα φρούριον, ἔνθα αὐτῷ χρήματα πολλὰ σεσώρευτο· καὶ δωρεὰν καὶ μισθὸν ἐνιαυτοῦ τοῖς συμφυγοῦσι διέδωκε. Φέρων δ' ἐς ἑξακισχίλια τάλαντα, ἐπὶ τὰς τοῦ Εὐφράτου πηγὰς ἠπείγετο, ὡς ἐκεῖθεν ἐς Κόλχους περάσων. Δρόμῳ δ' ἀπαύστῳ χρώμενος, τὸν μὲν Εὐφράτην ὑπερῆλθεν ἡμέρᾳ μάλιστα τετάρτῃ. Τρισὶ δ' ἄλλαις καθιστάμενος καὶ ὁπλίζων τοὺς συνόντας ἢ προσιόντας, ἐς τὴν Χωτηνὴν Ἀρμενίαν ἐνέβαλεν· ἔνθα Χωτηνοὺς μὲν καὶ Ἴβηρας, κωλύοντας αὐτὸν βέλεσι καὶ σφενδόναις, ἐλαύνων, διῆλθεν ἐπὶ τὸν Ἄψαρον ποταμόν. Ἴβηρας δὲ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ οἱ μὲν προγόνους, οἱ δ' ἀποίκους, ἡγοῦνται τῶν Εὐρωπαίων Ἰβήρων, οἱ δὲ μόνον ὁμωνύμους· ἔθος γὰρ οὐδὲν ἦν ὅμοιον, ἢ γλῶσσα. Μιθριδάτης δ' ἐν Διοσκούροις χειμάζων, ἥντινα πόλιν οἱ Κόλχοι σύμβολον ἡγοῦνται τῆς Διοσκούρων σὺν Ἀργοναύταις ἐπιδημίας, οὐδὲν σμικρὸν, οὐδ' οἷον ἐν φυγῇ, διενοεῖτο· ἀλλὰ τὸν Πόντον ὅλον ἐν κύκλῳ, καὶ Σκύθας ἐπὶ τῷ Πόντῳ, καὶ τὴν Μαιῶτιδα λίμνην ὑπερελθὼν, ἐς Βόσπορον ἐμβαλεῖν· τήν τε Μαχάρους τοῦ παιδὸς ἀρχὴν, ἀχαρίστου περὶ αὐτὸν γενομένου, παραλαβὼν, αὖθις ἐκ μετώπου Ῥωμαίοις γενέσθαι, καὶ πολεμεῖν ἐκ τῆς Εὐρώπης οὖσιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, τὸν Πόρον ἐν μέσῳ θέμενος· ὃν κληθῆναι νομίζουσι Βόσπορον, Ἰοῦς διανηξαμένης, ὅτε βοῦς γενομένη κατὰ ζηλοτυπίαν Ἥρας ἔφευγεν.

CII. Ἐς τοσοῦτον παραδοξολογίας ἐπειγόμενος ὁ Μιθριδάτης, ἐφικέσθαι ὅμως ἐπενόει· καὶ διώδευεν ἔθνη Σκυθικὰ καὶ πολεμικὰ καὶ ἀλλότρια, πείθων, ἢ βιαζόμενος. Οὕτω, καὶ φεύγων καὶ ἀτυχῶν, αἰδέσιμος ἔτι καὶ φοβερὸς ἦν. Ἡνιόχους μὲν οὖν, δεχομένους αὐτὸν, παρώδευεν. Ἀχαιοὺς δ' ἐτρέψατο διώκων· οὕς, ἀπὸ Τροίας ἐπανιόντας, φασὶν, ἐς τὸν Πόντον ὑπὸ χειμῶνος ἐκπεσεῖν, καὶ πολλὰ παθεῖν, ὡς Ἕλληνας, ὑπὸ βαρβάρων· πέμψαντας δ' ἐπὶ ναῦς ἐς τὰς πατρίδας, καὶ ὑπεροφθέντας, μηνῖσαι τῷ Ἑλληνικῷ γένει, καὶ Σκυθικῶς ὅσους ἕλοιεν Ἑλλήνων καταθύειν, πρῶτα μὲν ἅπαντας ὑπὸ ὀργῆς· σὺν χρόνῳ δὲ, τοὺς καλλίστους αὐ-

confligerent. Eos ita cum clamore cursuque irruentes conspicati e superiore loco qui adhuc armabantur; rem non intelligentes, et fugere illos rati, protinus, velut jam captis ab altera hac parte castris, arma projiciunt fugamque capessunt. Quum autem non pateret exitus, conversi impingebant in se invicem, donec per prærupta desilirent. Atque ita Mithridatis exercitus periit, propter temeritatem eorum, qui, dum injussi stationariis suis succurrere volunt, terrorem tumultumque excitaverunt. Reliquum facile fuit Pompeio conficere, cædenti prehendentique nondum armatos, et prærupto loco conclusos. Cæsa sunt ferme decem millia; et castra capta cum omni apparatu.

CI. Mithridates cum solis satellitibus per prærupta elapsus, in fuga incidit in equites nonnullos mercenarios, et peditum circiter tria millia; qui eum statim comitati sunt in castellum Sinoregem, ubi multum pecuniæ coacervaverat. Inde mox, muneribus datis et annuo stipendio numerato fugæ comitibus, ablatisque ferme sex millibus talentorum, ad fontes Euphratis properavit, Colchos porro petiturus. Et quum nusquam intermitteret cursum, die quarto Euphratem transiit. Per triduum deinde dispositis et armatis his, qui eum comitati erant vel deinceps accesserant, Chotenen ingressus est, Armeniæ præfecturam; ubi Chotenos Iberosque, missilibus ac glandibus iter impedire conatos, propulit, et ad Apsarum fluvium pervenit. Iberos illos Asiaticos quidam putant colonos Iberorum Europæorum; quidam contra, hos ab illis derivant: alii nomen tantum utrisque commune statuunt, quum nec in lingua sit simile quidquam, nec in moribus. Mithridates dein hibernans Dioscuriade in Colchis (quam urbem Colchi monumentum putant peregrinationis Dioscurorum cum Argonautis), nihil mediocre, aut quod profugum deceret, cogitabat: sed, perlustrata in circuitu ora Pontica, per Scythicas inde gentes, et circum Mæotidem Paludem pervadere in Bosporum; et occupato regno Macharis, ingrati filii, a fronte rursus bellum ex Europa constituit inferre Romanis, Asiam tenentibus; quæ ibi ab Europa interjecto freto illo dirimitur, quod a bove nominatum putatur, in quam mutata Io, Junonis zelotypiam fugiens, illac transnaverat.

CII. Hæc quantumvis nova et parum probabilia consilia exsequi tamen ausus Mithridates, per Scythicas gentes, bellicosas et alienas, partim vi, partim gratia, viam sibi paravit: adeo fugiens etiam calamitosusque, et reverendus etiam tunc erat et terribilis. Et Heniochos quidem, libenter exceptus, transivit. Achæos vero, obsistere ausos, fugavit: quos, aiunt, a Troja redeuntes, in Pontum actos tempestatibus, et ibi, ut Græcos, multa perpessos a barbaris: quumque ad patrias civitates misissent, qui naves ab illis peterent; repulsam passos, tantum odium concepisse in Græcum genus, ut, si quos Græcos in potestatem suam redegissent, eos, Scythico more, mactarent pro victimis; initio quidem, fervente ira, cunctos nullo discrimine; procedente vero tempore, pulcherrimum quemque; postremo,

τῶν μόνους· μετὰ δὲ, τοὺς κληρουμένους. Καὶ τάδε μὲν περὶ Ἀχαιῶν τῶν Σκυθικῶν. Ὁ δὲ Μιθριδάτης, ἐς τὴν Μαιῶτιν ἐμβαλὼν, ἧς εἰσι πολλοὶ δυνάσται, πάντων αὐτὸν κατὰ κλέος ἔργων τε καὶ ἀρχῆς καὶ δυνάμεως, ἔτι οἱ παρούσης ἀξιολόγου, δεχομένων τε καὶ παραπεμπόντων, καὶ δῶρα πολλὰ φερόντων καὶ κομιζομένων ἕτερα· ὅδε καὶ συμμαχίαν αὐτοῖς ἐτίθετο, ἐπινοῶν ἕτερα καινότερα· διὰ Θρᾴκης ἐς Μακεδονίαν, καὶ διὰ Μακεδόνων ἐς Παίονας ἐμβαλὼν, ὑπερελθεῖν εἰς τὴν Ἰταλίαν τὰ Ἄλπεια ὄρη· γάμους τε θυγατέρων ἐπὶ τῇδε τῇ συμμαχίᾳ τοῖς δυνατωτέροις αὐτῶν ἐνεγύα. Μαχάρης δ' αὐτὸν ὁ παῖς πυνθανόμενος ὁδόν τε τοσαύτην ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ ἄγρια ἔθνη, καὶ τὰ καλούμενα Κλεῖθρα Σκυθῶν, οὐδενί πω γεγονότα περατὰ, διοδεῦσαι, πρέσβεις μέν τινας ἐς αὐτὸν ἔπεμπεν ἀπολογησομένους, ὡς ἀνάγκῃ θεραπεύσειε Ῥωμαίους. Ὀργὴν δὲ ἄκρον εἰδὼς, ἔφευγεν ἐς τὴν ἐν τῷ Πόντῳ Χεῤῥόνησον, τὰς ναῦς διαπρήσας, ἵνα μὴ διώξειεν αὐτὸν ὁ πατήρ. Ἑτέρας δ' ἐπιπέμψαντος ἐκείνου, προλαβὼν, ἑαυτὸν ἔκτεινεν. Ὁ δὲ Μιθριδάτης αὐτοῦ τῶν φίλων, οὓς μὲν αὐτὸς ἐς τὴν ἀρχὴν ἀπιόντι ἐδεδώκει, πάντας ἔκτεινε· τοὺς δὲ τοῦ παιδὸς, ἀπαθεῖς, ὡς ὑπηρέτας ἰδίου φίλου γενομένους, ἀφῆκε. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀμφὶ τὸν Μιθριδάτην.

CIII. Ὁ δὲ Πομπήϊος αὐτὸν εὐθὺς μὲν ἐπὶ τῇ φυγῇ μέχρι Κόλχων ἐδίωξε· μετὰ δὲ τοὺς Κόλχους, οὐδαμοῦ δόξας αὐτὸν οὔτε τὸν Πόντον, οὔτε τὴν Μαιώτιδα λίμνην περιελεύσεσθαι, οὐδὲ μεγάλοις ἔτι πράγμασιν ἐγχειρήσειν, ἐκπεσόντα· τοὺς Κόλχους ἐπῄει, καθ' ἱστορίαν τῆς Ἀργοναυτῶν καὶ Διοσκούρων καὶ Ἡρακλέους ἐπιδημίας· τὸ πάθος μάλιστα ἰδεῖν ἐθέλων, ὃ Προμηθεῖ φασι γενέσθαι περὶ τὸ Καύκασον ὄρος. Χρυσοφοροῦσι δ' ἐκ τοῦ Καυκάσου πολλαὶ πηγαὶ ψῆγμα ἀφανές· καὶ οἱ περίοικοι, κώδια τιθέντες ἐς τὸ ῥεῦμα βαθύμαλλα, τὸ ψῆγμα ἐνισχόμενον αὐτοῖς ἐκλέγουσι. Καὶ τοιοῦτον ἦν ἴσως καὶ τὸ χρυσόμαλλον Αἰήτου δέρος. Τὸν οὖν Πομπήϊον ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ ἀνιόντα οἱ μὲν ἄλλοι παρέπεμπον, ὅσα ἔθνη γείτονα· Ὀροίζης δ' ὁ τῶν Ἀλβανῶν βασιλεὺς, καὶ Ἀρτώκης, ὁ Ἰβήρων, ἑπτὰ μυριάσιν ἐλόχων ἀμφὶ τὸν Κύρτον ποταμόν· ὃς δυώδεκα στόμασι πλωτοῖς ἐς τὴν Κασπίαν θάλασσαν ἐρεύγεται, πολλῶν ἐς αὐτὸν ἐμβαλόντων ποταμῶν, καὶ μεγίστου πάντων Ἀράξου. Αἰσθόμενος δὲ τῆς ἐνέδρας ὁ Πομπήϊος, τὸν ποταμὸν ἐζεύγνυ· καὶ τοὺς βαρβάρους συνελάσας ἐς λόχμην βαθεῖαν (ὑλομαχῆσαι δ' εἰσὶ δεινοὶ, κρυπτόμενοί τε καὶ ἐπιόντες ἀφανῶς), αὐτῇ λόχμῃ τὸν στρατὸν περιστήσας, ἐνέπρησε, καὶ τοὺς ἐκφεύγοντας ἐδίωκεν· ἕως ἂν πάντες ὅμηρά τε καὶ δῶρα ἤνεγκαν. Καὶ ἐθριάμβευσεν ἐς Ῥώμην καὶ ἀπὸ τῶνδε. Πολλαὶ δὲ ἔν τε τοῖς ὁμήροις καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις εὑρέθησαν γυναῖκες, οὐ μείονα τῶν ἀνδρῶν τραύματα ἔχουσαι· καὶ ἐδόκουν Ἀμαζόνες εἶναι· εἴτε τι ἔθνος ἐστὶν αὐτοῖς γειτονεῦον αἱ Ἀμαζόνες, ἐπίκλητοι τότε ἐς συμ-

sorte ductos. Hæc de Achæis Scythicis dicta sunto. Cæterum Mithridates ingressus regiones Mæoticas, multis subditas regulis, ob famam rerum gestarum regnique et potentiæ, quæ etiam tum non contemnenda ei supererat, ab omnibus hospitaliter exceptus, deductusque, multa dona dedit recepitque. Et novum tunc ac magis etiam mirum consilium animo volvens, per Thraciam, et inde per Macedoniam, postremoque per Pannoniam, superatis Alpibus, ipsam Italiam ingrediendi; in societatem regulos illos pertraxit, et desponsatis filiabus potentissimum quemque illorum sibi conjunxit. Tum vero filius ejus Machares postquam audivit, tam brevi tempore cum tot feras gentes, et quæ claustra Scythiæ vocantur, nulli ante permeata, transisse; legatos ad patrem misit, qui excusarent, quod necessitate coactus Romanos coluerit. Sed quoniam ad iram quam maxime pronum noverat, profugit in Chersonesum Ponticam, incensis navibus, quo persequendi facultatem patri adimeret. Qui ubi alias naves contra eum emisit, anticipans Machares mortem sibi ipse conscivit. Ex ejus amicis Mithridates hos, quos in regnum abeunti ipse addiderat comites, omnes interemit : filii vero familiares, utpote privata amicitia eidem obstrictos, dimisit incolumes.

CIII. Pompeius fugientem Mithridatem statim quidem ad Colchos usque erat persecutus. Ultra Colchos autem nusquam eum, ratus, circumire Pontum aut Mæotidem paludem posse, aut, etiam si elaberetur, nil magni amplius ausurum; Colchidem obivit, regionem spectaturus, in quam Argonautæ et Castor atque Pollux Herculesque essent peregrinati; et locum eum præcipue videre cupiens, in quo Prometheus fertur Caucaso monti fuisse affixus. In illo monte multi fontes sunt, auri ramenta ferentes minutissima et vix conspicua : accolæ vero vellera villosa in rivos demergere solent, atque ita aureas arenulas his adhærescentes colligere. Ac fortasse tale fuit inclytum Æetæ aureum vellus. Harum rerum visendarum causa in montana proficiscentem deducebant cæteræ omnes gentes, eas regiones incolentes. Sed Orœses et Artoces, Albanorum ille rex, hic Iberorum, cum LXX hominum millibus, insidias ei struxerunt apud Cyrnum fluvium; qui XII ostiis navigabilibus in mare Caspium illabitur, multis exceptis fluminibus, et in his Araxe, maximo omnium. Pompeius, intellectis insidiis, ponte junxit fluvium, et barbaros in saltus compulit; peritissimos quidem pugnandi talibus locis, clam subducentes se, et ex improviso rursus invadentes hostem : at ille saltum militibus circumdatum incendit, et profugientes persecutus est; donec, datis donis et obsidibus, sese dederent. Ac de his quoque postea Romæ triumphavit Pompeius. Multæ autem et inter obsides et inter captivos inventæ sunt mulieres, non minora passæ quam viri vulnera, quæ Amazones esse dicebantur : sive quod propria quædam gens sint Amazones, finitima illis regionibus, ex qua gente [illegible]

μαχίαν γενομεναι· εἴτε τινὰς πολεμικὰς ὅλως γυναῖκας οἱ τῇδε βάρβαροι καλοῦσιν Ἀμαζόνας.

CIV. Ἐπανιὼν δ' ἐντεῦθεν ὁ Πομπήϊος ἐστράτευσεν ἐς Ἀρμενίαν, ἔγκλημα ἐς Τιγράνη τιθέμενος, ὅτι συνεμάχει Μιθριδάτῃ· καὶ ἦν ἤδη περὶ Ἀρτάξατα τὴν βασίλειον. Τιγράνῃ δὲ οὐκ ἔγνωστο μὲν πολεμεῖν ἔτι. Παῖδες δ' ἐκ τῆς Μιθριδάτου θυγατρὸς αὐτῷ γεγένηντο, ὧν δύο μὲν αὐτὸς ὁ Τιγράνης ἀνῃρήκει· τὸν μὲν, ἐν μάχῃ, πολεμοῦντά οἱ· τὸν δ' ἐν κυνηγεσίοις, αὐτοῦ πεσόντος ἀμελήσαντα, καὶ τὸ διάδημα περιθέμενον ἔτι κειμένου. Ὁ δὲ τρίτος, Τιγράνης, ἐν μὲν τοῖς κυνηγεσίοις ὑπεραλγήσας τοῦ πατρὸς, ἐστεφάνωτο ὑπ' αὐτοῦ· μικρὸν δὲ διαλιπὼν, ἀπέστη καὶ ὅδε· καὶ πολεμῶν τῷ πατρὶ, καὶ ἡττώμενος, ἐς Φραάτην ἐπεφεύγει τὸν Παρθυαίων βασιλέα, ἄρτι τὴν Σιντρίκου τοῦ πατρὸς ἀρχὴν διαδεδεγμένον. Πλησιάσαντος δὲ τοῦ Πομπηΐου, κοινωσάμενος Φραάτῃ, συγχωροῦντός τι κἀκείνου, καὶ φιλίαν ἰδίαν ἐς τὸν Πομπήϊον μνωμένου, κατέφευγεν ὁ παῖς ἱκέτης ἐς τὸν Πομπήϊον· καὶ ταῦτα, ὢν Μιθριδάτου θυγατριδοῦς. Ἀλλὰ μέγα δικαιοσύνης καὶ πίστεως κλέος ἦν τοῦ Πομπηΐου παρὰ τοῖς βαρβάροις. Ὧ δὴ πίσυνος καὶ ὁ πατὴρ Τιγράνης, οὐδ' ἐπικηρυκευσάμενος, ᾔει· τά τε ἄλλα πάντα ἑαυτὸν ἐπιτρέψας ἐς τὰ δίκαια Πομπηΐῳ, καὶ κατηγορήσων τοῦ παιδὸς ἐπὶ Πομπηΐου. Χιλιάρχους δὲ αὐτῷ καὶ ἱππάρχους ἐπὶ τιμῇ κελεύσαντος ὑπαντᾶν τοῦ Πομπηΐου, οἱ μὲν ὄντες ἀμφὶ τὸν Τιγράνη, τὸ ἀκήρυκτον τῆς ὁδοῦ δεδιότες, ἔφευγον ὀπίσω. Ὁ δὲ Τιγράνης ἦλθε, καὶ τὸν Πομπήϊον, ὡς κρείττονα, βαρβαρικῶς προσεκύνησεν. Εἰσὶ δ' οἳ λέγουσιν, ὑπὸ ῥαβδούχοις αὐτὸν ἀχθῆναι, μετάπεμπτον ὑπὸ τοῦ Πομπηΐου γενόμενον. Ὁποτέρως δ' ἦλθεν, ἐξελογεῖτο περὶ τῶν γεγονότων· καὶ ἐδίδου Πομπηΐῳ μὲν αὐτῷ τάλαντα ἑξακισχίλια· τῇ στρατιᾷ δὲ, δραχμὰς πεντήκοντα ἑκάστῳ, καὶ λοχαγῷ χιλίας, καὶ χιλιάρχῳ μυρίας.

CV. Καὶ ὁ Πομπήϊος αὐτῷ συνεγίγνωσκε τῶν γεγονότων, καὶ συνήλλασσε τῷ παιδί· καὶ διῄτησε, τὸν μὲν υἱὸν ἄρχειν τῆς Σωφηνῆς καὶ Γορδυηνῆς (αἳ νῦν ἄρα εἰσὶν Ἀρμενία βραχυτέρα·) τὸν δὲ πατέρα, τῆς ἄλλης Ἀρμενίας, ἐπὶ τῷδε τῷ παιδὶ κληρονόμῳ. Τὴν δὲ ἐπίκτητον αὐτὸν ἀρχὴν ἐκέλευσεν ἤδη μεθεῖναι. Καὶ μεθίει Συρίαν, τὴν ἀπ' Εὐφράτου μέχρι τῆς θαλάσσης. Εἶχε γὰρ δὴ καὶ τήνδε καὶ Κιλικίας τινὰ ὁ Τιγράνης, Ἀντίοχον ἐκβαλὼν τὸν Εὐσεβῆ προσαγορευθέντα. Ἀρμενίων δ' ὅσοι τὸν Τιγράνη πρὸς Πομπήϊον ὁδεύοντα ἐγκαταλελοίπεσαν, ἐν ὑποψίᾳ τοῦτ' ἔχοντες, τὸν παῖδα αὐτοῦ, παρὰ τῷ Πομπηΐῳ ἔτι ὄντα, πείθουσιν ἐπιθέσθαι τῷ πατρί. Καὶ ὁ μὲν ἐλήφθη καὶ ἐδέθη· καὶ μεταξὺ Παρθυαίους ἐρεθίζων ἐπὶ τὸν Πομπήϊον, ἐθριαμβεύθη καὶ ἀνῃρέθη. Ὁ δὲ Πομπήϊος, ἐκτετελέσθαι οἱ τὸν πάντα πόλεμον ἡγούμενος, ᾤκιζε πόλιν ἔνθα τὴν μάχην ἐνίκα Μιθριδάτην· ἣ ἀπὸ τοῦ ἔργου Νικόπολις κληΐζεται, καὶ ἔστιν Ἀρμενίας τῆς

bus auxilia; sive quod communi nomine bellicosæ quævis mulieres ab earum regionum barbaris Amazones appellentur.

CIV. Ab hac victoria revertens Pompeius, exercitum in Armeniam, contra Tigranem, utpote Mithridatis socium, duxit : et jam haud procul ab ejus regia, Artaxata, aberat. Tigranes autem constituerat belli fortunam non amplius experiri. Fuerant huic ex filia Mithridatis tres filii : e quibus duos ipse interfecerat; alterum in prælio, quum arma adversus patrem tulisset; alterum in venatione, quod patrem prolapsum neglexisset attollere, et jacenti ademtum diadema suo imposuisset capiti. Tertius filius, Tigranes, quum in venatione graviter contristatus visus fuisset casu patris, corona quidem fuerat ab illo donatus; at paulo post hic quoque defecit : victusque bello, fugerat ad Phraatem, Parthorum regem, qui tum recens Sintrico patri in regnum successerat. Hic juvenis Tigranes, postquam appropinquavit Pompeius, re communicata cum Phraate, qui et facile id patiebatur, et ipse sibi privatim quærebat imperatoris amicitiam, supplex ad Pompeium confugit, quamvis Mithridatis ex filia nepos. Sed magna fama erat apud barbaros justitiæ Pompeii ac fidei. Qua etiam confisus Tigranes pater, ne caduceatore quidem præmisso, ad eumdem profectus est, cum in alia omnia se arbitrio Pompeii permissurus, tum vero filium apud ipsum accusaturus. Cui quum Pompeius tribunos et præfectos equitum obviam misisset honoris gratia; regis comites, parum tutum aditum rati, cujus potestas non esset per caduceatorem impetrata, retro fugerunt. Tigranes vero accessit ad Pompeium; eumque, tanquam potiorem, adoravit barbarorum more : quanquam sunt, qui prodant, Pompeii jussu eum a lictoribus adductum. Utcumque tamen venit, excusavit ea, quæ a se facta essent; donavitque imperatorem ipsum talentorum sex millibus, milites vero quinquaginta drachmis singulos, millenis centuriones, decies millenis tribunos.

CV. Pompeius præteritorum ei dedit veniam, et patrem conciliavit filio; constituitque, ut « in Sophene et Gordiene (quæ nunc Armenia minor vocantur) filius Tigranes regnaret; reliquam Armeniam pater retineret, hac lege, ut post ejus obitum idem filius in eam succederet. » Reliquis autem provinciis, quas bello acquisivisset, jam nunc eum decedere jussit. Et decessit Tigranes tota Syria, ab Euphrate usque ad mare : nam et hanc, et Ciliciæ quoque partem, ejecto Antiocho Pio, tenuerat. Non multo post ex Armeniis hi, qui Tigranem ad Romana castra iter facientem deseruerant, quum jam lætum nihil sibi ob id factum ominarentur, filio regis adhuc apud Pompeium hærenti persuaserunt, ut patrem ex insidiis invaderet. Et deprehensus juvenis, in vincula a Pompeio conjectus est. Quumque Parthos interim sollicitare contra Romanos tentavisset, in triumpho denique traductus, et necatus est in carcere. Jam vero Pompeius, debellatum existimans, urbem condidit eo loco ubi Mithridatem prælio viceral, cui ex re nomen imposuit Nicopolin,

βραχυτέρας λεγομένης. Ἀριοβαρζάνῃ δ' ἀπεδίδου βασιλεύειν Καππαδοκίας· καὶ προσεπέδωκε Σωφηνὴν καὶ Γορδυηνὴν, ἃ τῷ παιδὶ μεμέριστο τῷ Τιγράνους, καὶ στρατηγεῖται νῦν ἅμα τῇ Καππαδοκίᾳ καὶ τάδε. Ἔδωκε δὲ καὶ τῆς Κιλικίας πόλιν Καστάβαλα, καὶ ἄλλας. Ἀριοβαρζάνης μὲν οὖν τὴν βασιλείαν ὅλην τῷ παιδὶ περιὼν ἐνεχείρισε. Καὶ πολλαὶ μεταβολαὶ μέχρι Καίσαρος ἐγένοντο τοῦ Σεβαστοῦ. Ἐφ' οὗ, καθάπερ τὰ λοιπὰ, καὶ ἥδε ἡ βασιλεία περιῆλθεν ἐς στρατηγίαν.

CVI. Ὁ δὲ Πομπήϊος καὶ τὸν Ταῦρον ὑπερελθὼν, ἐπολέμησεν Ἀντιόχῳ τῷ Κομμαγηνῷ, ἕως ἐς φιλίαν ὁ Ἀντίοχος αὐτῷ συνῆλθεν. Ἐπολέμησε δὲ καὶ Δαρείῳ τῷ Μήδῳ, μέχρις ἔφυγεν, εἴτε Ἀντιόχῳ συμμαχῶν, εἴτε Τιγράνῃ πρότερον. Ἐπολέμησε δὲ καὶ Ἄραψι τοῖς Ναβαταίοις, Ἀρέτα βασιλεύοντος αὐτῶν· καὶ Ἰουδαίοις, Ἀριστοβούλου τοῦ βασιλέως ἀποστάντος· ἕως εἷλεν Ἱεροσόλυμα, τὴν ἁγιωτάτην αὐτοῖς πόλιν. Καὶ Κιλικίας δὲ ὅσα οὔπω Ῥωμαίοις ὑπήκουε, καὶ τὴν ἄλλην Συρίαν, ὅση τε περὶ Εὐφράτην ἐστὶ, καὶ Κοίλη καὶ Φοινίκη καὶ Παλαιστίνη λέγεται, καὶ τὴν Ἰδουμαίων, καὶ Ἰτουραίων, καὶ ὅσα ἄλλα ὀνόματα Συρίας, ἐπιὼν, ἀμαχεὶ Ῥωμαίοις καθίστατο· ἔγκλημα μὲν οὐδὲν ἔχων ἐς Ἀντίοχον, τὸν Εὐσεβοῦς, παρόντα καὶ δεόμενον ὑπὲρ ἀρχῆς πατρῴας· ἡγούμενος δὲ, Τιγράνη τὸν κρατήσαντα τοῦ Ἀντιόχου τῆς γῆς ἀπελάσας, Ῥωμαίοις αὐτὴν κατὰ τόδε προσεκτῆσθαι. Ταῦτα δ' αὐτῷ διοικουμένῳ πρέσβεις ἀφίκοντο Φραάτου καὶ Τιγράνους, ἐς πόλεμον ἀλλήλοις συμπεσόντων· οἱ μὲν Τιγράνους, ὡς φίλῳ συμμαχεῖν τὸν Πομπήϊον ἀξιοῦντες· οἱ δὲ τοῦ Παρθυαίου, φιλίαν αὐτῷ πρὸς Ῥωμαίους τιθέμενοι. Καὶ ὁ Πομπήϊος, οὐκ ἀξιῶν Παρθυαίοις πολεμεῖν ἄνευ Ῥωμαίων ψηφίσματος, ἔπεμψεν ἀμφοτέροις διαλλακτάς. Καὶ ὁ μὲν ἀμφὶ ταῦτα ἦν.

CVII. Μιθριδάτῃ δὲ ἡ περίοδος ἤνυστο τοῦ Πόντου· καὶ Παντικάπαιον, ἐμπόριον Εὐρωπαῖον ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πόντου, καταλαβὼν, κτείνει τῶν υἱέων Ξιφάρην ἐπὶ τοῦ Πόρου, διὰ μητρὸς ἁμάρτημα τοιόνδε. Φρούριον ἦν τι Μιθριδάτῃ, ἔνθα λανθάνοντες ὑπόγαιοι θησαυροὶ πολλῶν σιδηροδέτων χαλκείων πολλὰ χρήματα ἔκρυπτον. Στρατονίκη δὲ, μία τῶν Μιθριδάτου παλλακῶν ἢ γυναικῶν, ἡ τοῦδε τοῦ φρουρίου τὴν ἐπιστήμην καὶ φυλακὴν ἐπετέτραπτο, περιιόντος ἔτι τὸν Πόντον τοῦ Μιθριδάτου, τὸ φρούριον ἐνεχείρισε τῷ Πομπηΐῳ· καὶ τοὺς θησαυροὺς ἀγνοουμένους ἐμήνυσεν, ἐπὶ συνθήκῃ μόνῃ τῇδε, ὅτι οἱ τὸν υἱὸν Ξιφάρην ὁ Πομπήϊος, εἰ λάβοι, περισώσει. Καὶ ὁ μὲν, τοῖς χρήμασιν ἐπιτυχὼν, ὑπέσχητο αὐτῇ τὸν Ξιφάρην· καὶ ἐδεδώκει φέρεσθαι καὶ τὰ ἴδια. Αἰσθόμενος δὲ τῶν γεγονότων ὁ Μιθριδάτης, κτείνει τὸν Ξιφάρην ἐπὶ τοῦ πόρου, ἐφορώσης τῆς μητρὸς πέραθεν, καὶ ἐξέρριψεν ἄταφον. Καὶ ὁ μὲν υἱοῦ κατεφρόνησεν, ἐς ἀνίαν τῆς ἁμαρτούσης. Καὶ πρέσβεις ἐς τὸν Πομπήϊον, ἔτι περὶ Συρίαν ὄντα, καὶ οὐκ αἰσθανόμενον αὐτοῦ παρόντος,

sitam in minore Armenia. Ariobarzani vero regnum Cappadociæ reddidit, attributa et Sophene Gordieneque, quas Tigrani minori dederat: quæ eædem nunc quoque censentur in provincia Cappadociæ. Eidem Ciliciæ etiam civitates nonnullas, et in his Castabala, dedit. Quod regnum Ariobarzanes integrum vivus filio tradidit: multis abhinc mutationibus obnoxium, usque ad Augustum Cæsarem; quo imperante, quemadmodum alia, ita et hoc regnum in provinciæ formam redactum est.

CVI. Pompeius deinde, superato Tauro, bellum intulit Antiocho Commagenes regi, donec et ille in amicitiam receptus est. Darium quoque Mediæ regem profligavit, vel quia juverat Antiochum, vel quia Tigranem antea. Aretam etiam, Arabum regem Nabatæorum, bello petiit; tum et Judæos, qui ab Aristobulo rege suo defecerant, quorum sanctissimam urbem Hierosolyma expugnavit. Præterea Ciliciæ quidquid nondum Romanis paruerat, et Syriam omnem reliquam, quæ vel Euphrati adjacet, vel Cœle, et Phœnice, et Palæstina vocatur, Idumæamque et Ituræam, aliasque Syriæ partes, quocumque nomine appellentur, obeundo, Romanis sine certamine subjecit; non quod peccatum ullum in populum Romanum objicere posset Antiocho, Pii filio, qui tum præsens paternum regnum condebatur impetrare precibus; sed quia, expulso Tigrane, qui Antiochum vicerat, jure belli eas regiones populo Romano acquisitas censebat. Hæc constituenti Pompeio supervenerunt legati a Phraate et Tigrane, inter quos bellum exortum erat. Armenii, tanquam ab amico, petebant auxilia: Parthi in amicitiam populi Romani cupiebant recipi. Ille, nolens Parthis arma inferre absque senatusconsulto, misit qui pacem inter partes conciliarent.

CVII. Quibus negotiis dum Pompeius distinetur, Mithridates jam Pontum circumlustraverat: occupatoque Panticapæo, quod est in Europa ad ostium Ponti emporium, juxta fretum interfecit Xipharem filium, propter matris culpam hujusmodi. Habuerat Mithridates castellum, ubi in occultis thesauris subterraneis multa ærea vasa ferreis circulis vincta magnam vim pecuniæ celabant. Huic castello præfecta Stratonice, una e regiis sive concubinis, sive uxoribus, thesaurorum conscia, dum adhuc Pontum circumiret Mithridates, castellum Pompeio una cum occultis thesauris tradiderat; hoc unum pacta, ut si forte Pompeius Xipharem filium in potestatem redigeret, matri eum servaret incolumem. Ille potitus pecuniis, filii salutem ei est pollicitus, simulque permisit res suas habere mulierem. His cognitis, rex interfecit Xipharem ad fretum, inspectante matre ex adverso littore, et cadaver insepultum projecit. Ita in filium exuit pietatem, ut matri dolorem crearet, quæ peccaverat. Ad Pompeium vero, in Syria etiam tunc morantem, nescientemque eum Chersonesi adesse, misit le-

ἔπεμπεν, οἳ τῆς πατρῴας ἀρχῆς αὐτὸν Ῥωμαίοις τελέσειν φόρους ὑπισχνοῦντο. Πομπηΐου δ' αὐτὸν ἐλθόντα δεῖσθαι τὸν Μιθριδάτην κελεύοντος, καθὰ καὶ Τιγράνης ἀφίκετο· τοῦτο μὲν οὐκ ἔφη ποτὲ ὑποστήσεσθαι, Μιθριδάτης γε ὤν, πέμψειν δὲ τῶν παίδων τινὰς καὶ φίλους. Ἅμα δὲ ταῦτ' ἔλεγε, καὶ στρατιὰν ἀθρόως κατέλεγεν ἐλευθέρων τε καὶ δούλων· ὅπλα τε πολλὰ καὶ βέλη καὶ μηχανὰς ἐπήγνυ, φειδόμενος οὔτε τινὸς ὕλης, οὔτε βοῶν ἀροτήρων ἐς τὰ νεῦρα. Εἰσφορὰς τε πᾶσιν, ἐς τὰ βραχύτατα τῆς περιουσίας, ἐπέγραφεν. Οἱ δὲ ὑπηρέται τούτου πολλοὺς ἐνύβριζον, οὐκ αἰσθομένου τοῦ Μιθριδάτου. Νόσον γάρ τινα ἑλκώδη τοῦ προσώπου νοσῶν, ὑπὸ τριῶν εὐνούχων ἐθεραπεύετο καὶ ἑωρᾶτο.

CVIII. Ὡς δ' ἔληγε τὸ πάθος, καὶ ὁ στρατὸς αὐτῷ ἀγήγερτο ἤδη (ἐπίλεκτοι μὲν ἑξήκοντα σπεῖραι, ἀνὰ ἑξακοσίους ἄνδρας· πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ὅμιλος, καὶ νῆες, καὶ χωρία ὅσα οἱ στρατηγοὶ παρὰ τὴν νόσον ᾑρήκεσαν), ἐπέρα τοῦ στρατοῦ μέρος ἐς Φαναγόρειαν, ἕτερον ἐμπόριον ἐπὶ τοῦ στόματος, ὡς ἑκατέρωθεν ἔξων τὰς ἐσβολὰς, ἔτι Πομπηΐου περὶ Συρίαν ὄντος. Κάστωρ δὲ, Φαναγορεὺς, ᾐκισμένος ποτὲ ὑπὸ τοῦ Τρύφωνος, εὐνούχου βασιλικοῦ, τὸν Τρύφωνα εἰσιόντα κτείνει προσπεσὼν, καὶ τὸ πλῆθος ἐς ἐλευθερίαν συνεκάλει. Οἱ δὲ, καίπερ ἤδη τῆς ἀκροπόλεως ἐχομένης ὑπὸ Ἀρταφέρνους τε καὶ ἑτέρων υἱέων τοῦ Μιθριδάτου, ξύλα περιθέντες, τὴν ἄκραν ἐνεπίμπρασαν. Ἕως ὁ μὲν Ἀρταφέρνης καὶ Δαρεῖος, καὶ Ξέρξης, καὶ Ὀξάθρης, καὶ Εὐπάτρα, παῖδες τοῦ Μιθριδάτου, δείσαντες ἐπὶ τῷ πυρὶ, παρέδοσαν ἑαυτοὺς ἄγεσθαι. Καὶ ἦν αὐτῶν Ἀρταφέρνης ἀμφὶ τεσσαράκοντα ἔτη μόνος· οἱ δὲ λοιποὶ, παῖδες εὔμορφοι. Κλεοπάτρα δὲ ἀντεῖχεν, ἑτέρα παῖς τοῦ Μιθριδάτου· καὶ αὐτὴν ὁ πατὴρ ἀγάμενος τῆς εὐψυχίας, δίκροτα πολλὰ ἐπιπέμψας ἐξήρπασεν. Ὅσα δὲ ἐγγὺς ἦν φρούρια, ἀρτίληπτα τῷ Μιθριδάτῃ γενόμενα, „πρὸς τὴν θερμουργίαν" τῶν Φαναγορέων ἀφίστατο τοῦ Μιθριδάτου, Χεῤῥόνησός τε καὶ Θεοδοσία καὶ Νύμφαιον, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ τὸν Πόντον ἐστὶν εὔκαιρα ἐς πόλεμον. Ὁ δὲ, τὰς ἀποστάσεις ὁρῶν πυκνὰς, καὶ τὸν στρατὸν ἐν ὑποψίᾳ ἔχων, μὴ οὐ βέβαιος ᾖ διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς στρατείας, καὶ διὰ εἰσφορῶν βαρύτητα, καὶ τὴν ἀεὶ τοῖς στρατοῖς ἐς ἡγεμόνας ἀτυχοῦντας ἀπιστίαν· ἔπεμπεν ἐς τοὺς Σκύθας δι' εὐνούχων τοῖς δυνάσταις τὰς θυγατέρας ἐς γάμους· αἰτῶν, στρατιὰν κατὰ τάχος ἤδη οἱ παρεῖναι. Πεντακόσιοι δ' αὐτὰς ἀπὸ τοῦ στρατοῦ παρέπεμπον ἄνδρες· οἳ Μιθριδάτου βραχὺ διασχόντες, ἔκτεινάν τε τοὺς ἄγοντας εὐνούχους (ἀεὶ πρὸς εὐνούχους, κρατοῦντας τοῦ Μιθριδάτου, πεπολεμωμένοι) καὶ τὰς κόρας ἐς τὸν Πομπήϊον ἀπήγαγον.

CIX. Ὁ δὲ καὶ τέκνων τοσῶνδε, καὶ φρουρίων, καὶ τῆς ἀρχῆς ὅλης ἀφῃρημένος, καὶ ἐς οὐδὲν ἀξιόμαχος ἔτι ὢν, οὐδὲ τῆς Σκυθῶν συμμαχίας ἡγούμενος ἂν τυχεῖν, ὅμως οὐδὲν οὐδὲ τότε ἢ ταπεινὸν ἢ συμφορῶν ἄξιον ἐνεθυμεῖτο· ἀλλ' ἐς Κελτοὺς, ἐκ πολλοῦ φίλους ἐπὶ τῷδε οἱ γεγονότας, ἐπενόει διελθὼν ἐς τὴν Ἰταλίαν

gatos, qui tributa populo Romano pollicebantur, si regnum paternum ei concederetur. Quum vero postularet Pompeius, ut rex ipse precatum veniret, sicut Tigranes venisset, Mithridates, hoc relato responso, nunquam se id facturum, ait, quod sua persona indignum esset; ex filiis tamen amicisque quosdam missurum. Sed simul his dictis, continuo delectus maximos habuit promiscue, tam e servis, quam ex ingenuis: armaque multa et tela fabricabat et machinas, nec materiæ parcens ulli, ne bobus quidem aratoribus in usum nervorum. Tributa quoque omnibus, etiam qui tenuissimis essent facultatibus, imposuit. Et hæc quidem omnia cum multorum injuriis exigebantur a ministris, non sentiente Mithridate; cujus faciem ulcerosus quidam morbus invaserat, quo fiebat, ut a solis tribus eunuchis aspici pateretur, qui eum curabant.

CVIII. Percurato illo morbo, quum jam et exercitus Mithridati paratus adesset, (erant autem LX cohortes, sexcentorum virorum quæque, et alia præterea numerosa multitudo; et castella quoque nonnulla, ægrotante rege, a ducibus ejus fuerant capta), trajecit partem exercitus Phanagoriam, alterum emporium in ostio (Mæotidis Paludis) situm, ut aditum utrinque teneret, Pompeio etiam tum hærente in Syria. Sed Castor Phanagorensis, qui contumeliosius aliquando tractatus fuerat a Tryphone eunucho regio, ipsum Tryphonem intrantem adortus occidit, et multitudinem ad libertatem convocavit. Quæ, quamvis jam arx teneretur ab Artapherne aliisque Mithridatis filiis, congestis circumquaque lignis, arci ignem subjecit. Et incendii metu Artaphernes, Darius, Xerxes, Oxathres, filii Mithridatis, et Eupatra filia, in captivitatem sese abducendos tradiderunt. Ex his solus Artaphernes erat solus quadraginta annos natus, reliqui formosi pueri. Cleopatra vero, altera filia, restitit: cujus generosum animum pater admiratus, submissis multis dicrotis eam eripuit. Quotquot autem erant in propinquo castella, nuper a Mithridatis ducibus occupata, audaci exemplo Phanagorensium permota, cuncta defecerunt, Chersonesus, Theodosia, Nymphæum, aliaque circa Pontum bello gerendo opportuna. Mithridates, crebras videns defectiones, et suspectum habens exercitum, ne parum constantis esset fidei, quippe coactus ad militiam, præsertim accedentibus gravibus exactionibus, et adversitate fortunæ semper intuta ducibus apud mutabiles militum animos; filias Scythiæ regulis nuptum misit per eunuchos, qui simul ab illis peterent, ut quamprimum auxiliares copias mitterent regi. Has deducebant quingenti milites; qui, parum a Mithridate digressi, eunuchos interfecerunt (jam pridem infensi huic hominum generi, præpollenti apud regem), et puellas ad Pompeium abduxerunt.

CIX. Rex tot liberis et castellis totoque regno spoliatus, quum parum cæteroquin virium ei ad bellum gerendum superesset, neque a Scythis jam auxilii quidquam amplius speraret, tamen ne tum quidem humile quidquam aut præsenti calamitate dignum cogitabat: sed ad Gallos, quorum jam ante hac de causa paraverat amicitias, iter destinabat,

σὺν ἐκείνοις ἐμβαλεῖν· ἐλπίζων οἱ πολλὰ καὶ τῆς Ἰταλίας αὐτῆς, ἔχθει Ῥωμαίων, προσέσεσθαι· πυνθανόμενος, ὧδε καὶ Ἀννίβαν πρᾶξαι, πολεμούμενον ἐν Ἰβηρίᾳ, καὶ ἐπιφοβώτατον ἐκ τοῦδε Ῥωμαίοις γενέσθαι. Ἤδει δὲ, καὶ ἔναγχος τὴν Ἰταλίαν σχεδὸν ἅπασαν ἀπὸ Ῥωμαίων ἀποστᾶσαν ὑπὸ ἔχθους, καὶ ἐπὶ πλεῖστον αὐτοῖς πεπολεμηκυῖαν, Σπαρτάκῳ τε μονομάχῳ συστᾶσαν ἐπ' αὐτοὺς, ἀνδρὶ ἐπ' οὐδεμιᾶς ἀξιώσεως ὄντι. Ταῦτα ἐνθυμούμενος ἐς Κελτοὺς ἠπείγετο. Τοῦ δὲ τολμήματος ἂν αὐτῷ λαμπροτάτου γενομένου, ὁ στρατὸς ὤκνει, δι' αὐτὸ μάλιστα τῆς τόλμης τὸ μέγεθος, ἐπί τε χρόνιον στρατείαν καὶ ἐς ἀλλοτρίαν γῆν ἀγόμενοι, καὶ ἐπὶ ἄνδρας ὧν οὐδ' ἐν τῇ σφετέρᾳ κρατοῦσιν. Αὐτόν τε τὸν Μιθριδάτην ἡγούμενοι, πάντων ἀπογιγνώσκοντα, βούλεσθαί τι δρῶντα καὶ βασιλιζόμενον μᾶλλον, ἢ δι' ἀργίας, ἀποθανεῖν· ὅμως ἐνεκαρτέρουν καὶ ἡσύχαζον. Οὐ γάρ τι σμικρὸς οὐδ' εὐκαταφρόνητος ἦν βασιλεὺς οὐδ' ἐν ταῖς συμφοραῖς.

CX. Ὧδε δ' ἐχόντων ἁπάντων, Φαρνάκης, ὁ τῶν παίδων αὐτῷ τιμιώτατός τε, καὶ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ἀποδεδειγμένος ἔσεσθαι διάδοχος, εἴτε δείσας περὶ τοῦδε τοῦ στόλου καὶ τῆς ἀρχῆς, ὡς νῦν μὲν ἔτι συγγνωσομένων τι Ῥωμαίων, ἀπολουμένης δὲ πάμπαν ὁλοκλήρως, εἰ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁ πατὴρ στρατεύσειεν· εἴθ' ἑτέραις καὶ λογισμῶν ἐπιθυμίαις, ἐπεβούλευε τῷ πατρί. Ληφθέντων δὲ τῶν συνεγνωκότων αὐτῷ, καὶ ἐς βασάνους ἀγομένων, Μηνοφάνης μετέπεισε τὸν Μιθριδάτην, ὡς οὐ δέον, ἀποπλέοντα ἤδη, τὸν ἔτι οἱ τιμιώτατον υἱὸν ἀνελεῖν. Εἶναι δ', ἔφη, τὰς τοιαύτας τροπὰς ἔργα πολέμων· ὧν παυσαμένων, καὶ τάδε καθίστασθαι. Ὁ μὲν δὴ πεισθεὶς, προύτεινε τῷ παιδὶ συγγνώμην. Ὁ δὲ, δείσας τι μήνιμα, καὶ τὸν στρατὸν εἰδὼς κατοκνοῦντα τὴν στρατείαν, νυκτὸς ἐς πρώτους τοὺς Ῥωμαίων αὐτομόλους, ἀγχοτάτω τοῦ Μιθριδάτου στρατοπεδεύοντας, ἐσῆλθε· καὶ τὸν κίνδυνον αὐτοῖς ἰοῦσιν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ὅσος εἴη, σαφῶς εἰδόσιν, ὑπερεπαίρων, πολλὰ δὲ μένουσιν ἐπελπίσας ἔσεσθαι παρ' ἑαυτοῦ, προήγαγεν ἐς ἀπόστασιν ἀπὸ τοῦ πατρός. Ὡς δ' ἐπείσθησαν οἵδε, τῆς αὐτῆς νυκτὸς ἐς τὰ ἐγγὺς ἄλλα στρατόπεδα ἔπεμπεν ὁ Φαρνάκης. Συνθεμένων δὲ κἀκείνων, πρῶτοι μὲν ἅμα ἕῳ ἠλάλαξαν οἱ αὐτόμολοι, ἐπὶ δ' ἐκείνοις οἱ ἀεὶ πλησίον τὴν βοὴν μετελάμβανον. Καὶ τὸ ναυτικὸν αὐτοῖς ἐπήχησεν, οὐ προειδότες ἴσως μὲν ἅπαντες, ὀξύῤῥοποι δ' ὄντες ἐς μεταβολὰς, καὶ τὸ δυστυχοῦν ὑπερορῶντες, ἐν δὲ τῷ καινῷ τὸ εὔελπι ἀεὶ τιθέμενοι. Οἱ δὲ, καὶ ἀγνοίᾳ τῶν συνεγνωκότων, ἡγούμενοι πάντας διεφθάρθαι, καὶ, μόνοι ἔτι ὄντες, ἔσεσθαι τοῖς πλείοσιν εὐκαταφρόνητοι, φόβῳ καὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ ἑκουσίῳ γνώμῃ συνεπήχουν. Μιθριδάτης δ' ἐγρόμενος ὑπὸ τῆς βοῆς, ἔπεμπέ τινας, ἐρησομένους, ὅ τι χρῄζοιεν οἱ βοῶντες. Οἱ δ' οὐκ ἐγκαλυψάμενοι. Τὸν υἱὸν, ἔφασαν, βασιλεύειν, νέον ἀντὶ γέροντος, εὐνούχοις τε ἐκδεδομένου, καὶ κτείναντος ἤδη πολλοὺς υἱέας τε καὶ ἡγεμόνας καὶ φίλους.

ut cum eis per Alpes Italiam invaderet; sperans, multos Italiæ populos odio Romanorum sibi adjungendos. Audiverat enim, et Annibali hoc successisse, postquam in Hispania fuisset ei a Romanis bellum illatum, et maximo hinc terrori fuisse populo Romano. Quin et nuper omnes fere Italici nominis socios, noverat, ab eis publico odio defecisse, et bellum cum eis gessisse diuturnum, atque etiam Spartaco gladiatori, nullius dignitatis homini, contra eosdem favisse. Hæc animo volutans, in Galliam proficisci properabat. Sed magnificos eos conatus destituit exercitus, deterritus ipsa audaciæ magnitudine, et expeditionis longitudine; tum quod ducerentur contra viros, quorum vim ne domi quidem sustinere potuissent. Existimabantque Mithridatem, rebus suis desperatis, velle fortiter potius ac regie vitam finire, quam in otio. Durabant tamen etiamnum aliquantisper, et nihil movebant: nam ne in calamitatibus quidem vilis aut contemtui facile obnoxius erat rex.

CX. In eo rerum animorumque statu, Pharnaces, qui Mithridati carissimus erat filiorum, et sæpe ab eo fuerat regni hæres declaratus; sive quod periculosam putaret eam expeditionem, speraretque etiam tum veniam a Romanis et restitutionem in regnum posse impetrare, quæ spes funditus omnino periret, si Italiam pater invasisset; sive aliis causis cupiditatibusve commotus; patri struxit insidias. Captis autem consciis, et ad torturam admotis, Menophanes suasit regi, non oportere nunc, cum in procinctu staret, necari filium ad eum diem carissimum: solere enim hujusmodi mutationes exstitere bellorum tempore; quibus cessantibus, et illas conquiescere. Sic Mithridates persuasus, veniam filio obtulit. At ille, iram timens mente repositam, neque ignarus, exercitum alieno esse ab expeditione animo, noctu Romanorum primum transfugas adiit, proxime Mithridatem tendentes; et periculum, si in Italiam irent, ipsis non ignotum, exaggerans, multaque, si manerent, eisdem pollicens, incitavit eos, ut a patre deficerent. Quibus quum id persuasisset, mox eadem nocte ad alia propinqua castra nuncios dimisit Pharnaces. Et his quoque in camdem sententiam pertractis, mane primi transfugæ conclamaverunt; quibus proximi quique, et mox alii post hos, clamorem reddiderunt, atque etiam navalis exercitus: fortasse non omnes præmoniti, sed suapte levitate proni ad contemnendum miserum, et novarum rerum semper cupidi. Alii, consciorum ignari, putabant omnes corruptos; ratique se solos non posse resistere pluribus, necessitate magis quam voluntate acclamabant cum ceteris. Mithridates, e somno excitatus clamore, misit quosdam rogatum, quid sibi poscerent clamantes? Et illi non dissimulanter, filium regem se petere, aiebant, juvenem pro sene, eunuchis dedito, et multorum jam filiorum, et ducum amicorumque interfectore.

CXI. Ὧν ὁ Μιθριδάτης πυθόμενος, ἐξῄει διαλεξόμενος αὐτοῖς. Καί τι πλῆθος ἐκ φρουρίου τοῖς αὐτομόλοις συνέτρεχεν. Οἱ δ' οὐκ ἔφασαν αὐτοὺς προσήσεσθαι, πρίν τι ἀνήκεστον ἐς πίστιν ἐργάσασθαι· δεικνύντες ὁμοῦ τὸν Μιθριδάτην. Οἱ μὲν δὴ τὸν ἵππον ἔφθασαν αὐτοῦ κτεῖναι φυγόντος, καὶ τὸν Φαρνάκην, ὡς ἤδη κρατοῦντες, ἀνεῖπον βασιλέα· καὶ βύβλον τις πλατεῖαν φέρων ἐξ ἱεροῦ, ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἀντὶ διαδήματος. Ἅπερ ἄνωθεν ἐκ περιπάτου θεώμενος, ἔπεμπεν ἐς τὸν Φαρνάκην ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ, φυγὴν αἰτῶν ἀσφαλῆ. Οὐδενὸς δὲ τῶν πεμπομένων ἐπανιόντος, δείσας, μὴ Ῥωμαίοις ἐκδοθείη, τοὺς μὲν σωματοφύλακας αὐτοῦ καὶ φίλους ἔτι οἳ παραμένοντας, ἐπαινέσας, ἔπεμψεν ἐς τὸν νέον βασιλέα, καὶ αὐτῶν τινας προσιόντας ἔκτεινεν ἡ στρατιὰ παραλόγως. Αὐτὸς δὲ παραλύσας ὃ περὶ τῷ ξίφει φάρμακον ἀεὶ περιέκειτο, ἐκίρνη. Δύο δ' αὐτῷ θυγατέρες, ἔτι κόραι, συντρεφόμεναι, Μιθριδάτις τε καὶ Νύσσα, τοῖς Αἰγύπτου καὶ Κύπρου βασιλεῦσιν ἐγγεγυημέναι, προλαβεῖν τοῦ φαρμάκου παρεκάλουν, καὶ σφόδρα εἴχοντο, καὶ πίνοντα κατεκώλυον, ἕως ἔπιον λαβοῦσαι. Καὶ τῶν μὲν αὐτίκα τὸ φάρμακον ἥπτετο· τοῦ δὲ Μιθριδάτου, καίτοι συντόνως ἐξεπίτηδες βαδίζοντος, οὐκ ἐφικνεῖτο, διὰ ἔθος καὶ συντροφίαν ἑτέρων φαρμάκων, οἷς ἐς ἄμυναν δηλητηρίων ἐχρῆτο συνεχῶς· καὶ νῦν ἔτι φάρμακα Μιθριδάτεια λέγεται. Βίτοιτον οὖν τινα ἰδὼν, ἡγεμόνα Κελτῶν· Πολλὰ μὲν ἐκ τῆς σῆς, ἔφη, δεξιᾶς ἐς πολεμίους ὠνάμην· ὀνήσομαι δὲ μέγιστον, εἰ νῦν με κατεργάσαιο, κινδυνεύοντα ἐς πομπὴν ἀπαχθῆναι θριάμβου, τὸν μέχρι πολλοῦ τοσῆσδε ἀρχῆς αὐτοκράτορα καὶ βασιλέα· ἀδυνατοῦντα ἐκ φαρμάκων ἀποθανεῖν, δι' εὐήθη προφυλακὴν ἑτέρων φαρμάκων. Τὸ γὰρ δὴ χαλεπώτατον καὶ σύνοικον ἀεὶ βασιλεῦσι φάρμακον, ἀπιστίαν στρατοῦ καὶ παίδων καὶ φίλων, οὐ προειδόμην, ὁ τὰ ἐπὶ τῇ διαίτῃ πάντα προϊδὼν καὶ φυλαξάμενος. Ὁ μὲν δὴ Βίτοιτος, ἐπικλασθεὶς, ἐπεκούρησε χρῄζοντι τῷ βασιλεῖ.

CXII. Καὶ ὁ Μιθριδάτης ἀπέθνησκεν, ἑκκαιδέκατος ὢν ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου Περσῶν βασιλέως, ὄγδοος δ' ἀπὸ Μιθριδάτου, τοῦ Μακεδόνων ἀποστάντος τε, καὶ κτησαμένου τὴν Ποντικὴν ἀρχήν. Ἐβίω δ' ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἐπὶ τοῖς ἑξήκοντα ἔτεσι. Καὶ τούτων ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτεσιν ἐβασίλευσε· ἐς γὰρ ὀρφανὸν ὄντα περιῆλθεν ἡ ἀρχή. Ἐχειρώσατο δὲ τὰ περίοικα τῶν βαρβάρων, καὶ Σκυθῶν ὑπηγάγετο πολλούς. Καὶ Ῥωμαίοις τεσσαρακοντούτη πόλεμον ἐγκρατῶς ἐπολέμησεν· ἐν ᾧ Βιθυνίας ἐκράτησε πολλάκις καὶ Καππαδοκίας· Ἀσίαν τε ἐπέδραμε, καὶ Φρυγίαν καὶ Παφλαγονίαν καὶ Γαλατίαν καὶ Μακεδόνας· ἔς τε τὴν Ἑλλάδα ἐμβαλὼν, πολλὰ καὶ μεγάλα ἔδρασε, καὶ τῆς θαλάσσης ἀπὸ Κιλικίας ἐπὶ τὸν Ἰόνιον ἦρξε· μέχρι Σύλλας αὐτὸν αὖθις ἐς τὴν πατρῴαν ἀρχὴν συνέκλεισεν, ἑκκαίδεκα στρατοῦ μυριάδας ἀποβαλόντα. Καὶ τοσῷδε πταίσματι συμπεσὼν, ὅμως ἀνεκίνησε τὸν πόλεμον εὐμαρῶς. Στρατηγοῖς τε συνενεχθεὶς ἐς μάχας τοῖς ἀρίστοις,

CXI. His auditis Mithridates, allocuturus eos, egressus est. Simulque præsidiariorum manus quædam conferebat se ad transfugas : qui se hos, nisi irreparabili aliquo facinore fidem confirmassent, admissuros negabant, regemque digitis monstrabant. Nec vero illi cunctantur, sed fugientis regis equum confodiunt; jamque Pharnacem, quasi voti compotes, regem appellant : et raptam aliquis e proximo templo latam papyrum, instar diadematis, capiti ejus imponit. Id conspicatus senex e superiori porticu, alios post alios misit ad Pharnacem, qui tutum abitum ab eo peterent : sed quum horum nemo rediret, veritus, ne Romanis dederetur, collaudatos satellites et amicos, qui adhuc apud eum persliterant, ad novum regem dimisit : quorum nonnulli, dum accedunt, præter opinionem interfecti sunt a militibus. Ipse Mithridates, exemtum ex involucro venenum, quod semper juxta gladium gestare consueverat, miscuit. Ibi duæ filiæ adhuc puellæ, quæ apud ipsum educabantur, Mithridatis et Nyssa, Ægypti Cyprique desponsæ regibus, rogabant patrem, ut ante illum potionem venenatam sumere ipsis liceret; et enixe instabant, vetabantque eum bibere, donec ipsæ priores hauserunt. Et has quidem veneni vis penetravit continuo : in Mithridatem vero, quamvis data opera ambulantem concitatius, nihil agebat, propter quotidianam pharmacorum consuetudinem, quibus se contra veneficos assidue præmuniverat; quæ nunc quoque vocantur Mithridatica pharmaca. Itaque conspicatus ducem quemdam Gallorum, Bituitum : Multum, inquit, tua dextra mihi profuit in præliis; sed hoc erit vel maximum tuum meritum, si nunc me interemeris, periclitantem ad triumphi pompam abduci; qui tanto tempore tam amplo regno præfui, et nunc veneno nequeo emori, contra quod stultus me præmunivi remediis; neque præcavere potui tristissimum et domesticum regibus omnibus venenum, liberorum amicorumque et exercitus perfidiam; quum, quæ ad victum pertinent, præcaverim omnia. His permotus Bituitus, postulanti regi officium præstitit.

CXII. Sic obiit Mithridates, sextus decimus a Dario Hystaspis filio, rege Persarum; octavus a Mithridate illo, qui primus, desertis Macedonibus, Ponti regnum sibi vindicaverat. Vixit octo aut novem annos supra sexaginta; e quibus regnavit LVII; pupillus enim regnum erat adeptus. Subegit finitimos barbaros, bonamque partem Scythiæ. Cum Romanis per quadraginta annos bellum gessit fortiter : in quo aliquoties Bithyniam possedit et Cappadociam : incursavitque Asiam, Phrygiam, Paphlagoniam, Gallogræciam, Macedoniam : et in Græciam traductis copiis memorabilia facinora edidit, et maris imperium a Cilicia usque ad Ionium pelagus tenuit; donec a Sylla intra paterni regni terminos rursus conclusus est, amissis CLX. militum millibus. Ac tanta clade affectus, tamen bellum redintegravit facile. Cum summis conflictatus imperatoribus, a Sylla quidem

Σύλλα μὲν ἡττᾶτο καὶ Λουκούλλου καὶ Πομπηΐου, πολλὰ καὶ τῶνδε πλεονεκτήσας πολλάκις· Λούκιον δὲ Κάσσιον, καὶ Ὄππιον Κόϊντον, καὶ Μάνιον Ἀκύλιον, αἰχμαλώτους ἑλὼν, περιήγετο· μέχρι τὸν ἔκτεινεν, αἴτιον τοῦ πολέμου γενόμενον, τοὺς δὲ ἀπέδωκε τῷ Σύλλᾳ. Ἐνίκα δὲ καὶ Φιμβρίαν, καὶ Μουρήναν, καὶ Κότταν ὕπατον, καὶ Φάβιον, καὶ Τριάριον. Τὸ φρόνημα ἦν ἀεὶ, κἀν ταῖς συμφοραῖς, μέγας καὶ φερέπονος. Οὐδεμίαν γέ τοι κατὰ Ῥωμαίων ὁδὸν ἐς ἐπιχείρησιν, οὐδ' ἡττώμενος, παρέλιπεν· ὃς καὶ Σαυνίταις καὶ Κελτοῖς συνετίθετο, καὶ ἐς Σερτώριον, ἔπεμπεν ἐς Ἰβηρίαν. Τρωθείς τε τὸ σῶμα πολλάκις ὑπὸ πολεμίων, καὶ ἑτέρων κατ' ἐπιβουλὰς, οὐκ ἀπέστη τινὸς οὐδὲ ὥς, καίπερ ὢν πρεσβύτης. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἐπιβουλῶν τις αὐτὸν ἔλαθεν, οὐδὲ ἡ τελευταία· ἀλλ' ἑκὼν ταύτην ὑπεριδὼν, ἀπώλετο δι' αὐτήν. Οὕτως ἀχάριστον ἡ πονηρία, συγγνώμης τυγχάνουσα. Φονικὸς δὲ καὶ ὠμὸς ἐς πάντας ἦν, καὶ τὴν μητέρα ἔκτεινε, καὶ τὸν ἀδελφὸν, καὶ τῶν παίδων τρεῖς υἱοὺς καὶ τρεῖς θυγατέρας. Τὸ σῶμα δ' ἦν μέγας μὲν, ὡς ὑποδεικνύουσιν ὅσα ὅπλα αὐτὸς ἔπεμψεν ἐς Νεμέαν τε καὶ Δελφούς· εὔρωστος δὲ ὡς μέχρι τέλους ἱππεῦσαί τε καὶ ἀκοντίσαι, καὶ χίλια στάδια τῆς ἡμέρας, περιμενόντων αὐτὸν ἐκ διαστημάτων ἵππων, δραμεῖν. Καὶ ἅρμα ἤλαυνεν ἑκκαίδεκα ἵππων ὁμοῦ. Καὶ παιδείας ἐπεμέλετο Ἑλληνικῆς, διὸ καὶ τῶν ἱερῶν ᾔσθετο τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ μουσικὴν ἠγάπα. Καὶ σώφρων ἐς πολλὰ καὶ φερέπονος ὤν, περὶ μόνας ἡττᾶτο τὰς τῶν γυναικῶν ἡδονάς.

CXVIII. Ὁ μὲν δὴ Εὐπάτωρ τε καὶ Διόνυσος ἐπικληθεὶς Μιθριδάτης ὧδε ἐτελεύτα. Καὶ Ῥωμαῖοι μαθόντες ἑώρταζον, ὡς ἐχθροῦ δυσχεροῦς ἀπηλλαγμένοι. Φαρνάκης δὲ Πομπηΐῳ τὸν νέκυν τοῦ πατρὸς ἐς Σινώπην ἐπὶ τριήρους ἔπεμπε, καὶ τοὺς Μάνιον ἑλόντας· ὅμηρά τε πολλὰ ὅσα ἦν Ἑλληνικά τε καὶ βαρβαρικά· δεόμενος, ἢ τῆς πατρῴας ἀρχῆς ἢ Βοσπόρου γε βασιλεύειν μόνου, ἥντινα καὶ Μαχάρης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ βασιλείαν παρὰ Μιθριδάτου παρειλήφει. Πομπήϊος δ' ἐς μὲν τὸ σῶμα τοῦ Μιθριδάτου χορηγίαν ἔδωκε, καὶ θάψαι βασιλείῳ ταφῇ τοῖς θεραπευτῆρσιν αὐτοῦ προσέταξε, καὶ ἐν Σινώπῃ τοῖς βασιλείοις ἐνθέσθαι τάφοις, ἀγάμενος αὐτὸν τῆς μεγαλουργίας, ὡς τῶν καθ' αὐτὸν βασιλέων ἄριστον. Φαρνάκην δὲ, ἀπαλλάξαντα πόνου πολλοῦ τὴν Ἰταλίαν, φίλον καὶ σύμμαχον Ῥωμαίοις ἐποιήσατο. Καὶ βασιλεύειν ἔδωκεν αὐτῷ Βοσπόρου, χωρὶς Φαναγορέων· οὓς ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφῆκεν, ὅτι πρῶτοι μάλιστα οἵδε ἀναρρωννυμένῳ τῷ Μιθριδάτῃ, καὶ ναῦς καὶ στρατὸν ἄλλον καὶ ὁρμητήρια ἔχοντι, ἐπεχείρησαν, ἡγεμόνες τε τοῖς ἄλλοις ἀποστάσεως ἐγένοντο, καὶ Μιθριδάτῃ καταλύσεως αἴτιοι.

CXIV. Αὐτὸς δὲ, ἑνὶ τῷδε πολέμῳ τά τε λῃστήρια καθήρας, καὶ βασιλέα καθελὼν μέγιστον· καὶ συνενεχθεὶς ἐς μάχας, ἄνευ τοῦ Ποντικοῦ πολέμου, Κόλχοις τε καὶ Ἀλβανοῖς καὶ Ἴβηρσι καὶ Ἀρμενίοις καὶ Μήδοις

victus est, et Lucullo, et Pompeio; quamvis his quoque aliquoties superior. Cæterum L. Cassium, Q. Oppium, Manium Aquilium, in potestatem redactos, secum circumduxit; donec hunc interfecit, qui belli auctor præcipuus fuerat, illos vero Syllæ reddidit. Vicit etiam Fimbriam, Murenam, Cottam consulem, Fabium, Triarium. Animo semper magno et forti, quibuscunque in calamitatibus, fuit. Contra Romanos certe nullam, ne victus quidem, rationem, qua eos aggrederetur, intentatam reliquit: qui et cum Samnitibus et cum Gallis fœdera junxit, et ad Sertorium legatos misit in Hispaniam. Et vulneratus sæpius, cum ab hostibus, tum ab insidiatoribus, ne sic quidem quidquam remisit, quamvis ætate etiam gravis. Nec vero insidiæ ullæ eum latuerunt, ne illæ novissimæ quidem; sed dum consulto has punire neglexit, per easdem periit: adeo ingrata res est malitia veniam nacta. Erat autem crudelis in omnes et sanguinarius; matris fratrisque interfector, et trium filiorum ac filiarum totidem. Corpore fuit grandi, sicut arma demonstrant, ab ipso Nemeam Delphosque missa; tamque robusto, ut ad extremum usque equitationibus jaculationibusque valuerit, et mille stadia uno die mutatis equis, qui ex intervallis in id dispositi erant, conficere posset. Currum regebat octijugem. Græcorum quoque literis dederat operam, atque adeo sacra eorum percepta habebat; et musica etiam delectabatur. Sobrius ut plurimum ac laborum patiens; circa muliebres tantum voluptates intemperantior.

CXIII. Talis fuerat Mithridates hic, qui Eupator et Dionysus erat cognominatus. Cujus morte cognita, Romani festos dies egerunt, ut gravissimo hoste liberati. Pharnaces Pompeio cadaver patris Sinopen in triremi transmisit, simulque eos qui Manium ceperant, et obsides multos Græci barbarique generis; rogans, ut aut paternum regnum, aut Bosporanum saltem solum, quod Machares frater a Mithridate acceperat, tenere sibi liceret. Pompeius corpus Mithridatis regie sepeliendum ministris ejus addito sumtu tradidit, et inferri jussit in urbe Sinope monumentis regiis; admiratus, ob gestorum excellentiam, ut regum ætatis suæ præstantissimum. Pharnacem vero, qui multis periculis exemerat Italiam, amicum sociumque appellavit populi Romani; et Bosporanum regnum ei concessit, exceptis tamen Phanagorensibus; quos liberos suo jure vivere jussit, quod primi recolligenti vires Mithridati, jamque classem et exercitum et novas belli arces habenti, sese opposuissent, et defectionis exemplo aliis dato, causa fuissent ejus interitus.

CXIV. Ipse Pompeius, uno hoc bello sublatis toto mari piratis, prostratoque rege omnium maximo; et collatis signis, præter Ponticas gentes, cum Colchis, Albanis, Iberis, Armeniis, Medis, Arabibus, Judæis, aliisque Orientis

καὶ Ἄραψι καὶ Ἰουδαίοις, καὶ ἑτέροις ἔθνεσιν ἑῴοις· τὴν ἀρχὴν ὡρίσατο Ῥωμαίοις μέχρις Αἰγύπτου. Ἐς δὲ Αἴγυπτον αὐτὴν οὐ παρῆλθε, καίτοι στασιάζουσαν ἐς τὸν βασιλέα, καὶ καλοῦντος αὐτὸν αὐτοῦ βασιλέως, καὶ πέμψαντος αὐτῷ δῶρα καὶ χρήματα ἐς τὸν στρατὸν ἅπαντα· εἴτε δείσας μέγεθος ἀρχῆς ἔτι εὐτυχούσης, εἴτε φυλαξάμενος ἐχθρῶν φθόνον ἢ χρησμῶν ἀπαγόρευσιν, εἴτε ἑτέροις λογισμοῖς, οὓς ἐξοίσω κατὰ τὰ Αἰγύπτια. Τῶν δὲ εἰλημμένων ἐθνῶν τὰ μὲν αὐτόνομα ἠφίει, συμμαχίας οὕνεκα· τὰ δ' ὑπὸ Ῥωμαίοις εὐθὺς ἐγίγνετο· τὰ δ' εἰς βασίλεια διαδίδου, Τιγράνῃ μὲν Ἀρμενίαν, καὶ Φαρνάκῃ Βόσπορον, Ἀριοβαρζάνῃ Καππαδοκίαν, καὶ ὅσα προεῖπον ἕτερα· Ἀντιόχῳ δὲ τῷ Κομμαγηνῷ Σελεύκειαν ἐπέτρεψε, καὶ ὅσα τῆς Μεσοποταμίας ἄλλα κατέδραμεν. Ἐποίει δὲ καὶ τετράρχας, Γαλλογραικῶν μέν, οἱ νῦν εἰσι Γαλάται Καππαδόκαις ὅμοροι, Δηϊόταρον, καὶ ἑτέρους· Παφλαγονίας δὲ Ἄτταλον, καὶ Κόλχων Ἀρίσταρχον, δυνάστην. Ἀπέφηνε δὲ καὶ τῆς ἐν Κομάνοις θεᾶς Ἀρχέλαον ἱερέα, ὅπερ ἐστὶ δυναστεία βασιλική· καὶ τὸν Φαναγορέα Κάστορα, Ῥωμαίων φίλον. Πολλὴν δὲ καὶ ἑτέροις χώραν τε καὶ χρήματα ἔδωκε.

CXV. Καὶ πόλεις ᾤκισεν, ἐν μὲν Ἀρμενίᾳ τῇ βραχυτέρᾳ Νικόπολιν ἐπὶ τῇ νίκῃ· ἐν δὲ Πόντῳ Εὐπατορίαν, ἣν αὐτὸς μὲν ὁ Εὐπάτωρ Μιθριδάτης ἔκτισε, καὶ Εὐπατορίαν ὠνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὑποδεξαμένην δὲ Ῥωμαίους καθῃρήκει· καὶ ὁ Πομπήϊος ἐγείρας, Μαγνόπολιν ἐκάλει. Ἐν δὲ Καππαδοκίᾳ, Μάζακα, ὑπὸ τοῦ πολέμου λελυμασμένην ἐς τέλος, ἤγειρεν αὖθις. Καὶ ἑτέρας πολλαχοῦ κατενεχθείσας ἢ βεβλαμμένας διωρθοῦτο, περί τε τὸν Πόντον καὶ Παλαιστίνην καὶ κοίλην Συρίαν, καὶ Κιλικίαν, ἐν ᾗ δὴ καὶ μάλιστα τοὺς λῃστὰς συνῴκιζε, καὶ ἡ πόλις ἡ πάλαι Σόλοι νῦν Πομπηϊούπολίς ἐστι. Ἐν δὲ Ταλαύροις, ἥντινα πόλιν ὁ Μιθριδάτης εἶχε ταμιεῖον τῆς κατασκευῆς, δισχίλια μὲν ἐκπώματα λίθου τῆς ὀνυχίτιδος λεγομένης εὑρέθη χρυσοκόλλητα, καὶ φιάλαι καὶ ψυκτῆρες πολλοί, καὶ ῥυτά, καὶ κλῖναι, καὶ θρόνοι κατάκοσμοι, καὶ ἵππων χαλινοὶ καὶ προστερνίδια καὶ ἐπωμίδια, πάντα ὁμοίως διάλιθα καὶ κατάχρυσα· ὧν ἡ παράδοσις διὰ τὸ πλῆθος ἐς τριάκοντα ἡμέρας παρέτεινε. Καὶ ἦν τὰ μὲν ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου, τὰ δὲ ἐκ τῆς Πτολεμαίων ἀρχῆς, ὅσα Κλεοπάτρα Κῴοις παρέθετο, καὶ Κῷοι Μιθριδάτῃ δεδώκεσαν· τὰ δὲ καὶ ὑπ' αὐτοῦ Μιθριδάτου κατεσκεύαστο καὶ συνείλεκτο, φιλοκάλου καὶ περὶ κατασκευὴν γενομένου.

CXVI. Λήγοντος δὲ τοῦ χειμῶνος, διέδωκεν ὁ Πομπήϊος ἀριστεῖα τῷ στρατῷ, καθ' ἕκαστον ἄνδρα χιλίας πεντακοσίας Ἀττικάς, καὶ τοῖς ἡγουμένοις αὐτῶν ἀνὰ λόγον· καί φασι γενέσθαι τάλαντα μύρια καὶ ἑξακισχίλια. Αὐτὸς δ' ἐς Ἔφεσον καταβάς, διέπλευσεν ἐς τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἐς Ῥώμην ἠπείγετο, διαφεὶς ἐν Βρεντεσίῳ τὸν στρατὸν ἐς τὰ οἰκεῖα. Ἐφ' ὅτῳ μάλιστα, ὡς δημοτικῷ, τοὺς Ῥωμαίους ἐξέπληξε. Καὶ αὐτῷ προσ-

gentibus; imperium Romanorum Ægyptum usque promovit. Ægyptum tamen ipsam non adiit, quamvis vocatus a rege contra seditiosos, et muneribus pecuniisque ab eo ac vestibus in totius exercitus usum donatus : sive timens regni etiam tum fortunati amplitudinem; sive inimicorum cavens invidiam, aut oraculorum religionem; sive ob alias rationes, in rerum Ægyptiacarum Historia a nobis referendas. Et subactis autem gentibus, alias libertate donavit, sociosque populi Romani fecit; alias in provinciarum formam statim redegit; alias attribuit regibus, Tigrani Armeniam, Pharnaci Bosporum, Ariobarzani Cappadociam cum eis quas dixi appendicibus. Antiocho Commageno commisit Seleuciam, et quidquid ex incursu ceperat in Mesopotamia. Tetrarchas constituit Gallogræciæ, quæ nunc Galatia est, Cappadociæ finitima, Dejotarum, et alios. Paphlagonum Attalum, Colchorum Aristarchum, fecit regulos. Ejus etiam deæ, quæ Comanis colitur, Archelaum fecit flaminem, quæ regia dignitas censetur. Castorem Phanagorensem amicum populi Romani appellavit. Et alios præterea multos vel ditionibus auxit vel pecuniis.

CXV. Urbes condidit : in minori Armenia Nicopolim, ex victoria cognominatam; in Ponto Eupatoriam, quam Mithridates Eupator, a se conditam denominatamque, ob receptos Romanos rursus diruerat; ipse vero instauratam vocavit Magnopolim. In Cappadocia Mazacam, bello vastatam, reparavit denuo : et alias, multis locis, sive dirutas sive graviter affectas restituit, in Ponto, in Palæstina, in Cœlesyria, in Cilicia, in qua maxime piratas collocavit; ubi civitas, quæ olim Soli dicebatur, nunc est Pompeiopolis. Habuerat Mithridates promtuarium vasorum et supellectilium Talauris, (Ponti) urbe. Ibi inventa sunt duo millia poculorum ex onyche gemma factorum, auroque compactorum; tum phialæ multæ, vasaque refrigeratoria, calices, lecti, sellæ, ornatissima omnia; frena porro equorum, et phaleræ pectorales humeralesque, gemmis pariter omnia distincta et auro fulgentia : quarum rerum tanta fuit multitudo, ut eis recipiendis percensendisque XXX dies quæstor insumserit. Earum pars a Dario, Hystaspis filio, successoribus fuerat relicta : partem ex Ptolemæorum regum gaza Cleopatra penes Coos deposuerat, unde Mithridates a civibus tradita deportaverat : partem ipse rex paraverat collegeratque, quum pulchritudinis, ut in aliis rebus, sic etiam in suppellectilibus, fuisset studiosus.

CXVI. Sub finem ejus hiemis, Pompeius exercitui victori præmia distribuit, viritim mille quingentas drachmas Atticas, et pro rata tribunis ac centurionibus : ejus pecuniæ summam produnt fuisse talentorum XVI millia. Tum Epheso solvens, Italiam cum classe petiit, Romamque properavit, dimissis Brundusii militibus : quod factum maxime, ut populare, admiratione perculit Romanos. Venienti ob-

ἰόντι ἀπήντων κατὰ μέρος, πορρωτάτω μὲν οἱ νέοι, ἑξῆς δὲ ὡς ἠδύναντο καθ' ἡλικίαν ἕκαστοι· καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡ βουλή, θαυμάζουσα τῶν γεγονότων. Οὐ γάρ πω τις ἐχθρὸν τηλικοῦτον ἑλών, τοσάδε ὁμοῦ καὶ μέγιστα ἔθνη προσειλήφει, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ὡρίκει. Ὁ δὲ ἐθριάμβευσεν ἐπὶ λαμπροτάτης καὶ ἧς οὔτις προτοῦ δόξης, ἔτη ἔχων πέντε καὶ τριάκοντα, δύο ἐφεξῆς ἡμέραις, ἐπὶ πολλοῖς ἔθνεσιν, ἀπό τε τοῦ Πόντου καὶ Ἀρμενίας καὶ Καππαδοκίας καὶ Κιλικίας, καὶ Συρίας ὅλης καὶ Ἀλβανῶν καὶ Ἡνιόχων, καὶ Ἀχαιῶν τῶν ἐν Σκύθαις, καὶ Ἰβηρίας τῆς ἑῴας. Καὶ παρῆγεν ἐς μὲν τοὺς λιμένας ἑπτακοσίας ναῦς ἐντελεῖς. Ἐς δὲ τὴν πομπὴν τοῦ θριάμβου, ζεύγη καὶ φορεῖα, χρυσοφόρα καὶ ἕτερα κόσμου ποικίλου, καὶ τὴν Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου κλίνην, καὶ τὸν τοῦ Εὐπάτορος αὐτοῦ θρόνον, καὶ σκῆπτρον αὐτοῦ, καὶ εἰκόνα ὀκτάπηχυν ἀπὸ στερεοῦ χρυσίου παρῆγε, καὶ ἐπισήμου ἀργυρίου μυριάδας ἑπτακισχιλίας καὶ πεντακοσίας καὶ δέκα. Ἁμάξας δὲ ὅπλων ἀπείρους τὸ πλῆθος, καὶ νεῶν ἔμβολα· καὶ πλῆθος αἰχμαλώτων τε καὶ λῃστῶν, οὐδένα δεδεμένον, ἀλλ' ἐς τὰ πάτρια ἐσταλμένους.

CXVII. Αὐτοῦ δὲ τοῦ Πομπηίου προῆγον ὅσοι τῶν πεπολεμημένων βασιλέων ἡγεμόνες ἢ παῖδες ἢ στρατηγοὶ ἦσαν, οἱ μέν, αἰχμάλωτοι ὄντες, οἱ δέ, ἐς ὁμηρείαν δεδομένοι, τριακόσιοι μάλιστα καὶ εἴκοσι καὶ τέσσαρες. Ἔνθα δὴ καὶ ὁ Τιγράνους ἦν παῖς Τιγράνης, καὶ πέντε Μιθριδάτου, Ἀρταφέρνης τε καὶ Κῦρος, καὶ Ὀξάθρης, καὶ Δαρεῖος, καὶ Ξέρξης· καὶ θυγατέρες, Ὀρσάβαρίς τε καὶ Εὐπάτρα. Παρήγετο δὲ καὶ ὁ Κόλχων σκηπτοῦχος Ὀλθάκης, καὶ Ἰουδαίων βασιλεὺς Ἀριστόβουλος· καὶ οἱ Κιλίκων τύραννοι, καὶ Σκυθῶν βασίλειοι γυναῖκες· καὶ ἡγεμόνες τρεῖς Ἰβήρων, καὶ Ἀλβανῶν δύο, καὶ Μένανδρος ὁ Λαοδικεύς, ἱππάρχης τοῦ Μιθριδάτου γενόμενος. Τῶν δὲ οὐκ ἀφικομένων εἰκόνες παρεφέροντο, Τιγράνους καὶ Μιθριδάτου, μαχομένων τε καὶ νικωμένων καὶ φευγόντων. Μιθριδάτου δὲ καὶ πολιορκία, καὶ ἡ νὺξ ὅτε ἔφευγεν, εἴκαστο, καὶ ἡ σιωπή. Ἐπὶ τέλει δὲ ἐδείχθη καὶ ὡς ἀπέθανεν, αἵ τε παρθένοι αἱ συναποθανεῖν αὐτῷ ἑλόμεναι παρεζωγράφηντο, καὶ τῶν προαποθανόντων υἱέων καὶ θυγατέρων ἦσαν γραφαί· θεῶν τε βαρβαρικῶν εἰκόνες, καὶ κόσμοι πάτριοι. Παρεφέρετο δὲ καὶ πίναξ ἐγγεγραμμένων τῶνδε· ΝΗΕΣ ΕΑΛΩΣΑΝ ΧΑΛΚΕΜΒΟΛΟΙ ΟΚΤΑΚΟΣΙΑΙ. ΠΟΛΕΙΣ ΕΚΤΙΣΘΗΣΑΝ ΚΑΠΠΑΔΟΚΩΝ ΟΚΤΩ, ΚΙΛΙΚΩΝ ΔΕ ΚΑΙ ΚΟΙΛΗΣ ΣΥΡΙΑΣ ΕΙΚΟΣΙ· ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ ΔΕ, Η ΝΥΝ ΣΕΛΕΥΚΙΣ. ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΕΝΙΚΗΘΗΣΑΝ, ΤΙΓΡΑΝΗΣ, Ο ΑΡΜΕΝΙΟΣ· ΑΡΤΩΚΗΣ, ΙΒΗΡ· ΟΡΟΙΖΗΣ, ΑΛΒΑΝΟΣ· ΔΑΡΕΙΟΣ, ΜΗΔΟΣ· ΑΡΕΤΑΣ, ΝΑΒΑΤΑΙΟΣ· ΑΝΤΙΟΧΟΣ, ΚΟΜΜΑΓΗΝΟΣ. Τοσαῦτα μὲν ἐδήλου τὸ διάγραμμα. Αὐτὸς δὲ ὁ Πομπήιος ἐπὶ ἅρματος ἦν, καὶ τοῦδε λιθοκολλήτου, χλαμύδα ἔχων, ὥς φασιν, Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, εἴ τῳ πιστόν ἐστιν· ἔοικε δ' αὐτὴν εὑρεῖν ἐν Μιθριδάτου, Κῴων παρὰ Κλεοπάτρας λαβόντων. Εἵποντο δὲ αὐτῷ μετὰ τὸ

viam frequenter itum est : longissime a juvenibus, deinceps ut quorumque ferebat ætas; postremo a senatu, demirante gestorum magnificentiam. Nemo enim ad eum diem, tanto hoste sublato, tantum simul provinciarum imperio adjunxerat, et Romana pomœria usque ad Euphratem promoverat. Hinc Triumpho longe omnium, qui ante eum fuerant, splendidissimo Urbem Pompeius est ingressus, quinque supra triginta annos natus. Duravit pompa per biduum; traductis tam multis gentibus, Ponticis, Armeniis, Cappadocibus, Cilicibus, universæ Syriæ nationibus, Albanis, Heniochis, Achæis, Scythis, Iberis. In portus adduxit naves DCC integras : in pompa vero traduxit carpenta et fercula cum auro tum aliis varii generis ornamentis onusta; in his lectum Darii, Hystaspis filii, et sellam ac sceptrum ipsius Eupatoris, ejusdemque effigiem octo cubitorum ex solido auro confectam, argentique signati septingenties quinquagies semel centena millia drachmarum. Plaustrorum vero quibus arma transvecta sunt, infinitus fuit numerus : tum rostra navium : post hæc multitudo captivorum ac piratarum; quorum nemo vinctus erat, sed patrio cultu vestitus quisque incedebat.

CXVII. Triumphantis Pompeii currum præcedebant satrapæ vel duces vel filii, quotquot aderant, regum, quibuscum bellum fuerant gestum, partim captivi, partim obsides; quorum summa fuit ad CCCXXIV. Inter hos Tigranes, filius Tigranis : et quinque filii Mithridatis, Artaphernes; Cyrus, Oxathres, Darius, Xerxes : filiæ, Orsabaris et Eupatra. Traductus est et Colchorum rex Olthaces, et Judæorum Aristobulus, tyrannique Cilicum, Scytharum item regiæ feminæ, duces tres Iberorum, Albanorum duo, et Menander Laodicensis, qui præfectus equitum fuerat Mithridatis. Absentium autem transvehebantur imagines, Tigranis et Mithridatis, pugnantium, cedentium, fugientium. Mithridatis vero etiam obsidio, et noctu tacita fuga, expressa erat ac repræsentata : ac postremo quoque mors ejus subjecta spectatorum oculis; appictæque virgines, mortis ejus sociæ : atque etiam cæterorum regis liberorum utriusque sexus, ante patrem defunctorum, aderant imagines. Denique deorum barbaricorum figuræ, cum ornatu patrio, præferebantur. Tum translata tabula est, inscripta hoc titulo : NAVES ROSTRATÆ CAPTÆ SUNT DCCC. URBES CONDITÆ IN CAPPADOCIA VIII; IN CILICIA CŒLESYRIAQUE XX; IN PALÆSTINA QUÆ NUNC SELEUCIS EST. REGES VICTI, TIGRANES ARMENIUS, ARTOCES IBERUS, OROEZES, DARIUS MEDUS, ARETA NABATÆUS, ANTIOCHUS COMMAGENUS. Hæc titulus ferebat. Ipse Pompeius curru vehebatur gemmis præfulgente; amictus, ut fertur, Alexandri Macedonis chlamyde, si fas est credere; quæ inventa fuisse perhibetur in Mithridatis supellectili, quam ille in bonis Cleopatræ a Cois acceperat. Currum sequebantur præfecti militum, partim equites, par-

ἅρμα οἱ συστρατευσάμενοι τῶν ἡγεμόνων, οἱ μὲν, ἐπὶ ἵππων, οἱ δὲ, πεζοί. Παρελθὼν δ' ἐς τὸ Καπιτώλιον, οὐδένα τῶν αἰχμαλώτων ἔκτεινεν, ὡς ἕτεροι τῶν θριάμβους παραγόντων, ἀλλ' ἐς τὰς πατρίδας ἔπεμψε δημοσίοις δαπανήμασι, χωρὶς τῶν βασιλικῶν. Καὶ τούτων μόνος Ἀριστόβουλος εὐθὺς ἀνηρέθη, καὶ Τιγράνης ὕστερον. Ὁ μὲν δὴ θρίαμβος ἦν τοιόσδε.

CXVIII. Ὧδε μὲν Ῥωμαῖοι Βιθυνοὺς καὶ Καππάδοκας, ὅσα τε αὐτοῖς ὅμορα ἔθνη ἐπὶ τὸν Πόντον κατοικεῖ τὸν Εὔξεινον, βασιλέα Μιθριδάτην τεσσαράκοντα δύο ἔτεσι μάλιστα καθελόντες, ὑπηγάγοντο σφίσιν ὑπήκοα εἶναι. Τῷ δὲ αὐτῷ πολέμῳ καὶ Κιλικίας τὰ μήπω σφίσι κατήκοα, καὶ Συρίας τήν τε Φοινίκην καὶ Κοίλην καὶ Παλαιστίνην καὶ τὴν ἐς τὸ μεσόγαιον ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην, οὐδὲν ἔτι τῷ Μιθριδάτῃ προσήκοντα, ῥύμῃ τῆσδε τῆς νίκης προσέλαβεν· καὶ φόρους τοῖς μὲν αὐτίκα, τοῖς δὲ ὕστερον, ἔταξαν. Παφλαγονίαν τε καὶ Γαλατίαν, καὶ Φρυγίαν, καὶ τὴν ὅμορον τῇ Φρυγίᾳ Μυσίαν, καὶ ἐπὶ τοῖσδε Λυδίαν καὶ Καρίαν καὶ Ἰωνίαν, καὶ ὅσα ἄλλα Ἀσίας τῆς περὶ τὸ Πέργαμόν ἐστι, καὶ τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα, καὶ Μακεδονίαν Μιθριδάτου περισπάσαντος, ὀξέως ἀνελάβοντο· καὶ τοῖς πολλοῖς αὐτῶν, οὔπω σφίσιν ὑποτελέσιν οὖσιν, ἐπέθηκαν φόρους. Δι' ἅ μοι καὶ μάλιστα δοκοῦσι τόνδε τὸν πόλεμον ἡγεῖσθαι μέγαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ νίκην Μεγάλην Νίκην καλεῖν, καὶ τὸν στρατηγήσαντα Πομπήϊον, Μέγαν, τῇ ἰδίᾳ φωνῇ μέχρι νῦν ἐπονομάζειν· ἐθνῶν τε πλήθους ἕνεκα, ὧν ἀνέλαβον ἢ προσέλαβον· καὶ χρόνου μήκους, τεσσαρακονταετοῦς γενομένου· τόλμης τε αὐτοῦ Μιθριδάτου, καὶ φερεπονίας, δυνατοῦ σφίσιν ἐς ἅπαντα ὀφθέντος.

CXIX. Ὧ νῆες μὲν ἦσαν οἰκεῖαι πολλάκις πλείους τετρακοσίων, ἱππεῖς δ' ἔστιν ὅτε πεντακισμύριοι, καὶ πεζῶν μυριάδες πέντε καὶ εἴκοσι, καὶ μηχαναὶ καὶ βέλη κατὰ λόγον. Συνεμάχουν δὲ βασιλεῖς καὶ δυνάσται, ὅ τε Ἀρμένιος, καὶ Σκυθῶν τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἐπί τε Μαιώτιδα λίμνην καὶ ἀπ' ἐκείνης ἐπὶ τὸν Θράκιον Βόσπορον περιπλέοντι. Ἔς τε τοὺς Ῥωμαίων δυνατοὺς, στασιάζοντας ἀλλήλοις τότε μάλιστα, καὶ Ἰβηρίαν ἀνιστάντας ἐπὶ Ῥωμαίους, περιέπεμπε· καὶ Κελτοῖς φιλίαν ἐτίθετο, ὡς καὶ τῇδε ἐσβαλῶν ἐς τὴν Ἰταλίαν· λῃστῶν τε ἐνεπίμπλη τὴν θάλασσαν ἀπὸ Κιλικίας ἐπὶ στήλας Ἡρακλείους, οἳ πάντα ἄμικτα καὶ ἄπλωτα ταῖς πόλεσιν ἐς ἀλλήλους ἐποίουν, καὶ λιμὸν ἐπίπονον ἐξειργάσαντο ἐπιπλεῖστον· ὅλως τε οὐδὲν ἀνδρὶ δυνατὸν ἐξέλιπεν, ἢ πράττων, ἢ διανοούμενος, ὡς μέγιστον δὴ τόδε τὸ κίνημα ἐξ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν γενόμενον ἐνοχλῆσαι πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ πολεμουμένοις, ἢ συμμαχοῦσιν, ἢ λῃστευομένοις, ἢ γειτονεύουσι. Τοσόσδε εἷς οὗτος πόλεμος καὶ ποικίλος ἐγένετο. Καὶ ἐς τὰ μέγιστα λήγων συνήνεγκε Ῥωμαίοις. Ὡρίσαντο γὰρ ἐπὶ τῷδε τὴν ἡγεμονίαν ἐκ δύσεως ἐπὶ ποταμὸν Εὐφράτην. Διελεῖν δ' αὐτὰ κατὰ ἔθνος οὐκ ἦν, ὁμοῦ τε πραχθέντα

tim pedites, qui illius expeditionis fuerant socii. Ubi vero in Capitolium pervenit Pompeius, neminem captivum necavit, ut alias solent triumphantes; sed publicis impensis remisit eorum quemque in suam patriam, exceptis regiis : e quibus solus Aristobulus mox interemtus est, et aliquanto post Tigranes. Ac triumphus quidem Pompeii in hunc maxime modum se habuit.

CXVIII. Hac igitur ratione Romani Bithyniam et Cappadociam, aliasque Ponto Euxino finitimas provincias, rege Mithridate post secundum fere supra quadragesimum annum sublato, adjecerunt suo imperio. Eodemque bello, Ciliciæ partem eam, quæ ipsis nondum paruerat, tum quæ communi Syriæ nomine censentur regiones, Phœnicen, Palæstinam, Syriam Cœlen, Euphratensemque mediterraneam, nihil ad Mithridatem attinentes, evecti ejusdem victoriæ impetu, una subjugarunt; et tributa aliis statim, aliis aliquanto post, imposuerunt. Paphlagoniam autem, Gallogræciam, Phrygiam, eique conterminam Mysiam, tum Lydiam, Cariam, Ioniam, aliasque Asiæ partes, quæ Pergamenæ ditionis olim fuerant, denique veterem Græciam et Macedoniam, occupatas a Mithridate, cito receperunt : ac plerosque ex his populis, cum ante id tempus immunes fuissent, stipendiarios fecerunt. Quibus quidem de causis vel præcipue mihi videntur et bellum hoc, magnum, et victoriam eo bello partam Magnam Victoriam vocare, eumque, cujus auspiciis res eæ gestæ sunt, Pompeium, ad nostra usque tempora Magnum cognominare; propter provinciarum vel receptarum vel de novo quæsitarum multitudinem; tum vero propter longitudinem temporis, quadragesimum excedentis annum; denique propter ipsius hostis audaciam et laborum tolerantiam, qui præpotentem sese omnibus modis demonstraverat.

CXIX. Fuerant enim Mithridati naves propriæ sæpius ultra cccc; equitum autem interdum quinquaginta millia; peditum ducenta et quinquaginta millia; machinarumque et armorum tantum, quantum tantæ copiæ postulabant. Auxilia vero ei tulerant Armeniorum rex et Scythicarum reguli gentium, quotquot Pontum Mæotidemque paludem, et inde porro ad Thracicum usque Bosporum accolunt. Et ipsorum Romanorum principes, civilibus dissidiis tum maxime inter se concertantes, et Hispaniam ab imperio retrahentes, sollicitaverat per legatos; et cum Gallis amicitiam inierat, ut et hac parte infestaret Italiam. Piratisque repleverat maria, a Cilicia usque ad Herculis columnas; qui, sublatis navigationibus et civitatum inter se commerciis, gravem famem per longum tempus invexerunt. Omninoque nihil, quod quidem in hominis cadat potestatem, ineffectum aut intentatum reliquit, quod eo pertineret, ut unus iste longe maximus motus, ab Oriente in Occidentem usque pertingens, omnes, ut verbo dicam, populos vexaret, sive quod suo nomine bellum gererent, sive cum aliis arma sociarent, sive a prædonibus infestarentur, sive ex vicinia istorum malorum molestarentur. Tantum fuerat, tamque varium, illud bellum, quod tandem maximam accessionem rebus Romanis attulit : quo composito, imperium Romanum, ab ultimo progrediens occidente, Euphrate fluvio finiebatur. Neque vero potui provinciatim res istas digerere, quandoquidem simul gestæ sunt, et inter sese compli-

καὶ ἀλλήλοις ἀναπεπλεγμένα. Ἃ δὲ καὶ ὣς ἐδύνατο αὐτῶν κεχωρίσθαι, κατὰ μέρη τέτακται.

CXX. Φαρνάκης δ' ἐπολιόρκει Φαναγορέας καὶ τὰ περίοικα τοῦ Βοσπόρου, μέχρι τῶν Φαναγορέων διὰ λιμὸν ἐς μάχην προελθόντων ἐκράτει τῇ μάχῃ· καὶ βλάψας οὐδὲν, ἀλλὰ φίλους ποιησάμενος, καὶ λαβὼν ὅμηρα, ἀνεχώρει. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Σινώπην εἷλε, καὶ Ἀμισὸν ἐνθυμιζόμενος, καὶ Καλουΐνῳ στρατηγοῦντι ἐπολέμησεν, ᾧ χρόνῳ Πομπήϊος καὶ Καῖσαρ ἐς ἀλλήλους ᾖεσαν· ἕως αὐτὸν Ἄσανδρος ἐχθρὸς ἴδιος, Ῥωμαίων οὐ σχολαζόντων, ἐξήλασε τῆς Ἀσίας. Ἐπολέμησε δὲ καὶ αὐτῷ Καίσαρι, καθελόντι Πομπήϊον, ἐπανιόντι ἀπ' Αἰγύπτου, περὶ τὸ Σκότιον ὄρος, ἔνθα ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ῥωμαίων τῶν ἀμφὶ Τριάριον ἐκεκρατήκει· καὶ ἡττηθεὶς ἔφευγε σὺν χιλίοις ἱππεῦσιν ἐς Σινώπην. Καίσαρος δ' αὐτὸν ὑπ' ἀσχολίας οὐ διώξαντος, ἀλλ' ἐπιπέμψαντος αὐτῷ Δομίτιον, παραδοὺς τὴν Σινώπην Δομιτίῳ, ὑπόσπονδος ἀφείθη μετὰ τῶν ἱππέων. Καὶ τοὺς ἵππους ἔκτεινε, πολλὰ δυσχεραινόντων τῶν ἱππέων· ναυσὶ δ' ἐπιβὰς ἐς τὸν Πόντον ἔφυγε, καὶ Σκυθῶν τινας καὶ Σαυροματῶν συναγαγὼν, Θεοδοσίαν καὶ Παντικάπαιον κατέλαβεν. Ἐπιθεμένου δ' αὖθις αὐτῷ κατὰ τὸ ἔχθος Ἀσάνδρου, οἱ μὲν ἱππεῖς, ἀπορίᾳ τε ἵππων, καὶ ἀμαθίᾳ πεζομαχίας, ἐνικῶντο· αὐτὸς δὲ ὁ Φαρνάκης μόνος ἠγωνίζετο καλῶς, μέχρι κατατρωθεὶς ἀπέθανε, πεντηκοντούτης ὢν, καὶ βασιλεὺς Βοσπόρου πεντεκαίδεκα ἔτεσιν.

CXX. Ὧδε μὲν δὴ καὶ Φαρνάκης ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς· καὶ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν Γάϊος μὲν Καῖσαρ ἔδωκε Μιθριδάτῃ τῷ Περγαμηνῷ, συμμαχήσαντί οἱ προθύμως ἐν Αἰγύπτῳ. Νῦν δ' εἰσὶν οἰκεῖοι. Πόντου δὲ καὶ Βιθυνίας πέμπεταί τις ἀπὸ τῆς βουλῆς στρατηγὸς ἐτήσιος. Τὰ δ' ἑτέροις ὑπὸ τοῦ Πομπηΐου δεδομένα ὁ μὲν Γάϊος, ἐπιμεμψάμενος τοῖς ἔχουσιν, ὅτι Πομπηΐῳ κατ' αὐτοῦ συνεμάχουν, ὅμως ἐφύλαξε· πλὴν τῆς ἐν Κομάνοις ἱερωσύνης, ἣν ἐς Λυκομήδην μετήνεγκεν ἀπὸ Ἀρχελάου. Πάντα δὲ οὐ πολὺ ὕστερον, καὶ τάδε, καὶ ὅσα Γάϊος Καῖσαρ ἢ Μάρκος Ἀντώνιος ἔχειν ἑτέροις ἐδεδώκεσαν, ἐς στρατηγίας Ῥωμαίων περιῆλθεν, ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, ἑλόντος Αἴγυπτον, ὀλίγης ἔτι Ῥωμαίων προφάσεως ἐς ἑκάστους δεομένων. Ὅθεν, αὐτοῖς τῆς ἡγεμονίας ἐπὶ τῷδε τῷ Μιθριδατείῳ πολέμῳ προελθούσης ἔς τε τὸν Πόντον τὸν Εὔξεινον, καὶ ἐπὶ ψάμμον τὴν πρὸ Αἰγύπτου, καὶ ἐς ποταμὸν Εὐφράτην ἀπὸ Ἰβήρων τῶν παρὰ στήλαις Ἡρακλείοις, εἰκότως ἥ τε νίκη Μεγάλη, καὶ ὁ στρατηγήσας Πομπήϊος, Μέγας ἐκλήθη. Ἔχουσι δ' αὐτοῖς καὶ Λιβύην, ὅση μέχρι Κυρήνης (Κυρήνην γὰρ αὐτὴν Ἀπίων βασιλεὺς, τοῦ Λαγιδῶν γένους νόθος, ἐν διαθήκαις ἀπέλιπεν), Αἴγυπτος ἐς περίοδον τῆς ἐντὸς θαλάσσης ἔτι ἔλειπεν.

catæ. Quæ vero separari potuerunt, ea seorsim singula exposui.

CXX. Cæterum Pharnaces Phanagorenses oppugnavit, populosque Bosporo finitimos. Phanagorenses, quidem premente fame ad pugnam progressos, prælio superavit. Quos deinde illæsos, obsidibus tantum acceptis, recepit in amicitiam. Neque vero multo post, Sinopen cepit : et Amisum quoque appetens, cum Romano etiam duce Calvino, quo tempore Pompeius et Cæsar inter se contenderunt, bellum gessit ; donec ab Asandro, privatim inimico, Romanis alibi occupatis, ex Asia abstractus est. Mox vero et cum Cæsare, post devictum Pompeium ex Ægypto redeunte, pugnavit apud Scotium montem, ubi pater ejus vicerat Triarium : quo prælio victus, refugit Sinopen cum mille equitibus. Quumque Cæsari non vacaret eum persequi, misso contra se Domitio Sinōpen tradidit ; et pace accepta dimissus cum equitibus, equos interfecit, iniquissime id ferentibus equitibus. Inde conscensis navibus in Pontum (*potius*, in Bosporum) fugit ; collectaque Scytharum ac Sarmatarum manu, Theodosiam Panticapæumque occupavit. Ibi quum rursus ab Asandro bello peteretur, equites ejus, equis destituti, nec assueti pedestri prælio, victi cesserunt : solus Pharnaces egregie pugnavit, sed vulneribus tandem confectus cecidit, quinquagenarius, postquam in Bosporo annos regnaverat XV. Sic quidem et Pharnaces regno excidit.

CXXI. Pharnacis regnum C. Cæsar Mithridati dedit Pergameno, cujus in Ægypto egregia usus erat opera. Nunc autem Bosporani domesticos habent principes. Cæterum in Pontum ac Bithyniam prætor quotannis ex senatorio ordine mittitur. Reliquos, qui a Pompeio ditiones acceperant, Cæsar, reprehensos quidem quod contra se pro illo stetissent, confirmavit tamen in suis quemque possessionibus ; excepto Comanæ deæ flamine, quod sacerdotium in Lycomedem ab Archelao transtulit. Sed non multo post et hæc omnia, et quidquid aut C. Cæsar aut M. Antonius aliis dederant, post subjugatam ab Augusto Cæsare Ægyptum, provinciis Romanis sunt adjuncta ; quum jam non nisi levissima occasione adversus eorum quæque indigerent Romani. Itaque quoniam per Mithridaticum hoc, quod exposuimus, bellum, ad Euxinum usque Pontum, et ad arenas quæ Ægyptum ab Asia dividunt, denique ad Euphratem fluvium, inde ab Hispaniæ oris et Herculis columnis, promotum fuit Romanorum imperium ; jure meritoque ab illis victoria hæc Magna, et Pompeius, quo imperatore illa parta est, Magnus est appellatus. Quum vero et Africam tenerent, Cyrenen usque (nam ipsam Cyrenaicam Apion rex, ex Lagidarum genere nothus, ex testamento reliquerat populo Romano), jam ad plenum mediterranei maris ambitum sola eis adhuc deerat Ægyptus.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΙΛΛΥΡΙΚΗ.

Ἰλλυριοὺς Ἕλληνες ἡγοῦνται τοὺς ὑπέρ τε Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην ἀπὸ Χαόνων καὶ Θεσπρωτῶν ἐπὶ ποταμὸν Ἴστρον. Καὶ τοῦτ' ἐστὶ τῆς χώρας τὸ μῆκος. Εὖρος δ' ἐκ Μακεδόνων τε καὶ Θρᾳκῶν τῶν ὀρείων, ἐπὶ Παίονας καὶ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰ πρόποδα τῶν Ἄλπεων. Καὶ ἔστι τὸ μὲν εὖρος, ἡμερῶν πέντε· τὸ δὲ μῆκος, τριάκοντα, καθὰ καὶ τοῖς Ἕλλησιν εἴρηται. Ῥωμαίων δὲ τὴν χώραν μετρησαμένων, ἔστιν ὑπὲρ ἑξακισχιλίους σταδίους τὸ μῆκος, καὶ τὸ πλάτος ἀμφὶ τοὺς χιλίους καὶ διακοσίους.

II. Φασὶ δὲ, τὴν μὲν χώραν ἐπώνυμον Ἰλλυριοῦ, τοῦ Πολυφήμου, γενέσθαι. Πολυφήμῳ γὰρ τῷ Κύκλωπι καὶ Γαλατείᾳ Κελτὸν καὶ Ἰλλυριὸν καὶ Γάλαν παῖδας ὄντας, ἐξορμῆσαι Σικελίας, καὶ ἄρξαι τῶν δι' αὐτοὺς Κελτῶν, Ἰλλυριῶν, καὶ Γαλατῶν λεγομένων. Καὶ τόδε μοι μάλιστα, πολλὰ μυθευόντων ἕτερα πολλῶν, ἀρέσκει. Ἰλλυριῷ δὲ παῖδας, Ἐγχελέα, καὶ Αὐταριέα, καὶ Δάρδανον, καὶ Μαῖδον, καὶ Ταύλαντα, καὶ Περῤῥαιβὸν γενέσθαι· καὶ θυγατέρας, Παρθὼ καὶ Δαορθὼ καὶ Δασσαρὼ, καὶ ἑτέρας. Ὅθεν εἰσὶ Ταυλάντιοί τε καὶ Περῤῥαιβοὶ καὶ Ἐγχελέες, καὶ Αὐταριεῖς καὶ Δάρδανοι, καὶ Παρθηνοὶ, καὶ Δασσαρήτιοι καὶ Δάρσοι. Αὐταριεῖ δὲ αὐτῷ Παννόνιον ἡγοῦνται παῖδα ἢ Παίονα γενέσθαι· καὶ Σκορδίσκον Παίονι καὶ Τριβαλλόν· ὧν ὁμοίως τὰ ἔθνη παρώνυμα εἶναι. Καὶ τάδε μὲν τοῖς ἀρχαιολογοῦσι μεθείσθω.

III. Γένη δ' ἔστιν Ἰλλυριῶν, ὡς ἐν τοσῇδε χώρᾳ, πολλά. Καὶ περιώνυμα ἔτι νῦν, χώραν νεμόμενα πολλὴν, Σκορδίσκων καὶ Τριβαλλῶν· οἳ ἐς τοσοῦτον ἀλλήλους πολέμῳ διέφθειραν, ὡς Τριβαλλῶν εἴ τι ὑπόλοιπον ἦν ἐς Γέτας ὑπὲρ Ἴστρον φυγεῖν, καὶ γένος, ἀκμάσαν μέχρι Φιλίππου τε καὶ Ἀλεξάνδρου, νῦν ἔρημον καὶ ἀνώνυμον τοῖς τῇδε εἶναι· Σκορδίσκους δὲ, ἀσθενεστάτους ἀπὸ τοῦδε γενομένους, ὑπὸ Ῥωμαίων ὕστερον ὅμοια παθεῖν, καὶ ἐς τὰς νήσους τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ φυγεῖν· σὺν χρόνῳ δέ τινας ἐπανελθεῖν, καὶ Παιόνων ἐσχατιαῖς παροικῆσαι· ὅθεν ἐστὶ καὶ νῦν Σκορδίσκων γένος ἐν Παίοσι. Τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ καὶ Ἀρδιαῖοι, τὰ θαλάσσια ὄντες ἄριστοι, πρὸς Αὐταριέων ἀρίστων ὄντων τὰ κατὰ γῆν, πολλὰ βλάψαντες αὐτοὺς, ὅμως ἐφθάρησαν. Καὶ ναυτικοὶ μὲν ἐπὶ τοῖς Ἀρδιαίοις ἐγένοντο Λιβυρνοὶ, γένος ἕτερον Ἰλλυριῶν, οἳ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς νήσους ἐλῄστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις· ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα Λιβυρνίδας προσαγορεύουσι.

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

LIBER

DE REBUS ILLYRICIS.

Illyrios Græci vocant, quicunque supra Macedoniam ac Thraciam a Chaonia atque Thesprotia ad Istrum usque flumen incolunt. Hi regionis in longitudinem fines. Latitudo a Macedonia et montanis Thracibus ad Pannonios et Adriaticum mare et radices Alpium protenditur. Ea latitudo itinere quinque dierum transitur; quum longitudo in triginta amplius pateat : quemadmodum iidem perhibent Græci scriptores. Ad rationem autem Romanorum, qui mensuram regionis inierunt, longitudo ultra DCCL M. passuum colligit, latitudo circiter CL. M.

II. Nomen autem accepisse regionem eam perhibent ab Illyrio, Polyphemi filio. Quippe Polyphemum ex Galatea conjuge Celtum et Illyrium et Galam filios habuisse; hosque ab sicilia digressos imperitasse populis, qui inde Celtæ, Illyriique, et Galatæ sunt appellati. Atque hæc inter multas fabulas, quæ a multis hoc loco referuntur, maxime mihi probantur. Illyrio deinde filios, Encheleum, Autarieum, Dardanum, Mædum, Taulantem, Perrhæbum, fuisse tradunt; filiasque Parthonem, Daorthonem, Dassaronem, et alias : a quibus Taulantii, Perrhæbi, Enchelees, Autarienses, Dardani, Partheni, Dassaretii, Darsi (*vel* Darsii), prodierint. Tum Autarieo Pannonium sive Pæona genitum esse, Pæone autem Scordiscum et Triballum, quibus similiter cognomines populos habemus. Sed ista quidem antiquitatis studiosis relicta sunto.

III. Gentes Illyriorum, ut in tam ampla regione, multæ sunt. Ex his inclyta etiam nunc Scordiscorum et Triballorum nomina; qui, quum plurimam late terram incoluissent, adeo sese invicem infestis attrivere bellis, ut Triballorum reliquiæ trans Istrum ad Getas excesserint, et natio, ad Philippi et Alexandri usque tempora late potens florensque, pæne exstincta sit, et in iisdem regionibus quas olim incoluerat, vix nomine hodie nota; Scordisci vero, eadem de causa ad summam infirmitatem redacti, et simili deinde clade a Romanis affecti, in ejusdem fluminis insulas sese receperint. Interjecto tamen tempore, pars horum reversi in extremam Pannoniam se transtulerunt : quo factum, ut etiam nunc in Pannonia Scordiscorum genus supersit. Simili ratione Ardiæi, qui maris imprimis valuerant, ab Autariensibus, qui terra prævalebant, postquam hos multis affecerant damnis, tamen eversi sunt. Post Ardiæos navibus plurimum valuerunt Liburni, alia Illyrica natio, quæ velocibus levibusque navigiis Ionium mare et insulas deprædari consueverat; unde factum, ut etiam nunc Romani celeres et expeditas biremes Liburnicas appellent.

IV. Αὐταριέας δὲ καὶ ἐκ θεοβλαβείας Ἀπόλλωνος ἐς ἔσχατον κακοῦ περιελθεῖν. Μολιστόμῳ γὰρ αὐτοὺς καὶ Κελτοῖς τοῖς Κίμβροις λεγομένοις ἐπὶ Δελφοὺς συστρατεῦσαι, καὶ φθαρῆναι μὲν αὐτίκα τοὺς πλέονας αὐτῶν, πρὸ ἐπιχειρήσεως, ὑετῶν σφίσι καὶ θυέλλης καὶ πρηστήρων ἐμπεσόντων· ἐπιγενέσθαι δὲ τοῖς ὑποστρέψασιν ἄπειρον βατράχων πλῆθος, οἳ διασαπέντες τὰ νάματα διέφθειραν. Καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀτμῶν ἀτόπων γενομένων, λοιμὸς ἦν Ἰλλυριῶν, καὶ φθόρος Αὐταριέων μάλιστα· μέχρι φεύγοντες τὰ οἰκεῖα, καὶ τὸν λοιμὸν σφίσι περιφέροντες, οὐδενὸς αὐτοὺς δεχομένου διὰ τοῦτο τὸ δέος, ὑπερῆλθον ὁδὸν ἡμερῶν εἴκοσι καὶ τριῶν· καὶ τὴν Γετῶν ἑλώδη καὶ ἀοίκητον, παρὰ τὸ Βασταρνῶν ἔθνος, ᾤκησαν. Κελτοῖς δὲ ὁ θεὸς τὴν γῆν ἔσεισε, καὶ τὰς πόλεις κατήνεγκε· καὶ τὸ κακὸν οὐκ ἔληγε, μέχρι καὶ οἵδε τὰ οἰκεῖα φεύγοντες ἐνέβαλλον ἐς Ἰλλυριοὺς τοὺς συναμαρτόντας σφίσιν, ἀσθενεῖς ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ γενομένους· καὶ ἐδῄωσάν τε τὰ ἐκείνων, καὶ τοῦ λοιμοῦ μετασχόντες ἔφυγον, καὶ μέχρι Πυρήνης ἐλεηλάτουν. Ἐπιστρέφουσι δ' αὐτοῖς ἐς τὴν ἕω, Ῥωμαῖοι δεδιότες, ὑπὸ μνήμης τῶν προπεπολεμηκότων σφίσι Κελτῶν, μὴ καὶ οἵδε ἐς τὴν Ἰταλίαν ὑπὲρ Ἄλπεις ἐσβάλοιεν, ἀπήντων ἅμα τοῖς ὑπάτοις, καὶ πανστρατιᾷ διώλλυντο. Καὶ τὸ πάθος τοῦτο Ῥωμαίων μέγα δέος Κελτῶν ἐς ὅλην τὴν Ἰταλίαν ἐνέβαλε· μέχρι Γάϊον Μάριον ἑλόμενοι σφῶν οἱ Ῥωμαῖοι στρατηγεῖν, ἄρτι Λιβύων τοῖς Νομάσι καὶ Μαυρουσίοις ἐγκρατῶς πεπολεμηκότα, τοὺς Κίμβρους ἐνίκων, καὶ πολὺν φόνον αὐτῶν εἰργάσαντο πολλάκις, ὥς μοι περὶ Κελτῶν λέγοντι εἴρηται. Οἱ δὲ, ἀσθενεῖς τε ἤδη γενόμενοι, καὶ πάσης γῆς ἀποκλειόμενοι διὰ τὸ ἀσθενὲς, ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπανῆλθον, πολλὰ καὶ δράσαντες καὶ παθόντες.

V. Τοιοῦτον μὲν δὴ τέλος τῆς ἀσεβείας ὁ θεὸς ἐπέθηκεν Ἰλλυριοῖς τε καὶ Κελτοῖς. Οὐ μὴν ἀπέσχοντο τῆς ἱεροσυλίας· ἀλλ' αὖθις, ἅμα τοῖς Κελτοῖς, Ἰλλυριῶν οἱ Σκορδίσκοι μάλιστα, καὶ Μαῖδοι καὶ Δάρδανοι, τὴν Μακεδονίαν ἐπέδραμον ὁμοῦ καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ πολλὰ τῶν ἱερῶν, καὶ τὸ Δελφικὸν ἐσύλησαν· πολλοὺς ἀποβαλόντες ὅμως καὶ τότε. Ῥωμαῖοι δ', ἔχοντες ἤδη δεύτερον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἀπὸ τῆς πρώτης ἐς Κελτοὺς πείρας, καὶ ἐξ ἐκείνου πολεμοῦντες αὐτοῖς ἐκ διαστημάτων, ἐπιστρατεύουσι τοῖς Ἰλλυριοῖς ἐπὶ τῇδε τῇ ἱεροσυλίᾳ, ἡγουμένου Λευκίου Σκιπίωνος, ἤδη τῶν τε Ἑλλήνων καὶ Μακεδόνων προστατοῦντες. Καί φασι τοὺς μὲν περιχώρους οὐ συμμαχῆσαι τοῖς ἱεροσύλοις, ἀλλ' ἑκόντας ἐγκαταλιπεῖν τῷ Σκιπίωνι ἀβοηθήτους, μνήμῃ τῶν δι' Αὐταριέας ἐς πάντας Ἰλλυριοὺς συμπεσόντων· Σκιπίωνα δὲ, Σκορδίσκους μὲν διαφθεῖραι, καὶ εἴ τι λοιπὸν αὐτῶν ἦν, ἐς τὸν Ἴστρον καὶ τὰς νήσους τοῦ ποταμοῦ μετοικῆσαι φυγόντας· Μαίδοις δὲ καὶ Δαρδανεῦσι συνθέσθαι δωροδοκήσαντα τοῦ ἱεροῦ χρυσίου. Καί τις ἔφη τῶν Ἰταλικῶν συγγραφέων, διὰ τοῦτο μάλιστα Ῥωμαίοις πλεόνως μετὰ Λεύκιον τὰ ἐμφύλια ἤκμασε, μέχρι μοναρχίας. Καὶ περὶ μὲν

IV. Autariensibus infensum Apollinis numen exitio fuisse traditur. Hos enim Molistomi et Celtarum, qui Cimbri vocantur, in expeditione Delphica socios fuisse perhibent; statimque plurimos eorum, antequam aggrederentur facinus, interiisse; imbribus in eos cum procellis fulguribusque desævientibus. His vero qui domum redissent, infinitam ranarum vim subortam, quæ, quum putrescerent, aquam corrupissent; deinde ab noxiis terræ vaporibus insecutam pestem afflixisse Illyrios, et Autarienses maxime gravissima clade affecisse; hosque tandem domo profugos, ac pestem nihilo secius secum circumferentes, quum a nemine propter contagionis metum reciperentur, trium et viginti dierum iter progressos, in palustri ac deserta Getarum regione, prope Bastarnas, consedisse. Celtarum vero tellurem vehementi motu deus concussit, urbesque diruit. Quarum calamitatum quum nullus esset finis, hi quoque patria excesserunt, et Illyriorum regionem, sceleris et sacrilegii sociorum, nunc peste debilitatorum, sunt ingressi; ibique, dum prædam agunt, et ipsi contagione morbi corripiuntur. Itaque celeriter profugientes, ad Pyrenæum usque montem populationibus grassati sunt. Inde quum rursus versus Orientem sese convertissent, Romani, memores calamitatum a superioribus Celtis acceptarum, metuentesque ne hi quoque superatis Alpibus invaderent Italiam, consulares aliquot exercitus adversus eos submiserunt, qui occidione deleti sunt. Omnisque ea clade ad Celticum nomen Italia contremuit: donec duce electo C. Mario, qui recens bello contra Numidas Mauritanosque fortiter gesto inclaruerat, vicerunt Cimbros, et multis magnisque cladibus affecerunt; quemadmodum in rerum Celticarum historia exposuimus. Inde ad summam virium infirmitatem redacti, et ob eamdem infirmitatem omnibus exclusi terris, gravibus illatis acceptisque cladibus, patrias sedes repetierunt.

V. Talis igitur exitus impietatis Illyriorum Celtarumque divino consilio fuit. Neque vero eo secius alii item Illyrici populi, Scordisci præcipue, Mædique ac Dardani, rursus una cum Celtis in Macedoniam et Græciam impetu facto, cum multa alia, tum Delphicum templum, expilarunt; pluribus tamen suorum tunc quoque amissis. Romanique, elapso altero ac tricesimo post primum bellum cum Celtis anno, jamque sæpius interim ac variis temporibus cum eis congressi, bellum adversus Illyrios sacrilegii hujus causa susceperunt, ductu L. Scipionis, quum jam Græciæ Macedoniæque tenerent imperium. Feruntque, finitimos populos, memores calamitatum quæ olim propter Autarienses universum Illyricum afflixissent, sacrilegos non juvisse auxiliis, sed Scipioni vincendos ultro reliquisse. Et Scordiscos quidem maximam partem concisos esse a Scipione; exiguas eorum reliquias ad Istrum fugatas, ibi et in insulis Istri consedisse: Mædis vero Dardanisque pacem concessisse Scipionem, sacri nimirum auri muneribus delinitum. Et Romanorum scriptorum nonnemo ait, hanc maxime in causa Romanis fuisse, ut post L. Scipionem gravioribus civilium bellorum motibus conflictati sint, quoad

τῶν νομιζομένων εἶναι τοῖς Ἕλλησιν Ἰλλυριῶν τοσαῦτά μοι προλελέχθω.

VI. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ τούσδε, καὶ Παίονας ἐπ' αὐτοῖς, καὶ Ῥαιτοὺς, καὶ Νωρικοὺς, καὶ Μυσοὺς τοὺς ἐν Εὐρώπῃ, καὶ ὅσα ἄλλα ὅμορα τούτοις ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἴστρου καταπλέοντι ᾤκηται, διαιροῦσι μὲν ὁμοίως τοῖς Ἕλλησιν ἀπὸ Ἑλλήνων, καὶ καλοῦσι τοῖς ἰδίοις ἑκάστους ὀνόμασι· κοινῇ δὲ πάντας Ἰλλυρίδα ἡγοῦνται. Ὅθεν μὲν ἀρξάμενοι τῆσδε τῆς δόξης, οὐκ ἔσχον εὑρεῖν· χρώμενοι δ' αὐτῇ καὶ νῦν· ὅπου καὶ τὸ τέλος τῶνδε τῶν ἐθνῶν, ἀπὸ ἀνίσχοντος Ἴστρου μέχρι τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, ὑφ' ἓν ἐκμισθοῦσι, καὶ Ἰλλυρικὸν τέλος προσαγορεύουσιν. Ὅπως δὲ αὐτοὺς ὑπηγάγοντο Ῥωμαῖοι, ὡμολόγησα μὲν καὶ περὶ Κρήτης λέγων, οὐχ εὑρεῖν τὰς ἀκριβεῖς τῶν πολέμων ἀρχάς τε καὶ προφάσεις, καὶ ἐς τοῦτο τοὺς δυναμένους τι πλέον εἰπεῖν παρεκάλουν. Ὅσα δ' αὐτὸς ἔγνων, ἀναγράψω.

VII. Ἄγρων ἦν βασιλεὺς Ἰλλυριῶν μέρους, ἀμφὶ τὸν κόλπον τῆς θαλάσσης τὸν Ἰόνιον· ὃν δὴ καὶ Πύῤῥος ὁ τῆς Ἠπείρου βασιλεὺς κατεῖχε, καὶ οἱ τοῦ Πύῤῥου διαδεξάμενοι. Ἄργων δ' ἔμπαλιν τῆς τε Ἠπείρου τινὰ καὶ Κέρκυραν ἐπ' αὐτοῖς καὶ Ἐπίδαμνον καὶ Φάρον καταλαβὼν, ἔμφρουρα εἶχεν. Ἐπιπλέοντος δ' αὐτοῦ καὶ τὸν ἄλλον Ἰόνιον, νῆσος, ᾗ ὄνομα Ἴσσα, ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγεν. Οἱ δὲ, πρέσβεις τοῖς Ἰσσίοις συνέπεμψαν, εἰσομένους τὰ Ἄγρωνος ἐς αὐτοὺς ἐγκλήματα. Τοῖς δὲ πρέσβεσιν, ἔτι προσπλέουσιν, ἐπαναχθέντες Ἰλλυρικοὶ λέμβοι, τῶν μὲν Ἰσσίων πρεσβευτὴν Κλεέμπορον, τῶν δὲ Ῥωμαίων Κορογκάνιον, ἀναιροῦσιν· οἱ δὲ λοιποὶ διέδρασαν αὐτούς. Καὶ ἐπὶ τῷδε Ῥωμαίων ἐπ' Ἰλλυριοὺς ναυσὶν ὁμοῦ καὶ πεζῷ στρατευόντων, Ἄγρων μὲν ἐπὶ παιδίῳ σμικρῷ, Πίννη ὄνομα, ἀποθνήσκει, τῇ γυναικὶ τὴν ἀρχὴν ἐπιτροπεύειν τῷ παιδὶ παραδοὺς, καίπερ οὐκ οὔσῃ μητρὶ τοῦ παιδίου. Δημήτριος δ', ὁ Φάρου ἡγούμενος Ἄγρωνι (Φάρου τε γὰρ αὐτῆς ἦρχε, καὶ ἐπὶ τῇδε Κερκύρας), παρέδωκεν ἄμφω Ῥωμαίοις ἐπιπλέουσιν, ἐκ προδοσίας. Οἱ δ' ἐπὶ ταύταις Ἐπίδαμνον ἐς φιλίαν ὑπηγάγοντο· καὶ τοῖς Ἰσσίοις καὶ Ἐπιδαμνίοις, πολιορκουμένοις ὑπὸ Ἰλλυριῶν, ἐς ἐπικουρίαν ἔπλεον. Ἰλλυριοὶ μὲν δὴ, τὰς πολιορκίας λύσαντες, ἀνεχώρουν. Καί τινες αὐτῶν ἐς Ῥωμαίους, οἱ Ἀτιντανοὶ λεγόμενοι, μετετίθεντο. Μετὰ ταῦτα δὲ ἡ Ἄγρωνος γυνὴ πρέσβεις ἐς Ῥώμην ἔπεμψε, τά τε αἰχμάλωτα ἀποδιδόντας αὐτοῖς, καὶ τοὺς αὐτομόλους ἄγοντας· καὶ ἐδεῖτο συγγνώμης τυχεῖν τῶν οὐκ ἐφ' ἑαυτῆς, ἀλλ' ἐπὶ Ἄγρωνος γενομένων. Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο· Κέρκυραν μὲν, καὶ Φάρον, καὶ Ἴσσαν, καὶ Ἐπίδαμνον, καὶ Ἰλλυριῶν τοὺς Ἀτιντανοὺς, ἤδη Ῥωμαίων ὑπηκόους εἶναι· Πίννην δὲ τὴν ἄλλην Ἄγρωνος ἀρχὴν ἔχειν, καὶ φίλον εἶναι Ῥωμαίοις, ἣν ἀπέχῃ τε τῶν προλελεγμένων, καὶ τὸν Λίσσον μὴ παραπλέωσιν Ἰλλυρικοὶ λέμβοι δυοῖν πλείονες, καὶ τούτοιν δὲ ἀνόπλοιν. Ἡ μὲν δὴ ταῦτα πάντα ἐδέχετο.

VIII. Καὶ γίγνονται Ῥωμαίοις αἵδε πρῶται πρὸς

libertatem amiserunt. Atque hæc de populis, qui a Græcis Illyrii habentur, quasi prœmii loco, dicta sunto.

VI. Romani vero non hos duntaxat, sed Pannonios prætcrea, et Rhætos, Noricosque, et Mysios Europam incolentes, aliosque his finitimos populos, qui per Istrum descendentibus occurrunt a dextra, a Græcis quidem, non secus ac ipsi Græci, distinguunt, et propiis quoque nominibus singulos appellant, cunctos autem pariter Illyrios usurpant, et omnes istas regiones communi Illyridis nomine complectuntur. Cujus sive opinionis sive denominationis unde duxerint initium, non potui reperire. Sed ea ad hunc sane diem obtinet : quum et tributum istorum populorum, ab Istri inde fontibus ad mare usque Ponticum, simul et uno nomine elocant, Illyricumque tributum appellant. Qua ratione autem illos imperio suo subjecerint Romani, quæve fuerint singulorum bellorum initia atque occasiones, jam professus sum, quum de Creta scriberem, mihi non satis esse compertum : eoque hortatus etiam ultro sum, ut si quis certius quidpiam de rebus Illyricis haberet, id in medium velit proferre. Interea quæ mihi quidem licuit comperire, expediam.

VII. Agron partis Illyrici rex fuit, quæ ad Ionii maris pertinet sinum, cujus sinus imperium penes Pyrrhum, Epirotarum regem, et qui deinceps Pyrrho successerunt, fuerat. Is Agron vicissim et Epiri partem aliquam, et Corcyram præterea, et Epidamnum, Pharumque, bello capta, præsidiis tenebat. Cum autem cætero quoque Adriatico immineret, insula quædam, cui Issa nomen est, Romanorum imploravit auxilium. Hi legatos cum Issiis miserunt, qui cognoscerent, quamnam culpam Agron illis tribueret. In hos adhuc navigantes impetum faciunt Illyrici lembi, et Issiorum legatum Cleemporum, Romanorumque Coruncanium interficiunt; reliqui fuga evaserunt. Qua de causa dum Romani Illyrios terra marique bello petunt, moritur interim Agron, infante filio superstite, cui Pinnes nomen erat; cujus tutelam novercæ commiserat pater. Demetrius autem, Phari præfectus, eam insulam, itemque Corcyram (utraque enim in ditione Agronis fuerat), Romanis illuc appellentibus prodidit. Qui, Epidamnensibus quoque ad amicitiam suam adjunctis, tam ad Issam, quam ad Epidamnum, ab Illyriis obsessas, auxilia misere. Neque frustra : nam Illyrii non solum omissa obsidione sese receperunt, sed et pars eorum, Atintani qui vocantur, ad Romanos transiere. Post hæc Agronis uxor misit Romam legatos, qui et captivos redderent, et transfugas traderent, veniamque orarent eorum, quæ non suo, sed mariti, sub imperio essent facta. Responsum accepere legati : Corcyram, Pharum, Issam, Epidamnum, et ex Illyriis Atintanos, in populi Romani ditione jam esse. Pinnen reliquum paternum possessurum, amicumque fore populi Romani, si ab his, quæ dicta sunt, abstineat arma; detque operam, ne plures simul quam duo lembi Illyrici, et hi quidem ipsi inermes, ultra Lissum navigent. Nec mora fuit in muliere, quin ista omnia acciperet.

VIII. Hæ primæ Romanorum cum Illyriis contentiones,

Ἰλλυριοὺς πεῖραί τε καὶ συνθῆκαι. Ῥωμαῖοι δ' ἐπ' αὐταῖς, Κέρκυραν μὲν καὶ Ἀπολλωνίαν ἀφῆκαν ἐλευθέρας· Δημητρίῳ δ' ἔστιν ἃ χωρία μισθὸν ἔδοσαν τῆς προδοσίας· ἐπειπόντες, ὅτι ἐν τοσῷδε διδόασι, τὴν ἀπιστίαν τοῦ ἀνδρὸς ὑφορώμενοι. Ἣ δὴ καὶ ἦρξεν αὐτοῦ μετ' ὀλίγον. Ῥωμαίων γὰρ Κελτοῖς ἐπὶ τριετὲς τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἠριδανὸν οὖσι πολεμούντων, ὁ Δημήτριος, ὡς ὄντων ἐν ἀσχολίᾳ, τὴν θάλασσαν ἐλῄζετο, καὶ Ἴστρους, ἔθνος ἕτερον Ἰλλυριῶν, ἐς τοῦτο προσελάμβανε, καὶ τοὺς Ἀτιντανοὺς ἀπὸ Ῥωμαίων ἀφίστη. Οἱ δὲ, ἐπεὶ τὰ Κελτῶν διετέθειτο, εὐθὺς μὲν ἐπιπλεύσαντες, αἱροῦσι τοὺς λῃστάς· ἐς νέωτα δὲ ἐστράτευον ἐπὶ Δημήτριον, καὶ Ἰλλυριῶν τοὺς συναμαρτόντας αὐτῷ. Δημήτριον μὲν δὴ, πρὸς Φίλιππον τὸν Μακεδόνων βασιλέα φυγόντα, καὶ αὖθις ἐπιόντα, καὶ λῃστεύοντα τὸν Ἰόνιον, κτείνουσι, καὶ τὴν πατρίδα αὐτῷ Φάρον συναμαρτοῦσαν ἐπικατέσκαψαν. Ἰλλυριῶν δ' ἐφείσαντο διὰ Πίννην, αὖθις δεηθέντα. Καὶ αἵδε δεύτεραι πεῖραί τε καὶ συνθῆκαι πρὸς Ἰλλυριοὺς αὐτοῖς ἐγίγνοντο.

IX. Τὰ λοιπὰ δ' οὔτι μοι πάντα χρόνῳ καὶ τάξει μᾶλλον, ἢ κατὰ ἔθνος Ἰλλυριῶν ἕκαστον, ὅσα εὗρον, συγγέγραπται. Ῥωμαῖοι Μακεδόσιν ἐπολέμουν, καὶ Περσεὺς ἦν ἤδη Μακεδόνων βασιλεὺς μετὰ Φίλιππον. Περσεῖ δὲ Γένθιος, Ἰλλυριῶν ἑτέρων βασιλεὺς, ἐπὶ χρήμασι συνεμάχει, καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίων Ἰλλυριοὺς ἐνέβαλε· καὶ πρέσβεις Ῥωμαίων πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας ἔδησεν, αἰτιώμενος, οὐ πρέσβεις, ἀλλὰ κατασκόπους, ἐλθεῖν. Ἀνίκιος δὲ, Ῥωμαίων στρατηγὸς, λέμβους τε τοῦ Γενθίου τινὰς εἷλεν ἐπιπλεύσας, καὶ κατὰ γῆν αὐτῷ συνενεχθεὶς, ἐκράτει τὴν μάχην, καὶ συνέκλεισεν ἔς τι χωρίον. Ὅθεν αὐτῷ δεομένῳ, ὁ μὲν Ἀνίκιος ἐκέλευσε, Ῥωμαίοις ἑαυτὸν ἐπιτρέψαι· ὁ δ' ἐς βουλὴν ᾔτησε τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἔλαβεν. Ἐν δὲ ταύταις τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἀνίκιον μετατιθεμένων, ἠξίωσεν ἐντυχεῖν τῷ Ἀνικίῳ, καὶ γονυπετὴς ἐδεῖτο αὐτοῦ πάνυ αἰσχρῶς. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐπιθαρρύνων κατεπτηχότα, ἀνίστη. Καὶ καλέσας ἐπὶ ἑστίασιν, ἀπιόντα ἀπὸ τοῦ δείπνου προσέταξε τοῖς ὑπηρέταις ἐς φυλακὴν ἐμβαλεῖν. Καὶ τόνδε μὲν ἐς θρίαμβον ἅμα τοῖς παισὶν ὁ Ἀνίκιος ἐς Ῥώμην ἤγαγε. Καὶ ὁ Γενθίου πόλεμος ἅπας εἴκοσιν ἡμέραις πεπολέμητο. Ἑβδομήκοντα δ' αὐτοῦ πόλεις οὔσας, Αἰμίλιος Παῦλος ὁ τὸν Περσέα ἑλὼν, τῆς βουλῆς ἐπιστειλάσης ἐν ἀπορρήτῳ, ἐπανιὼν ἐς Ῥώμην, παρώδευεν ἐπίτηδες. Καὶ δεδιόσιν αὐτοῖς ὑπέσχετο συγγνώσεσθαι τῶν γεγονότων, ἐὰν ὅσον ἔχουσιν ἀργύριόν τε καὶ χρυσίον εἰσενέγκωσιν. Ὑποδεξαμένων δ' ἐκείνων, συνέπεμπεν αὐτοῖς τοῦ στρατοῦ μέρος ἐς πόλιν ἑκάστην, ὁρίσας ἡμέραν τοῖς στρατηγοῦσι τοῦ στρατοῦ πᾶσι τὴν αὐτήν· καὶ ἐντειλάμενος, ἅμα ἕῳ κηρύσσειν ἕκαστον ἐν ἑκάστῃ πόλει, τρισὶν ὥραις ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ χρήματα φέρειν· συνενεγκόντων δὲ, τὰ λοιπὰ διαρπάσαι. Οὕτω μὲν ὁ Παῦλος ἑβδομήκοντα πόλεις διήρπασεν ὥρᾳ μιᾷ.

primaque fœdera, fuere. Quibus compositis, Romani Corcyram et Apolloniam libertate donarunt; Demetrio autem in proditionis mercedem castella quædam concesserunt, diserte adjecta conditione, in tantum ea dari, quoad in fide esset permansurus. Jam tum enim suspecta eis fides viri erat. Neque diu ille distulit ingenio suo uti. Dum enim bello cum Gallis circa Padum fluvium incolentibus, quod per tres annos duravit, occupati distractique erant Romani, Demetrius, capta ea occasione, ad infestandum latrociniis mare se contulit, adjunctis sibi in eam rem Istris, alia Illyrica gente : Atintanisque auctor fuit desciscendi a Romanis. Romani autem, ut primum compositæ res cum Gallis fuere, piratas statim classe persecuti sustulerunt. Demetrio, ejusque defectionis sociis, sequenti anno arma intulere. Ac Demetrium quidem, quum ad Philippum Macedoniæ regem confugisset, et mox reversus denuo Adriaticum mare esset deprædatus, interfecerunt; patriamque ejus Pharum, criminum sociam, deleverunt. Illyriis autem, Pinnæ causa, iterum deprecantis, venia concessa est. Et secunda quidem Romanorum cum Illyriis contentio, ejusque compositio, hujusmodi fuit.

IX. Quæ sequuntur, non tam universa suis temporibus, quam singulas per nationes Illyriorum, prout quæque reperi, a me perscripta sunt. Qua tempestate populus Romanus bellum gerebat adversus Macedonas et regem Persen, qui Philippo successerat; Genthius, aliorum rex Illyriorum, pecunia invitatus, societatem armorum iniit cum Perseo, et in Illyricum Romanam provinciam impetum fecit; legatosque ea de re ad eum ab senatu missos conjecit in vincula, exploratores illos, non legatos esse, causatus. Contra quem Anicius a Romanis cum classe exercitu missus, mari lembos nonnullos Genthii cepit; moxque terra cum eo congressus, acie superatum, in arce quadam obsedit; indeque supplicem, Romanis sese dedere, jussit. Genthius, tridui spatio ad deliberandum postulato impetratoque, quum illis ipsis diebus gens universa ei subjecta Romanis sese tradidisset, oravit, ut ipsum Anicium adire sibi liceret : et ad genua ejus provolutus, abjecta utique ratione veniam ab eo precatus est. Anicius trepidantem erexit, et non solum verbis confirmavit, sed cœnæ etiam adhibuit. Redeuntem autem a cœna comprehendi a lictoribus, et in vincula conjici jussit; moxque una cum filiis triumphandum Romam abduxit. Et cum Genthio quidem intra viginti dies debellatum est. Septuaginta autem oppida, quæ illi paruerant, Æmilius Paulus, confecto Macedonico bello, secretis a senatu mandatis acceptis, quum rediret in Italiam, de industria transivit; metuentibusque veniam eorum quæ commiserant hac conditione pollicitus est, si, quidquid auri argentique haberent, contulissent tradidissentque. Quod quum illi non abnuerent; misit in unamquamque civitatem partem copiarum, eodem omnibus ducibus die constituto, quo ad auroram illorum quisque oppidanis per præconem pecuniam intra tres horas omnem in forum conferendam ederet, tum vero, ablata pecunia, simul reliqua omnia diriperet. Sic a Paulo una hora septuaginta oppida spoliata sunt.

X. Ἀρδεῖοι δὲ καὶ Παλάριοι, γένη ἕτερα Ἰλλυριῶν, τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους Ἰλλυρίδα ἐδῄουν· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι δι' ἀσχολίαν πρέσβεις ἔπεμψαν, ἐπιπλήξοντας αὐτοῖς. Οὐ μεταθεμένων δὲ ἐκείνων, ἐστράτευον ἐπ' αὐτοὺς μυρίοις πεζοῖς καὶ ἱππεῦσιν ἑξακοσίοις. Οἱ δὲ, πυθόμενοι, καὶ ἔτι ὄντες ἀπαράσκευοι, πρέσβεις ἔπεμψαν, μεταγινώσκοντες καὶ δεόμενοι. Καὶ ἡ βουλὴ τὰς βλάβας αὐτοῖς ἐκέλευσεν ἀποδοῦναι τοῖς ἠδικημένοις. Οὐκ ἀποδιδόντων δὲ, ἐστράτευεν ἐπ' αὐτοὺς Φούλβιος Φλάκκος. Καὶ ὁ πόλεμος ἄρα μέχρι καταδρομῆς ἔληξε μόνης· οὐ γὰρ εὗρον αὐτοῦ τέλος ἀκριβές. Ἰάποσι δὲ, τοῖς ἐντὸς Ἄλπεων, ἐπολέμησε μὲν Σεμπρώνιος, ὁ Τουδιτανὸς ἐπίκλην, καὶ Πανδούσας Τιβέριος. Καὶ ἐοίκασιν οἱ Ἰάποδες αὐτοῖς ὑπακοῦσαι· ἐοίκασι δὲ καὶ Σεγεστανοὶ Λευκίῳ Κόττᾳ καὶ Μετέλλῳ· ἀμφότεροι δ' οὐ πολὺ ὕστερον ἀποστῆναι.

XI. Δαλμάται δὲ, Ἰλλυριῶν ἕτερον γένος, Ἰλλυριοὺς τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίοις κατέθεον, καὶ πρέσβεις ἀφικομένους περὶ τοῦδε Ῥωμαίων οὐ προσίεντο. Στρατεύουσιν οὖν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι, Μαρκίου Φίγλου σφῶν ὑπατεύοντός τε καὶ ἐς τὸν πόλεμον ἡγουμένου. Οἱ δὲ, ἄρτι τοῦ Φίγλου παραστρατοπεδεύοντος, τὰς φυλακὰς ἐνίκων ἐπιδραμόντες, καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ στρατοπέδου κατήραξαν ἐς πεδίον πρανὲς, μέχρι ἐπὶ Νάρωνα ποταμὸν ἧκεν ὑποφεύγων. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἀνεχώρουν (ἀρχὴ δὲ χειμῶνος ἦν), ὁ Φίγλος, ἐλπίσας αὐτοῖς ἀδοκήτως ἐπιπεσεῖσθαι, συνερρυηκότας εὗρεν ἐκ τῶν πόλεων, πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῦ. Καὶ συνήλασεν ὅμως ἐς πόλιν Δελμίνιαν· ὅθεν ἄρα καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῖς ἐς Δαλματέας, εἶτα Δαλμάτας, ἐτράπη. Οὐδὲν δὲ πρὸς ἐχυρὰν πόλιν ἐξ ἐφόδου δυνάμενος, οὐδὲ μηχανήμασιν ἔχων χρῆσθαι διὰ τὸ ὕψος, ᾕρει τὰς ἄλλας ἐπιθέων, ἐρημοτέρας ἀνδρῶν ὑπὸ τῆς ἐς τὸ Δελμίνιον συνόδου γενομένας. Εἶτα διπήχεας κορύνας, πίσσῃ καὶ θείῳ καὶ στυππίῳ περιβαλὼν, ἐς τὸ Δελμίνιον ἐκ καταπελτῶν ἐσφενδόνα. Αἱ δ' ὑπὸ τῆς ῥύμης ἐξεκαίοντο, καὶ φερόμεναι καθάπερ λαμπάδες ὅπου τύχοιεν ἐνέπιμπρασαν· ἕως πολλὰ μὲν κατεπρήσθη, καὶ τέλος ἄρα τοῦτο ἦν τότε Φίγλῳ τοῦ Δαλματῶν πολέμου. Χρόνῳ δ' ὕστερον Καικίλιος Μέτελλος ὑπατεύων οὐδὲν ἀδικοῦσι τοῖς Δαλμάταις ἐψηφίσατο πολεμεῖν, ἐπιθυμίᾳ θριάμβου. Καὶ δεχομένων αὐτὸν ἐκείνων ὡς φίλον, διεχείμασε παρ' αὐτοῖς ἐν Σαλώνῃ πόλει· καὶ ἐς Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ ἐθριάμβευσε.

XII. Τοῦ δὲ Καίσαρος ἡγουμένου Κελτῶν, οἱ Δαλμάται οἵδε, καὶ ὅσοι ἄλλοι Ἰλλυριῶν τότε μάλιστα διευτύχουν, Λιβυρνοὺς, ἕτερον ἔθνος Ἰλλυριῶν, Πρωμόναν πόλιν ἀφείλοντο. Οἱ δὲ, σφᾶς Ῥωμαίοις ἐπιτρέποντες, ἐπὶ τὸν Καίσαρα ἐγγὺς ὄντα κατέφευγον. Ὁ δὲ ἔπεμψε μὲν, καὶ προηγόρευσε τοῖς ἔχουσι τὴν Πρωμόναν, ἀποδοῦναι τοῖς Λιβυρνοῖς, οὐ φροντισάντων δὲ ἐκείνων, τέλος ἔπεμψε στρατοῦ πολλοῦ, οὓς ἅπαντας ἔκτειναν οἱ Ἰλλυριοί. Καὶ ὁ Καῖσαρ οὐκ ἐπεξῆλθεν· οὐ γὰρ ἦν οἱ σχολὴ τότε στασιάζοντι πρὸς Πομπήϊον. Ἐκραγείσης δὲ ἐς πόλεμον τῆς στάσεως, ὁ μὲν Καῖσαρ

X. Ardeos (*vel* Vardeos) et Palarios, alios Illyriæ populos, cum Illyricum Romanam provinciam invasissent, Romani, aliis distracti curis, per legatos ab injuriis absterrere conati sunt. Quibus quum illi non paruissent, exercitum contra eos decem millium peditum, sexcentorum equitum, conscripserunt. Quod postquam his est renunciatum, quum ad id bellum haud satis essent parati, mutato consilio Romam legatos miserunt, veniam oratum. Senatus damnorum æstimationem his, quos injuria affecissent, exsolvere illos jussit. Quod quum negligentius facerent, Fulvius Flaccus contra eos cum exercitu missus est. Sed id quidem bellum non ultra excursionem processit; neque enim ei certum finem impositum reperio. Adversus Iapydas, quibus intra Alpes sedes est, Sempronius Tuditanus, et Tiberius Pandusa gessere bellum. Verique simile est, ab his ad imperata facienda compulsam esse eam gentem; itemque Segestanos a L. Cotta et Metello : verum non multo post defecisse utrosque.

XI. Dalmatæ, alia item Illyriorum natio, quum in Illyrios populo Romano subjectos incursionem fecissent, legatosque ea de causa Roma venientes non recepissent, bello petiti sunt, M. Figuli consulis auspiciis. Hunc primo adventu, dum castra metatur, impetu in præsidium facto, eoque profligato, adoriuntur hostes; castrisque ejectum in proclives campos depellunt, et ad Naronem usque fluvium fuga se recipere cogunt. Hinc quum domum hostes essent reversi (jam enim hiems aderat), Figulus, sperans inopinantes a se opprimi posse, eosdem ad adventus sui famam jam rursus ex oppidis propere congregatos invenit. Fugatos tamen, in Delminium urbem (a cujus nomine totius regionis incolæ, levi facta mutatione, Dalmatenses, ac deinde Dalmatæ, vocati sunt), compulit. Quum autem ex itinere expugnare urbem valide munitam non posset, et machinas admovere altitudo loci, quo sita urbs erat, vetaret; in alia prius oppida, quæ ob concursum in Delminium infrequentiora erant, impetum fecit. Quibus expugnatis, ad Delminium reversus, bicubitales clavas, pice sulfureque oblitas stupaque obligatas, ex catapultis in urbem jaculatus est : quæ ipso impetu succensæ, et facum instar ardentium volitantes, quæcunque attigissent, inflammabant, ut magna pars urbis incendio deleretur. Isque finis fuit belli adversus Dalmatas a Figulo gesti. Interjecto tempore, Cæcilius Metellus consul, quum nihil deliquissent Dalmatæ, triumphi cupidine perfecit, ut bellum suis auspiciis adversus Dalmatas gerendum decerneretur. A quibus quum esset amice exceptus, Salonæ apud eos hiberna egit : Romamque reversus, triumphavit.

XII. Quo vero tempore Galliæ provinciæ cum imperio præfuit Cæsar, iidem illi Dalmatæ, aliique Illyrii, quorum tum maxime res florentiores erant, Liburnis, alii populo Illyrico, Promonam urbem abstulerunt. Liburni, populi Romani fidei sese permittentes, Cæsaris in propinquo agentis opem implorarunt. Et misit Cæsar qui tenentibus Promonam denunciarent, ut Liburnis redderent oppidum. Quod imperium quum illi contemnerent, validam armatorum manum submisit; qui omnes ab Illyriis sunt concisi. Neque ultus est id facinus Cæsar, quoniam Pompeianæ discordiæ implicito satis in eam rem non fuit otii. Postquam autem in bellum erupit discordia, Cæsar cum copiis, quas

μεθ' ὅσων εἶχεν ἐκ Βρεντεσίου χειμῶνος τὸν Ἰόνιον ἐπέρα, καὶ Πομπηΐῳ κατὰ Μακεδονίαν ἐπολέμει. Τοῦ δ' ἄλλου στρατοῦ, τὸν μὲν Ἀντώνιος ἐς τὴν Μακεδονίαν ἦγε τῷ Καίσαρι, περῶν καὶ ὅδε τὸν Ἰόνιον χειμῶνος ἄκρου· σπείρας δὲ πεζοῦ πεντεκαίδεκα, καὶ τρισχιλίους ἱππέας, Γαβίνιος ἦγεν αὐτῷ διὰ τῆς Ἰλλυρίδος, περιοδεύων τὸν Ἰόνιον. Οἱ δὲ Ἰλλυριοὶ, φόβῳ τῶν οὐ πρὸ πολλοῦ γεγονότων ἐς Καίσαρα, τὴν νίκην αὐτοῦ νομίζοντες ὄλεθρον γενέσθαι ἑαυτοῖς, κτείνουσι πάντα τὸν ὑπὸ τῷ Γαβινίῳ στρατὸν, ἐπιδραμόντες, χωρὶς αὐτοῦ Γαβινίου καὶ ὀλίγων διαφυγόντων. Καὶ ἐς χρήματα τότε μάλιστα καὶ τὴν ἄλλην ἰσχὺν ἐκ τοσῶνδε λαφύρων ἔστησαν.

XIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἠσχολεῖτο μὲν ὑπ' ἀνάγκης ἐς Πομπήϊον, καὶ, Πομπηΐου καθαιρεθέντος, ἐς τὰ ὑπόλοιπα τῆς ἐκείνου στάσεως, πολυμερῆ γενόμενα. Καταστησάμενος δὲ πάντα, ἐπανῆλθεν ἐς Ῥώμην, καὶ ἐστράτευσεν ἐπὶ Γέτας τε καὶ Παρθυαίους. Ἔδεισαν οὖν οἱ Ἰλλυριοὶ, μὴ ἐν ὁδῷ σφίσιν οὖσιν ἐπιθοῖτο. Καὶ πρέσβεις πέμψαντες ἐς Ῥώμην, ᾔτουν τε συγγνώμην τῶν γεγονότων, καὶ ἐς φιλίαν ἑαυτοὺς καὶ συμμαχίαν ἐδίδοσαν, ὡς περὶ ἔθνους ἀλκίμου μάλιστα σεμνολογούμενοι. Ὁ δὲ ἐπειγόμενος ἄρα ἐς Παρθυαίους, σεμνότερον ὅμως αὐτοῖς ἀπεκρίνατο· φίλους μὲν οὐ θήσεσθαι τοὺς τοιαῦτα δεδρακότας συγγνώσεσθαι δὲ, εἰ φόρους ὑποσταῖεν, καὶ ὅμηρα δοῖεν. Ὑπισχνουμένων δὲ ἐς ἀμφότερα αὐτῶν, Οὐατίνιον ἔπεμψε σὺν στρατοῦ τέλεσι τρισὶ, καὶ ἱππεῦσι πολλοῖς, φόρους τε ὀλίγους τάξοντα αὐτοῖς, καὶ τὰ ὅμηρα ληψόμενον. Ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἡγούμενοι τὴν Ῥωμαίων ἰσχὺν ἐν τῷ Καίσαρι γεγονέναι τε καὶ διεφθάρθαι, οὐδὲν ἔτι τοῦ Οὐατινίου κατήκουον, οὔτε ἐς τοὺς φόρους, οὔτε ἐς τὰ ἄλλα. Βιάζεσθαι δὲ ἐγχειροῦντος, αὐτοὶ πέντε τάξεις, ἐπιδραμόντες, ἔφθειραν, καὶ τὸν ἡγούμενον τῶν τάξεων Βαίβιον, ἄνδρα ἀπὸ βουλῆς. Καὶ Οὐατίνιος μὲν, σὺν τοῖς ὑπολοίποις, ἐς Ἐπίδαμνον ἀνεχώρει. Ἡ δὲ Ῥωμαίων βουλὴ τὸν στρατὸν τόνδε, καὶ Μακεδονίαν ἐπ' αὐτῷ, καὶ Ἰλλυριοὺς ὅσων ἦρχον, ἐνεχείρισε Βρούτῳ Καιπίωνι, τῷ κτείναντι Γάϊον, ὥσπερ καὶ Συρίαν Κασσίῳ, καὶ τῷδε ἀνδροφόνῳ Γαΐου γενομένῳ. Ἀλλὰ καὶ οἵδε, πολεμούμενοι πρὸς Ἀντωνίου καὶ τοῦ δευτέρου Καίσαρος, τοῦ Σεβαστοῦ προσαγορευθέντος, ἐς οὐδὲν ἐσχόλασαν Ἰλλυριοῖς.

XIV. Οἱ δὲ Παίονες εἰσὶν ἔθνος μέγα παρὰ τὸν Ἴστρον, ἐπίμηκες ἐξ Ἰαπόδων ἐπὶ Δαρδάνους· Παίονες μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, καὶ Ῥωμαϊστὶ Παννόνιοι· συναριθμούμενοι δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων τῇ Ἰλλυρίδι, ὡς προεῖπον. Διὸ καὶ περὶ τῶνδέ μοι δοκεῖ νῦν κατὰ τὰ Ἰλλυρικὰ εἰπεῖν. Ἔνδοξοι δ' εἰσὶν ἐκ Μακεδόνων, δι' Ἀγριᾶνας· οἳ, τὰ μέγιστα Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ κατεργασάμενοι, Παίονές εἰσι τῶν κάτω Παιόνων, Ἰλλυριοῖς ἄποικοι. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τοὺς Παίονας ἐστράτευσε Κορνήλιος, κακῶς ἀπαλλάξας, μέγα δέος Παιόνων

secum habebat, hieme Brundusio solvens Adriaticum trajecit, Pompeioque in Macedonia versanti intulit bellum. Reliqui autem exercitus partem Antonius, et ipse summa hieme Adriaticum transmittens, ad Cæsarem in Macedoniam duxit. Cohortes vero peditum quindecim, cum tribus millibus equitum, Gabinius eidem Cæsari per Illyriam adducere instituit, ora Adriatici circuitu peragrata. Illyriique, timentes sibi propter ea quæ paulo ante commisissent in Cæsarem, reputantesque victoriam Cæsaris exitio sibi futuram, impetu facto, universum Gabinii exercitum (excepto ipso Gabinio, paucisque fuga elapsis) interfecerunt: magnamque tum maxime, ex tantis spoliis, cum pecuniæ vim, tum aliorum belli apparatuum copiam, obtinuerunt.

XIII. Cæsar per id tempus gerendis adversus Pompeium rebus, et, mortuo Pompeio, reliquiis earumdem partium profligandis, quæ multæ ac variæ supererant, erat distentus. Sed rebus omnibus compositis, quum, Romam reversus, bellum adversus Getas et Parthos pararet, metuentes Illyrii, ne se in itinere positos aggrederetur, Romam legatos miserunt, qui præteritorum veniam poscerent, seque in amicitiam Cæsaris societatemque darent; Illyriorum gentem, veluti fortitudine longe præstantissimam, verbis extollentes. Cæsar, quanquam ad bellum adversus Parthos festinaret, tamen pro dignitate populi Romani respondit: « Amicorum quidem loco minime se habiturum eos, qui talia patrassent; veniam tamen daturum, si se tributo subjicere, obsidesque dare vellent. » Quorum quum utrumque pollicerentur Illyrii, Vatinium cum tribus legionibus et magno numero equitum misit, qui levia quædam eis tributa imponeret, obsidesque reciperet. Sed interfecto Cæsare, quum robur populi Romani in ipso Cæsare exstitisse et cum eodem interiisse putarent Dalmatæ, Vatinii dictis jam neque quoad tributa, neque alia ulla in re, amplius audientes erant. Et postquam vi cum eis agere cœpit Vatinius, ipsi quinque cohortes, cum earum duce Bæbio, senatorii ordinis viro, ceciderunt. Quo facto Vatinius cum reliquis Epidamnum se recepit. Et eum exercitum, simul cum Macedonia provincia et Illyrici ea parte quæ Romanæ ditionis erat, Bruto Cæpioni, ei, qui Cæsarem interfecerat, senatus Romanus tradidit; quo tempore et Syriam Cassio, ejusdem cædis socio, regendam concessit. Sed hi quoque, bello adversus Antonium et alterum Cæsarem, cui Augusto cognomen fuit, distenti, nihil quidquam adversus Illyrios gerendi spatium habuerunt.

XIV. Pæones vel Pannonii populus sunt ad Istrum magnus, cujus sedes a Iapydibus in longum ad Dardanos usque porriguntur. Pæonas Græci, Latini Pannonios, vocant. Attributi sunt autem a Romanis Illyrico, ut jam ante dixi: eaque de causa mihi, Res Illyricas exsequenti, non sunt prætermittendi. Magna autem gentis est claritudo a Macedonum inde temporibus, propter Agrianas, quorum opera longe præstantissima Philippus et Alexander usi sunt. Pæones etenim illi ex inferiori Pæonia sunt, Illyriorum coloni. Pannoniorum autem, post Cornelii expeditionem adversus eos infelici exitu susceptam, tantus terror invasit Italos

Ἰταλοῖς ἅπασιν ἐνεποίησε, καὶ ἐς πολὺ τοῖς ἔπειτα ὑπάτοις ὄκνον ἐπὶ Παίονας ἐλαύνειν. Τὰ μὲν δὴ πάλαι τοσαῦτα περὶ Ἰλλυριῶν καὶ Παιόνων ἔσχον εὑρεῖν. Ἐν δὲ τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ δευτέρου Καίσαρος, τοῦ κληθέντος καὶ Σεβαστοῦ, παλαιότερον μὲν οὐδὲν οὐδ' ἐν τοῖσδε περὶ Παιόνων εὗρον.

XV. Ἰλλυριῶν δέ μοι φαίνεται χωρὶς τῶν εἰρημένων ἐθνῶν καὶ ἕτερα Ῥωμαίων προϋπακοῦσαι. Καὶ ὅπως μέν, οὐκ ἔγνων. Οὐ γὰρ ἀλλοτρίας πράξεις ὁ Σεβαστὸς, ἀλλὰ τὰς ἑαυτοῦ συνέγραφεν. Ὡς δ' ἀποστάντας ἐς τοὺς φόρους ἐπανήγαγεν, καὶ ἑτέρους ὡς ἀρχῆθεν ἔτι ὄντας αὐτονόμους εἷλε, καὶ πάντας ἐκρατύνατο ὅσοι τὰς κορυφὰς οἰκοῦσι τῶν Ἄλπεων, βάρβαρα καὶ μάχιμα ἔθνη, καὶ κλοπεύοντα τὴν Ἰταλίαν ὡς γείτονα. Καί μοι θαῦμά ἐστιν, ὅτι καὶ πολλοὶ καὶ μεγάλοι Ῥωμαίων στρατοὶ ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Ἴβηρας διὰ τῶν Ἄλπεων ὁδεύοντες, ὑπερεῖδον τάδε τὰ ἔθνη· καὶ οὐδὲ Γάϊος Καῖσαρ, εὐτυχέστατος ἐς πολέμους ἀνὴρ, ἐξήνυσεν αὐτὰ, ὅτε Κελτοῖς ἐπολέμει καὶ δέκα ἔτεσιν ἀμφὶ τήνδε τὴν χώραν ἐχείμαζεν. Ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ μέν, ἐφ' ἃ ᾑρέθησαν ἐπειγόμενοι, τῆς διόδου τῶν Ἄλπεων μόνης φροντίσαι· ὁ δὲ Γάϊος ἀμφί τε τὰ Κελτικὰ γενέσθαι, καὶ, τῆς στάσεως τοῦ Πομπηΐου τὰ Κελτικὰ ἐπιλαβούσης, τὸ τούτων τέλος ὑπερθέσθαι. Φαίνεται μὲν γὰρ καὶ Ἰλλυρίδος ἅμα Κελτοῖς αἱρεθεὶς ἄρχειν. Οὐ πάσης δ' ἄρα ἦρχεν, ἀλλ' ὅση τις ἦν τότε Ῥωμαίοις Ἰλλυρίς.

XVI. Ὁ δὲ Σεβαστὸς πάντα ἐχειρώσατο ἐντελῶς, καὶ ἐν παραβολῇ τῆς ἀπραξίας Ἀντωνίου, κατελογίσατο τῇ βουλῇ, τὴν Ἰταλίαν ἡμερῶσαι δυσμάχων ἐθνῶν, θαμινὰ ἐνοχλούντων. Ὀξυαίους μὲν δὴ, καὶ Περθεηνάτας, καὶ Βαθιάτας, καὶ Ταυλαντίους, καὶ Καμβαίους, καὶ Κινάμβρους, καὶ Μερομέννους, καὶ Πυρισσαίους εἷλε δι' ὅλης πείρας. Ἔργῳ δὲ μείζονι ἐλήφθησαν, καὶ φόρους ὅσους ἐξέλιπον ἠναγκάσθησαν ἀποδοῦναι, Δοκλεᾶται τε καὶ Κάρνοι καὶ Ἰντερφρουρῖνοι καὶ Ναρήσιοι καὶ Γλιντιδίωνες καὶ Ταυρίσκοι. Ὧν ἁλόντων, οἱ ὅμοροι προσέθεντο αὐτῷ καταπλαγέντες, Ἱππασῖνοί τε καὶ Βεσσοί. Ἑτέρους δὲ αὐτῶν ἀποστάντας, Μελιτηνοὺς καὶ Κορκυρηνοὺς, οἳ νήσους ᾤκουν, ἀνέστησεν ἄρδην, ὅτι ἐλῄστευον τὴν θάλασσαν· καὶ τοὺς μὲν ἡβῶντας αὐτῶν ἔκτεινε, τοὺς δ' ἄλλους ἀπέδοτο. Λιβυρνῶν δὲ τὰς ναῦς ἀφείλετο, ὅτι καὶ οἵδε ἐλῄστευον. Ἰαπόδων δὲ τῶν ἐντὸς Ἄλπεων Μοεντῖνοι μὲν καὶ Αὐενδεᾶται προσέθεντο αὐτῷ προσιόντι. Αὐρουπῖνοι δ', οἳ πλεῖστοι καὶ μαχιμώτατοι τῶνδε τῶν Ἰαπόδων εἰσὶν, ἐκ τῶν κωμῶν ἐς τὸ ἄστυ ἀνῳκίσαντο· καὶ προσιόντος αὐτοῦ, ἐς τὰς ὕλας συνέφυγον. Ὁ δὲ Καῖσαρ, τὸ ἄστυ ἑλὼν, οὐκ ἐνέπρησεν, ἐλπίσας, ἐνδώσειν αὐτούς· καὶ ἐνδοῦσιν οἰκεῖν ἔδωκε.

XVII. Μάλιστα δ' ἠνώχλησαν αὐτὸν Σαλασσοί τε, καὶ Ἰάποδες οἱ πέραν Ἄλπεων, καὶ Σεγεστανοὶ, καὶ Δαλμάται, καὶ Δαισιτιᾶται, καὶ Παίονες, ὄντες ἑκὰς,

omnes, ut per longum tempus insequentes consules non ausi sint contra Pæonas ducere exercitum. De vetustioribus Illyricorum et Pannoniorum Pæonumve rebus, præter hæc nihil potui comperire : ac de Pæonibus quidem vel Pannoniis vetustius nihil ne in Cæsaris Augusti quidem Commentariis, quo loco de Pannoniis agit, quidquam inveni.

XV. Cæterum alios item Illyriorum populos, præter hos, quorum mentionem feci, jam ante paruisse Romanis, satis quidem video. Sed qua potissimum ratione id factum sit, non habeo compertum. Neque enim aliorum res gestas, sed suas tantummodo, exposuit Augustus; quo pacto scilicet desciscentes populos ad obsequium rursus et ad tributa compulerit, alios libertate ad ipsius ætatem usos vi subegerit, denique omnes qui summas Alpes incolunt populos, barbaros illos bellicososque, qui vicinam Italiam sæpius erant depopulati, perdomuerit. Ac mirum quidem videri potest, a Romanis, quorum multi magnique exercitus, contra Gallos atque Hispanos ducti, Alpes superaverunt, populos istos semper fuisse neglectos; et ne a Caio quidem Cæsare, fortunatissimo imperatore, toto decennio, quo, bellum cum Gallis gerens, circa ea loca hibernavit, fuisse debellatos. Sed nimirum videntur illi, ad suscepta negotia properantes, de exercitibus suis per Alpes trajiciendis solum cogitasse; Cæsar autem, primum Gallicis rebus, dein motui Pompeiano, qui eas res statim consecutus est, intentus, distulisse Illyricis rebus finem imponere. Illud enim quidem satis apparet, cum Gallia provincia simul Illyrici imperium, quoad scilicet Illyricum tunc in potestate Romanorum fuerat, Cæsarem a populo Romano accepisse.

XVI. Sed Augustus, universa regione in potestatem redacta, quum res a se gestas cum Antonii segnitie compararet, imputavit senatui, quod Italiam a bellicosarum gentium barbarie purgasset, quarum incursionibus crebro fuisset infestata. Oxyæos igitur, et Pertheneatas, Bathiatas, Taulantios, Cambæos, Cinambros, Meromennos, Pyrissæos, uno incursu superavit. Sed majus illi negotium fuit in recipiendis, et ad pendenda tributa, quæ intermiserant, rursus adigendis Docleatis, Carnis, Interfrurinis, Naresiis, Glintidionibus, Tauriscisque. Quibus devictis, finitimi populi metu territi, Hippasini et Bessi, sese illi tradiderunt. Alios vero deficientes, Melitenses et Corcyræos, insulas incolentes, propterea quod mare latrociniis infestaverant, delevit funditus, interfectis puberibus, cæteris sub corona venumdatis. Liburnos, mare itidem infestantes, navibus mulctavit. Ex Iapydum populis, qui intra Alpes habitant, Moentini et Avendeatæ advenienti ei se ultro tradiderunt. Arupini, qui et multitudine et virtute bellica cæteris præstant Iapydibus, ex vicis in urbem se receperant; sed appropinquante Octavio Cæsare, in silvas sese abdiderunt. Capta urbi Cæsar ignem subjici non est passus, quod se barbaros traditur os speraret. Quibus etiam, sese mox dedentibus, habitandam porro urbem permisit.

XVII. Plurimum autem laboris illi exhibuerunt cum Salassi, tum Iapydes transalpini, Segestani, Dalmatæ, Dæsitiatæ, Pannoniique, a Salassis remotiores. Salassi summas

μεθ' ὁμονοίας. Οἱ δ' ἐκέλευον αὐτοὺς, ἀποθεμένους τὰ ὅπλα ἥκειν ἐς τὸ βουλευτήριον, καὶ λέγειν ὅ τι θέλοιεν, ἢ μηκέτι πέμπειν μηδένα. Τῶν δ' αὖθις τὸν Κόϊντον ἐπιπεμψάντων, τόνδε μὲν Ὀπίμιος ὁ ὕπατος, διὰ τὴν προαγόρευσιν, ὡς οὐκ ἔτι πρεσβευτὴν ὄντα, συνελάμβανε· τοῖς δὲ περὶ τὸν Γράκχον τοὺς ὡπλισμένους ἐπέπεμπε. Καὶ Γράκχος μὲν διὰ τῆς ξυλίνης γεφύρας ἐς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ καταφυγὼν ἐς ἄλσος τι μεθ' ἑνὸς θεράποντος, ὑπέσχε τῷ θεράποντι τὴν σφαγὴν καταλαμβανόμενος. Φλάκκου δ' ἐς ἐργαστήριον ἀνδρὸς γνωρίμου καταφυγόντος, οἱ μὲν διώκοντες, τὴν οἰκίαν οὐκ εἰδότες, ὅλον ἐμπρήσειν τὸν στενωπὸν ἠπείλουν. Ὁ δ' ὑποδεξάμενος, αὐτὸς μὲν ὤκνησε μηνῦσαι τὸν ἱκέτην, ἑτέρῳ δὲ προσέταξε μηνῦσαι. Καὶ συλληφθεὶς ὁ Φλάκκος ἀνῃρέθη. Γράκχου μὲν δὴ καὶ Φλάκκου τὰς κεφαλὰς ἔφερόν τινες Ὀπιμίῳ· καὶ αὐτοῖς ὁ Ὀπίμιος ἰσοβαρὲς χρυσίον ἀντέδωκεν. Ὁ δὲ δῆμος αὐτῶν τὰς οἰκίας διήρπαζε, καὶ τοὺς συμφρονήσαντας ὁ Ὀπίμιος συλλαβὼν, ἐς τὴν φυλακὴν ἐνέβαλέ τε καὶ ἀποπνιγῆναι προσέταξε. Κοΐντῳ δὲ τῷ Φλάκκου παιδὶ συνεχώρησεν ἀποθανεῖν ὡς θέλοι· καὶ τὴν πόλιν ἐπὶ τοῖς φόνοις ἐκάθαιρεν. Ἡ δὲ βουλὴ καὶ νεὼν Ὁμονοίας αὐτὸν ἐν ἀγορᾷ προσέταξεν ἐγεῖραι.

XXVII. Καὶ ἡ στάσις ἡ τοῦ δευτέρου Γράκχου ἐς τάδε ἔληγε. Νόμος τε οὐ πολὺ ὕστερον ἐκυρώθη, Τὴν γῆν, ὑπὲρ ἧς διεφέροντο, ἐξεῖναι πιπράσκειν τοῖς ἔχουσιν (ἀπείρητο γὰρ ἐκ Γράκχου τοῦ προτέρου καὶ τόδε). Καὶ εὐθὺς οἱ πλούσιοι παρὰ τῶν πενήτων ἐωνοῦντο, ἢ ταῖσδε ταῖς προφάσεσιν ἐβιάζοντο. Καὶ περιῆν ἐς χεῖρον ἔτι τοῖς πένησι· μέχρι Σπούριος Βόριος δημαρχῶν εἰσηγήσατο νόμον, Τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ' εἶναι τῶν ἐχόντων, καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τῷ δήμῳ κατατίθεσθαι, καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν ἐς διανομάς. Ὅπερ ἦν μέν τις τοῖς πένησι παρηγορία, διὰ τὰς διανομάς· ὄφελος δ' οὐδὲν ἐς πολυπληθίαν. Ἅπαξ δὲ τοῖς σοφίσμασι τοῖσδε τοῦ Γρακχείου νόμου παραλυθέντος (ἀρίστου καὶ ὠφελιμωτάτου, εἰ ἐδύνατο πραχθῆναι, γενομένου), καὶ τοὺς φόρους οὐ πολὺ ὕστερον διέλυσε δήμαρχος ἕτερος. Καὶ ὁ δῆμος ἀθρόως ἁπάντων ἐξεπεπτώκει. Ὅθεν ἐσπάνιζον ἔτι μᾶλλον ὁμοῦ πολιτῶν τε καὶ στρατιωτῶν, καὶ γῆς προσόδου καὶ διανομῶν, καὶ νόμων, πεντεκαίδεκα μάλιστα ἔτεσιν ἀπὸ τῆς Γράκχου νομοθεσίας, ἐπὶ δίκαις ἐν ἀργίᾳ γεγονότες.

XXVIII. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ Σκιπίων ὕπατος καθεῖλε τὸ θέατρον, οὗ Λεύκιος Κάσσιος ἦρκτο, καὶ ἤδη που τέλος ἐλάμβανεν· ὡς καὶ τόδε στάσεων ἄρξον ἑτέρων, ἢ οὐ χρήσιμον ὅλως Ἑλληνικαῖς ἡδυπαθείαις Ῥωμαίους ἐθίζεσθαι. Τιμητὴς δὲ Κόϊντος Καικίλιος Μέτελλος, Γλαυκίαν τε βουλεύοντα, καὶ Ἀπουλήϊον Σατορνῖνον δεδημαρχηκότα ἤδη, τῆς ἀξιώσεως παρέλυεν, αἰσχρῶς βιοῦντας· οὐ μὴν ἐδυνήθη· ὁ γὰρ οἱ συνάρχων οὐ συνέθετο. Μικρὸν οὖν ὕστερον ὁ Ἀπουλήϊος, ὡς ἀμυνούμενος τὸν Μέτελλον, ἐς ἑτέραν παρήγ-

sponsum est: « venirent ipsi positis armis, et quæ vellent dicerent; si id non placeret, neminem porro ad se mitterent. » Et quum nihilo minus iterum Quintus ab his esset missus, Opimius eum, tanquam non jam legatum, propter id quod eis denunciatum erat, comprehendi jussit; simulque armatos contra Gracchanos misit. Gracchus per sublicium pontem fugit trans Tiberim, in quemdam lucum, comite unico servo; cui mox, cum in eo esset ut deprehenderetur, jugulum præbuit. Flaccus in familiaris cujusdam viri officinam confugerat. Quem qui persequebantur, ignari quam in domum se abdidisset, toti vico minabantur incendium. Itaque qui trepidum exceperat, ipse quidem veritus prodere supplicem, alium tamen quemdam jussit indicium facere. Et comprehensus Flaccus occiditur. Utriusque dein caput, relatum ad consulem, pari repensum est auri pondere. Domus eorum direptæ a populo. Conspirationis socii in carcere, jussu consulis, laqueo suffocati. Quinto, Flacci filio, permissum est suo arbitratu genus mortis eligere. Deinde Urbs lustrata a cædibus: et Concordiæ fanum in foro ex senatusconsulto exstructum.

XXVII. Is exitus fuit secundæ seditionis Gracchanæ. Nec ita multo post lex lata est, licere cuique suam portionem publici agri vendere; quod et ipsum ex superioris Gracchi lege vetitum erat. Moxque divites coemebant pauperum portiones; et partim vi quoque, hac vel illa prætenta causa, possessionibus eos depellebant. Jamque pejor conditio pauperum, quam antea, esse cœpit. Tandem Spurius Borius, tribunus pl. tulit legem; ne divideretur amplius ager publicus; sed relinqueretur possessoribus, hac conditione, ut vectigal penderent populo, et pecunia inde collecta viritim distribueretur. Quæ lex sicut egenis, propter pecuniæ distributionem quoddam adtulit solatium; sic infrequentiæ populi nullum afferebat remedium. Jam vero elusis, per hujusmodi artificia, semel Gracchi legibus, perutilibus alioqui reipubl futuris, si conatus succedere potuisset; non multo post ab alio tribuno pl. vectigal etiam illud abrogatum; et plebi ex omnibus nihil reliquum factum est. Inde major etiam secuta simul est civium militumque raritas; et plebs agrorum vectigalibus, distributionibus frumentariis, legumjussione carebat; quod malum anno quintodecimo a C. Gracchi legumlatione contigit.

XXVIII. Per idem tempus Scipio cos. theatrum demolitus est, inchoatum a Lucio Cassio, et tum pæne absolutum: quod hæc quoque videretur novarum seditionum materia futura; vel quod omnino e republica non esse, existimaret, populum Græcanicis voluptatibus assuefieri. Censor vero Q. Cæcilius Metellus, Glauciam senatorem, et Apuleium Saturninum, tribunatu defunctum, senatu movere conatus est propter vitæ dedecora; sed, renitente collega, nihil effecit. Quamobrem Apuleius paulo post, ulturus injuriam a Metello acceptam, se candidatum tribunatus professus est;

γγελλε δημαρχίαν, φυλάξας στρατηγοῦντα τὸν Γλαυκίαν καὶ τῆσδε τῶν δημάρχων τῆς χειροτονίας προεστῶτα. Νώνιος μὲν οὖν, ἐπιφανὴς ἀνὴρ, ἔς τε τὸν Ἀπουλήϊον παῤῥησίᾳ χρώμενος, καὶ Γλαυκίαν ἐξονειδίζων, δήμαρχος ἀπεδείχθη. Δείσαντες δ' ὁ Γλαυκίας καὶ ὁ Ἀπουλήϊος, μὴ δημαρχῶν αὐτοὺς ἀμύναιτο, ὄχλον ἀνδρῶν εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπιόντι ἐπιπέμπουσι σὺν θορύβῳ, καὶ ἔς τι πανδοχεῖον συμφυγόντα συνεκέντησαν. Τοῦ δὲ πάθους οἰκτροῦ καὶ δεινοῦ φανέντος, οἱ περὶ τὸν Γλαυκίαν, οὔπω τοῦ δήμου συνελθόντος, ἅμ' ἕῳ χειροτονοῦσι δήμαρχον τὸν Ἀπουλήϊον. Καὶ τὸ μὲν Νωνίου πάθος ὧδε ἐσιγήθη διὰ τὴν δημαρχίαν Ἀπουληΐου, δεδιότων αὐτὸν ἔτι ἐξελέγχειν.

XXIX. Ἐξηλάθη δὲ καὶ Μέτελλος ὑπ' αὐτῶν, προσλαβόντων Γάϊον Μάριον, ἕκτην ἄρχοντα ὑπατείαν, ἐχθρὸν ἀφανῆ τοῦ Μετέλλου. Καὶ συνέπραξαν ὧδε ἅπαντες ἀλλήλοις. Ὁ μὲν Ἀπουλήϊος νόμον ἐσέφερε, Διαδάσασθαι γῆν, ὅσην ἐν τῇ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων καλουμένῃ Γαλατίᾳ Κιμβροὶ γένος Κελτῶν κατειλήφεσαν· καὶ αὐτοὺς ὁ Μάριος ἔναγχος ἐξελάσας, τὴν γῆν ὡς οὐκέτι Γαλατῶν, ἐς Ῥωμαίους περιεσπάκει. Προσέκειτο δὲ, Εἰ κυρώσειε τὸν νόμον ὁ δῆμος, τὴν βουλὴν πένθ' ἡμέραις ἐπομόσαι, πεισθήσεσθαι τῷ νόμῳ· ἢ τὸν οὐχ ὀμόσαντα μήτε βουλεύειν, καὶ ὀφλεῖν τῷ δήμῳ τάλαντα εἴκοσιν· ὑπονοοῦντες, οὕτως ἄλλους τε τῶν δυσχεραινόντων ἀμυνεῖσθαι, καὶ Μέτελλον ὑπὸ φρονήματος οὐκ ἐνδώσοντα πρὸς τὸν ὅρκον. Ὁ μὲν δὴ νόμος ὧδε εἶχε. Καὶ ὁ Ἀπουλήϊος ἡμέραν αὐτοῦ τῇ δοκιμασίᾳ προὐτίθει, καὶ περιέπεμπε τοὺς ἐξαγγέλλοντας τοῖς οὖσιν ἀνὰ τοὺς ἀγρούς, οἷς δὴ καὶ μάλιστ' ἐθάῤῥουν, ὑπεστρατευμένοις Μαρίῳ. Πλεονεκτούντων δ' ἐν τῷ νόμῳ τῶν Ἰταλιωτῶν, ὁ δῆμος ἐδυσχέραινε.

XXX. Καὶ στάσεως ἐν τῇ κυρίᾳ γενομένης, ὅσοι μὲν ἐκώλυον τῶν δημάρχων τοὺς νόμους, ὑβριζόμενοι πρὸς τοῦ Ἀπουληΐου κατεπήδων ἀπὸ τοῦ βήματος. Ὁ δὲ πολιτικὸς ὄχλος ἐβόα, ὡς γενομένης ἐν ἐκκλησίᾳ βροντῆς, ὅθεν οὐ θέμις ἐστὶ Ῥωμαίοις οὐδὲν ἔτι κυροῦν. Βιαζομένων δὲ καὶ ὣς τῶν περὶ τὸν Ἀπουλήϊον, οἱ πολιτικοὶ, τά τε ἱμάτια διαζωσάμενοι, καὶ τὰ προστυχόντα ξύλα ἁρπάσαντες, τοὺς ἀγροίκους διέστησαν. Οἱ δ' αὖθις ὑπὸ τοῦ Ἀπουληΐου συγκαλούμενοι, μετὰ ξύλων καὶ οἵδε τοῖς ἀστυκοῖς ἐπῄεσαν, καὶ βιασάμενοι, τὸν νόμον ἐκύρωσαν. Κυρωθέντος δ', αὐτίκα Μάριος, οἷα ὕπατος, τῇ βουλῇ προὐτίθει σκοπεῖν περὶ τοῦ ὅρκου· καὶ τὸν Μέτελλον εἰδὼς στεῤῥόν τε τῇ γνώμῃ, καὶ βέβαιον ἐφ' ὅ τι φρονήσειεν ἢ εἰπεῖν φθάσειεν, ἐτίθει πρῶτος ἐς μέσον τὴν γνώμην τὴν ἑαυτοῦ μετ' ἐνέδρας, καὶ ἔλεγεν, ὡς οὔποτε τὸν ὅρκον ἑκὼν τόνδε αὐτὸς ὀμόσειε. Συναποφηναμένου δὲ ταῦτα καὶ τοῦ Μετέλλου, καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ἐπαινεσάντων, ὁ Μάριος διέλυσε τὴν βουλήν. Εἶτα τῆς πέμπτης ἡμέρας (ἣ τῷ ὅρκῳ τελευταία κατὰ τὸν νόμον ἦν) ἀμφὶ δεκάτην ὥραν αὐτοὺς κατὰ σπουδὴν συναγαγὼν, ἔφη· τὸν δῆμον ἐσπουδακότα περὶ τὸν νόμον δεδιέναι, μηχανὴν δ' ὁρᾶν καὶ σόφισμα τοι-

observata occasione, quod Glaucia, tunc prætor, præesset comitiis. Sed tum quidem pro eo Nonius, vir nobilis, invectus non sine opprobriis in Apuleium et Glauciam, tribunus plebis designatur. Illi, veriti, ne is potestatem adeptus in se animadverteret, in redeuntem e comitiis confestim immittunt juvenum globum; qui profugientem, in caupona quadam assecuti, confoderunt. Ea Nonii cædes quum indigna omnibus visa esset et miserabilis; Glauciæ factio, summo mane, priusquam frequens populus conveniret in comitium, tribunum plebis creat Apuleium. Atque hoc modo silentium fuit de Nonio, nemine auso jam tribunum facinoris ejus coarguere.

XXIX. Dein ab eisdem Metellus quoque actus est in exilium, conspirante cum inimicis ejus C. Mario, tunc sextum consule; cui occulta simultas cum Metello erat. Ad id facinus efficiendum tali quodam communi consilio usi sunt. Apuleius legem promulgabat « de dividendis agris, quos Cimbri, Celticus populus, in Gallia, quæ Gallia Provincia hodie a Romanis vocatur, occupaverant; qui ager pulsis nuper a Mario Cimbris, jam non amplius Gallici juris, sed Romani esset. » Adjectum erat legi, « ut, si plebs eam scivisset, senatus intra quintum diem in eam juraret: qui recusaret jurare, senatu moveretur, et insuper talentis viginti multaretur. » Ita captabatur vindictæ occasio, cum de aliis, qui eam rem ægre essent passuri, tum de Metello potissimum, qui pro sua gravitate et constantia non videbatur illam de juramento conditionem initurus. Et lex quidem talis fuit. Apuleius vero quum diem comitiis habendis indixisset, nuncios interim circa rusticas tribus, quibus maxime fidebat, quod ex eis plerique sub Mario militassent, dimisit: nam ea lex quia magis conducere videbatur sociis Italicis, populo cæteroquin minime grata erat.

XXX. Itaque tumultuosa fuerunt comitia. Quotquot dissuadere conabantur legem, ii per Apuleium a Rostris deturbabantur. Hinc urbana multitudo, auditum esse tonitru, clamabat: quod quoties accidit, nefas est quidquam porro ea die decernere. Apuleio vero nihilominus, cum suis, in cœpto proposito pertinaciter persistente; urbani, præcinctis togis, vertentes in telum quidquid fors obtulit, disjecerunt rusticos. At illi, convocante rursus Apuleio, conglobati occurrerunt urbanis, armati et ipsi fustibus; evicerunt que, ut lex perferretur. Quo facto, confestim Marius consul, pro muneris ratione, ad senatum retulit de jurejurando: et quod sciret, Metellum constantem esse ac firmum in proposito aut in eo quod semel dixisset; primus ipse sententiam dixit, dolum illi struens, negavitque se unquam sua sponte suaque voluntate juraturum. Cui quum Metellus disertis verbis assensisset, collaudantibus utrumque cæteris, senatus dimissus est. Quinto vero post die, quem diem lex jurijurando præscripserat terminum, circiter horam decimam, consul, propere coacto senatu, ait: « timere se plebem, studiose legi faventem. Sed adversus eam providisse hanc fallaciam: jurandum esse in verba legis,

ὄνδε· ὀμόσειν γὰρ, ᾗ νόμος ἐστὶ, τῷδε πεισθήσεσθαι τῷ νόμῳ· καὶ νῦν μὲν οὕτω διασκεδᾶν τοὺς ἀπὸ τῶν ἀγρῶν ἐνηδρευμένους, ὕστερον δ' οὐ δυσχερῶς ἐπιδείξειν, ὅτι οὐκ ἔστι νόμος, ὁ πρὸς βίαν τε καὶ βροντῆς ὠνομασμένης κεκυρωμένος παρὰ τὰ πάτρια.

XXXI. Ταῦτα δ' εἰπὼν, καὶ τέλος οὐδὲν ἀναμείνας, πάντων ἔτι σιωπώντων ὑπ' ἐκπλήξεως ἐπὶ τῇ ἐνέδρᾳ καὶ τῷ χρόνῳ δεδαπανημένῳ, οὐδ' ἐνθυμηθῆναί τι παρασχὼν αὐτοῖς, ἐξανίστατο ἐς τὸν τοῦ Κρόνου νεὼν, οὗ τοὺς ταμίας ἐχρῆν ὀμνύναι καὶ ὤμνυε σὺν τοῖς φίλοις πρῶτος. Ὤμνυον δὲ καὶ οἱ λοιποὶ, τὸ ἑαυτοῦ δεδιὼς ἕκαστος. Μέτελλος δ' οὐκ ὤμοσε μόνος, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως διέμεινεν ἀφόβως. Καὶ αὐτὸν εὐθὺς τῆς ἐπιούσης ὁ Ἀπουλήϊος, ἐπιπέμψας τὸν ὑπηρέτην, ἐξεῖλκεν ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου. Ῥυομένων δὲ τῶν ἑτέρων δημάρχων, ὁ Γλαυκίας καὶ ὁ Ἀπουλήϊος ἐς τοὺς ἀγροίκους ἐκδραμόντες, οὐκ ἔφασκον αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν γῆν, οὐδὲ τὸν νόμον κύριον, εἰ μὴ Μέτελλος ἐξελαθείη. Ψήφισμά τε φυγῆς ἐπέγραφον αὐτῷ, καὶ, τοὺς ὑπάτους ἐπικηρῦξαι, προσετίθεσαν, μηδένα Μετέλλῳ κοινωνεῖν πυρὸς ἢ ὕδατος ἢ στέγης· ἔς τε τὴν δοκιμασίαν τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἡμέραν προύγραφον. Δεινῆς δὲ τῶν ἀστυκῶν ἀγανακτήσεως οὔσης, καὶ παραπεμπόντων ἀεὶ Μέτελλον σὺν ξιφιδίοις, ὁ Μέτελλος αὐτοὺς ἀσπασάμενος, καὶ ἐπαινέσας τῆς προαιρέσεως, οὐκ ἔφη δι' ἑαυτὸν ἐάσειν οὐδένα κίνδυνον ἐπιγενέσθαι τῇ πατρίδι. Καὶ τόδε ἐπειπὼν, ὑπεξῆλθε τῆς πόλεως. Καὶ τὸ ψήφισμα ὁ Ἀπουλήϊος ἐκύρου, καὶ τὰ ἐν τῷ ψηφίσματι Μάριος ἐπεκήρυττεν.

XXXII. Οὕτω μὲν δὴ καὶ Μέτελλος, ἀνὴρ εὐδοκιμώτατος, ἔφευγε. Καὶ ὁ Ἀπουλήϊος ἐπ' αὐτῷ τρίτον ἐδημάρχει· καί τις αὐτῷ συνῆρχε, δραπέτης εἶναι νομιζόμενος, Γράκχον ἑαυτῷ τὸν πρεσβύτερον πατέρα ἐπιγράφων· καὶ τὸ πλῆθος αὐτῷ συνεπεπράχει περὶ τὴν χειροτονίαν, πόθῳ Γράκχου. Προτεθείσης δὲ ὑπάτων χειροτονίας, Μάρκος μὲν Ἀντώνιος ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἀναμφιλόγως ᾑρέθη· τὴν δὲ ὑπόλοιπον Γλαυκίας ὅδε καὶ Μέμμιος μετῄεσαν. Μεμμίου δ' ὄντος ἐπιδοξοτέρου παρὰ πολὺ, δείσας ὁ Γλαυκίας καὶ ὁ Ἀπουλήϊος, ἐπιπέμπουσί τινας αὐτῷ σὺν ξύλοις ἐν αὐτῇ τῇ χειροτονίᾳ, οἳ τὸν Μέμμιον παίοντες ἐν μέσῳ πάντων ὁρώντων συνέκοψαν. Καὶ ἡ μὲν ἐκκλησία θορυβηθεῖσα διελύετο, οὔτε νόμων οὔτε δικαστηρίων οὔτε τινὸς αἰδοῦς ἔτι ὑπούσης· ὁ δὲ δῆμος, ἀγανακτῶν, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν μετ' ὀργῆς συνέτρεχεν, ὡς κτενοῦντες τὸν Ἀπουλήϊον. Ὁ δ', ἄλλο πλῆθος ἁλίσας ἀπὸ τῶν ἀγρῶν, μετὰ Γλαυκίου καὶ Γαΐου Σαυφηίου ταμίου τὸ Καπιτώλιον κατέλαβε. Καὶ αὐτοὺς τῆς βουλῆς ἀναιρεθῆναι ψηφισαμένης, ὁ Μάριος ἀχθόμενος, ὅμως ὥπλιζέ τινας σὺν ὄκνῳ· καὶ βραδύνοντος, ἕτεροι τὸ ὕδωρ ἐπιῤῥέον ἐς τὸ ἱερὸν διέτεμον. Καὶ Σαυφήιος μὲν ἐμπρῆσαι τὸν νεὼν, ὑπὸ δίψης ἀπολλύμενος, ἠξίου. Γλαυκίας δὲ καὶ Ἀπουλήϊος, ἐλπίσαντες αὐτοῖς ἐπικουρήσειν Μάριον, παρέδωκαν ἑαυτοὺς, οἵδε πρῶτοι, καὶ ἐπ' ἐκείνοις ὁ Σαυφήϊος.

quatenus ea sit legitima. Ita fore, ut ad præsens dispergatur multitudo rustica, quæ ipsis insidiaretur: postea vero facile posse ostendi, non esse legem, quæ et per vim et Jove tonante, præter morem majorum, lata sit. »

XXXI. His dictis, nemine exspectato, dum adhuc silent omnes, stupentes insidias consulis, et angustiis temporis territi, ne spatio quidem ullo ad cogitandum concesso, surgit Marius, et ad ædem Saturni pergit, ubi jurare quæstores moris erat: ibique primus ipse, cum amicis, jurejurando se obligat. Idem mox et reliqui senatores, dum sibi quisque metuit, faciunt. Solus Metellus jurare noluit, intrepide perstans in sententia. Itaque hunc statim Apuleius sequenti die per viatorem extraxit e curia: et, jubentibus cæteris tribunis eum missum fieri, ipse una cum Glaucia procurrens ad rusticos « neque agrum eos habituros, dicebat, neque legem ratam fore, ni Metellus mittatur in exilium. » Jamque iidem proponunt legem, ut solum verteret Metellus, et consules ei aqua et igne interdicerent, vetarentque ne quis eum tecto reciperet: ac diem constituunt, quo ea lex plebiscito rata haberetur. Quibus rebus quum vehementissime indignarentur urbani, et sicis sub veste accincti ubique deducerent Metellum; ipse, comiter laudata eorum voluntate, negavit, se commissurum ut patriæ causa fieret periculorum. Hisque dictis, ex urbe se subtraxit. Et, urgente rem Apuleio, fit plebiscitum: Mariusque consul edixit id, quod legi erat adjectum.

XXXII. Hunc in modum Metellus, vir laudatissimus, exulatum abiit. Et Apuleius deinde in tertium annum tribunus plebis refectus est; addito collega fugitivo quodam, ut tum quidem ferebatur, qui se Gracchi majoris jactabat filium; vulgo hominum cupide suffragante, ob ipsius Gracchi desiderium. Consularibus dein comitiis, M. quidem Antonius uno omnium consensu consul creatus est; de collega autem futuro ambigebatur, Glaucia illo, quem dixi, Memmioque competentibus. Sed quum Memmius multo esset nobilior, Glaucia et Apuleius, sibi timentes, in ipsis comitiis immiserunt in eum quosdam, qui omnibus inspectantibus confecerunt hominem fustibus. Itaque territa solvitur concio; neque legibus amplius valentibus, neque judiciis, et sublata omni hominum deorumve reverentia. Postridie vero populus, indignitate rei commotus iratusque, concurrit, necem Apuleio minitans. At ille, nova multitudine ex agris excita, assumtoque Glaucia, et C. Saufeio quæstore, Capitolium occupat. Quos postquam senatus hostes judicavit; Marius, gravatim quidem, armat tamen nonnullos, sed admodum cunctanter: interim alii, [illegible] pertusi, tubos in templum aquam ducentes intercidebant. Itaque Saufeius, sitim non ferens, incendendum templum censuit. Sed Glaucia et Apuleius, Mario freti, deditionem fecerunt primi, et post illos Saufeius. Omnibus necem

Μάριος δ', αὐτίκα πάντων αὐτοὺς ἀναιρεῖν κελευόντων, ἐς τὸ βουλευτήριον συνέκλεισεν, ὡς ἐννομώτερον ἐργασόμενος. Οἱ δὲ, πρόφασιν τοῦτ' εἶναι νομίσαντες, τὸν κέραμον ἐξέλυον τοῦ βουλευτηρίου, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀπουλήϊον ἔβαλλον, ἕως ἀπέκτειναν· ταμίαν τε, καὶ δήμαρχον, καὶ στρατηγὸν, ἔτι περικειμένους τὰ σύμβολα τῆς ἀρχῆς.

XXXIII. Πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ὅμιλος ἐν τῇ στάσει διέφθαρτο, καὶ δήμαρχος ἕτερος, τοῦ Γράκχου παῖς εἶναι νομιζόμενος, πρώτην δημαρχῶν ἐκείνην ἡμέραν· οὐδένα ἔτι ὠφελούσης οὔτε ἐλευθερίας, οὔτε δημοκρατίας, οὔτε νόμων, οὔτε ἀξιώσεως, οὔτε ἀρχῆς· ὅπου καὶ ἡ τῶν δημάρχων, ἔς τε κώλυσιν ἁμαρτημάτων καὶ ἐς ἐπικούρησιν τῶν δημοτῶν γενομένη, ἱερὰ καὶ ἄσυλος οὖσα, τοιάδε ὕβριζε, καὶ τοιάδε ἔπασχεν. Ἀναιρεθέντων δὲ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀπουλήϊον, ἡ μὲν βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐκεκράγεσαν κατακαλεῖν Μέτελλον. Πούπλιος δὲ Φούριος δήμαρχος, οὐδ' ἐλευθέρου πατρὸς, ἀλλ' ἐξελευθέρου, θρασέως ἐνίστατο αὐτοῖς· καὶ οὐδὲ Μετέλλου, τοῦ Μετέλλου παιδὸς, ἱκετεύοντος αὐτὸν ἐν ὄψει τοῦ δήμου, καὶ δακρύοντος, καὶ τοῖς ποσὶ προσπίπτοντος, ἐνεκλάσθη. Ἀλλ' ὁ μὲν παῖς ἐκ τῆσδε τῆς ὄψεως Εὐσεβὴς ἐς τὸ ἔπειτα ἐκλήθη. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, Φούριον μὲν ἐπὶ τῷδε ἐς δίκην Γάϊος Κανουλήϊος δήμαρχος ὑπῆγε· καὶ ὁ δῆμος, οὐδὲ τοὺς λόγους ὑπομείνας, διέσπασε τὸν Φούριον. Οὕτως ἀεί τι μύσος ἑκάστου ἔτους ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐγίγνετο. Μετέλλῳ δ' ἡ κάθοδος ἐδόθη. Καί φασιν, αὐτῷ τὴν ἡμέραν οὐκ ἀρκέσαι, περὶ τὰς πύλας δεξιουμένῳ τοὺς ἀπαντῶντας. Τρίτον μὲν δὴ τόδε ἔργον ἐμφύλιον ἦν τὸ Ἀπουληΐου, μετὰ δύο τὰ Γράκχεια, καὶ τοσάδε εἴργαστο Ῥωμαίους.

XXXIV. Οὕτω δ' ἔχουσιν αὐτοῖς, ὁ Συμμαχικὸς καλούμενος Πόλεμος ἐπιγίγνεται, ἐθνῶν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν πολλῶν· ἀρξάμενός τε παραδόξως, καὶ ἀθρόως ἐπὶ μέγα προελθὼν, καὶ τὰς στάσεις ἐν Ῥώμῃ σβέσας ὑπὸ δέους ἐπὶ πολύ. Λήγων δὲ καὶ ὅδε στάσεις τε ἄλλας καὶ στασιάρχας δυνατωτέρους ἀνέθρεψεν, οὐ νόμων εἰσηγήσεσιν ἔτι, οὐδὲ δημοκοπίαις, ἀλλ' ἀθρόοις στρατεύμασι κατ' ἀλλήλων χρωμένους. Καὶ αὐτὸν διὰ τάδε συνήγαγον ἐς τήνδε τὴν συγγραφὴν, ἔκ τε τῆς ἐν Ῥώμῃ στάσεως ἀρξάμενον, καὶ ἐς πολὺ χείρονα στάσιν ἑτέραν ἐκπεσόντα. Ἤρξατο δὲ ὧδε· Φούλβιος Φλάκκος ὑπατεύων, μάλιστα δὴ πρῶτος ὅδε ἐς τὸ φανερώτατον ἠρέθιζε τοὺς Ἰταλιώτας ἐπιθυμεῖν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, ὡς κοινωνοὺς τῆς ἡγεμονίας ἀντὶ ὑπηκόων ἐσομένους. Εἰσηγούμενος δὲ τὴν γνώμην, καὶ ἐπιμένων αὐτῇ καρτερῶς, ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐπί τινα στρατείαν ἐξεπέμφθη διὰ τόδε. Ἐν ᾗ τῆς ὑπατείας αὐτῷ δεδαπανημένης, ὅδε καὶ δημαρχεῖν εἵλετο μετ' αὐτὴν, καὶ ἔπραξε γενέσθαι σὺν Γράκχῳ τῷ νεωτέρῳ, τοιάδε ἄλλα ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας ἐσφέροντι κἀκείνῳ. Ἀναιρεθέντοιν δὲ ἀμφοῖν, ὥς μοι προείρηται, πολὺ μᾶλλον ἠρέθιστο ἡ Ἰταλία· οὔτε γὰρ ἠξίουν ἐν ὑπηκόων, ἀντὶ κοινωνῶν, εἶναι μέρει,

eorum conclamantibus, Marius consul in curiam eos inclusit, velut magis legitime sumturus de eis supplicium. Plebs vero, simulationem hanc esse rata, convulso tecto curiæ, Apuleium cum suis, quæstorem, tribunum plebis, prætorem, etiam tum ornatos magistratuum insignibus, injectis tegulis interemit.

XXXIII. Eadem seditione periit et alia multa turba, et in ea tribunus ille Gracchi filius habitus, primo initi magistratus die; non libertate sua quemquam amplius tuente, non reipublicæ forma, non legibus, non dignitate, non magistratu : quandoquidem et tribunitia potestas, cohibendis sceleribus et protegendæ plebi inventa, ac sacrosancta habita, jam et ipsa tales patrabat injurias, et ab aliis talia patiebatur. Occiso Apuleio cum suis, senatus populusque clamabant, revocandum esse ab exilio Metellum. At P. Furius, tribunus plebis, ne ingenuo quidem patre, natus, sed liberto, præfracte eis resistebat; etiam Metellum, ejus filium, supplicem in conspectu populi ad genua sibi cum lacrymis provolutum, aspernatus. Quo factum est, ut hic quidem tam miserabili specie Pii cognomen adeptus sit; Furius vero, quum ob istam pertinaciam, exacto magistratus sui anno, a C. Canuleio tribuno plebis apud populum reus ageretur, ne exspectata quidem defensione, discerptus sit a furente multitudine. Sic quolibet anno novum aliquod in foro committebatur piaculum. Metello vero concessus est in patriam reditus : ferturque, integram diem non suffecisse gratulationibus amicorum ad portam eum excipientium. Tertia hæc fuit dissensio civium Apuleiana; quæ, post duas illas Gracchanas, tali modo Romæ grassata est.

XXXIV. Supervenit mox sociale, quod vocatur, bellum, ex conspiratione multorum Italiæ populorum conflatum. Id, ut insperato exortum, ita subito in immensum auctum, urbanas seditiones novo terrore aliquantisper sopiit : finitum vero, alias turbas excivit, ductu potentiorum principum; qui jam non promulgandis legibus, aut plebeiis tumultibus, sed totis exercitibus, ruebant in mutuam perniciem. Quapropter inserendum duxi his commentariis; tum quod ex urbana seditione natum sit, tum quod in aliam longe nocentiorem evaserit. Ejus belli fuit initium hujusmodi. Fulvius Flaccus in consulatu suo primus omnium aperte Italicis sociis injecerat civitatis Romanæ cupidinem; sperantibus, sic se non amplius subditos fore, sed imperii participes. De qua sententia quum referret ad senatum, et in ea firmiter perstaret, ob eam rem a senatu ad bellum quoddam administrandum est ablegatus. Quo bello quum absumtum esset Flacco tempus consulatus, tribunatum plebis idem ambiit; effecitque, ut Graccho minori collega daretur, qui et ipse alias leges in favorem Italicorum promulgavit. Utroque autem cæso, quemadmodum supra est expositum, multo magis irritati sunt sociorum animi. Indigne enim ferebant, et se pro subditis magis quam pro so

οὔτε Φλάκκον καὶ Γράκχον ὑπὲρ αὐτῶν πολιτεύοντας τοιάδε παθεῖν.

XXXV. Ἐπὶ δὲ ἐκείνοις καὶ Λίβιος Δροῦσος δημαρχῶν, ἀνὴρ ἐπιφανέστατος ἐκ γένους, δεηθεῖσι τοῖς Ἰταλιώταις νόμον αὖθις εἰσενεγκεῖν περὶ τῆς πολιτείας ὑπέσχετο. Τούτου γὰρ δὴ μάλιστα ἐπεθύμουν, ὡς ἑνὶ τῷδε αὐτίκα ἡγεμόνες ἀντὶ ὑπηκόων ἐσόμενοι. Ὁ δὲ, τὸν δῆμον ἐς τοῦτο προθεραπεύων, ὑπήγετο ἀποικίαις πολλαῖς ἔς τε τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν, ἐψηφισμέναις μὲν ἐκ πολλοῦ, γεγονυίαις δὲ οὔπω. Τήν τε βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας, οἳ μάλιστα δὴ τότε ἀλλήλοις διὰ τὰ δικαστήρια διεφέροντο, ἐπὶ κοινῷ νόμῳ συναγαγεῖν ἐπειρᾶτο· σαφῶς μὲν οὐ δυνάμενος ἐς τὴν βουλὴν ἐπανενεγκεῖν τὰ δικαστήρια, τεχνάζων δ' ἐς ἑκατέρους ὧδε. Τῶν βουλευτῶν διὰ τὰς στάσεις τότε ὄντων μόλις ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, ἑτέρους τοσούσδε αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἱππέων εἰσηγεῖτο ἀριστίνδην προσκαταλεγῆναι, καὶ ἐκ τῶνδε πάντων ἐς τὸ μέλλον εἶναι τὰ δικαστήρια. Εὐθύνας τε ἐπ' αὐτῶν γίγνεσθαι δωροδοκίας, προσέγραφεν· ἐγκλήματος ἴσα δὴ καὶ ἀγνοουμένου, διὰ τὸ ἔθος τῆς δωροδοκίας ἀνέδην ἐπιπολαζούσης. Ὁ μὲν δὴ τάδε πρὸς ἑκατέρους ἐπενόει· περιῆλθε δὲ ἐς τὸ ἐναντίον αὐτῷ. Ἥ τε γὰρ βουλὴ χαλεπῶς ἔφερεν, ἀθρόως αὐτῇ τοσούσδε προσκαταλεγῆναι, καὶ ἐξ ἱππέων ἐς τὸ μέγιστον ἀξίωμα μεταβῆναι· οὐκ ἀδόκητον ἡγουμένη, καὶ βουλευτὰς γενομένους, κατὰ σφᾶς ἔτι δυνατώτερον τοῖς προτέροις βουλευταῖς στασιάσειν. Οἵ τε ἱππεῖς ὑπώπτευον, ὅτι τῇδε τῇ θεραπείᾳ πρὸς τὸ μέλλον ἐς τὴν βουλὴν μόνην τὰ δικαστήρια ἀπὸ τῶν ἱππέων περιφέροιτο· γευσάμενοί τε κερδῶν μεγάλων καὶ ἐξουσίας, οὐκ ἀλύπως τὴν ὑπόνοιαν ἔφερον. Τό τε πλῆθος αὐτῶν ἐν ἀπορίᾳ σφᾶς ἐποίει καὶ ὑποψίᾳ πρὸς ἀλλήλους, τίνες ἀξιώτεροι δοκοῦσιν ἐς τοὺς τριακοσίους καταλεγῆναι· καὶ τοῖς λοιποῖς φθόνος ἐς τοὺς κρείττονας ἐσῄει. Ὑπὲρ ἅπαντα δ' ἠγανάκτουν ἀναφυομένου τοῦ τῆς δωροδοκίας ἐγκλήματος, ὃ τέως ἡγοῦντο καρτερῶς ὑπὲρ αὐτῶν πρόῤῥιζον ἐσβέσθαι.

XXXVI. Οὕτω μὲν δὴ καὶ οἱ ἱππεῖς καὶ ἡ βουλὴ, καίπερ ἔχοντες ἀλλήλοις διαφόρως, ἐς τὸ Δρούσου μῖσος συνεφρόνουν· καὶ μόνος ὁ δῆμος ἔχαιρε ταῖς ἀποικίαις. Οἱ Ἰταλιῶται δ', ὑπὲρ ὧν δὴ καὶ μάλιστα ὁ Δροῦσος ταῦτα ἐτέχναζε, καὶ οἵδε περὶ τῷ νόμῳ τῆς ἀποικίας ἐδεδοίκεσαν, ὡς τῆς δημοσίας Ῥωμαίων γῆς (ἣν, ἀνέμητον οὖσαν ἔτι, οἱ μὲν ἐκ βίας, οἱ δὲ λανθάνοντες, ἐγεώργουν) αὐτίκα σφῶν ἀφαιρεθησομένης, καὶ πολλὰ καὶ περὶ τῆς ἰδίας ἐνοχλησόμενοι. Τυῤῥηνοί τε καὶ Ὀμβρικοὶ, ταὐτὰ δειμαίνοντες τοῖς Ἰταλιώταις, καὶ, ὡς ἐδόκει, πρὸς τῶν ὑπάτων ἐς τὴν πόλιν ἐπαχθέντες, ἔργῳ μὲν ἐς ἀναίρεσιν Δρούσου, λόγῳ δ' ἐς κατηγορίαν, τοῦ νόμου φανερῶς κατεβόων, καὶ τὴν τῆς δοκιμασίας ἡμέραν ἀνέμενον. Ὧν ὁ Δροῦσος αἰσθανόμενός τε, καὶ οὐ θαμινὰ προϊὼν, ἀλλ' ἔνδον ἐν περιπάτῳ βραχὺ φῶς ἔχοντι χρηματίζων ἀεὶ, καὶ περὶ ἑσπέραν τὸ πλῆθος ἀποπέμπων, ἐξεβόησεν ἄφνω, πε-

ciis haberi, et Flaccum Gracchumque, ipsorum commoda publice curantes, tam miserabili mulctatos exitio.

XXXV. Post illos Livius Drusus, tribunus plebis, vir genere nobilis, sociis flagitantibus legem de civitate eis danda rursus promulgare est pollicitus. Id enim maxime cupiebant, quasi hac una ratione imperii participes futuri pro subditis. Tribunus, eo consilio gratiam plebis præoccupans, multas colonias deducebat in Italiam et Siciliam, decretas quidem jam ante, sed dilatas hactenus. Senatum quoque et equestrem ordinem, tunc maxime propter judicia dissidentes, conabatur æquis conditionibus invicem conciliare. Et quum senatui palam restituere judicia non posset, arte utrosque aggressus est. Nam quoniam senatores, propter crebras seditiones, vix trecentorum explebant numerum, promulgavit legem Drusus: ut par numerus ex equestri ordine in senatum adsciscerentur, delectu optimorum habito, atque ex his omnibus in posterum legerentur judices. Adjecitque legi, ut ab eisdem etiam de corruptelis judicum quæstiones exercerentur: quod malum jam pæne inter crimina haberi desierat, corruptelarum consuetudine effuse grassante. Hæc ad gratiam ab utrisque ineundam tentanti Druso, res præter opinionem cessit in contrarium. Nam et senatus moleste ferebat, subito tantum numerum equitum cooptari debere in ordinem amplissimum; quos verisimile erat, nova dignitate auctos, parum consensuros cum veteribus senatoribus. Equites contra suspicabantur, eo pertinere istud tribuni obsequium, ut posthac ad senatum solum, exclusis equitibus, judicia transferantur; eamque suspicionem, degustatis jam lucris non mediocribus una cum potentia, ægre patiebantur. Ad hæc quum numerosus esset equitum ordo, anxie multi atque suspiciose quærebant, quinam tandem, ut cæteris digniores, in trecentorum numerum essent adsciscendi? et prælatos secutura erat reliquorum invidia. Sed nihil æque reddebat sollicitos, ac revocari largitionum crimen ad tribunalia, quod ad eum diem, magno suo labore, et suam quidem in gratiam, penitus antiquatum putaverant.

XXXVI. Ita factum est, ut, quamvis male alioquin conveniret senatui cum equitibus, conspiraret tamen uterque ordo in Drusi odium; sola plebe gaudente colonis. Jam vero et socii Italici, quorum in gratiam potissimum hæc machinabatur tribunus, timebant sibi a lege de colonis: quippe per eam futurum erat, ut protinus ipsis ager Romanorum publicus (quem nondum divisum alii per vim occupatum, alii dissimulanter, colebant) eriperetur; ac de privatis etiam possessionibus multæ ipsis molestiæ exhiberentur. Et Etrusci Umbrique, eadem cum Italicis timentes, quum a consulibus, ut putabatur, in urbem essent acciti, revera quidem ad interficiendum Drusum, specie vero ad legem ejus accusandam, palam reclamabant, et exspectabant comitia. Quas res intelligens Drusus, quum raro in publicum procederet, sed domi suæ in atrio nonnihil obscuro multitudinem, quæ se volebat, admittens, sub vesperam dimittere eamdem soleret, accidit, ut subito,

πλῆχθαι· καὶ λέγων ἔτι, κατέπεσεν. Εὑρέθη δὲ ἐς τὸν μηρὸν αὐτῷ σκυτοτόμου μαχαίριον ἐμπεπηγμένον.

XXXVII. Οὕτω μὲν δὴ καὶ Δροῦσος ἀνῄρητο δημαρχῶν. Καὶ οἱ ἱππεῖς ἐπίβασιν ἐς συκοφαντίαν τῶν ἐχθρῶν τὸ πολίτευμα αὐτοῦ τιθέμενοι, Κόϊντον Οὐάριον δήμαρχον ἔπεισαν εἰσηγήσασθαι, κρίσεις εἶναι κατὰ τῶν τοῖς Ἰταλιώταις ἐπὶ τὰ κοινὰ φανερῶς ἢ κρύφα βοηθούντων· ἐλπίσαντες τοὺς δυνατοὺς ἅπαντας αὐτίκα εἰς ἔγκλημα ἐπίφθονον ὑπάξεσθαι, καὶ δικάσειν μὲν αὐτοὶ, γενομένων δ' ἐκείνων ἐκποδὼν, δυνατώτερον ἔτι τῆς πόλεως ἐπάρξειν. Τὸν μὲν δὴ νόμον ἀπαγορευόντων τῶν ἑτέρων δημάρχων μὴ τίθεσθαι, περιστάντες οἱ ἱππεῖς σὺν ξιφιδίοις γυμνοῖς ἐκύρωσαν. Ὡς δ' ἐκεκύρωτο, αὐτίκα τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν βουλευτῶν ἐπεγράφοντο κατήγοροι. Καὶ Βηστίας μὲν οὐδ' ὑπακούσας, ἑκὼν ἔφευγεν, ὡς οὐκ ἐκδώσων ἑαυτὸν ἐς χεῖρας ἐχθρῶν. Καὶ Κόττας, ἐπ' ἐκείνῳ, παρῆλθε μὲν ἐς τὸ δικαστήριον· σεμνολογήσας δὲ ὑπὲρ ὧν ἐπεπολίτευτο, καὶ λοιδορησάμενος τοῖς ἱππεῦσι φανερῶς, ἐξῄει τῆς πόλεως καὶ ὅδε πρὸ τῆς ψήφου. Μούμμιος δ', ὁ τὴν Ἑλλάδα ἑλὼν, αἰσχρῶς ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ τῶν ἱππέων, ὑποσχομένων αὐτὸν ἀπολύσειν, κατεκρίθη φεύγειν, καὶ ἐν Δήλῳ διεβίωσεν.

XXXVIII. Ἐπιπολάζοντος δ' ἐς πολὺ τοῦ κακοῦ κατὰ τῶν ἀρίστων, ὅ τε δῆμος ἤχθετο, τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε εἰργασμένων ἀνδρῶν ἀθρόως ἀφαιρούμενος. Καὶ οἱ Ἰταλοὶ, τοῦ τε Δρούσου πάθους πυνθανόμενοι, καὶ τῆς ἐς τὴν φυγὴν τούτων προφάσεως, οὐκ ἀνασχετὸν σφίσιν ἔτι ἡγούμενοι τοὺς ὑπὲρ σφῶν πολιτεύοντας τοιάδε πάσχειν, οὐδ' ἄλλην τινὰ μηχανὴν ἐλπίδος ἐς τὴν πολιτείαν ἔτι δρῶντες, ἔγνωσαν ἀποστῆναι Ῥωμαίων ἄντικρυς, καὶ πολεμεῖν αὐτοῖς κατὰ κράτος Κρύφα τε διεπρεσβεύοντο, συντιθέμενοι περὶ τῶνδε, καὶ ὅμηρα διέπεμπον ἐς πίστιν ἀλλήλοις. Ὧν ἐς πολὺ μὲν οὐκ ἐπῄσθοντο Ῥωμαῖοι διὰ τὰς ἐν ἄστει κρίσεις τε καὶ στάσεις. Ὡς δ' ἐπύθοντο, περιέπεμπον ἐς τὰς πόλεις ἀπὸ σφῶν τοὺς ἑκάστοις μάλιστα ἐπιτηδείους, ἀφανῶς τὰ γιγνόμενα ἐξετάζειν. Καί τις ἐκ τούτων, μειράκιον ὅμηρον ἰδὼν ἐξ Ἄσκλου πόλεως ἐς ἑτέραν ἀγόμενον, ἐμήνυσε τῷ περὶ τὰ χωρία ἀνθυπάτῳ Σερουϊλίῳ. Ἦσαν γὰρ, ὡς ἔοικε, τότε καὶ τῆς Ἰταλίας ἄρχοντες ἀνθύπατοι κατὰ μέρη· ὃ καὶ Ἀδριανὸς ἄρα μιμούμενος ὕστερον χρόνῳ πολλῷ, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν Ῥωμαίοις ἡγούμενος, ἀνεκαίνισε, καὶ μετ' αὐτὸν ἐπέμεινεν ἐς βραχύ. Ὁ δὲ Σερουΐλιος, θερμότερον ἐσδραμὼν ἐς τὸ Ἄσκλον, καὶ πανηγυρίζουσι τοῖς Ἀσκλαίοις χαλεπῶς ἀπειλῶν, ἀνῃρέθη, ὡς ὑπὸ ἤδη πεφωραμένων. Ἐπανῃρέθη δ' αὐτῷ καὶ Φοντήϊος, ὃς ἐπρέσβευεν αὐτῷ· καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐθνῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἑπομένους ἐς βοήθειαν. Πεσόντων δὲ τῶνδε, οὐδὲ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων τις ἦν φειδώ· ἀλλὰ τοὺς παρὰ σφίσι πάντας οἱ Ἀσκλαῖοι συνεκέντουν ἐπιτρέχοντες, καὶ τὰ ὄντα αὐτοῖς διήρπαζον.

XXXIX. Ἐκραγείσης δὲ τῆς ἀποστάσεως, ἅπαντα

ictum se esse, exclamaret, et dicto citius corrueret. Et in jacentis ifemore infixus culter sutorius deprehensus est.

XXXVII. Ita quidem et Drusus, tribunatu plebis fungens, interemtus est. Cæterum equites, istud ejus institutum in calumniarum materiam contra inimicos vertendo, auctores fuerunt Q. Vario tribuno plebis promulgandi legem, de reis faciendis quotquot sociis Italicis, viam ad rempublicam affectantibus, clam palamve favissent. Sperabant enim, mox potentissimum quemque objiciendum accusatoribus, sibique de tam invidioso crimine fore judicium; et sublatis per eam occasionem inimicis, majorem etiam posthac fore suam in republica potentiam. Cui rogationi quum intercederent cæteri tribuni, equites undique strictas sicas intentando, effecerunt ut lex perferretur. Et lege perlata, exstiterunt protinus, qui illustrioribus quibusque ex senatoribus actiones intenderent. Ex his Bestia sua sponte in exilium abiit, contemtis in jus vocantibus, quod se nollet inimicorum credere potestati. Post eum Cotta comparuit quidem in judicio : sed, luculenta ratione reddita administratæ a se reipublicæ, palam invectus in equites, Urbem et hic reliquit, non exspectatis judicum de se suffragiis. Mummius vero Achaicus turpiter illusus ab judicibus, eum se absoluturos pollicitis, exilio mulctatus est, et Deli dein vitam exegit.

XXXVIII. Hoc malo in optimum quemque magis magisque grassante, plebs permoleste ferebat, orbari se subito tot virorum tam præclare de republica meritorum præsentia. Italici vero socii, cognito et Drusi casu, et causa quæ horum virorum exilio prætendebatur; non amplius ferendum rati, ut tam indignis modis tractentur qui suam causam susciperent; neque vero aliam viam amplius ad obtinendum jus civitatis cernentes; decreverunt, a populo Romano palam deficere, eique bellum inferre totis viribus. Itaque per occultas legationes fœdus ineunt, et fœdera datis ultro citroque obsidibus confirmant. Quæ res sero cognita est in Urbe, judiciis seditionibusque intenta. Tandem re intellecta, senatus certos homines, qui cum quaque civitate maxime conjuncti essent, per civitates circummisit, ut veluti aliud agendo explorarent, quæ gererentur. Ex his unus, conspicatus adolescentem Asculanum, pro obside in aliam urbem ductum, indicavit Servilio, pro consule agenti in eis regionibus. Apparet enim, tunc quoque regiones Italiæ distributas fuisse proconsulibus : qui mos quidem longo post tempore renovatus est ab Adriano Imperatore, sed non diu post ejus obitum duravit. Servilius propere oppidum ingressus, et Asculanos, solenne patrium tunc celebrantes, minis deterrere conatus, ab eis interficitur, quod proditam jam defectionem intelligerent : simulque Fonteius, legatus ipsius, interiit. (Sic autem a Romanis vocantur, qui ex senatorio ordine, ut adjutores, sequuntur hos, qui præsunt provinciis.) His sublatis, nemini Romanorum, qui tum Asculi erant, parcitum est : omnes eodem oppidanorum impetu confossi, bona eorum direpta sunt.

XXXIX. Itaque aperta jam defectione, omnes finitimi

ὅσα τοῖς Ἀσκλαίοις ἔθνη γείτονα ἦν, συνεξέφανε τὴν παρασκευήν, Μάρσοι τε καὶ Πελίγνοι καὶ Οὐηστῖνοι καὶ Μαῤῥουκῖνοι, καὶ ἐπὶ τούτοις Πικεντῖνοι καὶ Φερεντανοὶ καὶ Ἱρπῖνοι καὶ Πομπηϊανοὶ καὶ Οὐενούσιοι καὶ Ἰάπυγες, Λευκανοί τε καὶ Σαυνῖται, χαλεπὰ Ῥωμαίοις καὶ πρὶν ἔθνη γενόμενα· ὅσα τε ἄλλα ἀπὸ Λίριος ποταμοῦ, ὃν νῦν μοι δοκοῦσι Λίτερνον ἡγεῖσθαι, ἐπὶ τὸν μυχόν ἐστι τοῦ Ἰονίου κόλπου πεζεύοντι καὶ περιπλέοντι. Πέμψασι δ' αὐτοῖς ἐς Ῥώμην πρέσβεις, αἰτιωμένους, ὅτι πάντα Ῥωμαίοις εἰς τὴν ἀρχὴν συνεργασάμενοι, οὐκ ἀξιοῦνται τῆς τῶν βεβοηθημένων πολιτείας, ἡ βουλὴ μάλα καρτερῶς ἀπεκρίνατο· Εἰ μεταγιγνώσκουσι τῶν γεγονότων, πρεσβεύειν ἐς αὐτήν· ἄλλως δὲ μή. Οἱ μὲν δὴ, πάντα ἀπογνόντες, ἐς παρασκευὴν καθίσταντο. Καὶ αὐτοῖς, ἐπὶ τῷ κατὰ πόλιν στρατῷ, κοινὸς ἦν ἱππέων τε καὶ πεζῶν ἕτερος ἐς δέκα μυριάδας. Καὶ Ῥωμαῖοι τὸν ἴσον αὐτοῖς ἀντεξέπεμπον, ἀπό τε σφῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ἔτι συμμαχούντων σφίσιν ἐθνῶν τῆς Ἰταλίας.

XL. Ἡγοῦντο δὲ Ῥωμαίων μὲν ὕπατοι Σέξτος τε Ἰούλιος Καῖσαρ, καὶ Πόπλιος Ῥουτίλιος Λοῦπος· ἄμφω γὰρ ὡς ἐς μέγαν δὴ καὶ ἐγχώριον πόλεμον ἐξῄεσαν, ἐπεὶ καὶ τὰς πύλας οἱ ὑπόλοιποι καὶ τὰ τείχη διὰ χειρὸς εἶχον, ὡς ἐπ' οἰκείῳ καὶ γείτονι μάλιστα ἔργῳ. Τό τε ποικίλον τοῦ πολέμου καὶ πολυμερὲς ἐνθυμούμενοι, ὑποστρατήγους τοῖς ὑπάτοις συνέπεμψαν τοὺς τότε ἀρίστους· ὑπὸ μὲν Ῥουτιλίῳ Γναῖόν τε Πομπήϊον, τὸν πατέρα Πομπηΐου τοῦ Μάγνου παρονομασθέντος, καὶ Κόϊντον Καιπίωνα, καὶ Γάϊον Περπένναν, καὶ Γάϊον Μάριον, καὶ Οὐαλέριον Μεσσάλαν· ὑπὸ δὲ Σέξτῳ Καίσαρι Πούπλιον Λέντλον, ἀδελφὸν αὐτοῦ Καίσαρος, καὶ Τίτον Δίδιον, καὶ Λικίνιον Κράσσον, καὶ Κορνήλιον Σύλλαν, καὶ Μάρκελλον ἐπὶ τοῖσδε. Τοσοίδε μὲν δὴ τοῖς ὑπάτοις, διελόμενοι τὴν χώραν, ὑπεστρατήγουν. Καὶ πάντας ἐπεπορεύοντο οἱ ὕπατοι· καὶ αὐτοῖς οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἑτέρους ὡς ἐς μέγαν ἀγῶνα ἔπεμπον ἑκάστοτε. Ἰταλοῖς δ' ἦσαν μὲν στρατηγοὶ καὶ κατὰ πόλεις ἕτεροι, κοινοὶ δ' ἐπὶ τῷ κοινῷ στρατῷ καὶ τοῦ παντὸς αὐτοκράτορες Τίτος Λαφρήνιος, καὶ Γάϊος Ποντίδιος, καὶ Μάριος Ἰγνάτιος, καὶ Κόϊντος Πομπαίδιος, καὶ Γάϊος Πάπιος, καὶ Μάρκος Λαμπώνιος, καὶ Γάϊος Ἰουδακίλιος, καὶ Ἕριος Ἀσίνιος, καὶ Οὐέττιος Κάτων. Οἳ τὸν στρατὸν ὁμοίως μερισάμενοι, τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς ἀντεκαθέζοντο· καὶ πολλὰ μὲν ἔδρασαν, πολλὰ δ' ἔπαθον. Ὧν ἑκατέρων, ἐν κεφαλαίῳ φράσαι, τὰ ἀξιολογώτατα ἦν τοιάδε.

XLI. Οὐέττιος μὲν Κάτων Σέξτον Ἰούλιον τρεψάμενός τε καὶ δισχιλίους κτείνας, ἐπὶ Αἰσερνίαν ἤλασε, ῥωμαΐζουσαν. Καὶ αὐτὴν οἱ μὲν συντάττοντες, Λεύκιός τε Σκιπίων, καὶ Λεύκιος Ἀκίλιος, θεραπόντων ἐσθῆτας ὑποδύντες, ἀπέδρασαν· χρόνῳ δὲ καὶ λιμῷ παρεστήσαντο οἱ πολέμιοι. Μάριος δὲ Ἰγνάτιος Οὐέναφρον ἑλὼν ἐκ προδοσίας, ἔκτεινε δύο Ῥωμαίων σπείρας ἐν αὐτῇ. Πρησενταῖος δὲ Πόπλιος Περπένναν

arma palam corripiunt, Marsi, Peligni, Vestini, Marrucini: eos sequuntur Picentini, Frentani, Hirpini, Pompeiani, Venusini, Apuli, Lucanique et Samnites, nationes jampridem Romanis infensæ: denique quidquid populorum a Liri (qui nunc, ut puto, Liternus est) usque ad intimum Adriaticum sinum, sive mediterranea Italiæ tenet, sive oram maritimam. Qui quum Romam legatos misissent conquestum, quod, quorum insigni opera atque auxilio Romanum partum sit imperium, ne ad jus quidem civitatis ab his, qui a se adjuti essent, admitterentur; fortiter omnino responsum a senatu est: Si resipuissent ab inceptis, legatos mittere posse; sin minus, supersederent. Hi igitur, nulla alia spe reliqua, ad bellum parandum sese convertunt. Et habebant, præter copias quæ singulis civitatibus præsidio erant, communem exercitum peditum equitumque centenorum fere millium. Cui numero parem populus Romanus emisit, tam ex urbanis copiis, quam ex auxiliis sociorum qui in fide permanserant.

XL. Et Romanis quidem copiis præerant Sex. Julius Cæsar, et P. Rupilius Lupus, consules. Ambobus enim tam gravis belli et in ipsa Italia grassantis imperium decretum est: et alii, tanquam in domestico et urbi proximo periculo, mœnia et portas præsidiis tenebant. Quum autem, varium fore bellum atque multiplex, appareret, legati consulibus additi sunt, viri ejus ætatis spectatissimi: Rutilio C. Pompeius, Magni pater, Q. Cæpio, C. Perpenna, C. Marius, Valerius Messala: Sex. Cæsari, P. Lentulus, ipsius Cæsaris frater, T. Didius, Licinius Crassus, Cornelius Sylla, M. Marcellus. Hi omnes sub auspiciis consulum præerant Romanis copiis: et, quum sua cuique provincia esset attributa, ad inspiciendos singulos ultro citroque proficiscebantur consules: et, subinde his ipsis alii quoque, velut in magno discrimine, ex urbe submittebantur. Sociis vero, præter singularum civitatum prætores, duces erant communibus copiis cum summo imperio præfecti, Titus Lafrenius (*vel* Afranius), C. Pontidius, Marius Egnatius; Q. Pompædius, C. Papius, M. Lamponius, C. Judacilius, Herius Asinius, Vettius Cato. Qui, pariter copiis inter se partiti, Romanis ducibus se opponebant. Et utrimque cum multa fortiter gesta, tum magnæ acceptæ clades sunt. Quarum rerum quæ quidem memoratu præ ceteris digna videntur, compendio referam.

XLI. Vettius Cato, in fugam conjecto Sex. Julio, cæsisque duobus millibus, adversus Æserniam duxit, quæ tum in fide Romani populi perstabat. Eam civitatem qui eduxerant, L. Scipio et L. Acilius, servorum habitu male elapsi sunt: eamdemque, post diuturnam obsidionem, fame tandem ad deditionem compulerunt hostes. Marius Egnatius, Venafro per proditionem capto, duas ibi Romanas cohortes concidit. P. Præsenteius Perpennam cum decem millibus

μυρίων ἀνδρῶν ἡγούμενον ἐτρέψατο, καὶ ἔκτεινεν ἐς τετρακισχιλίους, καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ πλέονος μέρους τὰ ὅπλα ἔλαβε· ἐφ' ὅτῳ Περπένναν Ῥουτίλιος ὕπατος παρέλυσε τῆς στρατηγίας, καὶ τὸ μέρος τοῦ στρατοῦ Γαΐῳ Μαρίῳ προσέθηκε. Μάρκος δὲ Λαμπώνιος τῶν ἀμφὶ Λικίνιον Κράσσον ἀνεῖλεν ἐς ὀκτακοσίους, καὶ τοὺς λοιποὺς ἐς Γρούμεντον πόλιν συνεδίωξε.

XLII. Γάϊος δὲ Πάπιος Νῶλάν τε εἷλεν ἐκ προδοσίας, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ Ῥωμαίοις, δισχιλίοις οὖσιν, ἐκήρυξεν, εἰ μεταθεῖντο, στρατεύσειν ἑαυτῷ. Καὶ τούσδε μὲν ὁ Πάπιος μεταθεμένους ἐστράτευεν. Οἱ δ' ἡγεμόνες αὐτῶν, οὐχ ὑπακούσαντες τῷ κηρύγματι, ἐλήφθησαν αἰχμάλωτοι, καὶ λιμῷ πρὸς τοῦ Παπίου διεφθάρησαν. Πάπιος δὲ καὶ Σταβίας εἷλε, καὶ Μίντερνον, καὶ Σάλερνον, ἣ Ῥωμαίων ἄποικος ἦν· καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν αἰχμαλώτους τε καὶ δούλους ἐστράτευεν. Ὡς δὲ καὶ Νουκερίας τὰ ἐν κύκλῳ πάντα κατέπρησεν· αἱ πλησίον αὐτῷ πόλεις, καταπλαγεῖσαι, προσετίθεντο, στρατιάν τε αἰτοῦντι παρέσχον ἐς μυρίους πεζοὺς, καὶ ἱππέας χιλίους. Μεθ' ὧν ὁ Πάπιος Ἀχέρραις παρεκάθητο. Σέξτου δὲ Καίσαρος Γαλατῶν πεζοὺς μυρίους, καὶ Νομάδας Μαυρουσίους ἱππέας καὶ πεζοὺς προσλαβόντος τε καὶ χωροῦντος ἐπὶ τὰς Ἀχέρρας· ὁ Πάπιος Ὀξύνταν, υἱὸν Ἰογόρθου τοῦ Νομάδων ποτὲ βασιλέως, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐν Οὐενουσίᾳ φυλαττόμενον, ἤγαγεν ἐκ τῆς Οὐενουσίας· καὶ περιθεὶς αὐτῷ πορφύραν βασιλικὴν, ἐπεδείκνυ θαμινὰ τοῖς Νομάσι τοῖς σὺν Καίσαρι. Πολλῶν δ' ὡς πρὸς ἴδιον βασιλέα αὐτομολούντων ἀθρόως, τοὺς μὲν λοιποὺς τῶν Νομάδων ὡς ὑπόπτους ὁ Καῖσαρ ἐς Λιβύην ἀπέπεμψε. Παπίου δὲ πελάσαντος αὐτῷ σὺν καταφρονήσει, καὶ μέρος ἤδη τοῦ χάρακος διασπῶντος, τοὺς ἱππέας ἐκπέμψας κατ' ἄλλας πύλας ἔκτεινε τοῦ Παπίου περὶ ἑξακισχιλίους. Καὶ ἐπὶ τῷδε Καῖσαρ μὲν ἐξ Ἀχερρῶν ἀνεζεύγνυεν. Ἰουδακιλίῳ δ' ἐν Ἰαπυγίᾳ προσετίθεντο Κανύσιοι καὶ Οὐενούσιοι, καὶ ἕτεραι πόλεις πολλαί. Τινὰς δὲ καὶ ἀπειθούσας ἐξεπολιόρκει, καὶ τῶν ἐν αὐταῖς Ῥωμαίων τοὺς μὲν ἐπιφανεῖς ἔκτεινε, τοὺς δὲ δημότας καὶ δούλους ἐστράτευε.

XLIII. Ῥουτίλιος δὲ ὁ ὕπατος, καὶ Γάϊος Μάριος ἐπὶ τοῦ Λίριος ποταμοῦ γεφύρας ἐς διάβασιν ἐξ οὐ πολλοῦ διαστήματος ἀπ' ἀλλήλων ἐπήγνυντο· καὶ Οὐέττιος Κάτων αὐτοῖς ἀντεστρατοπέδευε παρὰ τὴν Μαρίου μάλιστα γέφυραν, ἔλαθέ τε νυκτὸς περὶ τὴν Ῥουτιλίου γέφυραν λόχους ἐν φάραγξιν ἐνεδρεύσας. Ἅμα δ' ἕῳ τὸν Ῥουτίλιον διελθεῖν ὑπεριδὼν, ἀνέστησε τὰς ἐνέδρας, καὶ πολλοὺς μὲν ἔκτεινεν ἐπὶ τοῦ ξηροῦ, πολλοὺς δ' ἐς τὸν ποταμὸν κατῶσεν· ὅ τε Ῥουτίλιος αὐτὸς ἐν τῷδε τῷ πόνῳ βέλει τρωθεὶς ἐς τὴν κεφαλὴν, μετ' ὀλίγον ἀπέθανε. Καὶ Μάριος, ἐπὶ τῆς ἑτέρας ὢν γεφύρας, τὸ συμβὰν ἐκ τῶν φερομένων κατὰ τὸ ῥεῦμα σωμάτων εἰκάσας, τοὺς ἐν ποσὶν ὤσατο, καὶ τὸ ῥεῦμα περάσας, τὸν χάρακα τοῦ Κάτωνος ὑπ' ὀλίγων φυλαττόμενον εἷλεν· ὥστε τὸν Κάτωνα νυκτερεῦσαί τε ἔνθαπερ ἐνίκησε, καὶ ἀπο-

sibi occurrentem fugavit, cæsisque ad quater mille, reliquorum armis majori ex parte potitus est. Quamobrem Rutilius cos. ademto Perpennæ imperio, reliquias ejus exercitus C. Mario attribuit. M. Lamponius, Licinium Crassum aggressus, octingentos ex ejus militibus prostravit, reliquos in Grumentum oppidum compulit.

XLII. C. Papius, Nola per proditionem occupata, Romanorum duobus millibus, qui in præsidio erant, per caduceatorem ad se transeundi potestatem obtulit: et conditionem illi acceperunt, exceptis ducibus, quos comprehensos victor necavit inedia. Idem Papius et Stabias cepit, et Minturnas, (*f.* Liternum), Salernumque, Romanam coloniam; captivosque ex his oppidis factos, una cum servis, militum suorum numero adscripsit. Hinc postquam et omnem circum Nuceriam pervastavit agrum, finitima oppida, similis calamitatis metu, ad eum desciverunt, et petenti auxilium miserunt decem peditum millia, equites mille: quibus auctus Papius Acerras obsedit. Tum Sex. Cæsar, assumtis Gallorum peditum decem millibus, et Mauretanis Numidis equitibus peditibusque, castra cum eo prope Acerras contulit. Papius vero Oxyntam, Jugurthæ filium, regis olim Numidarum, e Venusina in qua tum asservabatur custodia eductum, ornatumque purpura, ostentabat ejus popularibus sub Cæsare militantibus. Quumque crebra eorum, ut ad proprium regem, fierent transfugia, consul cæteros, ut suspectos, remisit in Africam. Post hæc quum Papius temere ausus esset oppugnare castra consulis, jamque partem valli convelleret, Cæsar, emisso per aversam portam equitatu, circiter sex millia hostium interfecit: et post eam victoriam exercitum ab Acerris abduxit. Ad Judacilium autem in Apulia Canusini una cum Venusinis defecerunt, et multæ aliæ civitates. Nonnullas vero, abnuentes imperata facere, vi expugnavit: deprehensosque in his Romanos nobiliores necavit, plebeios vero et servos militibus suis immiscuit.

XLIII. Alter consulum Rutilius, et C. Marius, duos non longe inter se distantes pontes super Lirim construebant ad trajiciendas copias: adversus quos, propius pontem Marii, castra metatus Vettius Cato, dispositis noctu circa Rutilii pontem in valle quadam insidiis, primo mane trajicere eum passus est; sed mox ex insidiis aggressus, interfecit multos in sicco, multosque in fluvium egit præcipites. Et ipse Rutilius in ea pugna sauciatus capite, paulo post ex eo vulnere mortuus est. At Marius ad alterum pontem hærens, ubi illam calamitatem ex cadaveribus secundo fluvio delatis intellexit; propulsis qui sese opponebant, trajecit flumen, et castra hostium a paucis custodita expugnavit. Quo factum est, ut Cato pernoctarit eo loco ubi vicerat, et penuria commea-

ροῦντα ἀγορᾶς ἀναζεῦξαι περὶ τὴν ἕω. Ῥουτιλίου δὲ τοῦ σώματος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐπιφανῶν ἐπὶ ταφὴν ἐς Ῥώμην ἐνεχθέντων, ἥ τε ὄψις ἀηδὴς ἦν ὑπάτου καὶ τοσῶνδε ἄλλων ἀνῃρημένων· καὶ πολυήμερον ἐπὶ τῷδε πένθος ἠγέρθη. Καὶ ἀπὸ τοῦδε ἡ βουλὴ, τοὺς ἀποθνήσκοντας ἐν τοῖς πολέμοις, ἔκρινεν, ἔνθαπερ ἂν θάνωσι, θάπτεσθαι· τοῦ μὴ τοὺς λοιποὺς ἐκ τῆς ὄψεως ἀποτρέπεσθαι τῶν στρατειῶν. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ οἱ πολέμιοι, πυθόμενοι,περὶ σφῶν ἐψηφίσαντο.

XLIV. Ῥουτιλίῳ μὲν δὴ διάδοχος ἐπὶ λοιπὸν τοῦ ἔτους οὐκ ἐγένετο, Σέξτου Καίσαρος οὐκ ἀγαγόντος σχολὴν διαδραμεῖν ἐπὶ ἀρχαιρέσια ἐς Ῥώμην· τῆς δ' ὑπ' αὐτῷ στρατιᾶς ἡ βουλὴ προσέταξεν ἄρχειν Γαΐόν τε Μάριον, καὶ Κόϊντον Καιπίωνα. Τούτῳ τῷ Καιπίωνι Κόϊντος Πομπαίδιος ὁ ἀνιστράτηγος, οἷά τις αὐτόμολος, προσέφυγεν, ἄγων καὶ διδοὺς ἐνέχυρον δύο βρέφη δοῦλα, καθάπερ υἱεῖς, ἐσκευασμένα ἐσθῆσι περιπορφύροις. Ἐς δὲ πίστιν ἔφερε καὶ μάζας ἐκ μολίβδου, χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ περιβεβλημένας· καὶ ἐδεῖτο, κατὰ σπουδὴν αὐτῷ τὸν Καιπίωνα ἕπεσθαι μετὰ τῆς στρατιᾶς, ὡς καταληψόμενον αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον ἔρημον ἔτι ἄρχοντος. Καιπίων μὲν δὴ πειθόμενος, εἵπετο. Πομπαίδιος δὲ, πλησίον τῆς ἐσκευασμένης ἐνέδρας γενόμενος, ἀνέδραμεν ἔς τινα λόφον, ὡς κατοψόμενος τοὺς πολεμίους· καὶ σημεῖον αὐτοῖς ἐπῆρεν. Οἱ δὲ ἐκφανέντες, αὐτόν τε Καιπίωνα καὶ πολλοὺς σὺν αὐτῷ κατέκοψαν· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς στρατιᾶς Καιπίωνος ἡ σύγκλητος Μαρίῳ προσέζευξε.

XLV. Σέξτος δὲ Καῖσαρ μετὰ τρισμυρίων πεζῶν καὶ ἱππέων πεντακισχιλίων διεξιὼν τινα φάραγγα καὶ κρημνοὺς, ἄφνω προσπεσόντος αὐτῷ Μαρίου Ἰγνατίου, ἐς τὴν φάραγγα περιωσθεὶς, ἔφυγεν ἐπὶ κλίνης, διὰ νόσον, ἐπί τινα ποταμὸν οὗ μία γέφυρα ἦν· καὶ ἐνταῦθα τὸ πλέον τῆς στρατιᾶς ἀπολέσας καὶ τῶν ὑπολοίπων τὰ ὅπλα, μόλις ἐς Τεανὸν καταφυγὼν, ὥπλιζεν οὓς ἔτι εἶχεν, ὡς ἐδύνατο. Ἑτέρου δὲ πλήθους αὐτῷ κατὰ σπουδὴν ἐπελθόντος, ἐπὶ Ἀχέῤῥας ἔτι πολιορκουμένας ὑπὸ τοῦ Παπίου μετῄει. Καὶ οἵδε μὲν ἀλλήλοις ἀντιστρατοπεδεύοντες οὐκ ἐπεχείρουν οὐδέτερος οὐδετέρῳ διὰ φόβον.

XLVI. Μάρσους δὲ Κορνήλιος Σύλλας καὶ Γάϊος Μάριος, ἐπιθεμένους σφίσι, συντόνως ἐδίωκον, μέχρι θριγκοῖς ἀμπέλων ἐμπεσεῖν αὐτούς. Καὶ Μάρσοι μὲν τοὺς θριγκοὺς κακοπαθῶς ὑπερέβαινον· Μαρίῳ δὲ καὶ Σύλλᾳ διώκειν ὑπὲρ τοῦτ' οὐκ ἔδοξε. Κορνήλιος δὲ Σύλλας, ἐπὶ θάτερα τῶνδε τῶν ἀμπέλων στρατοπεδεύων, αἰσθόμενος τοῦ γεγονότος, ὑπήντα τοῖς ἐκφεύγουσι τῶν Μάρσων. Καὶ πολλοὺς καὶ ὅδε ἀπέκτεινεν· ὡς τὸν φόνον ἐκείνης τῆς ἡμέρας γενέσθαι περὶ πλείους ἑξακισχιλίων, ὅπλα δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ληφθῆναι πολὺ πλείονα. Μάρσοι μὲν δὴ, δίκην θηρίων, τῷ πταίσματι προσαγανακτοῦντες, αὖθις ὡπλίζοντο· καὶ παρεσκευάζοντο αὐτοῖς ἐπιέναι, προεπιχειρεῖν μὴ θαῤῥοῦσι, μηδὲ ἄρχειν μάχης. Ἔστι γὰρ τὸ ἔθνος πολεμικώτατον·

mane coactus sit inde discedere. Rutilii autem et aliorum nobilium non paucorum cadaveribus in Urbem ad sepulturam delatis, tristis visa est populo ea pompa consulis, totque aliorum defunctorum; et complurium dierum luctus excitatus est. Quapropter factum est senatusconsultum : Ut posthac defunctorum in bello corpora ibi humarentur, ubicunque cecidissent; ne ob eorum conspectum reliqui deterrerentur a militia. Illud decretum mox et hostes, ubi cognoverunt, imitati sunt.

XLIV. In reliquum anni nemo suffectus est Rutilio; quod Cæsari non vacaret in Urbem reverti ad comitia. Exercitum ejus senatus commisit C. Mario et Q. Cæpioni. Ad hunc Cæpionem Q. Pompædius, dux hostium transfugere se simulans, adduxit pro filiis obsidibus duos servos pueros, more ingenuorum prætextatos : et, quo magis fidem impetraret, massas quoque plumbi attulit auro argentoque obductas : simulque hortatus est, ut se duce confestim aggrederetur hostilem exercitum, dum is nullo regeretur imperio. Et Cæpio deceptus sequebatur hominem. Ut vero ad locum ventum est insidiis præparatum, Pompædius, quasi circumspecturus, ubinam hostes essent, in tumulum quemdam procurrit, et ibi signum dat suis. Illi provolantes, Cæpionem, et multos ex his qui cum eo erant, interficiunt. Reliquum ejus exercitum senatus ad Marii copias adjunxit.

XLV. Per idem tempus Sex. Cæsar peditum triginta millia, equitum quinque, per fauces quasdam et prærupta loca deducens, ex improviso irruente Mario Egnatio, in fauces repulsus est : unde quum, lectica propter morbum delatus, ad fluvium quemdam unico ponte pervium se recepisset; majori parte exercitus prope fluvium amissa, reliquis passim arma projicientibus, ægre se Teanum recepit. Ibi armatis quos reliquos habuit, acceptoque propere idoneo supplemento, ad Acerras, quæ a Papio adhuc obsessæ tenebantur, transiit. Sed ibi castris collatis, neuter alterum ausus est pugna lacessere.

XLVI. Corn. Sylla [?] et C. Marius Marsos, sese adortos, fortiter repulere, usque ad sepes vinetorum persecuti : quas quum hostis ægre transcenderet, Romanis non visum est hac eos insequi amplius. Corn. vero Sylla, qui ab altera vinetorum parte castra habebat, re intellecta, fugientibus occurrens, et ipse multos interfecit; ut ea die ex Marsis perierint supra sex millia, armorumque numerus multo major in potestatem venerit victorum. Ea clade magis etiam efferati sunt hostium animi; reparatisque viribus ultro rursus lacessiverunt Romanos, metu cessantes, neque pugnam committere ausos. Est enim pugnacissima gens Marsorum :

καί φασι, κατ' αὐτοῦ θρίαμβον ἐπὶ τῷδε τῷ πταίσματι γενέσθαι μόνῳ· λεγόμενον πρότερον, οὔτε κατὰ Μάρσων, οὔτε ἄνευ Μάρσων, γενέσθαι θρίαμβον.

XLVII. Περὶ δὲ τὸ Φάλερνον ὄρος, Γνάϊον Πομπήϊον Ἰουδακίλιος, καὶ Τίτος Λαφρήνιος, καὶ Πόπλιος Οὐεντίδιος ἐς ταυτὸν ἀλλήλοις συνελθόντες, ἐτρέποντο, καὶ κατεδίωκον ἐς πόλιν Φίρμον. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἐφ' ἕτερα ᾤχοντο· Λαφρήνιος δὲ παρεκάθητο Πομπηΐῳ, ἐς τὸ Φίρμον κατακεκλεισμένῳ. Ὁ δ' αὐτίκα μὲν ὁπλίζων τοὺς ὑπολοίπους, ἐς χεῖρας οὐκ ᾔει· προσελθόντος δὲ ἑτέρου στρατοῦ, Σουλπίκιον περιέπεμπεν, ὀπίσω τοῦ Λαφρηνίου γενέσθαι, καὶ αὐτὸς κατὰ μέτωπον ἐπῄει. Γενομένης δ' ἐν χερσὶ τῆς μάχης, καὶ πονουμένοιν ἀμφοῖν, ὁ Σουλπίκιος ἐνεπίμπρη τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον· καὶ τοῦθ' οἱ πολέμιοι κατιδόντες, ἐς Ἄσκλον ἔφευγον, ἀκόσμως ἅμα καὶ ἀστρατηγήτως· Λαφρήνιος γὰρ ἐπεπτώκει μαχόμενος. Πομπήϊος δὲ καὶ τὸ Ἄσκλον ἐπελθὼν ἐπολιόρκει.

XLVIII. Πατρὶς δ' ἦν Ἰουδακιλίου τὸ Ἄσκλον, καὶ δεδιὼς ὑπὲρ αὐτῆς ἠπείγετο, σπείρας ἄγων ὀκτώ. Προπέμψας δὲ τοῖς Ἀσκλαίοις ἐκέλευσεν, ὅταν αὐτὸν ἴδωσι πόῤῥωθεν ἐπιόντα, ἐκδραμεῖν ἐπὶ τοὺς περικαθημένους, ὡς τὸν ἀγῶνα τοῖς ἐχθροῖς ἑκατέρωθεν γενέσθαι. Ἀλλὰ Ἀσκλαῖοι μὲν ἀπώκνησαν. Ὁ δὲ Ἰουδακίλιος καὶ ὣς ἐς τὴν πόλιν διὰ μέσων τῶν πολεμίων ἐσδραμὼν μεθ' ὅσων ἐδυνήθη, ὠνείδισε μὲν αὐτοῖς τὴν ἀτολμίαν καὶ δυσπείθειαν. Οὐκ ἐλπίζων δ' ἔτι τὴν πόλιν περιέσεσθαι, τοὺς μὲν ἐχθρούς, οἳ τέως αὐτῷ διεφέροντο, καὶ τότε διὰ φθόνον τὸ πλῆθος ἐς ἃ παρήγγελλεν ἀπέτρεψαν, ἔκτεινε πάντας. Ἐν δὲ ἱερῷ πυρὰν νήσας, καὶ κλίνην ἐπιθεὶς ἐπὶ τῇ πυρᾷ, παρευωχήθη σὺν τοῖς φίλοις, καὶ προϊόντος τοῦ πότου φάρμακόν τε προσηνέγκατο, καὶ κατακλίνας αὑτὸν ἐπὶ τῆς πυρᾶς, ἐκέλευσε τοῖς φίλοις ἅψαι τὸ πῦρ. Καὶ Ἰουδακίλιος μὲν ὧδε φιλοτιμηθεὶς πρὸ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν, κατελύθη. Σέξτος δὲ Καῖσαρ, ἐξήκοντος αὐτῷ τοῦ χρόνου τῆς ἀρχῆς, ἀνθύπατος ὑπὸ τῆς βουλῆς αἱρεθείς, ἐπέδραμεν ἀνδράσι δισμυρίοις μεταστρατοπεδεύουσί ποι, καὶ ἔκτεινεν αὐτῶν ἐς ὀκτακισχιλίους, ὅπλα τε πολὺ πλειόνων ἔλαβε. Χρονίου δ' αὐτῷ τῆς περὶ τὸ Ἄσκλον οὔσης πολιορκίας, ἀποθνήσκων ἐκ νόσου, ἀντιστράτηγον ἀπέφηνε Γάϊον Βαίβιον.

XLIV. Καὶ τάδε μὲν ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν ἦν τὴν περὶ τὸν Ἰόνιον. Αἰσθόμενοι δ' αὐτῶν οἱ ἐπὶ θάτερα τῆς Ῥώμης Τυῤῥηνοὶ καὶ Ὀμβρικοί, καὶ ἄλλα τινὰ αὐτοῖς ἔθνη γειτονεύοντα, πάντες ἐς ἀπόστασιν ἠρεθίζοντο. Δείσασα οὖν ἡ βουλή, μὴ ἐν κύκλῳ γενόμενος αὐτοῖς ὁ πόλεμος ἀφύλακτος ᾖ, τὴν μὲν θάλασσαν ἐφρούρει τὴν ἀπὸ Κύμης ἐπὶ τὸ ἄστυ δι' ἀπελευθέρων, τότε πρῶτον ἐς στρατείαν δι' ἀπορίαν ἀνδρῶν καταλεγέντων. Ἰταλιωτῶν δὲ τοὺς ἔτι ἐν τῇ συμμαχίᾳ παραμένοντας ἐψηφίσατο εἶναι πολίτας· οὗ δὴ μάλιστα μόνου πάντες ἐπεθύμουν. Καὶ τάδε ἐς Τυῤῥηνοὺς περιέπεμπεν. Οἱ δὲ ἄσμενοι τῆς πολιτείας μετελάμ-

feruntque, nunquam de illis, nisi illa clade accepta, triumphatum esse; quum ad id tempus velut in proverbio fuisset, neque de Marsis, neque sine Marsis, triumphum agi posse.

XLVII. Circa Falerinum montem, Judacilius et T. Lafrenius (*vel* Afranius) et P. Ventidius (*f.* Vettius), conjunctis copiis, exercitum Cn. Pompeii fusum fugatumque intra Firmum oppidum compellunt. Ad cujus obsidionem Lafrenio relicto, alii duo in diversum abeunt. Pompeius, his qui cladi supererant armatis denuo a pugnando quidem abstinuit, adventante autem alio exercitu, Sulpicium per devia missum jussit Lafrenii terga invadere; ipse a fronte eumdem adortus est. Quumque dubio Marte certaretur, Sulpicius incendit castra hostium : quo viso, hostes Asculum incondita fuga, sine imperio, profugerunt; nam Lafrenius in ipsa pugna ceciderat. Hinc Pompeius oppugnare Asculum instituit.

XLVIII. Asculanus erat Judacilius : quapropter timens patriæ, cum octo cohortibus propere succurrit; simulque per nuncios monuit Asculanos, eruptionem facerent in obsessores, quamprimum procul advenientem ipsum conspicerent; ut hostis ancipiti premeretur prælio. Sed oppidani nihil movere ausi sunt. Judacilius nihilominus per medios hostes penetravit intra mœnia, sequentibus quotquot poterant : et exprobravit civibus timiditatem atque inobedientiam. Sed desperata salute civitatis, primum inimicos, cum ob pristinam simultatem, tum ob recentem culpam, quod ipsius invidia auctores civibus fuerant aspernandi ejus mandati, contrucidavit omnes. Mox rogo exstructo in templo, et lecto ei imposito, epulatus cum amicis, post prolixam compotationem venenum hausit : quo facto in rogo decubuit, hortatus amicos, ut faces subderent. Atque ita vitam finiit Judacilius, hanc gloriam captans, ut patriæ non esset superstes. Sex. Cæsari senatus in sequentem annum prorogavit cum consulari potestate imperium. Is jam proconsul, circiter XX M. hostium, dum castra movent, aggressus, stravit ex eis octo millia, et multo plures exuit armis. Sed dum circa Asculi obsidionem diutius hærere cogitur, morbo superatus, successorem sibi optavit C. Bæbium.

XLIX. Dum hæc ad mare superum geruntur: diversa parte Etrusci et Umbri, una cum aliis quibusdam finitimis populis, ad defectionem spectabant; invitati successu partium. Quo novo metu accedente, senatus, ne circumquaque hostibus cingeretur sollicitus, litoribus, quæ Cumas inter et Urbem patent, imposuit præsidia; quæ ex libertis lecta sunt, tum primum in militiam admissis ob virorum inopiam. Auctorque fuit senatus legis ferendæ, ut Italici, quotquot adhuc in fide permansissent, cives Romani fierent; id quod nimirum præcipue concupitum erat omnibus. Ea lex, dimissa circa Etruriæ populos, excepta ab his est avi

ϐανον. Καὶ τῇδε τῇ χάριτι ἡ βουλὴ τοὺς μὲν εὔνους εὐνουστέρους ἐποίησε, τοὺς δὲ ἐνδοιάζοντας ἐβεβαιώσατο· τοὺς δὲ πολεμοῦντας, ἐλπίδι τινὶ τῶν ὁμοίων πρᾳοτέρους ἐποίησε. Ῥωμαῖοι μὲν δὴ τούσδε τοὺς νεοπολίτας, οὐκ ἐς τὰς πέντε καὶ τριάκοντα φυλὰς, αἳ τότε ἦσαν αὐτοῖς, κατέλεξαν· ἵνα μὴ, τῶν ἀρχαίων πλέονες ὄντες, ἐν ταῖς χειροτονίαις ἐπικρατοῖεν. Ἀλλὰ δεκατεύοντες ἀπέφηναν ἑτέρας, ἐν αἷς ἐχειροτόνουν ἔσχατοι. Καὶ πολλάκις αὐτῶν ἡ ψῆφος ἀχρεῖος ἦν, ἅτε τῶν πέντε καὶ τριάκοντα προτέρων τε καλουμένων, καὶ οὐσῶν ὑπὲρ ἥμισυ. Ὅπερ, ἢ λαθὸν αὐτίκα, ἢ καὶ ὡς αὐτὸ ἀγαπησάντων τῶν Ἰταλιωτῶν, ὕστερον ἐπιγνωσθὲν, ἑτέρας στάσεως ἦρξεν.

L. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰόνιον, οὔπω τὴν Τυῤῥηνῶν μετάνοιαν ἐγνωκότες, μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ὁδὸν ἀτριβῆ καὶ μακρὰν, ἐς τὴν Τυῤῥηνίαν ἐπὶ συμμαχίᾳ περιέπεμπον. Καὶ αὐτοῖς ἐπιπεσὼν Γναῖος Πομπήϊος, ὕπατος ὢν ἤδη, διέφθειρεν ἐς πεντακισχιλίους· καὶ τῶν λοιπῶν ἐς τὰ σφέτερα δι' ἀπόρου χώρας καὶ χειμῶνος ἐπιπόνου διατρεχόντων, οἱ ἡμίσεις βαλανηφαγοῦντες διεφθάρησαν. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος Πόρκιος μὲν Κάτων, ὁ σύναρχος τοῦ Πομπηίου, Μάρσοις πολεμῶν ἀνῃρέθη. Λεύκιος δὲ Κλοέντιος Σύλλᾳ, περὶ τὰ Πομπαῖα ὄρη στρατοπεδεύοντι, μάλα καταφρονητικῶς ἀπὸ σταδίων τριῶν παρεστρατοπέδευε. Καὶ ὁ Σύλλας τὴν ὕβριν οὐκ ἐνεγκὼν, οὐδὲ τῶν ἰδίων τοὺς χορτολογοῦντας ἀναμείνας, ἐπέδραμε τῷ Κλοεντίῳ. Καὶ τότε μὲν ἡττώμενος ἔφευγε. Προσλαβὼν δὲ τοὺς χορτολογοῦντας, τρέπεται τὸν Κλοέντιον. Ὁ δ' αὐτίκα μὲν ποῤῥωτέρω μετεστρατοπέδευεν. Ἀφικομένων δ' αὐτῷ Γαλατῶν, αὖθις ἐπλησίαζε τῷ Σύλλᾳ, καὶ συνιόντων τῶν στρατῶν, Γαλάτης ἀνὴρ μεγέθει μέγας προδραμὼν προὐκαλεῖτό τινα Ῥωμαίων ἐς μάχην. Ὡς δ' αὐτὸν ὑποστὰς Μαυρούσιος ἀνὴρ βραχὺς ἔκτεινεν, ἐκπλαγέντες οἱ Γαλάται, αὐτίκα ἔφευγον. Παραλυθείσης δὲ τῆς τάξεως, οὐδ' ὁ ἄλλος ὅμιλος ἔτι τοῦ Κλοεντίου παρέμεινεν, ἀλλ' ἔφευγεν ἐς Νῶλαν ἀκόσμως. Καὶ ὁ Σύλλας αὐτοῖς ἑπόμενος, ἔκτεινεν ἐς τρισμυρίους ἐν τῷ δρόμῳ, καὶ τῶν Νωλαίων αὐτοὺς μιᾷ πύλῃ δεχομένων, ἵνα μὴ οἱ πολέμιοι σφίσι συνεσπέσοιεν, ἑτέρους ἔκτεινεν ἀμφὶ τοῖς τείχεσιν ἐς δισμυρίους· καὶ σὺν τοῖσδε Κλοέντιος ἀγωνιζόμενος ἔπεσε.

LI. Σύλλας δ' ἐς ἔθνος ἕτερον Ἱρπίνους μετεστρατοπέδευε, καὶ προσέβαλλε Αἰκουλάνῳ. Οἱ δὲ, Λευκανοὺς προσδοκῶντες αὐτῆς ἡμέρας σφίσιν ἐπὶ συμμαχίαν ἀφίξεσθαι, τὸν Σύλλαν καιρὸν ἐς σκέψιν ᾔτουν. Ὁ δ' αἰσθανόμενος τοῦ τεχνάσματος, ὥραν αὐτοῖς ἔδωκε, κἂν τῇδε ξυλίνῳ ὄντι τῷ τείχει κληματίδας περιτιθεὶς, μετὰ τὴν ὥραν ὑφῆπτεν· οἱ δὲ, δείσαντες, τὴν πόλιν παρεδίδουν. Καὶ τήνδε μὲν ὁ Σύλλας διήρπαζεν, ὡς οὐκ εὐνοίᾳ προσελθοῦσαν, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης· τῶν δ' ἄλλων ἐφείδετο προστιθεμένων, μέχρι τὸ Ἱρπίνων ἔθνος ἅπαν ὑπηγάγετο. Καὶ μετῆλθεν ἐπὶ Σαυνίτας, οὐχ ᾗ Μότιλος ὁ τῶν Σαυνιτῶν στρατηγὸς τὰς

dissime. Quo beneficio et amicos amplius devinxit senatus, et dubios in fide confirmavit, et hostem, spe quadam simili proposita, reddidit mitiorem. Novi autem illi cives Romani non in xxxv tribus, quæ tunc erant, sunt distributi; ne veteres in suffragiis vincerentur numero : sed in decem novas tribus contributi sunt, in quibus postremi ferrent suffragia. Quo factum est, ut sæpe inutiles fierent illorum calculi; quod veteres illæ triginta quinque tribus, quæ priores vocabantur ad suffragia, plusquam dimidium numeri conficerent. Quod consilium (sive non statim intellectum est a sociis; sive illi, modico contenti, tum non requirebant amplius) postea deprehensum, novarum seditionum fuit materia.

L. At superi maris accolæ, nondum cognito Etruscos mutasse sententiam, quindecim millia militum auxilio per devios calles circumduxerūt in Etruriam. Quos aggressus Cn. Pompeius, jam consul, interfecit ex eis quinque millia. Cæteri dum ad suos per loca aspera et invia, hieme quoque gravante, palantes se recipiunt, et famem solantur glandibus, dimidium eorum interiit. Eadem vero hieme Porcius Cato, Pompeii collega, Marsis bellum inferens, occisus est. Post hæc quum L. Cluentius Syllæ, ad Pompeianos montes castra metato, contemtim admodum ad tertium inde stadium castra opposuisset; Sylla, non ferens eam contumeliam, ne pabulatoribus quidem suis exspectatis, in eum fecit impetum. Et tunc quidem victus, se recepit : mox vero, receptis pabulatoribus, profligavit Cluentium, et castra in remotiorem locum transferre coegit. Qui deinde, auxiliis Gallicis auctus, rursus cum Sylla castra contulit. Postquam autem utrinque exercitus prodiit in aciem, immani statura Gallus procurrens provocabat ad singulare certamen ex Romanis aliquem. Quem quum exiguæ staturæ Numida confecisset, territi Galli confestim terga verterunt, jamque turbata acie nec reliqui Cluentiani perstiterunt, sed Nolam refugerunt trepidi. Quos Sylla persecutus, in ipsa fuga ad triginta millia cecidit : et quum non nisi per unicam portam in urbem reciperentur, metuentibus Nolanis ne hostis simul irrumperet; cæsa sunt circa muros alia viginti millia, et in his Cluentius, fortiter pugnans, occubuit.

LI. In Hirpinos inde movit Sylla, et Æculanum oppugnare instituit. Oppidani, qui ea ipsa die ab Lucanis auxilium exspectabant, tempus ad deliberandum postulant. Ille, dolo intellecto, dat horæ spatium : interim ad mœnia, quæ trabibus constabant, fasces sarmentorum admovet, eisque, præterlapso horæ spatio, admovet ignem. Quo metu territi [illegible], oppidum tradunt. Et illud quidem, utpote vi potius captum, quam voluntate traditum, diripiendum militibus concessit. Reliquis vero oppidis, quotquot se dedebant, pepercit : atque sic omnis populus Hirpinorum in fidem receptus est. Hinc in Samnium Sylla transtulit bellum; non per eos aditus quos servabat Mutilus,

παρόδους ἐφύλαττεν, ἀλλ' ἑτέραν ἀδόκητον ἐκ περιόδου. Προσπεσὼν δ' ἄφνω, πολλούς τε ἔκτεινε, καὶ τῶν ὑπολοίπων σποράδην διαφυγόντων, ὁ μὲν Μοτίλος τραυματίας ἐς Αἰσερνίαν σὺν ὀλίγοις κατέφυγεν. Ὁ δὲ Σύλλας, αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον ἐξελὼν, ἐς Βουάνον παρῆλθεν, ᾗ κοινοβούλιον ἦν τῶν ἀποστάντων. Τρεῖς δ' ἄκρας τῆς πόλεως ἐχούσης, καὶ τῶν Βουάνων ἐς τὸν Σύλλαν ἐπεστραμμένων, περιπέμψας τινὰς ὁ Σύλλας, ἐκέλευε καταλαβεῖν ἥντινα τῶν ἄλλων δυνηθεῖεν ἄκραν, καὶ καπνῷ τοῦτο σημῆναι. Γενομένου δὲ τοῦ καπνοῦ, συμβαλὼν τοῖς ἐκ μετώπου, καὶ μαχόμενος ὥραις τρισὶ καρτερῶς, εἷλε τὴν πόλιν. Καὶ τάδε μὲν ἦν τοῦδε τοῦ θέρους εὐπραγήματα Σύλλα. Χειμῶνος δ' ἐπιόντος ὁ μὲν ἐς Ῥώμην ἀνέστρεφεν, ἐς ὑπατείαν παραγγέλλων.

LII. Γναῖος δὲ Πομπήϊος ὑπηγάγετο Μάρσους, καὶ Μαῤῥουκίνους, καὶ Οὐηστίνους. Καὶ Γάϊος Κοσκώνιος, ἕτερος Ῥωμαίων στρατηγὸς, ἐπελθὼν, Σαλαπίαν τε ἐνέπρησε, καὶ Κάννας παρέλαβε, καὶ Κανύσιον περικαθήμενος Σαυνίταις ἐπελθοῦσιν ἀντεμάχετο ἐγκρατῶς· μέχρι φόνος πολὺς ἑκατέρων ἐγένετο, καὶ ὁ Κοσκώνιος ἐλαττούμενος ἐς Κάννας ὑπεχώρει. Τρεβάτιος δ' αὐτὸν ὁ τῶν Σαυνιτῶν στρατηγὸς, ποταμοῦ διείργοντος, ἐκέλευεν ἢ περᾶν ἐπ' αὐτὸν ἐς μάχην, ἢ ἀναχωρεῖν, ἵνα περάσειεν. Ὁ δ' ἀναχωρεῖ, καὶ διαβάντι τῷ Τρεβατίῳ προσπεσὼν, μάχῃ τε κρείττων ἐγένετο, καὶ φεύγοντος ἐπὶ τὸ ῥεῦμα αὐτοῦ, μυρίους καὶ πεντακισχιλίους διέφθειρεν· οἱ δὲ λοιποὶ μετὰ τοῦ Τρεβατίου διέφυγον ἐς Κανύσιον. Καὶ ὁ Κοσκώνιος τὴν Λαριναίων καὶ Οὐενουσίων καὶ Ἀσκλαίων ἐπιδραμὼν, ἐς Ποδίκλους ἐσέβαλε, καὶ δυσὶν ἡμέραις τὸ ἔθνος παρέλαβε.

LIII. Καικίλιος δ' αὐτῷ Μέτελλος ἐπελθὼν ἐπὶ τὴν στρατηγίαν διάδοχος, ἐς Ἰάπυγας ἐμβαλὼν, ἐκράτει καὶ ὅδε μάχῃ τῶν Ἰαπύγων. Καὶ Πομπαίδιος, ἄλλος τῶν ἀφεστώτων στρατηγὸς, ἐνταῦθα ἔπεσεν· οἱ δὲ λοιποὶ σποράδην εἰς τὸν Καικίλιον διέφυγον. Καὶ τάδε μὲν ἦν περὶ τὴν Ἰταλίαν ἀμφὶ τὸν συμμαχικὸν πόλεμον· ἀκμάσαντα δὴ μάλιστα μέχρι τῶνδε, ἕως Ἰταλία πᾶσα προσεχώρησεν ἐς τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν, χωρίς γε Λευκανῶν καὶ Σαυνιτῶν τότε· δοκοῦσι γάρ μοι καὶ οἵδε τυχεῖν ὧν ἔχρῃζον ὕστερον. Ἐς δὲ τὰς φυλὰς, ὅμοια τοῖς προτυχοῦσιν, ἕκαστοι κατελέγοντο, τοῦ μὴ τοῖς ἀρχαίοις ἀναμεμιγμένοι ἐπικρατεῖν ἐν ταῖς χειροτονίαις, πλέονες ὄντες.

LIV. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου κατὰ τὸ ἄστυ οἱ χρῆσται πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν· οἱ μὲν, πράττοντες τὰ χρέα σὺν τόκοις, νόμου τινὸς παλαιοῦ διαγορεύοντος, μὴ δανείζειν ἐπὶ τόκοις, ἢ ζημίαν τὸν οὕτω δανείσαντα προσοφλεῖν. Ἀποστραφῆναι γάρ μοι δοκοῦσιν οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, καθάπερ Ἕλληνες, τὸ δανείζειν, ὡς καπηλικὸν, καὶ βαρὺ τοῖς πένησι, καὶ δύσερι καὶ ἐχθροποιόν· ᾧ λόγῳ καὶ Πέρσαι τὸ κιχρᾶσθαι, ὡς ἀπατηλόν τε καὶ φιλοψευδές. Ἔθους δὲ χρονίου τοὺς τόκους βεβαιοῦντος, οἱ μὲν κατὰ τὸ ἔθος ᾔτουν, οἱ δὲ

dux Samnitium, sed per ambages qua minime putabatur hostis venturus. Itaque repente multi oppressi sunt; reliqui passim fuga dispersi. Mutilus saucius cum paucis Æserniam eadem fuga pervenit. Sylla, expugnatis ejus castris, duxit ad Bovianum, in qua rebellium populorum concilium agitabatur. Et quum tres arces haberet id oppidum, Boviancnsibus ab una parte in Syllam intentis, circummissæ aliquot cohortes jussæ sunt diversa parte utram possent ex alteris duabus arcibus capere, et fumo id significare. Quod ubi successit, Sylla, aggressus eos qui a fronte ipsi erant, post trium horarum validam oppugnationem, potitus est oppido. Et his quidem rebus per eam æstatem prospere gestis sub hiemem Sylla ad consulatum petendum in Urbem est profectus.

LII. At Cn. Pompeius Marsos, Marrucinos, Vestinosque subegit. Diversa parte C. Cosconius prætor Salapiam vi captam incendit, et Cannas in fidem recepit : sed ab obsidione Canusii, superventu Samnitium, post acrem pugnam, edita utrinque magna strage, repulsus, ad Cannas coactus est sese recipere. Cæterum Trebatius, Samnitium imperator, dirimente exercitus fluvio denunciavit Cosconio, ut trajiceret commissurus prælium, aut retrocederet, dum ipse trajecisset. Cosconius retrocedere maluit : et Trebatium, quamprimum trajecit, aggressus superavit : fugientesque persecutus, in amnem præcipites egit, ita ut ex eis xv millia perirent : reliqui una cum Trebatio intra Canusium refugerunt. Tum Cosconius, in Larinatium, Venusinorum, Asculorumque fines incursatione facta Pœdiculos invasit, et intra biduum totam gentem in deditionem accepit.

LIII. Hujus in prætura successor Cæcilius Metellus, accepto exercitu, Apulos adortus prælio vicit : quo prælio Pompædius, unus ex defectionis autoribus, periit : reliquiæ cladis sparsim ad victorem transfugerunt. Atque ita Bellum Sociale maxima contentione gestum est hactenus; donec universa Italia civitatem Romanam adepta est, exceptis Lucanis et Samnitibus; qui tamen aliquanto post pariter compotes voti facti fuisse mihi videntur. Digesti sunt autem in suas tribus, quemadmodum ii, qui paulo ante fuerant recepti; ne permixti veteribus civibus, ut numero, ita suffragiis vincerent.

LIV. Per idem vero tempus et in urbe ob æs alienum exorta est seditio; dum quidam acerbius usuras exigunt, contra quam cautum esset antiquis legibus; quibus vetitum erat, pecuniam in fœnore ponere, addita pœna si quis stipulata sibi usura pecuniam mutuo daret. Videntur enim illi prisci Romani, sicut et Græci, abhorruisse a fœnore, ut sordida negotiatione, molesta pauperibus, et litium inimicitiarumque materia. Qua ratione et apud Persas ipsum mutuari etiam turpe habebatur, velut cum fraude et mendacio plerumque conjunctum. Sed quia veteri jam more fœnus apud Romanos receptum fuerat, fœneratores illud

οἷον ἐκ πολέμων τε καὶ στάσεων ἀνεβάλλοντο τὰς ἀποδόσεις· εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὴν ζημίαν τοὺς δανείσαντας ἐκτίσειν ἐπηπείλουν. Ὅ τε στρατηγὸς Ἀσελλίων, ᾧ ταῦτα προσέκειτο, ἐπεὶ διαλύων αὐτοὺς οὐκ ἔπειθεν, ἐδίδου κατ' ἀλλήλων αὐτοῖς δικαστήρια· τὴν ἐκ τοῦ νόμου καὶ ἔθους ἀπορίαν ἐς τοὺς δικαστὰς περιφέρων. Οἱ δανεισταὶ δὲ, χαλεπήναντες ὅτι τὸν νόμον παλαιὸν ὄντα ἀνεκαίνιζε, κτείνουσιν αὐτὸν ὧδε. Ὁ μὲν ἔθυε τοῖς Διοσκούροις ἐν ἀγορᾷ, τοῦ πλήθους ὡς ἐπὶ θυσίᾳ περιστάντος· ἑνὸς δὲ λίθου τοπρῶτον ἐπ' αὐτὸν ἀφεθέντος, ἔῤῥιψε τὴν φιάλην, καὶ ἐς τὸ Ἑστίας ἱερὸν ἵετο δρόμῳ. Οἱ δὲ αὐτὸν προλαβόντες τε ἀπέκλεισαν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, καὶ καταφυγόντα ἔς τι πανδοχεῖον ἔσφαξαν. Πολλοί τε τῶν διωκόντων, ἐς τὰς παρθένους αὐτὸν ἡγούμενοι καταφυγεῖν, ἐσέδραμον ἔνθα μὴ θέμις ἦν ἀνδράσιν. Οὕτω μὲν καὶ Ἀσελλίων, στρατηγῶν τε καὶ σπένδων, καὶ ἱερὰν καὶ ἐπίχρυσον ἐσθῆτα ὡς ἐν θυσίᾳ περικείμενος, ἀμφὶ δευτέραν ὥραν ἐσφάζετο ἐν ἀγορᾷ μέσῃ παρὰ ἱεροῖς. Καὶ ἡ σύγκλητος ἐκήρυσσεν, εἴ τις τι περὶ τὸν Ἀσελλίωνος φόνον ἐλέγξειεν, ἐλευθέρῳ μὲν ἀργύριον, δούλῳ δὲ ἐλευθερίαν, συνεγνωκότι δὲ ἄδειαν· οὐ μὴν ἐμήνυσεν οὐδεὶς, τῶν δανειστῶν περικαλυψάντων.

LV. Τάδε μὲν δὴ φόνοι καὶ στάσεις ἔτι ἦσαν ἐμφύλιοι κατὰ μέρη. Μετὰ δὲ τοῦτο στρατοῖς μεγάλοις οἱ στασίαρχοι πολέμου νόμῳ συνεπλέκοντο ἀλλήλοις, καὶ ἡ πατρὶς ἆθλον ἔκειτο ἐν μέσῳ. Ἀρχὴ δ' ἐς ταῦτα καὶ πάροδος εὐθὺς ἐπὶ τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ ἥδε ἐγίγνετο. Ἐπειδὴ Μιθριδάτης, ὁ τοῦ Πόντου καὶ ἄλλων ἐθνῶν βασιλεὺς, ἐς Βιθυνίαν καὶ Φρυγίαν καὶ τὴν ὅμορον αὐταῖς Ἀσίαν ἐνέβαλεν, ὥς μοι κατὰ τὴν βίβλον εἴρηται τὴν πρὸ τῆσδε· Σύλλας μὲν ὑπατεύων ἔλαχε στρατηγεῖν τῆς Ἀσίας καὶ τοῦδε τοῦ Μιθριδατείου πολέμου· καὶ ἦν ἔτι ἐν Ῥώμῃ. Μάριος δὲ, τὸν πόλεμον εὐχερῆ τε καὶ πολύχρυσον ἡγούμενος εἶναι, καὶ ἐπιθυμῶν τῆς στρατηγίας, ὑπηγάγετό οἱ συμπράσσειν ἐς τοῦτο Πούπλιον Σουλπίκιον δήμαρχον ὑποσχέσεσι πολλαῖς· καὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας νεοπολίτας, μειονεκτοῦντας ἐπὶ ταῖς χειροτονίαις, ἐπήλπιζεν ἐς τὰς φυλὰς ἁπάσας διαιρήσειν· οὐ προλέγων μέν τι περὶ τῆς ἑαυτοῦ χρείας, ὡς δὲ ὑπηρέταις ἐς πάντα χρησόμενος εὔνοις. Καὶ νόμον αὐτίκα ὁ Σουλπίκιος ἐσέφερε περὶ τοῦδε· οὗ κυρωθέντος ἔμελλε πᾶν, ὅ τι βούλοιτο Μάριος ἢ Σουλπίκιος, ἔσεσθαι, τῶν νεοπολιτῶν πολὺ παρὰ τοὺς ἀρχαίους πλειόνων ὄντων. Οἱ δ' ἀρχαιότεροι, συνορῶντες ταῦτα, ἐγκρατῶς τοῖς νεοπολίταις διεφέροντο. Ξύλοις δὲ καὶ λίθοις χρωμένων αὐτῶν ἐς ἀλλήλους, καὶ μείζονος ἀεὶ γιγνομένου τοῦ κακοῦ, δείσαντες οἱ ὕπατοι περὶ τῇ δοκιμασίᾳ τοῦ νόμου πλησιαζούσῃ, προύγραψαν ἡμερῶν ἀργίας πολλῶν, ὁποῖον ἐν ταῖς ἑορταῖς εἴωθε γίγνεσθαι· ἵνα τις ἀναβολὴ γένοιτο τῆς χειροτονίας καὶ τοῦ κακοῦ.

LVI. Σουλπίκιος δὲ, τὴν ἀργίαν οὐκ ἀναμένων, ἐκέλευε τοῖς στασιώταις εἰς τὴν ἀγορὰν ἥκειν μετὰ

pro more reposcebant : debitores vero, bellum et seditiones causando, differebant reddere : nec deerant qui urgentibus multam legis etiam minitarentur. Tum Asellio prætor, cujus ea erat jurisdictio, quia conciliare partes conatus nihil proficiebat, permisit eis, ut ex lege coram judicibus agerent; adeoque difficultatem eam, quæ ex repugnantia legis cum more oriebatur, declinans, judices in eamdem implicuit. Fœneratores autem, ægre ferentes renovari veterem legem, prætorem tollunt e medio, ad hunc modum. Sacrum is faciebat in foro, ad ædem Castorum, circumstante ut fit frequenti multitudine : quumque unus quispiam petisset eum lapide, abjecta phiala ad ædem Vestæ currere cœpit; sed præventus, et æde exclusus, dum in caupona quadam quærit latebras, jugulatus est. In eo tumultu multi, rati ad Vestales eum confugisse, dum avidius insectantur, penetraverunt quo nefas est ingredi viros. Sic Asellio prætor in ipso magistratu, amictus, ut in sacrificio, sacra aurataque veste, circiter horam diei secundam in medio foro inter sacrificandum occisus est. Senatus per præconem auctorum ejus cædis indici futuro ostentavit præmium, libero pecuniam, servo libertatem, conscio impunitatem : at nemo tamen index exstitit, fœneratoribus rem tegentibus.

LV. Adhuc quidem cædes civiles intra singulos homines substiterant : et seditiones passim fuerant, non bella civilia. Sed posthac factionum principes numerosis exercitibus, ut in bello mos est, rem gesserunt adversus se invicem : et victoriæ præmium petebatur patria. Quarum contentionum occasio protinus post finem Socialis belli enata est hujusmodi. Postquam Mithridates, Ponti aliarumque gentium rex, Bithyniam et Phrygiam confinemque his Asiam invasit, ut superiori libro est expositum; Sylla, tunc consul, Asiam cum Mithridatico bello sortitus est provinciam. Qui quum nondum ab urbe esset digressus, Marius, arbitratus id bellum plus lucri quam difficultatis habiturum, cupidusque imperii ejus belli, multis pollicitationibus induxit P. Sulpicium tribunum plebis, ut sibi adesset : spemque fecit novis civibus, fore ut jure suffragiorum æquarentur veteribus, et per tribus distribuerentur; dissimulans quidem interim, suum se negotium agere, et ad operam sibi navandam captare illorum benevolentiam. Nec mora : Sulpicius legem super hac re promulgat; quæ si fuisset perlata, ipsius Marii Sulpiciique arbitratu gerenda erant omnia : in tantum numero præpollebat recentium civium accessio. Id animadvertentes veteres cives, totis viribus resistebant novis; et ad manus tandem ad saxaque devenit contentio, et quotidie latius manavit malum. Itaque consules, timentes comitia quibus de illa lege suffragia ferri debebant, ut ea comitia una cum periculo differrentur, indixerunt in multos dies ferias, quales in festis solemnibus esse solent.

LVI. At Sulpicius, nil moratus eas ferias, jussit factionem suam in foro præsto esse, sicis sub veste accinctam;

κεκρυμμένων ξιφιδίων, καὶ δρᾶν ὅ τι ἐπείγοι, μηδ' αὐτῶν φειδομένους τῶν ὑπάτων, εἰ δέοι. Ὡς δὲ αὐτῷ πάντα ἕτοιμα ἦν, κατηγόρει τῶν ἀργιῶν ὡς παρανόμων, καὶ τοὺς ὑπάτους Κορνήλιον Σύλλαν καὶ Κοΐντον Πομπήϊον ἐκέλευεν αὐτὰς αὐτίκα ἀναιρεῖν, ἵνα προθείη τὴν δοκιμασίαν τῶν νόμων. Θορύβου δ' ἀναστάντος, οἱ παρεσκευασμένοι τὰ ξιφίδια ἐσπάσαντο, καὶ τοὺς ὑπάτους ἀντιλέγοντας ἠπείλουν κτενεῖν· μέχρι Πομπήϊος μὲν λαθὼν διέφυγε, Σύλλας δὲ ὡς βουλευσόμενος ὑπεχώρει. Κἀν τῷδε Πομπηΐου τὸν υἱόν, κηδεύοντα τῷ Σύλλᾳ, παρρησιαζόμενόν τι καὶ λέγοντα, κτείνουσιν οἱ τοῦ Σουλπικίου στασιῶται. Καὶ ὁ Σύλλας ἐπελθὼν ἐβάστασε τὴν ἀργίαν· ἔς τε Καπύην ἐπὶ τὸν ἐκεῖ στρατόν, ὡς ἐκ Καπύης ἐς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ τὸν Μιθριδάτου πόλεμον διαβαλῶν, ἠπείγετο· οὐ γάρ πω τινὸς τῶν ἐπ' αὐτῷ πραττομένων ᾔσθετο. Ὁ δὲ Σουλπίκιος, ἀναιρεθείσης τῆς ἀργίας, καὶ Σύλλα τῆς πόλεως ἀποστάντος, ἐκύρου τὸν νόμον· καὶ, οὗ χάριν ταῦτα ἐγίγνετο, Μάριον εὐθὺς ἐχειροτόνει τοῦ πρὸς Μιθριδάτην πολέμου στρατηγεῖν ἀντὶ Σύλλα.

LVII. Πυθόμενος δ' ὁ Σύλλας, καὶ πολέμῳ κρίνας διακριθῆναι, συνήγαγε τὸν στρατὸν εἰς ἐκκλησίαν, καὶ τόνδε τῆς ἐπὶ τὸν Μιθριδάτην στρατείας ὀρεγόμενόν τε, ὡς ἐπικερδοῦς, καὶ νομίζοντα Μάριον ἐς αὐτὴν ἑτέρους καταλέξειν ἀνθ' ἑαυτῶν. Τὴν δ' ὕβριν ὁ Σύλλας τὴν ἐς αὐτὸν εἰπὼν Σουλπικίου τε καὶ Μαρίου, καὶ σαφὲς οὐδὲν ἄλλο ἐπενεγκὼν (οὐ γὰρ ἐτόλμα πω λέγειν περὶ τοιοῦδε πολέμου), παρήνεσεν ἑτοίμοις ἐς τὸ παραγγελλόμενον εἶναι. Οἱ δὲ, συνιέντες τε ὧν ἐπενόει, καὶ περὶ σφῶν δεδιότες, μὴ τῆς στρατείας ἀποτύχοιεν, ἀπεγύμνουν αὐτοὶ τὸ ἐνθύμημα τοῦ Σύλλα, καὶ ἐς Ῥώμην σφᾶς ἄγειν θαῤῥοῦντα ἐκέλευον. Ὁ δὲ, ἡσθεὶς, ἦγεν ἓξ τέλη στρατιωτῶν αὐτίκα. Καὶ αὐτὸν οἱ μὲν ἄρχοντες τοῦ στρατοῦ, χωρὶς ἑνὸς ταμίου, διέδρασαν ἐς Ῥώμην, οὐχ ὑφιστάμενοι στρατὸν ἄγειν ἐπὶ τὴν πατρίδα. Πρέσβεις δ' ἐν ὁδῷ καταλαβόντες, ἠρώτων, τί μεθ' ὅπλων ἐπὶ τὴν πατρίδα ἐλαύνοι; Ὁ δ' εἶπεν, Ἐλευθερώσων αὐτὴν ἀπὸ τῶν τυραννούντων. Καὶ τοῦτο δὶς καὶ τρὶς ἑτέροις καὶ ἑτέροις πρέσβεσιν ἐλθοῦσιν εἰπὼν, ἐπήγγελλεν ὅμως· εἰ θέλοιεν τήν τε σύγκλητον αὐτῷ καὶ Μάριον καὶ Σουλπίκιον εἰς τὸ Ἄρειον πεδίον συναγαγεῖν, καὶ πράξειν ὅ τι ἂν βουλευομένοις δοκῇ. Πλησιάζοντι δὲ Πομπήϊος μὲν ὁ σύναρχος, ἐπαινῶν καὶ ἀρεσκόμενος τοῖς γιγνομένοις, ἀφίκετο, συμπράξων ἐς ἅπαντα. Μάριος δὲ καὶ Σουλπίκιος ἐς παρασκευὴν ὀλίγου διαστήματος δεόμενοι, πρέσβεις ἑτέρους ἔπεμπον, ὡς δὴ καὶ τούσδε ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀπεσταλμένους· δεόμενοι, μὴ ἀγχοτέρω τεσσαράκοντα σταδίων τῇ Ῥώμῃ παραστρατοπεδεύειν, μέχρι ἐπισκέψαιντο περὶ τῶν παρόντων. Σύλλας δὲ καὶ Πομπήϊος τὸ ἐνθύμημα σαφῶς εἰδότες, ὑπέσχοντο μὲν, ὧδε πράξειν· εὐθὺς δὲ τοῖς πρέσβεσιν ἀπιοῦσιν εἵποντο.

LVIII. Καὶ Σύλλας μὲν τὰς Κοιλίας πύλας καὶ τὸ παρ' αὐτὰς τεῖχος ἑνὶ τέλει στρατιωτῶν κατελάμβανε,

quibus ubicumque opus fuisset, et vel contra ipsos consules, si res postularet, uterentur. Quibus rebus præparatis, accusare cœpit eas ferias ut illegitimas; jubens Syllam et Q. Pompeium coss. confestim eas tollere, ut plebi committantur suffragia de legibus. Inde tumultu exorto, stringuntur ex composito sicæ, et consulibus contradicentibus intentantur; donec Pompeius clam elapsus est, Sylla vero velut ad deliberandum secessit. Interim Pompeius, consulis filius, Syllæ gener, nescio quid liberius locutus, a Sulpicianis interficitur. Ac mox Sylla reversus ferias sustulit : properatoque itinere Capuam ad exercitum profectus est, inde porro contra Mithridatem trajecturus in Asiam : nihildum enim eorum quæ contra se parabantur, senserat. Sulpicius vero, sublatis feriis, et Sylla ab Urbe profecto, perfert legem : ac protinus Marium, cujus in gratiam ista comparata erant, plebis suffragiis designat imperatorem belli Mithridatici.

LVII. Ea re cognita Sylla, armis decernere secum constituens, in concionem advocat milites, et ipsos expeditionis in Mithridatem, lucri spe, cupidos, et arbitrantes, Marium alios milites ad eam militiam conscripturum. Ibi igitur commemoratis injuriis, quibus esset a Sulpicio Marioque affectus, et nihil præterea manifeste pronuncians (nondum enim audebat talis belli mentionem inducere), hortatus est milites, ut parati essent ad jussa facienda. Illi, intellecta ejus mente, veriti, ne expeditionis spe adversus Mithridatem suscipiendæ exciderent, aperiunt ipsi illam Syllæ dissimulationem; jubentes cum bono animo esse, et ad Urbem sese ducere. Itaque lætus Sylla confestim sex legiones Romam versus ducit : quarum præfecti, præter unicum quæstorem, omnes deserto exercitu in urbem properaverunt, non sustinentes contra patriam militare. Proficiscenti Syllæ occurrunt ex urbe legati : quibus interrogantibus, quid ita patriam armatus peteret? respondit, ut eam liberaret a tyrannis. Idem responsum quum iterum atque tertio aliis post alios legatis dedisset, pollicebatur tamen, si velit senatus cum Mario Sulpicioque in campo Martio sibi præsto esse, acturum se omnia de communi consilio. Jam vero appropinquanti occurrit collega Pompeius; et, comprobans laudansque factum ejus, operam suam ad omnia obtulit. Marius vero et Sulpicius, nondum satis parati propter temporis angustiam, alios legatos mittunt tanquam senatus nomine venientes; qui postularent, ne intra quintum lapidem ab urbe Sylla castra metaretur, donec senatus de præsenti negotio deliberasset. At Sylla et Pompeius, intellecto hoc consilio, annuerunt quidem legatorum postulatis; sed abeuntes eosdem e vestigio secuti sunt.

LVIII. Tum Sylla ad occupandam Cælimontanam (*f.* Æsquiliam) portam et contiguum ei murum unam legionem

Πομπήϊος δὲ τὰς Κολλίνας ἑτέρῳ τέλει· καὶ τρίτον ἐπὶ τὴν ξυλίνην γέφυραν ἐχώρει, καὶ τέταρτον πρὸ τῶν τειχῶν ἐς διαδοχὴν ὑπέμενε. Τοῖς δ' ὑπολοίποις ὁ Σύλλας ἐς τὴν πόλιν ἐχώρει, δόξῃ καὶ ἔργῳ πολεμίου. Ὅθεν αὐτὸν οἱ περιοικοῦντες ἄνωθεν ἠμύνοντο βάλλοντες, μέχρι τὰς οἰκίας ἠπείλησεν ἐμπρήσειν· τότε δ' οἱ μὲν ἀνέσχον. Μάριος δὲ καὶ Σουλπίκιος ἀπήντων περὶ τὴν Αἰσκύλειον ἀγορὰν μεθ' ὅσων ἔφθάκεσαν ὁπλίσαι· καὶ γίγνεταί τε ἀγὼν ἐχθρῶν, ὅδε πρῶτος ἐν Ῥώμῃ, οὐχ ὑπὸ εἰκόνι στάσεως ἔτι, ἀλλ' ἀπροφασίστως ὑπὸ σάλπιγγι καὶ σημείοις, πολέμου νόμῳ· ἐς τοσοῦτον αὐτοῖς κακοῦ τὰ τῶν στάσεων ἀμεληθέντα προέκοψε· τρεπομένων δὲ τῶν Σύλλα στρατιωτῶν, ὁ Σύλλας σημεῖον ἁρπάσας προεκινδύνευεν· ὡς αἰδοῖ τε τοῦ στρατηγοῦ, καὶ δέει τῆς ἐπὶ τῷ σημείῳ, εἰ ἀπέχοιντο, ἀτιμίας, εὐθὺς ἐκ τῆς τροπῆς αὐτοὺς μετατίθεσθαι. Καὶ ὁ Σύλλας ἐκάλει τε τοὺς νεαλεῖς ἐκ τοῦ στρατοπέδου, καὶ ἑτέρους κατὰ τὴν καλουμένην Συβοῦρραν ὁδὸν περιέπεμπεν, ᾗ κατὰ νώτου τῶν πολεμίων ἔμελλον ἔσεσθαι περιδραμόντες. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Μάριον, πρός τε τοὺς ἐπελθόντας ἀκμῆτας ἀσθενῶς μαχόμενοι, καὶ ἐπὶ τοῖς περιοδεύουσι δείσαντες περικύκλωσιν, τούς τε ἄλλους πολίτας ἐκ τῶν οἰκιῶν ἔτι μαχομένους συνεκάλουν, καὶ τοῖς δούλοις ἐκήρυττον ἐλευθερίαν, εἰ μετάσχοιεν τοῦ πόνου. Οὐδενὸς δὲ προσιόντος, ἀπογνόντες ἁπάντων, ἔφευγον εὐθὺς ἐκ τῆς πόλεως, καὶ σὺν αὐτοῖς ὅσοι τῶν ἐπιφανῶν συνεπεπράχεσαν.

LIX. Ὁ δὲ Σύλλας τότε μὲν ἐς τὴν λεγομένην Ἱερὰν ὁδὸν παρῆλθε, καὶ τοὺς διαρπάζοντάς τι τῶν ἐν ποσὶν, αὐτίκα ἐν μέσῳ πάντων ἐφορώντων ἐκόλαζε. Φρουρὰν δὲ κατὰ μέρος ἐπιστήσας τῇ πόλει, διενυκτέρευεν αὐτός τε καὶ ὁ Πομπήϊος περιθέοντες ἑκάστους, ἵνα μή τι δεινὸν ἢ παρὰ τῶν δεδιότων ἢ παρὰ τῶν νενικηκότων ἐπιγένοιτο. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τὸν δῆμον ἐς ἐκκλησίαν συναγαγόντες, ὠδύροντο περὶ τῆς πολιτείας, ὡς ἐκ πολλοῦ τοῖς δημοκοποῦσιν ἐκδεδομένης, καὶ αὐτοὶ τάδε πράξαντες ὑπ' ἀνάγκης. Εἰσηγοῦντό τε, μηδὲν ἔτι ἀπροβούλευτον ἐς τὸν δῆμον ἐσφέρεσθαι· νενομισμένον μὲν οὕτω καὶ πάλαι, παραλελυμένον δ' ἐκ πολλοῦ· καὶ τὰς χειροτονίας μὴ κατὰ φυλὰς, ἀλλὰ κατὰ λόχους, ὡς Τύλλιος βασιλεὺς ἔταξε, γίγνεσθαι· νομίσαντες, διὰ δυοῖν τοῖνδε, οὔτε νόμον οὐδένα πρὸ τῆς βουλῆς ἐς τὸ πλῆθος ἐσφερόμενον, οὔτε τὰς χειροτονίας, ἐν τοῖς πένησι καὶ θρασυτάτοις ἀντὶ τῶν ἐν περιουσίᾳ καὶ εὐβουλίᾳ γιγνομένας, δώσειν ἔτι στάσεων ἀφορμάς. Πολλά τε ἄλλα τῆς τῶν δημάρχων ἀρχῆς, τυραννικῆς μάλιστα γεγενημένης, περιελόντες· κατέλεξαν ἐς τὸ βουλευτήριον, ὀλιγανθρωποτάτον δὴ τότε μάλιστα ὂν, καὶ παρὰ τοῦτ' εὐκαταφρόνητον, ἀθρόους ἐκ τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν τριακοσίους. Ὅσα τε ὑπὸ Σουλπικίου κεκύρωτο μετὰ τὴν κεκηρυγμένην ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἀργίαν, ἅπαντα διελύετο, ὡς οὐκ ἔννομα.

LX. Ὧδε μὲν αἱ στάσεις ἐξ ἔριδος καὶ φιλονεικίας ἐπὶ φόνους, καὶ ἐκ φόνων ἐς πολέμους ἐντελεῖς προέκο-

mittit; alia legione portam Collinam Pompeius occupat; tertia petit pontem sublicium: quarta in statione relicta est ante mœnia. Sylla ipse cum duabus reliquis Urbem hostiliter ingreditur. Itaque qui proximos vicos habitabant, superne eum missilibus prohibere instituunt; donec incendium domorum minatus, tela eorum cohibuit. Ei Marius ad Esquilinum forum cum Sulpicio cæterisque suæ factionis trepide armatis occurrit: et committitur pugna inter infestas partes, prima ejus generis intra urbis mœnia; non jam, ut ante, per seditionis speciem, sed aperto Marte collatis signis et tuba canente. Eo nimirum processerant contentiones, nemine maturante remedium. In ea pugna inclinantibus jam ad fugam Syllanis, Sylla, correpto signo, inter primores provolat: atque ita vel imperatoris reverentia, vel metu ignominiæ, quæ sequitur signorum desertores, miles omisso fugæ consilio restitit. Jamque aliam recentem manum e castris advocat Sylla; simulque aliam manum per Suburranam viam deflectere jubet, ut adversarios circumventos a tergo aggrederentur. Tum Mariani fessi, jam segnius repugnantes integris; adhæc solliciti, ne qua vis a tergo se ingereret; cives eos, qui de tectis adhuc pugnabant, convocant, et servos vocant ad libertatem, si velint esse laboris participes. Sed nemine horum quidquam movente, per summam desperationem ex urbe se proripiunt, et cum his nobilissimus quisque ejusdem factionis.

LIX. Sylla in Sacram quæ vocatur viam delatus, milites rapinas ausos in conspectu omnium affecit supplicio: et dispositis regionatim tota urbe præsidiis, partitus cum collega operam, pervigil ea nocte obibat omnia, ne qua vel ab urbanis, timentibus quorsum hæc evaderent, vel a victoribus, vis aut tumultus exsisteret. Prima luce vero convocata populi concione, conquesti sunt Sylla Pompeiusque de statu reipublicæ, jamdudum turbulentis hominibus prodito: dicentes, se coactos fecisse quidquid hactenus egissent. Censebantque, oportere nullam posthac rogationem apud plebem fieri, quin antea in senatu res fuisset deliberata; revocando vetus institutum, quod jam dudum quidem esset antiquatum. [illegible] non tributa, sed centuriata, haberi, ex Servii Tullii instituto: putantes, [illegible] penes senatum foret, et suffragiorum robur ab egenis et [illegible] gitima.

LX. Ita per seditiones et certamina ad cædes, [illegible] et primus hic Romanus exercitus

πτον· καὶ στρατὸς πολιτῶν ὅδε πρῶτος ἐς τὴν πατρίδα ὡς πολεμίαν ἐσέβαλεν. Οὐδ' ἔληξαν ἀπὸ τοῦδε αἱ στάσεις ἔτι κρινόμεναι στρατοπέδοις, ἀλλ' ἐσβολαὶ συνεχεῖς ἐς τὴν Ῥώμην ἐγίγνοντο καὶ τειχομαχίαι, καὶ ὅσα ἄλλα πολέμων ἔργα, οὐδενὸς ἔτι ἐς αἰδῶ τοῖς βιαζομένοις ἐμποδὼν ὄντος, ἢ νόμων, ἢ πολιτείας, ἢ πατρίδος. Τότε δὲ Σουλπίκιον, δημαρχοῦντα ἔτι, καὶ σὺν αὐτῷ, Μάριον, ἑξάκις ὑπατευκότα, καὶ τὸν Μαρίου παῖδα, καὶ Πούπλιον Κέθηγον, καὶ Ἰούνιον Βροῦτον, καὶ Γναῖον καὶ Κόϊντον Γράνιον, καὶ Πούπλιον Ἀλβινουανὸν, καὶ Μάρκον Λαιτώριον, ἑτέρους τε ὅσοι μετ' αὐτῶν, ἐς δώδεκα μάλιστα, ἐκ Ῥώμης διεπεφεύγεσαν, ὡς στάσιν ἐγείραντας καὶ πολεμήσαντας ὑπάτοις, καὶ δούλοις κηρύξαντας ἐλευθερίαν εἰς ἀπόστασιν, πολεμίους Ῥωμαίων ἐψήφιστο εἶναι, καὶ τὸν ἐντυχόντα νηποινεὶ κτείνειν, ἢ ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς ὑπάτους· τά τε ὄντα αὐτοῖς δεδήμευτο. Καὶ ζητηταὶ διέθεον ἐπὶ τοὺς ἄνδρας· οἳ Σουλπίκιον μὲν καταλαβόντες ἔκτειναν.

LXI. Ὁ δὲ Μάριος αὐτοὺς ἐς Μιντούρνας διέφυγεν, ἔρημος ὑπηρέτου τε καὶ θεράποντος. Καὶ αὐτὸν οἱ τῆς πόλεως ἄρχοντες, ἀναπαυόμενον ἐν οἴκῳ ζοφώδει, δεδιότες μὲν τὸ κήρυγμα τοῦ δήμου, φυλαττόμενοι δὲ ἀνδρὸς ἑξάκις ὑπατεύσαντος καὶ πολλὰ καὶ λαμπρὰ εἰργασμένου αὐθένται γενέσθαι, Γαλάτην ἄνδρα ἐπιδημοῦντα μετὰ ξίφους ἐσέπεμψαν ἀνελεῖν. Τὸν δὲ Γαλάτην φασὶν ἐν τῷ σκότῳ προσιόντα τῷ στιβαδίῳ, δεῖσαι, δόξαντα τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ Μαρίου πυρὸς αὐγὴν καὶ φλόγα ἀφιέναι. Ὡς δὲ καὶ ὁ Μάριος αὐτὸς ἐπανιστάμενος ἐκ τῆς εὐνῆς ἀνεβόησε παμμέγεθες αὐτῷ· Σὺ τολμᾷς κτεῖναι Γάϊον Μάριον; προτροπάδην ὁ Γαλάτης ἔφευγεν ἔξω διὰ θυρῶν, μεμηνότι ἐοικὼς, καὶ βοῶν, Οὐ δύναμαι κτεῖναι Γάϊον Μάριον. Ὅθεν καὶ τοῖς ἄρχουσιν, ἅτε καὶ τέως ταῦτα σὺν ὄκνῳ κεκρικόσιν, ἐνέπιπτέ τι δαιμόνιον δέος, καὶ μνήμη τῆς ἐκ παιδὸς ἐπιφημισθείσης τῷ ἀνδρὶ ἑβδόμης ὑπατείας. Παιδὶ γὰρ ὄντι φασὶν ἐς τὸν κόλπον ἀετοῦ νεοττοὺς ἑπτὰ καταῤῥυῆναι, καὶ τοὺς μάντεις εἰπεῖν, ὅτι ἑπτάκις ἐπὶ τῆς μεγίστης ἀρχῆς ἔσοιτο.

LXII. Ταῦτ' οὖν οἱ τῆς Μιντούρνης ἄρχοντες ἐνθυμούμενοι, καὶ τὸν Γαλάτην ἔνθουν κατὰ δαίμονα καὶ περιδεᾶ νομίζοντες γεγονέναι, τὸν Μάριον αὐτίκα τῆς πόλεως ἐξέπεμπον ὅπη δύναιτο σώζεσθαι. Ὁ δὲ συγγινώσκων ἑαυτῷ ζητουμένῳ τε ἐκ Σύλλα καὶ πρὸς ἱππέων διωκομένῳ, ὁδοὺς ἀτριβεῖς ἐπὶ θάλασσαν ᾔλᾶτο· καὶ καλύβης ἐπιτυχὼν ἀνεπαύετο, φυλλάδα ἐπιβαλλόμενος τῷ σώματι. Ψόφου δ' αἰσθόμενος, ἐς τὴν φυλλάδα ὑπεκρύφθη· καὶ μᾶλλον ἔτι αἰσθόμενος, ἐς σκάφος ἁλιέως πρεσβύτου παρορμοῦν, βιασάμενος τὸν πρεσβύτην, ἐσήλατο, χειμῶνος ὄντος· καὶ τὸ πεῖσμα κόψας, καὶ τὸ ἱστίον πετάσας, ἐπέτρεψε τῇ τύχῃ φέρειν. Κατήχθη δὲ ἔς τινα νῆσον, ὅθεν νεὼς οἰκείων ἀνδρῶν παραπλεούσης ἐπιτυχὼν, ἐς Λιβύην ἐπέρα. Εἰργόμενος δὲ καὶ Λιβύης, ὡς πολέμιος, ὑπὸ Σεξτίου ἡγουμένου, διεχείμαζεν ἐν τῇ θαλάσσῃ, μικρὸν ὑπὲρ Λιβύην ἄνω ἐν τοῖς

hostiliter patriam ingressus est. A quo tempore non desierunt amplius, civiles contentiones exercitibus decernere : et idemtidem factæ sunt in urbem Romam irruptiones, et pugnæ pro mœnibus : ita ut nulla bellorum abesset calamitas; et nihil porro, non pudor, non fas, non reipublicæ patriæve amor, homines violentos cohiberet a facinore. Jam vero Sulpicius tribunus plebis, et cum eo Marius VI. cos. ejusque filius, tum P. Cethegus, Junius Brutus, Cn. et Q. Granii, P. Albinovanus, M. Lætorius, et alii, qui cum his ex Urbe profugerant, numero fere duodecim, ut auctores seditionis, qui et arma tulissent adversus consules, et servitia ad pileum sollicitassent, hostes reipublicæ judicati sunt; permissumque cuivis, qui in eos incidisset, vel impune occidere, vel ad consules eos retrahere : bonaque eorumdem publicata sunt, et dimissi circumquaque qui ipsos perquirerent. A quibus Sulpicius quidem deprehensus occisusque est.

LXI. Marius vero e manibus inquisitorum elapsus, Minturnas pervenit, non apparitore comitatus, non famulo. Ubi quum in tenebricosa quadam domo requiesceret, magistratus ejus oppidi, qui et edictum populi Romani timebant, et tamen virum sexies consulem rebusque gestis clarissimum non sustinebant suis manibus perimere, hominem Gallum, qui apud eos commorabatur, ad occidendum Marium cum gladio intromiserunt. Sed hunc, aiunt, per tenebras ad Marii lectulum accedentem, quasi splendorem ignis ex illius oculis emicantem sibi visum videre, et terrore fuisse correptum. Ut vero etiam assurgens e lecto Marius, hominique occurrens, exclamavit : Tune audes occidere Caium Marium? effuse fugit Gallus e cubiculo, insano similis, vociferansque, Caium Marium occidere non possum. Itaque magistratum, ut qui jam ante cunctanter id decreverat, religio quædam subiit, et ominis memoria, quod etiam tum puero Mario septimum consulatum pollicitum erat. Ferunt enim, quum esset adhuc in pueris, decidisse in gremium ejus septem pullos aquilinos; prædixisseque vates, summum magistratum illi obventurum septies.

LXII. Id secum reputantes magistratus Minturnensium, ratique divinitus Gallum perterritum, continuo Marium ex oppido dimiserunt, ut, quacunque ratione posset, salutem quæreret. At ille, non ignarus equites a Sylla missos ipsum quærere, per devia vagus mare petebat; et nactus tugurium, quiescebat ibi tectus frondibus. Ubi quum strepitum sensisset, arctius se intra frondes contraxit. Mox vero, ad majorem etiam strepitum, in lembum piscatorium, forte stantem in littore, propulso sene ejus domino, prosiluit; et, tempestate licet agitato mari, abscisso retinaculo, pansoque velo, fortunæ se permisit. Hinc in insulam quamdam delatus est Marius; unde forte fortuna conspicatus prætereuntem navim amicorum hominum, trajecit in Africam. Sed ibi, ut hostis, a Sextio, tunc eam provinciam obtinente, in littus exscendere prohibitus, paulo supra Africam provinciam, ad mare, in finibus Numidarum, hiemem

Νομάδων ὅροις. Καὶ αὐτῷ θαλασσεύοντι δεῦρο, κατὰ πύστιν, ἐπέπλευσαν τῶν συγκατεγνωσμένων Κέθηγός τε καὶ Γράνιος καὶ Ἀλβινουανὸς καὶ Λαιτώριος, καὶ ἕτεροι, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μαρίου· οἳ ἐς μὲν Ἱεμψάλαν τὸν Νομάδων δυνάστην ἀπὸ Ῥώμης διέφυγον, ὑποψίᾳ δ' ἐκδόσεως ἐκεῖθεν ἀπέδρασαν. Οἱ μὲν δὴ, καθὰ καὶ Σύλλας ἐπεπράχει, βιάσασθαι τὴν πατρίδα διανοούμενοι, στρατιὰν δ' οὐκ ἔχοντες, περιέβλεπον εἴ τι συμβαίη.

LXIII. Ἐν δὲ Ῥώμῃ Σύλλας μὲν, ὅπλοις τὴν πόλιν ὅδε πρῶτος καταλαβών τε, καὶ δυνηθεὶς ἂν ἴσως ἤδη μοναρχεῖν, ἐπεὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμύνατο, τὴν βίαν ἑκὼν ἀπέθετο· καὶ τὸν στρατὸν ἐς Καπύην προπέμψας, αὖθις ἦρχεν ὡς ὕπατος. Οἱ δὲ τῶν ἐξελαθέντων στασιῶται, ὅσοι τῶν πλουσίων, καὶ γύναια πολλὰ πολυχρήματα, τοῦ δέους τῶν ὅπλων ἀναπνεύσαντες, ἠρεθίζοντο ὑπὲρ καθόδου τῶνδε τῶν ἀνδρῶν· καὶ οὐδὲν σπουδῆς ἢ δαπάνης ἐς τοῦτο ἀπέλειπον, ἐπιβουλεύοντες καὶ τοῖς τῶν ὑπάτων σώμασιν, ὡς οὐκ ἐνὸν τῶνδε περιόντων ἐκείνοις κατελθεῖν. Σύλλᾳ μὲν δὴ, καὶ παυσαμένῳ τῆς ἀρχῆς, στρατὸς ἦν, ὁ ἐψηφισμένος ἐπὶ Μιθριδάτην, ἐς σωτηρίαν αὐτοῦ φύλαξ. Κόϊντον δὲ Πομπήϊον, τὸν ἕτερον ὕπατον, ὁ δῆμος οἰκτείρων τοῦ δέους, ἐψηφίσαντο ἄρχειν Ἰταλίας καὶ ἑτέρου τοῦ περὶ αὐτὴν στρατοῦ, τότε ὄντος ὑπὸ Γναίῳ Πομπηΐῳ. Τοῦθ' ὁ Γναῖος πυθόμενός τε καὶ δυσχεράνας, ἥκοντα μὲν τὸν Κόϊντον ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσεδέξατο, καὶ τῆς ἐπιούσης τι χρηματίζοντος, ὑπεχώρησε μικρὸν, οἷα ἰδιώτης· μέχρι τὸν ὕπατον πολλοὶ καθ' ὑπόκρισιν ἀκροάσεως περιστάντες ἔκτειναν· καὶ φυγῆς τῶν λοιπῶν γενομένης, ὁ Γναῖος αὐτοῖς ὑπήντα, χαλεπαίνων ὡς ὑπάτου παρανόμως ἀνῃρημένου· δυσχεράνας δ', ὅμως εὐθὺς ἦρχεν αὐτῶν.

LXIV. Ἐξαγγελθέντος δ' ἐς τὴν πόλιν τοῦ Πομπηΐου φόνου, αὐτίκα μὲν ὁ Σύλλας περιδεὴς ἐφ' ἑαυτῷ γενόμενος, τοὺς φίλους περιήγετο πανταχοῦ, καὶ νυκτὸς ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν. Οὐ πολὺ δ' ἐπιμείνας, ἐς Καπύην ἐπὶ τὸν στρατὸν, κἀκεῖθεν ἐς τὴν Ἀσίαν, ἐξήλασεν. Οἱ δὲ τῶν φυγάδων φίλοι, Κίννᾳ τῷ μετὰ Σύλλαν ὑπατεύοντι θαῤῥοῦντες, τοὺς νεοπολίτας ἠρέθιζον ἐς τὸ ἐνθύμημα τοῦ Μαρίου, ταῖς φυλαῖς ἀξιοῦν ἀναμιχθῆναι, ἵνα μὴ τελευταῖοι ψηφιζόμενοι πάντων ὦσιν ἄκυροι. Τοῦτο δὴ προοίμιον τῆς αὐτοῦ τε Μαρίου καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν ἄνδρα καθόδου. Ἀνθισταμένων δὲ τῶν ἀρχαίων κατὰ κράτος, Κίννας μὲν τοῖς νεοπολίταις συνέπραττε, νομιζόμενος ἐπὶ τῷδε τριακόσια δωροδοκῆσαι τάλαντα· τοῖς δ' ἀρχαίοις ὁ ἕτερος ὕπατος Ὀκταούϊος. Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Κίνναν προλαβόντες τὴν ἀγορὰν μετὰ κεκρυμμένων ξιφιδίων, ἐβόων, ἐς τὰς φυλὰς πάσας ἀναμιγῆναι· τὸ δὲ καθαρώτερον πλῆθος ἐς τὸν Ὀκταούϊον ἐχώρει, καὶ οἵδε μετὰ ξιφιδίων. Ἔτι δ' αὐτῷ κατὰ τὴν οἰκίαν τὸ μέλλον περιορωμένῳ, ἐξαγγέλλεται, τοὺς πλέονας δημάρχους κωλύειν τὰ γιγνόμενα· θόρυβον δὲ τῶν νεοπολιτῶν εἶναι, καὶ ἀπογυμνῶσιν

transegit. Quod ubi rumore cognoverunt Cethegus, Granius, Albinovanus, Lætorius, aliique, et ipsius Marii filius (qui omnes, quum ad Hiempsalem, Numidiæ regulum, Roma confugissent, nunc rursus ab eo, veriti, ne inimicis dederentur, profugerant) eodem ad Marium navigarunt. Et his quidem non deerat animus, quominus exemplo Syllæ invaderent patriam; sed, quia nullum habebant exercitum, occasionem circumspiciebant.

LXIII. Interea Sylla, qui primus Romam armis occupaverat; quum jam nunc fortasse potuisset supremam dominationem solus ad se rapere; contentus vindicta de inimicis capta, de cætero a vi abstinuit: præmissoque Capuam exercitu, rursum ad consularem potestatem rediit. At profugorum factio, præcipue locupletes, et feminæ non paucæ bene nummatæ, ubi respirarunt ab armorum metu, magno studio id agebant, ut viris illis reditum in patriam pararent; nec operæ ad id efficiendum parcentes, nec sumtibus, et consulum quoque vitæ struentes insidias, quod nunquam illos restitui posse, his superstitibus, putarent. Et Sylla quidem, vel post consulatum, tutus erat futurus præsidio exercitus, quem, ex S. C. acceptum ad bellum Mithridaticum, propugnatorem erat habiturus. Collegam vero ejus Q. Pompeium periclitantem miseratus populus, Italiam ei decrevit, et alterum exercitum, qui tum in ea militabat Cn. Pompeii auspiciis. Id cognitum Cneius tulit ægerrime. Advenientem tamen Quintum in castra recepit; et quum is postridie quiddam pro potestate apud milites ageret, cessit eidem paulisper tanquam privatus: sed paulo post Quintus, cinctus corona quasi ad audiendum confluentium, occisus est. Tum vero, diffugientibus cæteris, Cneius supervenit indignabundus, ut contra jus fasque patrata cæde consulis: nihilominus vero post indignationem continuo ad imperium pristinum rediit.

LXIV. In urbem autem nunciata cæde consulis, Sylla sibimet timens, semper stipatus amicis incedebat, ne noctu quidem eos dimittens. Neque vero diu moratus, Capuam ad exercitum, et inde in Asiam, profectus est. Amici autem exulum, Cinna freti, Syllæ in consulatu successore, novos cives incitabant, ut ex Marii proposito distribui per veteres tribus postularent, ne, dum in suffragando essent postremi, nihil omnino possent in republica. Id fuit principium revocandi Marium cæterosque exules. Nam, dum veteres cives resistunt totis viribus, Cinna novis favebat, trecentis talentis, ut tum ferebatur, corruptus: pro veteribus vero stabat alter consul Octavius. Sed Cinnani, præoccupato foro sicis veste tectis, cum clamore postulabant, ut tribubus omnibus miscerentur. Contra sincerior pars plebis, et ipsa sicis armata, Octavio se adjunxit. Cui domi adhuc exspectanti quid is tumultus parturiat, nunciatur, tribunorum plurimam partem intercedere, novos autem cives

ἤδη τῶν ξιφιδίων περὶ ὁδὸν ἐς τοὺς ἀντιλέγοντας δημάρχους ἀναπηδώντων ἐπὶ τὰ ἔμβολα. Ὧν Ὀκταούϊος πυθόμενος, κατέβαινε διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ μετὰ πυκνοῦ πάνυ πλήθους· καὶ οἷα χειμάῤῥους ἐς τὴν ἀγορὰν ἐμπεσὼν, ὤσατο μὲν διὰ μέσων τῶν συνεστώτων, καὶ διέστησεν αὐτούς· ὡς δὲ κατέπληξεν, ἐς τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν παρῆλθε, τὸν Κίνναν ἐκτρεπόμενος. Ὅσοι δ' αὐτῷ συνῆσαν, χωρὶς ἐπαγγέλματος ἐμπεσόντες τοῖς νεοπολίταις, ἔκτεινάν τε πολλοὺς, καὶ ἑτέρους φεύγοντας ἐπὶ τὰς πύλας ἐδίωκον.

LXV. Κίννας δὲ, θαῤῥήσας μὲν τῷ πλήθει τῶν νεοπολιτῶν, καὶ βιάσεσθαι προσδοκήσας, παρὰ δόξαν δ' ὁρῶν τὸ τόλμημα τῶν ὀλιγωτέρων ἐπικρατοῦν, ἀνὰ τὴν πόλιν ᾔει, τοὺς θεράποντας ἐπ' ἐλευθερίᾳ συγκαλῶν. Οὐδενὸς δ' αὐτῷ προσιόντος, ἐξέδραμεν ἐς τὰς ἀγχοῦ πόλεις, τὰς οὐ πρὸ πολλοῦ πολίτιδας Ῥωμαίων γενομένας, Τίβυρτόν τε, καὶ Πραινεστὸν, καὶ ὅσαι μέχρι Νώλης· ἐρεθίζων ἅπαντας ἐς ἀπόστασιν, καὶ χρήματα ἐς τὸν πόλεμον συλλέγων. Ταῦτα δ' ἐργαζομένῳ τε καὶ ἐπινοοῦντι τῷ Κίννᾳ προσέφυγον ἀπὸ τῆς βουλῆς οἱ τὰ αὐτὰ ἐφρόνουν, Γάϊός τε Μιλώνιος, καὶ Κόϊντος Σερτώριος, καὶ Γάϊος Μάριος ἕτερος. Ἡ μὲν δὴ βουλὴ τὸν Κίνναν, ὡς ἐν κινδύνῳ τε τὴν πόλιν καταλιπόντα ὕπατον, καὶ δούλοις ἐλευθερίαν κηρύξαντα, ἐψηφίσατο μήτε ὕπατον μήτε πολίτην ἔτι εἶναι· καὶ Λεύκιον Μερόλαν ἐχειροτόνησαν ἀντ' αὐτοῦ, τὸν ἱερέα τοῦ Διός. Λέγεται δ' οὗτος ὁ ἱερεὺς Φλαμέντας, καὶ πιλοφορεῖ μόνος ἀεὶ, τῶν ἄλλων ἱερέων ἐν μόναις πιλοφορούντων ταῖς ἱερουργίαις. Κίννας δ' ἐς Καπύην τραπόμενος, ἔνθα Ῥωμαίων στρατὸς ἄλλος ἦν, τούς τε ἄρχοντας αὐτοῦ, καὶ ὅσοι ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐπεδήμουν, ἐθεράπευε, καὶ παρελθὼν ὡς ὕπατος ἐς μέσους, τάς τε ῥάβδους καθεῖλεν, οἷα ἰδιώτης, καὶ δακρύσας, ἔφη· « Παρὰ μὲν ὑμῶν, ὦ πολῖται, τὴν ἀρχὴν τήνδε ἔλαβον· ὁ γὰρ δῆμος ἐχειροτόνησεν, ἡ βουλὴ δ' ἀφείλετό με χωρὶς ὑμῶν. Καὶ τάδε παθὼν, ἐν οἰκείοις κακοῖς ὑπὲρ ὑμῶν ὅμως ἀγανακτῶ. Τί γὰρ ἔτι τὰς φυλὰς ἐν ταῖς χειροτονίαις θεραπεύομεν; τί δὲ ὑμῶν δεόμεθα; ποῦ δὲ ἔσεσθε τῶν ἐκκλησιῶν ἢ χειροτονιῶν ἢ τῶν ὑπατειῶν ἔτι κύριοι; εἰ μὴ βεβαιώσετε μὲν ἃ δίδοτε, ἀφαιρήσεσθε δ' ὅταν αὐτοὶ δοκιμάσητε. »

LXVI. Ταῦτ' εἰπὼν ἐς ἐρέθισμα, καὶ πολλὰ περὶ αὑτοῦ κατοικτισάμενος, τήν τε ἐσθῆτα κατέῤῥηξε, καὶ ἀπὸ τοῦ βήματος καταθορὼν, ἔῤῥιψεν αὑτὸν ἐς μέσους, καὶ ἔκειτο ἐπιπλεῖστον· ἕως ἐπικλασθέντες ἀνέστησάν τε αὐτὸν, καὶ καθίσαντες αὖθις ἐπὶ τοῦ θρόνου, τάς τε ῥάβδους ἀνέσχον, καὶ θαῤῥεῖν οἷα ὕπατον ἐκέλευον, καὶ σφᾶς ἄγειν ἐφ' ὅ τι χρῄζοι. Τῆς δ' ἀφορμῆς εὐθὺς οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἐπέβαινον, καὶ ὤμνυον τῷ Κίννᾳ τὸν ὅρκον τὸν στρατιωτικὸν, καὶ τοὺς ὑφ' αὑτὸν ἕκαστος ἐξώρκου. Ὁ δ' ἐπεί οἱ ταῦτ' εἶχεν ἀσφαλῶς, ἐπὶ τὰς συμμαχίδας πόλεις διέθει, καὶ ἠρέθιζε κἀκείνους, ὡς διὰ τούσδε μάλιστα τὴν συμφορὰν αὐτῷ γενομένην. Οἱ δὲ χρήματά τε καὶ στρατιὰν αὐτῷ συνετέλουν, καὶ

stricto ferro de rostris eos deturbare. Quibus auditis, Octavius per Sacram viam decurrit cum globo hominum confertissimo; et torrentis instar in forum irrumpens, protrusis obviis, per medios vadens disjecit multitudinem; perterritisque adversariis, petiit ædem Castorum, declinans Cinnam. At comites ejus, injussi, in novos cives irruunt; cæsisque multis, reliquos usque ad portas persequuntur.

LXV. Cinna vero, qui, fretus novorum civium multitudine, victoriam animo præsumserat; ubi præter opinionem vidit pauciorum fortitudinem vincere; per urbem discurrens, servos proposita spe libertatis convocabat. Sed nemine accurrente, properavit ad proxima oppida, quibus paulo ante jus civium fuerat concessum, ad Tibur, ad Præneste, et reliqua, Nolam usque: easque omnes ad defectionem sollicitans, in futuri usum belli colligebat pecunias. Quæ dum agit moliturque Cinna, confugiunt ad eum senatores ejusdem factionis, C. Milonius, Q. Sertorius, et alter C. Marius. Tum vero a senatu Cinna, eo quod in periculo rempublicam deseruisset consul, et servos vocasset ad pileum, nec civis amplius esse nec consul, judicatus est; subrogatusque in locum ejus L. Merula, qui tum Flamen dialis erat: cui sacerdoti uni omnium jus est perpetuo gestandi apicis, quo tantum inter sacra insigniuntur cæteri sacerdotes. At Cinna Capuam profectus, ubi erat alius populi Romani exercitus; conciliatis sibi præfectis illius et senatoribus quotquot aderant, prodiit in concionem, tanquam consul; ibique, depositis mox fascibus, tanquam privatus, profundens lacrymas, hujusmodi verba fecit: « A vobis, cives, hunc honorem accepi. Sed quod populus dedit suis suffragiis, hoc senatus mihi absque vestro consensu ademit. Eam tamen injuriam non tam mea vice, quam vestra, doleo. Quid enim posthac opus est nobis ambire favorem tribuum? quid nobis prodesse vos poteritis? quæ vestra potestas erit in concionibus? in comitiis? in suffragiis? si, quæ datis, non conservabitis, sed auferetis, quæ ipsi suffragio vestro tribuistis? »

LXVI. His dictis ad irritandam concionem, multaque ad excitandam sui miserationem conquestus; postremo, veste scissa, de loco superiore desiliit, humique prostratus diu in medio jacuit: donec miserati hominem, sublatum in sellam curulem reposuerunt; redditisque fascibus, jusserunt bono animo esse, ut consulem, et sese, quocunque usus postularet, ducere. Qua occasione arrepta, tribuni statim sacramentum Cinnæ dixerunt, una cum suis quisque militibus. Cinna in hunc modum confirmatus, sociales urbes obiit concitavitque, eo quod hæ maxime calamitatis præsentis causa sibi fuissent. Itaque hæ et pecunias ei et milites

πολλοὶ καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ δυνατῶν ἕτεροι πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦντο, οἷς ἀπήρεσκεν ἡ τῆς πολιτείας εὐστάθεια. Καὶ Κίννας μὲν ἀμφὶ ταῦτ' ἐγίγνετο. Ὀκταούϊος δὲ καὶ Μερόλας, οἱ ὕπατοι, τὸ μὲν ἄστυ τάφροις καὶ τειχῶν ἐπισκευαῖς ὠχύρουν, καὶ μηχανήματα ἐφίστανον· ἐπὶ δὲ στρατιὰν ἔς τε τὰς ἑτέρας πόλεις τὰς ἔτι σφῶν κατηκόους, καὶ ἐς τὴν ἀγχοῦ Γαλατίαν περιέπεμπον· Γναῖόν τε Πομπήϊον, ἀνθύπατον ὄντα, καὶ στρατευμάτων περὶ τὸν Ἰόνιον ἡγούμενον, ἐκάλουν κατὰ σπουδὴν ἐπικουρεῖν τῇ πατρίδι.

LXVII. Ὁ δ' ἦλθε, καὶ πρὸς ταῖς Κολλίναις πύλαις ἐστρατοπέδευσε· καὶ ὁ Κίννας ἐπελθὼν αὐτῷ, παρεστρατοπέδευε. Γάϊος δὲ Μάριος τούτων πυθόμενος, ἐς Τυῤῥηνίαν κατέπλευσεν, ἅμα τοῖς συνεξελαθεῖσι, καὶ θεράπουσιν αὐτῶν ἐπελθοῦσιν ἀπὸ Ῥώμης, ἐς πεντακοσίους μάλιστά που γεγονόσι. Ῥυπῶν δ' ἔτι καὶ κόμης ἔμπλεως ἐπῄει τὰς πόλεις, οἰκτρὸς ὀφθῆναι· μάχας τε καὶ τρόπαια αὐτοῦ Κιμβρικὰ καὶ ἓξ ὑπατείας ὑπερεπαίρων, καὶ περὶ τῆς χειροτονίας, σφόδρα αὐτοῖς ἐπιθυμοῦσιν, ἐπαγγελλόμενός τε καὶ πιστὸς εἶναι δοκῶν, συνήγαγε Τυῤῥηνῶν ἑξακισχιλίους, καὶ ἐς Κίνναν διῆλθεν, ἀσμένως αὐτὸν ἐπὶ κοινωνίᾳ τῶν παρόντων δεχόμενον. Ὡς δὲ ἀνεμίχθησαν, ἐστρατοπέδευον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριος, ἐς τρία διαιρεθέντες· Κίννας μὲν καὶ Κάρβων σὺν αὐτῷ, τῆς πόλεως ἀντικρύ· Σερτώριος δὲ ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄνω, καὶ Μάριος πρὸς τῇ θαλάσσῃ· ζευγνύντες οἵδε τὸν ποταμὸν καὶ γεφυροῦντες, ἵνα τὴν πόλιν ἀφέλοιντο τὴν σιταγωγίαν. Μάριος δὲ καὶ Ὄστια εἷλε καὶ διήρπαζε· καὶ Κίννας, ἐπιπέμψας, Ἀρίμινον κατέλαβε, τοῦ μή τινα στρατιὰν ἐς τὴν πόλιν ἐπελθεῖν ἐκ τῆς ὑπηκόου Γαλατίας.

LXVIII. Οἱ δὲ ὕπατοι, δεδιότες, καὶ στρατιᾶς ἄλλης δεόμενοι, Σύλλαν μὲν οὐκ εἶχον καλεῖν, ἐς τὴν Ἀσίαν ἤδη πεπερακότα· Καικίλιον δὲ Μέτελλον, τὰ λείψανα τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου πρὸς Σαυνίτας διατιθέμενον, ἐκέλευον, ὅπῃ δύναιτο εὐπρεπῶς διαλυσάμενον, ἐπικουρεῖν τῇ πατρίδι πολιορκουμένῃ. Οὐ συμβαίνοντος δὲ Σαυνίταις ἐς ἃ ἤτουν τοῦ Μετέλλου, ὁ Μάριος αἰσθόμενος, συνέθετο τοῖς Σαυνίταις ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤτουν παρὰ τοῦ Μετέλλου. Ὧδε μὲν δὴ καὶ Σαυνῖται Μαρίῳ συνεμάχουν. Κλαύδιον δὲ Ἄππιον χιλίαρχον, τειχοφυλακοῦντα τῆς Ῥώμης τὸν λόφον τὸν καλούμενον Ἰάνουκλον, εὖ ποτε παθόντα ὑφ' ἑαυτοῦ, τῆς εὐεργεσίας ἀναμνήσας ὁ Μάριος, ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθεν, ὑπανοιχθείσης αὐτῷ πύλης περὶ ἕω, καὶ τὸν Κίνναν ἐσεδέξατο. Ἀλλ' οὗτοι μὲν αὐτίκα ἐξεώσθησαν, Ὀκταουΐου καὶ Πομπηΐου σφίσιν ἐπιδραμόντων. Κεραυνῶν δὲ πολλῶν ἐς τὸ τοῦ Πομπηΐου στρατόπεδον καταῤῥαγέντων, ἄλλοι τε τῶν ἐπιφανῶν καὶ ὁ Πομπήϊος ἀπώλετο.

LXIX. Μάριος δ' ἐπεὶ τῆς ἀγορᾶς, τῆς ἔκ τε θαλάσσης καὶ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ φερομένης, κατέσχεν, ἐπὶ τὰς ἀγχοῦ τῆς Ῥώμης πόλεις διετρόχαζεν, ἔνθα σῖτος ἦν τοῖς Ῥωμαίοις προσεσωρευμένος. Ἀφνω

contulerunt. Et Romanorum præterea optimatium multi se eidem adjunxerunt, quibus displicebat tranquillus status reipublicæ. Quibus dum occupatus est Cinna, Octavius Merulaque coss. urbem interim, ducendis fossis, reficiendis muris, et machinis per eos disponendo, muniunt; delectus cum apud socios qui in fide adhuc perstabant, tum apud vicinos Gallos instituunt; Cn. Pompeium proconsulem, exercitum ad mare Superum habentem, propere ad auxilium ferendum patriæ advocant.

LXVII. Et Pompeius quidem, maturato itinere, ad portam Collinam castra posuit : cui mox superveniens Cinna, tetendit in proximo. Quibus rebus cognitis, C. Marius in Etruriam appulit, cum exilii sociis, servisque circiter quingentis, qui Roma ad dominos advenerant. Ipse sordidatus adhuc, et promisso capillo, civitates obibat, visu miserabilis, prælia sua victoriasque Cimbricas et sex consulatus memorans : et, quod libentissime illi audiebant, fidelem eis operam ad perferendam legem pollicitans. Atque ita contractis sex Etruscorum millibus, ad Cinnam transiit, lætum tali rerum gerendarum socio. His copiis conjunctis, terna castra metati sunt ad Tiberim : Cinna et Carbo ex adverso urbis; supra eam Sertorius; versus mare Marius; et hi duo quidem pontibus etiam junxerunt fluvium, ut commeatu urbem excluderent. Marius præterea Ostiam vi captam diripuit : Cinna vero occupavit Ariminum, missa eo parte militum, ne quid auxiliorum obsessis submitteretur ex Gallia Romanis subjecta.

LXVIII. Tum consules metu anxii, quod majoribus copiis opus haberent, et Syllam revocare non possent, qui jam in Asiam trajecerat; Cæcilio Metello, reliquias socialis belli contra Samnitas administranti, significant, ut quibuscumque honestis conditionibus posset re composita, quamprimum succurreret obsessæ patriæ. Sed dum ille cunctatur postulata Samnitium admittere; Marius, postquam id sensit, quidquid hi a Metello postulaverant, eis est pollicitus : atque ita Samnites Marianis accesserunt partibus. Marium vero Appius Claudius tribunus militum, Janiculi custos, commonefactus ab eo accepti quondam beneficii, recepit in Urbem, porta primo mane clam aperta; simulque Cinna est intromissus. Verum hi continuo repulsi sunt ab Octavio Pompeioque succurrentibus. Crebris deinde fulminibus castra Pompeii de cœlo tacta sunt, ut inter alios nobiles Pompeius ipse fulmine ictus periit.

LXIX. Marius postquam satis cavit, ne quid commeatus vel a mari vel secundo flumine in Urbem importaretur, vicina oppida aggressus, ubi erant populi Romani gra-

δὲ τοῖς φρουροῦσιν αὐτὸν ἐπιπίπτων, εἷλε μὲν Ἄντιον καὶ Ἀρικίαν καὶ Λανούβιον, καὶ ἄλλας πόλεις, ἔστιν ἃ καὶ προδιδόντων τινῶν. Ὡς δὲ καὶ τῆς κατὰ γῆν ἐκράτησεν ἀγορᾶς, εὐθαρσῶς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην αὐτίκα διὰ τῆς ὁδοῦ τῆς καλουμένης Ἀππίας, πρίν τινα αὐτοῖς ἀγορὰν ἄλλην ἑτέρωθεν ἀχθῆναι. Τοῦ δ' ἄστεος ἑκατὸν σταδίους αὐτός τε καὶ Κίννας, καὶ οἱ στρατηγοῦντες αὐτοῖς Κάρβων τε καὶ Σερτώριος, ἀποσχόντες, ἐστρατοπέδευσαν· Ὀκταουίου καὶ Κράσσου καὶ Μετέλλου περὶ τὸ ὄρος τὸ Ἀλβανὸν αὐτοῖς ἀντικαθημένων, καὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι περιβλεπομένων· ἀρετῇ μὲν ἔτι καὶ πλήθει νομιζομένων εἶναι κρειττόνων, ὀκνούντων δ' ὑπὲρ ὅλης ὀξέως κινδυνεῦσαι τῆς πατρίδος διὰ μάχης μιᾶς. Ὡς δὲ περιπέμψας ὁ Κίννας περὶ τὸ ἄστυ κήρυκας, ἐδίδου τοῖς ἐς αὐτὸν αὐτομολοῦσι θεράπουσιν ἐλευθερίαν, κατὰ πλῆθος ηὐτομόλουν αὐτίκα· καὶ ἡ βουλὴ ταραττομένη, καὶ πολλὰ καὶ δεινά, εἰ βραδύνειεν ἡ σιτοδεία, παρὰ τοῦ δήμου προσδοκῶσα, μετέπιπτε τῇ γνώμῃ, καὶ πρέσβεις περὶ διαλύσεων ἐς τὸν Κίνναν ἔπεμπον. Ὁ δὲ αὐτούς, Πότερον, ἤρετο, ὡς πρὸς ὕπατον ἔλθοιεν, ἢ πρὸς ἰδιώτην. Ἀπορησάντων δ' ἐκείνων, καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἐπανελθόντων, πολλοὶ καὶ τῶν ἐλευθέρων ἤδη κατὰ πλῆθος πρὸς τὸν Κίνναν ἐξεπήδων· οἱ μέν, περὶ τῷ λιμῷ δεδιότες, οἱ δέ, πρὸ πολλοῦ τὰ ἐκείνων αἱρούμενοι, καὶ τὴν ῥοπὴν τῶν γιγνομένων περιμένοντες.

LXX. Κίννας δ' ἤδη καταφρονητικῶς τῷ τείχει ἐπλησίαζε, καὶ ἀποσχὼν ὅσον βέλους ὁρμήν, ἐστρατοπέδευεν· ἀπορούντων ἔτι, καὶ δεδιότων, καὶ ὀκνούντων ἐπιχειρεῖν αὐτῷ τῶν ἀμφὶ τὸν Ὀκταούϊον, διὰ τὰς αὐτομολίας τε καὶ διαπρεσβεύσεις. Ἡ δὲ βουλὴ πάνυ μὲν ἀποροῦσα, καὶ δεινὸν ἡγουμένη, Λεύκιον Μερόλαν, τὸν ἱερέα τοῦ Διός, ὑπατεύοντα ἀντὶ τοῦ Κίννα, καὶ οὐδὲν ἐς τὴν ἀρχὴν ἁμαρτόντα ἀφελέσθαι, ἄκουσα δ' ὅμως ὑπὸ τῶν συμφορῶν αὖθις ἐς τὸν Κίνναν τοὺς πρέσβεις ἔπεμπεν, ὡς πρὸς ὕπατον. Οὐδέν τε χρηστὸν ἔτι προσδοκῶντες, τοῦτο μόνον ᾔτουν ἐπομόσαι σφίσι τὸν Κίνναν, φόνον οὐκ ἐργάσασθαι. Ὁ δὲ ὀμόσαι μὲν οὐκ ἠξίωσεν, ὑπέσχετο δὲ καὶ ὧδε, ἑκὼν οὐδενὶ σφαγῆς αἴτιος ἔσεσθαι. Ὀκταούϊον δ', ἤδη περιοδεύσαντα καὶ κατ' ἄλλας πύλας ἐς τὴν πόλιν ἐσελθόντα, ἐκέλευσεν ἐκστῆναι τοῦ μέσου, μή τι καὶ ἄκοντος αὐτοῦ πάθοι. Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, καθάπερ ὕπατος, τοῖς πρέσβεσιν ἄνωθεν ἀπεκρίνατο. Μάριος δ' αὐτῷ παρεστὼς παρὰ τὸν θρόνον, ἡσύχαζε μέν· ἐδήλου δὲ τῇ δριμύτητι τοῦ προσώπου, πόσον ἐργάσεται φόνον. Δεξαμένης δὲ ταῦτα τῆς βουλῆς, καὶ καλούσης ἐσελθεῖν Κίνναν τε καὶ Μάριον (ᾔσθοντο γὰρ δή, Μαρίου μὲν εἶναι τὰ ἔργα τάδε πάντα, Κίνναν δ' αὐτοῖς ἐπιγράφεσθαι), σὺν εἰρωνείᾳ σφόδρα ὁ Μάριος ἐπιμειδιῶν εἶπεν, οὐκ εἶναι φυγάσιν εἰσόδους. Καὶ εὐθὺς οἱ δήμαρχοι τὴν φυγὴν αὐτῷ τε, καὶ ὅσοι ἄλλοι κατὰ Σύλλαν ὕπατον ἐξελήλαντο, ἐψηφίσαντο λελύσθαι.

LXXI. Οἱ μὲν δή, δεχομένων αὐτοὺς σὺν δέει πάν-

ria, repentino impetu Antium, Ariciam, Lanuvium, aliaque, cepit, nonnullis etiam per proditionem potitus est. Ita terra quoque interceptis subvectionibus, confidenter jam protinus per viam Appiam adversus Romam duxit, priusquam aliunde commeatus expediretur. Jamque ad duodecimum ab Urbe lapidem ipse et Cinna, eorumque legati Carbo et Sertorius, castra habebant. Quibus Octavius et Crassus Metellusque ad montem Albanum sese opposuere; circumspicientes, quorsum res evasura esset. Nam licet tam virtute militum, quam numero, viderentur etiam tum superiores; tamen unius prælii fortunæ universam salutem patriæ non arbitrabantur committendam. Ubi vero Cinna, missis circum urbem caduceatoribus servos ostentata libertate sollicitavit ad transfugium, et agminatim ad eum hi transire cœperunt; territus senatus, et timens, ne per longiorem annonæ inopiam plebs exasperaretur, mutata sententia legatos de pace ad Cinnam misit. Sed hi quidem ab hoc rogati, utrum tanquam ad consulem, an ut ad privatum, venirent? quum expedire responsum non possent, re infecta redierunt in urbem. Et mox ingenuorum quoque magna multitudo prorumpit ad Cinnam; pars, metu famis, pars, jam pridem ab ea factione non alieni, quum adhuc tantum exspectassent, quam in partem fortuna esset inclinatura.

LXX. Jamque contemtim Cinna exercitum admovet ad mœnia, et ad teli jactum castra communit : Octavio cum suis animo adhuc fluctuante, necdum quidquam tentare audente; quod et crebra transfugia fierent, et legationes commearent ultro citroque. Itaque senatus inops consilii, quod rem indignam duceret, L. Merulam, flaminem dialem, in locum Cinnæ suffectum consulem, magistratu amoveri immeritum : invitus tamen rursum, calamitatibus coactus, legatos de pacis conditionibus, nunc ut ad consulem, misit : et nihil benignum jam porro exspectans, hoc unum tantum precatus est, ut juraret Cinna, cædibus se temperaturum. Et ille, jurare quidem dedignatus, pollicitus est tamen, se volentem scientem nemini necis causam fore. Monuit autem, ut Octavius, qui facto circuitu jam per diversam portam in urbem erat reversus, discederet e medio, ne quid ei se invito accideret. Sic ille ex superiori loco, pro potestate consulis, de sella curuli respondit. Marius vero, adstans sellæ proximus, silebat quidem; sed austeritate vultus satis præ se ferebat, quantas cædes esset editurus. His conditionibus acceptis, quum senatus Cinnam Mariumque invitaret in urbem (intellexerat enim, auctorem earum rerum omnium Marium esse, Cinnam vero subscriptorem), Marius salse irridens, respondit, non patere reditum exulibus. Statimque tribuni plebis ei, cæterisque Sylla consule pulsis, abrogarunt solemnibus formulis exilium.

LXXI. Sic igitur, trepidantibus cunctis, Cinna et Marius

των, ἐσῄεσαν ἐς τὴν πόλιν. Καὶ τὰ τῶν ἀντιπρᾶξαι σφίσι δοκούντων ἀκωλύτως πάντα διηρπάζετο. Ὀκταουΐῳ δὲ Κίννας μὲν καὶ Μάριος ὅρκους ἐπεπόμφεσαν, καὶ θύται καὶ μάντεις οὐδὲν πείσεσθαι προὔλεγον· οἱ δὲ φίλοι φυγεῖν παρῄνουν. Ὁ δ', εἰπὼν οὔποτε προλείψειν τὴν πόλιν ὕπατος ὤν, ἐς τὸν Ἰάνουκλον, ἐκστὰς τοῦ μέσου, διῆλθε μετὰ τῶν ἐπιφανεστάτων καί τινος ἔτι καὶ στρατοῦ· ἐπί τε τοῦ θρόνου προὐκάθητο, τὴν τῆς ἀρχῆς ἐσθῆτα ἐπικείμενος, ῥάβδων καὶ πελέκεων, ὡς ὑπάτῳ, περικειμένων. Ἐπιθέοντος δ' αὐτῷ μετά τινων ἱππέων Κηνσωρίνου, καὶ πάλιν τῶν φίλων αὐτὸν καὶ τῆς παρεστώσης στρατιᾶς φυγεῖν παρακαλούντων, καὶ τὸν ἵππον αὐτῷ προσαγαγόντων, οὐκ ἀνασχόμενος οὐδὲ ὑπαναστῆναι, τὴν σφαγὴν περιέμενεν. Ὁ δὲ Κηνσωρῖνος, αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐκτεμὼν, ἐκόμισεν ἐς Κίνναν, καὶ ἐκρεμάσθη πρὸ τῶν ἐμβόλων ἐν ἀγορᾷ, πρώτου τοῦδε ὑπάτου. Μετὰ δ' αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἀναιρουμένων ἐκρήμναντο αἱ κεφαλαί. Καὶ οὐ διέλιπεν ἔτι καὶ τόδε τὸ μύσος, ἀρξάμενόν τε ἀπὸ Ὀκταουΐου, καὶ ἐς τοὺς ἔπειτα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀναιρουμένους περιιόν. Ζητηταὶ δ' ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτίκα ἐξέθεον, τούς τε ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων. Καὶ τῶν μὲν ἱππέων ἀναιρουμένων λόγος οὐδεὶς ἔτι μετὰ τὴν ἀναίρεσιν ἐγίγνετο· αἱ δὲ τῶν βουλευτῶν κεφαλαὶ πᾶσαι προὐτίθεντο πρὸ τῶν ἐμβόλων. Αἰδώς τε θεῶν ἢ νέμεσις ἀνδρῶν, ἢ φθόνου φόβος οὐδεὶς ἔτι τοῖς γιγνομένοις ἐπῆν· ἀλλὰ ἐς τὰ ἔργα ἀνήμερα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἐς ὄψεις ἐτρέποντο ἀθεμίστους, κτιννύντες τε νηλεῶς, καὶ περιτέμνοντες αὐχένας ἀνδρῶν ἤδη τεθνεώτων· καὶ προτιθέντες τὰς συμφορὰς ἐς φόβον ἢ κατάπληξιν, ἢ θέαν ἀθέμιστον.

LXXII. Γάϊος μὲν δὴ Ἰούλιος, καὶ Λεύκιος Ἰούλιος, δύο ἀλλήλοιν ἀδελφὼ, καὶ Ἀτίλιος Σερράνος, καὶ Πούπλιος Λέντλος, καὶ Γάϊος Νεμετώριος, καὶ Μάρκος Βαίβιος, ἐν ὁδῷ καταληφθέντες, ἀνῃρέθησαν. Κράσσος δὲ μετὰ τοῦ παιδὸς διωκόμενος, τὸν μὲν υἱὸν ἔφθασε προανελεῖν, αὐτὸς δ' ὑπὸ τῶν διωκόντων ἐπανῃρέθη. Τὸν δὲ ῥήτορα Μάρκον Ἀντώνιον, ἔς τι χωρίον ἐκφυγόντα, ὁ γεωργὸς ἐπικρύπτων καὶ ξενίζων, ἐς πανδοχεῖον ἔπεμψε τὸν θεράποντα σπουδαιότερον τοῦ συνήθους, οἶνον πρίασθαι. Καὶ τοῦ καπήλου, τί δὴ σπουδαιότερον αἰτοίη, πυθομένου, ὁ μὲν θεράπων ἐψιθύρισε τὴν αἰτίαν, καὶ πριάμενος ἐπανῆλθεν. Ὁ δὲ κάπηλος αὐτίκα ἔθει, Μαρίῳ τοῦτο δηλώσων, καὶ ὁ Μάριος, ἐπεί τε ἤκουσεν, ὑφ' ἡδονῆς ἀνέδραμεν, ὡς αὐτὸς ὁρμήσων ἐπὶ τὸ ἔργον. Ἐπισχόντων δ' αὐτὸν τῶν φίλων, χιλίαρχος ἀποσταλεὶς στρατιώτας ἐς τὸ οἴκημα ἀνέπεμψεν· οὓς ὁ Ἀντώνιος, ἡδὺς ὢν εἰπεῖν, κατεκήλει λόγοις μακροῖς, οἰκτιζόμενός τε καὶ πολλὰ καὶ ποικίλα διεξιών· ἕως ὁ χιλίαρχος, ἀπορῶν ἐπὶ τῷ γιγνομένῳ, αὐτὸς ἀνέδραμεν εἰς τὸ οἴκημα, καὶ τοὺς στρατιώτας εὑρὼν ἀκροωμένους, ἔκτεινε τὸν Ἀντώνιον ῥητορεύοντα ἔτι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔπεμψε τῷ Μαρίῳ.

LXXIII. Κορνοῦτον δὲ ἐν καλύβαις κρυπτόμενον

urbem sunt ingressi. Moxque eorum, qui ad factionem adversam pertinere visi sunt, bona omnia vetante nemine diripi cœpta sunt. Octavio Cinna Mariusque jurejurando caverant, atque haruspices etiam et harioli prædixerant, nihil mali passurum: soli amici fugam suadebant. At ille, negans, unquam se consulem deserturum patriam, secessit e medio in Janiculum cum nobilissimo quoque et parte etiam quadam reliqua exercitus; ibique in sella curuli sublimis consedit, consulari habitu, stipatus fascibus ac securibus. Quumque Censorinus cum equitibus aliquot in eum incursaret, ac rursus tam amici quam astantes milites ad capessendam fugam eum hortarentur, et equum ei adducerent; ne surgere quidem dignatus, necem exspectavit, Censorinus abscissum Octavii caput ad Cinnam retulit; illudque, primum consulis caput, pro rostris suspensum est. Eodem loco et aliorum post cæsorum spectaculo fuere capita: et hic quoque exsecrabilis mos, qui ab Octavio initium cepit, ad posteros duravit in intestinis factionum infensarum cædibus. Jam vero inquisitores statim contra inimicos, tam ex senatorio ordine quam ex equestri, dimissi sunt a victoribus. Et equitum quidem trucidatorum, post patratam cædem, nulla amplius ratio habebatur: sed quotquot ex senatoribus necarentur, capita eorum pro rostris exponebantur omnium. Et quidquid tunc agebatur, aberat omnis sive adversus Deos reverentia, sive reprehensionis hominum cura, sive invidiæ metus: atrocissimis facinoribus grassantes, a facinoribus ad spectacula fœdiora convertebantur; sævis modis trucidando, truncando cervices defunctorum, et calamitates sive ad terrorem, sive ad nefariam spectatricis multitudinis voluptatem, in publicum ostentando.

LXXII. Itaque necati sunt C. et L. Julii, fratres germani, Atilius Serranus, P. Lentulus, C. Numitorius, M. Bæbius, in via deprehensi. Crassus cum filio fugiens, quum jam in eo esset ut deprehenderetur, filium prius occidit, sed ipse ab insectantibus est interemtus. M. Antonius orator, in villam quamdam elapsus, a villico benigne susceptus occultatusque est. Dum vero in hospitis gratiam servus villici in cauponam vinum petit solito sæpius, percontanti cauponi, cur frequentius peteret, causam servulus insusurravit: et caupo, dato vino, rem Mario significavit propere. Ille hoc audiens, præ lætitia prosiluit, ipse patraturus facinus: sed ab amicis retentus, tribunum in villam misit cum militibus. Hos Antonius, suavi facundia pollens, mulcebat longa oratione, miserationem movens variis modis; donec tribunus, miratus quid rei esset, intra domum cucurrit: ubi quum milites ab ore oratoris pendentes invenisset, verba adhuc facientem Antonium confodit, et caput ejus præcisum remisit ad Marium.

LXXIII. Cornutus vero in tugurio latitans, servorum est

-οἱ θεράποντες εὐμηχάνως περιέσωσαν. Νεκρῷ γὰρ περιτυχόντες σώματι, πυράν τε ἔνησαν· καὶ τῶν ζητητῶν ἐπιόντων, ἅψαντες τὴν πυρὰν ἔφασαν τὸν δεσπότην καίειν ἀπαγξάμενον. Ὁ μὲν δὴ πρὸς τῶν θεραπόντων περισέσωστο. Κόϊντος δὲ Ἀγχάριος Μάριον ἐν τῷ Καπιτωλίῳ μέλλοντα θύσειν ἐφύλαττεν, ἐλπίζων οἱ τὸ ἱερὸν διαλλακτήριον ἔσεσθαι. Ὁ δ', ἀρχόμενος τῆς θυσίας, προσιόντα τὸν Ἀγχάριον καὶ προσαγορεύοντα αὐτίκα ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς παρεστῶσι προσέταξεν ἀνελεῖν. Καὶ ἡ κεφαλὴ καὶ τοῦδε καὶ Ἀντωνίου τοῦ ῥήτορος, καὶ τῶν ἄλλων ὑπάτων ἢ στρατηγῶν γεγονότων, ἐν ἀγορᾷ προὐτέθησαν. Ταφήν τε οὐδενὶ ἐξῆν ἐπενεγκεῖν ἐς οὐδένα τῶν ἀναιρουμένων· ἀλλ' οἰωνοὶ καὶ κύνες ἄνδρας τοιούσδε διεσπάσαντο. Πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ἦν τῶν στασιωτῶν φόνος ἐν ἀλλήλους ἀνεύθυνος, καὶ ἐξελάσεις ἑτέρων, καὶ δημεύσεις περιουσίας, καὶ ἀρχῆς ἀφαιρέσεις, καὶ ἀνατροπαὶ τῶν ἐπὶ Σύλλα τεθέντων νόμων. Αὐτοῦ τε Σύλλα φίλοι πάντες ἀνῃροῦντο, καὶ ἡ οἰκία κατεσκάπτετο, καὶ ἡ περιουσία δεδήμευτο, καὶ πολέμιος ἐψηφίζετο· τὸ δὲ γύναιον καὶ ἡ γενεὰ ζητούμενοι διέφυγον. Ὅλως τε οὐδὲν ἀπῆν ἀθρόων τε καὶ ποικίλων κακῶν.

LXXIV. Ἐπὶ δὲ τούτοις, ἐς ὑπόκρισιν ἀρχῆς ἐννόμου, μετὰ τοσούσδε φόνους ἀκρίτους, ὑπεβλήθησαν κατήγοροι τῷ τε ἱερεῖ τοῦ Διὸς Μερόλᾳ, κατ' ὀργὴν ἄρα τῆς ἀρχῆς, ἣν Κίνναν οὐδὲν ἀδικῶν διεδέδεκτο· καὶ Λουτατίῳ Κάτλῳ, τῷ Μαρίου περὶ τὰ Κιμβρικὰ συνάρχῳ, περισωθέντι μὲν ἐκ Μαρίου πάλαι, ἀχαρίστῳ δ' ἐς αὐτὸν καὶ πικροτάτῳ περὶ τὴν ἐξέλασιν γενομένῳ. Οὗτοι μὲν δή, φυλασσόμενοί τε ἀφανῶς, καὶ τῆς κυρίας ἡμέρας ἐπελθούσης, ἐς τὴν δίκην ἀνακαλούμενοι (τετράκι δὲ ἐχρῆν κηρυττομένους ἐν ὡρισμένοις ὡρῶν διαστήμασιν ἁλῶναι), Μερόλας μὲν τὰς φλέβας ἐνέτεμεν ἑαυτοῦ, καὶ πινάκιον αὐτῷ παρακείμενον ἐδήλου, ὅτι κόπτων τὰς φλέβας τὸν πῖλον ἀποθοῖτο· οὐ γὰρ ἦν θεμιτόν, ἱερέα περικείμενον τελευτᾶν. Κάτλος δ' ἐν οἰκήματι νεοχρίστῳ τε καὶ ἔτι ὑγρῷ καίων ἄνθρακας, ἑκὼν ἀπεπνίγη. Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως ἀπέθανον. Θεράποντες δ', ὅσοι κατὰ τὸ κήρυγμα πρὸς Κίνναν ἐκδραμόντες ἐλεύθεροι γεγένηντο, καὶ αὐτῷ Κίννᾳ τότε ἐστρατεύοντο, ταῖς οἰκίαις ἐπέτρεχον, καὶ διήρπαζον, ἀναιροῦντες ἅμα οἷς περιτύχοιεν· οἱ δὲ αὐτῶν καὶ τοῖς σφετέροις δεσπόταις μάλιστα ἐπεχείρουν. Κίννας δ' ἐπεὶ πολλάκις αὐτοῖς ἀπαγορεύων οὐκ ἔπειθε, Γαλατῶν στρατιὰν αὐτοῖς ἔτι νυκτὸς ἀναπαυομένοις περιστήσας, διέφθειρε πάντας. Οἱ μὲν δὴ θεράποντες δίκην ἀξίαν ἔδοσαν τῆς ἐς δεσπότας πολλάκις ἀπιστίας.

LXXV. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, ὕπατοι μὲν ᾕρηντο Κίννας τε αὖθις, καὶ Μάριος ἕβδομον· ᾧ, μετὰ φυγὴν καὶ ἐπικήρυξιν εἴ τις ὡς πολέμιον ἀνέλοι, τὸ μάντευμα ὅμως ἀπήντα τὸ τῶν ἑπτὰ νεογνῶν αἰετῶν. Ἀλλ' οὗτος μέν, πολλὰ καὶ δεινὰ ἐς Σύλλαν ἐπινοῶν, τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς ἀρχῆς ἀπέθανε. Καὶ Οὐαλέριον Φλάκκον ὁ Κίννας ἑλόμενος ἀντ' αὐτοῦ, εἰς τὴν Ἀσίαν ἐξέπεμ-

servatus est : nacti enim cadaver quoddam injecerunt in rogum, et dum adventant inquisitores, supposito igne, aiebant, herum se cremare præfocatum laqueo. Sic ille servorum fide mansit incolumis. At Q. Ancharius occasionem spectabat, qua Marius in Capitolio erat sacrificaturus; sperans, fore ut religione loci adjutus reciperetur in gratiam. Sed ille, quum jam cœpisset sacra facere, accedentem se salutantemque, mox in ipso fano jugulari a suis imperat Et hujus quoque caput, quemadmodum et oratoris Antonii, cæterorumque tam consularium quam prætoriorum, pro rostris fuit spectaculo. Nec horum quemquam sepelire licuit; canibus et alitibus lacerandi tales viri relicti sunt. Passim quoque seditiosi se impune contrucidabant invicem. Alii pellebantur domo, bonis exuebantur, aut privabantur honoribus. Jamque Syllæ leges abrogabantur; amicique ejus necabantur omnes : diruta ejusdem domus, bona publicata; ipse hostis reipublicæ judicatus : uxor quoque ac liberi, quæsiti ad necem, ægre evaserunt. Nec ulla malorum confertim grassantium aberat species.

LXXIV. Tandem, post tot indemnatorum cædes, visum est, in speciem legitimi imperii, alios, subornatis accusatoribus, in judicium vocare. Itaque Merulæ, flamini diali dies dictus est, inviso, quod Cinnæ in consulatu successor fuerat datus, et nullam aliam culpam habenti; simulque Lutatio Catulo, qui Marii collega bello Cimbrico, et ab eo olim servatus, immemor beneficiorum, exilii ipsius acerrimus auctor exstiterat. Hi quum dissimulanter primum custoditi, ac deinde, ubi dies dictus venit, per præcones essent citati, (oportebat autem reos, postquam citati essent quater, intermisso certo dierum intervallo, capi), Merula quidem sibimet ipse venas secuit; et adjacens scripta tabula testabatur eum id fecisse deposito apice : flaminem enim apicatum mori nefas habebatur. Catulus vero in cubiculo recens calce illito necdum persiccato, ingestis prunis, volens suffocatus est. Is fuit tantorum virorum exitus. Cæterum servi, qui per præconem invitati ad Cinnam transfugerant, jam libertate ab eo donati, et militiæ ejus adscripti, domos irrumpendo egerebant prædas, ne a cædibus quidem obviorum abstinentes : nec deerant, qui propriis heris maxime vim inferrent. Quos Cinna sæpius cohibere conatus, quum nihil proficeret, Gallicis militibus per nocturnam quietem cinctos, ad unum delevit : atque ita de his merita perfidiæ pœna sumta est.

LXXV. In annum sequentem consules creantur Cinna II, et Marius VII; cui, post exilium atque proscriptionem, tamen augurium illud septem pullorum aquilinorum haudquaquam fuit irritum. At hic quidem, dum multa contra Syllam molitur, in mediis conatibus, primo initi magistratus mense, vita defunctus est. Mario a Cinna suffectus

ψεν. Ἀποθανόντος δὲ καὶ Φλάκκου, Κάρδωνα εἵλετο συνάρχειν ἑαυτῷ.

LXXVI. Σύλλας δ' ἐπείξει τῆς ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐπανόδου, τὰ ἐς Μιθριδάτην πάντ' ἐπιταχύνας, ὥς μοι προείρηται, καὶ ἔτεσιν οὐδ' ὅλοις τρισὶν, ἑκκαίδεκα μὲν ἀνδρῶν μυριάδας κατακανὼν, τὴν δὲ Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν καὶ Ἰωνίαν καὶ Ἀσίαν, καὶ ἄλλα ἔθνη πολλὰ, ὅσα Μιθριδάτης προειλήφει, ἐς Ῥωμαίους ἀναλαβὼν, αὐτόν τε τὸν βασιλέα τὰς ναῦς ἀφελόμενος, καὶ ἐς μόνην τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἐκ τοσῶνδε κατακλείσας, ἐπανῄει· στρατὸν ἄγων εὔνουν οἱ, καὶ γεγυμνασμένον, καὶ πολὺν, καὶ τοῖς γεγονόσιν ἐπηρμένον. Ἦγε δὲ καὶ νεῶν πλῆθος, καὶ χρήματα, καὶ παρασκευὴν ἐς ἅπαντα ἀξιόλογον, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἦν ἐπίφοβος. Ὥστε δειμαίνοντες αὐτὸν ὅ τε Κάρδων καὶ ὁ Κίννας, ἐς ὅλην τὴν Ἰταλίαν τινὰς περιέπεμπον, χρήματα καὶ στρατιὰν καὶ σῖτον αὐτοῖς ἀθροίζειν· τούς τε δυνατοὺς συνουσίαις ἀνελάμβανον, καὶ τῶν πόλεων ἠρέθιζον μάλιστα τὰς νεοπολίτιδας, ὡς δι' αὐτὰς ὄντες ἐν τοσῷδε κινδύνου. Τάς τε ναῦς ἐπεσκεύαζον ἀθρόως, καὶ τὰς ἐν Σικελίᾳ μετεκάλουν, καὶ τὴν παράλιον ἐφύλασσον, καὶ οὐδὲν ὀξείας οὐδὲ οἵδε παρασκευῆς μετὰ δέους ἅμα καὶ σπουδῆς ἐξέλειπον.

LXXVII. Σύλλας δ' ἐπὶ φρονήματος ἐπέστελλε τῇ βουλῇ περί τε αὐτοῦ, καταλέγων ὅσα περὶ Λιβύην ἐς Ἰουγόρθαν τὸν Νομάδα, ἔτι ταμιεύων, ἢ ἐπὶ τοῖς Κιμβρικοῖς, πρεσβεύων, ἢ Κιλικίας ἡγούμενος, ἢ ἐν τοῖς συμμαχικοῖς, ἢ ὑπατεύων, ἔπραξε· τὰ δ' ἔναγχος ἐς Μιθριδάτην ὑπερεπαίρων τε μάλιστα, καὶ καταλογιζόμενος αὐτοῖς ἀθρόως ἔθνη πολλὰ, ὅσα Μιθριδάτου γενόμενα Ῥωμαίοις ἀναλάβοι· καὶ οὐδενὸς ἧττον, ὅτι τοὺς ἐξελαθέντας ἐκ Ῥώμης ὑπὸ Κίννα, καταφυγόντας ἐς αὐτὸν, ὑποδέξαιτο ἀπορουμένους, καὶ ἐπικουφίζοι τὰς συμφορὰς αὐτοῖς. Ἀνθ' ὧν, ἔφη, τοὺς ἐχθροὺς πολέμιον αὐτὸν ἀναγράψαι, καὶ τὴν οἰκίαν ἀνασκάψαι, καὶ τοὺς φίλους ἀνελεῖν· τὴν δὲ γυναῖκα καὶ τέκνα μόλις πρὸς ἑαυτὸν διαφυγεῖν. Ἀλλ' αὐτίκα καὶ τοῖσδε καὶ τῇ πόλει πάσῃ τιμωρὸς ἥξειν ἐπὶ τοὺς εἰργασμένους. Τοῖς δ' ἄλλοις πολίταις τε καὶ νεοπολίταις προὔλεγεν, οὐδενὶ μέμψεσθαι περὶ οὐδενός. Ὧν ἀναγιγνωσκομένων, δέος ἅπαντας ἐπεῖχε, καὶ πρέσβεις ἔπεμπον, οἳ συναλλάξειν αὐτὸν τοῖς ἐχθροῖς ἔμελλον, καὶ προερεῖν, εἴ τινος ἀσφαλείας δέοιτο, τῇ βουλῇ τάχιστα ἐπιστεῖλαι. Τοῖς δ' ἀμφὶ τὸν Κίνναν εἴρητο, μὴ στρατολογεῖν, ἔστε ἐκεῖνον ἀποκρίνεσθαι. Οἱ δ' ὑπέσχοντο μὲν, ὧδε πράξειν· οἰχομένων δὲ τῶν πρέσβεων, ἐς τὸ μέλλον ἑαυτοὺς ἀνεῖπον ὑπάτους αὐτίκα, τοῦ μὴ διὰ τὰ ἀρχαιρέσια θᾶττον ἐπανήκειν. Καὶ τὴν Ἰταλίαν περιιόντες, στρατιὰν συνῆγον, ἣν ἐς Λιβυρνίαν (ὡς ἐκεῖθεν ἀπαντήσοντες τῷ Σύλλᾳ) κατὰ μέρος ἐπὶ νεῶν διεβιβάζοντο.

LXXVIII. Τὸ μὲν δὴ πρῶτον μέρος εὐσταθῶς διέπλευσε· τῷ δ' ἑξῆς χειμὼν ἐπέπεσε, καὶ ὅσοι τῆς γῆς ἐλαμβάνοντο, εὐθὺς ἐς τὰς πατρίδας διεδίδρασκον, ὡς οὐ στρατεύσοντες ἑκόντες κατὰ πολιτῶν. Οἵ τε λοιποὶ

Valerius Flaccus, in Asiam ab eodem missus est. Quo in Asia occiso, Carbonem sibi collegam Cinna optavit.

LXXVI. At Sylla, reditum contra inimicos approperans, Mithridate celeriter debellato, ut ante dictum est; ac ne [illegible] quidem triennio cæsis hostium centum sexaginta millibus, recepta Græcia, Macedonia, Ionia, Asia, multisque aliis gentibus, quas Mithridates occuparat ademtaque regi classe, et eodem intra paternum regnum compulso; revertebatur cum magno exercitu, optime erga sese animato, ad hæc assueto laboribus, et rebus prospere gestis elato. Habebat etiam naves multas, et pecunias, et apparatum ad res quantumvis amplas aggrediendas idoneum, ita ut inimicis esset formidabilis. Quo metu perculsi Carbo et Cinna, certos homines dimiserunt per totam Italiam, qui pecunias, milites, frumentum, in usum imminentis belli compararent: et potentiores quosque familiaribus congressibus ad partes suas adjungebant: civitates quoque, novorum præcipue civium, concitabant: jactantes, propter ipsos præsenti se objectos periculo: denique reparata celeriter classe, et accersitis e Sicilia navibus, servabant littora; nihilque sibi, quod quidem in ipsis esset ad apparatus celeritatem, ut in rebus trepidis, reliquum faciebant.

LXXVII. At Sylla elato animo scripsit ad senatum de se ipso: enumerans labores suos, quos et bello Jugurthino quæstor exhausisset in Numidia, et legatus bello Cimbrico, et prætor in Cilicia, et bello sociali, et in consulatu: ad hæc res nuperrime contra Mithridatem gestas exponebat, exaggerans verbis singula, ac præsertim gentium magnam multitudinem enumerans, quas ab rege occupatas reduxisset sub Romani populi imperium: neque vero quidquam imputabat magis, quam quod civibus Romanis, Cinnæ violentia urbe pulsis, ipse fuisset refugium, et in rebus calamitosis egenisque solamen et auxilium. « Pro quibus beneficiis, aiebat, egregiam sibi gratiam ab inimicis relatam esse, proscriptionem capitis, domus subversionem, amicorum cædem, uxoris ac liberorum fugam, qua ægre ad se evasissent incolumes. Sed confestim venturum esse, ulturumque eum privatas injurias, tum publicas, et pœnas exacturum ab earum auctoribus: ceterorum vero civium, vel veterum vel novorum, incusaturum neminem. » Perlectis his Syllæ literis, quum pavor omnes invasisset, legatos ad eum misit senatus, qui conciliarent eum adversariis; præmonerentque, si quid caveri sibi vellet fide publica, id [illegible] significaret. Interim Cinna Carboque jussi sunt cessare a delectibus, dum responsum a Sylla esset redditum. Sed illi, [illegible] post legatorum discessum se ipsos denuo in proximum annum consules renuntiant, ne opus haberent [illegible] Urbem repetere. [illegible] peragrata Italia, [illegible] milites alios post alios navibus trajiciebant in Liburniam, ex qua regione occurrere Syllæ constituerant.

LXXVIII. [illegible] prospera navigatione usi, [illegible] sed proximos [illegible] tempestas oppressit; et quicumque ex his in terram evaserunt, ii protinus domum quisque suam diffugerunt, utpote nunquam sua voluntate contra cives suos militaturi. Quo cognito

πυνθανόμενοι ταῦτ᾽, οὐδ᾽ αὐτοὶ περάσειν ἔτι ἔλεγον ἐς τὴν Λιβυρνίαν. Κίννας δ᾽ ἀγανακτῶν, ἐς ἐκκλησίαν αὐτοὺς ὡς ἐπιπλήξων συνεκάλει· καὶ οἱ σὺν ὀργῇ παρήεσαν, ὡς ἀμυνούμενοι. Τῶν δὲ ῥαβδοφόρων τινὸς ὁδοποιοῦντος τῷ Κίννᾳ, καί τινα τῶν ἐν ποσὶ πατάξαντος, ἕτερος ἐκ τοῦ στρατοῦ τὸν ῥαβδοῦχον ἐπάταξε. Καὶ Κίννα κελεύσαντος αὐτὸν συλλαβεῖν, βοὴ παρὰ πάντων ἀνέστη, καὶ λίθων ἦσαν ἐπ᾽ αὐτὸν ἀφέσεις· οἱ δ᾽ ἐγγὺς καὶ τὰ ξιφίδια ἐπισπάσαντες, συνεκέντησαν αὐτόν. Οὕτω δὴ μὲν καὶ Κίννας ὑπατεύων ἀπέθανε. Κάρβων δ᾽ ἔκ τε Λιβυρνίας τοὺς διαπεπλευκότας ἐς αὐτὴν μετεκάλει, καὶ τὰ γιγνόμενα δεδιώς, ἐς τὴν πόλιν οὐ κατῄει, καὶ πάνυ τῶν δημάρχων αὐτὸν καλούντων ἐπὶ συνάρχου χειροτονίαν. Ἀπειλησάντων δὲ ἰδιώτην ἀποφανεῖν, ἐπανῆλθε μέν, καὶ χειροτονίαν προύθηκεν ὑπάτου. Ἀπαισίου δὲ τῆς ἡμέρας γενομένης, ἑτέραν προύγραφε· καὶ ταύτῃ κεραυνοῦ πεσόντος ἐς τὸ τῆς Σελήνης καὶ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν, οἱ μάντεις ὑπὲρ τὰς θερινὰς τροπὰς ἀνετίθεντο τὰς χειροτονίας· καὶ μόνος ἦρχεν ὁ Κάρβων.

LXXIX. Σύλλας δὲ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἥκουσιν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἀπεκρίνατο, αὐτὸς μὲν οὔποτε ἀνδράσι τοιάδε ἐργασαμένοις ἔσεσθαι φίλος· τῇ πόλει δ᾽ οὐ φθονήσειν, χαριζομένῃ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς· ἀσφάλειαν δὲ αὐτὸς μᾶλλον αὐτοῖς, ἔφη, καὶ τοῖς ἐς αὐτὸν καταφυγοῦσιν ἐς ἀεὶ παρέξειν, στρατὸν ἔχων εὔνουν. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα δῆλος ἐγένετο, ἑνὶ ῥήματι τῷδε, οὐ διαλύσων τὸν στρατὸν, ἀλλὰ τὴν τυραννίδα ἤδη διανοούμενος. Ἤτει δ᾽ αὐτοὺς τήν τε ἀξίωσιν καὶ περιουσίαν καὶ ἱερωσύνην, καὶ εἴ τι ἄλλο γέρας εἶχεν, ἐντελῆ πάντα ἀποδοθῆναι· καὶ τοὺς περὶ τούτων ἐροῦντας συνέπεμπε τοῖς πρέσβεσιν. Οἱ δ᾽ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ Βρεντεσίου, Κίνναν τε πυθόμενοι τεθνάναι, καὶ τὴν πόλιν ἀδιοίκητον εἶναι, πρὸς τὸν Σύλλαν ἀνέστρεφον ἄπρακτοι. Καὶ ὁ Σύλλας πέντε Ἰταλοῦ στρατοῦ τέλη, καὶ ἱππέας ἑξακισχιλίους, ἄλλους τέ τινας ἐκ Πελοποννήσου καὶ Μακεδονίας προσλαβὼν, ἅπαντας ἄγων ἐς μυριάδας ἀνδρῶν τέσσαρας, ἐπί τε Πάτρας ἀπὸ τοῦ Πειραιέως, καὶ ἐκ Πατρῶν ἐς Βρεντέσιον, χιλίαις καὶ ἑξακοσίαις ναυσὶ διέπλει. Δεξαμένων δ᾽ αὐτὸν ἀμαχεὶ τῶν Βρεντεσίων, τοῖσδε μὲν ὕστερον ἔδωκεν ἀτέλειαν, ἣν καὶ νῦν ἔχουσι· αὐτὸς δ᾽ ἀναστήσας τὸν στρατὸν, ἦγεν ἐς τὸ πρόσω.

LXXX. Καὶ αὐτῷ Μέτελλος Καικίλιος ὁ Εὐσεβὴς, ἐκ πολλοῦ τε ᾑρημένος ἐς τὰ λοιπὰ τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου, καὶ διὰ Κίνναν καὶ Μάριον ἐς τὴν πόλιν οὐκ ἐσελθὼν, ἀλλὰ ἐν τῇ Λιγυστίδι τὸ μέλλον περιορῶν, αὐτόκλητος σύμμαχος ἀπήντα μεθ᾽ ἧς εἶχε συμμαχίας, ἀνθύπατος ἔτι ὤν. Ἔστι γὰρ εἶναι τοῖς αἱρεθεῖσιν, ἔστε ἐπανέλθοιεν ἐς Ῥώμην. Ἐπὶ δὲ τῷ Μετέλλῳ καὶ Γναῖος Πομπήϊος, ὁ μετ᾽ οὐ πολὺ Μέγας προσονομασθεὶς, Πομπηΐου μὲν ὢν παῖς τοῦ διεφθαρμένου τῷ κεραυνῷ, οὐκ εὔνου τῷ Σύλλᾳ νομισθέντος, τὴν δ᾽ ὑποψίαν διαλυόμενος, ἦλθε, καὶ τέλος ἤγαγεν, ἐκ τῆς Πικηνίτιδος, κατὰ κλέος τοῦ πατρὸς ἰσχύσαντος ἐν αὐτῇ

reliqui quoque negabant se posthac in Liburniam trajecturos. Eos igitur Cinna iratus ad concionem evocat, minis conturus. Illi non minus irati præsto fuerunt; non dissimulantes, se repugnare paratos, si quis insolentius urgeat. Quum vero lictor, qui Cinnæ in concionem eunti de via submovebat multitudinem, pulsasset quemdam obvium, alius ex militibus lictorem repercussit : quem dum consul jubet corripi, sublato pariter omnium clamore ad saxorum jactus ventum est; et qui propiores stabant, strictis gladiis consulem confoderunt. Atque sic Cinna quoque in ipso consulatu periit. Tum Carbo, reverti jussis qui in Dalmatiam trajecerant, de præsenti rerum statu sollicitus, non ausus est in Urbem redire, quantumvis revocantibus tribunis plebis ad subrogandum legitimis comitiis, in occisi locum, alterum consulem. Tandem vero comminantibus illis, se eum in privatorum civium ordinem redacturos, rediit quidem, et consularia comitia habuit : sed quum aves non addixissent, in aliam diem distulit. At tunc quoque, quum fana Lunæ atque Cereris de cœlo tacta essent, augures comitia distulerunt ultra solstitium : et sic Carbo solus consul mansit.

LXXIX. Inter hæc Sylla senatus legationi ad se missæ responderat : « cum talium ac tantorum scelerum patratoribus nunquam sibi quidem fore amicitiam : non prohibiturum se tamen, si populus Romanus eis incolumitatem donare voluerit. De securitate autem nihil opus esse, ut ipsi caveat senatus; nam se potius senatum populumque, et eos qui ad sese confugerent, posse tutos præstare, quum habeat faventem sibi exercitum. » Ex quo vel uno dicto satis apparebat, eum non dimissurum exercitum, sed jam tunc de dominatione cogitare. Cæterum et dignitatem pristinam, et bona, et sacerdotium, et si quos alios honores habuerat, omnia hæc integra sibi postulabat restitui : ac de suis nonnullos cum senatus legatis remisit, qui his de rebus ad senatum verba facerent. Sed hi quamprimum Brundusii cognoverunt, Cinnam mortuum, remque publicam esse sine capite, ad Syllam reversi sunt infecto negotio. Et Sylla cum quinque legionibus Italicis, et VI. M. equitum, assumtis etiam Macedonum ac Peloponnesiorum auxiliis, ducens in universum circiter quadraginta virorum millia, a Piræeo Patras, et inde porro Brundusium trajecit, classe M. DC navium. Receptusque in portum a Brundusinis non repugnantibus, immunitate donavit eos in posterum, qua hodieque fruuntur : moxque inde cum universis copiis propius Urbem profectus est.

LXXX. In eo itinere occurrit ei Cæcilius Metellus Pius : qui quum ante aliquot annos ad conficiendas belli socialis reliquias cum imperio esset missus, ac deinde Cinnæ Mariique metu vitasset Urbem, et interim apud Ligures eventum rerum exspectasset, tunc quidem ultro se socium Syllæ obtulit, cum ea quam circa se habebat manu, proconsulis etiam tum nomen dignitatemque retinens : durat enim semel assumtus honor, donec contingat reditus in patriam. Nec ita multo post, Cn. Pompeius, qui postea Magnus cognominatus est, supervenit; ejus Pompeii filius, qui fulmine periit, et non visus erat Syllæ esse amicus. Sed filius nunc, abolita illa suspicione, Syllæ præsto fuit, e Piceno legionem adducens; qua in regione gratiosus erat

μάλιστα, ἀγείρας. Μετὰ δ' οὐ πολὺ καὶ δύο ἄλλα συνέλεξε· καὶ χρησιμώτατος ἐν τοῖς μάλιστα ὅδε ὁ ἀνὴρ ἐγένετο τῷ Σύλλᾳ. Ὅθεν αὐτὸν ὁ Σύλλας, ἔτι νεώτατον ὄντα, ἦγεν ἐν τιμῇ· καὶ ἐπιόντος, φασὶν, ὑπανίστατο μόνῳ. Λήγοντος δὲ τοῦ πολέμου, καὶ ἐς Λιβύην ἔπεμψεν ἐξελάσαι τε τοὺς Κάρβωνος φίλους, καὶ Ἱεμψάλαν, ἐκπεσόντα ὑπὸ Νομάδων, ἐς τὴν βασιλείαν καταγαγεῖν. Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ θριαμβεῦσαι κατὰ τῶν Νομάδων αὐτῷ παρέσχεν ὁ Σύλλας, ἔτι ὄντι νέῳ, καὶ ἔτι ὄντι τῶν ἱππέων. Καὶ ἀπὸ τοῦδε ἐπαρθεὶς ἐς μέγα ὁ Πομπήϊος, ἐπὶ Σερτώριον εἰς Ἰβηρίαν ἐπέμφθη, καὶ ἐς τὸν Πόντον ἐπὶ Μιθριδάτην ὕστερον. Ἀφίκετο δὲ καὶ Κέθηγος ἐς τὸν Σύλλαν, χαλεπώτατος ἀντιστασιώτης αὐτῷ μετὰ Κίννα καὶ Μαρίου γενόμενος, καὶ σὺν ἐκείνοις τῆς πόλεως ἐκπεσὼν, ἱκέτης τε γιγνόμενος, καὶ ἑαυτὸν ὑπηρέτην ἐς ὅ τι βούλοιτο παρέχων.

LXXXI. Ὁ δὲ, καὶ στρατιᾶς πολὺ πλῆθος ἔχων ἤδη, καὶ φίλους πολλοὺς τῶν ἐπιφανῶν, τοῖσδε μὲν ὑποστρατήγοις ἐχρῆτο, αὐτὸς δὲ καὶ Μέτελλος, ἀνθυπάτω ὄντε, ἐς τὸ πρόσθεν ἐχώρουν· ἐδόκει γὰρ δὴ καὶ ὁ Σύλλας, ἀνθύπατος ἐπὶ Μιθριδάτῃ γενόμενος, οὐκ ἀποθέσθαι πω τὴν ἀρχὴν, εἰ καὶ πολέμιον αὐτὸν ἐψηφίσατο Κίννας. Ὁ μὲν δὴ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ᾔει βαρυτάτῃ καὶ ἀφανεῖ ἔχθρᾳ. Οἱ δ' ἐν ἄστει, τῆς τε φύσεως αὐτοῦ καλῶς τεκμαιρόμενοι, καὶ τὴν προτέραν ἐς τὴν πόλιν ἐσβολὴν αὐτοῦ καὶ κατάληψιν ἔτι ἔχοντες ἐν ὄψει, τά τε ψηφίσματα ἃ ἀπεκήρυξαν αὐτῷ λογιζόμενοι, καὶ τὴν οἰκίαν ὁρῶντες ἀνεσκαμμένην, καὶ περιουσίαν δεδημευμένην, καὶ φίλους ἀνῃρημένους, καὶ γενεὰν μόλις ἐκφυγοῦσαν, ἐδείμαινον. Καὶ οὐδὲν σφίσι νίκης ἢ πανωλεθρίας μέσον εἶναι νομίζοντες, συνίσταντο τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τὸν Σύλλαν μετὰ δέους· ἔς τε τὴν Ἰταλίαν περιπέμποντες, στρατιὰν καὶ τροφὰς καὶ χρήματα συνῆγον, οὐδὲν, ὡς περὶ ἐσχάτων, σφίσιν ἀπολείποντες οὔτε σπουδῆς οὔτε προθυμίας.

LXXXII. Γάϊός τε Νωρβανὸς καὶ Λεύκιος Σκιπίων, τὼ τότε ὄντε ὑπάτω, καὶ μετ' αὐτῶν Κάρβων, ὃς πέρυσιν ἦρχεν, ἔχθρᾳ μὲν ἐς τὸν Σύλλαν ὁμοίᾳ χρώμενοι, δέει δὲ καὶ συνειδότι ὧν ἔπραξαν πολὺ τῶν ἄλλων χείρονι, ἔκ τε τῆς πόλεως στρατὸν ὅσον εὐπόρουν κατέλεγον, καὶ τὸν ἐκ τῆς Ἰταλίας προσλαβόντες, ἐπὶ τὸν Σύλλαν κατὰ μέρος ἐχώρουν, σπείραις ἐκ πεντακοσίων ἀνδρῶν διακοσίαις τότε πρῶτον· ὕστερον γὰρ καὶ πλέοσι τούτων. Ἡ γὰρ εὔνοια τῶν ἀνδρῶν ἐς τοὺς ὑπάτους παρὰ πολὺ ἐποίει· ὡς τὸ μὲν ἔργον τὸ Σύλλα, χωροῦντος ἐπὶ τὴν πατρίδα, δόξαν ἔχον πολεμίου, τὸ δὲ τῶν ὑπάτων, εἰ καὶ περὶ σφῶν ἔπραττον, πρόσχημα τῆς πατρίδος. Τῶν τε ἁμαρτηθέντων αὐτοῖς οἱ πολλοὶ συνεγνωκότες, καὶ τοῦ φόβου μετέχειν ἡγούμενοι, συνέπρασσον· εὖ τὸν Σύλλαν εἰδότες οὐ κόλασιν ἢ διόρθωσιν ἢ φόβον ἐπὶ σφίσιν, ἀλλὰ λύμας καὶ θανάτους καὶ δημεύσεις καὶ ἀναίρεσιν ὅλως ἀθρόαν ἐπινοοῦντα. Ὧν οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς δόξης. Ὅ τε γὰρ πόλεμος ἔφθειρε πάντα· ὧν γε καὶ μύριοι καὶ δισμύριοι πολλάκις ἐν

ob patris memoriam, qui magna ibi in auctoritate fuerat. Idem Pompeius paulo post alias quoque duas legiones conscripsit, et inter præcipuos ductores strenuam operam Syllæ navavit. Quo factum est, ut juvenis adhuc apud illum magno esset in pretio; ita ut soli omnium adventanti assurgere solitus perhibeatur. Eumdem quoque posthac in Africam misit Sylla ad reliquias belli conficiendas, et Carbonianos inde profligandos, restituendumque in regnum Hiempsalem, pulsum a Numidis; et ob eas res gestas triumphum ei concessit, ante legitimam ætatem, necdum equestrem ordinem egresso. A quibus initiis quum multum crevisset Pompeius, contra Sertorium deinde in Hispaniam missus est, et in Pontum postea contra Mithridatem. Præter hunc et Cethegus ad Syllam se contulit, qui infensissimus ei cum Cinna Marioque fuerat, et cum his Urbe fuerat pulsus; tunc vero supplex ei ad quidvis suum offerebat ministerium.

LXXXI. Itaque Sylla, auctus cum militum numero, tum amicorum illustrium, his quidem pro legatis utebatur, ipse vero et Metellus, ambo proconsules, procedebant ulterius: nam et Sylla, quum proconsulari potestate contra Mithridatem esset profectus, magistratum nondum deposuerat, quamvis hostis a Cinna judicatus. Et Sylla quidem animo supra quam dici potest infensissimo, dissimulato tamen etiam nunc paulisper, adversus inimicos proficiscebatur. At illi in Urbe, facile conjectantes de hominis ingenio, necdum prioris in Urbem Syllæ irruptionis obliti, reputantesque quibus plebiscitis eum exagitassent et videntes domum ejus dirutam, bona publicata, amicos interemtos, conjugem liberosque vix fuga servatos, magno in timore versabantur. Et quum aut vincendum sibi viderent, aut pereundum funditus; trepidi conspirabant adversus eum cum consulibus, totaque Italia milites, commeatus, pecunias contrahebant, et, ut in extremo periculo, nihil sibi ad summum studium summamque industriam reliquum faciebant.

LXXXII. Consules vero C. Norbanus et L. Scipio, et cum his Carbo, qui superiori anno consul fuerat; infesti quidem Syllæ, ut cæteri, sed conscientia patratorum facinorum plus sibi timentes; cum urbanis delectibus habitis, tum Italicis, partitis copiis contra hostem ibant: habueruntque cohortes quingenarias, ducentas tunc primum; nam postea pluribus etiam usi sunt. Erat enim favor hominum in consules multo propensior; quod Sylla videretur patriam hostiliter petere, consules vero, rem licet suam agentes, prætextu tamen uterentur reipublicæ. Et plerique, conscii se cum illis peccasse, pari metu ad repugnandum movebantur: non ignari, Syllam non castigationem aut correctionem aut terrorem volutare animo; sed pestem, cædes, direptiones peremtionem. Nec eos ea fefellit opinio: nam et præliis vastata sunt omnia, denis vicenisque millibus sæpe una

μάχη μιᾷ, καὶ ἀμφὶ τὸ ἄστυ πέντε μυριάδες, ἀμφοῖν ἀπέθανον· καὶ ἐς τοὺς ὑπολοίπους ὁ Σύλλας οὐδὲν δεινὸν καὶ καθ' ἕνα καὶ κατὰ πόλεις ἐξέλιπε δρῶν· μέχρι καὶ μόναρχον ἑαυτὸν ἀπέφηνε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὅλης, ἐφ' ὅσον ἔχρῃζέ τε καὶ ἐβούλετο.

LXXXIII. Καὶ τάδε αὐτοῖς ἐδόκει καὶ τὸ δαιμόνιον ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ προσημῆναι. Δείματά τε γὰρ ἄλογα πολλοῖς, καὶ ἰδίᾳ καὶ κατὰ πλῆθος, ἐνέπιπτε περὶ ὅλην τὴν Ἰταλίαν· καὶ μαντευμάτων παλαιῶν ἐπιφοβωτέρων ἐμνημόνευον· τέρατά τε πολλὰ ἐγίγνοντο, καὶ ἡμίονος ἔτεκε, καὶ γυνὴ κύουσα ἔχιν ἀντὶ βρέφους ἐξέδωκε. Τήν τε γῆν ὁ θεὸς ἐπὶ μέγα ἔσεισε, καὶ νεώς τινας ἐν Ῥώμῃ κατήνεγκε (καὶ πάνυ Ῥωμαίων ὄντων ἐς τὰ τοιαῦτα βαρυεργῶν)· τό τε Καπιτώλιον, ὑπὸ τῶν βασιλέων τετρακοσίοις που πρόσθεν ἔτεσι γενόμενον, ἐνεπρήσθη, καὶ τὴν αἰτίαν οὐδεὶς ἐπενόει. Πάντα δ' ἔδοξεν ἐς τὸ πλῆθος τῶν ἀπολουμένων, καὶ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰταλίας καὶ Ῥωμαίων αὐτῶν, τῆς τε πόλεως κατάληψιν, καὶ πολιτείας μεταβολὴν προσημῆναι.

LXXXIV. Ἤρξατο μὲν οὖν ὅδε ὁ πόλεμος, ἐξ οὗ Σύλλας ἐς Βρεντέσιον παρῆλθεν, ὀλυμπιάδων οὐσῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα καὶ τεσσάρων. Μῆκος δ' αὐτοῦ, διά γε τὸ μέγεθος τῶν ἔργων, σὺν ἐπείξει ὡς ἐπ' ἐχθροὺς ἰδίους ταχυνόντων, οὐ πολὺ ὡς ἐπὶ τοσοῖσδε ἔργοις ἐγένετο. Ὅθεν καὶ μάλιστα αὐτοῖς τὰ παθήματα ἐπειγομένοις ἐν βραχεῖ μείζω καὶ ὀξύτερα συνέβη γενέσθαι. Ἐς δὲ τριετὲς ὅμως προῆλθε, κατά γε τὴν Ἰταλίαν, μέχρι τὴν ἀρχὴν ἀνεδήσατο Σύλλας· ἐν γὰρ Ἰβηρίᾳ καὶ μετὰ Σύλλαν ἐξέτεινεν ἐπὶ πλεῖον. Μάχαι δὲ, καὶ ἀκροβολίαι, καὶ πολιορκίαι, καὶ πολέμων ἰδέαι πᾶσαι, κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ἀθρόαι τε καὶ κατὰ μέρη τοῖς στρατηγοῖς ἐγένοντο πολλαὶ, καὶ πᾶσαι διαφανεῖς. Ὧν τὰ μέγιστα καὶ ἀξιολογώτατα ἐν κεφαλαίῳ φράσαι, τοιάδε ἦν. Πρώτη μὲν ἀμφὶ Κανύσιον τοῖς ἀνθυπάτοις πρὸς Νωρβανὸν ἐγίγνετο μάχη· καὶ θνήσκουσι Νωρβανοῦ μὲν ἑξακισχίλιοι, τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Σύλλαν, ἑβδομήκοντα· τραυματίαι δ' ἐγένοντο πολλοί. Καὶ Νωρβανὸς ἐς Καπύην ἀνέζευξε.

LXXXV. Σύλλᾳ δὲ καὶ Μετέλλῳ περὶ τὸ Τέανον οὖσι Λεύκιος Σκιπίων ἐπῄει, μεθ' ἑτέρου στρατοῦ, πάνυ ἀθύμως ἔχοντος, καὶ ποθοῦντος εἰρήνην γενέσθαι. Αἰσθόμενοι δ' οἱ περὶ τὸν Σύλλαν, πρὸς τὸν Σκιπίωνα περὶ συμβάσεων ἐπρέσβευον, οὐχ οὕτως ἐλπίζοντες ἢ χρῄζοντες, ὡς στασιάσειν προσδοκῶντες αὐτοῦ τὸν στρατὸν ἀθύμως ἔχοντα. Ὃ καὶ συνηνέχθη γενέσθαι. Σκιπίων μὲν γὰρ ὅμηρα τῆς συνόδου λαβὼν, ἐς τὸ πεδίον κατῄει· καὶ συνῄεσαν τρεῖς ἑκατέρωθεν, ὅθεν οὐδὲ γνῶναι τὰ λεχθέντα συνέβη. Ἐδόκει δ' ἀναθέμενος ὁ Σκιπίων ἐς Νωρβανὸν τὸν σύναρχον περὶ τῶν λελεγμένων πέμψαι Σερτώριον ἀπαγγελοῦντα· καὶ ὁ στρατὸς ὁ ἑκατέρων ἡσύχαζε, τὰς ἀποκρίσεις ἀναμένοντες. Σερτωρίου δ' ἐν παρόδῳ Σύεσσαν, ἣ τὰ Σύλλα ᾕρητο, καταλαβόντος, ὁ μὲν Σύλλας ᾐτιᾶτο πέμπων ἐς τὸν Σκιπίωνα. Ὁ δὲ, εἴτε τῷ γενομένῳ συνεγνωκὼς, εἴτε

acie, circaque Urbem quinquaginta millibus, utrorumque cæsis; et a reliquis nullam injuriam calamitatemve victor abstinuit, vel viritim vel populariter; donec tandem unum se dominum totius imperii, in quantum sibi libuisset aut opus visum fuisset, renunciavit.

LXXXIII. Neque vero defuerunt prodigia, quibus divinitus quoque de his rebus præmonerentur Romani. Namque et mira terricula privatim publiceque multis per totam Italiam oblata sunt; et antiqua oracula, in memoriam revocata, pavorem augebant. Inter alia, mula etiam peperit, et mulier serpentem enixa est : terraque vehementi motu concussa, quo in ipsa Urbe templa aliquot prostrata sunt; quum alioquin etiam nimia hujusmodi prodigiorum religione curaque teneri consueverint Romanorum animi : denique et Capitolium, a regibus ante CCCC annos conditum, conflagravit, et nemo causam incendii poterat reperire. Quibus omnibus videbantur multiplices cædes, et expugnatio Italiæ, ipsique populo Romano servitus et mutatio reipublicæ, portendi.

LXXXIV. Initium autem hujus belli Syllani, quando Sylla Brundusium appulit, incidit in Olympiadem CLXXIV. Res autem eo bello gestæ majores multo amplioresque, quam pro spatio temporis, fuerunt : dum alteri in alterorum perniciem, ut privatim inimicorum, tanto acriori studio properant, gravioribusque calamitatibus intra breve tempus se invicem afficiunt. Ad triennium tamen protractum est bellum duntaxat in Italia, donec Sylla imperio potitus est : nam in Hispania post obitum etiam Syllæ duravit longius. Pugnæ vero, velitationes, oppugnationes, et omnes belli gerendi formæ (sive universæ copiæ ab imperatoribus committerentur, sive parte copiarum res ageretur) crebræ per Italiam, et nullæ non illustres, exstiterunt. Quarum præcipuas tantum et memoratu digniores dicam compendio. Primum omnium ad Canusium cum Norbano signa contulerunt proconsules; quo prælio ex Norbani exercitu VI millia, e Syllanis septuaginta viri ciciderunt, sed sauciati multi. Et hinc Norbanus Capuam se recepit.

LXXXV. Tum L. Scipio contra Syllam Metellumque, ad Teanum castrametatos, alium duxit exercitum, trepidum illum quidem admodum, et pacis magis quam pugnæ cupidum. Quod ubi Sylla intellexit, cœpit cum Scipione per legatos agere de concordia; non tam quod vel speraret pacem vel valde eam cuperet, quam quod dissensionem orituram in consulis exercitu, cui fracti animi essent, speraret. Id quod mox etiam usu venit. Nam Scipio quidem, acceptis obsidibus, ad colloquium in campum descendit; conveneruntque utrinque terni, quo factum est, ut vulgo nesciretur quid collocuti sint. Videbatur autem consul, pactis cum Sylla induciis, Sertorium misisse ad collegam Norbanum, communicandi consilii gratia : et interim utrinque ab armis cessatum est, dum responsum exspectatur. Sed quum Suessam, quæ a Syllæ partibus stabat, ex itinere occupasset Sertorius, Sylla expostulavit cum Scipione.

ἀποκρίσεως ἀπορῶν, ὡς ἐπὶ ἀλλοκότῳ δὴ τῷ Σερτωρίου ἔργῳ, τὰ ὅμηρα ἀπέπεμπε τῷ Σύλλᾳ. Καὶ αὐτίκα ὁ στρατὸς αὐτοῦ, τῇ τε τῆς Συέσσης ἐν σπονδαῖς ἀλόγῳ καταλήψει, καὶ τῇ τῶν ὁμήρων οὐκ ἀπαιτουμένων ἀποπέμψει, τοὺς ὑπάτους ἔχοντες ἐν αἰτίαις, κρύφα τῷ Σύλλᾳ συνετίθεντο, μεταθήσεσθαι πρὸς αὐτὸν, εἰ πελάσειε. Καὶ προσιόντος, αὐτίκα πάντες ἀθρόως μετέστησαν· ὡς τὸν ὕπατον Σκιπίωνα, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Λεύκιον, μόνους ἐκ τοῦ στρατοῦ παντὸς ἐν τῇ σκηνῇ διηπορημένους Σύλλαν καταλαβεῖν. Καί μοι δοκεῖ τόδε οὐ στρατηγοῦ παθεῖν ὁ Σκιπίων, ἀγνοήσας ὅλου στρατοῦ τοσήνδε συνθήκην.

LXXXVI. Σκιπίωνα μὲν δὴ μετὰ τοῦ παιδὸς, οὐ μεταπείθων ὁ Σύλλας, ἀπέπεμπεν ἀπαθῆ. Καὶ πρὸς Νωρβανὸν ἐς Καπύην περὶ συμβάσεων ἔπεμπεν ἑτέρους, εἴτε δείσας, τῆς πλέονος Ἰταλίας ἔτι τοῖς ὑπάτοις συνισταμένης, εἴτε καὶ ἐς τόνδε, καθάπερ ἐς τὸν Σκιπίωνα, τεχνάζων. Οὐδενὸς δ' αὐτῷ προϊόντος οὐδ' ἐς ἀπόκρισιν (ὁ γάρ τοι Νωρβανὸς, ὡς ἔοικε, μὴ διαβληθείη τὰ ὅμοια ἐς τὸν στρατὸν, ἔδεισεν), ἀναστήσας Σύλλας ἐχώρει πρόσω, τὰ πολέμια πάντα δῃῶν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ Νωρβανὸς ἔπραττε κατ' ἄλλας ὁδούς. Κάρβων δὲ ἐς τὸ ἄστυ προδραμὼν, Μέτελλόν τε καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι ὄντες ἀπὸ τῆς βουλῆς τῷ Σύλλᾳ συνῆσαν, ἐψηφίζετο εἶναι πολεμίους. Αἷς ἡμέραις καὶ τὸ Καπιτώλιον ἐνεπίμπρατο· καὶ τὸ ἔργον τινὲς ἐλογοποίουν Κάρβωνος, ἢ τῶν ὑπάτων, ἢ Σύλλα πέμψαντος, εἶναι. Τὸ δ' ἀκριβὲς ἄδηλον ἦν, καὶ οὐκ ἔχω τὴν αἰτίαν ἐγὼ συμβαλεῖν, δι' ἣν ἂν οὕτως ἐγένετο. Σερτώριος δ', ἐκ πολλοῦ στρατηγεῖν ᾑρημένος Ἰβηρίας, μετὰ τὴν Συέσσης κατάληψιν ἔφευγεν εἰς τὴν Ἰβηρίαν· καὶ αὐτὸν τῶν προτέρων στρατηγῶν οὐ δεχομένων, πολλοὺς ἐνταῦθα καὶ ὅδε Ῥωμαίοις ἀνεκίνησε πόνους. Πλέονος δ' ἀεὶ τοῖς ὑπάτοις γιγνομένου στρατοῦ, ἀπό τε τῆς πλέονος Ἰταλίας ἔτι σφίσι συνεστώσης, καὶ ἀπὸ τῆς ὁμόρου περὶ τὸν Ἠριδανὸν Γαλατίας· οὐδ' ὁ Σύλλας ἠμέλει, περιπέμπων ἐς ὅσα δύναιτο τῆς Ἰταλίας, φιλίᾳ τε καὶ φόβῳ καὶ χρήμασι καὶ ἐλπίσιν ἀγείρων, μέχρι τὸ λοιπὸν τοῦ θέρους ἑκατέροις ἐς ταῦτα ἀνηλώθη.

LXXXVII. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, ὕπατοι μὲν ἐγενέσθην Παπίριός τε Κάρβων αὖθις, καὶ Μάριος ὁ ἀδελφιδοῦς Μαρίου τοῦ περιφανοῦς, ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονώς· χειμὼν δὲ καὶ κρύος πολὺ γενόμενον ἅπαντας ἀλλήλων διέστησεν. Ἀρχομένου δ' ἦρος, περὶ τὸν Αἶσιν ποταμὸν, ἐξ ἠοῦς ἐπὶ μεσημβρίαν, ἀγὼν καρτερὸς ἐγένετο Μετέλλῳ τε καὶ Καρρίνᾳ, Κάρβωνος στρατηγῷ, πρὸς ἀλλήλους. Καὶ φεύγει μὲν ὁ Καρρίνας, πολλοὺς ἀποβαλών· τὰ δὲ περίοικα πάντα ἐς τὸν Μέτελλον ἀπὸ τῶν ὑπάτων μετετίθετο. Μέτελλον δὲ Κάρβων καταλαβὼν, ἐφρούρει περικαθήμενος· ἔστε, Μάριον τὸν ἕτερον ὕπατον μεγάλῃ μάχῃ περὶ Πραινεστὸν ἡττῆσθαι πυθόμενος, ἀνεστρατοπέδευεν εἰς Ἀρίμινον. Καὶ τοῦδε μὲν Πομπήϊος τῆς οὐραγίας ἐξαπτόμενος ἠνώχλει. Ἡ δὲ περὶ Πραινεστὸν ἧσσα ὧδε

Et Scipio, sive facti conscius, sive incertus quid responderet, ut in re inopinata, obsides Syllæ reddidit. Quare exercitus ejus, offensus intempestiva occupatione Suessæ, et redditis obsidibus, cum non essent repetiti, culpabat consules, clamque cum Sylla de transitione egit, si is propius accessisset. Qui quum mox propius movisset, sine mora universus ad eum transiit Scipionis exercitus; ut consul solus, cum Lucio filio, inops consilii et desertus ab omnibus, in tentorio a Syllanis deprehenderetur. Quod mihi sane indignum imperatore videtur accidisse Scipioni, ut non senserit tantam totius exercitus conspirationem.

LXXXVI. Scipionem cum filio, quum nequiret in partes suas verbis traducere, ambos incolumes Sylla dimisit: simulque ad Norbanum Capuam alios misit legatos, de pace acturos; sive timens, quod major pars Italiæ adhuc a consulibus staret; sive huic quoque easdem, quas Scipioni, struens insidias. Quum vero nemo ad eum veniret ne responsi quidem reddendi gratia (videtur enim Norbanus similes veritus esse exercitus sui calumnias), Sylla motis castris processit ulterius, hostilia omnia devastans. Idem et Norbanus fecit diverso itinere. Carbo vero, maturato in Urbem itinere, effecit, ut Metellus et quotquot alii senatores Syllæ se adjunxerant, hostes a S. P. Q. R. judicarentur. Iisque ipsis diebus Capitolium deflagravit; rumore vario nunc in Carbonem, nunc in consules, suspicionem vertente, nunc in quempiam a Sylla submissum; certum autem quidquam de ejus incendii causa neque nunc quisquam exploratum habebat, neque nunc nos conjectura assequi possumus. Cæterum Sertorius, dudum sortitus Hispaniam, nunc, postquam Suessam occupaverat, in provinciam suam profugit: quumque ei non decederetur a superioribus prætoribus, multos hic quoque labores Romanis in illa provincia concitavit. Interim in dies magis magisque augebantur consulum copiæ, cum ex ipsa Italia, cujus major etiam tum pars cum illis faciebat, tum ex Circumpadana etiam Gallia. Neque vero Sylla cessabat, mittens ad quoscumque posset Italiæ populos; eosque vel benevolentia, vel metu, vel largitionibus, vel pollicitationibus, ad mittendos sibi milites concitans. Atque in his conatibus utrimque reliquum æstatis absumtum est.

LXXXVII. Insequenti anno consules fuere Papirius Carbo II, et Marius, clari illius Marii fratris filius, anno natus XXVII. Et initio quidem hujus anni, præ frigoris asperitate, in hibernis utrinque sese continuerunt. Sed ineunte vere, ad Æsim flumen a mane usque meridiem acerrime conflixerunt Metellus et Carinas, Carbonis legatus: quo cum magna suorum clade profligato, finitima loca ad Metellum defecerunt a consulibus. Metellum vero Carbo insecutus, obsidebat; donec, cognito, Marium collegam magno prœlio ad Præneste esse victum, copias suas reduxit Ariminum: ac discedentium tergis inhærens Pompeius, extremo agmini haud parum incommodavit. Clades autem ad Præneste

ἐγένετο. Σύλλα Σήτιον καταλαβόντος, ὁ Μάριος ἀγχοῦ στρατοπεδεύων, ὑπεχώρει κατ' ὀλίγον· ὡς δ' ἦλθεν ἐπὶ τὸν καλούμενον Ἱερὸν λιμένα, ἐξέτασσεν ἐς μάχην, καὶ ἠγωνίζετο προθύμως. Ἀργομένου δ' ἐνδιδόναι τοῦ λαιοῦ μέρους, σπεῖραι πέντε πεζῶν καὶ δύο ἱππέων, οὐκ ἀναμείνασαι τὴν τροπὴν ἐκφανῆναι, τά τε σημεῖα ἔρριψαν ὁμοῦ, καὶ πρὸς τὸν Σύλλαν μετετίθεντο. Καὶ τόδ' εὐθὺς ἦρχε τῷ Μαρίῳ δυσχεροῦς ἥττης. Κοπτόμενοι γὰρ ἐς Πραινεστὸν ἔφευγον ἅπαντες, ἑπομένου τοῦ Σύλλα σὺν δρόμῳ. Καὶ οἱ Πραινέστιοι τοὺς μὲν πρώτους αὐτῶν εἰσεδέξαντο· Σύλλα δ' ἐπικειμένου, τὰς πύλας ἀπέκλεισαν, καὶ Μάριον καλῳδίοις ἀνιμήσαντο. Πολὺς δ' ἄλλος ἐκ τοῦδε περὶ τοῖς τείχεσιν ἐγίγνετο φόνος. Καὶ πλῆθος αἰχμαλώτων ὁ Σύλλας ἔλαβεν, ὧν τοὺς Σαυνίτας ἔκτεινε πάντας, ὡς ἀεὶ χαλεποὺς Ῥωμαίοις γενομένους.

LXXXVIII. Ταῖς δ' αὐταῖς ἡμέραις καὶ Μέτελλος ἐνίκα ἕτερον Κάρβωνος στρατὸν, πέντε κἀνταῦθα σπειρῶν ἐν τῷ ἔργῳ σεσωσμένων ἐς Μέτελλον. Πομπήϊός τε Μάρκιον ἐνίκα περὶ πόλιν Σήνας, καὶ τὴν πόλιν διήρπαζεν. Ὁ δὲ Σύλλας τὸν Μάριον ἐς Πραινεστὸν κατακλείσας, τὴν πόλιν ἀπετάφρευε καὶ ἀπετείχιζεν ἐκ μακροῦ διαστήματος, καὶ Λουκρήτιον Ὀφέλλαν ἐπέστησε τῷ ἔργῳ, ὡς οὐκέτι μάχῃ παραστησόμενος Μάριον, ἀλλὰ λιμῷ. Μάριος δὲ, οὐδὲν χρηστὸν ἔτι προσδοκῶν, τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς ἠπείγετο προανελεῖν· καὶ Βρούτῳ στρατηγοῦντι τῆς πόλεως ἐπέστελλε, σύγκλητον ὡς ἐπί τι ἄλλο συναγαγεῖν, καὶ κτεῖναι Πούπλιον Ἀντίστιον, καὶ Παπίριον Κάρβωνα ἕτερον, καὶ Λεύκιον Δομίτιον, καὶ Μούκιον Σκαιόλαν, τὸν τὴν μεγίστην Ῥωμαίοις ἱερωσύνην ἱερωμένον. Οἱ μὲν δὴ δύο τῶνδε ἀνῃρέθησαν ἐν τῇ βουλῇ, καθὰ Μάριος προσέταξε, τῶν σφαγέων ἐς τὸ βουλευτήριον εἰσαχθέντων· Δομίτιος δ' ἐκτρέχων, παρὰ τὴν ἔξοδον ἀνῃρέθη, καὶ μικρὸν πρὸ τοῦ βουλευτηρίου Σκαιόλας. Τά τε σώματα αὐτῶν ἐς τὸν ποταμὸν ἐρρίφη· ἐπεπόλαζε γὰρ ἤδη, μὴ θάπτεσθαι τοὺς ἀναιρουμένους. Σύλλας δὲ στρατὸν ἐς Ῥώμην κατὰ μέρη, δι' ἑτέρων καὶ ἑτέρων ὁδῶν, περιέπεμπεν· ἐντελλόμενος, τὰς πύλας καταλαβεῖν· εἰ δὲ ἀποκρουσθεῖεν, ἐπὶ Ὄστια χωρεῖν. Τοὺς δὲ αἵ τε πόλεις παροδεύοντας ξὺν φόβῳ προσεδέχοντο, καὶ τὸ ἄστυ προσιοῦσι τὰς πύλας ἀνέῳξαν, ὑπό τε λιμοῦ πιεζόμενοι, καὶ τῶν παρόντων κακὰ ἄρα ἀεὶ τὰ ἐπικρατοῦντα φέρειν ἐθιζόμενοι.

LXXXIX. Σύλλας δ' ὡς ἔμαθεν, αὐτίκα ἐπελθὼν, τὴν μὲν στρατιὰν ἵδρυσε πρὸ τῶν πυλῶν ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ· αὐτὸς δ' εἴσω παρῆλθεν, ἐκφυγόντων τῶν ἀντιστασιωτῶν ἁπάντων. Καὶ τὰ μὲν τούτων αὐτίκα ἐδημεύετο καὶ διεπιπράσκετο. Τὸν δὲ δῆμον ἐς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, τήν τε ἀνάγκην τῶν παρόντων ὠλοφύρετο, καὶ θαῤῥεῖν προσέταξεν, ὡς αὐτίκα τῶνδε παυσομένων, καὶ τῆς πολιτείας ἐς τὸ δέον ἐλευσομένης. Διοικησάμενος δ' ὅσα ἤπειγε, καὶ τῇ πόλει τινὰς ἐπιστήσας τῶν ἑαυτοῦ, ἐξώρμησεν ἐς Κλούσιον, ἔνθα τοῦ

accepta est hoc modo. Capto a Sylla Setio (*vel* Setia) oppido, Marius, qui haud procul inde castra habuerat, paulatim retrogressus est. Ubi vero ad Sacriportum pervenit, explicuit aciem, et pugnam fortiter cum Sylla commisit. Sed postquam sinistrum cornu laborare cœpit, quinque cohortes et duæ equitum turmæ, ratæ, non differendum dum in apertam fugam effunderentur, abjectis signis ad Syllam simul transierunt: eaque res protinus magnæ cladis Marianorum initium fuit, qui pulsi profligatique effusa fuga Præneste omnes petebant, Sylla terga cædente. Prænestini primos refugientes intromiserunt; sed urgente hoste, clausa porta, Marium fune subduxerunt in mœnia. Tum vero magna cædes circa muros est edita, multique vivi etiam in potestatem victoris pervenerunt : ex quibus quotquot erant Samnites, omnes Syllæ jussu occisi sunt, ut perpetuo Romanis infensi.

LXXXVIII. Per eosdem dies et Metellus vicit alium exercitum Carbonis, tunc quoque quinque cohortibus inter pugnam sua transitione accelerantibus victoriam. Pompeius quoque Marium devicit circa Senas; urbem ipsam diripuit. At Sylla, Mario intra Præneste compulso, oppidum vallo ac fossa e longinquo cingebat, præposito hinc operi Lucretio Ofella, ut absque oppugnatione fame expugnaret Marium. Itaque Marius, rebus desperatis, ne inimicos superstites relinqueret, Bruto prætori urbano scripsit, ut, convocato per alium prætextum senatu, interficeret P. Antistium, et alterum Papirium Carbonem, et L. Domitium, Muciumque Scævolam pontificem maximum. Ex his duo priores, ita ut jusserat Marius, immissis percussoribus, in ipsa curia confossi sunt; Domitius fugiens, in foribus; non longe a curia, Scævola. Cadavera omnium in Tiberim projecta sunt : mos enim jam invaluerat, interemtos non sepeliri. Jamque Sylla exercitum per partes ad Urbem mittebat, non uno itinere; dato mandato, ut portas occuparent; quod si repellerentur, Ostiam se conferent. Hi, quacunque iter erat, metu recipiebantur intra oppida; ne Urbis quidem portis exclusi, quod et fame laborabant urbani, et quod jam assueverant pro præsentibus malis graviora semper alia perferre.

LXXXIX. Sylla, postquam id cognovit, confestim supervenit : et, exercitu ante portas collocato in Campo Martio, Urbem ipse introgressus est; fuga jam dilapsis omnibus, quicunque adversæ erant factionis. Et confestim bona horum publicata, et sub hasta vendi cœpta sunt. Convocata autem concione, conquestus Sylla, coactum se improbitate inimicorum hæc facere, populum jussit bono esse animo, visuros propediem finem malorum, et restitutam rempublicam. Deinde ordinatis quæ præsens poscebant remedium, et in Urbe relicto præsidio, profectus est Clusium, ad

πολέμου τὰ λοιπὰ ἤκμαζεν. Ἐν δὲ τούτῳ τοῖς ὑπάτοις προσεγένοντο ἱππεῖς Κελτίβηρες, ὑπὸ τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ στρατηγῶν ἀπεσταλμένοι. Καὶ γενομένης παρὰ τὸν Γλάνιν ποταμὸν ἱππομαχίας, ὁ μὲν Σύλλας ἔκτεινεν ἐς πεντήκοντα τῶν πολεμίων, διακόσιοι δὲ καὶ ἑβδομήκοντα τῶνδε τῶν Κελτιβήρων ηὐτομόλησαν ἐς Σύλλαν. Καὶ τοὺς λοιποὺς ὁ Κάρβων ἀνεῖλεν, εἴτε χαλεπήνας τῆς τῶν ὁμοεθνῶν αὐτομολίας, εἴτε δείσας περὶ ὁμοίου. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου περὶ Σατουρνίαν ἑτέρῳ μέρει τοὺς ἐχθροὺς ὁ Σύλλας ἐνίκα· καὶ Μέτελλος ἐπὶ Ῥάβενναν περιπλέων, τὴν Οὐριτανὴν χώραν, πεδιάδα καὶ πυροφόρον οὖσαν, προκατελάμβανεν· ἔς τε Νέαν πόλιν ἐκ προδοσίας νυκτὸς ἕτεροι τῶν Συλλείων ἐσελθόντες, ἔκτειναν ἅπαντας χωρὶς ὀλίγων διαφυγόντων, καὶ τὰς τριήρεις τῆς πόλεως ἔλαβον. Αὐτῷ δὲ Σύλλᾳ καὶ Κάρβωνι περὶ Κλούσιον ἐξ ἠοῦς ἐπὶ ἑσπέραν γίγνεται μάχη καρτερά· καὶ φανέντες ἀλλήλοις ἰσόμαχοι, μετὰ σκότους διεκρίθησαν.

XC. Ἐν δὲ τῷ Σπωλητίῳ πεδίῳ Πομπήϊος καὶ Κράσσος, ἄμφω Σύλλα στρατηγοὶ, κτείνουσι τῶν Καρβωνείων ἐς τρισχιλίους, καὶ Καῤῥίναν τὸν ἀντιστρατηγοῦντα σφίσιν ἐπολιόρκουν· ἔστε Κάρβων μὲν ἕτερον τῷ Καῤῥίνᾳ στρατὸν ἔπεμψεν. Ὁ δὲ Σύλλας αἰσθόμενος καὶ ἐφεδρεύσας, ἔκτεινεν αὐτῶν παροδευόντων ἐς δισχιλίους· καὶ Καῤῥίνας νυκτὸς, ὕδατός τε ὄντος ἐξ οὐρανοῦ πολλοῦ καὶ σκότους δὲ, αἰσθομένων μέν τι τῶν περικαθημένων, διὰ δὲ τὸν ὄμβρον ἀμελούντων, διέφυγε. Καὶ Κάρβων ἐς Πραινεστὸν Μαρίῳ τῷ συνάρχῳ Μάρκιον ἔπεμπεν, ὀκτὼ τέλη στρατιᾶς ἄγοντα, πυνθανόμενος αὐτὸν ὑπὸ λιμοῦ κακοπαθεῖν. Οἷς ὁ Πομπήϊος ἐξ ἐνέδρας ἐν στενῷ προσπεσὼν, τρέπεταί τε, καὶ πολλοὺς διαφθείρας, ἐς λόφον συνέκλεισε τοὺς λοιπούς. Ἐξ οὗ Μάρκιος μὲν, οὐ σβέσας τὸ πῦρ, ἀπεδίδρασκεν· ὁ δὲ στρατὸς αὐτῷ τὴν αἰτίαν τῆς ἐνέδρας προστιθεὶς ἐστασίασε χαλεπῶς. Καὶ τέλος μὲν ὑπὸ τοῖς σημείοις ὅλον ἄνευ παραγγέλματος ἐπανῆλθεν ἐς Ἀρίμινον, οἱ λοιποὶ δ' ἐς τὰς πατρίδας κατὰ μέρη διελύθησαν· ὡς ἑπτὰ σπείρας τῷ στρατηγῷ μόνας παραμεῖναι. Καὶ Μάρκιος μὲν ὧδε πράξας κακῶς, ἐς Κάρβωνα ἐπανῄει. Μάρκον δὲ Λαμπώνιον ἐκ Λευκανίας, καὶ Πόντιον Τελεσῖνον ἐκ τῆς Σαυνίτιδος, καὶ τὸν Καπυαῖνον Γοῦτταν, μεθ' ἑπτὰ μυριάδων ἐπειγομένους Μάριον ἐξελέσθαι τῆς πολιορκίας, ὁ Σύλλας ἐν τοῖς στενοῖς, ᾗ μόνῃ διαβατὸν ἦν, ἀπέκλειε τῆς παρόδου. Καὶ ὁ Μάριος, ἀπογιγνώσκων ἤδη τὰς ἔξωθεν ἐπικουρίας, φρούριον ἐν τῷ μεταιχμίῳ μεγάλῳ ὄντι ἤγειρεν, ἐς ὃ καὶ μηχανὰς καὶ στρατιὰν συναγαγὼν, ἐπεχείρει βιάσασθαι τὸν Λουκρήτιον. Πολυημέρου δ' αὐτῷ καὶ ποικίλης τῆς πείρας γενομένης, οὐδὲν ἀνύων, ἐς Πραινεστὸν αὖθις συνεκλείετο.

XCI. Καὶ περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας ἐν Φαυεντίᾳ Κάρβων καὶ Νωρβανὸς ἐξ ὁδοῦ βραχὺ πρὸ ἑσπέρας ἐπὶ τὸ Μετέλλου στρατόπεδον ἐλθόντες, λοιπῆς οὔσης ὥρας μιᾶς, καὶ ἀμπέλων πυκνῶν περικειμένων, ἀνοήτως

profligandum ibi non contemnendas belli reliquias. Interea conjunxerant se cum exercitu consulum Celtiberi equites, missi a prætoribus Hispaniam obtinentibus : commissoque ad Glanim fluvium equestri prælio, Syllani ex hostibus circiter quinquaginta straverunt; ex Celtiberis vero CCLXX ad Syllam transfugerunt, et reliquos mox Carbo ipse internecione delevit, sive offensus perfidia popularium, sive exemplum metuens. Eodem tempore ad Saturniam alia copiarum parte Sylla vicit adversarios : et Metellus classe circumvectus versus Ravennam, Uritanum agrum, planum frumentique feracem, in potestatem Syllæ redegit. Alia Syllanorum manus intra Neapolim nocturna proditione recepti, contrucidarunt omnes, præter paucos fuga elapsos, et occupaverunt publicas civitatis triremes. Apud Clusium vero Sylla cum Carbone per integrum diem conflictatus est acerrimo prælio, quod nox tandem diremit, neutro inclinante victoria.

XC. In Spoletinis campis Pompeius et Crassus, ambo Syllani duces, cæsis Carbonianorum tribus fere millibus, Carinatem hostium ducem obsessum tenebant. Cui quum a Carbone alius subsidio mitteretur exercitus, eum Sylla, rei non ignarus, iter facientem aggressus ex insidiis, male multavit, duobus fermè millibus interfectis. Carinas tamen per occasionem noctis valde pluviæ et obscuræ, sentientibus licet obsessoribus, sed propter fœdam tempestatem neglectim id ferentibus, evasit. Idem Carbo ad collegam Marium obsidione Prænestina eximendum misit cum VIII legionibus Marcium, quia fame laborare obsessos cognoverat. Eas Pompeius in angusto loco nactus, ex insidiis adortus est; multisque cæsis, reliquos in tumulum quemdam refugere coactos cinxit undique. At inde quidem Marcius noctu, relictis ad fallendum hostem ignibus, effugit : sed exercitus ejus, culpam acceptæ per insidias cladis in ductorem referens, gravem commovit seditionem. Et una legio integra, injussu ducis, signa retulit Ariminum; reliqui catervatim ad proprios lares dilapsi sunt : ut VII tantum cohortes apud suum ducem permanerent, cum quibus, post rem tam infeliciter gestam, ad Carbonem Marcius revertit. Cæterum M. Lamponium ex Lucania, Pontium Telesinum e Samnio, Guttamque Capuanum, cum septuaginta millibus properantes ad eximendum obsidione Marium, Sylla occupatis faucibus, per quas solas erat transitus, exclusit. Tum Marius desperans de externis auxiliis, castellum loco spatioso inter oppidum et hostium munitiones exstruxit : in id collatis machinis contractisque suis copiis, tentavit repulso Lucretio erumpere. Sed post varios multorum dierum conatus quum nihil proficeret, rursum intra Prænestina mœnia conclusus est.

XCI. Per eosdem dies ad Faventiam Carbo et Norbanus ex itinere sub vesperam ad Metelli castra accedentes, quum una hora diei superesset, et densa circumquaque essent vineta, iratæ magis quam consulte instruxerunt aciem, rati,

μάλα ὑπὸ ὀργῆς ἐς μάχην ἐξέταττον, ἐλπίσαντες Μέτελλον τῷ παραλόγῳ καταπλήξειν. Ἡττώμενοι δέ, ὡς, ἐν ἀφυεῖ χωρίῳ τε καὶ ὥρᾳ, καὶ ἐς τὰ φυτὰ ἐμπίπτοντες, ἐφθείροντο κατὰ πλῆθος· ὡς ἀπολέσθαι μὲν ἀμφὶ τοὺς μυρίους, αὐτομολῆσαι δ' ἐς ἑξακισχιλίους, καὶ τοὺς λοιποὺς διαῤῥιφῆναι, μόνων ἐν τάξει χιλίων ἐπανελθόντων ἐς Ἀῤῥήτιον. Τέλος δ' ἄλλο Λευκανῶν, ἀγόμενον ὑπὸ Ἀλβινουανοῦ, τῆς ἥττης πυθόμενον, μετεχώρει πρὸς Μέτελλον, δυσχεραίνοντος Ἀλβινουανοῦ. Ὁ δὲ τότε μέν, οὐ κατασχὼν τῆς ὁρμῆς αὐτό, ἐς Νωρβανὸν ἐπανῆλθεν. Οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις ὕστερον κρύφα τῷ Σύλλᾳ προσέπεμπε, καὶ λαβὼν ἄδειαν, εἴ τι πράξειεν ἀξιόλογον, ἐπὶ ἑστίασιν ἐκάλει Νωρβανόν τε καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ στρατηγούς, Γάϊον Ἀντίπατρον, καὶ Φλαύϊον Φιμβρίαν, ἀδελφὸν τοῦδε τοῦ περὶ τὴν Ἀσίαν ἑαυτὸν ἀνελόντος, ὅσοι τε ἄλλοι τῶν Καρβωνείων στρατηγοὶ τότε παρῆσαν. Ὡς δ' ἀφίκοντο, χωρίς γε Νωρβανοῦ (μόνος γὰρ οὐκ ἀφίκετο), πάντας αὐτοὺς ὁ Ἀλβινουανὸς ἔκτεινεν ἐπὶ τῆς διαίτης, καὶ ἐς τὸν Σύλλαν διέφυγε. Νωρβανὸς δὲ καὶ Ἀρίμινον ἐπὶ τῇδε τῇ συμφορᾷ, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν πλησίον στρατοπέδων, ἐς τὸν Σύλλαν μεταχωρεῖν πυνθανόμενος, τῶν τε παρόντων οἱ φίλων οὐδένα ἔτι πιστὸν οὐδὲ βέβαιον, ὡς ἐν συμφοραῖς τιθέμενος, ἰδιωτικοῦ σκάφους ἐπιβάς, ἐς Ῥόδον διέπλευσεν. Ὅθεν ὕστερον ἐξαιτούμενος ὑπὸ τοῦ Σύλλα, Ῥοδίων ἔτι ἀμφιγνοούντων, ἑαυτὸν ἐν ἀγορᾷ μέσῃ διέφθειρε.

XCII. Κάρβων δὲ ἕτερα τέλη δύο στρατιωτῶν ἐς Πραινεστὸν ἄγειν ἔπεμπε Δαμάσιππον, ὑπερεπειγόμενος Μάριον ἐκλῦσαι τῆς πολιορκίας· ἀλλ' οὐδ' οὗτοι τὰ στενὰ διελθεῖν ἐδύναντο φυλασσόμενα ὑπὸ τοῦ Σύλλα. Γαλάται τε ὅσοι ἀπὸ Ῥαβέννης ἐπὶ τὰ Ἄλπεια παρήκουσιν, ἀθρόως ἐς Μέτελλον μετετίθεντο· καὶ Λεύκολλος ἑτέρους τῶν Καρβωνείων ἐνίκα περὶ Πλακεντίαν. Ὧν ὁ Κάρβων πυνθανόμενος, τρισμυρίους ὅμως ἔτι ἔχων περὶ τὸ Κλούσιον, καὶ δύο τέλη τὰ Δαμασίππου, καὶ ἕτερα περὶ Καῤῥίναν καὶ Μάρκιον, Σαυνιτῶν τε αὐτῷ χειρὶ πολλῇ προθύμως περὶ τὰ στενὰ κακοπαθούντων, ἀπογνοὺς ἁπάντων, ἀσθενῶς ἔφευγε σὺν τοῖς φίλοις ἐς Λιβύην ἐξ Ἰταλίας, ὕπατος ἔτι ὤν, ὡς Λιβύην παραστησόμενος ἀντὶ τῆς Ἰταλίας. Τῶν δ' ὑπολειφθέντων, οἱ μὲν ἀμφὶ τὸ Κλούσιον Πομπηΐῳ συνενεχθέντες ἐς μάχην, ἀπέβαλον ἐς δισμυρίους, καὶ ὡς ἐπὶ συμφορᾷ μεγίστῃ καὶ τὸ λοιπὸν τοῦδε τοῦ στρατοῦ ἐς τὰς πατρίδας κατὰ μέρη διελύθη. Καῤῥίνας δὲ καὶ Μάρκιος καὶ Δαμάσιππος, οἷς εἶχον ἅπασιν, ἐπὶ τὰ στενὰ ἐχώρουν, ὡς ὁμοῦ τοῖς Σαυνίταις βιασόμενοι πάντως αὐτὰ περάσαι. Οὐ δυνηθέντες δὲ οὐδ' ὥς, ἔφερον ἐς Ῥώμην, ὡς ἔρημον ἀνδρῶν καὶ τροφῶν ἅμα καταληψόμενοι τὸ ἄστυ· καὶ πρὸ σταδίων ἑκατὸν ἐστρατοπέδευον ἀμφὶ τὴν Ἀλβανῶν γῆν.

XCIII. Δείσας οὖν ὁ Σύλλας περὶ τῇ πόλει, τοὺς μὲν ἱππέας προὔπεμψε κατὰ σπουδὴν ἐνοχλεῖν αὐτοῖς ὁδεύουσιν. Αὐτὸς δ' ἐπειχθεὶς ἀθρόῳ τῷ στρατῷ,

ipso inopinato consilio perterrituros se Metellum. Sed victi ut loco temporeque sibi incommodo, et in arbusta compulsi, acervatim cadebant : ita ut cæsis circiter x millibus, VI M. transitione deditis, reliquis disjectis, mille soli servatis ordinibus Arretium [Ariminum?] se receperint. Hac clade audita, legio Lucana, quam ducebat Albinovanus, ad Metellum invito ductore suo defecit. Et Albinovanus tunc quidem, postquam retinere suorum impetum non potuit, rediit ad Norbanum. Sed non multis post diebus, misso ad Syllam internuncio, et venia ab eo impetrata, si memorabile aliquid patrasset; ad convivium vocavit Norbanum cum ejusdem legatis, C. Antipatro, et Flavio Fimbria, fratre illius qui in Asia necem sibi ipse consciverat, aliisque ducibus quotquot e Carbonianis tunc aderant. Qui ubi, solo Norbano excepto, convenere, omnibus in ipso cœnaculo trucidatis, Albinovanus ad Syllam transfugit. Tum Norbanus, postquam cognovit, Ariminum ob hunc casum, et aliquot propinquos exercitus, ad Syllam descivisse; ratus, neminem jam porro suorum (ut fit rebus adversis) constantem fore in amicitia; conscensa privati hominis navicula, trajecit Rhodum : ubi quum a Sylla exposceretur, dum Rhodii de ejus deditione deliberant, in medio foro se transfixit.

XCII. Carbo vero alias duas legiones Damasippum jussit Præneste ducere, obsidionem Marii solvere properans : sed ne hæ quidem obsessas a Syllanis fauces valuerunt perrumpere. Præterea tota Cisalpina Gallia defecit ad Metellum; et Lucullus contra alium Carbonianum exercitum prospere pugnavit ad Placentiam. Quibus auditis Carbo, quamvis armatorum adhuc XXX. M. circa Clusium haberet, et duas Damasippi legiones, et totidem alias sub Carinate Marcioque, ad hæc Samnitium magnam manum, graviter angustias perrumpere laborantium; omnibus tamen rebus desperatis, parum forti consilio, Italiam etiam nunc consul deserens, profugit cum amicis in Africam; ut illa amissa, hanc sibi firmaret. Interim quem ad Clusium reliquit, exercitus, cum Pompeio congressus, amisit ferme XX millia; et reliqui, post tantam cladem, in suam quisque patriam diffugerunt. At Carinas Marciusque et Damasippus, conjunctis copiis, ad fauces profecti sunt; cum Samnitibus utique eas perrupturi. Quod ubi non successit, Romam petunt, quasi capi facilem, per virorum simul et cibariorum inopiam : et in Albano agro castra metantur, circa duodecimum ab Urbe lapidem.

XCIII. Tum Sylla, Urbi metuens, propere præmissis equitibus qui hostium agmen morarentur, ipse accelerato itinere cum omnibus copiis circa meridiem prope Collinam

παρὰ ταῖς Κολλίναις πύλαις περὶ μεσημβρίαν ἐστρατοπέδευσεν, ἀμφὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν, ἤδη καὶ τῶν πολεμίων περὶ τὴν πόλιν στρατοπεδευόντων. Μάχης δ' εὐθὺς αὐτοῖς περὶ δείλην ἑσπέραν γενομένης, τῷ μὲν δεξιῷ Σύλλας ἐκράτει, τὸ δὲ λαιὸν ἡττώμενον ἐπὶ τὰς πύλας κατέφυγεν. Οἱ δὲ γέροντες, ὄντες ἐπὶ τῶν τειχῶν, ὡς εἶδον αὐτοῖς συνεστρέχοντας τοὺς πολεμίους, τὰς πύλας καθῆκαν ἀπὸ μηχανῆς. Αἱ δ' ἐμπίπτουσαι πολλοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ στρατοῦ διέφθειραν, πολλοὺς δ' ἀπὸ τῆς βουλῆς· οἱ πολλοὶ δ' ὑπὸ δέους καὶ ἀνάγκης ἀνέστρεφον ἐς τοὺς πολεμίους. Καὶ νυκτὸς ὅλης ἀγωνισάμενοι, πολὺ πλῆθος ἔκτειναν. Ἔκτειναν δὲ καὶ τῶν στρατηγῶν Τελεσῖνόν τε καὶ Ἀλβῖνον, καὶ τὰ στρατόπεδα αὐτῶν ἔλαβον. Λαμπώνιός τε ὁ Λευκανὸς καὶ Μάρκιος καὶ Καῤῥίνας, ὅσοι τε ἄλλοι στρατηγοὶ τῆς Καρβωνείου στάσεως αὐτοῖς συνῆσαν, διέφυγον· καὶ θάνατος ἐκ τοῦδε τοῦ ἔργου πέντε μυριάδων ἐδόκει γενέσθαι παρ' ἀμφοτέρων. Τά τε αἰχμάλωτα, ὀκτακισχιλίων πλείω γενόμενα, Σύλλας, ὅτι Σαυνῖται τὸ πλέον ἦν, κατηκόντισε. Μετὰ δὲ μίαν ἡμέραν αὐτῷ καὶ Μάρκιος καὶ Καῤῥίνας ἁλόντες προσήγοντο· καὶ οὐδὲ τῶνδε φειδόμενος, οἷα Ῥωμαίων, ἔκτεινεν ἄμφω, καὶ τὰς κεφαλὰς ἐς Πραινεστὸν Λουκρητίῳ περὶ τὰ τείχη περιενεγκεῖν ἔπεμψε.

XCIV. Πραινέστιοι δὲ, καὶ τάδε θεώμενοι, καὶ τὸν Κάρβωνος στρατὸν ἀπολωλέναι πάντα πυνθανόμενοι, αὐτὸν Νωρβανὸν ἤδη φυγεῖν ἐξ Ἰταλίας, καὶ τὴν ἄλλην Ἰταλίαν καὶ Ῥώμην ἐπ' αὐτῇ Σύλλαν ἐκτενῶς κεχειρῶσθαι, τὴν πόλιν τῷ Λουκρητίῳ παρέδοσαν· Μαρίου καταδύντος ἐς τάφρους ὑπονόμου, καὶ μετὰ βραχὺ καὶ ἀνελόντος ἑαυτόν. Λουκρήτιος μὲν δὴ, Μαρίου τὴν κεφαλὴν ἐκτεμὼν, ἔπεμπε ἐς Σύλλαν· καὶ αὐτὴν ὁ Σύλλας ἐν ἀγορᾷ μέσῃ πρὸ τῶν ἐμβόλων θέμενος, ἐπιγελάσαι λέγεται τῇ νεότητι τοῦ ὑπάτου, καὶ εἰπεῖν· Ἐρέτην δεῖ πρῶτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν. Λουκρήτιος δ' ἐπεὶ Πραινεστὸν εἷλε, τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐνταῦθα Μαρίῳ στρατηγούντων τοὺς μὲν αὐτίκα ἀνῄρει, τοὺς δ' ἐς φυλακὴν ἐσέβαλλεν. Οὓς ὁ Σύλλας ἐπελθὼν ἀνεῖλε. Καὶ τοὺς ἐν Πραινεστῷ προσέταξε χωρὶς ὅπλων προελθεῖν ἅπαντας ἐς τὸ πεδίον· καὶ προελθόντων, τοὺς μὲν ἑαυτῷ τι χρησίμους γενομένους, ὀλίγους πάμπαν, ἐξείλετο· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκέλευσεν ἐς τρία ἀπ' ἀλλήλων διαστῆναι, Ῥωμαίους τε καὶ Σαυνίτας καὶ Πραινεστίους. Ἐπεὶ δὲ διέστησαν, τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἐπεκήρυξεν, ὅτι καὶ οἵδε ἄξια θανάτου δεδράκασι, καὶ συγγνώμην ἔδωκεν ὅμως· τοὺς δὲ ἑτέρους κατηκόντισεν ἅπαντας· γύναια δ' αὐτῶν καὶ παιδία μεθῆκεν ἀπαθεῖς ἀπιέναι. Καὶ τὴν πόλιν διήρπαζε, πολυχρήματον ἐν τοῖς μάλιστα τότε οὖσαν. Ὧδε μὲν δὴ καὶ Πραινεστὸς ἑάλω. Νώρβα δ' ἑτέρα πόλις ἀντεῖχεν ἔτι ἐγκρατῶς, ἔστε Αἰμιλίου Λεπίδου νυκτὸς ἐς αὐτὴν ἐκ προδοσίας ἐσελθόντος, διαγανακτήσαντες οἱ ἔνδον ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ, οἱ μὲν ἑαυτοὺς ἀνῄρουν, οἱ δ' ἀλλήλους ἑκόντες, οἱ δὲ καὶ βρόχοις συνεπλέκοντο· καὶ

portam ad ædem Veneris castra posuit, hostibus quoque circa Urbem castra metatis. Et protinus sub vesperam collatis signis, dextrum Syllæ cornu vicit; sinistrum vero fusum, ad portam refugit. Ibi veterani, qui in muro stabant, ubi hostes viderunt profligatis mixtos in Urbem incurrere, cataractam demiserunt : quæ delapsa multos milites, multos etiam senatores, oppressit. Hinc magna pars, metu et necessitate coacta, retro in hostes se vertit, et continuato per totam noctem prælio, magnam eorum concidit multitudinem : inter quos Telesinus Albinusque ceciderunt : castra eorum capta sunt. Lamponius Lucanus, cum Marcio Carinateque, et quotquot ex Carbonianis ducibus interfuerant prælio, diversa loca fuga petierunt. Utrinque desideratorum numerus æstimatus est ad quinquaginta millia. Captivos, supra octo millia, quia major pars Samnites erant, Sylla jaculatoribus conficiendos objecit. Postridie Marcius et Carinas e fuga retracti sunt; quibus victor non pepercit, ut civibus, sed amborum capita præcisa misit Lucretio, circumferenda circa Prænestinorum mœnia.

XCIV. Quibus conspectis, Prænestini, quum et perisse omnes Carbonis copias, et Norbanum ex Italia profugisse, et omnem reliquam Italiam cum urbe Roma in Syllæ potestate jam penitus esse, intellexissent, oppidum Lucretio dediderunt. Marius in fossam subterraneam se abdidit; et mox manus sibi intulit. Caput ejus Sylla, ad se a Lucretio missum, pro rostris exposuit, non sine cavillo in ætatem consulis : Debuisse prius remum tractare, quam gubernaculum. Lucretius, Præneste potitus, quotquot senatores Marianæ factionis ibi deprehendit, aut statim interfecit, aut conjecit in vincula. Quos Sylla postquam eo venit, occidit. Cæteros autem quicumque Præneste inventi sunt, inermes jussit prodire in campum : quo facto, exceptis aliquot admodum paucis, quorum fideli opera aliquando usus fuerat, reliquos divisit trifariam. Postquam alio Romani, alio Samnites, alio Prænestini secessere; Romanis per præconem nuntiis, commeruisse quidem mortem ipsos quoque, habituros tamen veniam; cæteros omnes confodi jaculis jussit : mulieres tantum et pueros dimisit incolumes : oppidum diripuit, quod opulentissimum in paucis ea ætate fuerat. Atqui ita quidem Præneste captum est, et dure a Sylla tractatum est. Norba autem, aliud oppidum, resistebat adhuc totis viribus; donec, Æmilio Lepido noctu per proditionem intromisso, indignabundi oppidani, pars sua met manu, pars mutuis vulneribus ceciderunt, alii præfocarunt se laqueis, aut obturatis foribus ignem to-

τὰς θύρας ἐνέφραττον ἕτεροι, καὶ ἐνεπίμπρασαν. Ἄνεμός τε πολὺς ἐμπεσὼν, ἐς τοσοῦτον αὐτὴν ἐδαπάνησεν, ὡς μηδὲν ἐκ τῆς πόλεως λάφυρον γενέσθαι. Καὶ οἵδε μὲν οὕτως ἐγκρατῶς ἀπέθανον.

XCV. Ἠνυσμένων δὲ τῶν ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν, πολέμοις καὶ πυρὶ καὶ φόνῳ πολλῷ, οἱ μὲν τοῦ Σύλλα στρατηγοὶ τὰς πόλεις ἐπιόντες, τὰ ὕποπτα ἐφρούρουν, καὶ Πομπήϊος ἔς τε Λιβύην ἐπὶ Κάρβωνα, καὶ ἐς Σικελίαν ἐπὶ τοὺς ἐκεῖ Κάρβωνος φίλους ἐστέλλετο. Αὐτὸς δὲ ὁ Σύλλας, Ῥωμαίους ἐς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, πολλὰ ἐμεγαληγόρησεν ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ φοβερὰ ἐς κατάπληξιν εἶπεν ἕτερα· καὶ ἐπήνεγκεν, ὅτι τὸν μὲν δῆμον ἐς χρηστὴν ἄξει μεταβολὴν, εἰ πείθοιντό οἱ· τῶν δ' ἐχθρῶν οὐδενὸς ἐς ἔσχατον κακοῦ φείσεται, ἀλλὰ καὶ τοὺς στρατηγοὺς, ἢ ταμίας, ἢ χιλιάρχους, ἢ ὅσοι τι συνέπραξαν ἄλλο τοῖς πολεμίοις, μεθ' ἣν ἡμέραν Σκιπίων ὁ ὕπατος οὐκ ἐνέμεινε τοῖς πρὸς αὐτὸν ὡμολογημένοις, μετελεύσεσθαι κατὰ κράτος. Ταῦτα δ' εἰπὼν, αὐτίκα βουλευτὰς ἐς τεσσαράκοντα, καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων ἀμφὶ χιλίους καὶ ἑξακοσίους ἐπὶ θανάτῳ προύγραφεν. Οὗτος γὰρ δοκεῖ πρῶτος οὓς ἐκόλασε θανάτῳ προγράψαι, καὶ γέρα τοῖς ἀναιροῦσι καὶ μήνυτρα τοῖς ἐλέγχουσι, καὶ κολάσεις τοῖς κρύπτουσιν ἐπιγράψαι. Μετ' οὐ πολὺ δὲ βουλευτὰς ἄλλους αὐτοῖς προσετίθει. Καὶ τῶνδε οἱ μὲν, ἀδοκήτως καταλαμβανόμενοι, διεφθείροντο ἔνθα συνελαμβάνοντο, ἐν οἰκίαις, ἢ στενωποῖς, ἢ ἱεροῖς· οἱ δὲ, μετέωροι πρὸς τὸν Σύλλαν φερόμενοί τε, καὶ πρὸ ποδῶν αὐτοῦ ῥιπτούμενοι· οἱ δὲ καὶ ἐσύροντο καὶ κατεπατοῦντο· οὐδὲ φωνὴν ἔτι τῶν θεωμένων οὐδενὸς ἐπὶ τοσοῖσδε κακοῖς ἔχοντος, ὑπ' ἐκπλήξεως. Ἐξέλασίς τε ἑτέρων ἦν, καὶ δήμευσις τῶν ἑτέροις ὄντων. Ἐπὶ δὲ τοὺς τῆς πόλεως ἐκφυγόντας ζητηταὶ πάντα μαστεύοντες διέθεον· καὶ ὅσους αὐτῶν λάβοιεν, ἀνῄρουν.

XCVI. Πολλὴ δὲ καὶ τῶν Ἰταλιωτῶν ἀναίρεσίς τε καὶ ἐξέλασις καὶ δήμευσις ἦν, ὅσοι τι Κάρβωνος, ἢ Νωρβανοῦ, ἢ Μαρίου, ἢ τῶν ὑπ' ἐκείνοις στρατηγούντων, ὑπήκουσαν. Κρίσεις τε ἦσαν ἐπὶ τούτοις ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν ὅλην πικραὶ, καὶ ἐγκλήματα ποικίλα, στρατηγίας, ἢ στρατείας, ἢ εἰσφορᾶς χρημάτων, ἢ ἄλλης ὑπηρεσίας, ἢ βουλεύσεως ὅλως κατὰ Σύλλα. Ἐγκλήματα δ' ἦν καὶ ξενία, καὶ φιλία, καὶ δάνεισμα, λαβόντος ἢ δόντος. Ἤδη δέ τις καὶ προθυμίας ἢ μόνης συνοδίας ἡλίσκετο. Καὶ ταῦτ' ἤκμαζε μάλιστα κατὰ τῶν πλουσίων. Ὡς δ' ἐξέλιπε τὰ καθ' ἕνα ἄνδρα ἐγκλήματα, ἐπὶ τὰς πόλεις ὁ Σύλλας μετῄει, καὶ ἐκόλαζε καὶ τάσδε, τῶν μὲν ἀκροπόλεις κατασκάπτων, ἢ τείχη καθαιρῶν, ἢ κοινὰς ζημίας ἐπιτιθεὶς, ἢ εἰσφοραῖς ἐκτρύχων βαρυτάταις· ταῖς δὲ πλείοσι τοὺς ἑαυτῷ στρατευσαμένους ἐπῴκιζεν, ὡς ἕξων φρούρια κατὰ τῆς Ἰταλίας· τήν τε γῆν αὐτῶν καὶ τὰ οἰκήματα ἐς τούσδε μεταφέρων διεμέριζεν. Ὃ καὶ μάλιστ' αὐτοὺς εὔνους αὐτῷ καὶ τελευτήσαντι ἐποίησεν· ὡς γὰρ οὐχ ἕξοντες αὐτὰ βεβαίως, εἰ μὴ πάντ' εἴη τὰ Σύλλα βέβαια, ὑπερ-

ctis subdiderunt : quorum conatum vehemens incidens ventus adjuvit in tantum, ut totum oppidum, et quidquid in eo prædæ erat futurum, absumeretur incendio. Atque ita hi quidem fortibus animis perierunt.

XCV. Rebus per Itâliam, post tot tantaque prælia, vastationesque igne ferroque late illatas, confectis; jam Syllani duces, obeuntes singulas civitates, præsidia locis suspectis imponebant; Pompeius vero in Africam contra Carbonem, et in Siciliam contra ejusdem amicos, qui eo se receperant, missus est. Sylla ipse, advocato in concionem populo, multa de se magnifice, multa ad illos terrendos vehementer, locutus, ita conclusit orationem, ut diceret : « populi quidem statum in melius se mutaturum, si jussa fecerint : inimicorum vero parciturum nemini, sed extremis eos affecturum calamitatibus; imo et in prætores, quæstores, tribunos, tum quicunque ex eo die quo Scipio cos. pactis non stetit, partes hostium foverint, pro viribus animadversurum. » Post concionem sine mora senatorum quadraginta, equitum Romanorum mille sexcentorum proscripsit capita. Primus enim Sylla proscriptionis eorum quos morte affectos voluit, inventor est habitus : qui et præmia percussoribus proscriptorum, latentiumque indicibus, proposuit, et pœnam abditos celantibus interminatus est. Nec multo post alios item senatores in proscriptorum album adjecit prioribus. Ex his igitur alii, nec opinantes oppressi, in ipsis domibus, in viis, in templis, ubicunque deprehensi essent, necati sunt; alii sublimes correpti, et ad pedes Syllæ projecti; alii raptati per urbem, conculcatique : nemine ad tam dira spectacula ne hiscere quidem audente. Alii pellebantur ex Urbe; alii bonis suis spoliabantur. Profugosque persequebantur inquisitores, nusquam non discurrentes, et excutientes omnia; trucidantesque quotquot ex proscriptis adipisci poterant.

XCVI. Nec minor fuit Italicorum sociorum cædes, direptio, expulsio; quicunque, ulla in re, Carbonis aut Norbani aut Marii, eorumve legatorum, imperata fecerant. Et per totam Italiam exercebantur severa his de rebus judicia, variis criminibus, præfecturæ militaris, ipsius militiæ, collatæ pecuniæ, cujusvis operæ contra Syllam præbitæ, communicative omnino contra eum consilii. Quin et hospitium, et amicitia, et pecunia sive debita alteri sive credita, criminis loco erant. Nec defuit, qui vel levissimi obsequii causa, homini factionis damnatæ præstiti, vel quod itineris ei comes fuisset, reus ageretur. Sed præcipue divites hoc in periculo hærebant. Ut vero singulorum defecerunt criminationes, tum totas civitates adortus Sylla male mulctavit : aliarum arces aut mœnia diruit, alias pecuniis mulctavit, alias vexavit exactionibus gravissimis. Per plerasque autem distribuit veteranos suos, qui opportunis locis dispositi in ipsius potestate continerent Italiam; et ad eos veterum possessorum transtulit prædia : quo beneficio sibi per totam vitam, atque post mortem etiam, obnoxios illos reddidit. Quum enim res suas, nisi actis Syllæ ratis,

ἠγωνίζοντο αὐτοῦ καὶ μεταστάντος. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν. Κάρβωνα δ' ἐκ Λιβύης ἐς Σικελίαν, μετὰ πολλῶν ἐπιφανῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐς Κοσσύραν νῆσον ὑποφεύγοντα, πέμψας τινὰς ὁ Πομπήϊος συνέλαβε. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους τοῖς ἄγουσιν ἐκέλευσεν, οὐδ' ἐς ὄψιν οἱ προσαχθέντας, ἀνελεῖν· Κάρβωνα δὲ παραστησάμενος αὐτοῦ τοῖς ποσὶ, δεσμώτην τρισύπατον, ἐπεδημηγόρησε, καὶ κατέκανε, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐς Σύλλαν ἔπεμψεν.

XCVII. Ὁ δ', ἐπεί οἱ πάντα ὡς ἐβούλετο ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς διῴκητο, καὶ πολέμιον οὐδὲν ἦν ἔτι, πλὴν Σερτωρίου, μακρὰν ὄντος· Μέτελλον μὲν ἐπὶ τοῦτον ἐξέπεμπεν ἐς Ἰβηρίαν· τὰ δ' ἐν τῇ πόλει καθίστατο ἅπαντα ἐφ' ἑαυτοῦ, καθ' ὃν ἐβούλετο τρόπον. Νόμου γὰρ ἢ χειροτονίας ἢ κλήρου λόγος οὐκ ἦν ἔτι, πεφρικότων ὑπὸ δέους πάντων, καὶ κρυπτομένων, ἢ σιωπώντων· οἳ καὶ πάντα, ὅσα διῴκησεν ὁ Σύλλας ὑπατεύων τε καὶ ἀνθυπατεύων, βέβαια καὶ ἀνεύθυνα ἐψηφίζοντο εἶναι, εἰκόνα τε αὐτοῦ ἐπίχρυσον ἐπὶ ἵππου πρὸ τῶν ἐμβόλων ἀνέθεσαν, καὶ ὑπέγραψαν, ΚΟΡΝΗΛΙΟΥ ΣΥΛΛΑ ΗΓΕΜΟΝΟΣ ΕΥΤΥΧΟΥΣ. Ὧδε γὰρ αὐτὸν οἱ κόλακες, διευτυχοῦντα ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς, ὠνόμαζον· καὶ προῆλθεν ἐς βέβαιον ὄνομα ἡ κολακεία. Ἤδη δέ που γραφῇ περιέτυχον, ἡγουμένῃ, τὸν Σύλλαν Ἐπαφρόδιτον ἐν τῷδε τῷ ψηφίσματι ἀναγραφῆναι. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἐφαίνετό μοι καὶ τόδε, ἐπεὶ καὶ Φαῦστος ἐπωνομάζετο· δύναται δὲ τοῦ αἰσίου καὶ ἐπαφροδίτου ἀγχοτάτω μάλιστα εἶναι τὸ ὄνομα. Ἔστι δ' ὅπου καὶ χρησμὸς αὐτῷ δοθεὶς ἐβεβαίου τάδε, σκεπτομένῳ τὰ μέλλοντα·

Πείθεό μοι, Ῥωμαῖε, κράτος μέγα Κύπρις ἔδωκεν
Αἰνείου γενεῇ μεμελημένη. Ἀλλὰ σὺ πᾶσιν
ἀθανάτοις ἐπέτεια τίθει, μὴ λήθεο τῶνδε.
Δελφοῖς δῶρα κόμιζε. Καὶ ἔστι τις ἀμβαίνουσι
Ταύρου ὑπὸ νιφόεντος, ὅπου περιμήκετον ἄστυ
Καρῶν, οἳ ναίουσιν ἐπώνυμον ἐξ Ἀφροδίτης·
καὶ πέλεκυν θέμενος, λήψῃ κράτος ἀμφιλαφές σοι.

Ὁπότερα δ' αὐτῶν ἐψηφίσαντο Ῥωμαῖοι τὴν εἰκόνα τιθέντες, δοκοῦσί μοι παρασκώπτοντες ἢ ἐκμειλισσόμενοι τὸν ἄνδρα ἐπιγράψαι. Ἔπεμψε δὲ καὶ στέφανον χρύσεον καὶ πέλεκυν, ἐπιγράψας τάδε·

Τόνδε σοι αὐτοκράτωρ Σύλλας ἀνέθηκ', Ἀφροδίτη,
ὡς εἶδον κατ' ὄνειρον ἀνὰ στρατιὴν διέπουσαν
τεύχεσι τοῖς Ἄρεος μαρναμένην ἔνοπλον.

XCVIII. Ὁ δὲ, ἔργῳ βασιλεὺς ὢν ἢ τύραννος, οὐχ αἱρετὸς, ἀλλὰ δυνάμει καὶ βίᾳ· δεόμενος δ' ἄρα καὶ τοῦ προσποιήματος αἱρετὸς εἶναι δοκεῖν, ὧδε καὶ τόδε ἐμηχανήσατο. Ῥωμαίοις πάλαι κατ' ἀρετὴν ἦσαν οἱ βασιλέες· καὶ ὁπότε τις αὐτῶν ἀποθάνοι, βουλευτὴς ἕτερος παρ' ἕτερον ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἦρχεν· ἕως τινὰ ἄλλον ὁ δῆμος δοκιμάσειε βασιλεύειν. Καὶ τόνδε τὸν πενθήμερον ἄρχοντα Ἰντέρρηγα ἐκάλουν· εἴη δ' ἂν, Ἐν τοσῷδε βασιλεύς. Ἀρχαιρέσια δ' ὑπάτων οἱ λήγοντες τῆς ἀρχῆς ἀεὶ προυτίθεσαν· καὶ εἴ ποτε κατὰ

tueri nequiuent, propugnatores dignitatis patroni etiam post illius obitum fuerunt. In eo statu dum Italia erat, Carbonem, ex Africa in Siciliam cum multis claris viris profugum, atque inde in Cossyram insulam fugientem, Pompeius per certos homines ad id missos retraxit: et alios quidem, ne in conspectum quidem admissos, tolli mandavit; Carbonem vero, ter consulem, vinctum ad pedes sibi sisti passus, post gravem pro concione invectionem occidit: caput resectum ad Syllam missum est.

XCVII. Rebus omnibus adversus inimicos ex sententia gestis administratisque, quum jam nihil hostile superesset, præter Sertorium, et eum quidem longe remotum: Sylla, Metello contra hunc in Hispaniam misso, res Urbanas solus pro lubitu omnes ordinavit. Neque enim vel legum suffragiorum sortiumve ratio ulla amplius habebatur, universis præ terrore ac metu latitantibus aut silentibus. Et omnia Syllæ acta, tam consulis, quam proconsulis, rata ex S. C. habita sunt: et statua aurata equestris pro Rostris ei posita, hoc titulo, CORNELIUS SYLLA IMPERATOR FELIX. Sic enim ab adulatoribus vocabatur ob continuos rerum contra inimicos gestarum successus; quæ adulatio in perpetuum cognomen ei cessit. Inveni etiam commentarios, qui tradant, Syllam illo senatusconsulto Ἐπαφρόδιτον fuisse appellatum. Quod ne ipsum quidem adeo dissentaneum mihi visum est. Nam et Faustus est cognominatus: et ad fausti notionem vis hujus nominis Epaphroditi proxime videtur accedere. Exstat vero etiam oraculum, quo Syllæ, de futuris consulenti, hæc confirmata sunt:

Crede mihi, Romane, ingens dat Cypria robur
Æneæ generi indulgens. Tu reddere cunctis
annua cœlicolis donaria grata memento.
Munera fer Delphos. Et surgere qua juga Tauri
incipiunt nivei, locus est, ubi mœnia Cares
longa colunt, Graio Veneris de nomine dicta:
divæ ibi dona securim; et SUMMA VI POTIERIS.

Utrumlibet autem cognomen ad effigiem ejus ex senatusconsulto adscriptum est, videtur mihi non caruisse cavillo, ni sic quoque captata est victoris gratia. Ceterum securim et auream coronam Veneri misit Sylla, hac inscriptione:

Hanc tibi, sancta VENUS, posuit Sylla Imperator;
quandoquidem in somnis te vidit in agmine primo
hortantemque suos, et Martia tela moventem.

XCVIII. Sylla itaque, vere jam rex, non quidem electus, sed vi assecutus tyrannidem; quum specie tamen quadam opus haberet, ut videretur electus legitime, id quoque tali arte est consecutus. Apud Romanos olim reges eligi consueverant, qui essent virtute præstantissimi: et quoties aliquis eorum vita decederet, senatores alii post alios quinis diebus reipublicæ præerant, donec alius quispiam in regnum succederet, cui favissent suffragia populi. Is quinque dierum magistratus, Interrex vocabatur. Consularia vero deinde comitia more solenni erant penes deceden-

συντυχίαν ὕπατος οὐκ εἴη, ὅδε ὁ Ἐν τοσῷδε βασιλεὺς καὶ τότε ἐγίγνετο ἐς τὴν τῶν ὑπάτων χειροτονίαν. Τούτου δὴ τοῦ ἔθους ἐπιβαίνων ὁ Σύλλας, ὑπάτων οὐκ ὄντων, ἐπεὶ καὶ Κάρβων ἐν Σικελίᾳ καὶ Μάριος κατὰ Πραινεστὸν ἐτεθνήκεσαν, αὐτὸς μέν που τῆς πόλεως ὑπεξῆλθε, τῇ δὲ βουλῇ προσέταξεν ἑλέσθαι τὸν καλούμενον Μεταξὺ βασιλέα. Ἡ μὲν δὴ Οὐαλέριον Φλάκκον εἵλετο, ἐλπίσασα ὑπάτων προτεθήσεσθαι χειροτονίαν. Ὁ δὲ Σύλλας ἐπέστελλε τῷ Φλάκκῳ, γνώμην ἐς τὸν δῆμον ἐσενεγκεῖν, ὅτι χρήσιμον ἡγοῖτο Σύλλας ἐν τῷ παρόντι ἔσεσθαι τῇ πόλει τὴν ἀρχὴν οὓς ἐκάλουν Δικτάτωρας, παυσάμενον ἔθος ἐκ [τετρακοσίων] ἐτῶν· ὃν δὲ ἕλοιντο, ἐκέλευεν ἄρχειν οὐκ ἐς χρόνον ῥητὸν, ἀλλὰ μέχρι τὴν πόλιν καὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν ἀρχὴν ὅλην στάσεσι καὶ πολέμοις σεσαλευμένην στηρίσειεν. Ὁ μὲν δὴ νοῦς τὴν γνώμην ἐς αὐτὸν ἔφερε τὸν Σύλλαν, καὶ οὐδ' ἀμφίβολον ἦν. Ὁ δὲ Σύλλας, οὐ κατασχὼν αὑτοῦ, καὶ τοῦτ' ἐν τέλει τῆς ἐπιστολῆς ἀνεκάλυπτεν, ὅτι οἱ δοκοίη μάλιστ' ἂν αὐτὸς τῇ πόλει καὶ ἐν τῷδε γενέσθαι χρήσιμος.

XCIX. Ὁ μὲν δὴ τάδε ἐπέστελλε. Ῥωμαῖοι δ', οὐχ ἑκόντες μὲν, οὐδὲ κατὰ νόμον ἔτι χειροτονοῦντες οὐδὲν, οὐδ' ἐπὶ σφίσιν ἡγούμενοι τὸ ἔργον ὅλως, ἐν δὲ τῇ πάντων ἀπορίᾳ τὴν ὑπόκρισιν τῆς χειροτονίας, ὡς ἐλευθερίας εἰκόνα καὶ πρόσχημα, ἀσπασάμενοι, χειροτονοῦσι τὸν Σύλλαν ἐς ὅσον θέλοι τύραννον αὐτοκράτορα. Τύραννος μὲν γὰρ ἡ τῶν Δικτατώρων ἀρχὴ καὶ πάλαι, ὀλίγῳ χρόνῳ ὁριζομένη· τότε δὲ πρῶτον ἐς ἀόριστον ἐλθοῦσα, τυραννὶς ἐγίγνετο ἐντελής. Τοσόνδε μέντοι προσέθεσαν, ἐς εὐπρέπειαν τοῦ ῥήματος, ὅτι αὐτὸν αἱροῖντο δικτάτωρα ἐπὶ θέσει νόμων ὧν αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ δοκιμάσειε, καὶ καταστάσει τῆς πολιτείας. Οὕτω μὲν δὴ Ῥωμαῖοι, βασιλεῦσιν ὑπὲρ τὰς ἑξήκοντα ὀλυμπιάδας χρησάμενοι, ἐπὶ δ' ἐκείνοις δημοκρατίᾳ τε καὶ ὑπάτοις ἐτησίοις προστάταις ἐς ἄλλας ἑκατὸν ὀλυμπιάδας, αὖθις ἐπειρῶντο βασιλείας· ὀλυμπιάδων οὐσῶν ἐν Ἕλλησιν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα πέντε· καὶ οὐδενὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ τότε ἀγωνίσματος, πλὴν σταδίου δρόμου, γινομένου. Τοὺς γὰρ ἀθλητὰς καὶ τὰ ἄλλα θεάματα πάντα ὁ Σύλλας ἐς Ῥώμην μετεκέκλητο, ἐπὶ δόξῃ τῶν Μιθριδατείων ἔργων ἢ τῶν Ἰταλικῶν. Πρόφασις δ' ἦν, ἀναπνεῦσαι καὶ ψυχαγωγῆσαι τὸ πλῆθος ἐκ καμάτων.

C. Ὁ δ' ἐς μὲν πρόσχημα τῆς πατρίου πολιτείας, ὑπάτους αὐτοῖς ἐπέτρεψεν ἀποφῆναι· καὶ ἐγένοντο Μάρκος Τύλλιος καὶ Κορνήλιος Δολαβέλλας. Αὐτὸς δ', οἷα δὴ βασιλεύων, δικτάτωρ ἐπὶ τοῖς ὑπάτοις ἦν. Πελέκεις τε γὰρ ἐφέροντο πρὸ αὐτοῦ, οἷα δικτάτωρος, εἴκοσι καὶ τέσσαρες (ὅσοι καὶ τῶν πάλαι βασιλέων ἡγοῦντο), καὶ φυλακὴν τοῦ σώματος περιέθετο πολλήν. Νόμους τε ἐξέλυε, καὶ ἑτέρους ἐτίθετο· καὶ στρατηγεῖν ἀπεῖπε πρὶν ταμιεῦσαι, καὶ ὑπατεύειν πρὶν στρατηγῆσαι· καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτὴν αὖθις ἄρχειν ἐκώλυσε, πρὶν ἔτη δέκα διαγενέσθαι. Τὴν δὲ τῶν δημάρχων

tes consules : qui si quo casu deessent, tunc quoque Interrex creabatur habendorum comitiorum causa. Hujus moris occasione Sylla, quum resp. careret consulibus, quandoquidem Carbo in Sicilia, Marius Præneste perierat, paulisper ex Urbe secessit, senatu jusso creare Interregem : qui Valerium Flaccum elegit, sperans eum mox consularia comitia habiturum. Tum vero Sylla scripsit Flacco : « referret ad populum, e republica videri Syllæ, in præsenti rerum statu dictatorem dici; revocato more, abhinc annis CD[CXX ?] intermisso. Illum autem non ad definitum aliquod tempus eligendum esse, monuit; sed usque dum res urbanas atque Italicas totumque imperium, continuis bellorum procellis concussum, ordinasset confirmassetque. Quam quidem rogationem ad ipsum Syllam spectare, facile atque haud dubie intelligebatur, sed nec dissimulavit cupiditatem, adjecto in fine literarum, videri sibi, neminis in ea etiam re operam, quam sui ipsius, utiliorem fore reipublicæ.

XCIX. His literis in urbem perlatis, S. P. Q. R. inops consilii, quippe qui nec legitima comitia amplius, nec libera suffragia haberet, et hanc quidem rem omnino in sua non esse potestate videret, libenter accepit oblatam sibi, per comitiorum simulacrum, libertatis fucatæ speciem; creavitque Syllam, in quantum temporis ipsi libuisset, regem supremo imperio instructum. Nam et olim quidem dictatura regia potestas fuerat, sed brevi tempore circumscripta : at tum, amotis terminis, nihil ei deerat ad absolutam tyrannidem. Verbis tamen cohonestata res est : ut dictatorem eum creatum dicerent legibus perferendis, quas ipsi ferre visum fuisset, constituendæque reipublicæ. Sic igitur imperium Romanum, postquam olim per olympiades amplius sexaginta penes reges fuerat, ac post hos per centum olympiades regimine populari sub annuis consulibus erat administratum, rursus ad regni formam rediit, quum apud Græcos ageretur Olympias CLXXV. Quo tempore nullum Olympiæ certamen, præter cursum in stadio, celebratum est; quoniam athletas cæteraque spectacula universa Græcorum Romam transtulerat Sylla, ad celebrandam rerum adversus Mithridatem et in Italia gestarum gloriam : causam prætexens, quod populum post tot labores reficere recreareque cuperet.

C. Nihilominus, ut pristina reipublicæ forma videretur manere, permissum est populo consules creare. Creati M. Tullius, Cornelius Dolabella. Ipse vero Sylla, jam plane quippe regnans, dictator consulibus præerat. Nam et secures ei, ut dictatori, præferebantur viginti quatuor, quemadmodum olim regibus, et frequenti stipabatur satellitio. Jamque leges alias antiquabat Sylla, alias ferebat : edixitque « ne quis præturam ante quæsturam gereret, neve consulatum ante præturam; neve eumdem magistratum iterum susciperet quisquam, nisi post annum decimum. » Tribunitiam vero potestatem adeo debilitavit, ut pæne sub-

ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλεν, ἀσθενεστάτην ἀποφήνας· καὶ νόμῳ κωλύσας, μηδεμίαν ἄλλην τὸν δήμαρχον ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν. Διὸ καὶ πάντες οἱ δόξης ἢ γένους ἀντιποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ μέλλον ἐξετρέποντο. Καὶ οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἰ Σύλλας αὐτήν, καθὰ νῦν ἐστιν, εἰς τὴν βουλὴν ἀπὸ τοῦ δήμου μετήνεγκεν. Αὐτῇ δὲ τῇ βουλῇ, διὰ τὰς στάσεις καὶ τοὺς πολέμους πάμπαν ὀλιγανδρούσῃ, προσκατέλεξεν ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, ἐκ τῶν ἀρίστων ἱππέων, ταῖς φυλαῖς ἀναδοὺς ψῆφον περὶ ἑκάστου. Τῷ δὲ δήμῳ τοὺς δούλους τῶν ἀνῃρημένων τοὺς νεωτάτους τε καὶ εὐρώστους, μυρίων πλείους, ἐλευθερώσας ἐγκατέλεξε, καὶ πολίτας ἀπέφηνε Ῥωμαίων· καὶ Κορνηλίους ἀφ' ἑαυτοῦ προσεῖπεν, ὅπως ἑτοίμοις ἐκ τῶν δημοτῶν πρὸς τὰ παραγγελλόμενα μυρίοις χρῷτο. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐπινοῶν, τέλεσι τοῖς ὑπὲρ ἑαυτοῦ στρατευσαμένοις τρισὶ καὶ εἴκοσιν ἐπένειμεν, ὥς μοι προείρηται, πολλὴν ἐν ταῖς πόλεσι γῆν, τὴν μέν, ἔτι οὖσαν ἀνέμητον, τὴν δὲ τὰς πόλεις ἀφαιρούμενος ἐπὶ ζημίᾳ.

CI. Ἐς ἅπαντα δ' ἦν οὕτω φοβερὸς καὶ ἄκρος ὀργήν, ὡς καὶ Κόϊντον Λουκρήτιον Ὀφέλλαν, τὸν Πραινεστὸν αὐτῷ λαβόντα καὶ Μάριον τὸν ὕπατον ἐκπεπολιορκηκότα, καὶ τὸ τέλος αὐτῷ τῆς νίκης συναγαγόντα, ὑπατεύειν ἔτι ἱππέα ὄντα, πρὶν ταμιεῦσαι καὶ στρατηγῆσαι, διὰ τὸ μέγεθος τῶν εἰργασμένων, κατὰ παλαιὸν ἔθος ἀξιοῦντα, καὶ τῶν πολιτῶν δεόμενον, ἐπεὶ κωλύων καὶ ἀνατιθέμενος οὐ μετέπειθεν, ἐν ἀγορᾷ μέσῃ κτεῖναι. Καὶ συναγαγὼν τὸ πλῆθος ἐς ἐκκλησίαν, εἶπεν· Ἴστε μέν, ὦ ἄνδρες, καὶ παρ' ἐμοῦ δὲ ἀκούσατε, ὅτι Λουκρήτιον ἐγὼ κατέκανον ἀπειθοῦντά μοι. Καὶ λόγον εἶπε· Φθεῖρες γεωργὸν ἀροτριῶντα ὑπέδακνον· ὁ δὲ δὶς μὲν (ἔφη) τὸ ἄροτρον μεθεὶς, τὸν χιτωνίσκον ἐκάθηρεν. Ὡς δ' αὖθις ἐδάκνετο, ἵνα μὴ πολλάκις ἀργοίη, τὸν χιτωνίσκον ἔκαυσε. Κἀγὼ τοῖς δὶς ἡττημένοις παραινῶ, τρίτου πυρὸς μὴ δεηθῆναι. Σύλλας μὲν δὴ καὶ τοῖσδε καταπληξάμενος αὐτούς, καθὰ ἐβούλετο ἦγε. Καὶ ἐθριάμβευσεν ἐπὶ τῷ Μιθριδατείῳ πολέμῳ. Καί τινες αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, ἀρνουμένην βασιλείαν ἐπισκώπτοντες ἐκάλουν· ὅτι τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα μόνον ἐπικρύπτοι. Οἱ δ' ἐπὶ τοὐναντίον ἀπὸ τῶν ἔργων μετέφερον, καὶ τυραννίδα ὁμολογοῦσαν ἔλεγον.

CII. Ἐς τοσοῦτον αὐτοῖς τε Ῥωμαίοις καὶ Ἰταλοῖς ἅπασιν ὁ πόλεμος ὅδε προὔβη κακοῦ· προὔβη δὲ καὶ τοῖς ὑπὲρ τὴν Ἰταλίαν ἔθνεσιν ἅπασιν, ἄρτι μὲν ὑπὸ λῃστῶν καὶ Μιθριδάτου καὶ Σύλλα πεπολεμημένοις, ἄρτι δ' ἀποροῦντος τοῦ ταμιείου διὰ τὰς στάσεις ἐκτετρυχωμένοις εἰσφοραῖς πολλαῖς. Ἔθνη τε γὰρ πάντα, καὶ βασιλεῖς ὅσοι σύμμαχοι, καὶ πόλεις οὐχ ὅσαι μόνον ὑποτελεῖς, ἀλλὰ καὶ ὅσαι ἑαυτὰς ἐγκεχειρίκεσαν ἐπὶ συνθήκαις ἔνορκοι, καὶ ὅσαι διὰ συμμαχίαν ἤ τινα ἀρετὴν ἄλλην αὐτόνομοί τε καὶ φόρων ἦσαν ἀτελεῖς, τότε πᾶσαι συντελεῖν ἐκελεύοντο καὶ ὑπακούειν· χώρας τε ἔνιαι καὶ λιμένων κατὰ συνθήκας σφίσι δεδομένων

lata videri posset; legemque tulit, « ne quis post tribunatum ad ullum alium magistratum admitteretur. » Quo factum est, ut eam dignitatem nemo nobilis honorisve appetens non declinaret. Neque vero satis compertum habeo, an et Sylla eamdem, ut nunc est, a plebe ad senatum transtulerit. In senatum autem, propter seditiones ac bella ad miram paucitatem redactum, circiter trecentos ex præcipuis ordinis equestris allegit, tributis comitiis suffragia de unoquoque colligens. Plebi autem inseruit ex proscriptorum servis florentissimum quemque ætate ac viribus, amplius decies mille, libertate civitateque donatos, et Cornelios vocatos de patroni nomine; qua re effecit, ut inter plebeios semper ad jussa facienda decies mille paratos haberet. Idem obsequium et per Italiam sibi providens, XXIII legionibus, quæ pro ipso militaverant, divisit (quemadmodum supra exposui) multum agrorum oppidatim, partim publicorum, partim quibus civitates mulctaverat.

CI. Fuit autem omnibus in rebus adeo terribilis Sylla et impotens iræ, ut etiam Q. Lucretium Ofellam, per quem Præneste Mariumque consulem expugnaverat, et victoriæ supremam imposuerat manum, in medio foro interfecerit, eo quod equestrem ordinem nondum egressus, contra novam legem, priusquam quæsturam et præturam gessisset, invito dictatore et frustra dehortante, rerum gestarum magnitudine fretus, candidatum consulatus se professus erat, populumque prensabat. Quo facto, pro concione Sylla verba faciens, « Scitote, inquit, Quirites, et ex me ipso cognoscite, Lucretium meo jussu occisum, quod recusaret imperata facere. » Addiditque fabulam hujusmodi : « Rusticus, quum inter arandum moleste ferret infestantes se pediculos, semel atque iterum intermissa aratione purgavit interulam : sed quum denuo morderetur, in ignem conjectam exussit, ne sæpius opus interrumperet. Hoc exemplo monitos volo bis devictos, caveant sibi, ne tertio peccato tanta pœna fiat. » Jamque et ad hunc modum perterritis civibus, pro lubitu dehinc Sylla imperavit. Itaque quum triumphum ageret de Mithridate, inter scommata (quorum per eam occasionem magna licentia est) nonnulli imperium ejus regnum appellabant negatorium, eo quod solum nomen regis dissimularet; alii vero, ex ipsis actis ejus nomine in contrarium verso, professam esse tyrannidem dicebant.

CII. Eo malorum prolapsa est hoc bello cum Roma tum universa Italia. Nec immunes ab eisdem malis fuere provinciæ; partim a piratis, et Mithridate, et Sylla, bello afflictæ, partim multis tributorum exactionibus, exhausto per seditiones Romæ ærario, vexatæ. Nam et populi omnes, et reges amici sociique, et civitates non solum stipendiariæ, sed etiam fœderatæ, quæ sponte populo Romano se tradiderant, aut quibus ob strenue in bellis navatam auxiliorum operam, aut aliam ob virtutem, immunitas libertasque fuerat data, universæ tunc tributa pendere, imperataque facere jubebantur : quædam agris etiam portubusque, ex

ἀφῃροῦντο. Σύλλας δὲ καὶ Ἀλέξανδρον, τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ βασιλεύσαντος υἱὸν, ἀνατραφέντα μὲν ἐν Κῷ, καὶ ὑπὸ Κῴων ἐκδοθέντα Μιθριδάτῃ, διαφυγόντα δὲ πρὸς Σύλλαν ἐκ Μιθριδάτου, καὶ συνήθη γενόμενον, ἐψηφίσατο βασιλεύειν Ἀλεξανδρέων· ἐρήμου τῆς Ἀλεξανδρέων ἀρχῆς ἀνδρὸς οὔσης, καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι βασιλείου γένους, ἀνδρὸς συγγενοῦς δεομένων· ἐλπίσας χρηματιεῖσθαι πολλὰ ἐκ βασιλείας πολυχρύσου. Ἀλλὰ τόνδε μὲν οἱ Ἀλεξανδρεῖς, ἐννεακαιδεκάτην ἡμέραν ἔχοντα τῆς ἀρχῆς, καὶ ἀτοπώτερον σφῶν, οἷα Σύλλᾳ πεποιθότα, ἐξηγούμενον, ἐς τὸ γυμνάσιον ἐκ τοῦ βασιλείου προαγαγόντες ἔκτειναν. Οὕτως ἔτι καὶ οἵδε, διά τε μέγεθος ἀρχῆς ἰδίας, καὶ τῶν ἔξωθεν κακῶν ἔτι ὄντες ἀπαθεῖς, ἀφόβως εἶχον ἑτέρων.

CIII. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους Σύλλας, καίπερ ὢν δικτάτωρ, ἐς ὑπόκρισιν ὅμως καὶ σχῆμα δημοκρατικῆς ἀρχῆς, ὑπέστη καὶ ὕπατος αὖθις γενέσθαι σὺν Μετέλλῳ τῷ Εὐσεβεῖ. Καὶ ἀπὸ τοῦδε ἴσως ἔτι νῦν οἱ Ῥωμαίων βασιλέες, ὑπάτους ἀποφαίνοντες τῇ πατρίδι, ἔστιν ὅτε καὶ ἑαυτοὺς ἀποδεικνύουσιν· ἐν καλῷ τιθέμενοι, μετὰ τῆς μεγίστης ἀρχῆς καὶ ὑπατεῦσαι. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει, ὁ μὲν δῆμος καὶ τότε τὸν Σύλλαν θεραπεύων ᾑρεῖτο ὑπατεύειν· ὁ δὲ, οὐκ ἀνασχόμενος, ὑπάτους μὲν αὐτοῖς ἀπέφηνε Σερουΐλιον Ἰσαυρικὸν καὶ Κλαύδιον Πούλχρον· αὐτὸς δὲ τὴν μεγάλην ἀρχὴν, οὐδενὸς ἐνοχλοῦντος, ἑκὼν ἀπέθετο. Καί μοι θαῦμα μὲν καὶ τόδε αὐτοῦ καταφαίνεται, τοσήνδε ἀρχὴν πρῶτον ἀνδρῶν καὶ μόνον ἐς τότε Σύλλαν, οὐδενὸς ἐπείγοντος, ἀποθέσθαι, οὐ παισὶν (ὡς Πτολεμαῖος ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀριοβαρζάνης ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Σέλευκος ἐν Συρίᾳ), ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς τυραννουμένοις. Ἄλογον δ' ἤδη καὶ τὸ, βιασάμενον ἐς τὴν ἀρχὴν ῥιψοκινδύνως, ἐπεί τε ἐγκρατὴς ἐγένετο, ἑκόντα ἀποθέσθαι. Καὶ παράδοξον, οἷον οὔπω τι ἕτερον, τὸ μὴ δεῖσαι, νεότητος ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πλέον μυριάδων δέκα ἀνῃρημένης, καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτὸν ἀνελόντα βουλευτὰς μὲν ἐννενήκοντα, ὑπάτους δ' ἐς πεντεκαίδεκα, ἀπὸ δὲ τῶν καλουμένων ἱππέων δισχιλίους καὶ ἑξακοσίους, σὺν τοῖς ἐξεληλαμένοις· ὧν τῆς τε περιουσίας δεδημευμένης, καὶ πολλῶν ἀτάφων ἐκριφέντων, οὔτε τοὺς οἴκοι Σύλλας, οὔτε τοὺς φεύγοντας καταπλαγεὶς, οὐδὲ τὰς πόλεις, ὧν ἀκροπόλεις τε καὶ τείχη καὶ γῆν καὶ χρήματα καὶ ἀτελείας ἀφῄρητο, ἑαυτὸν ἀπέφηνεν ἰδιώτην.

CIV. Τοσοῦτον ἦν ἐν τῷδε τῷ ἀνδρὶ τόλμης καὶ τύχης· ὅν γε φασὶν ἐπειπεῖν ἐν ἀγορᾷ, τὴν ἀρχὴν ἀποτιθέμενον, ὅτι καὶ λόγον, εἴ τις αἰτοίη, τῶν γεγονότων ὑφέξει· καὶ τὰς ῥάβδους καθελόντα καὶ τοὺς πελέκεας, τὴν φρουρὰν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπώσασθαι, καὶ μόνον μετὰ τῶν φίλων ἐς πολὺ ἐν μέσῳ βαδίσαι, θεωμένου τοῦ πλήθους καὶ καταπεπληγότος αὐτὸν καὶ τότε. Ἀναχωροῦντα δ' ἐπὶ τὴν οἰκίαν μόλις ποτὲ μειράκιον ἐπεμέμφετο· καὶ οὐδενὸς αὐτὸ ἀπερύκοντος, ἐθάῤῥησε καὶ λοιδορούμενον αὐτῷ μέχρι τῆς οἰκίας ἐλθεῖν. Ὁ δὲ, κατὰ τῶν μεγίστων ἀνδρῶν τε καὶ πόλεων ἄκρος ὀργὴν

fœdere sibi concessis, mulctabantur. Sylla vero Alexandrum, ejus Alexandri filium, qui in Ægypto regnaverat, educatum in Coo insula, et a Cois Mithridati deditum, indeque ad se profugum et in familiaritatem receptum, sperans multum auri se ex opulento regno collecturum, Alexandrinis regem dedit: deficiente ibi virili stirpe regia, et mulieribus regiis viro cognato opus habentibus. Sed Alexandrini regem hunc, Syllæ fiducia insolentius imperantem, decimo nono regni die, protractum ex regia in gymnasium, peremerunt. Tam parum a potentia Romanorum sibi timebant, sive ob domesticarum opum magnitudinem sive quod externas calamitates nondum fuerint eo tempore experti.

CIII. Insequenti anno Sylla, quamvis dictator, tamen, ad repræsentandam aliquam reipublicæ formam, sustinuit consul iterum fieri, collega Metello Pio. Et hinc forte mos natus est, ut nunc quoque Romani Cæsares, penes quos est creatio consulum, ipsimet nonnunquam eum honorem assumant; non indecorum ducentes, summum imperium cum consulatu conjungere. Proximo deinceps anno, denuo quidem Sylla a populo promerituro virum isto obsequio, consul est designatus : sed idem, recusato eo magistratu, et Servilio Isaurico Appioque Claudio consulibus nominatis, mox ipse potestatem summam, nemine interpellante, sponte deposuit. Qua in re mihi et hoc quidem satis dignum admiratione videtur, quod primus ad eam ætatem atque unus ex omnibus hominibus Sylla tantum imperium, quum nulla necessitate cogente deponere vellet, non filio cesserit, sicut Ptolemæus in Ægypto, aut Ariobarzanes in Cappadocia, aut Seleucus in Syria, sed his ipsis quos tyrannide presserat. At id ipsum pæne incredibile, quod dominationem tanto conatu per totque pericula quæsitam, postquam adeptus est, sua sponte deposuerit. Denique, quod nihil ne veritus quidem sit, quum in eo bello amplius C M. juventutis Romanæ Italicæque perierint; et ex inimicis ejus senatores XC, consules et consulares XV, equites Romani MMDC, ipsius jussu partim occisi fuerint, partim in exilium ejecti : id vero magis etiam, quam quidvis aliud, fidem omnem superare fatendum est. Atqui, quanquam et exulum bona publicata, et mortui magnam partem sine sepultura etiam fuerant abjecti; tamen neque a familiaribus horum domi relictis, neque ab illis ipsis qui in exilio vivebant, neque a civitatibus, quarum arces, mœnia, pecunias, immunitates, sustulerat, quidquam metuens Sylla, ultro ad privatam vitam rediit.

CIV. Tanta erat in eo viro et audacia et felicitas. Ferturque, quum magistratum deponeret, dixisse pro concione, paratum se, rationem etiam actorum suorum reddere, si quis expetat; simulque lictores cum securibus atque satellites abegisse, atque ita cum solis amicis in medio foro obambulasse diu, spectante et metuente eum etiam tunc multitudine. Tandem domum repetentem, qui incusaret vix unus exstitit adolescentulus : qui quum a nemine compesceretur, ausus est etiam conviciis eum domum usque prosequi. Et Sylla, qui in summos viros integrasque civitates bilem ferociter effuderat, tunc unum adolescentulum

γενόμενος, εὐσταθῶς τὸ μειράκιον ἤνεγκε· καὶ τοσοῦτον, ἐσιὼν ἐς τὴν οἰκίαν, εἴτε ἀπὸ ξυνέσεως, εἴτε καὶ τύχῃ, καταμαντευόμενος τῶν ἐσομένων, ἀπεκρίνατο, ὅτι, Κωλύσει τὸ μειράκιον τόδε ἕτερον ἄνδρα, ἀρχὴν τοιάνδε ἔχοντα, ἀποθέσθαι. Καὶ Ῥωμαίοις μὲν οὕτω γενέσθαι συνηνέχθη μετ' ὀλίγον, Γαΐου Καίσαρος τὴν ἀρχὴν οὐκέτι μεθέντος. Ὁ δὲ Σύλλας μοι δοκεῖ, ἐς πάντα σφοδρὸς ὁμοῦ καὶ δυνατὸς γενόμενος, ἐπιθυμῆσαι τύραννος ἐξ ἰδιώτου γενέσθαι, καὶ ἰδιώτης ἐκ τυράννου, καὶ μετὰ τοῦτ' ἐπ' ἐρημίας ἀγροίκου διαγενέσθαι. Διῆλθε γὰρ ἐς χωρία ἴδια ἐς Κύμην τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐνταῦθα ἐπ' ἐρημίας θαλάσσῃ τε καὶ κυνηγεσίοις ἐχρῆτο· οὐ φυλασσόμενος ἄρα τὸν κατὰ ἄστυ ἰδιώτην βίον, οὐδ' ἀσθενὴς ὢν αὖθις ἐς ὅ τι ὁρμήσειεν· ᾧ δυνατὴ μὲν ἔτι ἡ ἡλικία, καὶ τὸ σῶμα εὔρωστον, ἀμφὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν δυώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν ἦσαν ἔναγχος ὑπεστρατευμένων, καὶ δωρεὰς μεγάλας καὶ γῆν πολλὴν παρ' αὐτοῦ λαβόντων· ἕτοιμοι δ' οἱ κατὰ τὸ ἄστυ μύριοι Κορνήλιοι, καὶ ὁ ἄλλος αὐτοῦ στασιώτης λεὼς, εὔνους αὐτῷ καὶ φοβερὸς ὢν ἔτι τοῖς ἑτέροις, καὶ τὸ σφέτερον ἀδεὲς ὧν τῷ Σύλλᾳ συνεπεπράχεσαν, ἐν τῷ Σύλλαν περιεῖναι τιθέμενοι. Ἀλλά μοι δοκεῖ κόρον τε πολέμων καὶ κόρον ἀρχῆς καὶ κόρον ἄστεος λαβὼν, ἐπὶ τέλει καὶ ἀγροικίας ἐρασθῆναι.

CV. Ἄρτι δ' ἀποστάντος αὐτοῦ, Ῥωμαῖοι φόνου καὶ τυραννίδος ἀπαλλαγέντες, ἡσυχῇ πάλιν ἐπὶ στάσεις ὑπεῤῥιπίζοντο ἑτέρας. Καὶ ὕπατοι αὐτοῖς καθίστανται, Κόϊντός τε Κάτλος, ἀπὸ τῶν Συλλείων, καὶ Λέπιδος Αἰμίλιος, ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ἐχθίστω τε ἀλλήλοιν, καὶ εὐθὺς ἀρξαμένω διαφέρεσθαι. Δῆλόν τε ἦν τι κακὸν ἕτερον ἐκ τοῦδε γενησόμενον. Σύλλας δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς ἐνύπνιον ἔδοξεν ἰδεῖν, ὅτι αὐτὸν ὁ δαίμων ἤδη καλοίη· καὶ ὁ μὲν αὐτίκα μεθ' ἡμέραν τοῖς φίλοις τὸ ὄναρ ἐξειπὼν, διαθήκας συνέγραφεν ἐπειγόμενος, καὶ αὐτῆς ἡμέρας συνετέλει. Σφραγισαμένῳ δ' αὐτὰς, περὶ ἑσπέραν πυρετὸς ἐμπίπτει· καὶ νυκτὸς ἐτελεύτησεν, ἑξήκοντα μὲν ἔτη βιώσας, εὐτυχέστατος δ' ἀνδρῶν ἔς τε τὸ τέλος αὐτὸ, καὶ ἐς τἄλλα πάντα, ὥσπερ καὶ ὠνομάζετο, γενέσθαι δοκῶν· εἰ δή τις εὐτυχίαν ἡγοῖτο, τυχεῖν ὅσων ἂν ἐθέλοι. Γίγνεται δ' εὐθὺς ἐν ἄστει στάσις ἐπ' αὐτῷ, τῶν μὲν ἄγειν ἀξιούντων τὸ σῶμα διὰ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ πομπῇ, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐν ἀγορᾷ προτιθέναι, καὶ ταφῆς δημοσίας ἀξιοῦν· Λεπίδου δὲ καὶ τῶν ἀμφὶ Λέπιδον ἐνισταμένων. Ἐξενίκα δ' ὁ Κάτλος καὶ οἱ Σύλλειοι. Καὶ ἐφέρετο ὁ νέκυς ὁ τοῦ Σύλλα διὰ τῆς Ἰταλίας ἐς τὸ ἄστυ ἐπὶ κλίνης χρυσηλάτου, καὶ κόσμου βασιλικοῦ. Σαλπιγκταί τε πολλοὶ καὶ ἱππεῖς, καὶ ἄλλος ὅμιλος ἐκ ποδὸς ὡπλισμένος εἵπετο. Οἵ τε ὑποστρατευσάμενοι αὐτῷ, πανταχόθεν ἐπὶ τὴν παραπομπὴν ὡπλισμένοι συνέθεον, καὶ, ὡς ἕκαστος ἀφικνοῖτο, εὐθὺς ἐς κόσμον καθίσταντο. Ἄλλο τε πλῆθος, ὅσον ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ, συνέτρεχεν. Ἡγεῖτο δ' αὐτοῦ σημεῖα καὶ πελέκεις, ὅσοις περιὼν ἔτι καὶ ἄρχων ἐκοσμεῖτο.

æquo tulit animo; hoc tantum in limine domus, sive providenter, sive divinitus, prolocutus : « Adolescens hic efficiet, ne quis posthac talem magistratum, ubi fuerit consecutus, deponat. » Quod dictum eventus approbavit haud multo post; quandoquidem C. Cæsar, eumdem magistratum adeptus, deponere nunquam voluit. Mihi vero Sylla, quum cogito, eumdem et ex privata vita regiam concupisse potestatem, et regiam potestatem rursus cum privata vita sponte mutasse, atque in secessu rurali exegisse vitam, acri simul ingenio fortique animo omnibus modis fuisse videtur. Nam quod in prædia sua prope Cumas secessit, ibique in solitudine piscationibus vacavit et venationibus; id sane non eo fecit, quod vel vereretur privatus in Urbe vivere, aut quod vires eum ad quidquam efficiendum, quod libuisset, deficerent. Quippe valente adhuc erat ætate et firmo corpore; præstoque erant per Italiam virorum circiter millia centum et viginti, qui sub eo militaverant, multosque agros, et splendida munera ab eo acceperant; et in ipsa Urbe aderant decem millia Corneliorum, et alia magna multitudo hominum partibus ipsius addictorum, illique faventium, adversariis vero etiam tunc formidabilium, qui iidem facinorum cum Sylla patratorum impunitatem in incolumitate ejusdem reponebant. Verum ille, satur, ut opinor, et bellorum, et imperii, rerumque omnino urbanarum, rusticam postremo vitam adamavit.

CV. Vix Sylla abdicaverat imperium, quum populus Romanus, jam libera cædibus ac tyrannide, paulatim ad novas rursus vergebat seditiones. Creatique consules, Q. Catulus, Syllanæ factionis, Æmilius Lepidus, diversarum partium, exosi invicem infestique, mox inito magistratu dissentire cœperunt; ut nemini non appareret, novam cladem illaturos reipublicæ. Sylla, quum in rustico secessu per insomnium sibi visus esset a fato jam vocari, mox ut illuxit, enarrato amicis somnio, testamenti tabulas scribere cœpit, eodemque die confecit. Quibus obsignatis, sub vesperam febri correptus, ea nocte e vita excessit, quum annum exegisset sexagesimum : vir, prouti cognomen ejus ferebat, et cæteris rebus omnibus, et ipso vitæ exitu, felicissimus mortalium; si quidem felicitas est, consequi quidquid volueris. Confestim autem obitus Syllæ dissensionis in Urbe materia fuit; aliis censentibus, corpus defuncti funebri pompa deducendum per Italiam, et Romæ in foro exponendum, publicisque exsequiis efferendum; reclamante cum sua factione Lepido. Vicit tamen Catulus et Syllana factio. Itaque in Urbem defertur cadaver aurea lectica, cæteroque ornatu regio; præcinentibus tubis, et equitatu deducente : aliaque hos proxime sequebatur armatorum multitudo; undique cum armis ad celebrandum funus confluentibus qui sub eo militaverant, et, ut quisque advenisset, in ordinem pompæ statim sese conferentibus. Comitabatur autem et alia hominum multitudo, quanta vix unquam ad ullam pompam confluxerat. Præferebanturque secures cæteraque insignia, quibus vivens et dictaturam adhuc gerens fuerat usus.

CVI. Ὡς δ' ἐπὶ τὸ ἄστυ ἠνέχθη, ἐσεφέρετο μετὰ πομπῆς ἐνταῦθα δὴ μάλιστα ὑπερόγκου. Στέφανοί τε γὰρ δισχιλίων πλείους ἀπὸ χρυσοῦ κατὰ σπουδὴν γενόμενοι παρεφέροντο, δῶρα τῶν πόλεων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ στρατευσαμένων τελῶν, καὶ καθ' ἕνα τῶν φίλων· ἄλλη τε τῶν ἐς τὴν ταφὴν πεμφθέντων οὐ δυνατὴ φράσαι πολυτέλεια. Καὶ τὸ σῶμα, δέει τοῦ συνδραμόντος στρατοῦ, παρέπεμπον ἱερεῖς τ' ἅμα πάντες καὶ ἱέρειαι, κατὰ σφᾶς αὐτῶν ἑκάτεροι· καὶ ἡ βουλὴ πᾶσα, καὶ αἱ ἀρχαί, τὰ σφέτερα σημεῖα ἐπικείμενοι. Κόσμῳ δ' ἄλλῳ τὸ τῶν καλουμένων ἱππέων πλῆθος εἵπετο· καὶ ὁ στρατὸς ἐν μέρει πᾶς, ὅσος ὑπεστράτευτο αὐτῷ. Συνέδραμον γὰρ σπουδῇ, τὸ ἔργον ἅπαντες ἐπειγόμενοι καταλαβεῖν, σημεῖά τε φέροντες ἐπίχρυσα, καὶ ὅπλα ἐπὶ σφίσι περιάργυρα, οἷς ἔτι νῦν ἐς τὰς πομπὰς εἰώθασι χρῆσθαι. Σαλπιγκτῶν τε ἄπειρον ἦν πλῆθος, παρὰ μέρος ὑγρότατα καὶ πένθιμα μελῳδούντων· βοῇ δ' ἐπευφήμουν, ἥ τε βουλὴ πρώτη, καὶ οἱ ἱππέες ἐν μέρει, εἶθ' ὁ στρατός, εἶθ' ὁ δῆμος· οἱ μέν, τῷ ὄντι Σύλλαν ἐπιποθοῦντες, οἱ δέ, δειμαίνοντες αὐτοῦ καὶ τότε τὸν στρατὸν καὶ τὸν νέκυν, οὐχ ἧττον ἢ περιόντος. Ἔς τε γὰρ τὴν ὄψιν τῶν γιγνομένων ἀποβλέποντες, καὶ ἐς τὴν μνήμην ὧν ἔδρασεν ὁ ἀνήρ, ἐξεπλήττοντο· καὶ ὡμολόγουν τοῖς ἐναντίοις, εὐτυχέστατον αὐτὸν ἐκείνοις γενέσθαι, καὶ σφίσι καὶ τεθνεῶτα φοβερώτατον. Ὡς δ' ἐπὶ τοῦ βήματος, ἔνθα δημηγοροῦσιν, ἐν ἀγορᾷ προυτέθη, τοὺς μὲν ἐπιταφίους λόγους εἶπεν ὁ κράτιστος εἰπεῖν τῶν τότε· ἐπεὶ Φαῦστος, ὁ παῖς ὁ τοῦ Σύλλα, νεώτατος ἦν ἔτι. Τὸ δὲ λέχος ὑποδύντες ἀπὸ τῆς βουλῆς ἄνδρες εὔρωστοι, διεκόμιζον ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον, ἔνθα βασιλεῖς θάπτονται μόνοι· καὶ τὸ πῦρ οἵ τε ἱππεῖς καὶ ἡ στρατιὰ περιέδραμον. Καὶ Σύλλα μὲν τοῦτο τέλος ἦν.

CVII. Ἀπὸ δὲ τῆς πυρᾶς χωροῦντες εὐθὺς οἱ ὕπατοι λόγοις βλασφήμοις ἐς ἀλλήλους διεφέροντο, καὶ τὸ ἀστυκὸν ἐς αὐτοὺς διῄρητο. Λέπιδος δὲ καὶ τοὺς Ἰταλικοὺς προσποιούμενος, ἔλεγεν, ὅτι τὴν γῆν αὐτοῖς, ἣν ὁ Σύλλας ἀφῄρητο, ἀποδώσει. Ἄμφω μὲν οὖν ἡ βουλὴ δείσασα, ὥρκωσε μὴ πολέμῳ διακριθῆναι. Κληρωσάμενος δ' ὁ Λέπιδος τὴν ὑπὲρ Ἄλπεις Γαλατίαν, ἐπὶ τὰ ἀρχαιρέσια οὐ κατῄει, ὡς πολεμήσων τοῖς Συλλείοις τοῦ ἐπιόντος ἔτους ὑπὲρ τὸν ὅρκον ἀδεῶς· ἐδόκουν γὰρ ἐς τὸ τῆς ἀρχῆς ἔτος ὡρκῶσθαι. Οὐ λανθάνων δ' ἐφ' οἷς ἐβούλευεν, ἐκαλεῖτο ὑπὸ τῆς βουλῆς· καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοῶν ἐφ' οἷς ἐκαλεῖτο, ᾔει μετὰ τοῦ στρατοῦ παντός, ὡς ἐς τὴν πόλιν εἰσελευσόμενος σὺν αὐτῷ. Κωλυόμενος δέ, ἐκήρυξεν ἐς τὰ ὅπλα χωρεῖν, καὶ ἀντεκήρυττε Κάτλος. Μικρόν τε πρὸ τοῦ Ἀρείου πεδίου μάχης αὐτοῖς γενομένης, ἡττώμενος ὁ Λέπιδος, καὶ οὐκ ἐς πολὺ ἔτι ἀντισχών, ἐς Σαρδὼ διέπλευσεν, ἔνθα νόσῳ τηκεδόνι χρώμενος ἀπέθανε. Καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ, μικρὰ κατὰ μέρος ἐνοχλήσας, διελύθη· τὸ δὲ κράτιστον Περπέννας ἐς Ἰβηρίαν ἤγαγε Σερτωρίῳ.

CVIII. Λοιπὸν δ' ἐστὶ τῶν Συλλείων ἔργων τὸ Σερ-

CVI. Jamque ad Urbem ubi delatum est Syllæ funus, per ipsamque Urbem ductum, tum vero imprimis plurimum splendoris pompæ accessit. Coronæ enim aureæ præferebantur amplius bis mille, magna celeritate confectæ; dona civitatum, legionumque quibus præfuerat, et amicorum singulorum: aliarumque rerum ad celebrandas exsequias missarum ineffabilis aderat magnificentia. Metu autem armatorum, qui tanto numero confluxerant, ducebant funus sacerdotum omnium collegia, suo quodque ornatu, Vestalesque; tum senatus universus et magistratus omnes, cum suis quisque insignibus: deinde alio ornatu equitum Romanorum sequebatur agmen; tum suo ordine legiones omnes, quotquot sub Syllæ auspiciis militaverant: summo enim studio milites singuli, ut præsto forent, approperaverant, signa gestantes aurata, scutaque argento bracteata, quorum nunc quoque in pompis usus est. Aderat et tubicinum infinita multitudo, per vices mollissima carmina lugubriaque concinentium. Nec deerant faustæ acclamationes a senatu exortæ, mox ab equitibus, deinde a militibus, postremo a plebe repetitæ: quorum alii serio Syllam desiderabant; alii copias ejus, ipsumque mortuum non minus quam vivum, timebant: quippe quos tam præsens spectaculum terrebat, quam præteritorum facinorum memoria; ut facile in hoc assentirentur adversariis, fuisse eum et illis felicissimum, et ipsis post obitum etiam nunc terribilem. Pro rostris deinde, unde ad populum orationes habentur, exposito cadavere, laudavit Syllam conscenso suggestu vir ætatis illius eloquentissimus, quod Faustus filius nondum maturus esset. Inde robusti aliquot senatores sublatam in humeros lecticam transtulerunt in campum Martium, ubi solos reges sepeliri moris fuerat: et circa rogum decurrerunt cum equites tum reliquus exercitus. Hujusmodi Syllæ exitus fuit.

CVII. Sed ab exsequiis revertentes consules, confestim mutuis conviciis altercati sunt; divisa in eorum favorem urbana multitudine. Lepidus vero Italiæ etiam populos sibi conciliaturus, ait, redditurum se illis agros quos Sylla ademerat. Senatus autem, ab utroque metuens reipublicæ, ambos consules jurejurando obstrinxit, ne bello res controversas decernerent. Cæterum Lepidus, Transalpinam Galliam sortitus, non rediit ad comitia, quasi anno sequenti jam jurejurando solutus bellum libere gesturus contra Syllanos: sic enim interpretabatur, eo sacramento se non ultra tempus magistratus teneri. Sed quum non laterent ejus consilia, revocatus a patribus, nec ignarus cur revocaretur, adventabat cum omnibus copiis, volens in Urbem eas introducere. Verum prohibitus, suos per præconem jubet arma capere: idemque e diverso facit Catulus. Confligitur non longe a campo Martio. Lepidus victus, et cedere coactus, trajecit in Sardiniam, ubi tabe periit. Exercitus ejus, paulisper aliis atque aliis locis infestus, tandem dispersus est: præcipua tamen pars, ductu Perpennæ, ad Sertorium pervenit in Hispaniam.

CVIII. Jamque ex Syllanis calamitatibus reliquum erat

τωρίου, γενόμενον μὲν ὀκτάετες, οὐκ εὐμαρὲς δὲ οὐδ' ἅμα Ῥωμαίοις, ἅτε μὴ πρὸς Ἴβηρας αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τόδε ἐπ' ἀλλήλους καὶ πρὸς Σερτώριον· ὃς ᾕρητο μὲν Ἰβηρίας ἄρχειν, Κάρβωνι δ' ἐπὶ Σύλλᾳ συμμαχῶν, Σύεσσαν πόλιν ἐν σπονδαῖς κατέλαβε, καὶ φεύγων, ἐπὶ τὴν στρατηγίαν ᾤχετο. Καὶ στρατὸν ἔχων ἔκ τε Ἰταλίας αὐτῆς, καί τινα ἄλλον ἐκ Κελτιβήρων ἀγείρας, τούς τε πρὸ ἑαυτοῦ στρατηγοὺς, οὐ παραδιδόντας οἱ τὴν ἀρχὴν ἐς χάριν Σύλλα, τῆς Ἰβηρίας ἐξέβαλε, καὶ πρὸς Μέτελλον ἐπιπεμφθέντα ὑπὸ Σύλλα ἀπεμάχετο γενναίως. Περιώνυμος δὲ ὢν ἐπὶ τόλμῃ, βουλὴν κατέλεξεν ἐκ τῶν συνόντων οἱ φίλων, τριακοσίους· καὶ τήνδε ἔλεγεν εἶναι τὴν Ῥωμαίων βουλὴν, καὶ ἐς ὕβριν ἐκείνης, Σύγκλητον ἐκάλει. Σύλλα δ' ἀποθανόντος, καὶ Λεπίδου μετὰ Σύλλαν, στρατὸν ἔχων ἄλλον Ἰταλῶν, ὅσον αὐτῷ Περπέννας ὁ τοῦ Λεπίδου στρατηγὸς ἤγαγεν, ἐπίδοξος ἦν στρατεύσειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν· εἰ μὴ δείσασα ἡ βουλὴ, στρατόν τε ἄλλον καὶ στρατηγὸν ἕτερον ἐπὶ τῷ προτέρῳ Πομπήϊον ἔπεμψεν ἐς Ἰβηρίαν, νέον μὲν ἔτι ὄντα, περιφανῆ δ' ἐξ ὧν ἐπὶ Σύλλα περί τε Λιβύην καὶ ἐν αὐτῇ Ἰταλίᾳ κατείργαστο.

CIX. Ὁ δὲ ἐς τὰ Ἄλπεια ὄρη μετὰ φρονήματος ἀνῄει, οὐ κατὰ τὴν Ἀννίβου μεγαλουργίαν, ἑτέραν δ' ἐχάρασσεν ἀμφὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ τε Ῥοδανοῦ καὶ Ἠριδανοῦ· οἳ ἀνίσχουσι μὲν ἐκ τῶν Ἀλπείων ὀρῶν οὐ μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων, ῥεῖ δ' ὁ μὲν διὰ Κελτῶν τῶν ὑπὲρ Ἄλπεις εἰς τὴν Τυῤῥηνικὴν θάλασσαν, ὁ δὲ ἔνδοθεν τῶν Ἀλπείων, ἐπὶ τὸν Ἰόνιον, Πάδος ἀντὶ Ἠριδανοῦ μετονομασθείς. Ἀφικομένου δ' ἐς Ἰβηρίαν, αὐτίκα ὁ Σερτώριος τέλος ὅλον, ἐπὶ χορτολογίαν ἐξιὸν, αὐτοῖς ὑποζυγίοις καὶ θεράπουσι συνέκοψε· καὶ Λαύρωνα πόλιν, ἐφορῶντος αὐτοῦ Πομπηΐου, διήρπασε καὶ κατέσκαψεν. Ἐκ δὲ τῆς πολιορκίας γυνή τις, ἐνυβρίζοντος αὐτῇ τοῦ λαβόντος παρὰ φύσιν, τοῖς δακτύλοις ἐξέτεμε τὰς ὄψεις. Καὶ ὁ Σερτώριος, τοῦ πάθους πυθόμενος, τὴν σπεῖραν ὅλην ἀγέρωχον ἐς τὰ τοιαῦτ' εἶναι νομιζομένην, καίπερ οὖσαν Ῥωμαϊκὴν, κατέκανεν. Καὶ τότε μὲν χειμῶνος ἐπιόντος διέστησαν.

CX. Ἀρχομένου δ' ἦρος ἐπῄεσαν ἀλλήλοις, Μέτελλος μὲν καὶ Πομπήϊος, ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, ἔνθα διεχείμαζον· Σερτώριος δὲ καὶ Περπέννας, ἐκ Λυσιτανίας. Καὶ συμβάλλουσιν ἀλλήλοις περὶ πόλιν, ᾗ ὄνομα Σούκρων. Κτύπου δ' ἐν αἰθρίᾳ φοβεροῦ καὶ ἀστραπῶν παραλόγων γενομένων, τάδε μὲν ὡς ἐμπειροπόλεμοι διέφερον ἀκαταπλήκτως, πολὺν δ' ἀλλήλων φόνον ἐξειργάζοντο· μέχρι Μέτελλος μὲν Περπένναν ἐτρέψατο, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ διήρπαζεν· ὁ δὲ Σερτώριος ἐνίκα Πομπήϊον, καὶ ἐτρώθη δόρατι ἐς τὸν μηρὸν ἐπικινδύνως ὁ Πομπήϊος. Καὶ τοῦτο τέλος ἐγένετο τῆς τότε μάχης. Ἔλαφος δ' ἦν λευκὴ χειροήθης τῷ Σερτωρίῳ καὶ ἄνετος· ἧς ἀφανοῦς γενομένης, ὁ Σερτώριος οὐκ αἴσιον ἑαυτῷ τιθέμενος, ἐδυσθύμει τε καὶ ἐπ' ἀργίας ἦν, καὶ ταῦτ' ἐπιτωθαζόμενος ἐς τὴν

bellum Sertorianum: neque breve illud, per VIII quippe annos continuatum, neque vero facile aut leve Romanis, quod non tam cum Hispanis negotium haberent, quam rursus cum civibus et cum ipso Sertorio. Sertorius, post occupatam per inducias Suessam, quo tempore Carbonis contra Syllam fuit socius; in Hispaniam, quam provinciam erat sortitus prætor abierat. Ubi adjunctis ad Italicas copias Celtiberorum auxiliis, expulsisque superioribus prætoribus, qui ut Syllani nolebant provincia decedere, Metello quoque a Sylla contra se misso repugnaverat strenue. Inclytum deinde nomen ex audacia consecutus, trecentos ex amicis in consilium adscivit; quos, in Romanorum patrum contumeliam, Senatum Romanum vocavit. Tum vero defuncto Sylla, pauloque post Lepido, Sertorius, novo auctus copiarum supplemento, quas ex Italia Perpenna adduxerat, in ipsam Italiam expeditionem facturus videbatur; ni senatus, id veritus, in Hispaniam ad priorem exercitum submisisset cum novis copiis Pompeium, juvenem quidem, sed jam clarum rebus Syllæ auspiciis tam in Africa quam in Italia gestis.

CIX. Pompeius magno animo Alpes transcendit, non tanto quidem molimine, quanto usus olim Annibal erat, sed aliam aperiens viam, circa Rhodani Eridanique fontes; qua uterque fluvius non longo ab invicem intervallo ex Alpibus oritur, et alter quidem per Transalpinam Galliam in Tuscum effunditur mare, alter per Galliam Citeriorem in mare Superum evolvitur, Padus Latinis pro Eridano dictus. Postquam autem in Hispaniam Pompeius pervenit, confestim ei legionem unam, ad pabulandum emissam, simul cum jumentis calonibusque Sertorius concidit; idemque Lauronem urbem, inspectante Pompeio, diripuit diruitque. In qua expugnatione mulier militi, vim ei contra naturam inferre conanti, oculos digitis effodit. Quo cognito, Sertorius integram cohortem, quamvis Romanam, id genus flagitiis infamem, morte affecit. Et tunc quidem interventu hiemis diremti sunt exercitus.

CX. Sed ineunte vere utrinque rursus moverunt, Metellus et Pompeius a Pyrenæis montibus, ubi hiemaverant; Sertorius et Perpenna ex Lusitania. Et ad Sucronem oppidum signa contulerunt: ubi quum sereno cœlo, insolito more, crebra fulgura micarent cum tonitru, nihil tamen territi, ut veterani, peregerunt rem, magnamque cædem utrimque ediderunt: donec Metellus Perpennam in fugam vertit castrisque exuit; in altero vero cornu Sertorius Pompeium hasta in femore periculose sauciatum profligavit, eventu tamen pugnæ ancipiti. Erat Sertorio candida cerva, mansueta et libere vagari solita: quæ quum nusquam compareret, imperator, ominosum id ratus, æger animi, cessabat ab armis, neque ipsorum hostium super cerva cavillationes

ἔλαφον ὑπὸ τῶν πολεμίων. Ὡς δ' ὤφθη διὰ δρυμῶν δρόμῳ φερομένη, ἀνά τε ἔδραμεν ὁ Σερτώριος, καὶ εὐθύς, ὥσπερ αὐτῇ προκαταρχόμενος, ἠκροβολίσατο ἐς τοὺς πολεμίους. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον ἀγῶνα μέγαν ἠγωνίσατο περὶ Σαγοντίαν, ἐκ μεσημβρίας ἐπὶ ἄστρα. Καὶ αὐτὸς μὲν ἱππομαχῶν ἐκράτει τοῦ Πομπηίου, καὶ ἔκτεινεν ἐς ἑξακισχιλίους, ἀποβαλὼν ἐς ἡμίσεας· Μέτελλος δὲ καὶ τότε Περπέννα περὶ πεντακισχιλίους διέφθειρε. Καὶ ὁ Σερτώριος μετὰ τὴν μάχην τῆς ἐπιούσης ἡμέρας πολλοὺς βαρβάρους προσλαβών, ἐπέδραμεν ἀδοκήτως τῷ Μετέλλου στρατοπέδῳ περὶ δείλην ἑσπέραν, ὡς ἀποταφρεύσων αὐτὸ σὺν τόλμῃ· Πομπηίου δ' ἐπιδραμόντος, ἐπαύσατο τῆς καταφρονήσεως. Καὶ τάδε μὲν αὐτοῖς ἦν τοῦδε τοῦ θέρους ἔργα, καὶ πάλιν ἐς χειμασίαν διεκρίθησαν.

CXI. Τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, ἕκτης ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος οὔσης, δύο μὲν ἐκ διαθηκῶν ἔθνη Ῥωμαίοις προσεγίγνετο· Βιθυνία τε, Νικομήδους ἀπολιπόντος· καὶ Κυρήνη, Πτολεμαίου τοῦ Λαγίδου βασιλέως, ὃς ἐπίκλησιν ἦν Ἀπίων. Πόλεμοι δ' ἤκμαζον, οὗτός τε ὁ Σερτωρίου περὶ Ἰβηρίαν, καὶ ὁ Μιθριδάτου περὶ τὴν ἀνατολήν· καὶ ὁ τῶν λῃστῶν, ἐν ὅλῃ τῇ θαλάσσῃ· καὶ περὶ Κρήτην, πρὸς αὐτοὺς Κρῆτας, ἕτερος· καὶ ὁ τῶν μονομάχων ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν, αἰφνίδιος αὐτοῖς καὶ ὅδε καὶ σφοδρὸς ὁμοῦ γενόμενος. Διαιρούμενοι δ' ἐς τοσαῦτα, ὅμως καὶ ἐς Ἰβηρίαν ἔπεμψαν ἄλλα στρατοῦ δύο τέλη· μεθ' ὧν ἅμα τῷ ἄλλῳ παντὶ Μέτελλός τε καὶ Πομπήιος αὖθις ἀπὸ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἐπὶ τὸν Ἴβηρα κατέβαινον· Σερτώριος δὲ καὶ Περπέννας αὐτοῖς ἀπήντων ἀπὸ Λυσιτανίας. Καὶ τότε μάλιστα πολλοὶ Σερτωρίου πρὸς τὸν Μέτελλον ηὐτομόλουν.

CXII. Ἐφ' ᾧ χαλεπαίνων ὁ Σερτώριος, ἀγρίως καὶ βαρβαρικῶς ἐλυμαίνετο πολλοῖς, καὶ διὰ μίσους ἐγίγνετο. Μᾶλλον δ' αὐτὸν ὁ στρατὸς ἐν αἰτίαις εἶχεν, ἐπεὶ καὶ δορυφόρους ἀντ' αὐτῶν ἐπήγετο πανταχοῦ Κελτίβηρας, καὶ τὴν φυλακὴν τοῦ σώματος, Ῥωμαίους ἀπελάσας, τοῖσδε ἀντ' ἐκείνων ἐπέτρεπεν. Οὐ γὰρ ἔφερον ἐς ἀπιστίαν ὀνειδιζόμενοι, εἰ καὶ πολεμίῳ Ῥωμαίων ἐστρατεύοντο. Ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ μάλιστα ὑπέδακνεν αὐτούς, τό, ἀπίστους ἐς τὴν πατρίδα διὰ τὸν Σερτώριον γενομένους, ἀπιστεῖσθαι καὶ πρὸς αὐτοῦ· οὐδ' ἠξίουν διὰ τοὺς αὐτομολήσαντάς οἱ παραμένοντες κατεγνῶσθαι. Πολλὰ δὲ καὶ οἱ Κελτίβηρες αὐτοῖς, ἀφορμῆς λαβόμενοι, ἐνύβριζον ὡς ἀπιστουμένοις. Οἱ δ' οὐ τελέως ὅμως τὸν Σερτώριον ἀπεστρέφοντο, διὰ τὰς χρείας. Οὐ γὰρ ἦν τότε τοῦ ἀνδρὸς οὔτε πολεμικώτερος ἄλλος, οὔτ' ἐπιτυχέστερος. Ὅθεν αὐτὸν καὶ οἱ Κελτίβηρες διὰ τὴν ταχυεργίαν ἐκάλουν Ἀννίβαν, ὃν θρασύτατόν τε καὶ ἀπατηλότατον στρατηγὸν παρὰ σφίσιν ἐδόκουν γενέσθαι. Ὁ μὲν δὴ στρατὸς ὧδε εἶχε Σερτωρίῳ. Πόλεις δ' αὐτοῦ πολλὰς ἐπέτρεχον οἱ περὶ τὸν Μέτελλον, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐς τὰ ὑπήκοα σφίσι μετῆγον. Παλλαντίαν δὲ Πομπηίου περικαθημένου,

curabat. Ut vero animadvertit accurrentem e nemoribus, ipse quoque prosiliit; et, velut cervæ auspicia secutus, cœpit hostem velitatione lacessere. Nec post magno prælio certatum est ad Seguntiam, a meridie in noctem usque. Ubi ex equo pugnans Sertorius vicit Pompeium, cæsis hostium sex millibus, desiderato suorum dimidio fere numero. Metellus vero tunc quoque ex Perpennæ militibus ad quinque millia stravit. Postridie ejus diei Sertorius, assumtis multis barbaris, vergente jam in vesperam die, ex improviso in castra Metelli fecit impetum, fossa valloque ea cincturus, ni Pompeius succurrens fregisset ejus audaciam. Inter hos conatus elapsa æstate, in hiberna rursus discessum est.

CVI. Sequenti anno, Olympiade CLXXVI, populus Romanus duabus provinciis ex testamentis regum auctus est; Bithyniam Nicomede relinquente; Cyrenen Ptolemæo, ex Lagidarum gente, cui Apioni cognomen fuerat. Sed bella simul omni ex parte vigebant: in Hispania hoc Sertorianum: in oriente Mithridaticum : toto mari Piraticum : circa Cretam cum ipsis Cretensibus aliud : in Italia bellum gladiatorum, repentinum ac difficile. Tot negotiis distracti Romani, tamen in Hispaniam ad priorem exercitum miserunt alias duas legiones. Quibus cum priori omni exercitu conjunctis, Metellus Pompeiusque rursum a Pyrenæo descenderunt ab Iberum, occurente Sertorio cum Perpenna et Lusitania. Et eo potissimum tempore multi Sertoriani ad Metellum transfugiebant.

CXII. Quo exasperatus Sertorius, multos barbarica sævitia tractare cœpit, ac ea re in odium suorum incurrit. Sed hoc præcipuo culpabat exercitus, quod, semotis a custodia corporis Romanis, Celtiberico satellitio, ubicumque esset, stiparetur; malens his, quam illis, salutem suam committere. Non enim ferebant milites, exprobrari sibi perfidiam, quamvis sub hoste populi Romani stipendia facerent. Imo hoc ipsum maxime eos dolebat, quod fides sibi non haberetur ab eo, propter quem perfidi adversus patriam extitissent : neque æquum putabant, se, qui in officio permanerent, damnari propter transfugas. Huc accedebat, quod Celtiberi eos per hanc occasionem, tanquam fide cassos, multis injuriis contumeliisque afficiebant. Attamen non omnino a Sertorio alienati sunt milites, propter commoda quæ ex ejus militia capiebant. Nec enim alius dux illa ætate vel felicior fuit, vel rei militatis peritior. Quare etiam Celtiberi, ob efficacem viri industriam, Annibalem eum vocare consueverant; quem omnium audacissimum ac versutissimum imperatorem in iis terris fuisse arbitrabantur. Sic affecto Sertoriano exercitu, Metellus interim multa passim Sertorii oppida ex incursione cepit, et homines in regionem sibi subjectam abduxit. Pom.

καὶ τὰ τείχη ξύλων κορμοῖς ὑποκρεμάσαντος, ἐπιφανεὶς ὁ Σερτώριος τὴν μὲν πολιορκίαν ἐξέλυσε· τὰ τείχη δ' ἔφθασεν ὑποκαύσας ὁ Πομπήϊος, καὶ ἐς Μέτελλον ἀνεχώρει. Σερτώριος δὲ καὶ τὰ πεσόντα ἤγειρε, καὶ τοῖς περί τι χωρίον Καλάγυρον στρατοπεδεύουσιν ἐπιδραμὼν, ἔκτεινε τρισχιλίους. Καὶ τάδε ἦν καὶ τοῦδε τοῦ ἔτους ἐν Ἰβηρίᾳ.

CXIII. Τοῦ δ' ἐπιόντος, οἱ στρατηγοὶ Ῥωμαίων, μᾶλλόν τι θαῤῥήσαντες, ἐπῄεσαν ταῖς πόλεσι ταῖς ὑπὸ Σερτωρίῳ σὺν καταφρονήσει, καὶ πολλὰ αὐτοῦ περιέσπων, καὶ ἑτέροις ἐπέβαινον, ἐπαιρόμενοι τοῖς ἀπαντωμένοις. Οὐ μέντοι μεγάλῃ γε μάχῃ συνηνέχθησαν, ἀλλ' αὖθις ** μέχρι τοῦ ἑξῆς ἔτους αὐτοὶ μὲν αὖθις ἐπῄεσαν, σὺν πλέονι μᾶλλον καταφρονήσει· ὁ δὲ Σερτώριος, βλάπτοντος ἤδη θεοῦ, τὸν μὲν ἐπὶ τοῖς πράγμασι πόνον ἑκὼν μεθίει, τὰ πολλὰ δ' ἦν ἐπὶ τρυφῆς, γυναιξὶ καὶ κώμοις καὶ πότοις σχολάζων. Ὅθεν ἡττᾶτο συνεχῶς. Καὶ γεγένητο ὀργήν τε ἄκρος, δι' ὑπονοίας ποικίλας, καὶ ὠμότατος ἐς κόλασιν, καὶ ὑπόπτης ἐς ἅπαντας· ὥστε καὶ Περπένναν, τὸν ἐκ τῆς Αἰμιλίου στάσεως ἑκόντα πρὸς αὐτὸν ἐλθόντα μετὰ πολλοῦ στρατοῦ, δεῖσαι περὶ ἑαυτοῦ, καὶ προεπιβουλεῦσαι μετὰ ἀνδρῶν δέκα. Ὡς δὲ καὶ τῶνδέ τινες τῶν ἀνδρῶν ἐνδειχθέντες, οἱ μὲν ἐκολάσθησαν, οἱ δ' ἀπέφυγον· ὁ Περπέννας παρὰ δόξαν λαθὼν, ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τὸ ἔργον ἠπείγετο. Καὶ οὐδαμοῦ τὸν Σερτώριον μεθιέντα τοὺς δορυφόρους, ἐπὶ ἑστίασιν ἐκάλει· μεθύσας δ' αὐτόν τε καὶ τὴν περιεστῶσαν τῶν ἀνδρῶν φυλακὴν, ἔκτεινεν ἀπὸ τῆς διαίτης.

CXIV. Καὶ ὁ στρατὸς εὐθὺς ἐπὶ τὸν Περπένναν ἀνίστατο σὺν θορύβῳ τε πολλῷ καὶ μετ' ὀργῆς, ἐς εὔνοιαν αὐτίκα τοῦ Σερτωρίου μεταβάλλοντες ἀπὸ τοῦ μίσους· ὥσπερ ἅπαντες ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι τὴν μὲν ὀργὴν μεθιᾶσιν, οὐκ ἐμποδὼν ἔτι τοῦ λυποῦντος ὄντος, ἐς δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν μετ' ἐλέου καὶ μνήμης ἐπανίασι. Τότε δὲ καὶ τὰ παρόντα σφίσιν ἐκλογιζόμενοι, Περπέννα μὲν, ὡς ἰδιώτου, κατεφρόνουν· τὴν δ' ἀρετὴν Σερτωρίου μόνην ἂν σφίσιν ἡγούμενοι γενέσθαι σωτήριον, χαλεπῶς ἐς τὸν Περπένναν διετίθεντο αὐτοί τε καὶ οἱ βάρβαροι σὺν αὐτοῖς· μάλιστα δὲ τούτων Λυσιτανοὶ, ὅσῳ καὶ μάλιστα αὐτοῖς ὁ Σερτώριος ἐχρῆτο. Ὡς δὲ καὶ τῶν διαθηκῶν ἀνοιχθεισῶν τῶν Σερτωρίου ὁ Περπέννας αὐταῖς ἐνεγέγραπτο ἐπὶ τῷ κλήρῳ, μᾶλλόν τι πάντας ὀργὴ καὶ μῖσος ἐς τὸν Περπένναν ἐσῄει, ὡς οὐκ ἐς ἄρχοντα μόνον ἢ στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ ἐς φίλον καὶ εὐεργέτην, τοσόνδε μύσος ἐργασάμενον. Καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ χειρῶν ἀπέσχοντο, εἰ μὴ περιθέων αὐτοὺς ὁ Περπέννας, τοὺς μὲν δώροις ὑπηγάγετο, τοὺς δ' ὑποσχέσεσι· τοὺς δ' ἀπειλαῖς ἐξεφόβησε· τοὺς δὲ καὶ διεχρήσατο, ἐς κατάπληξιν ἑτέρων. Ἐπί τε τὰ πλήθη παρερχόμενος ἐδημαγώγει, καὶ τοὺς δεσμώτας αὐτῶν ἐξέλυεν, οὓς ὁ Σερτώριος κατέδησε· καὶ τοῖς Ἴβηρσι τὰ ὅμηρα ἀπέλυεν. Οἷς ὑπαχθέντες, ὑπήκουον μὲν ὡς στρατηγῷ (τὸ γὰρ δὴ μετὰ Σερτώριον εἶχεν ἀξίωμα)·

peius vero Pallantiam obsidens, suffossa mœnia subditis stipitibus suspenderat, quum Sertorii superventu oppugnatio soluta est; et oppugnatores, succensis tamen prius mœnibus, ad Metellum sese receperunt. Sertorius, reparata mœnium parte quæ corruerat, hostilem exercitum, circa Calagurim castra metatum, adortus, tria hostium millia interfecit. Ac per has res hic quoque annus in Hispania exactus est.

CXIII. Redeunte vere, Romanorum duces, jam audaciores, contemtim invaserunt civitates Sertorio subditas; et satis accisis ejus rebus, elati successu, ulterius semper progrediebantur. Nusquam magno prœlio certatum est, sed rursus **. Denique anno insequenti, Romani majori denuo vi atque contemtu in hostem incurrebant; et Sertorius contra, mentem jam pervertente deo, multo ad labores remissior, mulierum consuetudini et potui comessationibusque se dedere cœpit. Quo factum est, ut nunquam non inferior e conflictu discederet. Simul autem efferebatur iracundia ob varias suspiciones, et in puniendo erat crudelissimus, neminique amplius fidebat. Quibus rebus commotus Perpenna, qui ex Lepidi factione ultro ad eum cum non modicis copiis accesserat, quum jam et sibi ipsi timendum esse censeret, conatus est insidiis Sertorium occupare, decem viris in consilii communionem adscitis. Ex quibus postquam nonnulli, facto conjurationis indicio, supplicio sunt affecti, aliique fuga elapsi, Perpenna, præter spem non deprehensus, tanto magis maturandum sibi negotium putavit. Itaque Sertorium, quum nusquam absque satellitio esset, ad amicorum convivium invitat, et vino una cum stipatoribus bene madefactum post cœnam obtruncat.

CXIV. Moxque milites, ira accensi, acriter tumultuabantur contra parricidam, odio Sertorii in benevolentiam verso: ut solet ira sedari post interitum eorum qui læserant, molestia sublata, et per miserationem revocata desideratæ virtutis memoria. Huc accedebat et præsentis periculi reputatio, in quo Perpennam, tanquam privatum contemnebant, et, ab unius Sertorii fortitudine salutem pependisse suam, sibi persuadebant. Quo major erat tam ipsorum Romanorum militum, quam barbarorum, adversus Perpennam indignatio. Et Lusitanorum præcipue ira eminebat, quorum maxime opera imperator usus erat. Ut vero, testamento Sertorii aperto, homicidam inter hæredes adscriptum fuisse apparuit, immensum quantum crevit facinoris invidia, perpetrati non solum in imperatorem, verum in amicum etiam optime de parricida meritum. Nec temperassent manibus, ni Perpenna, obeundo singulos, muneribus alios, alios pollicitationibus placasset, ferocioresque terruisset minis, ac nonnullos etiam manu sua confodisset ad timorem injiciendum cæteris. Quin et populos obibat concionabundus, et gratiam captando solvebat quotquot Sertorius in vincula conjecerat, dimissis et obsidibus Hispanorum. Quibus rebus deliniti, parebant quidem Perpennæ, ut prætori, et successori Sertorii; attamen ne tunc quidem

οὐ μέντοι χωρὶς δυσμενείας οὐδὲ τότε ἐγίγνοντο. Καὶ γὰρ ὠμότατος αὐτίκα ἐς κολάσεις θαῤῥήσας ἐφαίνετο, καὶ τῶν ἐκ Ῥώμης αὐτῷ συμφυγόντων ἐπιφανῶν ἔκτεινε τρεῖς, καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν ἑαυτοῦ.

CXV. Ὡς δὲ ἐφ' ἕτερα τῆς Ἰϐηρίας ὁ Μέτελλος ᾤχετο (οὐ γὰρ ἔτι δυσχερὲς ἐδόκει, Περπένναν ἐπιτρέψαι μόνῳ Πομπηΐῳ), ἐπὶ μέν τινας ἡμέρας ἐγίγνοντο ἀψιμαχίαι καὶ ἀπόπειραι Πομπηΐου καὶ Περπέννα, μὴ σαλευόντων ἄθρουν τὸν στρατόν· τῇ δεκάτῃ δὲ ἀγὼν αὐτοῖς μέγιστος ἐξεῤῥάγη. Ἑνὶ γὰρ ἔργῳ κρίναντες διακριθῆναι, Πομπήϊος μὲν τῆς Περπέννα στρατηγίας κατεφρόνει, Περπέννας δ' ὡς οὐ πιστῷ χρησόμενος ἐς πολὺ τῷ στρατῷ, πάσῃ σχεδὸν τῇ δυνάμει συνεπλέκετο. Ταχὺ δ' ὁ Πομπήϊος περιῆν, ὡς οὔτε στρατηγοῦ διαφέροντος, οὔτε προθύμου στρατοῦ. Καὶ τροπῆς πάντων ὁμαλοῦς γενομένης, ὁ μὲν Περπέννας ὑπὸ θάμνῳ πόας ἐκρύφθη, δεδιὼς τοὺς οἰκείους μᾶλλον τῶν πολεμίων. Λαϐόντες δ' αὐτὸν ἱππεῖς τινες εἷλκον ἐς τὸν Πομπήϊον, ἐπιϐλασφημούμενον ὑπὸ τῶν ἰδίων, ὡς αὐθέντην Σερτωρίου· καὶ βοῶντα, πολλὰ μηνύσειν τῷ Πομπηΐῳ περὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ στάσεως· ἔλεγε δὲ, εἴτε ἀληθεύων, εἴθ' ἵνα σῶος ἀχθείη πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ, προπέμψας, ἀπέκτεινεν αὐτὸν πρὶν ἐς ὄψιν ἐλθεῖν· δείσας ἄρα, μή τι μηνύσειεν ἀδόκητον, καὶ ἑτέρων ἀρχὴ κακῶν ἐν Ῥώμῃ γένοιτο. Καὶ ἔδοξεν ἐμφρόνως πάνυ τοῦθ' ὁ Πομπήϊος πρᾶξαι, καὶ συνετέλεσεν αὐτῷ καὶ τόδε ἐς δόξαν ἀγαθήν. Τέλος δ' ἦν τοῦτο τῷ περὶ Ἰϐηρίαν πολέμῳ, τὸ καὶ Σερτωρίῳ τοῦ βίου γενόμενον. Δοκεῖ γὰρ οὐκ ἂν οὔτε ὀξέως οὔτε εὐμαρῶς οὕτως, ἔτι Σερτωρίου περιόντος, συντελεσθῆναι.

CXVI. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου, περὶ τὴν Ἰταλίαν μονομάχων ἐς θέας ἐν Καπύῃ τρεφομένων, Σπάρτακος, Θρᾲξ ἀνὴρ, ἐστρατευμένος ποτὲ Ῥωμαίοις, ἐκ δὲ αἰχμαλωσίας καὶ πράσεως ἐν τοῖς μονομάχοις ὤν, ἔπεισεν αὐτῶν ἐς ἑϐδομήκοντα ἄνδρας μάλιστα, κινδυνεῦσαι περὶ ἐλευθερίας μᾶλλον, ἢ θέας ἐπιδείξεως. Καὶ βιασάμενος σὺν αὐτοῖς τοὺς φυλάσσοντας, ἐξέδραμε· καί τινων ὁδοιπόρων ξύλοις καὶ ξιφιδίοις ὁπλισάμενος, ἐς τὸ Βέσϐιον ὄρος ἀνέφυγεν· ἔνθα πολλοὺς ἀποδιδράσκοντας οἰκέτας, καί τινας ἐλευθέρους ἐκ τῶν ἀγρῶν, ὑποδεχόμενος, ἐλῄστευε τὰ ἐγγὺς, ὑποστρατήγους ἔχων Οἰνόμαόν τε καὶ Κρίξον μονομάχους. Μεριζομένῳ δ' αὐτῷ τὰ κέρδη κατ' ἰσομοιρίαν, ταχὺ πλῆθος ἦν ἀνδρῶν. Καὶ πρῶτος ἐπ' αὐτὸν ἐκπεμφθεὶς Οὐαρίνιος Γλάϐρος, ἐπὶ δ' ἐκείνῳ Πόπλιος Οὐαλέριος, οὐ πολιτικὴν στρατιὰν ἄγοντες, ἀλλ' ὅσους ἐν σπουδῇ καὶ παρόδῳ συνέλεξαν (οὐ γάρ πω Ῥωμαῖοι πόλεμον, ἀλλ' ἐπιδρομήν τινα, καὶ λῃστηρίῳ τὸ ἔργον ὅμοιον, ἡγοῦντο εἶναι), συμβαλόντες ἡττῶντο. Οὐαρινίου δὲ καὶ τὸν ἵππον αὐτὸς Σπάρτακος περιέσπασε· παρὰ τοσοῦτον ἦλθε κινδύνου Ῥωμαίων ὁ στρατηγὸς, αὐτὸς αἰχμάλωτος ὑπὸ μονομάχου γενέσθαι. Μετὰ δὲ τοῦτο Σπαρτάκῳ μὲν ἔτι μᾶλλον πολλοὶ συνέθεον, καὶ ἑπτὰ μυριάδες ἦσαν

perpacatis animis. Nam et continuo, sumta fiducia, Perpenna crudelitate uti in puniendo cœpit et tres nobiles viros qui Roma ad eum confugerant, occidit, et præter hos suum ex fratre nepotem.

CXV. Metello autem in diversam Hispaniæ partem digresso, quippe qui jam facile judicabat Perpennæ Pompeium solum opponere; per aliquot dies hi duo velitationibus periculum virium fecerunt, immotis integris exercitibus : decimo vero die magnum prælium commissum est. Constituerunt enim, semel armis decernere; Pompeius quidem, Perpennam imperatorem præ se contemnens; Perpenna autem, suos non diu mansuros in officio ratus, adeoque conferre signa properans. Et quanquam universas pæne copias suas in aciem Perpenna eduxerat, brevi tamen Pompeius fit superior, ut qui rem habebat cum vulgari duce segnique exercitu. Itaque omnibus in fugam effusis, Perpenna in virgultum se abdidit, suorum metu non minus quam hostium : quem deprehensum equites nonnulli retraxerunt, a suis etiam militibus impetitum conviciis ut homicidam Sertorii; vociferantemque, habere se multa Pompeio indicanda, ad seditiones urbanas pertinentia, sive vere id dixerit, sive finxerit, ut salvus ad eum perduceretur. Sed Pompeius, priusquam in conspectum veniret, jussit occidi hominem; veritus, ne novum aliquid indicans, novarum calamitatum populo Romano auctor fieret : quod prudenter utique factum, multum ad Pompeii laudem contulit. Atque ita belli Hispaniensis idem, qui vitæ Sertorii, finis fuit : qui si diutius vixisset, nec tam cito, nec tam facile bellum hoc confectum fuisset.

CXVI. Per idem tempus in Italia Spartacus, genere Thrax, Romanam quondam militiam secutus, tunc vero ex captivo gladiator, Capuæ in ludo gladiatorio inclusus, circiter septuaginta ejusdem conditionis hominibus persuasit, ut pro sua potius libertate, quam pro voluptate spectatorum, dimicarent. Qui per vim repulsis custodibus, Spartaco duce, ex ludo profugiunt; armatique fustibus et gladiis, quos viatoribus quibusdam eripuerant, Vesuvium montem conscendunt. Ibi multis fugitivis, nonnullis etiam ingenuis, qui ex agris affluebant, in societatem receptis; vicina loca latrociniis infestare Spartacus cœpit, præfectis minoribus utens Œnomao Crixoque gladiatoribus : quumque ex æquo semper divideret prædas, brevi magnam contraxit hominum multitudinem. Contra quem missi, Varinius Glaber primum, mox P. Valerius, non cum justis exercitibus, sed obiter et subito collecto milite (adhuc enim Romani latrocinium hoc, non bellum, existimabant), parum prospere pugnaverunt. Varinii equo etiam Spartacus potitus est : tantillum abfuit, quin prætor Romanus a gladiatore caperetur. Victorque majori jam concursu celebraba-

ἤδη στρατοῦ. Καὶ ὅπλα ἐχάλκευε, καὶ παρασκευὴν συνέλεγεν.

CXVII. Οἱ δ' ἐν ἄστει τοὺς ὑπάτους ἐξέπεμπον μετὰ δύο τελῶν, καὶ τούτων ὑπὸ μὲν θατέρου Κρίξος, ἡγούμενος τρισμυρίων ἀνδρῶν, περὶ τὸ Γάργανον ὄρος ἡττᾶτο, καὶ δύο μέρη τοῦ στρατοῦ καὶ αὐτὸς συναπώλετο αὐτοῖς. Σπάρτακον δὲ, διὰ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἐπὶ τὰ Ἄλπεια καὶ ἐς Κελτοὺς ἀπὸ τῶν Ἀλπείων ἐπειγόμενον, ὁ ἕτερος ὕπατος προλαβὼν, ἐκώλυε τῆς φυγῆς, καὶ ὁ ἕτερος ἐδίωκεν. Ὁ δὲ, ἐφ' ἑκάτερον αὐτῶν ἐπιστρεφόμενος, παρὰ μέρος ἐνίκα· καὶ οἱ μὲν σὺν θορύβῳ τὸ ἀπὸ τοῦδε ὑπεχώρουν. Ὁ δὲ Σπάρτακος, τριακοσίους Ῥωμαίων αἰχμαλώτους ἐναγίσας Κρίξῳ, δυώδεκα μυριάσι πεζῶν ἐς Ῥώμην ἠπείγετο, τὰ ἄχρηστα τῶν σκευῶν κατακαύσας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας ἀνελὼν, καὶ ἐπισφάξας τὰ ὑποζύγια, ἵνα κοῦφος εἴη· αὐτομόλων τε πολλῶν αὐτῷ προσιόντων οὐδένα προσίετο. Καὶ τῶν ὑπάτων αὐτὸν αὖθις περὶ τὴν Πικηνίτιδα γῆν ὑποστάντων, μέγας ἀγὼν ἕτερος ὅδε γίγνεται, καὶ μεγάλη καὶ τότε ἧσσα Ῥωμαίων. Ὁ δὲ τῆς μὲν ἐς Ῥώμην ὁδοῦ μετέγνω, ὡς οὔπω γεγονὼς ἀξιόμαχος, οὐδὲ τὸν στρατὸν ὅλον ἔχων στρατιωτικῶς ὡπλισμένον· οὐ γάρ τις αὐτοῖς συνέπραττε πόλις, ἀλλὰ θεράποντες ἦσαν καὶ αὐτόμολοι καὶ σύγκλυδες. Τὰ δ' ὄρη τὰ περὶ Θουρίους καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν κατέλαβε, καὶ χρυσὸν μὲν ἢ ἄργυρον τοὺς ἐμπόρους ἐσφέρειν ἐκώλυε, καὶ κεκτῆσθαι τοὺς ἑαυτοῦ· μόνον δὲ σίδηρον καὶ χαλκὸν ὠνοῦντο πολλοῦ, καὶ τοὺς ἐσφέροντας οὐκ ἠδίκουν. Ὅθεν ἀθρόας ὕλης εὐπορήσαντες, εὖ παρεσκευάσαντο, καὶ θαμινὰ ἐπὶ λεηλασίας ἐξῄεσαν. Ῥωμαίοις τε πάλιν συνενεχθέντες ἐς χεῖρας, ἐκράτουν καὶ τότε, καὶ λείας πολλῆς γέμοντες ἐπανῄεσαν.

CXVIII. Τριέτης τε ἦν ἤδη καὶ φοβερὸς αὐτοῖς ὁ πόλεμος, γελώμενος ἐν ἀρχῇ καὶ καταφρονούμενος, ὡς μονομάχων. Προτεθείσης τε στρατηγῶν ἄλλων χειροτονίας ὄκνος ἐπεῖχεν ἅπαντας, καὶ παρήγγελλεν οὐδείς· μέχρι Λικίνιος Κράσσος, γένει καὶ πλούτῳ Ῥωμαίων διαφανὴς, ἀνεδέξατο στρατηγήσειν, καὶ τέλεσιν ἓξ ἄλλοις ἤλαυνεν ἐπὶ τὸν Σπάρτακον. Ἀφικόμενος δὲ, καὶ τὰ τῶν ὑπάτων δύο προσέλαβε. Καὶ τῶνδε μὲν αὐτίκα διακληρώσας, ὡς πολλάκις ἡττημένων, ἐπὶ θανάτῳ μέρος δέκατον, διέφθειρεν. Οἱ δ' οὐχ οὕτω νομίζουσιν, ἀλλὰ παντὶ τῷ στρατῷ συμβαλόντα καὶ τόνδε, καὶ ἡττημένον, πάντων διακληρῶσαι τὸ δέκατον, καὶ ἀνελεῖν ἐς τετρακισχιλίους, οὐδὲν διὰ τὸ πλῆθος ἐνδοιάσαντα. Ὁποτέρως δ' ἔπραξε, φοβερώτερος αὐτοῖς τῆς τῶν πολεμίων ἥττης φανεὶς, αὐτίκα μυρίων Σπαρτακείων ἐφ' ἑαυτῶν που στρατοπεδευόντων ἐκράτει· καὶ δύο αὐτῶν μέρη κατακανὼν, ἐπ' αὐτὸν ἤλαυνε τὸν Σπάρτακον σὺν καταφρονήσει. Νικήσας δὲ καὶ τόνδε λαμπρῶς, ἐδίωκε φεύγοντα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ὡς διαπλευσόμενον ἐς Σικελίαν· καὶ καταλαβὼν, ἀπετάφρευε καὶ ἀπετείχιζε καὶ ἀπεσταύρου.

tur; ita ut præsto haberet virorum septuaginta millia, arma fabricaret, magnos apparatus faceret.

CXVII. Tandem ex Urbe mittuntur consules contra Gladiatores, cum duabus legionibus: a quórum altero Crixus ad Garganum montem cum triginta millibus prælio superatus cecidit, vix tertia exercitus sui parte superstite. Spartaco, per Apenninum ad Alpes et inde porro in Galliam properanti, alter consul prævento præclusit iter, tergis hærente altero. Sed ille utrumque in vicem aggressus, non sine clade repulit: quibus trepide fugientibus, victor Spartacus, mactatis trecentis Romani nominis captivis, parentavit Crixi manibus; et auctus ad cxx millibus peditum Romam petebat, combustis impedimentis superfluis, captivis ad unum interfectis, jumentis quoque jugulatis, quo fieret expeditior. Transfugam vero, quum multi adjungere ei se cuperent, admittebat neminem. Jamque consules rursus eum in Piceno aggressi, magno iterum prælio victi sunt. Mutavit tamen sententiam Spartacus Urbem petendi, quod nondum confideret viribus, nec satis militariter instructum haberet exercitum: nulla enim eum juvabat civitas, sed fugitivi tantum erant et convenæ. Ergo montes circa Thurium insedit: ipsoque oppido capto, edixit, ne quis negotiator aurum argentumve importaret, neve cui suorum hæc habere liceret. Solum ferrum et æs emebant care, et abstinebant mercatoribus injuriam. Unde multa comparata materia, bene se armis instruxerunt, vacantes interim prædationibus continuis. Cum Romanis etiam denuo congressi, tunc quoque victores magnam prædam retulerunt.

CXVIII. Jam tertius annus agebatur hujus belli Spartacii, a contemtis propter auctorum vilitatem initiis formidabilem in molem aucti. Tantusque metus occupaverat omnes, ut indictis prætoriis comitiis nemo candidatus prodiret: donec Licinius Crassus, genere divitiisque nobilis, præturam suscipere ausus, cum aliis sex legionibus contra Spartacum profectus est. Quibus duas illas consulares legiones, decimatas prius ob tot ignominiosas clades, adjunxit. Sunt autem qui tradant, productis primum in aciem omnibus legionibus, quum male pugnassent, tum demum decimasse universas, nihil deterritum multitudine, quod sic deperirent ad IV hominum millia. Utrovis modo res acta est, postquam effecit, ut magis ipse imperator, quam hostis timeretur, confestim decem millia ex Spartaci copiis seorsim alicubi castra metata aggressus, tantam edidit stragem, ut vix tertia pars fuga evaderet. Hinc mox ipsum Spartacum contemtim adortus Crassus, vicit egregie; et ad mare fugientem, in Siciliamque trajecturum, persecutus est; deprehensumque. fossa ac vallo firmissimi operis cingere instituit.

CXIX. Βιαζομένου δ' ἐς τὴν Σαυνῖτιδα τοῦ Σπαρτάκου διαδραμεῖν, ἔκτεινεν ὁ Κράσσος ἐς ἑξακισχιλίους ἄλλους περὶ ἕω, καὶ περὶ δείλην ἐς τοσούσδε ἑτέρους, τριῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ μόνων ἀποθανόντων, καὶ ἑπτὰ τρωθέντων· τοσήδε ἦν αὐτίκα διὰ τὴν κόλασιν ἐς τὸ τῆς νίκης θάρσος μεταβολή. Σπάρτακος δὲ ἱππέας ποθὲν αὐτῷ προσιόντας περιμένων, οὐκέτι μὲν ἐς μάχην ᾔει τῷ στρατῷ παντί, πολλὰ δ' ἠνώχλει τοῖς περικαθημένοις ἀνὰ μέρος. Ἄφνω τε καὶ συνεχῶς αὐτοῖς ἐπιπίπτων, φακέλλους τε ξύλων ἐς τὴν τάφρον ἐμβάλλων κατέκαιε, καὶ τὸ πόνον αὐτοῖς δύσεργον ἐποίει. Αἰχμάλωτόν τε Ῥωμαῖον ἐκρέμασεν ἐν τῷ μεταιχμίῳ, δεικνὺς τοῖς ἰδίοις τὴν ὄψιν ὧν πείσονται μὴ κρατοῦντες. Οἱ δ' ἐν ἄστει Ῥωμαῖοι, τῆς πολιορκίας πυνθανόμενοι, καὶ ἀδοξοῦντες εἰ χρόνιος αὐτοῖς ἔσται πόλεμος μονομάχων, προσκατέλεγον ἐπὶ τὴν στρατείαν Πομπήϊον, ἄρτι ἀφικόμενον ἐξ Ἰβηρίας, πιστεύοντες ἤδη δυσχερὲς εἶναι καὶ μέγα τὸ Σπαρτάκειον ἔργον.

CXX. Διὰ δὲ τὴν χειροτονίαν τήνδε, καὶ Κράσσος (ἵνα μὴ τὸ κλέος τοῦ πολέμου γένοιτο Πομπηΐου) πάντα τρόπον ἐπειγόμενος, ἐπεχείρει τῷ Σπαρτάκῳ· καὶ ὁ Σπάρτακος, τὸν Πομπήϊον προλαβεῖν ἀξιῶν, ἐς συνθήκας τὸν Κράσσον προὐκαλεῖτο. Ὑπερορώμενος δ' ὑπ' αὐτοῦ, διακινδυνεύειν τε ἔγνω, καί, παρόντων οἱ τῶν ἱππέων ἤδη, ὤσατο παντὶ τῷ στρατῷ διὰ τοῦ περιτειχίσματος, καὶ ἔφυγεν ἐπὶ Βρεντέσιον, Κράσσου διώκοντος. Ὡς δὲ καὶ Λεύκολλον ἔμαθεν ὁ Σπάρτακος ἐς τὸ Βρεντέσιον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ Μιθριδάτῃ νίκης ἐπανιόντα, εἶναι, πάντων ἀπογνοὺς, ἐς χεῖρας ᾔει τῷ Κράσσῳ μετὰ πολλοῦ καὶ τότε πλήθους. Γενομένης δὲ τῆς μάχης μακρᾶς τε καὶ καρτερᾶς, ὡς ἐν ἀπογνώσει τοσῶνδε μυριάδων, τιτρώσκεται τὸν μηρὸν ὁ Σπάρτακος δορατίῳ, καὶ συγκάμψας ἐς τὸ γόνυ, καὶ προβαλὼν τὴν ἀσπίδα, πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἀπεμάχετο· μέχρι καὶ αὐτὸς καὶ πολὺ πλῆθος ἀμφ' αὐτὸν κυκλωθέντες ἔπεσον. Ὅ τε λοιπὸς αὐτοῦ στρατὸς ἀκόσμως ἤδη κατεκόπτοντο κατὰ πλῆθος· ὡς φόνον γενέσθαι, τῶν μὲν οὐδ' εὐαρίθμητον, Ῥωμαίων δὲ ἐς χιλίους ἄνδρας, καὶ τὸν Σπαρτάκου νέκυν οὐχ εὑρεθῆναι. Πολὺ δ' ἔτι πλῆθος ἦν ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐκ τῆς μάχης διαφυγόν· ἐφ' οὓς ὁ Κράσσος ἀνέβαινεν. Οἱ δέ, διελόντες ἑαυτοὺς ἐς τέσσαρα μέρη, ἀπεμάχοντο, μέχρι πάντες ἀπώλοντο, πλὴν ἑξακισχιλίων, οἳ ληφθέντες ἐκρεμάσθησαν ἀνὰ ὅλην τὴν ἐς Ῥώμην ἀπὸ Καπύης ὁδόν.

CXXI. Καὶ τάδε Κράσσος ἓξ μησὶν ἐργασάμενος, ἀμφήριστος ἐκ τοῦδε αὐτίκα μάλιστα τῇ δόξῃ τῇ Πομπηΐου γίγνεται· καὶ τὸν στρατὸν οὐ μεθίει, διότι μηδὲ Πομπήϊος. Ἐς δὲ ὑπατείαν ἄμφω παρήγγελον· ὁ μέν, ἐστρατηγηκώς, κατὰ τὸν νόμον Σύλλα· ὁ δὲ Πομπήϊος, οὔτε στρατηγήσας, οὔτε ταμιεύσας, ἔτος τε ἔχων τέταρτον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα. Τοῖς δὲ δημάρχοις ὑπέσχητο, πολλὰ τῆς ἀρχῆς ἐς τὸ ἀρχαῖον ἐπανάξειν. Αἱρεθέντες δὲ ὕπατοι, οὐδ' ὡς μεθίεσαν τὸν στρατόν, ἔχοντες ἀγχοῦ τῆς πόλεως· ἑκάτερος πρόφασιν τήνδε

CXIX. Conantem dein erumpere, ut Samnium peteret, Crassus repressit, cæsis mane sex millibus, parique numero sub vesperam, tribus tantum viris e suis amissis, septem sauciis: tanti momenti ad victoriam apud milites fuit recens animadversionis memoria. At Spartacus, exspectans equitatum aliunde sibi advenientem, non amplius totis viribus ad certamen descendebat, sed obsessores nunc hac parte, nunc illa, vexabat repentinis eruptionibus; et fasces in fossam congerendo, vallumque succendendo, laborem hostibus difficilem faciebat. Medioque spatio, quo ab hoste dirimebatur, unum e captivis Romanis e cruce suspendit, ostendens suis quid passuri essent, ni vicissent. Cujus obsidionis fama in Urbem perlata; populus, turpe sibi ratus, si diutius traheretur bellum cum gladiatoribus, jamque plane neque parvam rem neque facilem existimans devincere Spartacum, Crasso ad id bellum conficiendum, collegam Pompeium, qui modo ex Hispania advenerat, allegit.

CXX. At Crassus ne hoc pacto confecti belli penes Pompeium gloria foret, modis omnibus hoc agebat, ut sine mora cum Spartaco decerneret. Et Spartacus ipse, non exspectandum Pompeium censens, Crassum invitabat ad fœdus. Sed ab eo cum contemtu rejectus, statuit subire pugnæ aleam; jamque auctus equitatu, perruptis munitionibus, cum omnibus copiis Brundusium profugit, Crasso persequente. Postquam autem cognovit, Lucullum, a victoria Mithridatica reversum, Brundusii appulisse; desperans rebus suis, copias etiam tum satis numerosas produxit in aciem. Quumque acerrimus conflictus esset cum desperatorum tot millibus, Spartacus tragula femur saucius in genu subsedit, objectoque clypeo rejiciebat impetum hostium; donec cum multis suorum circumventus cecidit. Tum vero cæterorum, nullo amplius ordine pugnantium, fit tanta strages, ut iniri non posset cæsorum numerus. Ex Romano exercitu mille ferme desiderati sunt. Spartaci cadaver non potuit reperiri. Ex illo prælio multi diffugerunt in montes. Quos quum in ipsis montibus persequeretur Crassus, illi in quatuor catervas divisi repugnabant, donec omnes deleti sunt, exceptis sex millibus, qui in potestatem vivi redacti, per totam viam, qua in Urbem itur a Capua, e crucibus suspensi sunt.

CXXI. His rebus intra sex menses a Crasso confectis, orta protinus hinc maxime est inter Pompeium Crassumque de gloria contentio. Retinuitque Crassus exercitum, quoniam et ille. Et consulatum petebant ambo: hic, prætorius, juxta legem Corneliam; Pompeius vero, nec prætorius, nec quæstorius, annum agens quartum supra trigesimum; qui simul tribunis plebis pollicebatur, multum de pristina potestate se eis esse restituturum. Quin et designati jam consules, non dimittebant exercitus, prope Urbem sedentes; ambo causas afferentes has: Pompeius aiebat, exspe-

ποιούμενος· Πομπήϊος μὲν, ἐς τὸν Ἰβηρικὸν θρίαμβον περιμένειν ἐπανιόντα Μέτελλον· ὁ δὲ Κράσσος, ὡς Πομπήϊον δέον προδιαλῦσαι. Καὶ ὁ δῆμος, ἑτέραν ἀρχὴν στάσεως ὁρῶν, καὶ φοβούμενος δύο στρατοὺς περικαθημένους, ἐδέοντο τῶν ὑπάτων, ἐν ἀγορᾷ προκαθημένων συναλλαγῆναι πρὸς ἀλλήλους. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἑκάτερος ἀπεκρούετο. Ὡς δὲ καὶ θεόληπτοί τινες προὔλεγον πολλὰ καὶ δεινὰ, εἰ μὴ συναλλαγεῖεν οἱ ὕπατοι, ὁ δῆμος αὖθις αὐτοὺς μετ' οἰμωγῆς παρεκάλει, πάνυ ταπεινῶς, ἔτι τῶν Σύλλα καὶ Μαρίου κακῶν ἀναφέροντες. Καὶ ὁ Κράσσος, πρότερος ἐνδοὺς, ἀπὸ τοῦ θρόνου κατέβαινε, καὶ ἐς τὸν Πομπήϊον ἐχώρει, τὴν χεῖρα προτείνων ἐπὶ διαλλαγαῖς· ὁ δ' ὑπανίστατο, καὶ προσέτρεχε. Καὶ δεξιωσαμένων ἀλλήλους, εὐφημίαι τε ἦσαν ἐς αὐτοὺς ποικίλαι· καὶ οὐ πρὶν ὁ δῆμος ἀπέστη τῆς ἐκκλησίας, ἢ προγράψαι τοὺς ὑπάτους τὰς ἀφέσεις τῶν στρατοπέδων. Οὕτω μὲν δὴ, δόξασα καὶ ἥδε μεγάλη στάσις ἔσεσθαι, κατελύετο εὐσταθῶς· καὶ ἔτος ἦν τῷδε τῷ μέρει τῶν ἐμφυλίων ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα μάλιστ' ἀπὸ τῆς ἀναιρέσεως Τιβερίου Γράκχου.

ctare se ad triumphum Hispaniensem reditum Metelli : Crassus causabatur, debere Pompeium prius copias dimittere. Tum populus, rem ad novas seditiones tendere videns, sibique timens a duobus circumsidentibus exercitibus, consules in foro, loco superiori sedentes, obsecravit ut in mutuam gratiam redirent. Eas preces primum uterque repulit. Deinde quum nonnulli etiam divino furore correpti dira multa prædicerent, ni conciliarentur consules; populus rursum, gemebundus et supplex, easdem preces renovavit, non immemor malorum quæ Syllæ Mariique contentiones invexerant. Tum Crassus, prior a pervicacia discedens, de sella descendit, collegæ dextram in concordiæ fidem porrigens; qui et ipse assurgens, properavit ei obviam. Moxque conjunctas dextras secutæ sunt acclamationes fausta quævis comprecantium : nec prius e concione digressus est populus, quam consules missionem amborum exercituum edixissent. Atque ita metu hoc gravissimæ novæ dissensionis, satis stabili ratione, liberata est respublica, anno circiter sexagesimo ab obitu Tiberii Gracchi, qui civilibus contentionibus initium dederat.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΕΜΦΥΛΙΩΝ

ΒΙΒΛΟΣ Β'.

Μετὰ δὲ τὴν Σύλλα μοναρχίαν, καὶ ὅσα ἐπ' αὐτῇ Σερτώριός τε καὶ Περπέννας περὶ Ἰβηρίαν ἔδρασαν, ἕτερα ἐμφύλια Ῥωμαίοις τοιάδε ἐγίγνετο· μέχρι Γάϊος Καῖσαρ καὶ Πομπήϊος Μάγνος ἀλλήλοις ἐπολέμησαν, καὶ Πομπήϊον μὲν καθεῖλεν ὁ Καῖσαρ, Καίσαρα δ' ἐν τῷ βουλευτηρίῳ τινὲς, ὡς βασιλιζόμενον, κατέκανον. Ταῦτα δὲ ὅπως ἐγένετο, καὶ ὅπως ἀνηρέθησαν ὅ τε Πομπήϊος καὶ ὁ Γάϊος, ἡ δευτέρα τῶν Ἐμφυλίων ἥδε δηλοῖ. Ὁ μὲν δὴ Πομπήϊος, ἄρτι τὴν θάλασσαν καθήρας ἀπὸ τῶν λῃστηρίων τότε μάλιστα πανταχοῦ πλεονασάντων, Μιθριδάτην ἐπὶ τοῖς λῃσταῖς καθῃρήκει, Πόντου βασιλέα· καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη προσέλαβεν ἀμφὶ τὴν ἕω, διετάσσετο. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἦν ἔτι νέος, δεινὸς εἰπεῖν τε καὶ πρᾶξαι, τολμῆσαί τε ἐς πάντα, καὶ ἐλπίσαι περὶ ἁπάντων, ἐς δὲ δὴ φιλοτιμίαν ἀφειδὴς ὑπὲρ δύναμιν· ὡς ἀγορανομῶν ἔτι καὶ στρατηγῶν εἶναι κατάχρεως, καὶ τῷ πλήθει δαιμονίως ὑπεραρέσκειν, τῶν δήμων ἀεὶ τοὺς δαψιλεῖς ἐπαινούντων.

II. Γάϊος δὲ Κατιλίνας, μεγέθει τε δοξης και γενους λαμπρότητι περιώνυμος, ἔμπληκτος ἀνὴρ, δόξας ποτὲ καὶ υἱὸν ἀνελεῖν δι' Αὐρηλίας Ὀρεστίλλης ἔρωτα, οὐχ ὑφισταμένης τῆς Ὀρεστίλλης παῖδα ἔχοντι γήμασθαι, Σύλλα φίλος τε καὶ στασιώτης καὶ ζηλωτὴς μάλιστα γεγονώς· ἐκ δὲ φιλοτιμίας καὶ ὅδε ἐς πενίαν ὑπενηνεγμένος, καὶ θεραπευόμενος ἔτι πρὸς δυνατῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν· ἐς ὑπατείαν παρήγγελλεν, ὡς τῇδε παροδεύσων ἐς τυραννίδα. Πάγχυ δ' ἐλπίσας αἱρεθήσεσθαι, διὰ τὴν ὑποψίαν τήνδε ἀπεκρούσθη. Καὶ Κικέρων μὲν ἦρχεν ἀντ' αὐτοῦ, ἀνὴρ ἥδιστος εἰπεῖν τε καὶ ῥητορεῦσαι. Κατιλίνας δ' αὐτὸν ἐς ὕβριν τῶν ἑλομένων ἐπέσκωπτεν, ἐς μὲν ἀγνωσίαν γένους, καινὸν ὀνομάζων (καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐ τῶν προγόνων, γνωρίμους)· ἐς δὲ ξενίαν τῆς πόλεως, Ἰγκουϊλῖνον, ᾧ ῥήματι καλοῦσι τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. Αὐτὸς δὲ πολιτείαν μὲν ὅλως ἔτι ἀπεστρέφετο ἐκ τοῦδε, ὡς οὐδὲν ἐς μοναρχίαν ταχὺ καὶ μέγα φέρουσαν, ἀλλ' ἔριδος καὶ φθόνου μεστήν. Χρήματα δὲ ἀγείρων πολλὰ παρὰ πολλῶν γυναικῶν, αἳ τοὺς ἄνδρας ἤλπιζον ἐν τῇ ἐπαναστάσει διαφθερεῖν, συνώμνυτό τισιν ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων· συνῆγε δὲ καὶ δημότας, καὶ ξένους, καὶ θεράποντας. Καὶ

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

DE BELLIS CIVILIBUS

LIBER SECUNDUS.

Syllæ dominationem, quæque post eam Sertorii Perpennæque ductu in Hispania gesta sunt, similes alii civiles motus sunt secuti : qui in bellum tandem apertum inter C. Cæsarem et Pompeium Magnum eruperunt : quo confecto, Pompeium Cæsar sustulit; Cæsar, quod pro rege se gereret, in ipso senatu est trucidatus. Quæ res qua ratione gestæ sint, quove modo Pompeius primum, dein Cæsar, fuerit sublatus, secundo hoc Civilium Bellorum Libro exponam. Pompeius, perpurgato mari a piratis, quorum nunquam antea tantus numerus ubique omnia infestaverat, debellatoque post piratas Mithridate Ponti rege, regnum jam Mithridatis, et alias in oriente gentes devictas, in eam formam quam ipsi visum est, redigebat. Quo tempore Cæsar adolescens erat, facultate dicendi vigoreque ad res gerendas juxta pollens, audens omnia, nihil non spe præcipiens, magnificentia largitionibusque supra vires effusus : quippe qui etiam tum ædilis et prætor, ingens æs alienum contraxerat, et mirum in modum placebat multitudini, quæ maxime semper mirari profusissimum quemque solet.

II. Per idem tempus Catilina celebrabatur, loco natus honestissimo, sed parum sanæ mentis homo, et infamis suspicione parricidii, quippe qui, amore captus Aureliæ Orestillæ, filium suum credebatur sustulisse, quod illa gravaretur nisi orbo nubere : cæterum amicus olim Syllæ, factionisque illius studiosissimus. Qui postquam profusionibus ambitiosis ad pauperiem redactus est, nihilominus gratiosus apud potentiores cum viros tum feminas, inter cæteros candidatos consulatum petiit, viam sibi inde muniturus ad tyrannidem. Sed maximam licet spem concepisset obtinendi eam dignitatem, tamen propter hanc ipsam suspicionem, quod affectare non ferendam in libera civitate potentiam videretur, repulsam passus est; et loco ejus consul creatus Cicero, vir ea ætate facundiæ eloquentiæque laude clarissimus. Quem Catilina, cavillans suffragia populi, Novum hominem vocitabat (sic enim vocare solent eos, qui non majorum gloria, sed per se ipsi, inclaruerunt) : et quia in Urbe natus non erat, Inquilinum appellabat; quo nomine vocantur qui alienas ædes incolunt. Ipse vero Catilina abhinc prorsus abstinuit a republica, ratus, multum contentionis et invidiæ habere reipublicæ tractationem, neque tamen multum conferre ei qui tyrannidem quantocius occupare cupiat. Sed pecuniæ magna vi corrogata a multis ex eo genere muliercularum, quæ, maritos pertæsæ, sperabant orto tumultu e medio eos tollere posse, cum senatoribus nonnullis equitibusque Romanis conjurationem fecit; conciliatis etiam plebeiis, servisque et

πάντων ἡγεμόνες ἦσαν αὐτῷ Κορνήλιος Λέντλος καὶ Κέθηγος, οἳ τότε τῆς πόλεως ἐστρατήγουν. Ἀνά τε τὴν Ἰταλίαν περιέπεμπεν ἐς τῶν Συλλείων τοὺς τὰ κέρδη τῆς τότε βίας ἀναλωκότας, καὶ ὀρεγομένους ἔργων ὁμοίων, ἐς μὲν Φαισούλας τῆς Τυῤῥηνίας Γάϊον Μάλλιον, ἐς δὲ τὴν Πικηνίτιδα καὶ τὴν Ἀπουλίαν ἑτέρους· οἳ στρατὸν αὐτῷ συνέλεγον ἀφανῶς.

III. Καὶ τάδε πάντα, ἔτι ἀγνοούμενα, Φουλβία γύναιον οὐκ ἀφανὲς ἐμήνυε τῷ Κικέρωνι· ἧς ἐρῶν Κόϊντος Κούριος, ἀνὴρ δι' ὀνείδη πολλὰ τῆς βουλῆς ἀπεωσμένος, καὶ τῆσδε τῆς Κατιλίνα συνθήκης ἠξιωμένος, κούφως μάλα καὶ φιλοτίμως ἐξέφερεν, οἷα πρὸς ἐρωμένην, ὡς αὐτίκα δυναστεύσων. Ἤδη δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ γιγνομένων λόγος ἐφοίτα. Καὶ ὁ Κικέρων τήν τε πόλιν ἐκ διαστημάτων φρουραῖς διελάμβανε, καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἐξέπεμπε πολλοὺς ἐς πάντα τὰ ὕποπτα, τοῖς γιγνομένοις ἐφεδρεύειν. Κατιλίνας δ', οὐδενὸς μέν πω θαῤῥοῦντος αὐτοῦ λαβέσθαι, διὰ τὴν ἔτι τοῦ ἀκριβοῦς ἀγνωσίαν, δεδιὼς δ' ὅμως, καὶ τὸ χρόνιον ἡγούμενος ὕποπτον, ἐν δὲ τῷ τάχει τὴν ἐλπίδα τιθέμενος, τά τε χρήματα προὔπεμπεν ἐς Φαισούλας, καὶ τοῖς συνωμόταις ἐντειλάμενος κτεῖναι Κικέρωνα, καὶ τὴν πόλιν ἐκ διαστημάτων πολλῶν νυκτὸς ἐμπρῆσαι μιᾶς, ἐξῄει πρὸς Γάϊον Μάλλιον, ὡς αὐτίκα στρατὸν ἄλλον ἀθροίσων, καὶ ἐς τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως ἐπιδραμούμενος. Ὁ μὲν δὴ ῥάβδους τε καὶ πελέκεας, ὥς τις ἀνθύπατος, κούφως μάλα ἀνέσχε πρὸ ἑαυτοῦ, καὶ ἐς τὸν Μάλλιον ἐχώρει στρατολογῶν. Λέντλῳ δὲ καὶ τοῖς συνωμόταις ἔδοξεν, ὅτε Κατιλίναν ἐν Φαισούλαις πυνθάνοιντο γεγενῆσθαι, Λέντλον μὲν αὐτὸν καὶ Κέθηγον ἐφεδρεῦσαι ταῖς Κικέρωνος θύραις περὶ ἕω, μετὰ κεκρυμμένων ξιφιδίων, ἐσδεχθέντας τε διὰ τὴν ἀξίωσιν, καὶ λαλοῦντας ὅ τι δὴ, μηκῦναι τὴν ὁμιλίαν ἐν περιπάτῳ, καὶ κτεῖναι περισπάσαντας ἀπὸ τῶν ἄλλων· Λεύκιον δὲ Βηστίαν, τὸν δήμαρχον, ἐκκλησίαν εὐθὺς ὑπὸ κήρυξι συνάγειν, καὶ κατηγορεῖν τοῦ Κικέρωνος, ὡς ἀεὶ δειλοῦ καὶ πολεμοποιοῦ, καὶ τὴν πόλιν ἐν οὐδενὶ δεινῷ διαταράττοντος· ἐπὶ δὲ τῇ Βηστίου δημηγορίᾳ, νυκτὸς αὐτίκα τῆς ἐπιούσης, ἑτέρους ἐν δυώδεκα τόποις ἐμπιπράναι τὴν πόλιν, καὶ διαρπάζειν, καὶ κατακτείνεν τοὺς ἀρίστους.

IV. Ὧδε μὲν Λέντλῳ καὶ Κεθήγῳ καὶ Στατιλίῳ καὶ Κασσίῳ, τοῖς ἄρχουσι τῆς ἐπαναστάσεως, δέδοκτο· καὶ τὸν καιρὸν ἐπετήρουν. Ἀλλοβρίγων δὲ πρέσβεις, αἰτιώμενοι τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν, ἐς τὴν Λέντλου συνωμοσίαν ἐπήχθησαν, ὡς ἀναστήσοντες ἐπὶ Ῥωμαίους τὴν Γαλατίαν. Καὶ Λέντλος μὲν αὐτοῖς συνέπεμπεν ἐς Κατιλίναν Βουλτούρκιον, ἄνδρα Κροτωνιάτην, γράμματα χωρὶς ὀνομάτων γεγραμμένα φέροντα. Οἱ δ' Ἀλλόβριγες ἐνδοιάσαντες, ἐκοινώσαντο Φαβίῳ Σάγγᾳ, ὃς ἦν τῶν Ἀλλοβρίγων προστάτης· ὥσπερ ἁπάσαις πόλεσιν ἔστι τις ἐν Ῥώμῃ προστάτης. Παρὰ δὲ τοῦ Σάγγα μαθὼν ὁ Κικέρων, συνέλαβεν ἀπιόντας τούς Ἀλλόβριγάς τε καὶ Βουλτούρκιον, καὶ ἐς τὴν βουλὴν

peregrinis hominibus : sed præcipua Cornelii Lentuli et Cethegi opera usus est, qui tum prætores erant urbani. Per Italiam quoque dimisit certos homines, ad sollicitandum eos ex Syllanis militibus, qui bona rapinis olim parta profuderant, et nunc similes motus exoptabant; C. Manlium Fæsulas, alios in Picenum, alios in Apuliam; qui copias ei clam contraherent.

III. Hæc omnia, quum occulta etiam nunc essent, indicavit Ciceroni Fulvia, non ignobilis femina; cujus amator Q. Curius, unus e conjuratis, ob vitam probrosam senatu motus, temere jactaverat apud amicam, brevi fore ut præpotentem se videat. Jamque rumor etiam de his, quæ per Italiam agebantur, percrebuerat. Itaque Cicero per Urbem præsidia disposuit, et non paucos illustres viros ad suspecta quæque loca, qui quid agatur observarent, dimisit. At Catilina, quamvis nemo adhuc auderet ei manus injicere, nondum re satis explorata, veritus tamen, ne cum mora suspicio cresceret, et in celeritate spem collocans; præmissis Fæsulas pecuniis, mandavit conjuratis « Ciceronem occiderent, Urbem eadem nocte diversis locis incenderent : » moxque ad C. Manlium profectus est, ut, contracta nova hominum perditorum manu, incensam Urbem invaderet. Illud iter (tanta homini vanitas levitasque inerat), prælatis fascibus securibusque fecit, velut proconsul; militem interim, quacunque ibat, colligens. Lentulus vero, partis inter conjuratos operis, constituerat « ut, quamprimum cognovissent Catilinam pervenisse Fæsulas, ipse cum Cethego, sicis sub veste armati, fores Ciceronis summo mane peterent; et, propter dignitatem facile admissi, nescio quid cum eo colloquerentur, extractoque in vestibulo colloquio, confoderent Consulem, longius a suis seductum : L. Bestia vero, trib. pl., concione per præcones advocata, accusaret Ciceronem, ut hominem natura timidum et turbulentum, qui civitatem temere turbasset : denique ut nocte statim sequenti, postquam Bestia apud populum egisset, alii Urbem duodecim locis incenderent, rapinisque et optimi cujusque civis cædibus omnia miscerent. »

IV. Hæc erant Lentuli, Cethegi, Statilii, Cassiique, ejus conjurationis principum, consilia, occasionem solam exspectantium. Interea legati Allobrogum, qui magistratus suos accusatum venerant, in eamdem conjurationem pellecti sunt, ut Gallos concitarent contra rempublicam. Cum iis Lentulus ad Catilinam amandavit Vulturcium Crotoniatam, non sine literis, sed nullo inscriptis titulo. Allobroges autem, ancipites consilii, rem cum Fabio Sanga communicant, suæ civitatis patrono : qui mos est provincialium, ut suum quæque civitas patronum in Urbe habeat. Hujus Sangæ indicio monitus Cicero, legatos, dum ab urbe discedunt, comprehendendos curavit una cum Vulturcio, prodi-

εὐθὺς ἐπήγαγεν. Οἱ δ' ὡμολόγουν ὅσα τοῖς ἀμφὶ τὸν Λέντλον συνῄδεσαν, ἀχθέντας τε ἤλεγχον, ὡς ὁ Κορνήλιος Λέντλος εἴποι πολλάκις, εἱμάρθαι, τρεῖς Κορνηλίους γενέσθαι Ῥωμαίων μονάρχους, ὧν ἤδη Κίνναν καὶ Σύλλαν γεγονέναι.

V. Λεχθέντων δὲ τούτων, ἡ μὲν βουλὴ Λέντλον παρέλυσε τῆς ἀρχῆς· ὁ δὲ Κικέρων, ἕκαστον ἐς τὰς οἰκίας τῶν στρατηγῶν διαθεὶς, ἐπανῆλθεν αὐτίκα, καὶ ψῆφον περὶ αὐτῶν ἐδίδου. Θόρυβος δ' ἦν ἀμφὶ τὸ βουλευτήριον, ἀγνοουμένου ἔτι τοῦ ἀκριβοῦς, καὶ δέος τῶν συνεγνωκότων. Αὐτοῦ δὲ Λέντλου καὶ Κεθήγου θεράποντές τε καὶ ἐξελεύθεροι, χειροτέχνας πολλοὺς προσλαβόντες, κατ' ὀπισθίας ὁδοὺς περιῄεσαν ἐπὶ τὰς τῶν στρατηγῶν οἰκίας, ὡς τοὺς δεσπότας ἐξαρπασόμενοι. Ὧν ὁ Κικέρων πυθόμενος, ἐξέδραμεν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ διαθεὶς ἐς τὰ ἐπίκαιρα φύλακας, ἐπανῆλθε, καὶ τὴν γνώμην ἐπετάχυνε. Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἔλεγεν, ὃς ἐς τὸ μέλλον ᾕρητο ὑπατεύειν· ὧδε γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν, πρῶτος ἐσφέρει γνώμην, ὡς αὐτὸς (οἶμαι) πολλὰ τῶν κυρουμένων ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦδε εὐβουλότερόν τε καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου. Ἀξιοῦντι δὲ τῷ Σιλανῷ, τοὺς ἄνδρας ἐσχάτῃ κολάσει μετιέναι, πολλοὶ συνετίθεντο. Ἕως, ἐπὶ Νέρωνα τῆς γνώμης περιιούσης, ὁ Νέρων ἐδικαίου, φυλάττειν αὐτοὺς μέχρι Κατιλίναν ἐξέλωσι πολέμῳ, καὶ τὰ ἀκριβέστατα μάθωσι.

VI. Γάϊός τε Καῖσαρ, οὐ καθαρεύων μὲν ὑπονοίας μὴ συνεγνωκέναι τοῖς ἀνδράσι, Κικέρωνος δ' οὐ θαρροῦντος καὶ τόνδε, ὑπεραρέσκοντα τῷ δήμῳ, ἐς τὸν ἀγῶνα προβάλλεσθαι, προσετίθει, διαθέσθαι τοὺς ἄνδρας Κικέρωνα τῆς Ἰταλίας ἐν πόλεσιν αἷς ἂν αὐτὸς δοκιμάσῃ, μέχρι, Κατιλίνα καταπολεμηθέντος, ἐς δικαστήριον ὑπαχθῶσι, καὶ μηδὲν ἀνήκεστον ἐς ἄνδρας ἐπιφανεῖς ᾖ πρὸ λόγου καὶ δίκης ἐξειργασμένος. Δικαίου δὲ τῆς γνώμης φανείσης καὶ δεχθείσης, ἀκρατῶς οἱ πολλοὶ μετετίθεντο· μέχρι Κάτων, ἤδη σαφῶς ἀνακαλύπτων τὴν ἐς τὸν Καίσαρα ὑποψίαν, καὶ ὁ Κικέρων, δεδιὼς ἀμφὶ τῇ νυκτὶ προσιούσῃ, μὴ τὸ συνεγνωκὸς τοῖς ἀνδράσι πλῆθος αἰωρούμενον ἔτι κατ' ἀγορὰν, καὶ δεδιὸς περί τε σφῶν αὐτῶν καὶ περὶ ἐκείνων, ἐργάσηταί τι ἄτοπον, ἔπεισαν, ὡς αὐτοφώρων ἄνευ κρίσεως καταγνῶναι. Καὶ εὐθὺς ἐκ τῶν οἰκιῶν, ἔτι τῆς βουλῆς συνεστώσης, ἕκαστον αὐτῶν ὁ Κικέρων ἐς τὸ δεσμωτήριον, μεταγαγὼν, τοῦ πλήθους ἀγνοοῦντος, ἐπεῖδεν ἀποθνήσκοντας· καὶ τοῖς ἐν ἀγορᾷ παροδεύων ἐσήμηνεν, ὅτι τεθνᾶσιν. Οἱ δὲ διελύοντο, πεφρικότες τε, καὶ περὶ σφῶν ἀγαπῶντες ὡς διαλαθόντες. Οὕτω μὲν ἡ πόλις ἀνέπνευσεν ἀπὸ τοῦ δέους, πολλοῦ σφίσιν ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπιστάντος.

VII. Κατιλίναν δὲ ἐς δισμυρίους τε ἀγείραντα, καὶ τούτων τεταρτημόριον ὁπλίσαντα ἤδη, καὶ ἐς Γαλατίαν ἐπὶ ἄλλην παρασκευὴν ἀπιόντα, Ἀντώνιος, ὁ ἕτερος ὕπατος, ὑπὲρ Ἄλπεις καταλαβὼν, οὐ δυσχερῶς ἐκράτησεν ἀνδρὸς ἐμπλήκτως ἀλλόκοτον ἔργον ἐπὶ νοῦν λαβόν-

musque in senatum eos introduxit. Et illi, fassi quidquid Lentulo erant conscii, coram adductum arguebant, sæpe dicere solitum, in fatis esse, ut tres Cornelii summo imperio Romæ potiantur : ex his duos jam, Cinnam Syllamque, exstitisse.

V. Quæ cum illi dixissent, senatus Lentulo magistratum ademit; consul conjuratis per ædes prætorum distributis in custodiam, mox reversus, rogabat de eis sententias. Interea ingens tumultus erat ante curiam, re nondum satis comperta, et consciorum magna trepidatio. Lentuli autem et Cethegi servi libertique, assumta magna manu opificum, conati sunt per posticum in prætorum ædes irrumpere, et vi dominos eripere. Quo cognito, Cicero procurrit e curia; dispositisque præsidiis, reversus, urgebat sententias. Silanus, consul designatus, primus rogatus est, ex more : qui mos ideo, opinor, obtinet, quod decretorum senatus exsecutio ad proximi anni consules magna ex parte pertinere solet; quo circumspectiora cautioraque par est esse eorum de re quaque consilia. Silanus igitur censuit, extremam pœnam de conjuratis sumendam : eique multi alii assentiebantur, donec Nero suo loco pro sententia dixit, servandos tantisper in custodia, dum Catilina debellatus esset, et totum negotium exquisite pernosceretur.

VI. Idem et C. Cæsari visum; qui, suspectus quidem nonnihil, tanquam et ipse consiliorum talium particeps aut certe non ignarus fuerit, tamen a Cicerone non fuerat nominatus, quippe qui non auderet hominem apud plebem gratiosissimum in periculum adducere. Addidit autem Cæsar ad sententiam, distribuendos reos per municipia Italiæ, Ciceronis arbitrio, et, postquam debellatus esset Catilina, sistendos in judicium; nec indicta causa durius consulendum in homines nobiles. Quæ sententia quum æqua videretur, probareturque plurimis, plerique etiam ex eis, qui aliter censuerant, nunc præ timiditate, mutata priori sententia, in hanc partem transibant. Sed ad extremum Cato, manifeste jam in suspicionem vocans Cæsarem, atque Cicero, timens noctem futuram, ne multitudo conjurationis conscia, quæ tum in foro incerta consilii versabatur, et sibi quoque metuebat, auderet aliquid nefarium, persuaserunt tandem, ut tanquam in facinore deprehensi indicta causa damnarentur. Ac mox, priusquam senatus dimitteretur, singulos eorum Cicero e domibus in carcerem deductos, ignorante plebe, in conspectu suo jussit necari : deinde in forum progressus, vixisse eos, significavit. Ita hi, qui sibi metuerant, dispersi sunt, contentus quisque evasisse latuisseque. Atque sic civitas a gravi metu, qui eo die illi incubuerat, respiravit.

VII. Jam Catilina ad viginti hominum millia circa se habebat, quorum quartam partem armaverat. Quem in Galliam abeuntem, ut apparatum suum absolveret, Antonius, alter consul, trans Alpes assecutus, haud magno labore vicit : ut qui rem portentosam, stolido consilio cœptam,

τος τε, καὶ ἐς πεῖραν ἔτι ἐμπληκτότερον ἀπαρασκεύως προαγαγόντος. Οὐ μὴν ὅ γε Κατιλίνας, οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς τῶν συνόντων ἐπιφανῶν, φυγεῖν ἠξίωσεν· ἀλλ' ἐσδραμόντες ἐς τοὺς πολεμίους ἀπώλοντο. Ὧδε μὲν ἡ Κατιλίνα ἐπανάστασις, παρ' ὀλίγον ἐς ἔσχατον ἐλθοῦσα κινδύνου τῇ πόλει, διελύετο. Καὶ ὁ Κικέρων, ἅπασιν ἐπὶ λόγου δυνάμει μόνῃ γνώριμος ὤν, τότε καὶ ἐπὶ ἔργῳ διὰ στόματος ἦν, καὶ σωτὴρ ἐδόκει περιφανῶς ἀπολλυμένῃ τῇ πατρίδι γενέσθαι, χάριτές τε ἦσαν αὐτῷ παρὰ τὴν ἐκκλησίαν καὶ εὐφημίαι ποικίλαι. Κάτωνος δ' αὐτὸν καὶ Πατέρα τῆς Πατρίδος προσαγορεύσαντος, ἐπεβόησεν ὁ δῆμος. Καὶ δοκεῖ τισιν ἥδε ἡ εὐφημία ἀπὸ Κικέρωνος ἀρξαμένη περιελθεῖν ἐς τῶν νῦν αὐτοκρατόρων τοὺς φαινομένους ἀξίους. Οὐδὲ γὰρ τοῖσδε, καίπερ οὖσι βασιλεῦσιν, εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἅμα ταῖς ἄλλαις ἐπωνυμίαις, ἀλλὰ σὺν χρόνῳ μόλις, ἥδε, ὡς ἐντελὴς ἐπὶ μεγίστοις δὴ μαρτυρία, ψηφίζεται.

VIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ, στρατηγὸς ἐς Ἰβηρίαν αἱρεθεὶς, ἐπὶ μέν τι πρὸς τῶν χρηστῶν διεκρατεῖτο ἐν Ῥώμῃ, πολὺ πλέονα τῆς περιουσίας ὀφλων διὰ τὰς φιλοτιμίας. Ὅτε φασὶν αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι δέοιτο δισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων, ἵνα ἔχοι μηδέν. Διαθέμενος δὲ τοὺς ἐνοχλοῦντας ὡς ἐδύνατο, καὶ τῆς Ἰβηρίας ἐπιβὰς, χρηματίζειν μὲν ταῖς πόλεσιν, ἢ διαιτᾷν δίκας, ἢ ὅσα ὁμοιότροπα τούτοις ἅπαντα, ὑπερεῖδεν, ὡς οὐδὲν οἷς ἐπενόει χρήσιμα· στρατιὰν δὲ ἀγείρας, ἐπετίθετο τοῖς ἔτι λοιποῖς Ἰβήρων ἀνὰ μέρος, μέχρι τὴν Ἰβηρίαν ἐς τὸ ὁλόκληρον ἀπέφηνε Ῥωμαίοις ὑποτελῆ· καὶ χρήματα πολλὰ ἐς Ῥώμην ἀπέπεμψεν, ἐς τὸ κοινὸν ταμιεῖον. Ἐφ' οἷς ἡ μὲν βουλὴ θριαμβεῦσαι παρέσχεν αὐτῷ. Ὁ δὲ τῆς πομπῆς τὴν παρασκευὴν ἐς τὸ λαμπρότατον ἐν τοῖς τῆς Ῥώμης προαστείοις διεκόσμει· ἐν αἷς ἡμέραις ὑπατείας ἦσαν παραγγελίαι, καὶ ἔδει τὸν παραγγέλλοντα παρεῖναι, ἐσελθόντι δὲ οὐκ ἦν ἔτι ἐπὶ τὸν θρίαμβον ἀπανελθεῖν. Ὁ δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἐς πολλὰ τυχεῖν ἐπειγόμενος, καὶ τὴν πομπὴν οὐχ ἕτοιμον ἔχων ἐσέπεμπε τῇ βουλῇ, δεόμενος ἐπιτρέψαι οἱ τὴν παραγγελίαν ἀπόντι ποιήσασθαι διὰ τῶν φίλων· εἰδὼς μὲν παράνομον, γεγονὸς δὲ ἤδη καὶ ἑτέροις. Κάτωνος δ' ἀντιλέγοντος αὐτῷ, καὶ τὴν ἡμέραν τελευταίαν οὖσαν τῶν παραγγελιῶν ἀναλοῦντος ἐπὶ τοῖς λόγοις, ἐσέδραμεν ὁ Καῖσαρ, ὑπεριδὼν τοῦ θριάμβου, καὶ παραγγείλας ἐς τὴν ἀρχὴν, ἀνέμενε τὴν χειροτονίαν.

IX. Ἐν δὲ τούτῳ Πομπήϊος, ἐκ τῶν Μιθριδατείων ἔργων ἐπὶ μέγα δόξης καὶ δυνάμεως ἐλθὼν, ἠξίου, πολλὰ, ὅσα βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις καὶ πόλεσιν ἐδεδώκει, τὴν βουλὴν βεβαιῶσαι. Φθόνῳ δ' αὐτῶν οἱ πολλοὶ, καὶ μάλιστα Λεύκολλος, ὁ πρὸ τοῦ Πομπηΐου στρατεύσας ἐπὶ τὸν Μιθριδάτην, ὡς ἀσθενέστατον αὐτὸν ἀπολιπὼν τῷ Πομπηΐῳ, διεκώλυεν, ἴδιον ἔργον ἀποφαίνων τὸ Μιθριδάτειον. Καὶ Λευκόλλῳ συνελάμβανε Κράσσος. Ἀγανακτῶν οὖν ὁ Πομπήϊος προσεταιρίζεται Καίσαρα, συμπράξειν ἐς τὴν ὑπατείαν ἐπομόσας. Ὁ δ' εὐθὺς

tum quoque imparatus et stolidiori etiam consilio in discrimen adduxit. Attamen nec ipse Catilina, neque quisquam ex nobilibus qui ei aderant, fugere dignatus est, sed in medios hostes se injicientes cuncti occubuerunt. Hic fuit conjurationis Catilinariæ exitus : quæ prope abfuerat, quin extremum exitium inferret reipublicæ. Jamque Cicero, quum adhuc sola eloquentiæ laude clarus fuisset, etiam ob res strenue gestas omnium in ore versabatur, et haud dubie Servator patriæ, absque eo periturae, est habitus. Quamobrem gratiæ etiam ei actæ sunt publice; et, post lætas omnium omnis generis acclamationes, auctore Catone, maximo consensu populi, Pater patriæ consalutatus est. Cujus appellationis honorem primo omnium Ciceroni contigisse, arbitrantur nonnulli; ut ab illo initio mos ductus sit, quo etiam nunc illi ex Imperatoribus, qui eo honore digni habentur, eodem nomine salutantur : nam ne his quidem, quanquam vere regibus, statim cum cæteris cognominibus hoc quoque addi solet, sed interjecto tempore demum, ut absolutæ virtutis testimonium, publico decreto illud tribuitur.

VIII. Cæsar per id tempus prætor, provinciam sortitus Hispaniam, retinebatur a creditoribus, quibus solvendo non erat, exhaustus ambitiosis largitionibus : quo tempore vox ejus excepta est, opus sibi esse sestertio millies, ut nihil habeat. Transactione tamen cum his, qui eum urgebant, utcumque facta, provinciam est ingressus. Quo ubi pervenit, nil curavit conventus obire, aut juri reddendo aliisve hujusmodi negotiis vacare; parum apta hæc ratus suo proposito. Sed, coactis copiis, per partes aggressus est reliquos Hispanos, donec universam Hispaniam populo Romano tributariam fecit. Itaque magna vi pecuniæ in ærarium missa, triumphandi potestatem post reditum a senatu impetravit. Jamque apparatus futuræ pompæ splendidissimos faciebat in suburbiis, quum advenit dies, quo, qui consulatum petunt, præsentes in Urbe candidatos se profiteri oportebat; nec fas erat, semel Urbem ingressum, iterum ex ea ad triumphum reverti. Cæsar vero magnopere ejus magistratus percupidus, necdum etiam ad triumphandum satis instructus, per nuncios rogavit senatum, ut permitteret absenti per amicos consulatum petere : quod etiamsi legibus vetitum, indultum tamen solebat aliis. Cui petitioni quum contradiceret Cato, et eam ipsam diem dicendo extraheret, quæ erat ultima, qua competitores profiteri nomina oportebat : Cæsar, contempto triumpho, Urbem propere ingressus est, et, professione nominis facta, exspectabat comitia.

IX. Interea Pompeius, rebus contra Mithridatem gestis clarus, ac præpotens, postulaverat a senatu, ut multa, quæ regibus, dynastis, et civitatibus concesserat, Patres rata haberent. Cui multi obstabant, invidia gloriæ, ac præsertim Lucullus; qui, quum ante Pompeium cum Mithridate bellum gessisset, ac debilitatum admodum hostem reliquisset successori, suam esse Mithridaticæ victoriæ gloriam prædicabat. et Lucullo Crassus erat adjutor. Quod indigne ferens Pompeius, Cæsarem adjungit sibi socium, operam se illi daturum jurejurando pollicitus, ut consul fieret.

αὐτῷ Κράσσον διήλλασσε. Καὶ τρεῖς οἵδε τὸ μέγιστον ἐπὶ πᾶσι κράτος ἔχοντες, τὰς χρείας ἀλλήλοις συνηράνιζον. Καί τις αὐτῶν τήνδε τὴν συμφροσύνην συγγραφεὺς, Βάῤῥων, ἑνὶ βιβλίῳ περιλαβὼν, ἐπέγραψε Τρικάρανον. Ὑφορωμένη δ' αὐτοὺς ἡ βουλὴ, Λεύκιον Βύϐλον ἐς ἐναντίωσιν τοῦ Καίσαρος ἐχειροτόνησεν αὐτῷ συνάρχειν.

X. Καὶ εὐθὺς αὐτῶν ἦσαν ἔριδές τε, καὶ ὅπλων ἐπ' ἀλλήλους ἰδίᾳ παρασκευαί. Δεινὸς δ' ὢν ὁ Καῖσαρ ὑποκρίνεσθαι, λόγους ἐν τῇ βουλῇ περὶ ὁμονοίας διέθετο πρὸς Βύϐλον, ὡς τὰ κοινὰ λυπήσοντες εἰ διαφέροιντο. Πιστευθεὶς δ' οὕτω φρονεῖν, ἀπερίσκεπτον ἤδη καὶ ἀπαράσκευον καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν γιγνομένων ὑπονοοῦντα τὸν Βύϐλον ἔχων, χεῖρά τε πολλὴν ἀφανῶς ἡτοιμάζετο, καὶ νόμους ὑπὲρ τῶν πενήτων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσέφερε, καὶ γῆν αὐτοῖς διένεμε, καὶ τὴν ἀριστεύουσαν αὐτῆς μάλιστα περὶ Καπύην ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο τοῖς οὖσι πατράσι παίδων τριῶν, ἔμμισθον ἑαυτῷ τῆσδε τῆς χάριτος πλῆθος τοσόνδε ποιούμενος. Δισμύριοι γὰρ ἀθρόως ἐφάνησαν οἱ τὰ τρία τρέφοντες μόνοι. Ἐνισταμένων δὲ τῇ γνώμῃ πολλῶν, ὑποκρινάμενος δυσχεραίνειν ὡς οὐ δίκαια ποιούντων, ἐξέδραμε· καὶ βουλὴν μὲν οὐκέτι συνῆγεν ἐπὶ τὸ ἔτος ὅλον, ἐπὶ δὲ τῶν ἐμβόλων ἐδημηγόρει. Πομπήϊόν τε ἐν μέσῳ καὶ Κράσσον ἠρώτα περὶ τῶν νόμων· οἱ δὲ αὐτοὺς ἐπῄνουν, καὶ ὁ δῆμος ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ᾔει σὺν κεκρυμμένοις ξιφιδίοις.

XI. Ἡ βουλὴ δὲ (οὐ γάρ τις αὐτὴν συνῆγεν, οὐδ' ἐξῆν τῷ ἑτέρῳ τῶν ὑπάτων συναγαγεῖν αὐτὴν) ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ Βύϐλου συνελθόντες, οὐδὲν μὲν ἀντάξιον τῆς Καίσαρος ἰσχύος τε καὶ παρασκευῆς ἐποίουν· ἐπενόουν δ' ὅμως, Βύϐλον ἐνίστασθαι τοῖς νόμοις, καὶ μὴ δόξαν ἀμελείας, ἀλλὰ ἥσσης, ἐνέγκασθαι. Πεισθεὶς οὖν ὁ Βύϐλος, ἐνέβαλεν ἐς τὴν ἀγορὰν, δημηγοροῦντος ἔτι τοῦ Καίσαρος. Ἔριδος δὲ καὶ ἀταξίας γενομένης, πληγαί τε ἦσαν ἤδη, καὶ οἱ μετὰ τῶν ξιφιδίων τὰς ῥάϐδους καὶ τὰ σημεῖα τοῦ Βύϐλου περιέκλων, καὶ τῶν δημάρχων ἔστιν οὓς περὶ αὐτὸν ὄντας ἔτρωσαν. Βύϐλος δ' οὐ καταπλαγεὶς, ἀπεγύμνου τὴν σφαγὴν, καὶ μετὰ βοῆς ἐκάλει τοὺς Καίσαρος φίλους ἐπὶ τὸ ἔργον. Εἰ γὰρ οὐ δύναμαι πεῖσαι τὰ δίκαια ποιεῖν (ἔφη) Καίσαρα, τό γε ἄγος αὐτῷ καὶ μύσος οὕτως ἀποθανὼν ἐπιβαλῶ. Ἀλλὰ τὸν μὲν ἄκοντα ὑπεξήγαγον οἱ φίλοι ἐς τὸ πλησίον ἱερὸν τοῦ Στησίου Διός. Κάτων δ' ἐπιπεμφθεὶς, ὤσατο μὲν ὡς νέος ἐς μέσους, καὶ δημηγορεῖν ἤρχετο· μετέωρος δ' ὑπὸ τῶν Καίσαρος ἀρθεὶς ἐξεφέρετο. Καὶ λαθὼν κατ' ἄλλας ὁδοὺς αὖθις ἀνέδραμεν ἐς τὸ βῆμα· καὶ λέγειν μὲν ἔτι, οὐδενὸς ἀκούοντος, ἀπεγίγνωσκε· τοῦ δὲ Καίσαρος ἀγροίκως κατεϐόα, μέχρι καὶ τότε μετέωρος ἐξεῤῥίφη.

XII. Καὶ τοὺς νόμους ὁ Καῖσαρ ἐκύρωσε, καὶ ἐπ' αὐτοῖς τόν τε δῆμον ὥρκωσεν, ἐς ἀεὶ κυρίους νομιεῖν, καὶ τὴν βουλὴν ἐκέλευεν ὀμνύναι. Ἐνισταμένων δὲ πολλῶν καὶ Κάτωνος, εἰσηγεῖτο μὲν ὁ Καῖσαρ θάνατον

Ac mox per Cæsarem Crassus Pompeio conciliatus est. Ita hi tres potentissimi viri operas sibi invicem præstabant mutuas. Quam conspirationem Varro, Romanus scriptor, singulari libro complexus, Tricaranon (id est, monstrum Triceps, vel Historiam Tricipitinam) inscripsit. At senatus, suspectam habens eorum potentiam, L. Bibulum collegam Cæsari in consulatu et adversarium opposuit.

X. Moxque contentiones inter novos consules sunt exortæ; ut uterque armis quoque clam contra alterum se instrueret. Sed Cæsar, simulandi egregius artifex, in senatu orationem habuit ad Bibulum de concordia; quasi cavens, ne quod ex collegarum dissensione respublica accipiat incommodum. Quumque serio paci studere videretur, et incautum jam reddidisset collegam, ut non amplius se præmuniret, et nihil porro suspicaretur; magna manu clam comparata, rogationes in senatu in favorem pauperum fecit, et agros eis distribuit; agrumque Campanum, longe fertilissimum, qui in usus Reipublicæ elocabatur, eis attribuit ex civibus, qui trium liberorum patres essent. Qua mercede gratiam sibi magnæ multitudinis hominum comparavit: viginti enim millia statim exstiterunt hujus solum generis. Obsistentibus vero multis, quominus leges suas perferret Cæsar; proripuit se e curia, indignatum se simulans eorum iniquitate: neque posthac reliquo anni tempore senatum amplius habuit, sed pro Rostris cum populo egit. Et quum pro concione Pompeium Crassumque præsentes rogasset, quid de legibus illis sentirent; approbantibus his, plebs, sub veste sicis armata, vocabatur ad suffragia.

XI. Patres vero (quum non convocaretur senatus, neque convocari in curiam ab alterutro consulum sine alterius consensu, ex legibus, posset), in ædibus Bibuli cœtus faciebant. At nihil maxime proficientes adversus vim atque apparatum Cæsaris, hanc unam inierunt rationem, ut Bibulus legibus collegæ contradiceret, quo aliena potius improbitate victi viderentur, quam sua negligentia. Et Bibulus, voluntati eorum obsecutus, irrupit in forum, concionante etiam tum Cæsare. Ortoque per altercationem tumultu, ad manus ventum est: et, qui sicis erant armati, fregerunt fasces Bibuli, ac nonnullos e tribunis, qui pro eo stabant, vulnerarunt. Nec tamen quidquam territus Bibulus, nudatum præbebat jugulum, clamore Cæsarianos ad necem invitans: Si non possum, inquit, Cæsari persuadere quæ justa sunt, certe morte mea sceleris hujus culpam ei impingam. Subduxerunt tamen invitum amici in fanum Jovis Statoris, foro proximum. Tum Cato, a patribus submissus, protrusis obstantibus, ut erat robusta ætate, per turbam evasit in locum superiorem, cœpitque concionari; sed a Cæsarianis mox raptus sublimis e foro est. Nihilominus clam per aliam viam recurrens in Rostra Cato, omissa quidem concionatione, quoniam nemo audiebat, aspere tantum clamabat in Cæsarem, donec iterum exturbatus est.

XII. Atque ita leges suas Cæsar pertulit; et, juratis in eas plebeiis, a Patribus quoque idem jusjurandum exegit. Quod quum non pauci, auctore potissimum Catone, recusarent facere, Cæsar rogationem tulit ad populum, ut

τῷ μὴ ὀμόσαντι, καὶ ὁ δῆμος ἐπεκύρου. Ὤμνυον δ' αὐτίκα, δείσαντες, οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ δήμαρχοι. Οὐ γὰρ ἔτι χρήσιμον ἀντιλέγειν ἦν, κυρουμένου διὰ τοὺς ἄλλους τοῦ νόμου. Οὐέττιος δ', ἀνὴρ δημότης, ἐς τὸ μέσον ἐσδραμὼν μετὰ ξιφιδίου γυμνοῦ, ἐπιπεμφθῆναι ἔφη πρός τε Βύβλου καὶ Κικέρωνος καὶ Κάτωνος, ἐς ἀναίρεσιν Καίσαρός τε καὶ Πομπηΐου· καὶ τὸ ξιφίδιον αὐτῷ Βύβλου ῥαβδοῦχον ἐπιδοῦναι Ποστούμιον. Ὑπόπτου δ' ὄντος ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πράγματος, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐξετράχυνε τὸ πλῆθος, τὴν δ' ἐπιοῦσαν ἐξετάσειν τὸν Οὐέττιον ἀνεβάλλοντο. Καὶ ὁ Οὐέττιος, φυλασσόμενος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, νυκτὸς ἀνῃρέθη. Εἰκαζομένου δ' ἐς ποικίλα τοῦ συμβεβηκότος, ὁ Καῖσαρ οὐκ ἀνίει καὶ τοῦτο δρᾶσαι λέγων τοὺς δεδιότας· ἕως ὁ δῆμος αὐτῷ συνεχώρησεν ἀμύνειν τοῖς ἐπιβεβουλευμένοις. Καὶ Βύβλος μὲν, ἐκ χειρῶν ἅπαντα μεθεὶς, οἷά τις ἰδιώτης, οὐ προῄει τῆς οἰκίας ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἀρχῆς ἅπαν.

XIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐδ' αὐτὸς ἔτι ἐζήτει περὶ τοῦ Οὐεττίου, μόνος ἔχων τὸ κράτος ἐπὶ τῆς πολιτείας. Νόμους δ' ἐσέφερεν, ἐκθεραπεύων τὸ πλῆθος, ἑτέρους, καὶ τὰ Πομπηΐῳ πεπραγμένα ἅπαντα ἐκύρου, καθάπερ ὑπέσχητο αὐτῷ. Οἱ δ' Ἱππέες λεγόμενοι, τὴν μὲν ἀξίωσιν τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς ὄντες ἐν μέσῳ, δυνατώτατοι δὲ ἐς ἅπαντα, περιουσίας τε οὕνεκα, καὶ μισθώσεως τελῶν καὶ φόρων, οὓς ὑπὸ τῶν ἐθνῶν τελουμένους ἐξεμισθοῦντο, καὶ πλήθους βεβαιοτάτων ἐς ταῦτα θεραπόντων, ἐκ πολλοῦ τὴν βουλὴν ᾔτουν, ἄφεσίν τινα μέρους τῶν φόρων αὐτοῖς γενέσθαι. Καὶ ἀπεδιέτριβεν ἡ βουλή. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐς οὐδὲν τότε τῆς βουλῆς δεόμενος, ἀλλὰ μόνῳ τῷ δήμῳ χρώμενος, τὰ τρίτα τῶν μισθώσεων αὐτοῖς παρῆκεν. Οἱ δὲ, ὑπὲρ τὴν σφετέραν ἀξίωσιν ἀδοκήτου τῆς χάριτος αὐτοῖς γενομένης, ἐξεθείαζον αὐτόν. Καὶ στῖφος ἄλλο καρτερώτερον τοῦ δήμου τόδε τῷ Καίσαρι προσγεγένητο δι' ἑνὸς πολιτεύματος. Ὁ δὲ καὶ θέας ἐπεδίδου καὶ κυνηγέσια θηρίων, ὑπὲρ δύναμιν δανειζόμενος ἐς ἅπαντα, καὶ τὰ πρότερα πάνθ' ὑπερβάλλων παρασκευῇ καὶ χορηγίᾳ καὶ δόσεσι λαμπραῖς. Ἐφ' οἷς αὐτὸν εἵλοντο Γαλατίας τῆς τε ἐντὸς Ἄλπεων καὶ ὑπὲρ Ἄλπεις ἐπὶ πενταετὲς ἄρχειν, καὶ ἐς τὴν ἀρχὴν ἔδοσαν τέλη στρατοῦ τέσσαρα.

XIV. Ὁ δὲ, καὶ τὴν ἀποδημίαν οἱ χρόνιον ὁρῶν ἐσομένην, καὶ τὸν φθόνον ὡς ἐπὶ μεγίστοις δὴ τοῖς δεδομένοις μείζονα, Πομπηΐῳ μὲν ἐξεύγνυ τὴν θυγατέρα, καίπερ ἐγγεγυημένην Καιπίωνι· δεδιὼς, μὴ καὶ φίλος ὢν ἐπιφθονήσειε τῷ μεγέθει τῆς εὐδαιμονίας. Τοὺς δὲ θρασυτάτους τῶν στασιωτῶν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ μέλλοντος ἔτους παρῆγε. Καὶ ὕπατον μὲν ἀπέφηνεν Αὖλον Γαβίνιον, φίλον ἑαυτοῦ· Λευκίου δὲ Πείσωνος, τοῦ σὺν αὐτῷ μέλλοντος ὑπατεύσειν, τὴν θυγατέρα Καλπουρνίαν αὐτὸς ἤγετο· βοῶντος Κάτωνος, διαμαστροπεύεσθαι γάμοις τὴν ἡγεμονίαν. Δημάρχους δὲ ᾑρεῖτο Οὐατίνιόν τε, καὶ Κλώδιον τὸν Καλὸν ἐπίκλην· ὅντινα, αἰσχρὰν ἐν ἱερουργίᾳ γυναικῶν ποτε λαβόντα

capitalis esset qui non juraret : idque populus scivit. Moxque omnes præ metu jurarunt; et in his tribuni plebis, frustra reclamaturi, lege jam confirmata ab aliis. Interea Vettius quidam, e plebe, procurrit in medium, strictam sicam ostentans, dicensque « se submissum a Bibulo et Cicerone atque Catone, ut Cæsarem una cum Pompeio confoderet : eumque pugionem sibi datum a Postumio, lictore Bibuli. » Hoc facto, quamvis ambiguæ suspicionis, Cæsar usus est ad exasperandam multitudinem; inquisitione tamen in crastinum dilata. Sed Vettius, quum in vinculis custodiretur, sequenti nocte trucidatus est. Quumque hic casus interpretaretur varie, Cæsar hanc quoque culpam rejiciebat in quosdam conscientiæ timore exagitatos : donec effecit, ut populus ei permitteret opem ferre his qui peterentur insidiis. Tum vero Bibulus in universum, omissa tractatione reipublicæ, per reliquum omne consulatus sui tempus, tanquam privatus, domi se continuit.

XIII. At Cæsar, jam solus moderationem rerum omnium obtinens, non amplius inquirebat de Vettio; sed novis porro legibus in plebis gratiam ferendis vacavit, simulque acta Pompeii rata habuit omnia, quemadmodum pollicitus fuerat. Eodem tempore equestris ordo, inter senatum et plebem medius, potens tam propriis divitiis, quam quæstu ex vectigalibus publicis tributisque provinciarum, quæ redemerat a populo, stipatusque validissimorum servorum multitudine, quos in usus suos alebat, jam pridem petierat a senatu, ut pars mercedum, quas ex locationis pacto equites debebant populo, ipsis remitteretur. Patribus vero eam rem differentibus, Cæsar, ad nullam rem eo tempore senatus operam adhibens, soloque consensu plebis usus, remisit publicanis tertiam partem ex locationum pretio. Quapropter equites, supra postulata nacti insperatam gratiam, in cœlum ferebant ejus auctorem. Unde robustius etiam hoc, quam ante ex plebe, agmen propugnatorum accessit Cæsari, per unum istud institutum. Auxitque præterea Cæsar apud populum gratiam, edendis quoque spectaculis et venationibus; supra opes undique æs alienum contrahens et priora omnia vincens magnificentia apparatus profusisque largitionibus. Quibus rebus effecit, ut utraque Gallia, Citerior Ulteriorque, provincia ipsi in quinquennium, cum quatuor legionibus, decerneretur.

XIV. Deinde satis intelligens Cæsar, et ab Urbe diutius se abfore, et quo majora essent populi in se collata beneficia, tanto graviorem fore invidiam, Pompeio collocavit filiam, quanquam Cæpioni jam ante desponsatam; veritus amici etiam, propter nimios successus, livorem. Præterea suæ factionis audacissimos ad magistratus in annum proximum capiendos promovit. Et consulem quidem designavit A. Gabinium, ex intimis amicis; cum L. Pisone autem, qui collega illius erat futurus, affinitatem contraxit, filia ejus Calpurnia in matrimonium ducta : vociferante Catone, nuptiis constuprari imperium. Tribunos vero plebis legit Vatinium, et Clodium, cognomine Pulchrum; quem, haud ita multo ante, turpi suspicione notatum in adulterato

ὑπόνοιαν ἐπὶ τῇ Καίσαρος αὐτοῦ γυναικί, ὁ μὲν Καῖσαρ οὐκ ἔκρινεν, ὑπεραρέσκοντα τῷ δήμῳ, καίπερ ἀποπεμψάμενος τὴν γυναῖκα· ἕτεροι δὲ διὰ τὴν ἱερουργίαν ἐς ἀσέβειαν ἐδίωκον, καὶ συνηγόρευε τοῖς διώκουσι Κικέρων· καὶ κληθεὶς ἐς μαρτυρίαν ὁ Καῖσαρ οὐ κατεῖπεν, ἀλλὰ καὶ τότε δήμαρχον ἐς ἐπιβουλὴν τοῦ Κικέρωνος ἀπέφηνε, διαβάλλοντος ἤδη τὴν συμφροσύνην τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἐς μοναρχίαν. Οὕτω καὶ λύπης ἐκράτουν ὑπὸ χρείας, καὶ τὸν ἐχθρὸν εὐηργέτουν ἐς ἄμυναν ἑτέρου. Δοκεῖ δὲ ὁ Κλώδιος ἀμείψασθαι πρότερος τὸν Καίσαρα, καὶ συλλαβεῖν ἐς τὴν τῆς Γαλατίας ἀρχήν.

XV. Τοσάδε μὲν δὴ Καῖσαρ ὑπατεύων ἔπραξε· καὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενος, ἐπὶ τὴν ἑτέραν εὐθὺς ἐξῄει. Κικέρωνα δὲ γράφεται Κλώδιος παρανόμων, ὅτι πρὸ δικαστηρίου τοὺς ἀμφὶ Λέντλον καὶ Κέθηγον ἀνέλοι. Ὁ δ' ἐς τὸ ἔργον ἐκεῖνο γενναιοτάτῳ λήματι κεχρημένος, ἀσθενέστατος ἐς τὴν δίκην ἐγίγνετο. Καὶ ταπεινὴν ἐσθῆτα ἐπικείμενος, γέμων τε αὐχμοῦ καὶ ῥύπου, προσέπιπτεν οἷς ἐντύχοι κατὰ τοὺς στενωπούς, οὐδὲ τοῖς ἀγνῶσιν ἐνοχλεῖν αἰδούμενος· ὥστε αὐτῷ τὸ ἔργον, διὰ τὴν ἀπρέπειαν, ἀπὸ οἴκτου μεταπίπτειν ἐς γέλωτα. Ἐς τοσοῦτο δειλίας περὶ μίαν οἰκείαν δίκην κατέπεσεν, ὃς τὸν ὅλον βίον ἐν ἀλλοτρίαις ἐξήταστο λαμπρῶς. Οἷόν τι καὶ Δημοσθένη φασὶ τὸν Ἀθηναῖον οὐδ' ὑποστῆναι τὴν ἑαυτοῦ δίκην, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἀγῶνος φυγεῖν. Κλωδίου δὲ καὶ τὰς παρακλήσεις αὐτῷ σὺν ὕβρει διακόπτοντος ἐν τοῖς στενωποῖς, ἀπέγνω πάνθ' ὁ Κικέρων· καὶ ἔφευγεν ἑκούσιον καὶ ὧδε φυγήν, καὶ φίλων αὐτῷ πλῆθος συνεξῄει, καὶ ἡ βουλὴ συνίστη τὸν ἄνδρα πόλεσί τε καὶ βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις. Κλώδιος δ' αὐτῷ τὴν οἰκίαν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἐπικατέσκαπτεν. Ἐπαιρόμενός τε ἐπὶ τῷδε, ἀντιπαρεβάλλετο ἤδη καὶ Πομπηΐῳ, τὸ μέγιστον ἐν τῇ πόλει κράτος ἔχοντι.

XVI. Ὁ δὲ Μίλωνα, τὸν σὺν τῷ Κλωδίῳ τὴν ἀρχὴν παραδεδεγμένον, θρασύτερον ὄντα τοῦ Κλωδίου, ἐς ὑπατείαν ἐπήλπιζε, καὶ ἤλειφεν ἐπὶ τὸν Κλώδιον, καὶ ψηφίσασθαι τῷ Κικέρωνι κάθοδον ἐκέλευεν· ἐλπίσας, τὸν Κικέρωνα ἐλθόντα, περὶ μὲν τῆς παρούσης πολιτείας οὐκέτι φθέγξεσθαι, μεμνημένον οἷα ἔπαθε, δίκας δὲ καὶ πράγματα ἐποίσειν τῷ Κλωδίῳ. Κικέρων μὲν δή, διὰ Πομπήϊον ἐκπεσών, διὰ Πομπήϊον κατῄει, ἑκκαιδεκάτῳ μάλιστα μηνὶ τῆς ἐξελάσεως· καὶ αὐτῷ καὶ τὴν οἰκίαν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἀνίστη τέλεσι κοινοῖς. Λαμπρῶς δ' αὐτὸν περὶ τὰς πύλας ὑποδεχομένων πάντων, φασὶ περὶ τὰς δεξιώσεις τὴν ἡμέραν ὅλην (οἷόν τι καὶ Δημοσθένει συνέβη κατιόντι) ἀναλῶσαι.

XVII. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἔν τε Κελτοῖς καὶ Βρεττανοῖς πολλὰ καὶ λαμπρὰ εἰργασμένος, ὅσα μοι περὶ Κελτῶν λέγοντι εἴρηται, πλούτου γέμων ἐς τὴν ὅμορον τῇ Ἰταλίᾳ Γαλατίαν, τὴν ἀμφὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμόν, ἧκεν, ἐκ συνεχοῦς πολέμου τὸν στρατὸν ἀναπαύσων ἐπ' ὀλίγον. Ὅθεν αὐτῷ περιπέμποντι ἐς Ῥώμην πολλὰ

inter muliebria sacra uxoris ipsius Cæsaris, in judicium vocare, quod pergratus plebi esset, Cæsar, quamvis repudiata conjuge, nolueral; alii vero pollutarum cærimoniarum reum egerant, Cicerone accusatoribus adstipulante. Ipse autem Cæsar tunc, testis citatus, nihil contra eum edixerat; et nunc tribunatum etiam plebis eidem demandandum curavit, in Ciceronis odium, qui jam conspirationem Triumvirorum, ut periculosam reipublicæ, cœperat criminari. Sic offensionem Cæsar deponebat, commoditatis causa; et alterum inimicorum beneficiis sibi devinciebat, ut ulcisceretur alterum. Videtur tamen Clodius prior gratiam retulisse Cæsari, eumque in petitione Galliæ provinciæ adjuvisse.

XV. His in consulatu peractis, Cæsar, deposito magistratu, protinus in Galliam proconsul profectus est. In Urbe vero Clodius Ciceroni diem dixit, quod contra leges publicas indemnatos sustulisset Lentulum Cethegumque. Et Cicero, quam magno animo fortique egregium illud facinus peregerat, tam imbecilli abjectoque tulit intentatum sibi judicium. Mutata veste, sordidus et squalore horridus, suppliciter per vias Urbis sollicitabat obvios quosque, non veritus ignotis quoque hac de causa negotium facessere; adeo nullo respectu decori, ut, dum miserabilis vult videri, ridiculus fieret. Eo timiditatis in propria causa prolapsus Cicero est, qui per omnem vitam in alienis causis summa cum laude fuerat versatus: id quod et Athenis Demostheni similiter accidisse fertur, qui, quum alios reos fortiter semper esset tutatus, ipse reus urbe profugere, quam in judicio de salute certare, maluit. Quum vero preces etiam supplicis contumeliose per vias interrumperet Clodius; Cicero quoque, sicut olim Atheniensis orator, rebus omnibus desperatis, sponte in exilium abiit; amicorum turba comitatus, commendatusque civitatibus, regibus atque regulis, datis a senatu literis. Tum vero Clodius domum ejus villasque diruit insuper; eoque facto tantum sibi placebat, ut jam Pompeio quoque, qui tunc in Urbe potentissimus erat, sese æquipararet.

XVI. Quare Pompeius Milonem, collegam Clodii, sed audaciori etiam ingenio virum, spe consulatus proposita, adversus Clodium concitavit, jussitque aperire plebiscito Ciceroni reditum; ratus, illum reversum non amplius verba facturum de præsenti reipublicæ statu, memorem quanto id sibi constitisset; paratum autem fore Clodio adversarium. Atque ita Cicero, quum Pompeii causa in exilium fuisset actus, ejusdem Pompeii favore in patriam restitutus est; mense ferme XVI postquam discesserat; et domus quoque et villas sumtu publico instaurandas Pompeius curavit. Redeunti tanta gratulantium multitudo ad portas Urbis præsto fuit, ut vix integer dies officiis eorum excipiendis sufficeret; quemadmodum etiam Demostheni olim contigerat, ab exilio revertenti.

XVII. Interea Cæsar, rebus in Gallia Britanniaque gestis clarissimus, quas in rerum Gallicarum Historia exposuimus, divitiis refertus, venit in Cisalpinam Galliam, ut a continuis bellis paullulum quietis exercitui concederet. Unde quum multis in Urbem multas misisset pecunias, jam ei et annui

πολλοῖς χρήματα, αἵ τε ἐτήσιοι ἀρχαὶ παρὰ μέρος ἀπήντων, καὶ οἱ ἄλλως ἐπιφανεῖς ἐς ἡγεμονίας ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἐξῄεσαν· ὡς ἑκατὸν μέν ποτε καὶ εἴκοσι ῥάβδους ἀμφ' αὐτὸν γενέσθαι, βουλευτὰς δὲ πλείους διακοσίων, τοὺς μέν, ἀμειβομένους ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγονότων, τοὺς δὲ χρηματιουμένους, τοὺς δ' ἄλλο τι τοιουτότροπον αὑτοῖς ἐξεργασομένους. Πάντα γὰρ ἤδη διὰ τούτου ἐπράσσετο, στρατιᾶς τε πολλῆς οὕνεκα, καὶ δυνάμεως χρημάτων, καὶ σπουδῆς ἐς ἅπαντας φιλανθρώπου. Ἀφίκοντο δ' αὐτῷ καὶ Πομπήϊος καὶ Κράσσος, οἱ κοινωνοὶ τῆς δυναστείας. Καὶ αὐτοῖς βουλευομένοις ἔδοξε, Πομπήϊον μὲν καὶ Κράσσον αὖθις ὑπατεῦσαι, Καίσαρι δ' ἐς τὴν ἡγεμονίαν ὧν εἶχεν ἐθνῶν ἄλλην ἐπιψηφισθῆναι πενταετίαν. Ὧδε μὲν ἀπ' ἀλλήλων διεκρίθησαν. Πομπηΐῳ δ' ἐς τὴν ὑπατείαν ἀντιπαρήγγελλε Δομίτιος Αἰνόβαρβος· καὶ τῆς κυρίας ἡμέρας ἄμφω κατῄεσαν ἔτι νυκτὸς ἐς τὸ πεδίον ἐς τὴν χειροτονίαν. Τῶν δ' ἀμφ' αὐτοὺς ἔριδες ἦσαν, καὶ συνεπλέκοντο, μέχρι τις τὸν Δομιτίου δᾳδοῦχον ἐπάταξε ξίφει. Καὶ φυγὴ μετὰ τοῦτο ἦν, Δομίτιός τε αὐτὸς ἐς τὴν οἰκίαν διεσώζετο μόλις, καὶ Πομπηΐου τὴν ἐσθῆτά τινες ᾑμαγμένην ἔφερον οἴκαδε. Παρὰ τοσοῦτον ἑκάτερος ἦλθε κινδύνου.

XVIII. Αἱρεθέντες δ' οὖν ὕπατοι Κράσσος τε καὶ Πομπήϊος, Καίσαρι μὲν (ὥσπερ ὑπέστησαν) τὴν ἑτέραν πενταετίαν προσεψηφίσαντο. Τὰ δὲ ἔθνη διακληρούμενοι, καὶ στρατιὰν ἐπ' αὐτοῖς, ὁ μὲν Πομπήϊος εἵλετο Ἰβηρίαν τε καὶ Λιβύην· καὶ ἐς τάσδε τοὺς φίλους περιπέμπων, αὐτὸς ὑπέμεινεν ἐν Ῥώμῃ. Ὁ δὲ Κράσσος Συρίαν τε καὶ τὰ Συρίας πλησίον, ἐπιθυμίᾳ πολέμου πρὸς Παρθυαίους, ὡς εὐχεροῦς δὴ καὶ ἐνδόξου καὶ ἐπικερδοῦς. Ἀλλὰ τῷδε μὲν ἐξιόντι τῆς πόλεως πολλά τε ἄλλα ἀπαίσια ἐγίγνετο, καὶ οἱ δήμαρχοι προηγόρευον μὴ πολεμεῖν Παρθυαίοις, οὐδὲν ἀδικοῦσιν· οὐ πειθομένῳ δὲ, δημοσίας ἀρὰς ἐπηρῶντο. Ὧν ὁ Κράσσος οὐ φροντίσας, ἀπώλετο ἐν τῇ Παρθυηνῇ, σύν τε παιδὶ ὁμωνύμῳ καὶ αὐτῷ στρατῷ· μύριοι γὰρ οὐδ' ἐντελεῖς ἐκ δέκα μυριάδων ἐς Συρίαν διέφυγον. Ἀλλὰ τὴν μὲν Κράσσου συμφορὰν ἡ Παρθυακὴ δηλώσει γραφή. Ῥωμαῖοι δὲ, λιμῷ πιεζόμενοι, Πομπήϊον εἵλοντο τῆς ἀγορᾶς αὐτοκράτορα εἶναι· καί οἱ, καθάπερ ἐπὶ τῶν λῃστηρίων, εἴκοσιν ἀπὸ τῆς βουλῆς ὑπηρέτας ἔδωκαν. Ὁ δὲ αὐτοὺς ὁμοίως ἐς τὰ ἔθνη διαθεὶς ἐπέτρεχε, καὶ τὴν Ῥώμην αὐτίκα ἐνέπλησεν ἀγορᾶς δαψιλοῦς. Ὅθεν ἔτι μᾶλλον ἐς μέγα δόξης ἐπῆρτο καὶ δυνάμεως.

XIX. Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου καὶ ἡ Καίσαρος θυγάτηρ κύουσα τῷ Πομπηΐῳ θνήσκει. Καὶ δέος ἅπασιν ἐνέπιπτεν, ἀνῃρημένης τῆς ἐπιγαμίας, ὡς αὐτίκα μεγάλοις στρατοῖς Καίσαρός τε καὶ Πομπηΐου διοισομένων ἐς ἀλλήλους, ἀσυντάκτου μάλιστα καὶ χαλεπῆς ἐκ πολλοῦ γεγενημένης τῆς πολιτείας. Αἵ τε γὰρ ἀρχαὶ κατὰ στάσιν ἢ δωροδοκίαν, σπουδῇ τε ἀδίκῳ, καὶ λίθοις ἢ ξίφεσι, καθίσταντο, καὶ τὸ δεκάζειν ἢ δωροδοκεῖν ἀναι-

magistratus populi Romani salutandi causa ibi occurrerunt, et alii provinciarum aut exercituum præfecturis illustres ad eumdem profecti sunt : ut aliquando cxx fasces circa Cæsarem spectarentur, senatores vero plures ducentis, pars referentes gratiam, pars pecuniam sibi ab illo quærentes, aut aliud hujusmodi beneficium. Jam enim unus omnia Cæsar poterat, subnixus tantis copiis pecuniisque, et alioquin comis erga omnes et ad bene merendum promtissimus. Inter cæteros salutatores fuerunt Pompeius et Crassus, potentiæ socii. Cum quibus deliberatione de communibus commodis instituta, placuit, Pompeium et Crassum iterum creari consules, Cæsari imperium prorogari in aliud quinquennium : atque ita hi digressi sunt. Pompeio vero competitor exstitit Domitius Ænobarbus : et ubi dies præstituta adfuit, ambo ante lucem in campum descenderunt ad comitia; exortaque inter utriusque catervam altercatione, ad manus ventum est. In ea rixa is qui Domitio facem præferebat, percussus est gladio : et mox facta fuga ægre domum suam salvus se recepit Domitius, Pompeiique etiam vestis cruenta domum est remissa : tam prope uterque a periculo abfuit.

XVIII. Jamque creati consules Crassus et Pompeius, juxta pollicita, Cæsari decreverunt aliud quinquennium; ipsi provincias cum exercitibus sortiti sunt : Pompeius Hispaniam et Africam, quas per amicos rexit, ipse manens in Urbe : Crassus Syriam et regiones finitimas, belli cupidus Parthici, quod et facile et gloriosum et quæstuosum esse sibi persuaserat. Sed Crasso urbem egredenti multa infausta obvenerunt omina, et interdicedebant tribuni plebis, ne Parthis bellum inferret, qui nulla Romanos lacessissent injuria. Qua re quum ille nihil moveretur, publicis exsecrationibus eum diris devoverunt. Quibus omnibus contemtis, periit Crassus in Parthia, una cum cognomine filio et toto exercitu; nam ex centum millibus vix decem millia refugerunt in Syriam. Verum hæc Crassi clades in Libro de Rebus Parthicis exponetur. Romæ autem populus, quum fame laboraret, Pompeium annonæ præfecerat cum summo imperio; eique sicut prius in bello Piratico, viginti ex senatu ministros addiderat. Quibus similiter circa provincias dimissis, ipse quoque passim ad res inspiciendas profectus, brevi urbem omnigenis copiis rerum ad victum pertinentium replevit : et hinc quoque novum, neque exiguum illud, tam gloriæ quam potentiæ incrementum Pompeio accessit.

XIX. Eo tempore Cæsaris filia, prægnans ex Pompeio, fato functa est : unde metus continuo omnes invasit, fore, ut sublata affinitate Cæsar et Pompeius mox inter se magnis exercitibus conflictarentur; turbatis præsertim jamdudum rationibus reipublicæ. Nam et magistratus per factiones largitionesve, improbis studiis, interdum saxis etiam gladiisque, constituebantur; largitionesque nullo pudore

σχύντως τότε μάλιστα ἐπλεόνασεν· ὅ τε δῆμος αὐτὸς ἔμμισθος ἐπὶ τὰς χειροτονίας ᾔει. Ὤφθη δέ που καὶ μεσεγγύημα ταλάντων ὀκτακοσίων ὑπὲρ τῆς ἐπωνύμου γενόμενον ἀρχῆς. Οἵ τε ἀνὰ ἔτος ἕκαστον ὕπατοι στρατεύειν μέν που καὶ πολεμεῖν ἀπεγίνωσκον, διακλειόμενοι τῇ δυναστείᾳ τῶνδε τῶν τριῶν ἀνδρῶν. Ὅσοι δ' ἦσαν αὐτῶν ἀτοπώτεροι, κέρδος ἀντὶ τῶν στρατειῶν ἐτίθεντο τὰ κοινὰ τῆς πόλεως, καὶ τὰς τῶν ἰδίων διαδόχων χειροτονίας. Οἱ δ' ἀγαθοὶ διὰ ταῦτα καὶ πάμπαν ἐξέλιπον τὸ ἄρχειν· ὥστε ποτὲ καὶ μῆνας ὀκτὼ τὴν πόλιν ἄναρχον, ἐκ τῆς τοιᾶσδε ἀσυνταξίας, γενέσθαι· Πομπηΐου πάνθ' ὑπερορῶντος ἐπίτηδες, ἵνα ἐν χρείᾳ γένοιντο δικτάτωρος.

XX. Καὶ πολλοὶ τοῦτο ἐς ἀλλήλους διελάλουν, ὅτι μόνον ἂν γένοιτο φάρμακον ἐπὶ τοῖς παροῦσι κακοῖς ἡ μόναρχος ἐξουσία. Χρῆναι δ' ἑλέσθαι δυνατὸν ὁμοῦ καὶ ἤπιον· ἐνσημαινόμενοι τὸν Πομπήϊον, στρατιᾶς τε ἄρχοντα ἱκανῆς, καὶ φιλόδημον εἶναι δοκοῦντα, καὶ τὴν βουλὴν ἄγοντα διὰ τιμῆς, καὶ τὸν βίον ἐγκρατῆ καὶ σώφρονα, περί τε τὰς ἐντεύξεις εὐπρόσιτον ἢ ὄντα ἢ νομιζόμενον εἶναι. Ὁ δὲ τὴν προσδοκίαν τήνδε λόγῳ μὲν ἐδυσχέραινεν, ἔργῳ δ' ἐς αὐτὴν πάντα ἔπραττεν ἀφανῶς, καὶ τὴν ἀσυνταξίαν τῆς πολιτείας καὶ ἀναρχίαν ἐπὶ τῇ ἀσυνταξίᾳ ἑκὼν ὑπερεώρα. Μίλωνός τε, τὰ ἐς Κλώδιον ὑπηρετήσαντος αὐτῷ, καὶ ἀρεσκομένου τῷ δήμῳ διὰ τὴν Κικέρωνος κάθοδον, ὑπατείαν ὡς ἐν καιρῷ παρὰ τήνδε τὴν ἀναρχίαν μετιόντος, ἀποδιέτριβε τὰς χειροτονίας· μέχρι βαρυθυμῶν ὁ Μίλων, ὡς καὶ περὶ αὐτὸν ἀπίστου γιγνομένου τοῦ Πομπηΐου, ἐς τὴν πατρίδα Λανούβιον ἐξῄει· ἣν Διομήδη φασὶν, ἀλώμενον ἐξ Ἰλίου, πρώτην ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πόλιν οἰκίσαι· καὶ εἰσὶν ἀπὸ Ῥώμης ἐς αὐτὴν στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν.

XXI. Κλωδίου δ' ἐξ ἰδίων χωρίων ἐπανιόντος ἐπὶ ἵππου, καὶ περὶ Βοΐλλας ἀπαντήσαντος αὐτῷ· οἱ μὲν κατὰ τὴν ἔχθραν ὑπείδοντο μόνον ἀλλήλους, καὶ παρώδευσαν· θεράπων δὲ τοῦ Μίλωνος ἐπιδραμὼν τῷ Κλωδίῳ, εἴτε κεκελευσμένος, εἴθ' ὡς ἐχθρὸν δεσπότου κτείνων, ἐπάταξεν ἐς τὸ μετάφρενον ξιφιδίῳ. Καὶ τὸν μὲν αἵματι ῥεόμενον ἐς τὸ πλησίον πανδοκεῖον ὁ ἱπποκόμος ἐσέφερεν. Ὁ δὲ Μίλων μετὰ τῶν θεραπόντων ἐπιστὰς, ἔτι ἔμπνουν, ἢ καὶ νεκρὸν, ἐπανεῖλεν· ὑποκρινόμενος μὲν οὐ βουλεῦσαι τὸν φόνον, οὐδὲ προστάξαι· ὡς δὲ κινδυνεύσων ἐξάπαντος, ἠξίου τὸ ἔργον οὐ ἀτελὲς καταλιπεῖν. Περιαγγελθέντος δ' ἐς Ῥώμην τοῦ πάθους, ὁ μὲν δῆμος ἐκπλαγεὶς ἐν ἀγορᾷ διενυκτέρευε, καὶ τὸ σῶμά τινες τοῦ Κλωδίου μεθ' ἡμέραν προὔθεσαν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων. Ἁρπάσαντες δ' αὐτὸ τῶν τε δημάρχων ἔνιοι, καὶ οἱ φίλοι τοῦ Κλωδίου, καὶ πλῆθος ἄλλο σὺν ἐκείνοις, ἐς τὸ βουλευτήριον ἐκόμισαν· εἴτε ἐπὶ τιμῇ, βουλευτικοῦ γένους ὄντα, εἴτε ἐς ὄνειδος τῆς βουλῆς τοιάδε περιορώσης. Καὶ τῶν παρόντων οἱ προπετέστεροι τὰ βάθρα καὶ τοὺς θρόνους τῶν βουλευτῶν συμφορήσαντες, ἧψαν αὐτῷ πυράν, ὑφ' ἧς τό τε

cohibente frequentabantur, et populus venales in comitiis præbebat operas : namque etiam inventus est, qui pro obtinendo consulatu DCCC talenta apud sequestros deponeret. Præterea singulorum annorum consulibus nulla spes relicta erat bellum usquam gerendi, aut ductandi exercitum, quod excluderentur Triumvirorum potentia. Quique ex his flagitiosiores erant, hi lucra captabant ex publica pecunia, aut ex successorum suorum designationibus : boni vero, his de causis, in universum a magistratibus abstinebant. Ita factum est, ut statu tam perturbato octo menses aliquando absque consulibus fuerit respublica; Pompeio ad omnia connivente de industria, ut dictatore opus haberent.

XX. Atque id jam passim audiebatur in circulis non aliud superesse præsentibus malis remedium, nisi ut refugiatur ad unius viri principatum; sed opus esse viro, qui cum potentia lenitatem conjungeret. Quibus verbis subindicabatur ipse Pompeius; quod et amplis copiis cum imperio præesset, et videretur amator plebis, ac senatus cultor, moderatus in omni vita temperansque, denique aditu facilis, et comitate quadam, seu vera seu ficta, amabilis. Istam igitur de dictatura exspectationem verbis quidem Pompeius aversabatur, indignanti similis, clam autem modis omnibus id agebat, ut eo res perveniret; et turbatum illum reipublicæ statum, interregnumque quod ad illas turbas accedebat, lubens patiebatur. Quin et, quum Milo, cujus opera Clodium depresserat, et summo applausu populi Ciceronem reduxerat, consulatum commodo tunc tempore, per interregnum illud, peteret, eo usque remoratus comitia est, donec Milo pertæsus, dolensque Pompeii erga se quoque perfidiam, in patriam suam Lanuvium secessit : quam Diomedes fertur, post captum Ilium oberrans, primam in Italia urbem condidisse, desitam a Roma ad decimum nonum fere lapidem.

XXI. Forte tum Clodius e villa sua equo vehebatur. Quumque circa Bovillas Miloni esset obviam factus, primum quidem non nisi suspiciosis oculis, pro mutua inimicitia sese intuentes, præterierunt; deinde vero Milonis famulus invasit Clodium, sive jussus, sive ut inimicum domini tolleret, et gladium per dorsum in pectus eidem adegit. Quem postquam cruentum curator equi servus detulit in proximum diversorium, insequens Milo cum suis, incertum spirantem adhuc, an exanimem, confecit; præ se ferens, quasi nec jubente se nec volente cædes patrata esset; nolens tamen facinus imperfectum relinquere, ob quod quovis modo sibi subeundum periculum noverat. Hujus casus rumore urbana plebs attonita, in foro pernoctavit : et postquam illuxit, corpus defuncti pro Rostris est positum; quod mox aliquot tribuni plebis, adjuvantibus Clodii amicis et forensi multitudine, transtulerunt in curiam; sive in honorem viri senatorii, sive in senatus ipsius contumeliam, qui ad talia conniveret. Ibi aliquot petulantiores, congestis subselliis sedibusque senatorum, exstruxerunt rogum, ignemque

βουλευτήριον καὶ πολλαὶ τῶν πλησίον οἰκίαι τῷ Κλωδίῳ συγκατεφλέγησαν.

XXII. Μίλωνι δὲ θράσος τοσόνδε περιῆν, ὡς οὐ δεδιέναι περὶ τῷ φόνῳ μᾶλλον, ἢ ἀγανακτεῖν ἐπὶ τῇ Κλωδίου περὶ τὴν ταφὴν τιμῇ. Θεραπόντων οὖν καὶ ἀνδρῶν ἀγροίκων πλῆθος ἀθροίσας, καὶ ἐς τὸν δῆμον περιπέμψας χρήματα, τῶν τε δημάρχων Μάρκον Καίλιον πριάμενος, ἐς τὴν πόλιν κατῄει θρασύτατα. Καὶ αὐτὸν ὁ Καίλιος εὐθὺς ἐσιόντα εἷλκεν ἐς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς παρ' αὐτοῦ δεδωροδοκηκότας, ὥσπερ ἐπ' ἐκκλησίαν· ὑποκρινόμενος μὲν ἀγανακτεῖν, καὶ οὐ διδόναι τῆς δίκης ἀναβολὴν, ἐλπίζων δὲ, εἰ αὐτὸν οἱ παρόντες μεθεῖεν, ἐκλύσειν τὴν δίκην τὴν ἀληθεστέραν. Καὶ Μίλων μὲν οὐ βουλεῦσαι τὸ ἔργον εἰπὼν (οὐ γὰρ ἂν μετὰ σκευῆς καὶ γυναικὸς ἐπὶ ταῦτα ὁρμῆσαι), τὸν λοιπὸν λόγον κατὰ τοῦ Κλωδίου διετίθετο, ὡς θρασυτάτου δὴ, καὶ φίλου θρασυτάτων, οἳ καὶ τὸ βουλευτήριον ἐπικατέπρησαν αὐτῷ. Ἔτι δ' αὐτοῦ λέγοντος, οἵ τε λοιποὶ δήμαρχοι, καὶ τοῦ δήμου τὸ ἀδιάφθορον, ὁπλισάμενοι ἐνέβαλλον ἐς τὴν ἀγοράν. Καίλιος μὲν δὴ καὶ Μίλων, δούλων ἐσθῆτας ὑποδύντες, ἀπέδρασαν. Πολὺς δὲ τῶν ἄλλων ἐγίγνετο φόνος, οὐ τοὺς Μίλωνος ἔτι φίλους ἐρευνώντων, ἀλλὰ τὸν ἐντυγχάνοντα ἀναιρούντων, ἀστὸν ὁμοῦ καὶ ξένον, καὶ μάλιστα ὅσοι ταῖς ἐσθῆσιν ἢ σφραγῖσιν ἀπὸ χρυσοῦ διέφερον. Ὡς γὰρ ἐν ἀσυντάκτῳ πολιτείᾳ, σὺν ὀργῇ, καὶ προφάσει τοῦδε τοῦ θορύβου προσπεσόντος, θεράποντές τε ὄντες οἱ πλείους, καὶ ὡπλισμένοι κατὰ ἀνόπλων, ἐς ἁρπαγὰς ἐτράποντο. Ἔργον τε οὐδὲν αὐτοῖς ἀπῆν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' οἰκίας ἐφέροντο, καὶ περιιόντες ἠρεύνων, ἔργῳ μὲν, τὰ εὔληπτα σφίσιν ἅπαντα, λόγῳ δὲ, τοὺς φίλους τοῦ Μίλωνος· πρόφασίς τε ἦν αὐτοῖς, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, καὶ πυρὸς καὶ λίθων καὶ παντὸς ἔργου, Μίλων.

XXIII. Ἡ βουλὴ δὲ συνῄει μετὰ δέους, καὶ ἐς τὸν Πομπήϊον ἀφεώρων, ὡς αὐτίκα σφῶν ἐσόμενον δικτάτωρα· χρῄζειν γὰρ αὐτοῖς ἐφαίνετο τὰ παρόντα τοιᾶσδε θεραπείας. Κάτωνος δ' αὐτοὺς μεταδιδάξαντος, ὕπατον εἵλοντο χωρὶς συνάρχου, ὡς ἂν ἔχοι τὴν μὲν ἐξουσίαν δικτάτωρος, ἄρχων μόνος, τὴν δ' εὔθυναν ὑπάτου. Καὶ πρῶτος ὑπάτων ὅδε ἔθνη τε δύο μέγιστα καὶ στρατιὰν ἔχων καὶ χρήματα, καὶ τὴν τῆς πόλεως μοναρχίαν, διὰ τὸ μόνος ὕπατος εἶναι· Κάτωνα μὲν ἐψηφίσατο, ἵνα μὴ παρὼν ἐνοχλοίη, Κύπρον ἀφελέσθαι Πτολεμαίου βασιλέως· νενομοθετημένον ἤδη τοῦτο ὑπὸ Κλωδίου, ὅτι οἱ ποτε ἁλόντι ὑπὸ λῃστῶν ὁ Πτολεμαῖος ἐς λύτρα ὑπὸ σμικρολογίας δύο τάλαντα ἐπεπόμφει. Κάτων μὲν δὴ καθίστατο Κύπρον, Πτολεμαίου τὰ χρήματα ῥίψαντος ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ ἑαυτὸν ἐξαγαγόντος, ἐπεὶ τῶν ἐψηφισμένων ἐπύθετο. Ὁ δὲ Πομπήϊος δίκας προὐτίθει τῶν τε ἄλλων ἁμαρτημάτων, καὶ μάλιστα δωροδοκίας καὶ δεκασμοῦ. Ἐδόκει γὰρ ἐντεῦθεν αὐτῷ νοσεῖν τὰ κοινὰ, ἀρξάμενα ἐν τούτῳ, καὶ τὴν ἴασιν ἕξειν ταχεῖαν. Νόμῳ τε ὥριζεν, ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τοπρῶτον ὑπατείας ἐς τὸ παρὸν, εὐθύνειν τὸν ἐθέλοντα.

subjecerunt : quo una cum Clodii cadavere curia conflagravit, et aliquot contiguæ privatorum ædes.

XXII. Miloni autem tanta inerat confidentia, ut non tam cædis pœnam metueret, quam indignaretur talem honorem haberi Clodii cadaveri. Adjunctis igitur ad domesticorum manum rusticis hominibus, et largitionibus plebe conciliata, simulque mercede conducta M. Cælii tribuni plebis opera, summa audacia in Urbem est reversus. Quem mox de via Cælius in forum pertraxit, causam dicturum apud eos quos corruperat, tanquam apud concionem legitimam : simulans quidem, se per iram nolle dilationem concedere ; sed re vera sperans, si reus præsens periculum evaderet, non subditurum severius judicium. Milo, præfatus « inconsulto patratum hoc facinus, alioqui non aggressurum illud fuisse impeditum comitatu uxorio, » reliquam orationem absumsit ingerendis in Clodium conviciis, ut hominem perditæ audaciæ, et perditissimorum hominum familiarem, qui una cum ipsius cadavere curiam etiam concremassent. Quo adhuc concionante, reliqui tribuni plebis, et incorrupta pars civium, armati in forum irrupere. Tum Cælius quidem et Milo, servili habitu elapsi, aufugere ; nihilominus vero aliorum magna strages est edita, dum non jam Milonis amici requiruntur, sed passim sævitur in cives et exteros, ut quisque in manus venerat, præsertim in insigniores vestitu aureisque annulis. Sublata enim omni reipublicæ forma, indulgebatur iræ per tumultus occasionem : et quia plerique servilis conditionis erant, et armati adversus inermes ; ad rapinas versi, nullo flagitio abstinentes, per domos discurrebant, scrutantes, revera quidquid esset asportatu facile, sed causam interserentes, quæri a se Milonis amicos. Eodemque prætextu per aliquot dies, igni, saxis, variis denique facinoribus, sævitum est.

LXI. Jam vero Cæsaris exercitus, cui a mari, classibus hostium obsesso, nihil commeatus poterat subvehi, fame cœpit laborare; ita quidem, ut ex herbarum radicibus panem conficere cogerentur. Cujus generis panes quum a transfugis offerrentur Pompeio, jucundum ei spectaculum fore existimantibus, ille, nihil lætatus, Cum qualibus bestiis, inquit, nobis bellum est! Tum Cæsar, necessitate compulsus, omnes suas copias contraxit, vel cum invito Pompeio conflicturus. At ille, occupatis plerisque ex castellis, quæ a Cæsare per hanc occasionem erant vacua relicta, quietum se tenuit. Quod Cæsar ægerrime ferens, ausus est opus aggredi difficillimum et vix credibile, universa hostium castra una munitione a mari ad mare ducta circumvallare : etiamsi molimini successus non responderet, ipsius saltem conatus magnifici laturus laudem; erat enim ambitus MCC (*forte*, CXX) stadiorum. Cæsaris autem operibus alias fossas munitionesque objiciebat Pompeius : atque ita alter alterius eludebat operam. Semel tamen magno prælio certatum est; in quo Pompeius Cæsarianos egregie repulit, versosque in fugam ad castra usque persecutus est; multis quoque signis, et aquila pæne ipsa (quod Romanis præcipuum signum est, in summa veneratione habitum) potitus, ni commode eam signifer, summa vi connisus, per vallum intus projecisset.

LXII. Dum sic effuse fugiunt Cæsariani, Cæsar ab alia parte cum alia militum manu succurrit : sed et hos ipsos tantus pavor invasit, ut, procul conspecto Pompeio, neque sisti potuerint, quamvis portis castrorum proximi, neque servatis ordinibus introduci, neque ullo modo ad imperata facienda commoveri; sed ut abjecto omni pudore pro se quisque, quocunque fors ferret, citato cursu se proriperet, nec alieno hortatu juvante, nec ratione propria. Et ipso Cæsare discursante, et cum opprobriis longinquum etiam tum Pompeium ostendente; nihilominus alii, projectis in conspectu imperatoris signis, fugæ se mandarunt; alii ægre restiterunt, segnes inertesque, vultibus præ pudore in terram defixis. Tanta eos occupaverat consternatio. Unus etiam signifer, converso signo, cuspidem imperatori ausus est intentare; quem quidem Cæsaris satellites mox

θύντες, οὐδ' ἐπὶ τὰς φυλακὰς ἀπήντων, ἀλλὰ μεθειμένα πάντα ἦν, καὶ τὸ χαράκωμα ἀφύλακτον· ὥστε αὐτὸ δοκεῖ συνεσπεσὼν ἂν τότε ὁ Πομπήϊος ἑλεῖν κατὰ κράτος, καὶ τὸν πόλεμον ἑνὶ τῷδε ἔργῳ πάντα ἐξεργάσασθαι· εἰ μὴ Λαβιηνὸς αὐτὸν, θεοῦ παράγοντος, ἐπὶ τοὺς φεύγοντας ἔπειθε τραπῆναι· καὶ αὐτὸς ἅμα ὤκνησεν, ἢ τὴν ἀφυλαξίαν τοῦ χαρακώματος, ὡς ἐνέδραν, ὑφορώμενος, ἢ ὡς ἤδη κεκριμένου τοῦ πολέμου καταφρονήσας. Ἐπὶ δὲ τοὺς ἔξω τραπεὶς, ἑτέρους τε ἔκτεινε πολλοὺς, καὶ σημεῖα τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἔλαβεν ἐν ταῖς δύο μάχαις ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, καὶ δεύτερον τόνδε καιρὸν ἐντελοῦς ἔργου μεθῆκεν. Ὃ καὶ τὸν Καίσαρα φασὶν εἰπεῖν, ὅτι σήμερον ἂν ὁ πόλεμος ἐξείργαστο τοῖς πολεμίοις, εἰ τὸν νικᾷν ἐπιστάμενον εἶχον.

LXIII. Ὁ δὲ Πομπήϊος τήν τε νίκην ὑπερεπαίρων, ἐπέστελλε βασιλεῦσι καὶ πόλεσι πάσαις· καὶ τὸν στρατὸν αὐτίκα τὸν Καίσαρος ἤλπιζε πρὸς ἑαυτὸν μεταβαλεῖσθαι, λιμῷ τε πεπεισμένον, καὶ ὑπὸ τῆς ἥττης καταπεπληγμένον· μάλιστα δὲ τοὺς ἡγεμόνας αὐτοῦ, τὸ σφέτερον ἁμάρτημα φοβουμένους. Οἱ δὲ, θεοῦ σφᾶς ἐπὶ μετάνοιαν ἄγοντος, τὸ ἁμάρτημα ᾐδοῦντο· καὶ τοῦ Καίσαρος αὐτοῖς ἐπιμεμφομένου τε πρᾴως, καὶ συγγνώμην διδόντος, ἔτι μᾶλλον ἠρεθίζοντο καθ' ἑαυτῶν· καὶ, ἐκ παραδόξου μεταβολῆς, ἐκέλευον τῷ πατρίῳ νόμῳ διακληρώσαντα αὐτοὺς, τὸ δέκατον μέρος ἀναιρεῖν. Οὐ πειθομένου δὲ τοῦ Καίσαρος, μᾶλλον ᾐδοῦντο, καὶ συνεγίγνωσκον αὐτὸν οὐκ ἀξίως ὑπὸ σφῶν ἠδικῆσθαι· καὶ τοὺς φέροντας τὰ σημεῖα κτείνειν ἐπεβόων, ὡς οὐκ ἂν αὐτοί ποτε φυγόντες, εἰ μὴ τὰ σημεῖα προαπεστράφη. Ὡς δὲ ὁ Καῖσαρ, οὐδὲ τοῦτ' ἀνασχόμενος, ὀλίγους μόλις ἐκόλασεν, αὐτίκα πᾶσιν αὐτοῦ πρὸς τὴν μετριοπάθειαν ὁρμὴ τοσήδε ἐνέπιπτεν, ὡς εὐθὺς αὐτὸν ἄγειν ἀξιοῦν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Καὶ ἐνέκειντο σφόδρα προθύμως, παρακαλοῦντές τε καὶ ὑπισχνούμενοι διορθώσεσθαι τὸ ἁμάρτημα νίκῃ καλῇ· κατά τε σφᾶς ἐπιστρεφόμενοι πρὸς ἀλλήλους ἰλαδὸν, κατὰ μέρη συνώμνυντο, ἐφορῶντος αὐτοῦ Καίσαρος, μὴ ἐπανήξειν ἐκ τῆς μάχης, εἰ μὴ κρατοῖεν.

LXIV. Ὅθεν αὐτὸν οἱ μὲν φίλοι παρεκάλουν, ἀποχρήσασθαι τοιᾷδε μετανοίᾳ καὶ προθυμίᾳ στρατοῦ. Ὁ δ' ἐς μὲν τὸ πλῆθος εἶπεν, ὅτι μετὰ βελτιόνων καιρῶν αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἄξει, καὶ μεμνῆσθαι τῆσδε τῆς προθυμίας διεκελεύσατο. Τοὺς δὲ φίλους ἀνεδίδασκεν, ὅτι χρὴ καὶ τῶνδε προεξελεῖν τὸν φόβον τῆς ἥσσης, πολὺν αὐτοῖς ἐγγενόμενον, καὶ τῶν πολεμίων τὸ φρόνημα ἀκμάζον προκαθελεῖν. Ὡμολόγει τε, μεταγιγνώσκειν πρὸς Δυῤῥαχίῳ στρατοπεδεύσας, ἔνθα ἐστὶν ἡ παρασκευὴ πᾶσα Πομπηΐῳ, δέον ἀποσπᾶν αὐτὸν ἑτέρωθι ἐς ὁμοίας ἀπορίας. Καὶ τάδε εἰπὼν, ἐς Ἀπολλωνίαν εὐθὺς μετῄει, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐς Θεσσαλίαν νυκτὸς ὑπεχώρει λανθάνων· Γόμφους τε, πόλιν μικρὰν, οὐ δεχομένην αὐτὸν, ἐξεῖλεν ὑπὸ ὀργῆς, καὶ ἐπέτρεψε τῷ στρατῷ διαρπάσαι. Οἱ δ' ὡς ἐκ λιμοῦ πάντων ἐνεπίπλαντο ἀθρόως, καὶ ἐμεθύσκοντο ἀπρεπῶς· καὶ μάλιστα

conciderunt. Qui vero in castra se receperant, ne ad custodias quidem præsto fuerunt : sed remissa erant omnia, et vallum nullis firmatum stationibus. Et potuerat omnium opinione Pompeius tunc una cum fugientibus in castra irrumpere, debellatumque fuerat ; ni Labienus ei, deo mentem adimente, persuasisset, ut fugientibus potius instaret : quum et ipse dubius fuisset, an castra aggrederetur, sive quod vallum incustoditum suspectum haberet, tanquam insidias ab hoste paratas, sive quod, consummatam victoriam putans, accessionem illam contemneret. Cæterum conversus in eos qui extra vallum erant, aliam magnam stragem edidit, eoque die duobus illis præliis viginti octo signa militaria cepit ; occasionem autem absolvendæ victoriæ jam altera vice e manibus dimisit. Quod ne Cæsar quidem dissimulasse dicitur, cum diem finem allaturum fuisse bello, si hostis scisset uti victoria.

LVIII. Eam victoriam Pompeius magnificis verbis regibus civitatibusque omnibus per literas significavit ; sperabatque, confestim ad se transiturum exercitum Cæsaris, et fame pressum, et illa clade perterritum, ac præsertim tribunos errati conscientia pavidos. Illi vero, divinitus tacti pœnitentia, peccatum cum pudore agnoscebant ; et imperatore clementer eos incusante, ultroque dante veniam, tanto minus sibi ignoscebant : mirumque in modum mutati, deposcebant ipsi decimationis ex more patrio supplicium. Quod quum remitti sibi a Cæsare viderent, eo magis pudebat admissi dedecoris in cujus minime oportebat injuriam : expetebantque ad necem signiferos, qui nisi conversis signis fugæ initium fecissent, nemo unquam de fuga cogitasset. Ut vero, ne hoc quidem passus Cæsar, vix in paucos animadvertit ; ad hanc ejus moderationem tanta exorta est omnium alacritas studiumque, ut conclamarent, protinus adversus hostem sese duceret. Instabantque summo studio, orantes, pollicentesque, egregia victoria ignominiam se abolituros. Tum ad se mutuo conversi, per centurias atque manipulos conjurabant, inspectante imperatore, non nisi victores se redituros e prælio.

LXIV. Quapropter hortabantur Cæsarem amici, abuteretur in rem suam tali pœnitentia et promptitudine exercitus. Sed ille coram multitudine respondit, opportuniore tempore in hostem eos se ducturum ; hortatusque est, ut essent hujus promptitudinis memores. Cæterum amicos privatim monuit, eximendum prius militi pavorem ex recenti clade contractum, exspectandumque, dum mora languescat hostium ferocia : fassusque est suum erratum, quod ad Dyrrhachium castra posuisset, ubi Pompeio parata essent omnia ; quum alio eum abstrahere, et similibus implicare difficultatibus debuisset. Quibus dictis, protinus Apolloniam Cæsar repetiit, indeque in Thessaliam clam noctu profectus est. Ibi mox Gomphos, modicum oppidum, quod portas ipsi clauserat, expugnavit iratus, diripiendumque præbuit militibus. Qui famelici explebant se affatim, et vino ingurgitabant ; insigni præ cæteris et ridicula Germanorum

αὐτῶν οἱ Γερμανοὶ γελοιότατοι κατὰ τὴν μέθην ἦσαν. Ὥστε δοκεῖ καὶ τότε ἂν ὁ Πομπήϊος ἐπελθὼν ἐργάσασθαί τι λαμπρὸν, εἰ μὴ διώκειν ὅλως ὑπερεῖδεν ἐκ καταφρονήσεως· μέχρι Καῖσαρ ἑπτὰ συντόνως ἡμέραις ὁδεύσας, ἐστρατοπέδευσε περὶ Φάρσαλον. Λέγεται δ' ἐν τοῖς Γόμφοις γενέσθαι παθήματα γενναῖα, καὶ νεκροὺς τῶν ἐπιφανῶν γερόντων ἐν ἰατρείῳ φανῆναι, κυλίκων αὐτοῖς παρακειμένων ἀτρώτοις, εἴκοσι μὲν, ὡς ἐς μέθην κατακεκλιμένους ἐπὶ τὸ ἔδαφος· ἕνα δ' ἐπὶ θρόνου παρακαθεζόμενον, οἷα ἰατρὸν, ὃς τὸ φάρμακον αὐτοῖς ἄρα παρέσχε.

LXV. Πομπήϊος δ' ἐπὶ τῇ Καίσαρος ἀναζεύξει βουλὴν προὐτίθει· καὶ Ἀφρανίῳ μὲν ἐδόκει, τὸ ναυτικὸν, ᾧ δὴ καὶ πολὺ προὖχεν, ἐπιπέμπειν Καίσαρι, καὶ ἐνοχλεῖν θαλασσοκρατοῦντας ἀλωμένῳ καὶ ἀποροῦντι· τὸ δὲ πεζὸν αὐτὸν Πομπήϊον ἄγειν κατὰ σπουδὴν ἐς τὴν Ἰταλίαν, εὔνουν τε πρὸς αὐτὸν οὖσαν, καὶ πολεμίων ἔρημον. Κρατυνάμενον δ' αὐτήν τε καὶ Γαλατίαν καὶ Ἰβηρίαν, ἐξ οἰκείας καὶ ἡγεμονίδος γῆς αὖθις ἐπιχειρεῖν Καίσαρι. Ὁ δὲ καὶ ταῦτα, ἄριστα ἂν οἱ γενόμενα, παριδὼν, ἐπείθετο τοῖς λέγουσιν, αὐτίκα τὸν Καίσαρος στρατὸν μεταθήσεσθαι πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, ἢ οὐ πολὺ σφίσιν ἔσεσθαι τὸ ἔτι λοιπὸν ἐπὶ τῇ κατὰ Δυῤῥάχιον γενομένῃ νίκῃ· τὸ δ' ἐναντίον αἴσχιστον εἶναι, καταλιπεῖν φεύγοντα Καίσαρα, καὶ τοῖς ἡττηθεῖσιν ὁμοίως τὸν νικῶντα φεύγειν. Ὁ μὲν δὴ τοῖσδε προσθέμενος, αἰδοῖ μάλιστα τῶν ἑῴων ἐθνῶν ἐς αὐτὸν ἀφορώντων, καὶ φειδοῖ Λευκίου Σκιπίωνος, μή τι περὶ Μακεδονίαν ὢν ἔτι πάθοι· μάλιστα δ', ἐς ἀγῶνα χρήσασθαι θαῤῥοῦντι τῷ στρατῷ διανοούμενος· ἐπῆλθε, καὶ ἀντεστρατοπέδευσε τῷ Καίσαρι περὶ Φάρσαλον, καὶ τριάκοντα σταδίους ἀλλήλων ἀπεῖχον.

LXVI. Ἀγορὰ δὲ Πομπηΐῳ μὲν ἦν πανταχόθεν· οὕτω γὰρ αὐτῷ προδιῴκηντο καὶ ὁδοὶ καὶ λιμένες καὶ φρούρια, ὡς ἔκ τε γῆς ἀεὶ φέρεσθαι, καὶ διὰ θαλάσσης πάντα ἄνεμον αὐτῷ φέρειν. Καῖσαρ δὲ μόνον εἶχεν ὅ τι μόλις εὕροι καὶ λάβοι κακοπαθῶν. Καὶ οὐδ' ὣς αὐτὸν ἀπέλειπεν οὐδεὶς, ἀλλὰ σπουδῇ δαιμονίῳ συνενεχθῆναι τοῖς πολεμίοις ὠρέγοντο· καὶ ἡγοῦντο, πολέμῳ μὲν εἶναι παρὰ πολὺ ἀμείνους νεοστρατεύτων ἔτι ὄντων, δέκα ἔτεσιν ἠσκημένοι· ἐς δὲ ταφρείας ἢ περιτειχίσεις ἢ σιτολογίας ἐπιπόνους ἀσθενέστεροι, διὰ γῆρας. Ὅλως τε κάμνουσιν αὐτοῖς ἐδόκει δρᾶν τι μετ' ἀνδρίας, ἢ μετ' ἀργίας λιμῷ διαφθαρῆναι. Ὧν ὁ Πομπήϊος αἰσθανόμενος, ἐπικίνδυνον μὲν ἡγεῖτο, γεγυμνασμένοις καὶ ἀπογιγνώσκουσιν αὐτῶν ἀνδράσι, καὶ τύχῃ Καίσαρος λαμπρᾷ, περὶ τῶν ὅλων συνενεχθῆναι δι' ἑνὸς ἔργου· δυνατώτερον δὲ καὶ ἀκινδυνότερον, ἐκτρῦσαι ταῖς ἀπορίαις αὐτοὺς, οὔτε γῆς εὐπόρου κρατοῦντας, οὔτε θαλάσσῃ χρωμένους, οὔτε ναῦς ἐς φυγὴν ταχεῖαν ἔχοντας. Ὁ μὲν δὴ κρατίστῳ λογισμῷ τρίβειν τὸν πόλεμον ἐγνώκει, καὶ ἐς λιμὸν ἐκ λιμοῦ τοὺς πολεμίους περιφέρειν.

LXVII. Πολὺ δ' ἀμφ' αὐτὸν πλῆθος ἀνδρῶν ἀπό τε τῆς βουλῆς ὁμοτίμων οἱ, καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων

ebrietate. Quare videtur tunc quoque Pompeius occasionem rei bene gerendæ amisisse, contemtum hostem non insecutus, donec Cæsar, septem diebus continuato itinere castra circa Pharsalum metatus est. Gomphis autem, inter alios casus, calamitatem oppidanorum illustrantes, repertos fuisse aiunt in officina medici mortuos senes nobiles viginti, humi recumbentes, calicibus juxta positis, veluti ad compotationem, nullo vulnere affectos, unumque in sella assidentem, qui ceu medicus potionem ceteris porrexisset.

LXV. Pompeius, post discessum Cæsaris, adhibuit amicos in consilium. Ex his Afranius censebat, navalibus copiis, quibus ipsi præpollerent, urgendum infestandumque Cæsarem vagum et inopem; terrestres vero copias, ductu ipsius Pompeii, propere trajiciendas in Italiam, faventem ipsius partibus, et milite vacuam: confirmata autem Italia et Gallia Hispaniaque, tum vero domo et ex ea regione, quæ sedes esset imperii, rursus aggrediendum Cæsarem. Sed hoc consilium, quamvis saluberrimum, non placuit Pompeio; cui arridebat magis sententia eorum, qui aiebant, fore ut Cæsaris exercitus, fame coactus, mox ab eo deficeret; aut saltem non multum superesse ad absolvendam victoriam, post prosperam ad Dyrrhachium pugnam; contra turpissimum esse, omitti fugientem Cæsarem, et victorem haud secus atque victum fugam capessere. Horum igitur sententiæ accedens Pompeius, pudore maxime ductus gentium Orientis, quarum erant oculi in eum conversi; tum vero respectu L. Scipionis, cui, in Macedonia etiam tum versanti, timebat ne quam cladem acciperet; ante omnia vero, quod utendum esse arbitraretur fiducia ardoreque militum; insecutus est Cæsarem, et castra castris ejus ad Pharsalum, ex IV M. passuum intervallo, opposuit.

LXVI. Commeatus autem Pompeio suggerebantur undique. Sic enim et portus et vias et castella ante munierat instruxeratque, ut et terra continue subveherentur, et mari quivis venti ei conferrent. Cæsar vero id solum habebat, quod quotidianis ægre parabatur laboribus. At ne sic quidem a quoquam suorum desertus est, sed divino quodam instinctu in hostes ferebantur pugnæ cupidi; ut qui se, veteranos et decem annorum militiam expertos, longe præstantiores armis tractandis, quam Pompeianos illos tirones, ducerent. Quod si operibus bellum trahendum esset, munitionibusque ac laboriosis frumentationibus, ibi se inferiores fore ob ætatem jam vergentem, fatebantur. Et omnino morarum pertæsi, censebant, rem potius semel armis fortiter decernendam, quam ignave ferendam famis necessitatem. Quod et Pompeius intelligens, periculosum judicabat, cum viris exercitatis, et nunc desperatione etiam nihil non ausuris congredi, et de summa rerum dimicare, præsertim ductu felicissimi Cæsaris: tutius vero ac facilius posse eos rerum omnium egestate atteri opprimique, quum nec agrum teneant fertilem, nec importationibus utantur maritimis, ac ne naves quidem ad propere effugiendum habeant. Itaque prudentissimo consilio Pompeius protrahere bellum decreverat, et hostem fame jam exagitatum fame porro enecare.

LXVII. Sed quum esset circa Pompeium magnus numerus senatorum dignitate parium, et equitum Romanorum

οἱ διαφανέστατοι, βασιλεῖς τε πολλοὶ καὶ δυνάσται, οἱ μὲν ὑπ' ἀπειρίας, οἱ δ' ἀμέτρως τοῖς περὶ τὸ Δυῤῥάχιον εὐπραγήμασιν ἐπηρμένοι, εἰσὶ δ' οἳ καὶ τῷ πλέονες εἶναι τῶν πολεμίων, οἱ δὲ καὶ κάμνοντες ὅλως τῷ πολέμῳ τὴν κρίσιν ταχυτέραν μᾶλλον ἢ πρέπουσαν ἐπειγόμενοι γενέσθαι, πάντες ἐξώτρυνον αὐτὸν ἐς τὴν μάχην· ἐπιδεικνύοντες ἀεὶ τὸν Καίσαρα παρατάττοντά τε καὶ προκαλούμενον. Ὁ δ' ἐξ αὐτοῦ μάλιστα τοῦδε αὐτοὺς ἀνεδίδασκεν, ὅτι Καίσαρι μὲν τοῦτ' ἐξ ἀπορίας ἀναγκαῖον ἦν, σφίσι δὲ καὶ διὰ τοῦτ' εὔκαιρον ἡσυχάζειν, ὅτι Καῖσαρ ὑπ' ἀνάγκης ἐπείγοιτο. Ἐνοχλούμενος δὲ ὑπό τε τοῦ στρατοῦ παντὸς, ἐπηρμένου τοῖς περὶ τὸ Δυῤῥάχιον ἀμέτρως, καὶ τῶν ἐπ' ἀξιώσεως, αὐτὸν ἐπιτωθαζόντων ἐς φιλαρχίαν, ὡς ἑκόντα βραδύνοντα, ἵνα ἀνδρῶν ὁμοτίμων τοσῶνδε ἄρχοι, καὶ ἐπὶ τῷδε αὐτὸν βασιλέα τε βασιλέων καὶ Ἀγαμέμνονα καλούντων, ὅτι κἀκεῖνος βασιλέων διὰ τὸν πόλεμον ἦρχεν· ἐξέστη τῶν οἰκείων λογισμῶν, καὶ ἐνέδωκεν αὐτοῖς, θεοῦ βλάπτοντος ἤδη καὶ τἄλλα παρ' ὅλον τόνδε τὸν πόλεμον. Νωθής τε γὰρ καὶ βραδὺς παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἐν ἅπασι γεγονὼς, παρεσκευάζετο ἄκων ἐς μάχην ἐπὶ κακῷ τε αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτὸν ἀναπειθόντων.

LXVIII. Καίσαρι δὲ τῆς νυκτὸς ἐκείνης τρία μὲν ἐπὶ σιτολογίαν ἐξῄει τέλη· τὸν γὰρ Πομπήϊον ἐπαινῶν τῆς βραδυτῆτος, καὶ οὐδαμοῦ νομίζων μεταθήσεσθαι τοῦ βουλεύματος, περιέπεμπεν ἐπὶ σῖτον. Πυθόμενος δὲ τῆς παρασκευῆς, ἥσθη τε τῆς ἀνάγκης ἣν εἴκαζεν ἠναγκάσθαι Πομπήϊον ὑπὸ τοῦ στρατοῦ, καὶ τὸν ἑαυτοῦ τάχιστα ἀνεκάλει πάντα, καὶ ἀντιπαρεσκευάζετο. Θυόμενός τε νυκτὸς μέσης, τὸν Ἄρη κατεκάλει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρόγονον Ἀφροδίτην (ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἴλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος, παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος, ἡγεῖτο εἶναι)· νεών τε αὐτῇ νικηφόρῳ χαριστήριον ἐν Ῥώμῃ ποιήσειν εὔχετο κατορθώσας. Ὡς δὲ καὶ σέλας ἐξ οὐρανοῦ διαπτὰν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸ Πομπηΐου στρατόπεδον ἐσβέσθη, οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Πομπήϊον ἔσεσθαί τι λαμπρὸν αὐτοῖς ἔφασαν ἐκ τῶν πολεμίων· ὁ δὲ Καῖσαρ, σβέσειν αὐτὸς ἐμπεσὼν τὰ Πομπηΐου. Αὐτῷ δὲ τῷ Πομπηΐῳ τῆς αὐτῆς νυκτός τινα τῶν ἱερείων ἐκφυγόντα οὐ συνελήφθη, καὶ μελισσῶν ἐσμὸς ἐπὶ τοῖς βωμοῖς ἐκάθισε, ζῴου νωχελοῦς. Μικρόν τε πρὸ ἕω, πανικὸν ἐνέπεσεν αὐτοῦ τῷ στρατῷ· καὶ τόδε περιδραμὼν αὐτὸς καὶ καταστήσας, ἀνεπαύετο σὺν ὕπνῳ βαθεῖ.

LXIX. Περιεγειράντων δ' αὐτὸν τῶν φίλων, ὄναρ ἔφασκεν ἄρτι νεὼν ἐν Ῥώμῃ καθιεροῦν Ἀφροδίτῃ Νικηφόρῳ. Καὶ τόδε μὲν, ἀγνοίᾳ τῆς Καίσαρος εὐχῆς, οἵ τε φίλοι καὶ ὁ στρατὸς ἅπας, πυθόμενοι, ἥδοντο· καὶ τἄλλα ἀλόγως σὺν ὁρμῇ καὶ καταφρονήσει χωροῦντες ἐπὶ τὸ ἔργον, ὡς ἐπὶ ἕτοιμον. Ὧν γε πολλοὶ καὶ τὰς σκηνὰς δάφναις ἀνέστεφον ἤδη, συμβόλῳ νίκης· καὶ οἱ θεράποντες αὐτοῖς δαῖτα λαμπροτάτην ἐπόρσυνον. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ περὶ τῆς Καίσαρος ἀρχιερωσύνης ἐς ἀλλήλους ἤδη διήριζον. Ἅπερ ὁ Πομπήϊος, οἷα πολέμων ἐμπει-

nobilissimus quisque, ad hæc reges multi ac dynastæ; hi, partim ob imperitiam belli, partim quod supra modum elati essent Dyrrhachina victoria, alii freti qua præstabant multitudine, nonnulli etiam bello omnino fessi, et celeritatem magis probantes quam recta consilia; cuncti ad pugnam eum incitabant, ostendentes Cæsarem semper instructa acie provocantem. At Pompeius, id ipsum argumentum in illos retorquens, aiebat : « Cæsarem inopia coactum id facere; sibi vero eo magis quiescendum, quo majore ille necessitate prematur. » Sed quum totus exercitus, victoria Dyrrhachina tumens, flagitaret prælium, et honoratiores quique cavillarentur in Pompeium, quod, imperio præsenti sibi placens, ideo de industria cunctaretur, quo inter tot viros dignitate alioquin ei pares, emineret diutius; jamque Regem Regum per jocum eum vocarent, et Agamemnonem, quod et ipse, sicut Agamemnon, durante bello regibus imperitaret; tandem a proposito se moveri passus, deo jam exitium ejus properante, concessit illorum voluntati. Quemadmodum et alias per totum illud bellum contra naturam suam, tardus fuerat et veluti torpidus; sic nunc quoque contra suam voluntatem parabat se ad prælium, cum suo malo, tum eorum qui id suaserant.

LXVIII. Ea nocte Cæsar tres legiones frumentatum emiserat : laudens enim Pompeii cunctationem, et ratus permansurum in eo consilio, frumentum undecunque convehi curabat. Sed ubi hostem sensit ad pugnam se parare, gavisus illud pervicacia militum, ut conjiciebat, expressum; celeriter revocatis omnibus, ipse quoque suos paratos esse jussit. Tum de media nocte sacra faciens, Martem invocavit, et, Venerem progenitricem suam (nam ab Ænea et ab Ilo, Æneæ filio, ortam gentem Juliam, paullulum diducto nomine, putabat) : ædemque vovit deæ in Urbe sacrandam, si propitia juvaret victoriam. Ut vero igneus fulgor de cœlo a Cæsarianis castris ad Pompeiana delatus est, ibique demum exstinctus, Pompeiani sibi illustrem inde pollicebantur de adversariis victoriam; at Cæsar sic interpretatus est, exstincturum se uno impetu gloriam adversarii atque potentiam. Pompeio vero, eadem nocte sacrificanti, elapsæ victimæ comprehendi nequiverunt; et examen apum insedit altari, animantium tardarum invalidarumque; et paulo ante lucem panicus terror in exercitum incidit : quem ille postquam circumcursando sedavit, quieti se dedit, et in somnum incidit profundum.

LXIX. Excitatus deinde ab amicis Pompeius, per somnium, ait, ædem se in Urbe dedicasse Veneri Victrici. Idem votum a Cæsare conceptum nescientes amici et milites, omnes audito somnio gaudebant : et rati, se jam rem factam habere, contemtim omnia et inconsiderato impetu agebant; adeo ut et multi tentoria lauro coronarent, quod est insigne victoriæ, et servi epulas eis pararent splendidissimas, inventique sint etiam qui de summo pontificatu Cæsaris inter se jam tunc contenderent. Quæ Pompeius,

ρος, ἀπεστρέφετο, καὶ νεμεσῶν ἐπ' αὐτοῖς, ἐνεκαλύπτετο· κατεσιώπα δ' ὅλως ὑπὸ ὄκνου καὶ δέους, ὥσπερ οὐ στρατηγῶν ἔτι, ἀλλὰ στρατηγούμενος, καὶ πάντα πράσσων ὑπὸ ἀνάγκης παρὰ γνώμην. Τοσοῦτον ἀνδρὶ μεγαλουργῷ, καὶ παρὰ πᾶν ἔργον ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν εὐτυχεστάτῳ γενομένῳ, τὸ δύσθυμον ἐνεπεπτώκει· εἴτε ὅτι τὰ συμφέροντα κρίνων οὐκ ἔπειθεν, ἀλλ' ἐπὶ κύβον ἐχώρει πλήθους ἀνδρῶν τοσῶνδε σωτηρίας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἐς τότε ἀησσήτου· εἴτε τι καὶ μαντικώτερον αὐτὸν, πλησιάζοντος ἤδη τοῦ κακοῦ, συνετάρασσε, μέλλοντα τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐκ δυναστείας τοσῆσδε ἀθρόως ἐκπεσεῖσθαι. Τοσοῦτον δ' οὖν εἰπὼν τοῖς φίλοις, ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα, ὁπότερος ἂν ἐπικρατήσοι, μεγάλων ἐς ἀεὶ Ῥωμαίοις ἄρξει κακῶν, παρέτασσεν ἐς τὴν μάχην. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα αὐτοῦ τὴν διάνοιαν προπεσεῖν τινες ἐν τῷ φόβῳ νομίζοντες, ἡγοῦντο οὐδ' ἂν Πομπήϊον, κρατήσαντα, μεθεῖναι τὴν μοναρχίαν.

LXX. Στρατιὰ δ' ἦν (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πολλῶν ἀμφίλογα εἰπόντων, ἑπομένῳ μάλιστα Ῥωμαίων τοῖς τὰ πιθανώτατα γράφουσι περὶ τῶν ἐξ Ἰταλίας ἀνδρῶν· οἷς δὴ καὶ μάλιστα θαῤῥοῦντες, τὰ συμμαχικὰ οὐκ ἀκριβοῦσιν, οὐδὲ ἀναγράφουσιν, ὡς ἀλλότρια, καὶ ὀλίγην ἐν αὐτοῖς ἐς προσθήκην χώραν ἔχοντα) Καίσαρι μὲν, ἐς δισχιλίους ἐπὶ δισμυρίοις, καὶ τούτων ἱππεῖς ἦσαν ἀμφὶ τοὺς χιλίους· Πομπηΐῳ δὲ, ὑπὲρ τὸ διπλάσιον, καὶ τούτων ἱππεῖς ἐς ἑπτακισχιλίους. Ὧδε μὲν τοῖς τὰ πιθανώτατα λέγουσι δοκεῖ, μυριάδας ἑπτὰ ἀνδρῶν Ἰταλῶν συμπεσεῖν ἀλλήλοις ἐς μάχην· οἱ δ' ὀλιγωτέρους ἐξακισμυρίων φασίν· οἱ δ', ὑπερεπαίροντες, τεσσαράκοντα μυριάδας γενέσθαι λέγουσι. Καὶ τούτων οἱ μὲν ἡμιόλιον, οἱ δὲ ἐκ τριῶν νομίζουσιν ἀμφὶ τὰ δύο τῷ Πομπηΐῳ γενέσθαι μέρη. Τοσάδε μὲν ἀμφιγνοοῦσι περὶ τοῦ ἀκριβοῦς. Ὅπως δ' οὖν εἶχε, τοῖσδε μάλιστα τοῖς ἐξ Ἰταλίας ἑκάτερος αὐτῶν ἐθάῤῥει. Τὸ δὲ συμμαχικὸν ἦν, Καίσαρι μὲν, ἱππεῖς τε Κελτοὶ, καὶ Κελτῶν τῶν ὑπὲρ Ἄλπεις ἀριθμὸς ἄλλος· Ἑλλήνων δ' ἐπέλταζον αὐτῷ Δόλοπες, Ἀκαρνᾶνες, Αἰτωλοί. Τοσοίδε μὲν τῷ Καίσαρι συνεμάχουν. Πομπηΐῳ δὲ, πάντα τὰ ἑῷα ἔθνη κατὰ πλῆθος, οἱ μὲν, ἐξ ἵππων, οἱ δὲ, πεζοί· ἀπὸ μὲν τῆς Ἑλλάδος, Λάκωνες, ὑπὸ τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσι τασσόμενοι, καὶ ἡ ἄλλη Πελοπόννησος, καὶ Βοιωτοὶ μετ' αὐτῶν. Ἐστράτευον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι, κηρυξάντων μὲν αὐτοὺς ἑκατέρων μὴ ἀδικεῖν τὸν στρατὸν, ὡς ἱερεῖς τῶν θεσμοφόρων· πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἄρα τοῦ πολέμου τραπέντες, ὡς ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀγωνιούμενοι.

LXXI. Ἐπὶ δὲ τοῖς Ἕλλησιν, ὀλίγου πάντες, ὅσοι περιιόντι τὴν ἐν κύκλῳ θάλασσαν ἐπὶ τὴν ἕω, Θρᾷκές τε καὶ Ἑλλησπόντιοι, καὶ Βιθυνοὶ, καὶ Φρύγες, καὶ Ἴωνες, Λυδοί τε καὶ Παμφύλιοι, καὶ Πισίδαι, καὶ Παφλαγόνες, καὶ Κιλικία, καὶ Συρία, καὶ Φοινίκη, καὶ τὸ Ἑβραίων γένος, καὶ Ἄραβες οἱ τούτων ἐχόμενοι, Κύπριοί τε καὶ Ῥόδιοι, καὶ Κρῆτες σφενδονῆται, καὶ ὅσοι ἄλλοι νησιῶται. Παρῆσαν δὲ καὶ βασιλεῖς

ut rei militaris peritus, aversabatur, et clam indignabatur de illis; neque omnino verbum ullum emisit, præ torpore metuque, velut non jam imperator amplius, sed imperata accipiens, et omnia præter animi sui sententiam facere coactus. Adeo virum præclarissimis rebus gestis eminentem, et ad eam diem felicissimum, tunc languor quidam et ægritudo animi occupaverat; sive illum male habebat, quod spernerentur ipsius quamvis utilissima consilia, et cogeretur aleam jacere de salute tot hominum, de suaque ad id tempus invicta gloria; sive mens, propinqui mali præsaga, terrebat amissurum uno momento tantam potentiam. Hoc unum apud amicos prolocutus, eam diem, uterlibet vinceret, populo Romano magnarum calamitatum initium, aciem struere cœpit. Quo verbo, per trepidationem elapso, patefactum viri consilium existimantes nonnulli, ne Pompeium quidem, putabant, si vicisset, temperaturum fuisse a tyrannide.

LXX. Fuerunt autem copiæ (ut, omissis aliis, parum inter se consentientibus, gravissimos ex Romanis potissimum scriptoribus sequar; qui Italici nominis milites, cum robur exercitus, diligenter percensent, auxiliorum neglectim mentionem facere soliti, tanquam peregrinorum, et exiguum ad summum rei momentum conferentium), Cæsari quidem ad viginti duo millia, et in his mille circiter equites: Pompeio vero plusquam duplum, et in his equitum ad millia septem. Atque ita quidem auctores fide dignissimi produnt, LXX Italorum millia conflixisse hoc prælio: alii pauciores LX millibus numerant: alii, exaggerantes multitudinem, millia CCCC [CXL?] fuisse contendunt. Ex his alii Pompeianorum numerum sesquialtera parte majorem fuisse aiunt: alii, Cæsarianos tertiam tantum partem complevisse. Tanta est de exacta veritate dissensio. Utcumque se res habuit, in his Italici generis militibus uterque totam collocabat fiduciam. Auxilia vero Cæsari aderant equites Galli, et alius transalpinorum Gallorum numerus; Græcique levis armaturæ, Dolopes, Arcananes, Ætoli. Pompeio vero præsto erat multitudo gentium Orientalium, pars equites, pars pedites: ex Græcia, Lacones cum suis regibus, et reliqui Peloponnesii, cumeisque Bœoti. Quin et Athenienses venerunt in hanc militiam; quamvis utraque pars per præconem edixerat, ne quis eos læderet, ut sacerdotes Legiferæ Cereris; attamen verterunt se ad tanti belli gloriam, quasi pugnaturi pro imperio Romani populi.

LXXI. Præter Græcos, aderant inter Pompeii auxilia, omnes ferme nationes quotquot versus Orientem per circuitum mare accolunt: Thraces, Hellespontii, Bithyni, Phryges, Iones, Lydi, Pamphylii, Pisidæ, Paphlagones, Cilices, Syri, Phœnices, Hebræi, et contigui his Arabes, Cyprii, Rhodii, Cretenses funditores, et insulani cæteri. Aderant et reges dynastæque cum suis auxiliis, Dejotarus

καὶ δυνάσται στρατὸν ἄγοντες· Δηϊόταρος μὲν, τετράρχης Γαλατῶν τῶν ἑῴων, Ἀριαράθης δὲ, Καππαδοκῶν βασιλεύς. Ἀρμενίους δὲ ἦγε τοὺς ἐντὸς Εὐφράτου στρατηγὸς Ταξίλης, καὶ Ἀρμενίους τοὺς ὑπὲρ Εὐφράτην Μεγαβάτης, ὕπαρχος Ἀρτάπα τοῦ βασιλέως. Ἄλλοι τε μικροὶ δυνάσται συνεπελαμβάνοντο τοῦ πόνου. Λέγονται δὲ καὶ ἀπ' Αἰγύπτου νῆες ἑξήκοντα αὐτῷ παραγενέσθαι παρὰ τῶν Αἰγύπτου βασιλέων, Κλεοπάτρας τε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ παιδὸς ἔτι ὄντος. Ἀλλ' αἵδε μὲν οὐ συνεμάχησαν· οὐδὲ γὰρ τὸ ἄλλο ναυτικὸν, ἀλλ' ἐπὶ ἀργίας ἐν Κερκύρᾳ κατέμενε. Καὶ δοκεῖ Πομπήϊος τόδε μάλιστα ἀφρόνως ἐργάσασθαι, τῶν μὲν νεῶν καταφρονήσας· αἷς δὴ πολὺ προὔχων, ἐδύνατο πανταχοῦ τὴν ἐπακτὸν ἀγορὰν τοὺς πολεμίους ἀφαιρεῖσθαι· ἐν δὲ ἀγῶνι πεζῷ συνενεχθεὶς ἀνδράσιν ἐκ πόνου πολλοῦ μεγαλαύχοις τε καὶ θηριώδεσιν ἐς μάχας γενομένοις. Ἀλλ' αὐτὸν, αὐτοὺς φυλαξάμενον περὶ Δυῤῥάχιον, θεοβλάβεια δοκεῖ παραγαγεῖν, ἐν καιρῷ μάλιστα δὴ πάντων ἥδε τῷ Καίσαρι γενομένη. Διὰ γὰρ αὐτὴν ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Πομπηΐου κουφόνως μάλα ἐπήρθη, καὶ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν κατεκράτησαν, καὶ ἐς τὸ ἔργον ἀπειροπολέμως ἐτράποντο. Ἀλλὰ τάδε μὲν ᾠκονόμει θεὸς ἐς ἀρχὴν τῆσδε τῆς νῦν ἐπεχούσης τὰ πάντα ἡγεμονίας.

LXXII. Τότε δ' αὐτῶν τὴν στρατιὰν ἑκάτερος συναγαγὼν, ἐπώτρυνε. Πομπήϊος μὲν, τοιάδε λέγων· « Ὑμεῖς, ὦ συστρατιῶται, στρατηγεῖτε τοῦ πόνου μᾶλλον, ἢ στρατεύεσθε. Αὐτοὶ γὰρ, ἐμοῦ τὰ Καίσαρος ἐκτρύχειν ἔτι βουλομένου, τὸν ἀγῶνα τόνδε προὐκαλέσασθε. Ὡς οὖν ἀγωνοθέται τῆς μάχης, χρήσασθε μὲν, ὡς ἐλάττοσι πολὺ πλείονες· καταφρονεῖτε δὲ ὡς ἡσσημένων νενικηκότες, καὶ γερόντων νέοι, καὶ πολλὰ κεκμηκότων ἀκμῆτες ἄνδρες· οἷς ὑπάρχει δύναμις τοσήδε καὶ παρασκευὴ, καὶ τὸ συνειδὸς αὐτὸ τῆς αἰτίας. Ὑπὲρ γὰρ ἐλευθερίας καὶ πατρίδος ἀγωνιζόμεθα, μετὰ νόμων καὶ δόξης ἀγαθῆς, καὶ τοσῶνδε ἀνδρῶν, τῶν μὲν ἀπὸ βουλῆς, τῶν δ' ἱππέων, πρὸς ἄνδρα ἕνα ληστεύοντα τὴν ἡγεμονίαν. Ἴτε οὖν, ὡς ἠξιοῦτε, μετ' ἀγαθῆς ἐλπίδος· ἐν ὄψει τιθέμενοι τήν τε φυγὴν αὐτῶν τὴν περὶ τὸ Δυῤῥάχιον γενομένην, καὶ ὅσα σημεῖα μιᾶς ἡμέρας κρατοῦντες αὐτῶν ἐλάβομεν. » Ὁ μὲν δὴ Πομπήϊος ὧδε ἔλεγεν.

LXXIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ τοῖς ἰδίοις τοιάδε· « Τὰ μὲν δυσχερέστερα ἤδη νενικήκαμεν, ὦ φίλοι· ἀντὶ γὰρ λιμοῦ καὶ ἀπορίας, ἀνδράσι μαχούμεθα. Ἥδε δ' ἡ ἡμέρα κρινεῖ πάντα. Μέμνησθέ μοι τῆς περὶ τὸ Δυῤῥάχιον ἐπαγγελίας, καὶ ὧν ἐφορῶντος ἐμοῦ συνώμνυσθε ἀλλήλοις, μὴ νικῶντες οὐδ' ἐπανήξειν. Οἵδε εἰσὶν, ὦ ἄνδρες, ἐφ' οὓς ἐξ Ἡρακλείων στηλῶν ἤλθομεν· οἵδε οἱ περιφυγόντες ἡμᾶς ἐξ Ἰταλίας· οἳ τοὺς δέκα ἔτεσιν ἀθλοῦντας ἡμᾶς, καὶ πολέμους τοσούσδε καὶ νίκας δυσαριθμήτους ἀνύσαντας, καὶ Ἰβήρων καὶ Κελτῶν καὶ Βρεττανῶν ἔθνη τετρακόσια περιποιήσαντας τῇ πατρίδι, διέλυον ἀγεράστους ἄνευ θριάμβου τε καὶ δωρεᾶς. Καὶ οὐδ' ἐς τὰ δίκαια αὐτοὺς ἐγὼ προκαλούμενος ἔπει-

tetrarcha Gallograecorum, et Ariarathes rex Cappadocum. Armenios ciseuphratenos ducebat Taxiles : transeuphratenses Megabates, legatus Artapæ regis. Alii quoque minores dynastæ adjutabant pro viribus. Fertur et ex Ægypto naves LX ei missas a regibus Cleopatra fratreque hujus, etiam tunc puero : verum hæ non interfuere prælio, sicut nec cætera classis, sed otiose stabant ad Corcyram. Videturque Pompeius parum prudenter fecisse, quod contemtis classibus, quibus tantum præpollebat, ut posset undique prohibere quominus commeatus adveherentur hosti, terrestri pugna decertavit cum viris ob exhaustos multos labores magnanimis et ferocibus ad prælia. Sed quum ad Dyrrachium ab eis cavisset, nunc infausto quodam fato hoc fecisse putandus est; quod quidem opportunissime tunc maxime Cæsari accidit. Nam, deo mentem Pompeianorum pervertente, factum est, ut temere admodum inflati et contra suum imperatorem pervicaces sint redditi, et imperite ad certamen ferrentur. Verum id dei consilium fuit, ut nasceretur potentissimum hoc, quod nunc omnia continet, imperium.

LXXII. Jam vero convocatis in concionem copiis, suos uterque ad pugnam hortatus est. Et Pompeius quidem verbis usus hujusmodi : « Vos, commilitones, ad hunc laborem acceditis imperantes magis, quam imperatoris mandata facientes. Vos enim ipsi, quum ego fame atterere Cæsarem maluerim, hoc certamen poposcistis. Itaque, ut ipsimet dispensatores et arbitri hujus prælii, sic rem gerite, tanquam plures cum paucioribus : sic contemnite hostem, ut par est contemni victos a victoribus, senes a juvenibus, fessos a recentibus, quibus et tanti apparatus tantæque vires adsunt, et quibus ipsa præterea bonæ causæ conscientia robur addidit. Nam pro libertate dimicamus et pro patria, et a nostris partibus stant leges et honesta fama, et tot viri senatorii equestrisque ordinis, contra unum ad dominatum grassantem per latrocinium. Ite igitur, quo ipsi voluistis, cum bona spe, memores fugæ eorum ad Dyrrhachium; cogitantesque, quot tunc signa uno die ab his capta retulerimus. » Talis Pompeii fuit oratio.

LXXIII. Cæsar apud suos hoc maxime modo concionatus est : « Difficilior pars laboris, amici, jam profligata est. Jam enim non cum fame inopiaque, sed cum hominibus pugnabimus. Hic autem ipse dies decernet omnia. Memineritis modo, quid ad Dyrrhachium sitis polliciti; quove pacto, me inspectante, conjuraveritis, non redituros vos nisi victores ex acie! Hi sunt, commilitones, contra quos ab Herculis columnis venimus : hi, qui nos non sustinentes profugerunt ex Italia : hi, qui nos, per decennium cum hoste conflictatos, post innumeras victorias, post quadringentas Hispanorum et Gallorum Britannorumque nationes patrio imperio adjectas, debitis honoribus et triumpho cæterisque præmiis privare voluerunt. Quos neque propositis æquissimis pacis conditionibus ad saniora consilia reducere, ne-

θον, οὐδὲ χάρισιν ἐξήνυον. Ἴστε, οὓς μεθῆκα καὶ ἀπαθεῖς, ἐλπίσας ἡμῖν τι παρ' αὐτῶν ἔσεσθαι δίκαιον. Τῶνδε οὖν μοι τήμερον ἀθρόων ἀνενέγκατε· καὶ τῆς ἐμῆς πρὸς ὑμᾶς, εἴ τι σύνιστέ μοι, κηδεμονίας ἢ πίστεως, ἢ δωρεῶν μεγαλοφροσύνης.

LXXIV. Ἔστι δὲ οὐ δυσχερὲς, νεοστρατεύτων καὶ ἀπειροπολέμων ἔτι πολυπόνους ἀγωνιστὰς περιγενέσθαι· ἄλλως τε, καὶ μειρακιωδῶς ἐς ἀταξίαν καὶ δυσπείθειαν τοῦ στρατηγοῦ τραπέντων. Ὃν ἐγὼ πυνθάνομαι δεδιότα καὶ ἄκοντα χωρεῖν ἐπὶ τὸ ἔργον, τύχῃ τε παρακμάζοντα ἤδη, καὶ νωθῆ καὶ βραδὺν ἐς ἅπαντα γεγενημένον, καὶ οὐδὲ στρατηγοῦντα ἔτι μᾶλλον ἢ στρατηγούμενον. Καὶ τάδε μοι περὶ μόνων ἐστὶ τῶν Ἰταλῶν. Ἐπεὶ τῶν γε συμμάχων μηδὲ φροντίζετε, μηδ' ἐν λόγῳ τίθεσθε, μηδὲ μάχεσθε ὅλως ἐκείνοις. Ἀνδράποδα ταῦτ' ἐστὶ Σύρια καὶ Φρύγια καὶ Λυδὰ, φεύγειν ἀεὶ καὶ δουλεύειν ἕτοιμα· οἷς, ἐγὼ σαφῶς οἶδα, καὶ ὑμεῖς δὲ αὐτίκα ὄψεσθε, οὐδὲ Πομπήϊον αὐτὸν τάξιν ἐγγυῶντα πολέμου. Ἔχεσθε οὖν μοι τῶν Ἰταλῶν μόνων, κἂν οἱ σύμμαχοι δίκην κυνῶν περιθέωσιν ὑμᾶς καὶ θορυβοποιῶσι. Τρεψάμενοι δ' αὐτοὺς, τῶνδε μὲν ὡς συγγενῶν φειδώμεθα, τοὺς δὲ συμμάχους ἐς τὴν τῶνδε κατάπληξιν ἐξεργάσασθε. Πρὸ δὲ πάντων, ὡς ἂν εἰδείην ὑμᾶς ἔγωγε ὧν συνετίθεσθε μεμνημένους τε, καὶ νίκην πάντως ἢ θάνατον αἱρουμένους, καθέλετέ μοι προϊόντες ἐπὶ τὴν μάχην τὰ τείχη τὰ σφέτερα αὐτῶν, καὶ τὴν τάφρον ἐγχώσατε· ἵνα μηδὲν ἔχωμεν, ἂν μὴ κρατῶμεν· ἴδωσι δ' ἡμᾶς ἀσταθμεύτους οἱ πολέμιοι, καὶ συνῶσιν ὅτι πρὸς ἀνάγκης ἐστὶν ἡμῖν ἐν τοῖς ἐκείνων σταθμεῦσαι. »

LXXV. Ὁ μὲν, τοσάδε εἰπὼν, φυλακὴν ὅμως τῶν σκηνῶν κατέπεμπε δισχιλίους τοὺς πάνυ γέροντας. Οἱ δ' ἐξιόντες τὸ τεῖχος ἤρειπον μετὰ σιωπῆς βαθυτάτης, καὶ ἐς τὴν τάφρον αὐτὸ ἐνεχώννυον. Ὁρῶν δ' ὁ Πομπήϊος, ἡγουμένων τινῶν ἐς φυγὴν αὐτοὺς συσκευάζεσθαι, συνίει τοῦ τολμήματος, καὶ ἔστενε καθ' αὑτὸν, ὅτι χωροῦσιν ἐς χεῖρας θηρίοις, λιμὸν ἔχοντες, ἄξιον θηρίων φάρμακον. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἦν ἀναδῦναι ἔτι, τῶν πραγμάτων ὄντων ἐπὶ ξυροῦ. Διὸ δὴ καὶ τετρακισχιλίους τῶν Ἰταλῶν φύλακας τοῦ στρατοπέδου καταλιπὼν, παρέτασσε τοὺς λοιποὺς, ἐς τὸ μεταξὺ Φαρσάλου τε πόλεως καὶ Ἐνιπέως ποταμοῦ, ἔνθα καὶ ὁ Καῖσαρ ἀντιδιεκόσμει· τοὺς μὲν Ἰταλοὺς ἑκάτερος αὐτῶν ἐς τρία διαιρῶν ἐπὶ μετώπου, μικρὸν ἀλλήλων διεστῶτας, καὶ τοὺς ἱππέας ἐπὶ τοῖς κέρασι τοῖς κατὰ μέρη τάσσων. Τοξόται δὲ πᾶσιν ἀναμεμίγατο καὶ σφενδονῆται. Καὶ τὸ μὲν Ἰταλικὸν οὕτω κεκόσμητο, ᾧ δὴ καὶ μάλιστα αὐτῶν ἑκάτερος ἐθάρρει. Τὰ συμμαχικὰ δ' ἦγον ἐφ' ἑαυτῶν, ὡς ἐς ἐπίδειξιν. Πολύθρουν δὲ ἦν τὸ Πομπηΐου συμμαχικὸν καὶ πολύγλωσσον· καὶ αὐτῶν ὁ Πομπήϊος Μακεδόνας μὲν καὶ Πελοποννησίους καὶ Βοιωτοὺς καὶ Ἀθηναίους, ἀποδεξάμενος τῆς εὐταξίας καὶ σιωπῆς, παρεστήσατο τῇ φάλαγγι τῇ Ἰταλικῇ· τοὺς δὲ ἄλλους φυλὰς (ὅπερ ὁ Καῖσαρ εἴκαζεν) ἔξω τάξεως ἐκέλευσε κατὰ ἐφεδρεύοντας, ὅταν ἐν χερσὶν ὁ ἀγὼν γένηται, κυκλοῦ-

que beneficiis potui expugnare. Nostis enim ipsi, quos dimiserim etiam incolumes; sperans, me ab eis æquum aliquid impetraturum. Hæc omnia vobis hodie cumulate in memoriam revocate; tum si quam a me experti estis erga vos fidem ac benevolentiam, si quam liberalitatem ac munificentiam!

LXXIV. « Neque vero difficile est, a veteranis exercitatisque viris vinci tirones et imperitos artium militarium; qui præsertim pueriliter tumultuando voluntatem imperatoris sui spernunt. Quem ego intelligo timentem et invitum prodire in aciem, fortuna ejus jam senescente, ipsum quoque segnem ac tardum redditum; nec tam imperantem, quam parentem alienis imperiis. Et hoc quidem de solis loquor Italis. Nam de auxiliaribus ne cogitare quidem vos velim, nec ullo hos in numero ponere, nec in eos omnino impetum facere. Mancipia hæc sunt Syra Lydaque et Phrygia, ad fugam tantum et servitutem nata : quibus, sat scio, moxque ipsi videbitis, ne Pompeius quidem locum ullum assignabit in acie. Vos mihi solos urgete Italos, quamvis auxiliares more canum discursando perturbare vos voluerint. Sed illos postquam in fugam conjecerimus, tum vero a cæde, ut cognatorum, abstineamus; in hos vero sæviamus ad terrorem incutiendum cæteris. Ante omnia vero, ut sciam, vos pollicitorum memores, aut mortem optare aut victoriam, exituri jam vallum vestrum convellite ipsi, fossasque complete aggere; ut nihil nobis reliquum sit, nisi vicerimus, et ut hostes, castris nos carere videntes, necessario suis nos usuros intelligant. »

LXXV. Hæc Cæsar locutus, tamen ad impedimentorum custodiam reliquit II M. seniorum maxime : reliqui, in aciem progressuri, vallum prosternebant magno silentio, et in fossam congerebant. Id ubi Pompeius animadvertit, putantibus nonnullis fugam eos parare, intellexit audaciam, et intra se ingemuit, quod pugnandum esset cum bestiis; quum præsto sibi habuissent famem, dignum adversus bestias remedium. Sed enim gradum jam non licebat referre, rebus (ut est in proverbio) adductis ad novaculam. Quapropter, relictis quatuor millibus legionariorum, qui castris essent præsidio, cæteros in aciem Pompeius deduxit, inter Pharsalum et Enipeum fluvium : ubi et ex adverso Cæsar suos instruxit. Uterque in fronte Romanas legiones collocavit, in tres partes divisas, modicis spatiis distantes; cornua alæ equitum protegebant; sagittarii funditoresque intermixti erant omnibus. Ita legionibus utrinque instructis, in quibus erat tota fiducia; auxilia seorsim, ad ostentationem magis quam ad usum, collocata sunt. Erant autem Pompeio confusa ex linguis dissonis auxilia : e quibus ille secretos Macedonas, Peloponnesios, Bœotos, Atheniensesque, ut melius assuetos servandis per silentium ordinibus, collocavit prope phalangem Italicam; cæteros, quod et Cæsar conjectura præceperat, extra aciem jussit, ut hostem in quem-

σθαι τοὺς πολεμίους, καὶ διώκειν, ὅσα δύναιντο βλάπτοντας, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτὸ Καίσαρος, ἀχαράκωτον ὄν, διαρπάζειν.

LXXVI. Ἡγοῦντο δὲ τῆς φάλαγγος, Πομπηΐῳ μὲν, ὁ κηδεστὴς Σκιπίων ἐν μέσῳ, καὶ ἐπὶ τοῦ λαιοῦ Δομίτιος, ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ Λέντλος· Ἀφράνιος δὲ καὶ Πομπήϊος τὸ στρατόπεδον ἐφύλαττον. Καίσαρι δ' ἐστρατήγουν μὲν Σύλλας καὶ Ἀντώνιος καὶ Δομίτιος· αὐτὸς δ' ἐπικαίρως συνετάσσετο τῷ δεκάτῳ τέλει, καθάπερ ἦν ἔθος αὐτῷ. Καὶ τοῦτ' ἰδόντες οἱ πολέμιοι, μετήγαγον ἐπ' αὐτὸ τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων, ἵνα πλέονες ὄντες, εἰ δυνηθεῖεν, κυκλώσαιντο. Συνεὶς δὲ ὁ Καῖσαρ, τρισχιλίους εὐτολμοτάτους πεζοὺς ἐνήδρευσεν, οἷς ἐκέλευσεν, ὅταν αἴσθωνται τοὺς πολεμίους περιθέοντας, ἀναπηδᾶν, καὶ τὰ δόρατα ἐσπηδῶντας ἀνίσχειν ὀρθὰ ἐς τὰ πρόσωπα τῶν ἀνδρῶν· οὐ γὰρ οἴσειν ἀπείρους καὶ νέους, ὡραϊζομένους ἔτι, τὸν ἐς τὰ πρόσωπα κίνδυνον. Οἱ μὲν δὴ τοιάδε κατ' ἀλλήλων ἐμηχανῶντο, καὶ περιῄεσαν ἑκάστους, καθιστάμενοί τά τε ἐπείγοντα, καὶ ἐς εὐτολμίαν παρακαλοῦντες, καὶ τὰ συνθήματα ἀναδιδόντες, ὁ μὲν Καῖσαρ, Ἀφροδίτην νικηφόρον· ὁ δὲ Πομπήϊος, Ἡρακλέα ἀνίκητον.

LXXVII. Ὡς δὲ σφίσιν ἕτοιμα πάντα ἦν, ἐπὶ πολὺ καὶ ὣς ἀνέμενον ἐν βαθείᾳ σιωπῇ· μέλλοντες ἔτι, καὶ ὀκνοῦντες, καὶ ἐς ἀλλήλους ἀποβλέποντες, ὁπότερος ἄρξει τῆς μάχης. Τό τε γὰρ πλῆθος ᾤκτειρον (οὐδενός πω τοσοῦδε Ἰταλοῦ στρατοῦ ἐς ἕνα κίνδυνον συνελθόντος), καὶ τὴν ἀρετὴν (ἐκκρίτων ὄντων ἑκατέρων) ἠλέουν, καὶ μάλιστα ὅτε ἴδοιεν Ἰταλοὺς Ἰταλοῖς συμφερομένους. Ἐγγύς τε τοῦ κακοῦ γιγνομένου αὐτοῖς, ἡ μὲν ἐκκαίουσα καὶ τυφλοῦσα πάντας φιλοτιμία ἐσβέννυτο, καὶ μετέβαλλεν ἐς δέος· ὁ δὲ λογισμὸς ἐκαθαιρευε δοξοκοπίας, καὶ τὸν κίνδυνον ἐμέτρει, καὶ τὴν αἰτίαν· ὅτι περὶ πρωτείων δύο ἄνδρε ἐρίζοντε ἀλλήλοιν, αὐτώ τε κινδυνεύετον ἀμφὶ τῇ σωτηρίᾳ, μηδ' ἐσχάτω πάντων ἡσσηθέντε ἔτι εἶναι, καὶ τοσόνδε πλῆθος ἀνδρῶν ἀγαθῶν δι' αὐτούς. Ἐσῄει δὲ σφᾶς, ὅτι φίλοι καὶ κηδεσταὶ τέως ὄντες, καὶ πολλὰ συμπράξαντες ἀλλήλοις ἐς ἀξίωμα καὶ δύναμιν, ξίφη νῦν φέρουσι κατ' ἀλλήλων, καὶ τοὺς ὑποστρατευομένους ἐς ὁμοίας ἀθεμιστίας ἄγουσιν ὁμοεθνεῖς τε ὄντας ἀλλήλοις, καὶ πολίτας καὶ φυλέτας καὶ συγγενεῖς, ἐνίους δὲ καὶ ἀδελφούς. Οὐδὲ γὰρ ταῦτα ἐνέλειπεν ἐκείνῃ τῇ μάχῃ· ἀλλ', ὡς ἐν τοσαῖσδε μυριάσιν ἐξ ἑνὸς ἔθνους ἐπ' ἀλλήλας ἰούσαις, πολλὰ τὰ παράδοξα συνέπιπτεν· ὧν ἐνθυμούμενος ἑκάτερος, μετανοίας τε οὐ δυνατῆς ἔτι ἐν τῷ παρόντι ἐνεπίμπλατο, καὶ, ὡς ἐσόμενος ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐπὶ γῆς ἢ πρῶτος ἢ τελευταῖος, ὤκνει τοσῆσδε ἀμφιβολίας ἄρξαι. Καί φασιν αὐτῶν ἑκάτερον καὶ δακρῦσαι.

LXXVIII. Μέλλουσι δ' ἔτι, καὶ ἐς ἀλλήλους ἀποβλέπουσιν, ἡ ἡμέρα προὔκοπτε. Καὶ τὸ μὲν Ἰταλικὸν ἅπαν εὐσταθῶς ἐφ' ἡσυχίας ἀκριβοῦς ἀνέμενε· τὸ δὲ συμμαχικὸν ὁ Πομπήϊος αὐτοῦ ταρασσόμενον ὁρῶν

que separatim subsidere; ut commisso prælio circumvenirent hostem, profligarentque pro viribus; et castra Cæsariana vallo jam nudata diriperent.

LXXVI. Cæterum aciem Pompeii mediam curabat socer Scipio, lævum cornu L. Domitius, dextrum Lentulus : Afranius cum Pompeio substitit in castrorum præsidio. Apud Cæsarianos præerant Sylla, Antonius, Cn. Domitius, ipse Cæsar opportuno loco in decima legione ex more constitit. Quo animadverso, hostes traduxerunt contra eum fortissimos equitum, ut numero superiores illum circumvenirent. Cæsar contra, re intellecta, tria millia peditum audacissimorum collocavit in subsidiis, jussos, ut, quamprimum sentirent hostem circumvectum accurrere, cooriri entur, et infestis hastis facies maxime hostium peterent : non enim subituros juvenes imperitos, et forma sibi placentes, ejus deformationis periculum. Atque ita utrique artibus utebantur adversus alteros. Jamque duces ordines obibant, quidquid opus esset porro providentes, suosque ad rem fortiter gerendam cohortantes, et tesseram dantes, Cæsarianis, Venerem victricem, Pompeianis, invictum Herculem.

LXXVII. Instructos utrinque diu silentium altum tenuit, cunctabundos, et exspectantes ut ab adversa parte fieret pugnæ initium. Miserebat enim, tantas copias Italici nominis, quantas nunquam antea, præsertim utrinque lectissimas, semel subire aleam ancipitem, et Romanos quidem cum Romanis conflictari. Et quo propius aberat periculum, eo magis remittente se ambitione, qua hactenus incensi cæcatique fuerant, et in vicem ejus redeunte timore; ratio, remoto jam insano appetitu gloriæ, reputabat et magnitudinem periculi et ipsam causam belli : « duos viros, de principatu inter se contendentes, non solum ipsos salutis quoque propriæ adire periculum, ut is, qui victus esset, ne extremo quidem loco posset manere; sed et, propter eosdem, tantam egregiorum virorum multitudinem in commune periculum pertrahi. » In mentem veniebat et illud : « nuper amicos et affines, multis mutuis beneficiis in tuenda dignitate amplificandaque potentia adjutos, nunc gladios in se invicem stringere; et utrumque milites suos, tanta necessitudine inter se conjunctos, cives, tribules, consanguineos, atque adeo fratres quoque nonnullos, ad eosdem nefarios conatus adducere. » Nam ne hoc quidem deerat, ut fratres contra fratres in diversis aciebus starent : et, ut inter tot millia ex eadem gente infestis signis concurrentia, multa inaudita accidebant. Talia cogitantem utrumque imperatorem subibat sera nunc pœnitentia : et, quod ille dies aut primum aut extremum omnium mortalium redditurus esset, pigebat negotium tam dubium aggredi priorem. Fertur que illacrymasse utrumque.

XLXVIII. Inter has moras, dum observant alteri alteros, die procedente, legiones quidem universæ constanter suo loco quiescebant : sed auxilia sua quum videret Pompeius parum servare ordines, moræ tædio, veritus, ne illa exem-

ὑπὸ τῆς μελλήσεως, καὶ δείσας μὴ πρὸ τοῦ ἀγῶνος ἀταξίας κατάρξειεν, ὑπεσήμαινε πρῶτος, καὶ ἀντήχησε Καῖσαρ. Αὐτίκα δ' αἵ τε σάλπιγγες αὐτοὺς ἐξώτρυνον ὀρθίοις κλαγγαῖς, ὡς ἐν τοσῷδε πλήθει πολλαὶ κατὰ μέρη· καὶ οἱ κήρυκες καὶ οἱ ἐπιστάται περιθέοντες ἤπειγον. Οἱ δὲ σοβαρῶς ἀλλήλοις ἐπῄεσαν, μετά τε θάμβους καὶ σιωπῆς βαθυτάτης, ὡς πολλῶν ἀγώνων τοιῶνδε ἐμπειροπόλεμοι. Πλησιάζουσι δ' αὐτοῖς ἤδη, τόξα καὶ λίθοι πρῶτον ἦν, καὶ τῶν ἱππέων βραχὺ τὰ πεζὰ προλαβόντων πεῖραί τε καὶ ἐπελάσεις ἐπ' ἀλλήλους. Καὶ προὔχοντες οἱ τοῦ Πομπηίου, τὸ δέκατον τέλος ἐκυκλοῦντο. Καίσαρος δὲ τὸ σημεῖον τοῖς ἐφεδρεύουσιν ἄραντος, οἱ μὲν, ἐξαναστάντες, ἐς τοὺς ἵππους ἐχώρουν, ὀρθοῖς ἄνω τοῖς δόρασιν ἐς τὰ πρόσωπα τύπτοντες τοὺς ἐπικαθημένους. Οἱ δ', οὐκ ἐνεγκόντες αὐτῶν οὔτε τὴν ἀπόνοιαν, οὔτε τὰς ἐπὶ στόμα καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς πληγὰς, ἔφευγον ἀκόσμως. Καὶ τὸ ἐνταῦθα πεζὸν, εὐθὺς ἱππέων ἔρημον γενόμενον, ἐκυκλοῦντο οἱ τοῦ Καίσαρος ἱππεῖς, αὐτοὶ δείσαντες περικύκλωσιν.

LXXIX. Πομπήιος δὲ, πυθόμενος, ἐκέλευε τοῖς πεζοῖς, μήτ' ἐπεκθεῖν ἔτι, μήτ' ἐκτρέχειν ἐκ τῆς φάλαγγος, μηδ' ἀκοντίζειν, ἀλλ' ἐν προβολῇ διαστάντας ἀμύνεσθαι διὰ χειρὸς τοῖς δόρασι τοὺς ἐπιόντας. Καὶ τόδε τινὲς αὐτοῦ τὸ στρατήγημα ἐπαινοῦσιν, ὡς ἄριστον ἐν περικυκλώσει· ὁ δὲ Καῖσαρ ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς καταμέμφεται. Τάς τε γὰρ πληγὰς ὑπὸ τῆς βολῆς εὐτονωτέρας γίγνεσθαι, καὶ τοὺς ἄνδρας ὑπὸ τοῦ δρόμου προθυμοτέρους· ἑστῶτας δ' ἀποψύχεσθαί τε, καὶ τοῖς ἐπιθέουσιν εὐβλήτους δι' ἀτρεμίαν, οἷα σκοποὺς, εἶναι. Ὃ καὶ τότε γενέσθαι. Τὸ γὰρ δέκατον τέλος σὺν αὐτῷ περιδραμεῖν τὰ λαιὰ τοῦ Πομπηίου, ἔρημα ἱππέων γενόμενα, καὶ πανταχόθεν ἀτρεμοῦντας ἐς τὰ πλευρὰ ἐσακοντίζειν· μέχρι θορυβουμένοις ἐμπεσόντας βίᾳ τρέψασθαι, καὶ τῆς νίκης κατάρξαι. Κατὰ δὲ τὸ ἄλλο πλῆθος ἦν ἔτι τραυμάτων καὶ φόνων ἔργα πολλὰ καὶ ποικίλα· βοὴ δὲ οὐδεμία ἐκ τοσῆσδε φάλαγγος τοιάδε δρώσης, οὐδ' οἰμωγαὶ τῶν ἀναιρουμένων ἢ πλησσομένων· ἀλλὰ βρυχήματα μόνα καὶ στόνοι, πιπτόντων, ἔνθα συνετάχθησαν, εὐσχημόνως. Οἱ σύμμαχοι δὲ, καθάπερ ἀγῶνα πολέμου θεώμενοι, κατεπλήσσοντο τὴν εὐταξίαν, καὶ οὔτε ἐς τὰς σκηνὰς τοῦ Καίσαρος ἐτόλμων, ὑπὸ θαύματος, ὀλίγων αὐτὰς καὶ πρεσβυτέρων ἀνδρῶν φυλασσόντων, περιδραμεῖν, οὔτε τι ἄλλο ἢ ἑστῶτες ἐθάμβουν.

LXXX. Ὡς δὲ ἐνέδωκε τὸ λαιὸν τοῦ Πομπηίου, αὐτοὶ μὲν καὶ τότε βάδην ὑπεχώρουν ἅμα καὶ συνεπλέκοντο· οἱ δὲ σύμμαχοι προτροπάδην ἔφευγον ἄπρακτοι, βοῶντες, Ἡσσήμεθα· καὶ τὰς σκηνὰς σφῶν αὐτοὶ καὶ τὰ χαρακώματα ὡς ἀλλότρια προλαβόντες, διέσπων καὶ διήρπαζον ἐς τὴν φυγὴν ὅ τι δύναιντο ἐπάγεσθαι. Ἤδη δὲ καὶ τὸ ἄλλο τῶν Ἰταλῶν ὁπλιτικὸν τῆς ἐπὶ τάδε ἥσσης αἰσθανόμενον, ὑπεχώρει κατὰ πόδα, πρῶτον ἐν κόσμῳ, καὶ ἔτι ἐκ τῶν δυνατῶν ἀμυνόμενοι· ἐπικειμένων δ' αὐτοῖς, ὡς ἐν εὐπραξίᾳ, τῶν πολεμίων,

plo suo ante initium pugnæ turbarent cæterorum ordines, jussit prior signa canere : et idem ex adverso fecit Cæsar. Jamque concinentes magno sonitu tubæ, quæ ut in tantis exercitibus plurimæ aderant, acuebant militum animos ; et discursantes caduceatores et præfecti eos cohortabantur. Et illi magno animo adversus se invicem progrediebantur, nec minori silentio, ut sæpe versati in hujusmodi certaminibus. Ut vero intra teli jactum ventum est, orto a ferentariis prælio, procurrerunt etiam equites paullulum, factoque utrinque virtutis periculo, Pompeiani, numero potiores, circumvenire legionem decimam cœperunt. Tum vero Cæsar signum dat subsidiariis : et illi coorti, infestis hastis facies equitum fodiunt ; qui, ferociam desperatorum ictusque in ora oculosque directos minime ferentes, turbatis ordinibus in fugam se proripiunt. Moxque nudatas eo latere hostium legiones Cæsariani equites circumiere, qui prius, ne ipsi circumvenirentur, timuerant.

LXXIX. Quo cognito, Pompeius jussit pedites cursum sistere, nec amplius in adversam aciem incurrere, nec tela conjicere ; sed laxatis ordinibus stantes impetum irruentium hostium excipere. Quod quidem stratagema Pompeii laudant nonnulli, ut in circumventione commodissimum, sed Cæsar in suis Epistolis improbat : jactu enim, inquit, ictus fieri vehementiores, et cursu viris augeri animum, contra languescere stantibus : quos et facilius attingunt emissa tela, quum metarum instar sint immobiles. Idque ipsum, ait, tunc usu venisse. Namque decimam legionem secum sinistrum Pompeianum cornu ab equitibus desertum circumivisse, illudque in vestigio hærens telis a latere missis obruisse ; denique hostes ea ratione turbatos, impressione fortiter facta, in fugam vertisse, adeoque victoriæ fecisse initium. Cæteris aciei partibus edebantur variæ vulnerum ac cædis species : clamor autem nullus audiebatur in tot legionum tam acri conflictu, ne sauciorum quidem aut occumbentium, sed fremitus tantum et gemitus eorum, qui quo quisque loco constiterat honeste cadebant. Auxiliares interim, veluti spectatores ludorum speciem pugnæ referentium, mirabantur tam accurate servatos ordines; et præ stupore ne tentoria quidem Cæsariana, a paucis custodita senioribus, invadere ausi, stabant tantum attonitis similes.

LXXX. Ut vero sinistrum Pompeianorum cornu inclinare cœpit; legiones ipsæ sensim primum referebant pedem, ita ut nihilo secius pugnare simul pergerent; sed auxiliares, nullo vulnere accepto, victos se esse conclamantes, effusa fuga castra sua petebant; et convulsis direptisque hostiliter propriis tabernaculis, quidquid quisque poterat in fugam secum abstulerunt. Jamque cæteræ quoque legiones, ut cladem ab hac parte acceptam sensere, pedem referebant, primo servatis ordinibus, et repugnantes pro viribus : verum, hoste, ut in rebus prosperis acrius instante, tandem

ἐστράφησαν ἐς φυγήν. Καὶ ὁ Καῖσαρ εὐμηχάνως δὴ τότε μάλιστα, ἵνα μὴ συνέλθοιεν αὖθις, μηδὲ τὸ ἔργον γένοιτο μάχης μιᾶς, ἀλλὰ παντὸς τοῦ πολέμου, κήρυκας ἐς τὰς τάξεις πανταχοῦ περιέπεμπεν, οἳ τοῖς νικῶσιν ἐκέλευον ἀφαυστεῖν τῶν ὁμοεθνῶν, ἐπὶ δὲ τοὺς συμμάχους μόνους χωρεῖν. Καὶ τοῖς ἡσσωμένοις προσεπέλαζον, παραινοῦντες ἀδεῶς ἑστάναι. Ἀνήρ τε παρ' ἀνδρὸς ἐκμανθάνων τὸ κήρυγμα, εἱστήκει· καὶ σύμβολον ἤδη τοῦτο τῶν Πομπηίου στρατιωτῶν ἦν, τὸ ἀδεῶς ἑστάναι· τὰ ἄλλα, ὡς Ἰταλῶν, ὁμοιοτρόπως ἐσκευασμένων τε καὶ φωνὴν ὁμοίαν ἀφιέντων. Διεκθέοντες δ' αὐτοὺς οἱ τοῦ Καίσαρος, τοὺς συμμάχους οὐ δυναμένους ἀντέχειν ἀνῄρουν· καὶ ὁ πλεῖστος ἐνταῦθα ἐγίγνετο φόνος.

LXXXI. Πομπήϊος δ' ἐπειδὴ τὴν τροπὴν εἶδεν, ἔκφρων αὑτοῦ γενόμενος, ἀπῄει βάδην ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ παρελθὼν ἐς τὴν σκηνὴν, ἐκαθέζετο ἄναυδος· οἷόν τι καὶ τὸν Τελαμῶνος Αἴαντά φασιν ἐν Ἰλίῳ παθεῖν, ἐν μέσοις πολεμίοις, ὑπὸ θεοβλαβείας. Τῶν δ' ἄλλων ὀλίγοι πάνυ ἐσῄεσαν ἐς τὸ στρατόπεδον. Τὸ γὰρ κήρυγμα τοῦ Καίσαρος ἑστάναι τε ἀκινδύνως ἐποίει, καὶ παραδραμόντων τῶν πολεμίων, διεσκίδνη κατὰ μέρος. Λῃγούσης δὲ τῆς ἡμέρας, ὁ Καῖσαρ τὸν στρατὸν ἀσχέτως που περιθέων, ἱκέτευε προσπονῆσαι, μέχρι καὶ τὸν χάρακα τοῦ Πομπηίου λάβοιεν· ἐκδιδάσκων, ὅτι, εἰ συσταῖεν αὖθις οἱ πολέμιοι, μίαν ἡμέραν ἔσονται νενικηκότες· εἰ δὲ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν ἕλοιεν, τὸν πόλεμον ἑνὶ τῷδε ἔργῳ κατωρθωκότες ἂν εἶεν. Τάς τε οὖν χεῖρας αὐτοῖς ὤρεγε, καὶ πρῶτος ἐξῆρχε δρόμου. Τοῖς δὲ τὰ μὲν σώματα ἔκαμνε, τὴν δὲ ψυχὴν ὅ τε λογισμὸς καὶ ὁ αὐτοκράτωρ συντρέχων ἐκούφιζεν. Ἠώρει δὲ καὶ ἡ τῶν γεγονότων εὐπραξία καὶ ἐλπὶς, ὅτι καὶ τὸν χάρακα αἱρήσουσι καὶ πολλὰ τὰ ἐν αὐτῷ. Ἥκιστα δ' ἐν ἐλπίσιν ἢ εὐτυχίαις ἄνθρωποι καμάτων αἰσθάνονται. Οἱ μὲν δὴ καὶ τῷδε προσπεσόντες, ἐπεχείρουν σὺν πολλῇ πρὸς τοὺς ἀπομαχομένους καταφρονήσει. Ὁ δὲ Πομπήϊος μαθὼν, ἐξ ἀλλοκότου σιωπῆς τοσοῦτον ἀπέῤῥηξεν· Οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὸν χάρακα ἡμῶν; Καὶ εἰπὼν, τήν τε στολὴν ἐνήλλαξε, καὶ ἵππου ἐπιβὰς σὺν φίλοις τέσσαρσιν, οὐκ ἀνέσχε δρόμου, πρὶν ἀρχομένης ἡμέρας ἐν Λαρίσσῃ γενέσθαι. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς ἐπηπείλησε παρατάσσων, ἐν τῷ Πομπηίου χάρακι ἐστάθμευσε, καὶ αὐτός τε τὴν ἐκείνου βρώμην, καὶ ὁ στρατὸς ἅπας τὴν τῶν πολεμίων ἐδαίσαντο.

LXXXII. Ἀπέθανον δὲ ἑκατέρων, τῶν γε Ἰταλῶν (οὐ γὰρ δὴ τῶν γε συμμάχων οὐδ' ἐξαρίθμησις ἐγένετο, ὑπὸ πλήθους καὶ καταφρονήσεως) ἐκ μὲν τοῦ Καίσαρος στρατοῦ, τριάκοντα λοχαγοὶ, καὶ ὁπλῖται διακόσιοι, ἢ (ὡς ἑτέροις δοκεῖ) χίλιοι καὶ διακόσιοι· ἐκ δὲ τῶν Πομπηίου, βουλευταὶ μὲν δέκα, ὧν ἦν καὶ Λεύκιος Δομίτιος, ὁ αὐτῷ Καίσαρι πεμφθεὶς ἐπὶ τὴν Γαλατίαν διάδοχος· τῶν δὲ καλουμένων ἱππέων, ἀμφὶ τεσσαράκοντα τῶν ἐπιφανῶν· ἐκ δὲ τῆς ἄλλης στρατιᾶς, οἱ μὲν ἐπαίροντές φασι δισμυρίους ἐπὶ πεντακισχιλίοις· Ἀσί-

in fugam versæ sunt. Tum Cæsar, consilio prudentissimo, ne rursum illi instaurarent ordines, utque non prælio tantum vinceret, sed bellum etiam conficeret, dimissis circumquaque præconibus, edixit, parcerent civibus, et in sola sævirent auxilia. Itaque victores victis accurrentes, jubebant stare securos: atque ita viritim propagata edicti notitia, hoc ipsum Pompeianis cœpit esse pro tessera, ut securi consisterent; quum alioquin, ut Romani, neque armis, neque reliquo cultu, neque lingua, a Cæsarianis differrent. Ita Cæsariani, præteritis civibus, in auxiliares versi, cædebant ad resistendum invalidos: et horum præcipue plurima strages est edita.

LXXXI. Pompeius, visa suorum fuga, mentis jam impos, in castra se gradatim recepit: ingressusque tentorium, sedebat tacitus; Ajacem Telamonium referens, cui medios inter hostes ad Trojam simile quiddam fertur accidisse, deo mentem ejus percellente. Reliquorum admodum pauci in castra sunt reversi: quod in acie securi stare jussi, et ab hostibus præteriti, passim dispergerentur. Sub vesperam Cæsar, effuse discurrens per exercitum, supplex orabat suos, ne gravarentur tantum porro laboris impendere, dum castra Pompeii cepissent: docens « si patiantur denuo coire hostiles copias, unius tantum diei fore victoriam; castris autem insuper expugnatis, nihil defore, quin, suprema operi manu imposita, uno hujus diei labore totum bellum confectum sit. » Itaque supplices quoque manus ad eos protendens, cœpit ipse cursu suis præire. Illis, quamvis fessa essent corpora, sublevabant animos ratio et imperatoris exemplum. Quo accedebat et præsens felicitas, spesque castra expugnandi, et multa inde spolia reportandi: nec est enim quidquam efficacius ad sublevandam hominum lassitudinem, quam spes et prosper successus. Ita igitur vallum quoque fortiter aggrediuntur Cæsariani, contemtis propugnatoribus. Quo intellecto, Pompeius tandem, post ominosum illud silentium in hanc vocem erupit, Ergo et ad castra nostra! et cum dicto mutata veste, conscendit equum; comitantibusque amicis quatuor profugiens, non prius cursum intermisit, quam sub lucem Larissam attingeret. Cæsar, quemadmodum aciem instruens minatus erat hostibus, intra Pompeii vallum diversatus est, paratosque illi cibos absumsit; similiterque reliquus exercitus epulis accubuit, quæ hostibus fuerant præparatæ.

LXXXII. Desiderati sunt utrinque, cum ex Romanis, tum ex Italicis sociis (auxiliorum enim ne numerus quidem initus est, præ multitudine contemtuque), Cæsariani centuriones triginta, legionarii ducenti, aut, ut alii referunt, mille ducenti: ex Pompeianis, senatores decem, et in his L. Domitius, qui successor ipsi Cæsari fuerat missus in Galliam: equites Romani nobiliores circiter quadraginta: e reliquo exercitu, qui plurimos tradunt, xxv millia numerant; sed Asinius Pollio, qui inter Cæsarianos duces ei

νιος δὲ Πολλίων, ὑπὸ Καίσαρι τῆς μάχης ἐκείνης στρατηγῶν, ἑξακισχιλίους ἀναγράφει νεκροὺς εὑρεθῆναι τῶν Πομπηίου. Τοῦτο τέλος ἦν τῆς ἀοιδίμου περὶ Φάρσαλον μάχης. Ἀριστεῖα δ' ὁ μὲν Καῖσαρ αὐτὸς καὶ πρῶτα καὶ δεύτερα ἐκ πάντων ἐφέρετο, ὁμολογούμενος ἀριστεῦσαι, καὶ σὺν αὐτῷ τὸ τέλος τὸ δέκατον· τὰ δὲ τρίτα Κράστινος λοχαγὸς, ὃν Καῖσαρ μὲν ἐξιὼν ἐπὶ τὴν μάχην ἤρετο, ὅ τι προσδοκῴη· ὁ δὲ λαμπρῶς ἀνεβόησε, Νικήσομεν, ὦ Καῖσαρ· κἀμὲ ἢ ζῶντα ἢ νεκρὸν ἀποδέξῃ. Ἡ στρατιὰ δ' ἐμαρτύρει, καθάπερ ἔνθουν ἐς ἑκάστην τάξιν διαθέοντα, πολλὰ καὶ λαμπρὰ δρᾶσαι. Ἐπεὶ δὲ ζητούμενος ἐν τοῖς νεκροῖς εὑρέθη, τὰ ἀριστεῖα ὁ Καῖσαρ αὐτῷ περιέθηκε καὶ συνέθαψε, καὶ τάφον ἐξαίρετον ἀνέστησεν ἐγγὺς τοῦ πολυανδρίου.

LXXXIII. Ὁ δὲ Πομπήϊος ἐκ Λαρίσσης ὁμοίῳ δρόμῳ μέχρι θαλάσσης ἐπειχθεὶς, σκάφους ἐπέβη σμικροῦ, καὶ νεὼς παραπλεούσης ἐπιτυχὼν, ἐς Μιτυλήνην διέπλευσεν· ὅθεν τὴν γυναῖκα Κορνηλίαν ἀναλαβὼν, καὶ τριηρῶν τεσσάρων ἐπιβὰς, αἳ αὐτῷ παρά τε Ῥοδίων καὶ Τυρίων ἀφίκοντο, Κερκύρας μὲν καὶ τότε καὶ Λιβύης ὑπερεῖδεν, ἔνθα αὐτῷ στρατὸς ἦν ἄλλος πολὺς, καὶ ναυτικὸν ἀκραιφνές. Ἐπὶ δὲ τὴν ἕω φερόμενος, ἐπὶ τὸν Παρθυαῖον, ὡς δι' ἐκείνου πάντα ἀναληψόμενος, τὸ ἐνθύμημα ἐπέκρυπτε, μέχρι περὶ τὴν Κιλικίαν μόλις ἐξέφερε τοῖς φίλοις. Οἱ δὲ αὐτὸν ἠξίουν φυλάσσεσθαι τὸν Παρθυαῖον, ἐπιβεβουλευμένον τε ἔναγχος ὑπὸ Κράσσου, καὶ θυμούμενον ἔτι τῇ Κράσσου συμφορᾷ· μηδ' ἐς ἀκρατεῖς βαρβάρους ἄγειν εὐπρεπῆ γυναῖκα Κορνηλίαν, Κράσσου μάλιστα γεγενημένην. Δεύτερα δ' αὐτοῦ προθέντος περί τε Αἰγύπτου καὶ Ἰόβα, Ἰόβα μὲν ὑπερεώρων, ὡς ἀδόξου· ἐς δὲ τὴν Αἴγυπτον αὐτῷ συνεφρόνουν, ἐγγύς τε οὖσαν, καὶ μεγάλην ἀρχὴν, ἔτι δὲ καὶ εὐδαίμονα, καὶ δυνατὴν ναυσὶ καὶ σίτῳ καὶ χρήμασι· τούς τε βασιλεύοντας αὐτῆς, εἰ καὶ παῖδές εἰσι, πατρικοὺς εἶναι τῷ Πομπηΐῳ φίλους. Ὁ μὲν δὴ διὰ τάδε ἐς τὴν Αἴγυπτον ἔπλει.

LXXXIV. Ἄρτι δ' ἐκπεσούσης ἀπ' Αἰγύπτου Κλεοπάτρας, ἣ τῷ ἀδελφῷ συνῆρχε, καὶ στρατὸν ἀμφὶ τὴν Συρίαν ἀγειρούσης, Πτολεμαῖος, ὁ τῆς Κλεοπάτρας ἀδελφὸς, ἀμφὶ τὸ Κάσσιον τῆς Αἰγύπτου ταῖς Κλεοπάτρας ἐσβολαῖς ἐφήδρευε· καί πως κατὰ δαίμονα ἐς τὸ Κάσσιον τὸ πνεῦμα τὸν Πομπήϊον κατέφερε. Θεασάμενος δὲ στρατὸν ἐπὶ τῆς γῆς πολὺν, ἔστησε τὸν πλοῦν, καὶ εἴκασεν ὅπερ ἦν, παρεῖναι τὸν βασιλέα. Πέμψας τε ἔφραζε περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῆς τοῦ πατρὸς φιλίας. Ὁ δὲ ἦν μὲν ἐπὶ τρισκαίδεκα ἔτη μάλιστα γεγονώς· ἐπετρόπευον δ' αὐτῷ, τὴν μὲν στρατιὰν Ἀχιλλᾶς, τὰ δὲ χρήματα Ποθεινὸς εὐνοῦχος· οἳ βουλὴν προυτίθεντο περὶ τοῦ Πομπηίου. Καὶ παρὼν ὁ Σάμιος Θεόδοτος ὁ ῥήτωρ, διδάσκαλος ὢν τοῦ παιδὸς, ἀθέμιστον εἰσηγεῖτο ἔργον, ἐνεδρεῦσαι καὶ κτεῖναι Πομπήϊον, ὡς χαριουμένους Καίσαρι. Κυρωθείσης δὲ τῆς γνώμης, σκάφος εὐτελὲς ἐπ' αὐτὸν ἐπέμπετο, ὡς τῆς θαλάσσης οὔσης

prælio præfuit « non plus sex milibus ex Pompeianis cecidisse » scribit in suis Commentariis. Hic fuit eventus pugnæ illius Pharsalicæ celeberrimæ. In ea laudem fortissime gestæ rei, primo, et secundo loco, Cæsar ipse retulit omnium consensu, et cum eo legio decima : tertio vero loco Crastinus centurio : qui, a Cæsare ad pugnam exeunte rogatus, qualem eventum exspectaret? clara voce responderat, « Vincemus, Cæsar! et mihi aut vivo aut mortuo habebis gratiam. » Hunc totus exercitus testabatur, tanquam furentem discurrisse per singulas acies, multaque egregia edidisse facinora. Cadaver ejus inter cætera inventum ornavit Cæsar donis militaribus; atque ita ornatum seorsim sepeliit, peculiari addito monumento, prope communem reliquorum tumulum.

LXXXIII. At Pompeius e Larissa, pari cursu delatus ad mare, conscendit naviculam, et fortuito nactus navem prætervehentem, trajecit Mitylenen : unde assumta uxore Cornelia, rebusque suis in quatuor triremes impositis, quæ a Rhodo et Tyro ei advenerant, tunc quoque Corcyram neglexit et Africam, ubi alium habebat exercitum et classem validam; maluitque in Orientem ad Parthorum regem contendere, quasi ope illius recepturus omnia. Quod consilium celans, circa Ciliciam demum amicis aperuit : sed illi hortati sunt, caveret Parthum, nuper a Crasso lacessitum, et adhuc a recenti victoria tumidum; nec ad intemperantes barbaros duceret formosam mulierem, Corneliam, præsertim quæ Crassi uxor fuisset. Quumque is rursum ad consilium referret de Ægypto et Juba : hic quidem contemtus est, ut parum illustris; Ægyptum vero petere omnibus placuit, regionem propinquam, et late pollentem imperio, praeterea beatam potentemque navibus, frumento, pecuniis : cujus reges, quamvis pueri, paterna tamen amicitia cum Pompeio essent conjuncti. His itaque de causis in Ægyptum Pompeius navigavit.

LXXXIV. Cæterum quia Cleopatra, quæ cum fratre antea regnarat, tunc exul, exercitum parabat circa Syriam; Ptolemæus, ejus frater, circa montem Cassium intra Ægypti fines subsederat, observans illius adventum. Et forte fortuna accidit, ut ventus eo deferret Pompeium. Qui, conspecto in littore tanto exercitu, navigare desiit : conjectansque id quod erat, regem adesse, misit qui regi adventum suum nunciarent, et amicitiæ paternæ eumdem admonerent. Agebat is tum annum tertium decimum, curatores habens Achillam militiæ, pecuniarum Pothinum eunuchum, qui quum consultarent de Pompeio, adhibito et Theodoto Samio rhetore, quo tunc præceptore juvenis rex utebatur, auctor his fuit nefarii consilii, ut per insidias tolleretur Pompeius in Cæsaris gratiam. Quod ubi placuit, navicula exilis ad eum missa est, quasi id littus vadosum esset,

ἁλιτενοῦς, καὶ μεγάλαις ναυσὶν οὐκ εὐχεροῦς· ὑπηρέται τέ τινες τῶν βασιλικῶν ἐνέβαινον ἐς τὸ σκάφος· καὶ Σεμπρώνιος, ἀνὴρ Ῥωμαῖος, τότε μὲν τῷ βασιλεῖ, πάλαι δὲ αὐτῷ Πομπηΐῳ, στρατευσάμενος, δεξιὰν ἔφερε παρὰ τοῦ βασιλέως τῷ Πομπηΐῳ, καὶ ἐκέλευεν ὡς ἐς φίλον τὸν παῖδα διαπλεῦσαι. Ἅμα δὲ ταῦτ' ἐγίγνετο, καὶ ὁ στρατὸς, ὥσπερ ἐπὶ τιμῇ τοῦ Πομπηΐου, παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐξετάσσετο ἅπας· καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν μέσῳ τῇ φοινικίδι κατάδηλος ἦν περικειμένη.

LXXXV. Ὁ δὲ Πομπήϊος ὑπώπτευε μὲν ἅπαντα, καὶ τὴν παράταξιν τοῦ στρατοῦ, καὶ τὴν τοῦ σκάφους εὐτέλειαν, καὶ τὸ μὴ τὸν βασιλέα αὐτόν οἱ παραγενέσθαι, μηδὲ τῶν ἐπιφανῶν τινας πέμψαι. Τοσοῦτο δ' ἐκ τῶν Σοφοκλέους ἰαμβείων πρὸς ἑαυτὸν ἀνενεγκὼν,

Ὅστις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ·

ἐνέβαινεν ἐς τὸ σκάφος. Καὶ ἐν τῷ διάπλῳ σιωπώντων ἁπάντων, ἔτι μᾶλλον ὑπώπτευε· καὶ, τὸν Σεμπρώνιον εἴτε ἐπιγιγνώσκων Ῥωμαῖον ὄντα καὶ ἐστρατευμένον ἑαυτῷ, εἴτε τοπάζων ἐκ τοῦ μόνον ἑστάναι, κατὰ δὴ τὴν στρατιωτικὴν ἄρα διδασκαλίαν οὐ συνεδρεύοντα αὐτοκράτορι, ἐπιστραφεὶς ἐς αὐτὸν εἶπεν· Ἆρα σὲ γιγνώσκω, συστρατιῶτα; Καὶ ὃς αὐτίκα μὲν ἐπένευσεν, ἀποστραφέντα δ' εὐθὺς ἐπάταξε πρῶτος, εἶθ' ἕτεροι. Καὶ τὸ μὲν γύναιον τοῦ Πομπηΐου καὶ οἱ φίλοι, ταῦτα μακρόθεν ὁρῶντες, ἀνῴμωζόν τε, καὶ χεῖρας ἐς θεοὺς ἐκδίκους σπονδῶν ἀνίσχοντες, ἀπέπλεον τάχιστα, ὡς ἐκ πολεμίας.

LXXXVI. Πομπηΐου δὲ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμόντες οἱ περὶ Ποθεινὸν, ἐφύλασσον Καίσαρι, ὡς ἐπὶ μεγίσταις ἀμοιβαῖς. Ὁ δὲ αὐτοὺς ἠμύνατο ἀξίως τῆς ἀθεμιστίας. Τὸ δὲ λοιπὸν σῶμά τις ἔθαψεν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, καὶ τάφον ἤγειρεν εὐτελῆ· καὶ ἐπίγραμμα ἄλλος ἐπέγραψε·

Τῷ ναοῖς βρίθοντι πόση σπάνις ἔπλετο τύμβου.

Χρόνῳ δὲ τὸν τάφον τόνδε ἐπικρυφθέντα ὅλον ὑπὸ ψάμμου, καὶ εἰκόνας ὅσας ἀπὸ χαλκοῦ τῷ Πομπηΐῳ περὶ τὸ Κάσσιον ὕστερον οἱ προσήκοντες ἀνέθηκαν, λελωβημένα πάντα, καὶ ἐς τὸ ἄδυτον τοῦ ἱεροῦ κατενεχθέντα, ἐζήτησε καὶ εὗρεν ἐπ' ἐμοῦ Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐπιδημῶν, καὶ τὸν τάφον ἀνεκάθηρε, γνώριμον αὖθις εἶναι· καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ Πομπηΐου διωρθώσατο. Τόδε μὲν δὴ τοῦ βίου τέλος ἦν Πομπηΐῳ, τῷ μεγίστους πολέμους ἀνύσαντι, καὶ μέγιστα τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὠφελήσαντι, καὶ Μεγάλῳ διὰ ταῦτα ὀνομασθέντι· καὶ οὐχ ἡσσηθέντι ποτὲ πρότερον, ἀλλὰ ἀησσήτῳ καὶ εὐτυχεστάτῳ ἐξέτι νέου γενομένῳ· ἀπὸ γὰρ τριῶν καὶ εἴκοσιν ἐτῶν οὐ διέλιπεν, ἐς ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα, τῇ μὲν ἰσχύϊ μοναρχικῶς δυναστεύων, τῇ δὲ δόξῃ, διὰ τὸν Καίσαρος ζῆλον, δημοτικῶς νομιζόμενος ἄρχειν.

LXXXVII. Λεύκιος δὲ Σκιπίων, ὁ κηδεστὴς τοῦ Πομπηΐου, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν ἐπιφανῶν ἐκ τοῦ κατὰ

capax magnarum navium. In eam conscenderant ministri aliquot regii, simulque Sempronius (*vel* Septimius), civis Romanus, qui tunc regis miles, olim sub Pompeio meruerat : is dextram Pompeio regis nomine offerens, jussit eum navigare ad amicum pupillum. Interim exercitus, tanquam in hospitis honorem, secundum littus totus instruebatur in aciem, rege in mediis versante, conspicuo veste purpurea.

LXXXV. Pompeius, considerans instructam aciem, vilem ad se missam naviculam, non ipsum regem sibi obvium, non purpuratorum aliquem; suspecta quidem habuit omnia, attamen Sophocleos illos iambos sibi occinens,

Quisquis domum tyranni proficiscitur,
servus fit illi, sit licet ingenuus :

exscendit in naviculam. Dein cunctis inter navigandum silentibus, aucta est ejus suspicio : et, sive quod agnosceret Sempronium (vel, Septimium) Romanum et quondam suum militem; sive id conjectaret, quod solum stantem videret, scilicet ex militari disciplina non considentem cum imperatore; conversus ad eum « Annon te, inquit, novi, commilito? » Annuit ille; sed mox averso Pompeio primus vulnus inflixit; deinde cæteri. Quo procul conspecto, uxor Pompeii amicique, magno ejulatu deos fœderum vindices sublatis in cœlum manibus implorantes, quam poterant celerrime fugerunt hostilia littora.

LXXXVI. Pompeii caput, per ministros Pothini resectum, servatum est in adventum Cæsaris, exspectatione maximi præmii : sed ille nefarium scelus pro merito ultus est. Reliquum truncum in littore quidam sepeliit, exiguo excitato monumento; cui alius quispiam inscriptionem addidit, in hanc sententiam : Qui templis abundabat, quam exile huic contigit sepulcrum! Procedente vero ævo, monumentum illud Pompeii, quum arenis omnino fuisset obrutum, simulque effigies æneas, quæ Pompeio a suis prope Cassium montem olim erant dedicatæ, læsas vetustate, et in intimum templi sacrarium retrusas, inquisivit et invenit nostra æstate Adrianus Augustus, dum in ea regione versaretur; purgatumque a ruderibus monumentum denuo conspicuum reddidit, imaginesque ipsius Pompeii restituit. Ac tali quidem modo vita defunctus Pompeius est, post maxima bella gesta feliciter et auctum maximis accessionibus Romanum imperium, unde Magni cognomen obtinuerat; nunquam antea victus, sed perpetuis victoriis jam inde ab adolescentia felicissimus. Ex quo enim tertium et vicesimum ætatis annum attigerat, usque ad octavum supra quinquagesimum, nullo intermisso tempore cum imperio fuerat; ita quidem, ut potestate propemodum uteretur regia, sed tamen propter æmulum Cæsarem favere libertati reipublicæ videretur.

LXXXVII. Cæterum L. Scipio, socer Pompeii, reliquique quotquot illustres e Pharsalica pugna evaserant, pruden.

Φάρσαλον ἔργου διεπεφεύγεσαν, ἐπὶ Κερκύρας ἠπείγοντο πρὸς Κάτωνα, ἑτέρου στρατοῦ καὶ τριακοσίων τριηρῶν ἄρχειν ὑπολελειμμένον, εὐβουλότερον οἶδε τοῦ Πομπηΐου. Καὶ αὐτῶν οἱ περιφανέστατοι, νειμάμενοι τὸ ναυτικὸν, Κάσσιος μὲν ἐς τὸν Πόντον ἔπλει πρὸς Φαρνάκην, ὡς ἀναστήσων αὐτὸν ἐπὶ Καίσαρα· Σκιπίων δὲ καὶ Κάτων ἐς Λιβύην ἔπλεον, Οὐάρῳ τε πίσυνοι καὶ τῷ μετὰ Οὐάρου στρατῷ, καὶ Ἰόβα Νομάδων βασιλεῖ συμμαχοῦντι. Πομπήϊος δὲ ὁ τοῦ Πομπηΐου πρεσβύτερος υἱὸς, καὶ Λαβιηνὸς σὺν αὐτῷ, καὶ Σκάπλας, τὸ μέρος ἔχοντες, ἠπείγοντο ἐς Ἰβηρίαν, καὶ αὐτὴν ἀποστήσαντες ἀπὸ τοῦ Καίσαρος, στρατὸν ἄλλον ἐξ αὐτῶν Ἰβήρων τε καὶ Κελτιβήρων καὶ θεραπόντων συνέλεγον, ἔν τε παρασκευῇ μείζονι ἐγίγνοντο. Τηλικαῦται δυνάμεις τῆς Πομπηΐου παρασκευῆς ἦσαν ὑπόλοιποι, καὶ αὐτῶν ὑπὸ θεοβλαβείας ὑπεριδὼν ὁ Πομπήϊος ἔφυγε. Τῶν δ᾽ ἐν Λιβύῃ Κάτωνα σφῶν στρατηγεῖν αἱρουμένων, ὁ Κάτων οὐχ ὑπέστη, παρόντων ἀνδρῶν ὑπάτων, οἳ κατ᾽ ἀξίωσιν ἐπρέσβευον, αὐτοῦ μόνην ἀρχὴν ἄρξαντος ἐν Ῥώμῃ τὴν στρατηγίδα. Γίγνεται μὲν δὴ Λεύκιος Σκιπίων αὐτοκράτωρ, καὶ στρατὸς κἀνταῦθα πολὺς ἠθροίζετο καὶ ἐγυμνάζετο. Καὶ δύο αἵδε μάλιστα ἀξιόλογοι παρασκευαὶ, περὶ Λιβύην καὶ Ἰβηρίαν, ἐπὶ Καίσαρα συνεκροτοῦντο.

LXXXVIII. Αὐτὸς δ᾽ ἐπὶ τῇ νίκῃ δύο μὲν ἡμέρας ἐν Φαρσάλῳ διέτριψε, θύων, καὶ τὸν στρατὸν ἐκ τῆς μάχης ἀναλαμβάνων. Ἔνθα καὶ Θεσσαλοὺς ἐλευθέρους ἠφίει, συμμαχήσαντάς οἱ· καὶ Ἀθηναίοις αἰτήσασι συγγνώμην ἐπεδίδου, καὶ ἐπεῖπε· Ποσάκις ὑμᾶς ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἀπολλυμένους ἡ δόξα τῶν προγόνων περισώσει; Τῇ τρίτῃ δ᾽ ἐξήλαυνεν ἐπὶ τὴν ἕω κατὰ πύστιν τῆς Πομπηΐου φυγῆς· καὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἀπορίᾳ τριηρῶν, σκάφεσιν ἐπεραιοῦτο μικροῖς. Κάσσιος δὲ σὺν τῷ μέρει τῶν τριηρῶν ἐπιφαίνεται μεσοποροῦντι, πρὸς Φαρνάκην ἐπειγόμενος· καὶ δυνηθεὶς ἂν πολλαῖς τριήρεσι κατὰ σκαφῶν μικρῶν, ὑπὸ δέους τῆς Καίσαρος εὐτυχίας, περιπύστου δὴ καὶ ἐπιφόβου τότε οὔσης, ἐξεπλάγη· καὶ νομίσας οἱ τὸν Καίσαρα ἐπίτηδες ἐπιπλεῖν, τὰς χεῖρας ὤρεγεν ἐς αὐτὸν ἀπὸ τριηρῶν ἐς σκάφη, καὶ συγγνώμην ᾔτει, καὶ τὰς τριήρεις παρεδίδου. Τοσοῦτον ἴσχυεν ἡ δόξα τῆς Καίσαρος εὐπραγίας. Οὐ γὰρ ἔγωγε αἰτίαν ἑτέραν ὁρῶ, οὐδὲ ἔργον ἕτερον ἡγοῦμαι τύχης ἐν ἀπόρῳ καιρῷ γενέσθαι μᾶλλον, ἢ Κάσσιον τὸν πολεμικώτατον ἐπὶ τριηρῶν ἑβδομήκοντα ἀπαρασκεύῳ Καίσαρι συντυχόντα, μηδ᾽ ἐς χεῖρας ἐλθεῖν ὑποστῆναι. Ὁ δ᾽ οὕτως ἑαυτὸν αἰσχρῶς ὑπὸ φόβου μόνου παραπλέοντι παραδοὺς, ὕστερον ἐν Ῥώμῃ δυναστεύοντα ἤδη κατέκανεν· ᾧ καὶ αὐτῷ δῆλόν ἐστι, τὸν ἕτερον τῷ Κασσίῳ φόβον ὑπὸ τύχης ἐγγενέσθαι τὸν Καίσαρα ἐπαιρούσης.

LXXXIX. Διασωθεὶς δ᾽ οὕτω παραδόξως ὁ Καῖσαρ, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον περαιωθεὶς, Ἴωσι μὲν καὶ Αἰολεῦσι, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη τὴν μεγάλην Χερρόνησον οἰκοῦσι, καὶ καλοῦσιν αὐτὰ ἑνὶ ὀνόματι Ἀσίαν τὴν

tiori illi quidem consilio quam quo Pompeius erat usus, Corcyram ad Catonem contenderunt, qui cum aliis copiis et ccc triremibus ibi fuerat relictus. Jam vero classe divisa inter eminentissimos ex Pompeii amicis, Cassius in Pontum navigavit ad Pharnacem, excitaturus eum contra Cæsarem: Scipio Catoque Africam petierunt, freti Varo et ejus copiis, Jubæque Numidarum regis auxiliis. Pompeius vero, Pompeii major filius, et Labienus Scapulaque cum suis quisque partibus exercitus, properaverunt in Hispaniam; ubi, provincialibus ad suas partes adjunctis, alias copias ex Hispanis et Celtiberis et mancipiis collegere, majoresque in dies apparatus fecere. Tantæ vires Pompeianis reliquæ fuerant; quas Pompeius ipse, mentem diis adimentibus, fugiens neglexerat. In Africa militibus Catoni imperium ultro offerentibus, recusavit Cato, quoniam aderant legati consulares in exercitu, quum ipse nunquam dignitatem ampliorem prætura in Urbe gessisset. Itaque L. Scipio factus imperator, his quoque locis augebat et exercebat copias: duoque haudquaquam contemnendi exercitus contra Cæsarem parabantur, alter in Africa, alter in Hispania.

LXXXVIII. Cæsar, Pharsali biduo moratus ad celebrandam sacrificiis victoriam, reficiendumque fessum prælio militem, Thessalos, quorum auxiliis fuerat usus, libertate donavit; Atheniensibusque supplicibus dedit veniam, his verbis: Quoties tandem vos, vestra culpa pereuntes, servabit majorum vestrorum gloria? Tertio vero dies profectus est versus Orientem, quo Pompeium fugam intendisse didicerat. Eo in itinere Cæsari, ob triremium inopiam modicis navigiis Hellespontum trajicienti, in medio freto Cassius cum parte sua triremium ex improviso occurrit, ad Pharnacem properans. Qui, quum multis triremibus longe prævaleret naviculis hostium, horrenda Cæsaris et ubique celebrata felicitate attonitus, ratusque illum contra se navigare de industria; manus supplices e triremi versus naviculas tendens, oravit veniam, classemque ei tradidit. Tantum poterat Cæsarianæ felicitatis opinio. Nec enim aliam causam facti video: nec puto præsentiorem fortunam unquam expertum Cæsarem in rebus dubiis, quam quum Cassius, vir fortissimus, LXX triremibus in imparatum fortuito incidens, ne tentare quidem pugnam ausus est. Et tamen hic, qui turpi metu obtulit se dedidit trajicienti, postea in Urbe rerum jam potentem occidit. Quo et ipso magis apparet, terrorem illum non nisi a fortuna, quæ extollebat Cæsarem, Cassio tunc fuisse incussum.

LXXXIX. Ita præter exspectationem servatus Cæsar, trajecto Hellesponto, Iones et Æoles, ceterasque nationes, quæ magnam illam Peninsulam incolunt, quæ inferior Asia

κάτω, συνεγίγνωσκε, πρεσβευομένοις ἐς αὐτὸν καὶ παρακαλοῦσι. Πυθόμενος δὲ Πομπήϊον ἐπ' Αἰγύπτου φέρεσθαι, διέπλευσεν ἐς Ῥόδον. Καὶ οὐδ' ἐνταῦθα τὸν στρατὸν αὐτοῦ κατὰ μέρη προσιόντα περιμείνας, ἐς τὰς Κασσίου καὶ Ῥοδίων τριήρεις ἐνέβη σὺν τοῖς παροῦσιν. Οὐδενί τε ἐκφήνας ὅπῃ τὸν πλοῦν ποιήσεται, περὶ ἑσπέραν ἀνήγετο· ἐπαγγείλας τοῖς λοιποῖς κυβερνήταις, πρὸς τὸν λαμπτῆρα τῆς ἑαυτοῦ νεὼς, καὶ μεθ' ἡμέραν πρὸς τὸ σημεῖον εὐθύνειν· τῷ δ' αὐτοῦ κυβερνήτῃ, πολὺ τῆς γῆς ἀποσχὼν, προσέταξεν ἐς Ἀλεξάνδρειαν φέρεσθαι. Καὶ ὁ μὲν τρισὶν ἡμέραις πελάγιος ἀμφὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἦν. Ἐσδέχονται δ' αὐτὸν οἱ τοῦ βασιλέως ἐπιτροπεύοντες, ἔτι τοῦ βασιλέως ἀμφὶ τὸ Κάσσιον ὄντος. Καὶ πρῶτα μὲν ἀπραγμοσύνην τινὰ διὰ τὴν ὀλιγότητα τῶν συνόντων ὑπεκρίνετο· φιλοφρόνως τε τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐξεδέχετο· καὶ τὴν πόλιν περιιὼν τοῦ κάλλους ἐθαύμαζε, καὶ τῶν φιλοσόφων μετὰ τοῦ πλήθους ἑστὼς ἠκροᾶτο. Ὅθεν αὐτῷ χάρις τε καὶ δόξα ἀγαθὴ, ὡς ἀπράγμονι, παρὰ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν ἐφύετο.

XC. Ἐπεὶ δ' ὁ στρατὸς αὐτῷ κατέπλευσε, Ποθεινὸν μὲν καὶ Ἀχιλλᾶν ἐκόλασε θανάτῳ τῆς ἐς τὸν Πομπήϊον παρανομίας· Θεόδοτον δὲ διαδράντα Κάσσιος ὕστερον ἐκρέμασεν, εὑρὼν ἐς Ἀσίᾳ. Θορυβούντων δ' ἐπὶ τῷδε τῶν Ἀλεξανδρέων, καὶ τῆς στρατιᾶς τῆς βασιλικῆς ἐπ' αὐτὸν ἰούσης, ἀγῶνες αὐτῷ ποικίλοι περὶ τὸ βασίλειον ἐγένοντο, καὶ ἐν τοῖς παρ' αὐτὸ αἰγιαλοῖς. Ἔνθα καὶ φεύγων ἐς τὴν θάλασσαν ἐξήλατο, καὶ ἐς πολὺ ἐν τῷ βυθῷ διενήξατο. Καὶ τὴν χλαμύδα αὐτοῦ λαβόντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς περὶ τρόπαιον ἐκρέμασαν. Τελευταῖον δ' ἀνὰ τὸν Νεῖλον αὐτῷ γίγνεται πρὸς τὸν βασιλέα ἀγὼν, ᾧ δὴ καὶ μάλιστα ἐκράτει. Καὶ ἐς ταῦτα διετρίφθησαν αὐτῷ μῆνες ἐννέα, μέχρι Κλεοπάτραν ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ βασιλεύειν ἀπέφηνεν Αἰγύπτου. Καὶ τὸν Νεῖλον ἐπὶ τετρακοσίων νεῶν, τὴν χώραν θεώμενος, περιέπλει μετὰ τῆς Κλεοπάτρας, καὶ τἄλλα ἡδόμενος αὐτῇ. Ἀλλὰ τάδε μὲν ἕκαστα, ὅπως ἐγένετο, ἀκριβέστερον ἡ περὶ Αἰγύπτου συγγραφὴ διέξεισι. Τὴν δὲ κεφαλὴν τοῦ Πομπηΐου προσφερομένην οὐχ ὑπέστη, ἀλλὰ προσέταξε ταφῆναι, καί τι αὐτῇ τέμενος βραχὺ πρὸ τῆς πόλεως περιτεθὲν, Νεμέσεως τέμενος ἐκαλεῖτο· ὅπερ ἐπ' ἐμοῦ κατὰ Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Τραϊανὸν, ἐξολλύντα τὸ ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαίων γένος, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐς τὰς τοῦ πολέμου χρείας κατηρείφθη.

XCI. Τοσάδε μὲν δὴ Καῖσαρ ἐργασάμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, διὰ Συρίας ἐπὶ Φαρνάκην ἠπείγετο. Ὁ δὲ ἤδη μὲν εἴργαστο πολλὰ, καὶ περιεσπάκει τινὰ Ῥωμαίων χωρία, καὶ Δομιτίῳ Καίσαρος στρατηγῷ συνενεχθεὶς ἐς μάχην, ἐνενικήκει πάνυ λαμπρῶς· καὶ τῷδε μάλιστα ἐπαρθεὶς, Ἀμισὸν πόλιν ἐν τῷ Πόντῳ, ῥωμαΐζουσαν, ἐξηνδραποδίστο, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν τομίας ἐπεποίητο πάντας. Προσιόντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἐταράσσετο καὶ μετεγίγνωσκε, καὶ ἀπὸ σταδίων διακοσίων γενομένῳ πρέσβεις ἔπεμπεν ὑπὲρ εἰρήνης, στέ-

vocatur, per legatos veniam petentes, recepit in gratiam. Acceptoque nuncio, Pompeium petiisse Ægyptum, Rhodum trajecit: ac ne hic quidem exspectato exercitu dum in unum conveniret, conscensis Cassianis et Rhodiis triremibus, cum eis quas circa se habebat copiis, nemini aperiens quo cursum flexurus esset, sub vesperam solvit; jussis aliis gubernatoribus ignem prætorianæ sequi, et signum ejusdem interdiu: suo vero gubernatori, jam longe a terra semotus, mandavit, ut Alexandriam tenderet. Atque ita tertio die per altum Alexandriam Cæsar devectus est. Ibi receptus a procuratoribus regis, adhuc hærentis circa montem Cassium, primum quidem, dissimulans consilium propter infrequentiam suorum, dabat se otio, comiter excipiens obvios, urbemque visendi causa obambulans, admiransque ejus pulchritudinem, et scholas philosophorum una cum reliqua auditorum multitudine frequentans. Quæ res ei gratiam et bonam existimationem paravit apud Alexandrinum populum; quod nullo bellandi consilio advenisse videretur.

XC. Sed postquam exercitus advenit Cæsari, Pothinum Achillamque, ob scelus in Pompeium patratum, morte affecit: Theodotum vero, tunc elapsum, Cassius postea in crucem egit, inventum in Asia. Alexandrinis autem ob hanc rem tumultuantibus, et exercitu regio Cæsarem invadente, vario eventu certatum est aliquoties circa regiam et in proximis littoribus: ubi etiam, urgente hoste, in mare Cæsar prosiliit, et per longum spatium in profundo transnatavit; qua occasione Alexandrini, paludamento ejus potiti, tropæo illud affixerunt. Extrema pugna adversus ipsum regem in Nilo fuit, quæ maxime victoriam attulit Cæsari. Inter has contentiones novem mensibus absumtis, Cleopatram loco fratris reginam Ægypti Cæsar nominavit; cum eademque quadringentis navibus Nilo subvectus perlustravit regionem, alioqui delectatus feminæ consuetudine. Verum hæc singula in Rerum Ægyptiarum Historia accuratius a nobis relata sunt. Caput autem Pompeii oblatum aversatus Cæsar, sepeliri jussit in suburbio, sacellumque ibi dedicavit Nemeseos; quod nostra ætate, quum Trajanus Augustus Judæos exitiali bello persequeretur, ab his ob præsentem necessitatem est dirutum.

XCI. His rebus apud Alexandriam gestis, Cæsar per Syriam contra Pharnacem raptim duxit exercitum: qui jam haud inani conatu quædam Romanæ ditionis loca occuparat, et Domitium Cæsaris legatum collatis signis egregie vicerat: auctoque inde animo, Amisum, Ponticam urbem Romanarum partium, diripuerat, civibus sub hasta venditis, impuberibus ad unum exsectis omnibus. Sed adventante Cæsare territus Pharnaces, ac factorum pœnitens, legatos de pace misit a XXV passuum millibus, coronam ei ferentes

φανόν τε χρύσειον αὐτῷ φέροντας, καὶ ἐς γάμον, ὑπ' ἀνοίας, ἐγγυῶντας Καίσαρι τὴν Φαρνάκους θυγατέρα. Ὁ δ' αἰσθόμενος ὧν φέρουσι, προῆλθε μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ ἐς τὸ πρόσθεν ἐβάδιζε, λεσχηνεύων τοῖς πρέσβεσι· μέχρι προσπελάσας τῷ χάρακι τοῦ Φαρνάκους, καὶ τοσόνδε εἰπὼν, Οὐ γὰρ αὐτίκα δώσει δίκην ὁ πατροκτόνος; ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνεπήδησε, καὶ εὐθὺς ἐκ πρώτης βοῆς τρέπεταί τε τὸν Φαρνάκην, καὶ πολλοὺς ἔκτεινε, σὺν χιλίοις που μάλιστα ἱππεῦσιν ὢν, τοῖς πρώτοις αὐτῷ συνδραμοῦσιν. Ὅτε καί φασιν αὐτὸν εἰπεῖν· Ὦ μακάριε Πομπήϊε, τοιούτοις ἄρα, κατὰ Μιθριδάτην τὸν τοῦδε πατέρα, πολεμῶν ἀνδράσι, μέγας τε ἐνομίσθης καὶ Μέγας ἐπεκλήθης. Ἐς δὲ Ῥώμην περὶ τῆσδε τῆς μάχης ἐπέστελλεν· ΕΓΩ ΔΕ ΗΛΘΟΝ, ΕΙΔΟΝ, ΕΝΙΚΗΣΑ.

XCII. Μετὰ δὲ τοῦτο Φαρνάκης μὲν, ἀγαπῶν, ἐς τὴν ἀρχὴν Βοσπόρου, τὴν δεδομένην οἱ παρὰ Πομπηΐου, συνέφυγεν. Ὁ δὲ Καῖσαρ, οὐ σχολὴν ἄγων περὶ μικρὰ τρίβεσθαι, τοσῶνδε πολέμων αὐτὸν περιμενόντων, ἐς τὴν Ἀσίαν μετῆλθε, καὶ παροδεύων αὐτὴν ἐχρημάτιζε ταῖς πόλεσιν, ἐνοχλουμέναις ὑπὸ τῶν μισθουμένων τοὺς φόρους, ὥς μοι κατὰ τὴν Ἀσιανὴν συγγραφὴν δεδήλωται. Πυθόμενος δ', ἐν Ῥώμῃ στάσιν εἶναι, καὶ Ἀντώνιον τὸν ἵππαρχον αὐτοῦ τὴν ἀγορὰν στρατιᾷ φυλάσσειν, πάντα μεθεὶς, ἐς Ῥώμην ἠπείγετο. Ὡς δ' ἦλθεν, ἡ μὲν στάσις ἡ πολιτικὴ κατεπαύετο· ἑτέρα δ' ἐπ' αὐτὸν ἀνίστατο τοῦ στρατοῦ, ὡς οὔτε τὰ ἐπηγγελμένα σφίσιν ἐπὶ τῷ κατὰ Φάρσαλον ἔργῳ λαβόντες, οὔτε ἐννόμως ἔτι βραδύνοντες ἐν τῇ στρατείᾳ· ἀφεθῆναί τε πάντες ἐπὶ τὰ αὑτῶν ἠξίουν. Ὁ δ' ἐπηγγέλλετο μὲν αὐτοῖς ἀόριστά τινα ἐν Φαρσάλῳ, καὶ ἕτερα ἀόριστα, ὅταν ὁ ἐν Λιβύῃ πόλεμος ἐκτελεσθῇ· τότε δ' ἔπεμπεν, ἄλλας ὁρίζων ἑκάστῳ χιλίας δραχμάς. Οἱ δὲ αὐτὸν οὐχ ὑπισχνεῖσθαι μᾶλλον, ἢ αὐτίκα διδόναι πάντα, ἐκέλευον· καὶ περὶ τῶνδε Σαλούστιον Κρίσπον πεμφθέντα πρὸς αὐτοὺς ὀλίγου καὶ διέφθειραν, εἰ μὴ διέφυγε. Πυθόμενος δ' ὁ Καῖσαρ, τέλος μὲν ἄλλο στρατιωτῶν, οἳ τὴν πόλιν ἐξ Ἀντωνίου παρεφύλασσον, περιέστησε τῇ οἰκίᾳ καὶ ταῖς τῆς πόλεως ἐξόδοις, δείσας περὶ ἁρπαγῆς. Αὐτὸς δὲ, πάντων δεδιότων, καὶ παραινούντων αὐτῷ τὴν ὁρμὴν τοῦ στρατοῦ φυλάξασθαι, μάλα θρασέως αὐτοῖς ἔτι στασιάζουσιν ἐς τὸ Ἄρειον πεδίον ἐπῆλθεν οὐ προμηνύσας, καὶ ἐπὶ βήματος ὤφθη.

XCIII. Οἱ δὲ σὺν θορύβῳ τε ἄνοπλοι συνέτρεχον, καὶ, ὡς ἔθος, ἄφνω φανέντα σφίσιν ἠσπάζοντο αὐτοκράτορα. Κελεύσαντος δ' ὅ τι θέλοιεν εἰπεῖν, περὶ μὲν τῶν δωρεῶν ἐς ὄψιν εἰπεῖν αὐτοῦ παρόντος οὐδὲ ἐτόλμησαν, ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἐκπλήξεως· ὡς δὲ μετριώτερον, ἀφεθῆναι τῆς στρατείας ἀνεβόησαν· ἐλπίσαντες, στρατοῦ δεόμενον ἐς τοὺς ὑπολοίπους πολέμους αὐτῷ, ἐρεῖν τι καὶ περὶ τῶν δωρεῶν. Ὁ δὲ παρὰ τὴν ἁπάντων δόξαν, οὐδὲ μελλήσας, ἀπεκρίνατο, Ἀφίημι. Καταπλαγέντων δ' αὐτῶν ἔτι μᾶλλον, καὶ σιωπῆς βαθυτάτης

auream, et stulte satis regis sui filiam offerentes in matrimonium. Cæsar, postquam intellexit quibuscum mandatis venissent, promovit exercitum, et inanibus colloquiis legatos frustratus, ad castra usque Pharnacis est progressus. Tum vero in hanc vocem erumpens: Quidni ergo jam nunc pœnas dabit parricida! in equum insiliit; et ad primum editum clamorem profligavit hostem, magnamque stragem edidit, nonnisi circiter mille equites secum habens, qui primi procurrentem erant secuti. Quo tempore dixisse Cæsar fertur: O te beatum, Pompei, qui bello Mithritatico cum talibus hominibus decertans, Magni et existimationem et cognomen adeptus es! In Urbem vero de hac victoria his verbis scripsit, Veni, Vidi, Vici.

XCII. Pharnaces post hæc, nihil porro ausus, in Bosporanum regnum a Pompeio sibi traditum refugit. Nec Cæsari vacabat eum persequi, et in tam parvis negotiis hærere, tot tantisque bellis alibi eum manentibus. Quare in Asiam regressus, obiter controversias judicavit civitatum, quæ, ut in Rerum Asiaticarum Historia exposui, acerbe a publicanis tractabantur. Ibi per nuncios certior factus agitari seditionibus Urbem, et Antonium magistrum equitum in foro stationem habere cum exercitu, omnibus intermissis negotiis, illo properavit. Romam ubi Cæsar advenit, Urbana quidem conquieverat seditio; verum alia a militibus in ipsum erat coorta, conquerentibus, nec exsoluta sibi ea quæ post Pharsalicam pugnam fuissent promissa, et præter jus fasque diutius in militia se retineri; missionemque postulantibus cunctis. Pollicitus autem erat Cæsar indefinita quædam donativa, instante pugna Pharsalica; itemque alia pariter indefinita, postquam bellum Africanum fuisset compositum: nunc vero misit, qui ipsius nomine alias insuper millenas drachmas viritim promitteret. At milites, non pollicitis sibi opus esse, clamabant, sed præsenti pecunia: et Salustium Crispum, quo internuncio usus erat Cæsar, prope abfuit, quin oppressissent, ni fuga salutem quæsisset. Quo cognito Cæsar, legionem Antonianam, quæ Urbi erat præsidio, circum ædes suas et ad viarum exitus disposuit; metuens, ne ad rapinas verterentur milites. Ipse, omnibus licet timentibus et dehortantibus ne furenti multitudini se committeret, insigni audacia, tumultuantibus etiam tum militibus repente supervenit in campo Martio, et in tribunal ascendit.

XCIII. Milites, repentino Cæsaris adventu territi, accurrunt inermes, et ex more consalutarunt imperatorem. Jussique, quid postularent, promere, de donativo quidem præsentem compellare Cæsarem, propter eumdem terrorem qui eos occupaverat, non ausi; id quod modestius videbatur, missionem clamoribus flagitabant; sperantes, eum, quippe qui exercitu opus haberet ad profligandas belli reliquias, ultro mentionem donativi facturum. Ille vero, præter omnium opinionem, nihil cunctatus, Dimitto vos, respondit. Et, illis magis etiam attonitis, et omnino silen-

γενομένης, ἐπεῖπε· Καὶ δώσω γε ὑμῖν τὰ ἐπηγγελμένα ἅπαντα, ὅταν θριαμβεύσω μεθ' ἑτέρων. Ἀδοκήτου δ' αὐτοῖς ἅμα καὶ τοῦδε καὶ φιλανθρώπου φανέντος, αἰδὼς αὐτίκα πᾶσιν ἐνέπιπτε, καὶ λογισμὸς, μετὰ ζήλου, εἰ δόξουσι μὲν αὐτοὶ καταλιπεῖν σφῶν τὸν αὐτοκράτορα ἐν μέσοις τοσοῖσδε πολεμίοις, θριαμβεύσουσι δ' ἀντ' αὐτῶν ἕτεροι, καὶ σφεῖς τῶν ἐν Λιβύῃ κερδῶν ἐκπεσοῦνται, μεγάλων ἔσεσθαι νομιζομένων· ἐχθροί τε ὁμοίως αὐτοῦ τε Καίσαρος ἔσονται καὶ τῶν πολεμίων. Δείσαντες οὖν, ἔτι μᾶλλον ἡσύχαζον ἐξ ἀπορίας, ἐλπίζοντες ἐνδώσειν τι καὶ τὸν Καίσαρα, καὶ μεταγνώσεσθαι διὰ τὴν ἐν χερσὶ χρείαν. Ὁ δ' ἀνθησύχαζε, καὶ τῶν φίλων αὐτὸν παρακαλούντων ἐπιφθέγξασθαί τι πρὸς αὐτοὺς ἄλλο, καὶ μὴ βραχεῖ καὶ αὐστηρῷ λόγῳ πολλὰ συνεστρατευμένους ἐγκαταλιπεῖν, ἀρχόμενος λέγειν, πολίτας ἀντὶ στρατιωτῶν προσεῖπεν· ὅπερ ἐστὶ σύμβολον ἀφειμένων τῆς στρατείας, καὶ ἰδιωτευόντων.

XCIV. Οἱ δ' οὐκ ἐνεγκόντες ἔτι ἀνέκραγον, μετανοεῖν· καὶ παρεκάλουν αὐτῷ συστρατεύεσθαι. Ἀποστρεφομένου τε τοῦ Καίσαρος καὶ ἀπιόντος ἀπὸ τοῦ βήματος, οἵδε, σὺν ἐπείξει πλέονι βοῶντες, ἐνέκειντο παραμεῖναί τε αὐτὸν, καὶ κολάζειν σφῶν τοὺς ἁμαρτόντας. Ὁ δ' ἔτι μέν τι διέτριψεν, οὔτε ἀπιὼν, οὔτε ἐπανιὼν, ὑποκρινόμενος ἀπορεῖν. Ἐπανελθὼν δ' ὅμως, ἔφη· κολάσειν μὲν αὐτῶν οὐδένα, ἄχθεσθαι δ' ὅτι καὶ τὸ δέκατον τέλος, ὃ προετίμησεν ἀεὶ, τοιαῦτα θορυβεῖ. Καὶ τόδε, ἔφη, μόνον ἀφίημι τῆς στρατείας· δώσω δὲ καὶ τῷδε ὅμως τὰ ὑπεσχημένα ἅπαντα, ἐπανελθὼν ἐκ Λιβύης· δώσω δὲ καὶ γῆν ἅπασιν, ἐκτελεσθέντων τῶν πολέμων· οὐ καθάπερ Σύλλας, ἀφαιρούμενος ἑτέρων ἣν ἔχουσι, καὶ τοῖς ἀφαιρεθεῖσι τοὺς λαβόντας συνοικίζων, καὶ ποιῶν ἀλλήλοις ἐσαεὶ πολεμίους, ἀλλὰ τὴν τοῦ δήμου γῆν ἐπινέμων καὶ τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ τὰ δέοντα προσωνούμενος. Κρότου δὲ καὶ εὐφημίας παρὰ πάντων γενομένης, τὸ δέκατον ὑπερήλγει τέλος, ἐς μόνον αὐτὸ τοῦ Καίσαρος ἀδιαλλάκτου φανέντος· καὶ σφᾶς αὐτὸν ἠξίουν διακληρῶσαί τε, καὶ τὸ μέρος θανάτῳ ζημιῶσαι. Ὁ δὲ οὐδὲν αὐτοὺς ὑπερεθίζειν ἔτι δεόμενος ἀκριβῶς μετανοοῦντας, συνηλλάσσετο ἅπασι, καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὸν ἐν Λιβύῃ πόλεμον ἐξῄει.

XCV. Διαβαλὼν δ' ἐκ Ῥηγίου τὸν πορθμὸν ἐπὶ Μεσσήνης, ἐς Λιλύβαιον ἦλθε. Καὶ πυθόμενος, Κάτωνα μὲν τὴν παρασκευὴν τοῦ πολέμου ναυσὶ καὶ πεζῶν τινι μέρει φρουρεῖν ἐν Ἰτύκῃ, μετὰ τῶν τριακοσίων, οὓς ἀπὸ σφῶν ἐκ πολλοῦ προβούλους ἐπεποίηντο τοῦ πολέμου, καὶ σύγκλητον ἐκάλουν· τὸν δ' αὐτοκράτορα Λεύκιον Σκιπίωνα καὶ τοὺς ἀρίστους ἐν Ἀδρυμητῷ στρατεύειν· διέπλευσεν ἐπὶ τὸν Σκιπίωνα. Καὶ αὐτὸν οἰχόμενον ἐς Ἰόβαν καταλαβὼν, παρέτασσεν ἐς μάχην παρ' αὐτὸ τοῦ Σκιπίωνος τὸ στρατόπεδον, ὡς ἐν καιρῷ συνοισόμενος τοῖς πολεμίοις χωρὶς αὐτοκράτορος οὖσιν. Ἀντεπῄεσαν δ' αὐτῷ Λαβιηνός τε καὶ Πετρήϊος, οἱ τοῦ Σκιπίωνος ὑποστράτηγοι· καὶ ἐκράτουν τῶν Καίσαρος παρὰ πολὺ, καὶ τραπέντας ἐδίωκον σοβαρῶς μετὰ κα-

tibus, adjecit : Dabo tamen vobis quidquid sum pollicitus, quum triumphavero cum aliis. Ad hanc, ut inexspectatam, ita clementem, vocem pudor continuo subiit omnes et æmulatio; reputantes, quam absurdum foret, si, ipsis imperatorem suum in medio tantorum bellorum cursu deserentibus, triumphum ejus secuturi essent alii; ipsi vero lucris, quæ magna speranda erant ex bello Africano carentes, invisos se cum ipsi Cæsari tum adversis partibus essent redditari. Id igitur metuentes, magis etiam silebant consilii inopia, sperabantque, Cæsarem sibi remissurum aliquid, et propter instantem necessitatem mutaturum sententiam. Sed quum ille pariter sileret, amicis hortantibus, ut aliquid insuper eis diceret, nec paucis eisque duris verbis veteres commilitones suspensos relinqueret; rursus exorsus Quirites eos appellavit, non milites : quod erat signum jam dimissos esse a militia.

XCIV. Id illi non amplius ferentes, pœnitere se facti sui conclamabant; rogabantque ut porro sibi cum eo militare liceret. Aversante vero Cæsare, et descendente e tribunali, magis etiam conclamatum est, maneret, et pœnas de peccati auctoribus sumeret. Stetit ille paulisper, nec procedens, nec revertens; fingensque, se non expedire consilium. Tandem reversus : puniendum quidem, ait, neminem ; dolere se autem, quod et decima legio, cui plurimum semper tribuisset, tales tumultus cieat. « Et hanc, inquit, solam missam facio; redditurus tamen et huic promissa, simul atque ex Africa fuero reversus. Dabo vero et agros omnibus, finito bello; non, ut Sylla, ereptos aliis, et colonos miscendo spoliatis, ut utrorumque excitetur alaturque simultas perpetua : sed agrum publicum, et meas privatas possessiones, dividam : et hi si minus suffecerint, emam meis pecuniis. » Tum vero plaudentibus omnibus acclamantibusque, soli decimæ legionis milites supra modum mœsti erant, quod pertinaciter infensum haberent Cæsarem : postulabantque, ut in decimum quemque capitaliter more majorum animadverteret. At Cæsar, videns nil opus esse serio pœnitentes irritare amplius, universos recepit in gratiam, protinusque ad bellum Africanum profectus est.

XCV. Rhegio Messanam transvectus, a freto Lilybæum usque duxit exercitum. Ibi postquam cognovit, Catonem Uticæ, ubi apparatus belli erat repositus, cum classe et terrestrium copiarum parte, esse præsidio; et cum eo trecentos illos, qui jamdudum præfecti erant belli consiliis, et Senatus appellabantur; cæterum L. Scipionem imperatorem cum fortissimis apud Adrumetum castra habere : contra Scipionem navigavit. Qui quum eo ipso tempore ad Jubam esset profectus, Cæsar, opportune ad congrediendum cum hostibus nactus imperatoris absentiam, ante ipsius Scipionis castra instruxit aciem. Neque vero Labienus Petreiusque, legati, detrectarunt prælium, et represserunt Cæsarianos egregie : jamque fusos persequebantur su-

ταφρονήσεως, μέχρι Λαβιηνὸν μὲν ὁ ἵππος ἐς τὴν γαστέρα πληγεὶς ἀπεσείσατο, καὶ αὐτὸν οἱ παρασπισταὶ συνήρπαζον· ὁ δὲ Πετρήϊος, ὡς ἀκριβῆ τοῦ στρατοῦ λαβὼν πεῖραν, καὶ νικήσων ὅτε βούλεται, διέλυε τὸ ἔργον· ἐπειπὼν τοῖς ἀμφ' αὐτόν· Μὴ ἀφελώμεθα τὴν νίκην τὸν αὐτοκράτορα ἡμῶν Σκιπίωνα. Καὶ τὸ μὲν ἄλλο μέρος, τῆς Καίσαρος τύχης ἔργον ἐφαίνετο, κρατησάντων ἄν, ὡς ἐδόκει, τῶν πολεμίων, ἄφνω τὴν μάχην ὑπὸ τῶν νικώντων διαλυθῆναι. Αὐτὸς δὲ λέγεται παρὰ τὴν φυγὴν, ἐγχρίμπτων ἅπασιν, ἐπιστρέφειν αὐτούς. Καί τινα τῶν τὰ μέγιστα σημεῖα, τοὺς ἀετοὺς, φερόντων τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ περισπάσας, μετενεγκεῖν ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐς τὸ πρόσθεν· ἕως Πετρήϊος ἀνέζευξε, καὶ ὁ Καῖσαρ ἀσπασίως ὑπεχώρει. Τοῦτο μὲν δὴ τῆς πρώτης ἐν Λιβύῃ Καίσαρι μάχης τέλος ἦν.

XCVI. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον, αὐτοῦ τε Σκιπίωνος ὀκτὼ τέλεσι πεζῶν καὶ ἱππέων δύο μυριάσιν (ὧν οἱ πολλοὶ Λίβυες ἦσαν) πελτασταῖς τε πολλοῖς καὶ ἐλέφασιν ἐς τριάκοντα προσδοκωμένου παρέσεσθαι, σὺν Ἰόβᾳ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῷδε ἄγοντι πεζοὺς ἄλλους ἀμφὶ τρισμυρίους, καὶ ἱππέας Νομάδας ἐς δισμυρίους, καὶ ἀκοντιστὰς πολλοὺς, καὶ ἐλέφαντας ἑξήκοντα ἑτέρους· ἡ στρατιὰ τοῦ Καίσαρος ἐδείμαινε, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἐθορυβοῦντο, κατά τε πεῖραν ὧν ἤδη πεπόνθεσαν, καὶ κατὰ δόξαν τῶν ἐπιόντων τοῦ τε πλήθους, καὶ ἀρετῆς μάλιστα τῶν Νομάδων ἱππέων· ὅ τε τῶν ἐλεφάντων πόλεμος, ἀήθης σφίσιν ὤν, ἐξέπλησσε. Βόκχου δ', ἑτέρου Μαυρουσίων δυνάστου, Κίρταν (ἣ βασίλειον ἦν Ἰόβα) καταλαβόντος, ὁ μὲν Ἰόβας, ἐξαγγελθέντος αὐτῷ τοῦδε, ἐς τὰ οἰκεῖα μάλιστα ἀνεζεύγνυ μετὰ τοῦ ἰδίου στρατοῦ τριάκοντα ἐξ αὐτοῦ μόνους ὑπολιπὼν ἐλέφαντας τῷ Σκιπίωνι. Ἡ δὲ στρατιὰ τοῦ Καίσαρος ἐς τοσοῦτον ἀνεθάρρησεν, ὡς τὸ πέμπτον τέλος, αἰτῆσαν ἀντιταχθῆναι τοῖς ἐλέφασι, κρατῆσαι πάνυ καρτερῶς. Καὶ νῦν ἀπ' ἐκείνου τῷδε τῷ τέλει ἐλέφαντες ἐς τὰ σημεῖα ἐπίκεινται.

XCVII. Μακρᾶς δὲ καὶ ἐπιπόνου κατὰ πάντα τὰ μέρη τῆς μάχης καὶ πολυτρόπου γενομένης, περὶ ἑσπέραν μόλις ὁ Καῖσαρ ἐνίκα· καὶ τὸ στρατόπεδον εὐθὺς ἐξῄρει τὸ τοῦ Σκιπίωνος, οὐδὲν ἀνιεὶς, οὐδ' ἐν νυκτὶ, τῆς νίκης, μέχρι τὸ σύμπαν ἐξεργάσασθαι. Οἱ δ' ἐχθροὶ κατ' ὀλίγους, ὅπῃ δύναιντο, διέφευγον· καὶ ὁ Σκιπίων αὐτὸς ἅμα Ἀφρανίῳ, πάντα μεθεὶς, ἔφευγεν ἀνὰ τὸ πέλαγος ἐπὶ δώδεκα ἀφράκτων. Ὧδε μὲν δὴ καὶ ὅδε ὁ στρατὸς, ἐς ὀκτὼ μυριάδας μάλιστα συνελθὼν, ἔκ τε πολλοῦ γεγυμνασμένος, καὶ ἐκ τῆς προτέρας μάχης ἐν ἐλπίδι καὶ θάρσει γενόμενος, δευτέρᾳ τῇδε συμβολῇ συνετρίβετο ἀθρόως. Καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος κλέος ἐς ἄμαχον εὐτυχίαν ἐδοξάζετο, οὐδὲν ἔτι τῶν ἡσσωμένων ἐς ἀρετὴν αὐτοῦ μεριζόντων, ἀλλὰ καὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἁμαρτήματα τῇ Καίσαρος τύχῃ προστιθέντων. Ἐδόκει γὰρ δὴ καὶ ὅδε ὁ πόλεμος ἀβουλίᾳ τῶν στρατηγῶν, οὔτε διατριψάντων αὐτὸν, ἕως ἀπορήσειεν ὁ Καῖσαρ, ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ, οὔτε τὴν πρώτην νίκην ἐς

perbe contemtimque, quum Labienum equus in ventre saucius excussit. Et hic quidem suorum succursu ereptus est : Petreius vero, contentus præsenti experimento haud sane dubio virtutis militum, et ratus, se, quandocunque libuisset, vincere posse; cecinit receptui, dicens proximis : Non est fraudandus imperator noster Scipio laude victoriæ. Atque altera pars rerum manifeste opus fuit Cæsaris, dum hostes in media victoria remittentes, fructum ejus emiserunt e manibus : ipse vero fertur fugientibus suis accurrens astitisse singulis, et e fuga eos retro in hostem convertisse; atque etiam aquiliferum quemdam sua manu retraxisse in primam aciem. Simulatque autem Petreius in castra se recepit, mox et Cæsar lubens suos reduxit. Et hujus quidem primæ Cæsarianorum in Africa pugnæ talis exitus fuit.

XCVI. Non multo post, quum diceretur adventare ipse Scipio cum octo legionibus, et equitum xx millibus, quorum magna pars Afri essent, magnoque cetratorum numero, et elephantis xxx, simulque Jubam regem, cum peditum circiter triginta, equitum Numidarum ad xx millibus, et multis jaculatoribus, elephantisque aliis LX; ingens in exercitu Cæsariano pavor cum tumultu subortus est, partim ob rem semel tentatam parum feliciter, partim quod formidandus videretur hostis, vel numero, vel virtute maxime Numidarum equitum : pugnamque præterea cum elephantis, cujus pugnæ nullum usum habebant Cæsariani, exhorrescebant. Sed postquam nunciatum est, Bocchum, alium regulum Maurorum, Cirtam occupasse Jubæ regiam; Juba, domestico periculo revocatus, propere in regnum reduxit exercitum, triginta solum elephantis apud Scipionem relictis : Cæsariani vero in tantum receperunt animos, ut quintæ legionis milites elephantis se opponi deposcerent, eoque impetrato egregie vincerent : unde hodieque elephantes legionis ejus sunt insignia.

XCVII. Cæterum prælium illud omni ex parte laboriosum ac varium, circa vesperam demum victoria Cæsaris finitum est : qui protinus castra etiam expugnavit hostium; nihil, ne ingruente quidem nocte, de persequenda victoria remittens, donec totam rem confecisset. Hostes passim diffugere, qua quisque poterat; Scipio cum Afranio, omissis rebus omnibus, per mare fugam tentavit cum apertis navibus duodecim. Atque ita hic quoque exercitus, ex LXXX ferme conflatus millibus, longa duratus militia, et animosior redditus a pugna proxima, renovato hoc prælio penitus attritus est. Jamque Cæsaris fortuna adeo celebrari cœpit, ut invictus plane haberetur; et ut victi nihil amplius virtuti ejus tribuerent, sed omnia, ne exceptis quidem propriis peccatis, eidem fortunæ Cæsaris imputarent. Cæterum quum hujus quoque belli tam citus tamque infelix exitus imperitia ducum accidisse videbatur, qui nec bellum trahendo

τέλος προαγαγόντων, συντριφθεὶς, οὕτως ὀξέως διαλυθῆναι.

XCVIII. Ἐξαγγελθέντων δὲ τούτων ἐς Ἰτύκην τρίτῃ μάλιστα ἡμέρᾳ, καὶ τοῦ Καίσαρος εὐθὺς ἐπὶ τὴν Ἰτύκην ἰόντος, ἐγίγνετο φυγὴ πάντων. Καὶ οὐδένα κατεῖχεν ὁ Κάτων, ἀλλὰ καὶ ναῦς ἐδίδου τοῖς αἰτοῦσι τῶν ἐπιφανῶν· αὐτὸς δ' εὐσταθῶς ὑπέμενε· καὶ τοῖς Ἰτυκαίοις, ὑπισχνουμένοις πρὸ ἑαυτῶν ὑπὲρ ἐκείνου δεήσεσθαι, ἐπιμειδιῶν ἀπεκρίνατο, οὐ δεήσειν αὐτῷ πρὸς Καίσαρα διαλλακτῶν, καὶ τοῦτο εἰδέναι καὶ τὸν Καίσαρα καλῶς. Σημηνάμενος δὲ τοὺς θησαυροὺς ἅπαντας, καὶ συγγραφὰς ὑπὲρ ἑκάστου τοῖς Ἰτυκαίων ἄρχουσιν ἐπιδοὺς, περὶ ἑσπέραν ἀμφὶ λουτρὰ καὶ δεῖπνον ἦν· καθεζόμενός τε ἐγεύετο, ὥσπερ εἴθιστο, ἐξ οὗ Πομπήϊος ἀνῄρητο· οὐδέν τε τῶν συνήθων ἐναλλάσσων, οὐδ' ἐλάσσω προσφερόμενος ἢ πλείω, συνελεσχήνευε τοῖς παροῦσι περὶ τῶν ἐκπεπλευκότων· καὶ ἠρώτα περὶ τοῦ πνεύματος, εἰ κατὰ πρύμνην ἔσοιτο αὐτοῖς· καὶ τοῦ διαστήματος, εἰ φθάσουσι πόρρω γενέσθαι, πρὶν ἐς ἕω Καίσαρα ἐπελθεῖν. Οὐ μὴν οὐδ' ἐς ὕπνον ἀπιὼν, ἐνήλλαξέ τι τῶν συνήθων, πλὴν ὅτι τὸν υἱὸν ἠσπάσατο φιλοφρονέστερον. Τὸ δὲ ξιφίδιον τῇ κλίνῃ τὸ σύνηθες οὐχ εὑρὼν παρακείμενον, ἐξεβόησεν, ὅτι προδιδοῖτο ὑπὸ τῶν οἰκείων τοῖς πολεμίοις· Τίνι γὰρ, ἔφη, χρήσεσθαι προσιόντων, ἂν νυκτὸς ἐπίωσι; Τῶν δὲ αὐτὸν παρακαλούντων, μηδὲν ἐφ' ἑαυτὸν βουλεύειν, ἀλλ' ἀναπαύεσθαι χωρὶς ξιφιδίου, ἀξιοπιστότερον ἔτι εἶπεν· Οὐ γὰρ ἐστί μοι, θέλοντι, καὶ δι' ἐσθῆτος ἐμαυτὸν ἀποπνίξαι; καὶ ἐς τὰ τείχη τὴν κεφαλὴν ἀπαῤῥάξαι; καὶ ἐς τράχηλον κυβιστῆσαι; καὶ τὸ πνεῦμα κατασχόντα ἐκτρῖψαι; Πολλά τε ὅμοια εἰπὼν, παρήγαγεν αὐτοὺς παραθεῖναι τὸ ξιφίδιον. Ὡς δὲ ἐτέθη, Πλάτωνος αἰτήσας τὴν περὶ ψυχῆς συγγραφὴν, ἀνεγίγνωσκε.

XCIX. Καὶ ἐπεὶ τέλος εἶχε τῷ Πλάτωνι ὁ λόγος, ἀναπαύεσθαι τοὺς περὶ θύρας ὑπολαβὼν, ἔτρωσεν αὑτὸν ὑπὸ τὰ στέρνα. Προπεσόντων δ' αὐτῷ τῶν σπλάγχνων, καὶ στόνου τινὸς ἐξακουσθέντος, ἐσέδραμον οἱ περὶ θύρας· καὶ οἱ ἰατροὶ τὰ σπλάγχνα ἔτι σῶα ὄντα ἐνέθηκαν ἔνδον, καὶ τὰς πληγὰς ἐπιῤῥάψαντες ἐπέδησαν. Ὁ δὲ ἀνενεγκὼν, αὖθις ὑπεκρίνετο· καὶ κατεμέμφετο μὲν ἑαυτῷ πληγῆς ἀσθενοῦς, χάριν δ' ὡμολόγει τοῖς περισώσασι, καὶ καταδαρθεῖν ἔφη δεῖσθαι. Οἱ μὲν δὴ, τὸ ξίφος ἔχοντες, ᾤχοντο, καὶ τὰς θύρας ὡς ἠρεμοῦντι ἐπέκλεισαν. Ὁ δ' ὕπνου δόξαν αὐτοῖς παρασχὼν, τὰ δεσμὰ ταῖς χερσὶ μετὰ σιγῆς ἀπεῤῥήγνυ, καὶ τὰς ῥαφὰς τοῦ τραύματος ἀνέπτυσσεν· οἷα θηρίον τό τε τραῦμα καὶ τὴν γαστέρα εὐρύνων ὄνυξι, καὶ δακτύλοις ἐρευνῶν, καὶ τὰ σπλάγχνα διαῤῥίπτων· μέχρι ἐτελεύτησεν, ἔτη μὲν ἀμφὶ πεντήκοντα γεγονώς· ὁμολογούμενος δὲ τήν τε γνώμην, ἐς ὅ τι κρίνειε, πάντων ἀνδρῶν ἐπιμονώτατος φῦναι, καὶ τὸ δίκαιον ἢ πρέπον ἢ καλὸν οὐκ ἔθεσι μᾶλλον ἢ μεγαλοψύχοις λογισμοῖς ὁρίσαι. Μαρκίᾳ γέ τοι, τῇ Φιλίππου, συνὼν ἐκ παρθένου, καὶ

conati sint hostem in alieno solo ad commeatuum inopiam redigere, nec primam victoriam curarint absolvere.

XCVIII. His rebus tertio die, postquam pugnatum est, Uticam nunciatis, et Cæsare mox secuto nuncios; omnes ad fugam versi sunt. Neque quemquam retinebat Cato; qui naves etiam dabat rogantibus nobilibus: ipse vero constanter manebat. Et quum Uticenses pollicerentur, se prius pro illo quam pro se ipsis Cæsarem deprecaturos, subridens Cato, negavit sibi opus esse conciliatoribus; adjecitque, non ignorare id Cæsarem. Obsignatis deinde thesauris omnibus, et syngraphis de unaquaque re traditis Uticensium magistratibus; vespere lotus cœnavit, et sedens cibum sumsit, quemadmodum, ex quo interfectus erat Pompeius, consueverat; nihil de usitata vivendi ratione mutans, nec largius nec parcius fruens appositis: et familiariter cum his qui aderant garriens de illis qui e portu solverant, interrogabat de vento an secundus eis esset, quantumque provecti essent, et an extra conspectum sint futuri, priusquam mane Cæsar superveniat. Ac ne cubitum quidem discedens, quidquam de solito more mutavit, nisi quod filium magis comiter complexus est. Ut vero gladium ad lectum ex more non reperit, exclamavit, prodi se a domesticis: « quod enim superesse telum, si noctu invadatur ab hostibus? » Quumque illi orarent, ne quid durius in se consuleret, et quiesceret potius sine gladio, credibilius etiam dixit: « Quasi, si mori libeat, non possim aut vestibus me suffocare, aut parieti caput illidere, aut ex alto me præcipitare, aut cohibito spiritu enecare? » His dictis, et multis aliis similibus, persuasit eis Cato, ut gladium loco suo reponerent: quo facto, Platonis librum de Anima poposcit perlegitque.

XCIX. Lecto Platonis libro, ratus dormire hos, qui pro foribus erant, inflixit sibi vulnus sub pectore. Quum autem intestina procidissent, et exauditus esset gemitus quidam, accurrerunt qui ad fores præsto erant: et medici salva etiam tum intestina in vulnus retruserunt, consutumque obvinxerunt fasciis. Cato, ubi se recollegit, se ipse quidem reprehendit propter vulneris levitatem; sed simulatione rursus utens, gratias agebat opem ferentibus, addens, somno sibi jam esse opus. Illis vero cum gladio digressis, atque etiam foribus, quum quietum jam putarent, occlusis; dum dormire creditur, manibus Cato silentio disrupit fascias, suturasque vulneris solvit; et dilatato unguibus, ad feræ instar, vulnere, ventrem digitis perscrutatus, intestina laceravit; donec exhalaret animam, anno ætatis circiter quinquagesimo. Fuerat autem Cato, consentiente omnium sententia, vir omnium hominum gravissimus tenacissimusque propositi; qui justum ac honestum, non ex vulgi moribus metiretur, sed rectis atque generosis rationibus. Qui et Marciam uxorem, Philippi filiam, quam virginem duxerat,

ἀρεσκόμενος αὐτῇ μάλιστα, καὶ παῖδας ἔχων ἐξ ἐκείνης, ἔδωκεν ὅμως αὐτὴν Ὁρτησίῳ, τῶν φίλων τινὶ, παίδων τε ἐπιθυμοῦντι, καὶ τεκνοποιοῦ γυναικὸς οὐ τυγχάνοντι· μέχρι κἀκείνῳ κυήσασαν, ἐς τὸν οἶκον αὖθις ὡς χρήσας ἀνεδέξατο. Τοιόσδε μὲν δὴ Κάτων ἦν. Καὶ αὐτὸν οἱ Ἰτυκαῖοι λαμπρῶς ἔθαπτον. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἔφη μὲν, οἷ φθονῆσαι Κάτωνα καλῆς ἐπιδείξεως· Κικέρωνος δὲ ποιήσαντος ἐγκώμιον ἐς αὐτὸν, καὶ ἐπιγράψαντος Κάτων, ἀντέγραψε κατηγορίαν ὁ Καῖσαρ, καὶ ἐπέγραψεν Ἀντικάτων.

C. Ἰόβας δὲ καὶ Πετρήϊος τῶν γιγνομένων πυνθανόμενοι, καὶ οὐδεμίαν σφίσιν οὔτε φυγὴν οὔτε σωτηρίαν ἐπινοοῦντες, ἐπὶ διαίτῃ ξίφεσι διεχρήσαντο ἀλλήλους· καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν Ἰόβα Καῖσαρ ὑποτελῆ Ῥωμαίοις ἐποίησεν, αὐτῇ Σαλούστιον Κρίσπον ἐγκαταστήσας. Ἰτυκαίοις δὲ καὶ τῷ Κάτωνος υἱῷ συνεγίγνωσκε· καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Πομπηΐου, μετὰ δύο παίδων αὐτῆς, ἐν Ἰτύκῃ καταλαβὼν, ἐξέπεμπε σώους τῷ Πομπηΐῳ. Τῶν δὲ τριακοσίων ὅσους εὗρε, διέφθειρε. Λεύκιος δὲ Σκιπίων ὁ αὐτοκράτωρ, χειμαζόμενος ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πολεμίαις ναυσὶν ἐντυχὼν, ἐφέρετο γενναίως· μέχρι καταλαμβανόμενος αὑτόν τε διεχρήσατο, καὶ τὸ σῶμα μεθῆκεν ἐς τὸ πέλαγος. Τοῦτο μὲν δὴ καὶ τῷ περὶ Λιβύην Καίσαρος πολέμῳ τέλος ἐγίγνετο.

CI. Αὐτὸς δ' ἐπανελθὼν ἐς Ῥώμην ἐθριάμβευε τέσσαρας ὁμοῦ θριάμβους· ἐπί τε Γαλάταις, ὧν δὴ πολλὰ καὶ μέγιστα ἔθνη προσέλαβε, καὶ ἀφιστάμενα ἄλλα ἐκρατύνατο· καὶ Ποντικὸν ἐπὶ Φαρνάκει· καὶ Λιβυκὸν, ἐπὶ Λιβύων τοῖς συμμαχήσασι τῷ Σκιπίωνι· ἔνθα καὶ Ἰόβα παῖς, Ἰόβας, ὁ συγγραφεὺς, βρέφος ὢν ἔτι, παρήγετο. Παρήγαγε δέ τινα καὶ τῆς ἀνὰ τὸν Νεῖλον ναυμαχίας θρίαμβον Αἰγύπτιον, μεταξὺ τοῦ Γαλατῶν καὶ Φαρνάκους. Τὰ δὲ Ῥωμαίων φυλαξάμενος ἄρα, ὡς ἐμφύλια, οὐκ ἐοικότα τε αὑτῷ, καὶ Ῥωμαίοις αἰσχρὰ καὶ ἀπαίσια, ἐπιγράψαι θριάμβῳ· παρήνεγκεν ὅμως αὐτῶν ἐν τοῖσδε τὰ παθήματα ἅπαντα, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐν εἰκόσι καὶ ποικίλαις γραφαῖς, χωρίς γε Πομπηΐου· τοῦτον γὰρ δὴ μόνον ἐφυλάξατο δεῖξαι, σφόδρα ἔτι πρὸς πάντων ἐπιποθούμενον. Ὁ δὲ δῆμος ἐπὶ μὲν τοῖς οἰκείοις κακοῖς, καίπερ δεδιὼς, ἔστενε· καὶ μάλιστα, ὅτε ἴδοι Λεύκιόν τε Σκιπίωνα τὸν αὐτοκράτορα πλησσόμενον ἐς τὰ στέρνα ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ μεθιέμενον ἐς τὸ πέλαγος· ἢ Πετρήϊον ἐπὶ διαίτῃ διαχρώμενον ἑαυτὸν, ἢ Κάτωνα ὑφ' ἑαυτοῦ διασπώμενον, ὡς θηρίον. Ἀχιλλᾷ δ' ἐφήσθησαν καὶ Ποθεινῷ, καὶ τὴν Φαρνάκους φυγὴν ἐγέλασαν.

CII. Χρήματα δ' ἐν τοῖς θριάμβοις φασὶ παρενεχθῆναι μυριάδας ἓξ καὶ ἥμισυ ταλάντων, καὶ στεφάνους δύο καὶ εἴκοσι καὶ δισχιλίους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις, ἀπὸ χρυσοῦ, ἕλκοντας ἐς δισμυρίας καὶ δέκα καὶ τέσσαρας καὶ τετρακοσίας λίτρας. Ἀφ' ὧν εὐθὺς ἐπὶ τῷ θριάμβῳ διένειμε, τὰ ὑπεσχημένα πάνθ' ὑπερβάλλων, στρατιώτῃ μὲν ἀνὰ πεντακισχιλίας δραχμὰς Ἀττικὰς, λοχαγῷ δ' αὐτοῦ τὸ διπλάσιον, καὶ χιλιάρχῃ καὶ ἱπ-

valde quidem dilectam et communium jam liberorum matrem, Hortensio tamen amico, cui, prolis cupido, infecunda conjux erat, cessit; donec ex illo quoque matrem factam recepit domum, qui commodato illam tradidisset amico. Hujusmodi fuit Cato; ab Uticensibus sepultus magnifice. Cujus morte audita, Cæsar quidem ait: invidit mihi Cato pulchri facti laudem. Cæterum quum Cicero librum in defuncti laudem edidisset, inscriptum, Cato; contra Cæsar accusationem ejus edidit, quam Anticatonem inscripsit.

C. At Juba cum Petreio, ubi didicerunt quæ acciderant, nullam videntes aut fugæ aut salutis spem reliquam, in cœnaculo mutuis se ipsi interfecerunt vulneribus. Regnum Mauritaniæ Cæsar tributarium populo Romano fecit, eique Salustium Crispum præfecit. Ignovit autem Uticensibus et Catonis filio. Filiam quoque Pompeii Uticæ deprehensam, cum duobus liberis, ad adolescentem Pompeium misit incolumes. Ex trecentis vero illis necavit quotquot in potestatem redacti sunt. At L. Scipio imperator, fluctibus in alto jactatus, in hostiles naves incidit: quas quum, strenue licet connitens, evadere non posset, gladio se prius manu sua transfixum in mare dedit præcipitem. Atque ita in Africa quoque debellatum est a Cæsare.

CI. Hinc in urbem reversus Cæsar, quatuor simul triumphos duxit: de Gallis unum, quorum multas maximasque nationes adjecerat imperio, deficientesque retraxerat ad officium: alium de Pharnace, Ponticum: alium Africanum, de Afris qui Scipionem bello juverant: in quo Jubæ filius, Juba historicus, infans etiam tum, traductus est. Duxit et alium de Ægyptiis, in Nilo victis navali prælio; quem inseruit medium, Gallicum inter et Ponticum. Et quanquam de Romanis ex professo triumphare veritus est, quippe civibus, quod nec ipsi decorum foret, et populo Romano turpe et infaustum; tamen translatæ sunt in cæteris pompis picturæ omnium civilium cladium, atque etiam virorum effigies, absque unius Pompeii imagine: quem solum non est ausus ostentare, propter recens omnium viri illius desiderium. Populus tamen ne metu quidem cohiberi potuit, quin malis suis ingemisceret: præcipue quum conspiceret L. Scipionem imperatorem, in medio mari suapte manu sauciatum, in undas e navi cadere; Petreium vero in cœnaculo: Catonem item, non secus quam bestiam, unguibus suamet ipsius viscera disrumpere. Achillæ vero Pothinique casus tanto plausu exceptus est a spectatoribus, quanto risu Pharnacis fuga.

CII. Pecuniæ vero traductæ per hos triumphos LX millia talentorum fuisse proditum est, cum dimidio talento: insuper coronas aureas MM. DCCC. XXII, quarum pondus XX M. CCCC. XIV libras conficiebat. Ex quarum pretio protinus post triumphum persolutum est militi, etiam cum insigni auctario, quidquid Cæsar promiserat: militibus singulis quinquies millenæ drachmæ Atticæ; duplum centurionibus; tribunis et præfectis alarum quadruplum: plebi

παρχῃ τὸ ἔτι διπλάσιον, καὶ τοῖς δημόταις, ἑκάστῳ μνᾶν Ἀττικήν. Ἐπέδωκε δὲ καὶ θέας ποικίλας, ἵππων τε, καὶ μουσικῆς, καὶ πεζομαχίας, ἀνδρῶν χιλίων πρὸς ἑτέρους χιλίους, καὶ ἱππομαχίαν διακοσίων πρὸς ἴσους· καὶ ἀναμὶξ ἄλλων πεζῶν τε καὶ ἱππέων ἀγῶνα· ἐλεφάντων τε μάχην εἴκοσι πρὸς εἴκοσι· καὶ ναυμαχίαν ἐρετῶν τετρακισχιλίων, ἐπιβεβηκότων ἐς μάχην χιλίων ἑκατέρωθεν. Ἀνέστησε καὶ τῇ γενετείρᾳ τὸν νεών, ὥσπερ εὔξατο μέλλων ἐν Φαρσάλῳ μαχεῖσθαι· καὶ τέμενος τῷ νεῷ περιέθηκεν, ὃ Ῥωμαίοις ἔταξεν ἀγορὰν εἶναι, οὐ τῶν ὠνίων, ἀλλ' ἐπὶ πράξεσι συνιόντων ἐς ἀλλήλους· καθὰ καὶ Πέρσαις ἦν τις ἀγορά, ζητοῦσιν ἢ μανθάνουσι τὰ δίκαια. Κλεοπάτρας τε εἰκόνα καλὴν τῇ θεῷ παρεστήσατο, ἣ καὶ νῦν συνέστηκεν αὐτῇ. Τὸ δὲ τοῦ δήμου πλῆθος ἀναγραψάμενος, ἐς ἥμισυ λέγεται τῶν πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου γενομένων εὑρεῖν. Ἐς τοσοῦτον καθεῖλεν ἡ τῶνδε φιλονεικία τὴν πόλιν.

CIII. Αὐτὸς δέ, ἤδη τέταρτον ὑπατεύων, ἐπὶ τὸν νέον Πομπήϊον ἐστράτευεν ἐς Ἰβηρίαν· ὅσπερ αὐτῷ λοιπὸς ἦν ἔτι πόλεμος ἐμφύλιος, οὐκ εὐκαταφρόνητος. Τῶν τε γὰρ ἀρίστων ὅσοι διεπεφεύγεσαν ἐκ Λιβύης, ἐκεῖ συνέδραμον. Καὶ στρατός, ὁ μέν, ἐξ αὐτῆς Λιβύης τε καὶ Φαρσάλου τοῖς ἡγεμόσι συνῆλθεν, ὁ δέ, ἐξ Ἰβήρων τε καὶ Κελτιβήρων, ἔθνους ἀλκίμου καὶ χαίροντος ἀεὶ μάχαις· πολὺς δὲ καὶ δούλων ὅμιλος ἐστρατεύετο τῷ Πομπηΐῳ· καὶ τέταρτον ἔτος εἶχον ἐν τοῖς γυμνασίοις, καὶ γνώμην ἕτοιμον ἀγωνίσασθαι μετὰ ἀπογνώσεως. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα σφαλεὶς ὁ Πομπήϊος, οὐκ ἀνεβάλλετο τὴν μάχην, ἀλλ' εὐθὺς ἐλθόντι τῷ Καίσαρι συνεμάχετο· καί τοι τῶν πρεσβυτέρων αὐτῷ παραινούντων, ἐκ πείρας ὧν ἀμφί τε Φάρσαλον καὶ Λιβύην ἐπεπόνθεσαν, ἐκτρίβειν τῷ χρόνῳ τὸν Καίσαρα, καὶ ἐς ἀπορίαν, ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ, περιφέρειν. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἧκε μὲν ἀπὸ Ῥώμης ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις, βαρυτάτῳ στρατῷ μακροτάτην ὁδὸν ἐπελθών. Δέος δ', οἷον οὐ πρότερον, ἐνέπιπτεν αὐτοῦ τῷ στρατῷ, κατὰ δόξαν τῶν πολεμίων τοῦ τε πλήθους καὶ ἀσκήσεως καὶ ἀπογνώσεως.

CIV. Δι' ἃ καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτὸς ἐβράδυνεν· ἔστε πού τι αὐτῷ κατασκεπτομένῳ προσπελάσας ὁ Πομπήϊος, ὠνείδισεν ἐς δειλίαν. Καὶ τὸ ὄνειδος οὐκ ἐνεγκὼν ὁ Καῖσαρ, ἐξέτασσε παρὰ πόλιν Κορδύβην, σύνθημα καὶ τότε δοὺς Ἀφροδίτην· ἔδωκε δὲ καὶ ὁ Πομπήϊος Εὐσέβειαν. Ὡς δέ, καὶ συνιόντων ἤδη, τοῦ Καίσαρος στρατοῦ τὸ δέος ἥπτετο, καὶ ὄκνος ἐπεγίγνετο τῷ φόβῳ, θεοὺς πάντας ὁ Καῖσαρ ἱκέτευε, τὰς χεῖρας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνίσχων, μὴ ἑνὶ πόνῳ τῷδε πολλὰ καὶ λαμπρὰ ἔργα μιῆναι, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐπιθέων παρεκάλει· τό τε κράνος τῆς κεφαλῆς ἀφαιρῶν, ἐς πρόσωπον ἐδυσώπει καὶ προὔτρεπεν. Οἱ δὲ οὐδ' ὥς τι μετέβαλλον ἀπὸ τοῦ δέους· ἕως ὁ Καῖσαρ αὐτός, ἁρπάσας τινὸς ἀσπίδα, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἡγεμόσιν εἰπών, Ἔσται τοῦτο τέλος ἐμοί τε τοῦ βίου καὶ ὑμῖν τῶν στρατειῶν· προὔδραμε τῆς τάξεως ἐς τοὺς πολεμίους ἐπὶ τοσοῦτον,

viritim mina Attica. Edita sunt varia spectacula, circensium ludorum; musicorum; peditum prælio inter se concurrentium, millenorum utrinque, ducenorumque utrinque equitum; rursus aliud equitum et peditum promiscue pugnantium. Commissi sunt et viceni elephanti; et navale prælium repræsentatum, quadringenis utrinque remigibus, millenis sociis navalibus decertantibus. Ædem quoque Veneri genitrici Cæsar dedicavit, ex voto concepto instante pugna Pharsalica; et aream ædi circumstruxit, quod Forum populo Romano esse voluit; non rerum venalium, sed negotiis publicis tractandis; qualia Persis quoque sunt fora, ubi redduntur jura et discuntur etiam. Ad deæ latus pulchram effigiem Cleopatræ statuit, quæ hodieque juxta visitur. Censu deinde acto, ferme dimidio minus capitum censum aiunt, quam ante hujus belli civilis initium : in tantum afflixit rempublicam duorum civium contentio.

CIII. Jam vero quartum consul Cæsar expeditionem contra juniorem Pompeium suscepit in Hispaniam; quod unum reliquum erat civilium bellorum, neutiquam contemnendum. Nam optimatium quotquot evaserant ex Africa, eo concurrerant; et exercituum ex Pharsalica Africanaque clade reliquiæ eodem cum suis ducibus convenerant; hisque accesserat supplementum ex validis ac pugnacibus Hispanorum Celtiberorumque gentibus. Servorum quoque magna multitudo in castris Pompeianis militabat. Qui jam quartum in annum exercitati promtissime operam suam offerebant, extremam certaminis aleam subituri. Quæ res maxime fefellit Pompeium, ut nihil cunctatus auderet venienti Cæsari occurrere; nequidquam monentibus senioribus, quos Pharsalica Africanaque pugna cautiores fecerat, ut bellum trahendo hostiles opes attereret, et in alieno solo morantes redigeret ad inopiam. Advenit in Hispania Cæsar die vicesimo septimo, ex quo Roma erat egressus, cum gravi exercitu viam longissimam emensus. Metus autem, qualis nunquam ante, milites ejus invasit, territos fama multitudinis hostium, bello exercitatissimorum desperatorumque.

CIV. Qua de causa ne ipse Cæsar quidem properabat; donec ei Pompeius, speculandi causa progresso propius accedens, exprobravit ignaviam. Tum vero, non ferens illud opprobrium, instruxit aciem prope Cordubam; et tunc quoque Venerem pro tessera dedit; Pompeius vero Pietatem. Quum autem, collatis jam signis, Cæsariani præ pavore segnius rem aggrederentur, Cæsar sublatis ad cœlum manibus deos omnes invocavit, ne uno ignominioso conflictu tot egregias abolerent victorias : discurrensque inter milites, hortatus est eos sublata a facie galea, quo magis agnitus pudorem eis incuteret. Qui ubi ne sic quidem metum remiserunt, ipse tandem, arrepto cujusdam clypeo, ad proximos tribunos hæc verba locutus : jam nunc et mihi vitæ finis erit, et vobis militiæ! ante reliquam aciem eo usque pro-

ὡς μόνους αὐτῶν ἀποσχεῖν δέκα πόδας, καὶ διακόσια αὐτῷ δόρατα ἐπιβληθῆναι, καὶ τούτων τὰ μὲν αὐτὸν ἐκκλῖναι, τὰ δὲ ἐς τὴν ἀσπίδα ἀναδέξασθαι. Τότε γὰρ δὴ τῶν τε ἡγεμόνων προθέων ἕκαστος ἵστατο παρ' αὐτὸν, καὶ ὁ στρατὸς ἅπας ἐμπεσὼν μετὰ ὁρμῆς ὅλην ἠγωνίζετο τὴν ἡμέραν, προὔχων τε καὶ ἡττώμενος ἀεὶ παρὰ μέρος· μέχρις ἐς ἑσπέραν μόλις ἐνίκησεν. Ὅτε καὶ φασὶν αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νῦν δὲ καὶ περὶ ψυχῆς.

CV. Φόνου δὲ πολλοῦ γενομένου, καὶ φυγῆς τῶν Πομπηΐου στρατιωτῶν ἐς τὴν Κορδύβην, ὁ μὲν Καῖσαρ, ἵνα μὴ διαφυγόντες οἱ πολέμιοι πάλιν ἐς μάχην παρασκευάσαιντο, ἐκέλευε τὸν στρατὸν ἐκτειχίσαι τὴν Κορδύβην. Οἱ δὲ κάμνοντες τοῖς γεγονόσι, τά τε σώματα καὶ τὰ ὅπλα τῶν ἀνῃρημένων ἐπεφόρουν ἀλλήλοις, καὶ δόρασιν αὐτὰ διαπηγνύντες ἐς τὴν γῆν, ἐπὶ τοιοῦδε τείχους ηὐλίσαντο. Τῆς δ' ἐπιούσης ἑάλω μὲν ἡ πόλις, τῶν δὲ ἡγεμόνων τοῦ Πομπηΐου Σκάπλας μὲν, νήσας πυρὰν, ἑαυτὸν ἐνέπρησεν· Οὐάρου δὲ καὶ Λαβιηνοῦ καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν ἐπιφανῶν ἐκομίσθησαν αἱ κεφαλαὶ Καίσαρι. Πομπήϊος δ' αὐτὸς διέφυγε μὲν ἀπὸ τῆς ἥσσης σὺν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἱππεῦσιν ἐπὶ Καρθαίας, ἔνθα αὐτῷ νεῶν στόλος ἦν· καὶ παρῆλθεν ἐς τὰ νεώρια λαθὼν, ὥς τις ἰδιώτης, φορείῳ κομιζόμενος. Ὁρῶν δὲ καὶ τούτους ἀπογιγνώσκοντας ἑαυτῶν, ἔδεισε περὶ ἐκδόσεως· καὶ ἔφευγεν αὖθις, ἐπιβαίνων σκάφους. Ἐμπλακέντα δ' αὐτοῦ τὸν πόδα καλωδίῳ, κόπτων τις τὸ καλώδιον ξιφιδίῳ, τὸν ταρσὸν ἔτεμεν, ἀντὶ τοῦ καλωδίου, τοῦ ποδός· καὶ διαπλεύσας ἔς τι χωρίον ἐθεραπεύετο. Ζητούμενος δὲ κἀνταῦθα, ἔφευγε διὰ δυσβάτου καὶ ἀκανθώδους ὁδοῦ, τὸ τραῦμα περικεντούμενος, μέχρι κάμνων ὑπό τι δένδρον ἐκαθέζετο. Καὶ τῶν ζητητῶν ἐπιπεσόντων, οὐκ ἀγεννῶς αὐτοὺς ἀμυνόμενος, κατεκόπη. Τοῦδε μὲν δὴ τὴν κεφαλὴν ὁ Καῖσαρ ἐνεχθεῖσάν οἱ προσέταξέ τινι θάψαι. Καὶ ὁ πόλεμος ἑνὶ ἔργῳ καὶ ὧδε παρὰ δόξαν ἐλέλυτο. Τοὺς δ' ἐξ αὐτοῦ διαφυγόντας ἤθροιζεν ὁ τοῦδε τοῦ Πομπηΐου νεώτερος ἀδελφὸς, Πομπήϊος μὲν καὶ ὅδε ὢν, Σέξστος δὲ καλούμενος τῷ προτέρῳ τῶν ὀνομάτων. Ἀλλ' ὅδε μὲν ἔτι λανθάνων καὶ διαδιδράσκων ἐλῄστευεν.

CVI. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς Ῥώμην ἠπείγετο, καὶ ἐμφύλια πάντα καθελὼν, ἐπὶ φόβου καὶ δόξης οἵας οὔ τις πρότου. Ὅθεν αὐτῷ τιμαὶ πᾶσαι, ὅσαι ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἀμέτρως ἐς χάριν ἐπενοοῦντο, θυσιῶν τε πέρι, καὶ ἀγώνων, καὶ ἀναθημάτων ἐν πᾶσιν ἱεροῖς καὶ δημοσίοις χωρίοις, ἀνὰ φυλὴν ἑκάστην· καὶ ἐν ἔθνεσιν ἅπασι, καὶ ἐν βασιλεῦσιν ὅσοι Ῥωμαίοις φίλοι. Σχήματά τε ἐπεγράφετο ταῖς εἰκόσι ποικίλα· καὶ στέφανος ἐκ δρυὸς ἦν ἐπ' ἐνίαις, ὡς σωτῆρι τῆς πατρίδος· ᾧ πάλαι τοὺς ὑπερασπίσαντας ἐγέραιρον οἱ περισωθέντες. Ἀνεῤῥήθη δὲ καὶ Πατὴρ πατρίδος, καὶ δικτάτωρ ἐς τὸν ἑαυτοῦ βίον ᾑρέθη, καὶ ὕπατος ἐς δέκα ἔτη· καὶ τὸ σῶμα ἱερὸς καὶ ἄσυλος εἶναι· καὶ χρηματίζειν ἐπὶ θρόνων ἐλεφαντίνων τε καὶ χρυσέων· καὶ θύειν μὲν αὐτὸν ἀεὶ θριαμ-

currit, ut decem tantum pedes ab hoste distaret, ducentisque telis peteretur; quorum partem declinavit flexu corporis, partem clypeo excepit. Tum demum tribuni, certatim ad eum tegendum procurrerunt; et totus exercitus magno impetu provolans per totum diem dubio Marte continuavit prælium : sub vesperam tandem potitus victoria. Quo tempore dixisse Cæsar fertur, sæpe se de victoria, tunc vero et de vita, certasse.

CV. Post magnam editam cædem, Pompeianis intra Cordubam compulsis, Cæsar, veritus ne hostis inde elapsus redintegraret prælium, jussit urbem circumvallari. At milites, jam fessi laboribus, corpora armaque cæsorum aggesta hastis humi confixerunt, et excubaverunt ad hujusmodi valli speciem. Sequenti die capta urbe, ex Pompeianis ducibus Scapula conscenso rogo seipsum exussit; Vari et Labieni cæterorumque nobilium capita ad Cæsarem sunt relata. Pompeius e pugna cum CL equitibus versus Carteiam, ubi classem habebat, profugit; intravitque in navalia, privato cultu delatus lectica. Postquam vero hos quoque desperare de salute animadvertit, metuens ne dederetur, fugam rursus conscensa navicula capessivit. Sed quum implicuisset pedem funiculo, accidit, ut funem aliquis præcidere volens talum ei per errorem secaret : quapropter ad villam appelli navim Pompeius jussit, ubi vulnus curaret. Quo postquam emissi sunt, qui eum conquirerent, fugit per sentes et aspreta, spinis vulnus pungentibus : tandemque lassus sub quadam consedit arbore; ubi deprehensus persecutoribus, strenue repugnans, occubuit. Caput ad se relatum Cæsar sepeliri jussit. Ita hoc quoque bellum uno conflictu, præter opinionem, finitum est. Eos qui cladem hanc evasere, minor Pompeii frater, prænomine Sextus, deinde collegit : verum is tum latitans adhuc et fugitans latrocinabatur.

CVI. Jam Cæsar, sublatis omnibus bellis civilibus, Romam properavit : timendus et illustris quantum ad eam diem nemo alius. Quamobrem ad demerendam ejus gratiam humani omnes divinique honores in eum cumulati sunt : sacrificia, ludi, statuæ, in omnibus templis et locis publicis, per singulas tribus, et per omnes provincias, perque regna sociorum et amicorum populi Romani. Et signa ejus vario habitu effingebantur; nonnullisque quercea imposita est corona, quasi servatori patriæ; quo genere coronarum olim cives honorabant eos, qui salutem ipsorum protexissent. Et Patriæ Pater appellatus est, et dictator creatus perpetuus, et consul in decennium, et Sacrosanctus declaratus. Decretumque, ut jus redderet in sellis eburneis aureisve, et ut inter sacrificandum triumphali veste semper

βικῶς ἠμφιεσμένον, τὴν δὲ πόλιν ἀνὰ ἔτος ἕκαστον, αἷς αὐτὸς ἡμέραις ἐν παρατάξεσιν ἐνίκα· ἱερέας δὲ καὶ ἱερείας ἀνὰ πενταετὲς εὐχὰς δημοσίας ὑπὲρ αὐτοῦ τίθεσθαι· καὶ τὰς ἀρχὰς εὐθὺς καθισταμένας ὀμνύναι, μηδενὶ τῶν ὑπὸ Καίσαρος ὁριζομένων ἀντιπράξειν. Ἔς τε τιμὴν τῆς γενέσεως αὐτοῦ τὸν Κυϊντίλιον μῆνα, Ἰούλιον ἀντὶ Κυϊντιλίου μετωνόμασαν εἶναι· καὶ νεὼς ἐψηφίσαντο πολλοὺς αὐτῷ γενέσθαι καθάπερ θεῷ, καὶ κοινὸν αὐτοῦ καὶ Ἐπιεικείας, ἀλλήλους δεξιουμένων.

CVII. Οὕτως ἐδεδοίκεσαν μὲν ὡς δεσπότην, εὔχοντο δὲ σφίσιν ἐπιεικῆ γενέσθαι. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ βασιλέα προσειπεῖν ἐπενόουν· μέχρι μαθὼν αὐτὸς ἀπηγόρευσε καὶ ἠπείλησεν, ὡς ἀθέμιστον ὄνομα, μετὰ τὴν τῶν προγόνων ἀράν· σπεῖραι δ' ὅσαι στρατηγίδες αὐτὸν ἐκ τῶν πολέμων ἔτι ἐσωματοφυλάκουν, ἀπέστησε τῆς φυλακῆς, καὶ μετὰ τῆς δημοσίας ὑπηρεσίας ἐπεφαίνετο μόνης. Ὧδε δ' ἔχοντι, καὶ χρηματίζοντι πρὸ τῶν ἐμβόλων, τὸ ψήφισμα τῶν προλελεγμένων τιμῶν ἡ βουλή, τῶν ὑπάτων ἡγουμένων, ἐν κόσμῳ τῷ πρέποντι ἑκάστῳ, προσέφερον. Ὁ δὲ αὐτοὺς ἐδεξιοῦτο μέν, οὐχ ὑπανέστη δὲ προσιοῦσιν, οὐδ' ἐπιμένουσι· ἀλλὰ τοῖς διαβάλλουσιν αὐτὸν ἐς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς βασιλικῆς προσηγορίας καὶ τόδε παρέσχε. Τὰς δὲ ἄλλας τιμὰς χωρὶς τῆς δεκαετοῦς ὑπατείας προσέμενος, ὑπάτους ἐς τὸ μέλλον ἀπέφηνεν αὐτόν τε καὶ Ἀντώνιον, τὸν ἵππαρχον ἑαυτοῦ Λεπίδῳ προστάξας ἱππαρχεῖν ἀντὶ τοῦ Ἀντωνίου, ἄρχοντι μὲν Ἰβηρίας, ἡγεμονεύοντι δ' αὐτῆς διὰ φίλων. Κατεκάλει δὲ καὶ τοὺς φεύγοντας ὁ Καῖσαρ, πλὴν εἴ τις ἐπὶ ἀνηκέστοις ἔφευγε· καὶ τοῖς ἐχθροῖς διηλλάσσετο, καὶ τῶν πεπολεμηκότων οἱ πολλοὺς προῆγεν ἀθρόως ἐς ἐτησίους ἀρχάς, ἢ ἐς ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας. Ὧ δὴ καὶ μάλιστα ὑπαχθεὶς ὁ δῆμος, ἤλπιζε καὶ τὴν δημοκρατίαν αὐτὸν αὐτοῖς ἀποδώσειν· καθάπερ Σύλλας, ἐς ἴσον αὐτῷ δυναστεύσας, ἐποίησεν. Ἀλλὰ τοῦδε μὲν ἐσφάλησαν.

CVIII. Εἰκόνα δ' αὐτοῦ τις τῶν ὑπερεθιζόντων τὸ λογοποίημα τῆς βασιλείας ἐστεφάνωσε δάφναις, ἀναπεπλεγμένης ταινίας λευκῆς· καὶ αὐτὸν οἱ δήμαρχοι Μάρυλλός τε καὶ Καισήτιος ἀνευρόντες, ἐς τὴν φυλακὴν ἐσέβαλλον, ὑποκρινάμενοί τι καὶ τῷ Καίσαρι χαρίζεσθαι, προαπειλήσαντι τοῖς περὶ βασιλείας λέγουσιν. Ὁ δὲ τοῦτο μὲν ἤνεγκεν εὐσταθῶς. Ἑτέρων δ' αὐτὸν ἀμφὶ τὰς πύλας ἰόντα ποθὲν Βασιλέα προσειπόντων, καὶ τοῦ δήμου στενάξαντος, εὐμηχάνως εἶπε τοῖς ἀσπασαμένοις· Οὐκ εἰμὶ Βασιλεύς, ἀλλὰ Καῖσαρ· ὡς δὴ περὶ τὸ ὄνομα ἐσφαλμένοις. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Μάρυλλον, καὶ τῶνδε τῶν ἀνδρῶν τὸν ἀρξάμενον ἐξεῦρον, καὶ τοῖς ὑπηρέταις ἐκέλευον ἄγειν ἐς δίκην ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον αὐτῶν. Καὶ ὁ Καῖσαρ, οὐκέτι ἐνεγκών, κατηγόρησεν ἐπὶ τῆς βουλῆς τῶν περὶ τὸν Μάρυλλον, ὡς ἐπιβουλευόντων οἱ μετὰ τέχνης ἐς τυραννίδος διαβολήν. Καὶ ἐπήνεγκεν, ἀξίους μὲν αὐτοὺς εἶναι θανάτου, μόνης δ' αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι καὶ παραλύειν τῆς τε ἀρχῆς καὶ τοῦ βουλευτηρίου. Ὃ δὴ καὶ μάλιστα αὐτὸν διέβαλεν

uteretur : ut publice solennibus sacris celebrarentur dies quibus insigniores victorias fuerat adeptus : ut singulis lustris sacerdotes ac Vestales publica vota pro ejus salute facerent : ut quicunque magistratus inirent, juramento statim se obstringerent, se nullis ejus decretis refragaturos. Et, in honorem natalis Cæsaris, Quintilem mensem mutato nomine Julium placuit vocari. Templa etiam multa, tanquam deo, ex senatusconsulto decreta sunt : et in his unum templum Cæsari Clementiæque commune, in quo simulacra eorum jungerent dextras.

CVII. Ita cujus dominationem timebant, ejus expetebant votis publicis clementiam. Nec deerant, qui Regem appellandum censerent; donec ipse Cæsar, re intellecta, conantibus id interminatus est; infaustum nomen esse dicens, post exsecrationem ejus jam inde a majoribus cautam. Cohortes etiam prætorias, quibus bellorum tempore pro satellitio usus erat, amovit a corporis custodia, contentus solis apparitoribus publicis. In eo statu dum jus reddebat Cæsar pro rostris, senatus, præeuntibus consulibus, quo quemque decebat cultu, decreta illa, de quibus dictum est, ei obtulit. Qui dextram quidem singulis præbuit, sed universis nec accedentibus assurrexit, nec coram se stantibus : verum affectationem regni criminantibus hanc quoque ansam dedit. Acceptis cæteris honoribus præter decennem consulatum, in annum sequentem designavit consules seipsum et Antonium, suum magistrum equitum; Lepido jusso in Antonii dignitatem succedere, qui tum Hispaniæ erat præfectus, sed eam provinciam per amicos administrabat. Exulibus quoque, exceptis eis quorum causa plane desperata esset, reditum Cæsar concessit; et inimicis veniam dedit, et multis ex his, qui arma contra ipsum tulerant, præter spem annuos magistratus, vel provinciarum exercituumve præfecturas detulit. Id quod maxime populo spem fecit, fore, ut restitueret eis rempublicam, quemadmodum Sylla fecisset, postquam parem potentiam fuerat adeptus. Sed ea quidem spes ipsos fefellit.

CVIII. Cæterum quidam ex his, qui rumorem de regno capessendo suscitare volebant, statuæ Cæsaris lauream imposuit, albis fasciis intertextam : quem tribuni plebis Marullus Cæsetiusque, requisitum et inventum, conjecerunt in carcerem, simulantes, Cæsari se gratificaturos, qui minas jactaverat, si quis mentionem regni faceret. Quorum quidem factum æquo Cæsar tulit animo. Sed quum alii nonnulli, occurrentes ei ad portam, in Urbem alicunde redeunti, Regem eum salutassent; hos, ut sensit secutum inde plebis gemitum, non nisi arguto dicto repulit, non Regem se esse, sed Cæsarem; quasi in cognomine erravissent. Et postquam Marullus hujus quoque salutationis primos auctores, conquiri et per apparitores ad suum tribunal jussit trahi, Cæsar, impatientior, jam apud senatum de Marullo collegisque est questus, quod malo dolo invidiam affectatæ tyrannidis sibi facerent; adjecitque « extrema quidem pœna dignos esse; satis tamen sibi fore, si a magistratu simul et senatu submoveantur. » Quæ res vel maxime confirmavit opinionem affectatæ hu-

ὡς ἐπιθυμοῦντα τῆς ἐπικλήσεως, καὶ τὰς ἐς τοῦτο πείρας καθιέντα, καὶ τυραννικὸν ὅλως γεγονότα· ἥ τε γὰρ πρόφασις τῆς κολάσεως περὶ τῆς βασιλικῆς ἐπωνυμίας ἦν, ἥ τε τῶν δημάρχων ἀρχὴ ἱερὰ καὶ ἄσυλος ἦν ἐκ νόμου καὶ ὅρκου παλαιοῦ· τήν τε ὀργὴν ὀξεῖαν ἐποίει τὸ μηδ' ἀναμεῖναι τῆς ἀρχῆς τὸ ὑπόλοιπον.

CIX. Ὧν καὶ αὐτὸς αἰσθανόμενος, καὶ μετανοῶν, καὶ τόδε πρῶτον ἡγούμενος ἄνευ πολεμικῆς ἀρχῆς ἐν εἰρήνῃ βαρὺ καὶ δυσχερὲς διαπεπρᾶχθαι, λέγεται τοῖς φίλοις αὐτὸν ἐντείλασθαι φυλάσσειν, ὡς δεδωκότα τοῖς ἐχθροῖς λαβὴν, ζητοῦσι κατ' αὐτοῦ. Πυθομένων δ' ἐκείνων, εἰ συγχωρεῖ πάλιν αὐτὸν σωματοφυλακεῖν τὰς Ἰβηρικὰς σπείρας· Οὐδὲν ἀτυχέστερον, ἔφη, διηνεκοῦς φυλακῆς· ἔστι γὰρ ἀεὶ δεδιότος. Οὐ μὴν αἵ γε περὶ τῆς βασιλείας πεῖραι κατεπαύοντο οὐδ' ὥς· ἀλλὰ θεώμενον αὐτὸν ἐν ἀγορᾷ τὰ Λουπερκάλια ἐπὶ θρόνου χρυσέου, πρὸ τῶν ἐμβόλων, Ἀντώνιος, ὑπατεύων σὺν αὐτῷ Καίσαρι, καὶ διαθέων τότε γυμνὸς ἀληλιμμένος (ὥσπερ εἰώθασιν οἱ τῆσδε τῆς ἑορτῆς ἱερέες), ἐπὶ τὰ ἔμβολα ἀναδραμὼν, ἐστεφάνωσε διαδήματι. Κρότου δὲ πρὸς τὴν ὄψιν παρ' ὀλίγων γενομένου, καὶ στόνου παρὰ τῶν πλειόνων, ὁ Καῖσαρ ἀπέρριψε τὸ διάδημα· καὶ ὁ Ἀντώνιος αὖθις ἐπέθηκε, καὶ ὁ Καῖσαρ αὖθις ἀπερρίπτει. Καὶ ὁ δῆμος, διεριζόντων μὲν ἔτι, ἡσύχαζε, μετέωρος ὢν ὅπῃ τελευτήσειε τὸ γιγνόμενον· ἐπικρατήσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἀνεβόησαν ἥδιστον, καὶ αὐτὸν ἅμα εὐφήμουν, οὐ προσέμενον.

CX. Ὁ δὲ, εἴτε ἀπογνοὺς, εἴτε κάμνων, καὶ ἐκκλίνων ἤδη τήνδε τὴν πεῖραν ἢ διαβολὴν, εἴτε τισὶν ἐχθροῖς τῆς πόλεως ἀφιστάμενος, εἴτε νοσήματα τοῦ σώματος θεραπεύων, ἐπιληψίαν καὶ σπασμὸν, αἰφνίδιον ἐμπίπτοντα αὐτῷ μάλιστα παρὰ τὰς ἀργίας, ἐπενόει στρατείαν μακρὰν ἔς τε Γέτας καὶ Παρθυαίους· Γέταις μὲν αὐστηρῷ καὶ φιλοπολέμῳ καὶ γείτονι ἔθνει προεπιβουλεύων· Παρθυαίους δὲ τιννύμενος τῆς ἐς Κράσσον παρασπονδήσεως. Στρατιὰν δὴ προὔπεμπεν ἤδη τὸν Ἰόνιον περᾶν, ἑκκαίδεκα τέλη πεζῶν, καὶ ἱππέας μυρίους. Καὶ λόγος ἄλλος ἐφοίτα, Σιβύλλειον εἶναι προαγόρευμα, μὴ πρὶν ὑπακούσεσθαι Ῥωμαίοις Παρθυαίους, εἰ μὴ βασιλεὺς αὐτοῖς ἐπιστρατεύσειε. Καί τινες ἀπὸ τοῦδε ἐτόλμων λέγειν, ὅτι χρὴ Ῥωμαίων μὲν αὐτὸν, ὥσπερ ἦν, δικτάτωρα καὶ αὐτοκράτορα καλεῖν, καὶ ὅσα ἄλλα ἐστὶν αὐτοῖς ἀντὶ βασιλείας ὀνόματα· τῶν δὲ ἐθνῶν, ὅσα Ῥωμαίοις ὑπήκοα, ἄντικρυς ἀνειπεῖν Βασιλέα. Ὁ δὲ καὶ τόδε παρῃτεῖτο, καὶ τὴν ἔξοδον ὅλως ἐπετάχυνεν, ἐπίφθονος ὢν ἐν τῇ πόλει.

CXI. Ἐξιέναι δ' αὐτὸν μέλλοντα, πρὸ τετάρτης ἡμέρας οἱ ἐχθροὶ κατέκανον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ· εἴτε διὰ ζῆλον εὐτυχίας τε καὶ δυνάμεως, ὑπερόγκου πάνυ γενομένης· εἴθ', ὡς ἔφασκον αὐτοὶ, τῆς πατρίου πολιτείας ἐπιθυμίᾳ (εὖ γὰρ ᾔδεσαν αὐτὸν), μὴ καὶ τάδε τὰ ἔθνη προσλαβὼν, ἀναμφιλόγως γένοιτο βασιλεύς. Ταύτης δὲ σκοπὸν ἡγοῦμαι τῆς προσθήκης ἀφορμὴν λαβεῖν ἐγχειρήσεως, ἐς ὄνομα μόνον αὐτοῖς διαφερούσης,

jus appellationis; ut et tentamina illa ab ipso Cæsare profecta putarentur, et idem ipse jam omnino tyrannico more agere videretur: quandoquidem tribunos plebis, quorum potestas ex antiquo sacramento priscoque jure sacrosancta et inviolabilis esset, non aliam ob causam punitos voluerat, nisi quod ab illis appellationem regiam tanto opere prohiberi vidisset. Et augebat hominum indignationem, quod ne tempus quidem, propinquum admodum, quo magistratus eorum exisset, exspectaverat.

CIX. Quod ubi et ipse Cæsar sensit, pœnitens facti, quod primum tunc, pacis tempore, quo cum imperio militari non esset, exercuisset morosius; fertur amicis mandasse, ut custodirent ipsum, quoniam inimici ansam quæsitam jam haberent. Sed illis rogantibus, num permitteret se denuo Hispanicis stipari cohortibus, respondit: nihil miserius continua custodia; id enim esse hominis semper solliciti. At ne sic quidem cessarunt conatus regnum Cæsari asserentium. Nam quum pro rostris Lupercalia spectaret in sella aurea, Antonius, ipsius in consulatu collega, discurrens nudus et unctus (ut mos est per id solenne Lupercis), conscendensque rostra, diadema capiti Cæsaris imposuit. Ad quod spectaculum quum paucorum plausus sequeretur, plurium gemitus, abjecit ille diadema: quod Antonius ei rursus imposuit, Cæsar vero iterum abjecit. Qui dum ita inter se contendunt, spectabat populus silens, et incertus quonam res esset evasura. Ut vero vidit pervicisse Cæsarem, acclamavit suaviter, fausta illi comprecans omnia, quod diadema non admisisset.

CX. Post hæc Cæsar, sive desperans, sive pertæsus, ab incepto destitit, cavens invidiam: et, vel ut Urbem propter inimicos suspectam relinqueret, vel, ut corporis curaret valetudinem, quæ comitiali malo et subitis convulsionibus nunquam magis tentabatur quam in otio; expeditionem suscipere cogitavit longinquam contra Getas et Parthos: Getas quidem, duram et bellicosam gentem vicinamque, prior aggressurus; de Parthis vero sumturus pœnas, propter perfidiam in Crassum patratam. Jamque trans sinum Adriaticum legiones sedecim, et equitum decem millia, præmittere cœpit. Moxque alius rumor sparsus est, Sibyllinum exstare oraculum: Non posse Parthos a Romanis, nisi regis ductu, subigi. Unde ausi sunt nonnulli palam jactare: « oportere Cæsarem Romanorum quidem, sicut esset, dictatorem imperatoremque appellari, aut si quod sit præterea aliud nomen regio plausibilius: cæterorum vero populorum, qui sub Romano censentur imperio, diserte Regem nominari. » At Cæsar, hoc quoque recusato, omnino curabat, ut quamprimum ex Urbe exiret, in qua laboraret invidia.

CXI. Sed quum jam in eo esset, ut proficisceretur, quatriduo ante interfectus est ab inimicis in curia; sive ob livorem felicitatis potentiæque, ad nimium fastigium jam evectæ; sive, ut illi præ se ferebant, desiderio pristini status reipublicæ (probe enim noverant Cæsarem), ne, si illos quoque populos devicisset, citra dubitationem Romanorum jam rex evaderet. Sed a proposito illius accessionis, quæ quidem solo nomine differebat (nam re vera non differt a

ἔργῳ δὲ καὶ τοῦ δικτάτωρος ὄντος ἀκριβῶς βασιλέως. Συνεστήσαντο δὲ τὴν ἐπιβουλὴν μάλιστα δύω ἄνδρε, Μάρκος τε Βροῦτος, ὁ Καιπίων ἐπίκλην, Βρούτου τοῦ κατὰ Σύλλαν ἀνῃρημένου παῖς, αὐτῷ τε Καίσαρι προσφυγὼν ἐκ τοῦ κατὰ Φάρσαλον ἀτυχήματος· καὶ Γάϊος Κάσσιος, ὁ τὰς τριήρεις κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἐγχειρίσας τῷ Καίσαρι· οἵδε μὲν ἄμφω τῆς Πομπηΐου μοίρας γεγονότε· τῶν δ' αὐτῷ Καίσαρι φιλτάτων, Δέκμος Βροῦτος Ἀλβῖνος. Ἅπαντες ἀεὶ παρὰ Καίσαρι τιμῆς καὶ πίστεως χρηματίζοντες ἄξιοι· οἷς γε καὶ πράξεις ἐνεχείρισε μεγίστας, καὶ, ἐπὶ τὸν ἐν Λιβύῃ πόλεμον ἀπιὼν, στρατεύματα ἔδωκε, καὶ τὴν Κελτικὴν ἐπέτρεψε, τὴν μὲν ὑπὲρ Ἄλπεων Δέκμῳ, τὴν δ' ἐντὸς Ἄλπεων Βρούτῳ.

CXII. Μέλλοντες δὲ ὁμοῦ τότε τῆς πόλεως στρατηγήσειν ὁ Βροῦτος καὶ ὁ Κάσσιος, ἐς ἀλλήλους διήριζον περὶ τῆς καλουμένης πολιτικῆς στρατηγίας, ἣ τῶν ἄλλων προτιμᾶται· εἴτε τῷ ὄντι φιλοτιμούμενοι περὶ αὐτὴν, εἴθ' ὑπόκρισις ἦν τοῦ μὴ πάντα συμπράσσειν ἀλλήλοις νομίζεσθαι. Καὶ ὁ Καῖσαρ, αὐτοῖς διαιτῶν, λέγεται πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν, ὡς τὰ μὲν δίκαια Κάσσιον ἀποφαίνοι, Βρούτῳ δ' αὐτὸς χαρίζοιτο. Τοσῇδε ἐν ἅπασιν εὐνοίᾳ καὶ τιμῇ πρὸς τὸν ἄνδρα ἐχρῆτο. Καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ παῖς ἐνομίζετο εἶναι, Σερουϊλίας τῆς Κάτωνος ἀδελφῆς ἐρασθείσης τοῦ Καίσαρος, ὅτε ὁ Βροῦτος ἐγίγνετο. Διὸ καὶ, νικῶν ἐν Φαρσάλῳ, μετὰ σπουδῆς λέγεται τοῖς ἡγεμόσιν εἰπεῖν, Βροῦτον ὅπῃ δύναιντο περισώζειν. Ἀλλ' εἴτε ἀχάριστος ὢν ὁ Βροῦτος, εἴτε τὰ τῆς μητρὸς ἁμαρτήματα ἀγνοῶν ἢ ἀπιστῶν ἢ αἰδούμενος, εἴτε φιλελεύθερος ὢν ἄγαν, καὶ τὴν πατρίδα προτιμῶν, εἴθ' ὅτι ἔκγονος ὢν Βρούτου τοῦ πάλαι τοὺς βασιλέας ἐξελάσαντος, ἐρεθιζόμενος καὶ ὀνειδιζόμενος μάλιστα ἐς τοῦτο ὑπὸ τοῦ δήμου (πολλὰ γὰρ τοῖς ἀνδριάσι τοῦ πάλαι Βρούτου, καὶ τῷ δικαστηρίῳ τοῦδε τοῦ Βρούτου, τοιάδε ἐπεγράφετο λάθρα· Βροῦτε, δωροδοκεῖς; Βροῦτε, νεκρὸς εἶ; ἢ, Ὠφελές γε νῦν περιεῖναι· ἢ, Ἀνάξιά σου τὰ ἔκγονα· ἢ, Οὐδ' ἔκγονος εἶ σὺ τοῦδε)· ταῦτα καὶ τοιουτότροπα ἄλλα πολλὰ τὸν νεανίαν ἐξέκαυσεν ἐπὶ τὸ ἔργον, ὡς ἑαυτοῦ προγονικόν.

CXIII. Ἀκμάζοντος δ' ἔτι τοῦ περὶ τῆς βασιλείας λόγου, καὶ συνόδου μελλούσης ἔσεσθαι τῆς βουλῆς μετ' ὀλίγον, ὁ Κάσσιος ἐμβαλὼν τὴν χεῖρα τῷ Βρούτῳ, Τί ποιήσομεν, ἔφη, παρὰ τὸ βουλευτήριον, ἂν οἱ κόλακες τοῦ Καίσαρος γνώμην περὶ βασιλείας προθῶσι; Καὶ ὁ Βροῦτος οὐκ ἔφη παρέσεσθαι τῷ βουλευτηρίῳ. Ἐπανερομένου δὲ τοῦ Κασσίου, Τί δ', ἂν ἡμᾶς καλῶσιν ὡς στρατηγοὺς, τί ποιήσομεν, ὦ ἀγαθὲ Βροῦτε; Ἀμυνῶ τῇ πατρίδι, ἔφη, μέχρι θανάτου. Καὶ ὁ Κάσσιος αὐτὸν ἀσπασάμενος, Τίνα δ', ἔφη, σὺ προσλήψῃ τῶν ἀρίστων, οὕτω φρονῶν; ἢ σοι δοκοῦσιν οἱ χειροτέχναι καὶ κάπηλοι καταγράφειν σου τὸ δικαστήριον ἀσήμως μᾶλλον, ἢ οἱ Ῥωμαίων ἄριστοι, παρὰ μὲν τῶν ἄλλων στρατηγῶν θέας αἰτοῦντες ἵππων ἢ θηρίων, παρὰ δὲ

rege dictator), occasionem eos cepisse arbitror aggrediendi operis. Conjurationis duo maxime fuere principes, M. Brutus Cæpio, Bruti illius Syllanis temporibus interfecti filius, qui ad ipsum Cæsarem confugerat post cladem Pharsalicam: et C. Cassius, qui triremes eidem in Hellesponto tradiderat, ambo Pompeianarum partium. Ex ipsius vero Cæsaris intimis amicis cum duobus illis faciebat Decimus Brutus Albinus. Qui omnes semper in honore ac fide apud Cæsarem erant habiti; ita quidem, ut eorumdem in rebus maximis usus esset opera, et iturus ad Africanum bellum exercitus eis dedisset, Galliasque provincias commisisset, Decimo Bruto Transalpinam, Marco Cisalpinam.

CXII. Erant tum designati prætores urbani Brutus et Cassius; contendebantque de jurisdictione, quæ inter cives vocatur et honoratior est quam altera. Id sive serio fecerint per ambitionem, sive ficte, quominus in omnibus rebus conspirare viderentur: Cæsar, delectus arbiter, amicis dixisse fertur, « ex æquo quidem Cassio primas deberi, se tamen Bruto gratificaturum. » Ita in omnibus rebus hunc et honore et benevolentia prosequebatur: nam et filius Cæsaris putabatur Brutus, quod adamatus Cæsar fuisset a Servilia, Catonis sorore, quo tempore Brutus ex ea est genitus. Quapropter et in Pharsalica victoria diligenter mandasse Cæsar ducibus dicitur, ut omnino Brutum servarent incolumem. Qui tamen sive ingratus, sive rem ignorans, aut non credens, aut pudori sibi ducens matris impudicitiam, sive eximio libertatis amore patriam patri præferens, sive quod esset prisci illius Bruti regum expulsoris progenies (irritatus etiam opprobriis populi, qui statuis antiqui Bruti, et hujus prætoris tribunali, clam adscribebat verba hujusmodi: Brute, largitionibus corrumperis? Brute, mortuus es? Utinam nunc quidem superesses! aut, Degeneres habes posteros! aut, Non es tu illius progenies!): his igitur rebus, et ejus generis aliis accensus est juvenis ille ad facinus, quasi dignum suis majoribus.

CXIII. Dum ita magnis adhuc studiis agitabatur quæstio de regno, et mox senatus ea de re erat habendus; Cassius manu prehendens Brutum, Quid faciemus, inquit, si adulatores Cæsaris de regno ejus retulerint? Tum Brutus negavit se interfore senatui. Quumque denuo rogaret ille: Quid? si vocemur, ut prætores; quid tum faciemus, o bone? » Propugnator, inquit, ero patriæ ad mortem usque. » Tum Cassius eum complexus, Ecquem, inquit, ex optimatibus adsci sces ad hoc consilium? ni forte putas, opifices aut caupones tuo tribunali occulte inscribere illa, et non potius optimum quemque civium; qui ab aliis prætoribus circenses ludos, aut venationes exspectant: a te vero libertatem,

σοῦ τὴν ἐλευθερίαν, ὡς σὸν προγονικὸν ἔργον; Οἱ μὲν δὴ τάδε ἄρα ἐκ πολλοῦ διανοούμενοι, τότε πρῶτον ἐς τὸ φανερὸν ἀλλήλοις προὔφερον· καὶ τῶν ἰδίων ἑκάτερος φίλων ἀπεπειρῶντο, καὶ τῶν αὐτοῦ Καίσαρος, οὓς εὐτολμοτάτους ἑκατέρων ᾔδεσαν. Καὶ συνήγειραν ἐκ μὲν τῶν σφετέρων ἀδελφὼ δύο, Καικίλιόν τε καὶ Βουκολιανὸν, καὶ ἐπὶ τούτοις Ῥούβριον Ῥῦγα, καὶ Κόϊντον Λιγάριον, καὶ Μάρκον Σπόριον, καὶ Σερουΐλιον Κάσκαν, καὶ Σερούϊον Γάλβαν, καὶ Σέξστιον Νάσωνα, καὶ Πόντιον Ἀκύλαν. Τούσδε μὲν ἐκ τῶν οἰκείων σφίσιν· ἐκ δὲ τῶν αὐτοῦ φίλων Καίσαρος Δέκμον τε, περὶ οὗ μοι προείρηται, καὶ Γάϊον Κάσκαν, καὶ Τρεβώνιον καὶ Τίλλιον Κίμβρον καὶ Μινούκιον Βάσιλλον.

CXIV. Ὡς δὲ σφίσιν ἐδόκουν ἅλις ἔχειν, καὶ πλέοσιν ἐκφέρειν οὐκ ἐδοκίμαζον, συνέθεντο μὲν ἀλλήλοις ἄνευ τε ὅρκων καὶ ἄνευ σφαγίων· καὶ οὐδεὶς μετέθετο, οὐδὲ προὔδωκε· καιρὸν δ' ἐζήτουν, καὶ τόπον. Ὁ μὲν δὴ καιρὸς ὑπερήπειγεν, ὡς Καίσαρος ἐς τετάρτην ἡμέραν ἐξιόντος ἐπὶ τὰς στρατείας, καὶ φυλακῆς αὐτὸν αὐτίκα περιεξούσης στρατιωτικῆς. Χωρίον δ' ἐπενόουν τὸ βουλευτήριον· ὡς τῶν βουλευτῶν, εἰ καὶ μὴ προμάθοιεν, προθύμως, ὅτε ἴδοιεν τὸ ἔργον, συνεπιληψομένων· ὃ καὶ περὶ Ῥωμύλον, τυραννικὸν ἐκ βασιλικοῦ γενόμενον, ἐλέγετο συμβῆναι· δόξειν τε τὸ ἔργον, ὥσπερ ἐκεῖνο, καὶ τόδε ἐν βουλευτηρίῳ γενόμενον, οὐ κατ' ἐπιβουλὴν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως πεπρᾶχθαι· ἀκίνδυνόν τε, ὡς κοινὸν, ἔσεσθαι παρὰ τῷ Καίσαρος στρατῷ· καὶ τὴν τιμὴν σφίσι μενεῖν, οὐκ ἀγνοουμένοις ὅτι ἦρξαν. Διὰ μὲν δὴ ταῦτα τὸ βουλευτήριον ἐπελέγοντο πάντες ὁμαλῶς· περὶ δὲ τοῦ τρόπου διεφέροντο. Οἱ μὲν, καὶ Ἀντώνιον συναναιρεῖν ἀξιοῦντες, ὕπατόν τε ὄντα σὺν τῷ Καίσαρι, καὶ φίλον αὐτοῦ δυνατώτατον, καὶ τοῖς στρατιώταις γνωριμώτατον· ὁ δὲ Βροῦτος ἔλεγεν, ἐπὶ μὲν τῷ Καίσαρι μόνῳ δόξαν οἴσεσθαι τυραννοκτόνων, ὡς βασιλέα ἀναιροῦντες· ἐπὶ δὲ τοῖς φίλοις αὐτοῦ, ἐχθρῶν, ὡς Πομπηΐου στασιῶται. Καὶ οἱ μὲν, τῷδε μάλιστα ἀναπεισθέντες, τὴν προσιοῦσαν αὐτίκα τῆς βουλῆς σύνοδον ἐφύλασσον.

CXV. Ὁ δὲ Καῖσαρ πρὸ μιᾶς τοῦδε τοῦ βουλευτηρίου χωρῶν ἐπὶ δεῖπνον ἐς Λέπιδον τὸν ἵππαρχον, ἐπήγετο Δέκμον Βροῦτον Ἀλβῖνον ἐς τὸν πότον· καὶ λόγον ἐπὶ τῇ κύλικι προὔθηκε, Τίς ἄριστος ἀνθρώπῳ θάνατος; αἱρουμένων δὲ ἕτερα ἑτέρων, αὐτὸς ἐκ πάντων ἐπῄνει τὸν αἰφνίδιον. Καὶ ὁ μὲν ὧδε προὐμαντεύετο ἑαυτῷ· καὶ ἐλεσχήνευε περὶ τῶν ἐς τὴν αὔριον ἐσομένων. Ἐπὶ δὲ τῷ πότῳ, νυκτὸς αὐτῷ τὸ σῶμα νωθρὸν ἐγίγνετο. Καὶ ἡ γυνὴ Καλπουρνία, ἐνύπνιον αἵματι πολλῷ καταῤῥεόμενον ἰδοῦσα, κατεκώλυε μὴ προελθεῖν. Θυομένῳ τε πολλάκις ἦν τὰ σημεῖα φοβερά. Καὶ πέμπειν ἔμελλεν Ἀντώνιον, διαλύσοντα τὴν βουλήν· ἀλλὰ Δέκμος παρὼν ἔπεισε, μὴ λαβεῖν ὑπεροψίας διαβολὴν, αὐτὸν δὲ αὐτὴν ἐπελθόντα διαλῦσαι. Καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τοῦτο ἐκομίζετο φορείῳ. Θέαι δ' ἦσαν ἐν τῷ Πομπηΐου θεάτρῳ, καὶ βουλευτήριον ἔμελλε τῶν τις

ut munus majoribus tuis dignum! Ita quæ dudum in animo hi duo habuerant, tum primum aperuerunt sibi invicem: ac mox amicorum quoque prætentabant mentem, atque ipsorum familiarium Cæsaris etiam, ut quemque norant in utraque factione audacissimum. Pertraxeruntque ex suis amicis in consilii societatem duos fratres, Cæcilium et Bucolianum: præterea Rubrium Rugam, Q. Ligarium, M. Spurium, Servilium Cascam, Servium Galbam, Sextium Nasonem, Pontium Aquilam; omnes hos suæ factionis: ex Cæsaris vero familiaribus, Decimum, de quo jam dixi, C. Cascam, Trebonium, Tillium Cimbrum, Minucium Basillum.

CXIV. Ut vero visi sunt sibi satis sociorum habere, non communicandam rem pluribus rati, conspiraverunt absque jurejurando et victimis: nec tamen quisquam aut mutavit animum, aut prodidit rem; tempus tantum captabatur et locus. Et urgebat brevitas temporis, instante profectione Cæsaris ad diem quartum; quando adhibiturus erat militare satellitium ad corporis custodiam. Locus autem curia placuit: quod existimarent, senatores, licet non præmonitos, tamen conspecto facinore adjuturos cupide: quod et Romulo accidisse fertur, postquam regiam potestatem in tyrannidem verterat. Itaque hoc facinus illi fore simile, præsertim non clam patratum, sed in ipsa curia, idque pro republica: nec periculum fore a Cæsariano exercitu, velut re ab universo senatu profecta: cæterum præmia mansura ipsos, quos nemo ignoraturus esset auctores tanti facinoris fuisse. Quapropter cunctis locum rei gerendæ Curiam destinantibus, de modo aggrediendæ non conveniebat; aliis Antonium etiam una tollendum censentibus, collegam Cæsaris, et amicorum potentissimum, militibusque familiarissimum; Bruto vero contradicente « ex solius Cæsaris cæde tyrannicidarum decus petendum, quasi regem occidissent: quod si et amicos ejus interimerent, fore ut inimicitiis privatis et Pompeianæ factionis rationibus facinus imputetur. » Et vicit hæc sententia; nec aliud porro exspectabatur, quam ut senatus propediem conveniret.

CXV. Pridie vero ejus diei, quo senatus est habitus, Cæsar cœnaturus apud Lepidum magistrum equitum, Decimum Brutum Albinum secum adduxerat: ortaque inter pocula quæstione, quodnam mortis genus homini esset optimum: aliis aliud præoptantibus, ipse unus repentinam mortem prætulit. Atque ita sibimetipsi vates factus, de crastinis negotiis amplius confabulatus est. Post eam compotationem quum noctu languor quidam occupasset Cæsarem, quumque eadem nocte uxor ejus Calpurnia per insomnium multo sanguine cruentatum vidisset maritum, non sinebat illa mane domo eum egredi. Sacrificanti quoque, nec litanti, multa signa oblata sunt horrenda. Jamque Antonio mandaturus erat, ut senatum dimitteret; quum Decimus Brutus ei persuasit, satius esse ad evitandam superbiæ contemtique senatus opinionem, ut ipse iret dimitteretque. Quamobrem lectica delatus Cæsar est in curiam. Ludi tum erant in Pompeii theatro, et

περὶ αὐτὸ οἴκων ἔσεσθαι, εἰωθὸς ἐπὶ ταῖς θέαις ὧδε γίγνεσθαι. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Βροῦτον ἕωθεν κατὰ τὴν στοὰν τὴν πρὸ τοῦ θεάτρου τοῖς δεομένοις σφῶν ὡς στρατηγῶν εὐσταθέστατα ἐχρημάτιζον. Πυνθανόμενοι δὲ περὶ τῶν γιγνομένων ἱερῶν τῷ Καίσαρι, καὶ τῆς ἀναθέσεως τοῦ βουλευτηρίου, πάνυ ἠποροῦντο. Καί τις, αὐτῶν ὧδε ἐχόντων, τῆς Κάσκα χειρὸς λαβόμενος, εἶπε· Σὺ μὲν ὄντα με φίλον ἀπέκρυψας, Βροῦτος δ' ἀνήνεγκέ μοι. Καὶ ὁ μὲν Κάσκας ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἄφνω τεθορύβητο. Ὁ δ' ἐπιμειδιάσας ἔφη· Πόθεν οὖν ἔσται σοι τὰ χρήματα τῆς ἀγορανομίας; καὶ ὁ Κάσκας ἀνήνεγκεν. Αὐτὸν δὲ Βροῦτον καὶ Κάσσιον, σύννους τε ὄντας καὶ συλλαλοῦντας ἀλλήλοις, τῶν τις βουλευτῶν ἐπισπάσας, Ποπίλλιος Λαίνας, ἔφη, συνεύχεσθαι περὶ ὧν ἔχουσι κατὰ νοῦν· καὶ παρῄνει ἐπιταχύνειν. Οἱ δὲ ἐθορυβήθησαν μέν, ὑπὸ δὲ ἐκπλήξεως ἐσιώπων.

CXVI. Φερομένου δὲ ἤδη τοῦ Καίσαρος, τῶν οἰκείων τις αὐτῷ, περὶ τῆσδε τῆς ἐπιβουλῆς μαθών, ἔθει μηνύσων ὃ ἔμαθεν. Καὶ ὁ μὲν ἐς Καλπουρνίαν ἦλθε, καὶ τοσόνδε μόνον εἰπών, ὅτι χρῄζοι Καίσαρος ὑπὲρ ἔργων ἐπειγόντων, ἀνέμενεν αὐτὸν ἐπανελθεῖν ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου· οὐκ εἰς τέλος ἄρα τὰ γιγνόμενα πάντα πεπυσμένος. Ὁ δ' ἐν Κνίδῳ γεγονὼς αὐτῷ ξένος Ἀρτεμίδωρος, ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσδραμών, εὗρεν ἄρτι ἀναιρούμενον. Ὑπὸ δ' ἄλλου καὶ βιβλίον περὶ τῆς ἐπιβουλῆς ἐπιδοθὲν αὐτῷ προθυομένῳ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ εὐθὺς ἐσιόντι, μετὰ χεῖρας εὑρέθη τεθνεῶτος. Ἄρτι δ' ἐκβαίνοντι τοῦ φορείου Λαίνας, ὁ τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον πρὸ ὀλίγου συνευξάμενος, ἐντυχών, διελέγετο ἰδίᾳ μετὰ σπουδῆς. Καὶ τοὺς μὲν ἥ τε ὄψις αὐτίκα τοῦ γιγνομένου κατέπλησσε καὶ τὸ μῆκος τῆς ἐντεύξεως· καὶ διένευον ἀλλήλοις, διαχρήσασθαι σφᾶς αὐτοὺς πρὸ συλλήψεως. Προϊόντος δὲ τοῦ λόγου, τὸν Λαίναν ὁρῶντες οὐ μηνύοντι μᾶλλον ἢ περί του δεομένῳ καὶ λιπαροῦντι ἐοικότα, ἀνέφερον· ὡς δ' ἐπὶ τῷ λόγῳ καὶ ἀσπασάμενον εἶδον, ἀνεθάῤῥησαν. Ἔθος δ' ἐστὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐς τὴν βουλὴν εἰσιοῦσιν, οἰωνίζεσθαι προσιοῦσι. Καὶ πάλιν τῶν ἱερῶν ἦν τῷ Καίσαρι τὸ μὲν πρῶτον ἄνευ καρδίας, ἢ (ὡς ἕτεροι λέγουσιν) ἡ κεφαλὴ τοῖς σπλάγχνοις ἔλειπε. Καί του μάντεως εἰπόντος, θανάτου τὸ σημεῖον εἶναι· γελάσας ἔφη, τοιοῦτον αὐτῷ καὶ περὶ Ἰβηρίαν γενέσθαι πολεμοῦντι Πομπηΐῳ. Ἀποκριναμένου δὲ τοῦ μάντεως, ὅτι καὶ τότε κινδυνεύσειε λαμπρῶς, καὶ νῦν ἔτι πιθανώτερον εἴη τὸ σημεῖον, αὖθις αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ἐκέλευε θύεσθαι. Καὶ οὐδενὸς οὐδ' ὣς καλλιερουμένου, τὴν βουλὴν βραδύνουσαν αἰδούμενος, καὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ὡς φίλων, ἐπειγόμενος, ἐσῄει, τῶν ἱερῶν καταφρονήσας. Χρῆν γὰρ ἃ ἐχρῆν Καίσαρι γενέσθαι.

CXVII. Οἱ δ' Ἀντώνιον μὲν πρὸ θυρῶν ἀποδιατρίβειν ἐν ὁμιλίᾳ Τρεβώνιον ἐξ ἑαυτῶν ὑπελίποντο· Καίσαρα δ' ἐπὶ τοῦ θρόνου προκαθίσαντα περιέστησαν, οἷα φίλοι, σὺν λεληθόσι ξιφιδίοις. Καὶ αὐτῶν Τίλλιος μὲν Κίμβερ, ἐντυχὼν ἐς πρόσωπον, ἀδελφῷ φυγάδι κάθο-

senatus in imminentibus theatro huic ædibus convenerat, ut mos erat spectaculorum tempore. Eo mane Brutus et Cassius prætores in porticu ante theatrum magna tranquillitate jus reddebant petentibus : sed ubi cognoverunt, Cæsarem non litare, ideoque senatum differri, valde turbabantur. Qui dum ita affecti sunt, nonnemo interim apprehensa manu Cascæ « Tu, inquit, a me amico tuo rem celasti, sed Brutus mihi retulit. » Et Casca quidem, terrore conscientiæ subito cohorruit. Postquam autem subridens alter, « Unde tibi igitur, ait, erit ad ædilitatem pecunia ? » recepit Casca animum. Ipsos vero Brutum et Cassium, cogitabundos inter se colloquentes, seduxit unus senatorum, Popillius Lænas, et his verbis allocutus : « Deos precor, ut bene vertant quod habetis in animo » : simulque jussit, accelerarent factum. Et illi, terrore conturbati, siluerunt.

CXVI. Dum vero jam in curiam defertur Cæsar, ex familiaribus ejus aliquis cursim domum ejus venit, indicaturus quæ de insidiis ei paratis cognoverat. Sed hic quidem solam Calpurniam domi offendens, nihil aliud prolocutus, quam opus se habere Cæsaris colloquio de rebus urgentibus, exspectabat ejus ex curia reditum, quia non perfecte rem intellexerat. Artemidorus autem, cujus hospitio Cæsar Cnidi usus erat, in curiam accurrens, jam occisum eum offendit. Alius tabellas etiam insidiarum indices ante curiam sacrificanti obtulerat : sed ille nihil moratus, introgressus est ; et tabellæ post repertæ sunt in manu interfecti. Exscendenti vero e lectica occurrit Lænas, is qui paulo ante Cassio bene precatus fuerat ; et cum Cæsare solus serio est collocutus. Quo viso statim territi sunt conjurationis principes, maxime quod longior esset sermo ; jamque sibi invicem innuebant, ut seipsos, priusquam comprehenderentur, transfigerent. Sed, quum porro observantibus gestus Lænatis similior videretur precanti aliquid quam indicanti, animum receperunt. Ut vero post sermonem viderunt agentem gratias, fiduciam plane resumserunt. Est autem mos magistratibus curiam intraturis, in ipso introitu uti aruspicum opera : ac rursum in prima Cæsaris victima cor defuit, vel, ut alii dicunt, caput extorum. Id quum aruspex interpretaretur letale signum, ridens ille, ait « in Hispania quoque cum Pompeio dimicaturo simile sibi fuisse oblatum. » Quumque aruspex respondisset : « tum quoque magnum eum adiisse discrimen capitis, nunc vero majus etiam exta minari ; » Cæsar jussit aliam mactari victimam. Sed, quum ne tum quidem litaret, veritus senatum morari diutius, inimicis quoque amicorum specie urgentibus, introgressus est contemtis victimis. Necesse enim erat evenire Cæsari id quod evenit.

CXVII. Ad Antonium pro foribus confabulatione distinendum relictus est e conjuratis Trebonius : cæteri Cæsarem in sella residentem velut amici circumsteterunt, parvis gladiis sub veste instructi. Et primum quidem Tillius Cimber ex adverso ad Cæsarem accedens, fratri exulanti rogabat

δον ᾔτει. Ἀνατιθεμένου δὲ καὶ ἀντιλέγοντος ὅλως τοῦ Καίσαρος, ὁ μὲν Κίμβερ αὐτοῦ τῆς πορφύρας, ὡς ἔτι δεόμενος, ἐλάβετο, καὶ τὸ εἶμα περισπάσας ἀπὸ τοῦ τραχήλου εἷλκε, βοῶν· Τί βραδύνετε, ὦ φίλοι; Κάσκας δ' ἐφεστὼς ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐπὶ τὴν σφαγὴν τὸ ξίφος ἤρεισε πρῶτος· παρολισθὼν δὲ, ἐνέτεμε τὸ στῆθος. Καὶ ὁ Καῖσαρ τό τε ἱμάτιον ἀπὸ τοῦ Κίμβερος ἐπισπάσας, καὶ τῆς χειρὸς τοῦ Κάσκα λαβόμενος, καὶ καταδραμὼν ἀπὸ τοῦ θρόνου, καὶ ἐπιστραφεὶς, τὸν Κάσκαν εἵλκυσε σὺν βίᾳ πολλῇ. Οὕτω δ' ἔχοντος αὐτοῦ, τὸ πλευρὸν ἕτερος, ὡς ἐπὶ συστροφῇ τεταμένον, διελαύνει ξιφιδίῳ· καὶ Κάσσιος ἐς τὸ πρόσωπον ἔπληξε, καὶ Βροῦτος ἐς τὸν μηρὸν ἐπάταξε, καὶ Βουκολιανὸς ἐς τὸ μετάφρενον· ὥστε τὸν Καίσαρα ἐπὶ μέν τι σὺν ὀργῇ καὶ βοῇ, καθάπερ θηρίον, ἐς ἕκαστον αὐτῶν ἐπιστρέφεσθαι· μετὰ δὲ τὴν Βρούτου πληγὴν, εἴτε ἀπογιγνώσκοντα ἤδη, τὸ ἱμάτιον περικαλύψασθαι, καὶ πεσεῖν εὐσχημόνως, παρὰ ἀνδριάντι Πομπηίου. Οἱ δὲ καὶ ὣς ἐνύβριζον αὐτῷ πεσόντι, μέχρι τριῶν ἐπὶ εἴκοσι πληγῶν· πολλοί τε διωθιζόμενοι μετὰ τῶν ξιφῶν, ἀλλήλους ἔπληξαν.

CXVIII. Ἐκτελεσθέντος δὲ τοῖς φονεῦσι τοσοῦδε ἄγους ἐν ἱερῷ χωρίῳ, καὶ ἐς ἄνδρα ἱερὸν καὶ ἄσυλον, φυγή τε ἦν ἀνὰ τὸ βουλευτήριον αὐτίκα καὶ ἀνὰ τὴν πόλιν ὅλην· καὶ ἐτρώθησάν τινες τῶν βουλευτῶν ἐν τῷδε τῷ θορύβῳ, καὶ ἀπέθανον ἕτεροι. Πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ἀστῶν τε καὶ ξένων ἐγίγνετο φόνος, οὐ προβεβουλευμένος, ἀλλ' οἷος ἐκ θορύβου πολιτικοῦ, καὶ ἀγνωσίας τῶν ἐπιλαβόντων. Οἵ τε γὰρ μονομάχοι, ὡπλισμένοι ἕωθεν ὡς ἐπὶ δή τινα θέας ἐπίδειξιν, ἐκ τοῦ θεάτρου διέθεον ἐς τὰ τοῦ βουλευτηρίου παραφράγματα· καὶ τὸ θέατρον ὑπὸ ἐκπλήξεως σὺν φόβῳ καὶ δρόμῳ διελύετο, τά τε ὤνια ἡρπάζετο. Καὶ τὰς θύρας ἅπαντες ἀπέκλειον, καὶ ἀπὸ τῶν τεγῶν εἰς ἄμυναν ἡτοιμάζοντο. Ἀντώνιός τε τὴν οἰκίαν ὠχύρου, τεκμαιρόμενος συνεπιβουλεύεσθαι τῷ Καίσαρι. Καὶ Λέπιδος ὁ ἵππαρχος, ἐν ἀγορᾷ μὲν ὤν, ἐπύθετο τοῦ γεγονότος· ἐς δὲ τὴν ἐν τῷ ποταμῷ νῆσον διαδραμὼν, ἔνθα ἦν αὐτῷ τέλος στρατιωτῶν, ἐς τὸ πεδίον αὐτοὺς μετεβίβαζεν, ὡς ἑτοιμοτέρους ἕξων ἐς τὰ παραγγελλόμενα ὑπ' Ἀντωνίου· Ἀντωνίῳ γὰρ ἐξίστατο, φίλῳ τε τοῦ Καίσαρος ὄντι μᾶλλον, καὶ ὑπάτῳ. Καὶ αὐτοῖς σκεπτομένοις ὁρμὴ μὲν ἦν, ἀμύνειν τῷ Καίσαρι τοιάδε παθόντι· τὴν δὲ βουλὴν πρὸς τῶν ἀνδροφόνων ἐσομένην ἐδεδοίκεσαν, καὶ τὸ μέλλον ἔτι περιεσκόπουν. Ἀμφὶ δὲ αὐτῷ Καίσαρι στρατιωτικὸν μὲν οὐκ ἦν· οὐ γὰρ δορυφόροις ἠρέσκετο, τῇ δὲ τῆς ἡγεμονίας ὑπηρεσίᾳ μόνῃ. Καὶ αἱ πλέονες ἀρχαὶ καὶ πολὺς ὅμιλος ἄλλος ἀστῶν, καὶ ξένων, καὶ πολὺς θεράπων καὶ ἐξελεύθερος αὐτὸν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον ἐκ τῆς οἰκίας παρεπεπόμφεισαν· ὧν ἀθρόως διαφυγόντων, τρεῖς θεράποντες μόνοι παρέμειναν, οἳ τὸ σῶμα ἐς τὸ φορεῖον ἐνθέμενοι, διεκόμισαν οἴκαδε ἀνωμάλως, οἷα τρεῖς, τὸν πρὸ ὀλίγου γῆς καὶ θαλάσσης προστάτην.

reditum. Ubi vero in aliud tempus eum rejecit Cæsar, atque etiam omnino repulsam ei dedit, Cimber togam ejus purpuream, velut precibus instans, prehendit, eamque adducens et a cervice detrahens, exclamavit : Quid cessatis, amici? Jamque Casca, a capite Cæsari adstans, primus omnium gladio jugulum ejus petiit; sed aberrans, pectus vulneravit. Tum Cæsar, retracta e Cimbri manibus toga, et Cascæ manu correpta, de sella desilit; et in ipsum Cascam conversus, magna vi eum rapuit. In ea colluctatione, alius latus Cæsaris, distentum tunc maxime, dum ille se convertit, perfodit gladiolo; simulque Cassius vulnus inflixit in faciem; Brutus femur suffodit; Bucolianus inter scapulas eum sauciavit ; ita ut furens Cæsar frendensque feræ modo, nunc in hunc, nunc in illum se obverteret. Deinde vero, post ictum Bruti desperans jam de salute, veste caput obvolvit, et sinu deducto honeste cecidit ad Pompeii statuam. Illi vero in jacentem etiam pergebant sævire, donec XXIII plagæ inflictæ sunt corpori : et dum per medios alios se ingerunt cum gladiis, nonnulli ex percussoribus a suis quoque sunt vulnerati.

CXVIII. Perpetrato hoc scelere in sacrato loco et in virum sacrosanctum, fuga cœpta est fieri et in curia et per totam Urbem : et senatores etiam in eo tumultu vulnerati sunt aliquot, et occisi alii. Facta est et aliorum civium ac exterorum cædes; non consulto, sed, ut fit et in tumultu publico, per errorem eorum, in quorum manus hi inciderant. Nam et gladiatores, qui a primo mane armati fuerant, ut in scenam eo die prodirent, jam excurrerunt e theatro intra curiæ sepimenta, et spectatorum turba, metu attonita, cursim, dispersa est; resque venales diripiebantur; fores omnes claudebantur, et petebantur tecta ad arcendos impetus. Antonius quoque suas ædes muniebat; suspicans, et se neci destinatum esse una cum Cæsare : Lepidus, magister equitum, ut factum cognovit in foro, evasit in insulam fluminis, ubi legionem habebat; quam transduxit in campum, quo expeditiorem haberet ad mandata exsequenda Antonii : nam Antonio Lepidus cedebat, ut intimiori amico Cæsaris, et tunc consuli. Et his quidem deliberantibus libuerat ulcisci necem tam indignam Cæsaris; sed verebantur senatum, futurum percussoribus; ideoque exspectabant amplius. Ipse vero Cæsar nulla stipatus fuerat militum manu. Nec enim delectabatur satellitio, contentus solis apparitoribus, qui ei pro magistratu præsto erant. Præter hos vero deductus etiam fuerat a plerisque magistratibus, aliaque turba tam hospitum quam civium; et multi insuper liberti servique e domo ad curiam illum erant prosecuti. Quibus simul cunctis fuga dispersis, soli tres servuli eum non deseruerunt, qui corpus in lecticam impositum transtulerunt domum; impari gressu (pro impari numero) portantes eum, qui terræ marisque paulo ante fuerat dominus.

CXIX. Οἱ δὲ σφαγεῖς ἐβούλοντο μέν τι εἰπεῖν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Οὐδενὸς δὲ παραμείναντος, τὰ ἱμάτια ταῖς λαιαῖς, ὥσπερ ἀσπίδας, περιπλεξάμενοι, καὶ τὰ ξίφη μετὰ τοῦ αἵματος ἔχοντες, ἐβοηδρόμουν βασιλέα καὶ τύραννον ἀνελεῖν· καὶ πῖλόν τις ἐπὶ δόρατος ἔφερε, σύμβολον ἐλευθερώσεως· ἐπί τε τὴν πάτριον πολιτείαν παρεκάλουν, καὶ Βρούτου τοῦ πάλαι καὶ τῶν τότε σφίσιν ὀμωμοσμένων ἐπὶ τοῖς πάλαι βασιλεῦσιν ἀνεμίμνησκον. Συνέθεον δὲ αὐτοῖς τινες, χρησάμενοι ξιφίδια, οἳ τοῦ ἔργου μὴ μετασχόντες, προσεποιοῦντο τὴν δόξαν, Λέντλος τε ὁ Σπινθὴρ, καὶ Φαώνιος, καὶ Ἀκουῖνος, καὶ Δολοβέλλας, καὶ Μοῦρκος, καὶ Πατίσκος· οἳ τῆς μὲν δόξης οὐ μετέσχον, τῆς δὲ τιμωρίας τοῖς ἁμαρτοῦσι συνέτυχον. Τοῦ δήμου δὲ αὐτοῖς οὐ προσθέοντος, ἠπόρουν καὶ ἐδεδοίκεσαν· τῇ μὲν βουλῇ, καὶ εἰ αὐτίκα ὑπ' ἀγνοίας καὶ θορύβου διέφυγε, θαῤῥοῦντες ὅμως, συγγενέσι τε σφῶν καὶ φίλοις οὖσι, βαρυνομένοις τε τὴν τυραννίδα ὁμοίως· τὸν δὲ δῆμον ὑφορώμενοι, καὶ τοὺς ἐστρατευμένους τῷ Καίσαρι, πολλοὺς ἐν τῇ πόλει τότε παρόντας· τοὺς μὲν, ἄρτι τῆς στρατείας ἀφειμένους, καὶ ἐς κληρουχίας διατεταγμένους· τοὺς δὲ, προαπῳκισμένους μὲν, ἐς δὲ παραπομπὴν τοῦ Καίσαρος ἐξιόντος ἀφιγμένους. Λέπιδόν τε ἐδεδοίκεσαν, καὶ τὸν ὑπὸ τῷ Λεπίδῳ στρατὸν ἐν τῇ πόλει, καὶ Ἀντώνιον ὑπατεύοντα, μὴ ἀντὶ τῆς βουλῆς τῷ δήμῳ μόνῳ χρώμενος, ἐργάσαιτό τι δεινὸν αὐτούς.

CXX. Οὕτω δ' ἔχοντες ἐς τὸ Καπιτώλιον σὺν τοῖς μονομάχοις ἀνέθορον. Καὶ αὐτοῖς βουλευομένοις ἔδοξεν ἐπὶ τὰ πλήθη μισθώματα περιπέμπειν· ἤλπιζον γὰρ, ἀρξαμένων τινῶν ἐπαινεῖν τὰ γεγενημένα, καὶ τοὺς ἄλλους συνεπιλήψεσθαι, λογισμῷ τε τῆς ἐλευθερίας καὶ πόθῳ τῆς πολιτείας. Ἔτι γὰρ ᾤοντο, τὸν δῆμον εἶναι Ῥωμαῖον ἀκριβῶς, οἷον ἐπὶ τοῦ πάλαι Βρούτου τὴν τότε βασιλείαν καθαιροῦντος ἐπυνθάνοντο γενέσθαι· καὶ οὐ συνίεσαν, δύο τάδε ἀλλήλοις ἐναντία προσδοκῶντες, φιλελευθέρους ὁμοῦ καὶ μισθωτοὺς σφίσιν ἔσεσθαι χρησίμως τοὺς παρόντας. Ὧν θάτερον εὐχερέστερον ἦν, διεφθαρμένης ἐκ πολλοῦ τῆς πολιτείας. Παμμιγές τε γάρ ἐστιν ἤδη τὸ πλῆθος, ὑπὸ ξενίας· καὶ ὁ ἐξελεύθερος αὐτοῖς ἰσοπολίτης ἐστί· καὶ ὁ δουλεύων ἔτι, τὸ σχῆμα τοῖς δεσπόταις ὅμοιος· χωρὶς γὰρ τῆς βουλευτικῆς, ἡ ἄλλη στολὴ τοῖς θεράπουσίν ἐστιν ἐπίκοινος· τό τε σιτηρέσιον, τοῖς πένησι χορηγούμενον ἐν μόνῃ Ῥώμῃ, τὸν ἀργὸν καὶ πτωχεύοντα καὶ ταχυεργὸν τῆς Ἰταλίας λεὼν ἐς τὴν Ῥώμην ἐπάγεται· τό τε πλῆθος τῶν ἀποστρατευομένων, οὐ διαλυόμενον ἐς τὰς πατρίδας ἔτι, ὡς πάλαι, καθ' ἕνα ἄνδρα, δέει τοῦ μὴ δικαίους πολέμους ἐνίους πεπολεμηκέναι, κοινῇ δὲ ἐς κληρουχίας ἀδίκους ἀλλοτρίας τε γῆς καὶ ἀλλοτρίων οἰκιῶν ἐξιὸν, ἄθρουν τότε ἐστάθμευεν ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τεμένεσιν, ὑφ' ἑνὶ σημείῳ καὶ ὑφ' ἑνὶ ἄρχοντι τῆς ἀποικίας· τὰ μὲν ὄντα σφίσιν ὡς ἐπὶ ἔξοδον ἤδη διαπεπρακότες, εὔωνοι δ' ἐς ὅ τι μισθοῖντο.

CXXI. Ὅθεν οὐ δυσχερῶς, ἐκ τοσῶνδε καὶ τοιῶνδε

CXIX. Percussores autem voluerant quidem verba quædam facere in curia : sed quum nemo ibi maneret, togis circum lævas manus vice clypei obvolutis, cruentos gladios tenentes currebant, vociferantes, regem et tyrannum se occidisse. Et præferente quodam in hasta pileum, recuperatæ libertatis insigne, hortabantur populum ad restituendam rempublicam; revocando in memoriam superiorem illum Brutum, et jusjurandum, quo tunc adversus antiquos reges populus sese obstrinxisset. Currebant autem cum eis nonnulli etiam; qui, quamvis non essent facinoris socii, tamen nunc, gladiis undecunque arreptis, participes gloriæ volebant videri : in quibus erant Lentulus Spinther, Favonius, Aquinus, Dolabella, Murcus, Patiscus : quibus gloria quidem frui non contigit, sed pœnas dare easdem cum sontibus. Quum autem plebs eis se non adjungeret, hæsitabant inopes consilii, et metuebant : de senatu quidem, quanquam per ignorantiam et trepidationem statim diffugerat, bene sperantes; cum quod ipsis cognati amicique essent plerique ejus ordinis, tum quod et illi pariter moleste tulissent tyrannidem. Plebem autem suspectam habebant, et veteranos Cæsaris, quorum tunc in Urbe magnus aderat numerus, partim recens dimissorum et agris donatorum, partim jam ante deductorum in colonias, sed tunc præsentium, ut honoris causa prosequerentur Cæsarem ex Urbe proficiscentem. Lepidum quoque timebant cum urbana legione, et consulem Antonium, ne omisso senatu ad plebem se conferens gravius in ipsos consuleret.

CXX. In hoc rerum statu percussores Capitolium cum gladiatoribus occupant : ubi consultantibus placuit, plebem largitionibus tentare. Sperabant enim, si aliqui ex plebe inciperent laudare factum, cæteros exemplum eorum secuturos, amore libertatis et desiderio reipublicæ. Putabant enim, talem omnino adhuc populum Romanum esse, qualem audierant fuisse quo tempore superior Brutus olim reges expulit : neque intelligebant, dum horum opera se uti posse sperant, exspectare se duas res inter se contrarias, ut iidem libertatem ament, qui largitionibus corrumpantur. Quarum rerum altera quidem hæc multo erat facilior, in depravata quippe jamdudum republica. Jamdiu enim plebs Romana multitudo est omnigenis exteris mixta : et liberti æquo jure degunt cum civibus; et servus cultu eodem utitur quo et dominus, exceptaque senatoria veste cæterarum usus est promiscuus. Præterea propter frumentum, quod pauperibus in sola Urbe distribuitur, otiosa et mendica temerariaque plebs eo confluit ex omni Italia. Huc tum accedebat multitudo veteranorum, qui non jam singuli, ut olim, in suam quisque patriam redibant, quod quidem parum tutum nonnullis propter iniquas exactas militias erat futurum; sed communi agmine in alienos agros domosque mittebantur. Quorum tunc magnus numerus in Urbe aderat, diversantium in fanis et in areis sacris, sub uno signo et uno deducendæ coloniæ principe : qui, rebus suis, quo expeditiores ad emigrandum essent, divenditis, venales ad quamvis operam erant.

CXXI. Quare non magno negotio multi id genus a Cassia-

ἀνδρῶν, πλῆθός τι τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐς τὴν ἀγορὰν εὐθὺς ἀγήγερτο· οἳ, καίπερ ὄντες ἔμμισθοι, τὰ μὲν γενόμενα ἐπαινεῖν οὐκ ἐθάῤῥουν, δεδιότες τὴν Καίσαρος δόξαν, καὶ τὸ πρὸς τῶν ἑτέρων ἐσόμενον· ὡς δ' ἐπὶ συμφέροντι κοινῷ τὴν εἰρήνην ἐπεβόων, καὶ θαμινὰ τοὺς ἄρχοντας ὑπὲρ αὐτῆς παρεκάλουν, τέχνασμα τοῦτο ἐς τὴν τῶν ἀνδροφόνων σωτηρίαν ἐπινοοῦντες. Οὐ γὰρ ἔσεσθαι τὴν εἰρήνην, μὴ γενομένης αὐτοῖς ἀμνηστίας. Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσι πρῶτος ἐπιφαίνεται Κίννας στρατηγὸς, οἰκεῖος ὢν ἐξ ἐπιγαμίας τῷ Καίσαρι, καὶ παρὰ δόξαν ἐπελθὼν ἐς μέσους, τήν τε ἐσθῆτα τὴν στρατηγικὴν ἀπεδύσατο, ὡς παρὰ τυράννου δεδομένης ὑπερορῶν, καὶ τὸν Καίσαρα τύραννον ἐκάλει, καὶ τοὺς ἀνελόντας, τυραννοκτόνους· καὶ τὸ πεπραγμένον ἐσέμνυνεν, ὡς ὁμοιότατον μάλιστα τῷ προγονικῷ· καὶ τοὺς ἄνδρας, ὡς εὐεργέτας, καλεῖν ἐκέλευεν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου καὶ γεραίρειν. Καὶ Κίννας μὲν οὕτως ἔλεξεν. Οἱ δὲ, τὸ καθαρὸν τοῦ πλήθους οὐχ ὁρῶντες ἐπιμιγνύμενον αὐτοῖς, οὐκ ἐκάλουν τοὺς ἄνδρας, οὐδέ τι πλέον ἢ περὶ τῆς εἰρήνης μόνης αὖθις παρεκάλουν.

nis statim in forum contracti sunt. Qui, quamvis mercede conducti, laudare tamen factum non audebant, veriti Cæsaris gloriam et adversariorum conatus : sed, quasi amore salutis publicæ, pacem clamabant, eamque a magistratibus assiduis vociferationibus flagitabant; artificio isto consulturi percussorum incolumitati, quod pax coire non posset, nisi venia facinori esset data. Quæ dum agunt, primus omnium eis supervenit Cinna prætor, affinis Cæsaris; qui, præter exspectationem progressus in medios, exuit purpuram prætoriam, quasi contemnens a tyranno datam; tyrannumque Cæsarem, et interfectores ejus tyrannicidas vocavit; laudibusque extulit horum facinus, ut simillimum ei quod majores illorum quondam perpetravissent. Simul viros tam egregie de republica meritos revocari jussit e Capitolio, præmiisque ornari. In hanc sententiam postquam Cinna locutus est, mercenaria turba, neminem ex incorrupta plebe accedere sibi videns, vocare illos noluit; tantum pacem rursus petebat acclamationibus.

CXXII. Ἐπεὶ δὲ καὶ Δολοβέλλας, νέος ἀνὴρ καὶ περιώνυμος, ὑπατεύειν ὑπ' αὐτοῦ Καίσαρος ἐς τὸ ἐπίλοιπον τοῦ ἔτους ᾑρημένος, ὅτε ὁ Καῖσαρ ἐξορμήσειε τῆς πόλεως, τὴν μὲν ὕπατον ἐσθῆτα ἠμφιέσατο, καὶ τὰ σημεῖα τῆς ἀρχῆς περιεστήσατο, τὸν δὲ ταῦτα οἱ παρασχόντα δεύτερος ὅδε ἐλοιδόρει, καὶ συνεγνωκέναι τοῖς ἐπ' αὐτῷ βεβουλευμένοις ὑπεκρίνετο, καὶ μόνης ἄκων τῆς χειρὸς ἀπολειφθῆναι (εἰσὶ δ' οἳ καὶ λέγουσιν, αὐτὸν εἰσηγήσασθαι, τὴν ἡμέραν θέσθαι τῇ πόλει γενέθλιον)· τότε δὴ καὶ οἱ μεμισθωμένοι ἀνεθάῤῥουν, ὡς καὶ στρατηγοῦ καὶ ὑπάτου σφίσι συγγνωμόνων ὄντων, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἐκ τοῦ ἱεροῦ κατεκάλουν. Οἱ δὲ ἥδοντο μὲν τῷ Δολοβέλλᾳ, καὶ ἐνόμιζον ἄνδρα νέον καὶ γνώριμον καὶ ὕπατον ἕξειν ἐς ἐναντίωσιν Ἀντωνίου. Κατῄεσαν δὲ αὐτῶν μόνοι Κάσσιός τε καὶ Βροῦτος ὁ Μάρκος, ᾑμαγμένος τὴν χεῖρα· συγκατήνεγκαν γὰρ δὴ τὰς πληγὰς ἐπὶ τὸν Καίσαρα Κάσσιός τε καὶ Βροῦτος. Ἐπεὶ δὲ παρῆλθον ἐς τὸ μέσον, οὐδὲν ταπεινὸν οὐδέτερος εἶπεν· ἀλλ', ὡς ἐπὶ καλοῖς ὁμολογουμένοις, ἀλλήλους ἐπῄνουν, καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζον, καὶ Δέκμῳ μάλιστα ἐμαρτύρουν, ὅτι τοὺς μονομάχους σφίσιν ἐν καιρῷ παράσχοι. Τόν τε δῆμον ἐξώτρυνον, ὅμοια τοῖς προγόνοις ἐργάσασθαι τοῖς καθελοῦσι τοὺς βασιλέας, οὐκ ἐκ βίας ἄρχοντας, ὥσπερ ὁ Καῖσαρ, ἀλλ' ᾑρημένους ὑπὸ νόμοις· Σέξστον τε Πομπήϊον, τὸν Πομπηίου Μάγνου τοῦ Καίσαρι περὶ τῆς δημοκρατίας πεπολεμηκότος, καλεῖν ἠξίουν, πολεμούμενον ἔτι πρὸς τῶν Καίσαρος στρατηγῶν ἐν Ἰβηρίᾳ· καὶ τοὺς δημάρχους, Καισήτιον καὶ Μάρυλλον, οἳ τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἀφαιρεθέντες ἤλωντο.

CXXII. Postquam autem Dolabella, vir juvenis et clarus, qui ab ipso Cæsare Urbe abituro consul fuerat in ejus anni reliquum designatus, cum purpura quidem et insigniis magistratus est progressus, sed et ipse, secundus post Cinnam, auctorem suæ dignitatis Cæsarem conviciis est prosecutus, conjurationis simulans participem se fuisse, et tantum a facto invitum quidem abfuisse dictitans, denique, ut produnt nonnulli, rogationem quoque ferens, ut in posterum is dies Natalis Urbis haberetur : tum vero mercenarii illi receperunt animos, ut qui jam et prætorem et consulem consilii participes haberent; vocaruntque Cassium cum suis, ut ex templo descenderent. Illi vero gaudebant facto Dolabellæ; rati, se opportune nactos consulem ætate vigentem, et alioquin nobilem, quem opponerent Antonio. Sed nemo nisi Cassius descendit, et cum eo M. Brutus, manum cruentam præ se ferens, vulneratam a Cassio, dum eodem momento plagas ambo infligunt Cæsari. Qui ubi in medium venerunt, neuter humile quidquam dixit : sed quasi absque controversia honesti facinoris auctores laudabant se mutuo, urbemque fortunatam prædicabant; et Decimo Bruto præclarum ferebant testimonium, quod gladiatores sibi opportune præbuisset : hortabanturque populum, ut majorum suorum vellet esse similis, qui reges ejecissent, et quidem non vi regnum adeptos, quemadmodum Cæsar, sed electos legitime : vocandumque Sextum Pompeium censebant, Pompeii Magni propugnatoris reipublicæ filium, qui ea eo tempore adhuc Cæsaris legati bello persequebantur in Hispania : simulque ab exilio revocandos Cæsetium ac Marullum, tribunos plebis, a Cæsare magistratu privatos.

CXXIII. Τοιάδε μὲν εἶπον οἱ περὶ τὸν Κάσσιον, καὶ ἐπανῆλθον αὖθις ἐς τὸ Καπιτώλιον· οὐ γὰρ ἐθάῤῥουν πω τοῖς παροῦσι. Τῶν δ' οἰκείων σφίσι καὶ συγγενῶν τότε πρῶτον ἐς τὸ ἱερὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς δυνηθέντων,

CXXIII. His dictis, in Capitolium sunt reversi Cassius et M. Brutus; nondum enim satis fidebant rebus præsentibus. Quumque nunc primum facultas data familiaribus eorum et cognatis in templum ad ipsos commeandi, electi

ᾑρέθησαν οἱ πρεσβεύσοντες ὑπὲρ αὐτῶν ἐς Λέπιδόν τε καὶ Ἀντώνιον, ὁμονοίας πέρι, καὶ προνοίας τῆς ἐλευθερίας, καὶ φειδοῦς τῶν ἐσομένων τῇ πατρίδι κακῶν, εἰ μὴ συμφρονοῖεν. Καὶ ἐδέοντο οἱ πεμφθέντες, οὐκ ἐπαινοῦντες μὲν τὸ πεπραγμένον (οὐ γὰρ ἐθάρρουν ἐν φίλοις Καίσαρος)· γενόμενον δ' ἐνεγκεῖν ἀξιοῦντες, ἐλέῳ τε τῶν δεδρακότων αὐτὸ, οὐ κατὰ μῖσος, ἀλλ' ἐπ' εὐνοίᾳ τῆς πατρίδος· καὶ οἴκτῳ τῆς πόλεως, κεκενωμένης στάσεσιν ἤδη συνεχέσιν, εἰ καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἀγαθοὺς ἄνδρας ἡ μέλλουσα στάσις διολέσει. Οὐδὲ γὰρ ὅσιον, εἴ τις αὐτοῖς ἐστι ἔχθρα πρὸς ἐνίους, ἐν τοῖς δημοσίοις κινδύνοις ἐξερίζειν· πολὺ δὲ μᾶλλον, ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ τὰ ἴδια καταθέσθαι· ἤ, εἴ τις ἀνηκέστως ἔχει, τὰ ἴδια ἐν τῷ παρόντι ἀναθέσθαι.

CXXIV. Ἀντώνιος δὲ καὶ Λέπιδος ἐβούλοντο μὲν ἀμύνειν Καίσαρι, ὥς μοι προείρηται, εἴτε φιλίας ἕνεκα, εἴτε τῶν ὀμωμοσμένων· εἴτε καὶ ἀρχῆς ὀρεγόμενοι, καὶ νομίζοντες εὐμαρέστερα σφίσιν ἅπαντα ἔσεσθαι, τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε ἀνδρῶν ἀθρόως ἐκποδὼν γενομένων. Τοὺς δὲ φίλους καὶ συγγενεῖς αὐτῶν ἐδεδοίκεσαν, καὶ τὴν ἄλλην βουλὴν ἐπιρρέπουσαν ἐς ἐκείνους· Δέκμον τε μάλιστα, τῆς ὁμόρου Κελτικῆς ᾑρημένον ὑπὸ Καίσαρος ἄρχειν, στρατὸν πολὺν ἐχούσης. Ἐδόκει δὲ καραδοκεῖν ἔτι τὰ γενησόμενα, καὶ τεχνάζειν, εἰ δύναιντο περισπάσαι πρὸς ἑαυτοὺς τὴν στρατιὰν τὴν Δέκμου, ἄθυμον ἤδη τοῖς ἀτρύτοις πόνοις γεγενημένην. Οὕτω δὲ δόξαν αὐτοῖς, ὁ Ἀντώνιος τοὺς εἰπόντας ἠμείψατο· « Κατὰ μὲν ἔχθραν ἰδίαν οὐδὲν ἐργασόμεθα· ἕνεκα δὲ τοῦ μύσους καὶ ὧν Καίσαρι πάντες ὠμόσαμεν, φύλακες αὐτῷ τοῦ σώματος ἢ τιμωροὶ παθόντι ἔσεσθαι, εὔορκον ἦν τὸ ἄγος ἐξελαύνειν, καὶ μετ' ὀλιγωτέρων καθαρῶν βιοῦν μᾶλλον, ἢ πάντας ἐνόχους ὄντας ταῖς ἀραῖς. Ἀλλὰ δι' ἡμᾶς οἷς οὕτω δοκεῖ, σκεψόμεθα μεθ' ὑμῶν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ νομιοῦμεν εὐαγὲς ἔσεσθαι τῇ πόλει ὅ τι ἂν κοινῇ δοκιμάσητε. »

CXXV. Ὁ μὲν ἀσφαλῶς οὕτως ἀπεκρίνατο. Οἱ δὲ χάριν τε ᾔδεσαν, καὶ ἀπεχώρουν, ἐν ἐλπίδι βεβαίῳ τὰ πάντα θέμενοι· τὴν γὰρ βουλὴν σφίσι συμπράξειν ἐς πάντα ἐπεποίθεσαν. Ὁ δὲ Ἀντώνιος τὰς μὲν ἀρχὰς ἐκέλευσε νυκτοφυλακεῖν τὴν πόλιν, ἐκ διαστήματος ἐν μέσῳ προκαθημένας, ὥσπερ ἐν ἡμέρᾳ· καὶ ἦσαν πυραὶ πανταχοῦ κατὰ τὸ ἄστυ. Καὶ δι' αὐτῶν ἔθεον ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν ἐς τὰς τῶν βουλευτῶν οἰκίας οἱ τῶν ἀνδροφόνων οἰκεῖοι, παρακαλοῦντες ὑπὲρ αὐτῶν καὶ ὑπὲρ τῆς πατρίου πολιτείας. Ἀντιπαρέθεον δὲ καὶ οἱ τῶν κληρούχων ἡγεμόνες, ἀπειλοῦντες, εἰ μή τις αὐτοῖς φυλάξει τὰς κληρουχίας, τάς τε ἤδη δεδομένας, καὶ τὰς ἐπηγγελμένας. Ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀστῶν ὁ καθαρώτατος λεὼς ἀνεθάρρει, τὴν ὀλιγότητα τῶν δεδρακότων πυνθανόμενοι· καὶ ἐς μνήμην τοῦ Καίσαρος ὑπεφέροντο, καὶ ταῖς γνώμαις διῃροῦντο. Τῆς δ' αὐτῆς νυκτὸς καὶ τὰ χρήματα τοῦ Καίσαρος καὶ τὰ ὑπομνήματα τῆς ἀρχῆς ἐς τὸν Ἀντώνιον μετεκομίζετο· εἴτε τῆς γυναικὸς αὐτὰ τῆς Καίσαρος ἐξ ἐπικινδύνου τότε οἰκίας ἐς ἀκιν-

sunt qui legatione pro eis fungerentur ad Lepidum et Antonium, de concordia, et cura libertatis, præcavendisque calamitatibus patriæ, quæ sequi solent discordiam. Id quod legati conati sunt impetrare, non laudantes quidem factum (nec enim audebant apud amicos Cæsaris), ferendum tamen, postquam patratum esset, censentes; et venia dignos ejus auctores, non odio Cæsaris eo provectos, sed amore patriæ : miserabanturque conditionem Urbis jam ante exhaustæ continuis seditionibus, si, novis excitatis turbis, ne reliquis quidem parceretur bonis civibus : « periniquum enim esse, si quibus sint irati, nunc in publico discrimine privatas inimicitias exercere; potius reipublicæ condonandas esse privatas injurias. Quod si quis capitali odio teneatur, saltem in præsenti rerum statu privatas iras esse differendas. »

CXXIV. Antonius vero et Lepidus, sicut jam exposui, ulcisci quidem cupiebant Cæsarem; sive amicitia ejus, sive juramenti religione; sive dominandi cupidine ducti, et omnia sibi faciliora fore putantes, si tales viri tantique simul omnes e medio fuissent sublati. Sed timebant cognatos eorum et amicos, senatusque erga illos studia, maxime Decimum Brutum, cui a Cæsare vicina Gallia cum magno exercitu erat demandata. Itaque placuit, occasionem exspectari amplius, et tentari, si qua arte possent Decimi exercitum in partes suas pertrahere, jam fessum longis laboribus. Quibus quum id esset propositum, Antonius legatis tale responsum dedit : « Ex odio quidem privato nihil agemus; sed propter piaculum, et propter sacramentum, quod Cæsari omnes diximus, servaturos nos eum incolumem, aut ulturos si quid ei secus accidisset, postulabat religio, ut scelere contacti pellerentur : et cum paucioribus potius civibus, sed eis puris, viveremus, quam faceremus nos cunctos diris obnoxios. Sed per nos quidem, quanquam sic nobis videtur, conveniamus licet in curiam, deliberemusque vobiscum, et eam sententiam e religione publica esse arbitrabimur, quæ omnium consensu videbitur potior cæteris. »

CXXV. Sic diserte Antonius respondit. Legati vero, gratiis actis, abierunt securi cum spe optima; credentes, favorem senatus nunquam sibi defore. Tum Antonius jussit magistratus per noctem excubias curare in urbe agendas, et subinde in publico pro tribunali sedere, quemadmodum interdiu, accensis per totam urbem ignibus. Totaque nocte per illos ignes discurrebant familiares percussorum ad ædes senatorum, deprecantes pro illis pariter et pro republica. Nec minor fiebat discursatio a colonorum principibus; multa minantibus, nisi agros illi et jam concessos et insuper promissos obtinerent. Jam vero et civium pars incorruptissima ex terrore se recollegerat, postquam conjuratorum paucitatem intellexerunt; et recordatione meritorum Cæsaris subeunte animos, scindebantur in varias sententias. Eadem nocte pecuniæ Cæsaris et actorum ejus

δυνοτέραν τὴν Ἀντωνίου μεταφερούσης, εἴτε τοῦ Ἀντωνίου κελεύσαντος.

CXXVI. Γιγνομένων δὲ τούτων, διάγραμμα νυκτὸς ἀνεγιγνώσκετο Ἀντωνίου τὴν βουλὴν συγκαλοῦντος ἔτι πρὸ ἡμέρας ἐς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, ἀγχοτάτω μάλιστα ὂν τῆς οἰκίας Ἀντωνίου· οὔτε γὰρ ἐς τὸ βουλευτήριον ἐθάῤῥει κατελθεῖν, ὑποκείμενον τῷ Καπιτωλίῳ, μονομάχων ὄντων ἐκείνοις συνεργῶν· οὔτε, στρατιὰν ἐσαγαγὼν ἐς τὴν πόλιν, διαταράξαι. Λέπιδος δὲ ὅμως εἰσήγαγε. Πλησιαζούσης δὲ τῆς ἡμέρας, οἵ τε ἄλλοι βουλευταὶ συνέθεον ἐς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν, καὶ Κίννας ὁ στρατηγὸς, αὖθις ἐπικείμενος τὴν στρατηγικὴν ἐσθῆτα, ἣν ἐχθὲς ὡς τυράννου δόντος ἐξεῤῥίφει. Θεασάμενοι δ' αὐτόν τινες τῶν ἀδεκάστων καὶ τῶν ἐστρατευμένων τῷ Καίσαρι· δι' ὀργῆς ἔχοντες, ὅτι πρῶτος ἐπὶ τῷ Καίσαρι, καίπερ οἰκεῖος ὢν αὐτοῦ, βλασφήμως ἐδημηγόρησε, λίθοις ἔβαλλον καὶ ἐδίωκον· καὶ ἐς οἰκίαν τινὰ συμφυγόντα, ξύλα συμφέροντες, ἐμπρήσειν ἔμελλον, εἰ μὴ Λέπιδος μετὰ στρατιᾶς ἐπελθὼν ἐκώλυσε. Τοῦτο μὲν δὴ πρῶτον ἔργον παῤῥησίας ἦρξεν ἐπὶ τῷ Καίσαρι· καὶ αὐτὸ κατέδεισαν οἵ τε μισθωτοὶ καὶ οἱ σφαγεῖς αὐτοί.

CXXVII. Ἐν δὲ τῷ βουλευτηρίῳ βραχὺ μὲν ἦν τὸ καθαρεῦον σπουδῆς βιαίου καὶ ἀγανακτοῦν· οἱ δὲ πλέονες σὺν παρασκευῇ ποικίλῃ τοῖς ἀνδροφόνοις συνήργουν. Καὶ πρῶτα μὲν αὐτοὺς ἀξιοπίστως ἠξίουν καὶ παρεῖναι σφίσι καὶ συνεδρεύειν, ἐξ ὑπευθύνων ἐς κριτὰς μεταφέροντες. Καὶ ὁ Ἀντώνιος οὐκ ἐκώλυεν, εἰδὼς οὐκ ἐλευσομένους· οὐδὲ ἦλθον. Εἶτα, ἐπὶ διαπείρᾳ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν αὐτῶν μάλα θρασέως τὸ πεπραγμένον ἐπῄνουν ἄντικρυς, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐκάλουν τυραννοκτόνους, καὶ γεραίρειν ἐκέλευον. Οἱ δὲ τὰ μὲν γέρα περιῄρουν, ὡς οὐδὲ ἐκείνων δεομένων, οὐδὲ ἐπὶ τῷδε αὐτὰ πραξάντων· εὐφημεῖν δὲ μόνον αὐτοὺς ἐδικαίουν, ὡς εὐεργέτας· οἱ δὲ καὶ τὴν εὐφημίαν ὑπανῄρουν, καὶ φείδεσθαι μόνον αὐτῶν ἠξίουν. Καὶ οἱ μὲν τάδε ἐτέχναζον· καὶ περιεώρων, ὅ τι πρῶτον αὐτῶν ἐνδεξαμένη μάλιστα ἡ βουλὴ, πρὸς τὰ λοιπὰ κατ' ὀλίγον εὐεπιχείρητος αὐτοῖς ἔσοιτο. Οἱ δὲ καθαρώτεροι τὸ μὲν ἔργον ὡς ἄγος ἀπεστρέφοντο, αἰδοῖ δὲ μεγάλων οἴκων περισώζειν αὐτοὺς οὐκ ἐκώλυον· ἠγανάκτουν δὲ, εἰ καὶ τιμήσουσιν ὡς εὐεργέτας. Οἱ δὲ ἀντέλεγον, μὴ χρῆναι περισώζοντας φθονεῖν τῶν περισσῶν ἐς ἀσφάλειαν. Ὡς δέ τις εἶπε, τὴν τούτων τιμὴν ὕβριν Καίσαρι φέρειν· οὐκ εἴων ἔτι τὸν τεθνεῶτα τῶν περιόντων προτιθέναι. Ἑτέρου δὲ ἐγκρατῶς εἰπόντος, ὅτι χρὴ δύο τῶνδε πάντως τὸ ἕτερον, ἢ Καίσαρα τύραννον προαποφαίνειν, ἢ τούτους ἐξ ἐλέου περισώζειν· τούτου μόνου δεξάμενοι τὸ λεχθὲν οἱ ἕτεροι, ᾔτουν σφίσι ψῆφον ἀναδοθῆναι περὶ τοῦ Καίσαρος, ἐπὶ ὅρκῳ, [καὶ] εἰ καθαρῶς ἐθέλουσι κρῖναι, μηδὲν αὐτοῖς ἐπιθεάσαι τὰ ἐξ ἀνάγκης ἐψηφισμένα ἄρχοντι ἤδη, ὧν οὐδὲν ἑκόντας, οὐδὲ πρὶν ἢ δεῖσαι περὶ σφῶν αὐτῶν, ἀνῃρημένου τε Πομπηίου καὶ ἐπὶ Πομπηίῳ μυρίων ἄλλων, ψηφίσασθαι.

commentarii in ædes Antonii translati sunt; sive Calpurnia locum tutiorem eis quærente, sive id jubente ipso Antonio.

CXXVI. Et ante lucem edicto Antonii senatus convocatus est in ædem Telluris, ædibus ipsius proximam : nam neque curiam adire audebat, subjectam Capitolio, in quo gladiatores erant cum conjuratis : neque introducto exercitu urbem voluit perturbare; quem tamen introduxit Lepidus. Diluculo vero in Telluris ædem cum aliis senatoribus properavit etiam Cinna, resumta prætoria veste quam ut a tyranno datam abjecerat pridie. Quem conspicati aliquot ex incorruptis civibus, et ex veteranis Cæsaris, indigne ferentes, quod licet affinis, primus tamen post illius cædem existimationem ejusdem maledica concione læsisset, insectati sunt lapidibus : compulsumque in domum quamdam, lignis congestis comburere parabant, ni Lepidus cum exercitu superveniens cohibuisset. Hoc fuit principium audendi Cæsarianis ; quo et mercenaria turba et ipsi percussores sunt territi.

CXXVII. In senatu exiguus fuit numerus eorum , qui affectibus violentis liberi indignarentur facto : plerique variis modis juvare studebant percussores. Ac primum quidem censebant, illos data fide advocandos esse, et in commune consilium adhibendos, ita ut ex reis judices essent futuri. Cui sententiæ ne Antonius quidem obstrepuit; quippe qui sciret, non venturos : nec venerunt. Deinde, ut tentaretur voluntas senatus, alii vehementer et manifeste laudabant facinus, tyrannicidarum id esse prædicantes, quibus præmia essent decernenda. Alii, præmiis quidem nil esse opus, dicebant, quæ ne ipsi quidem postularent ; gratias tantum eis agendas, ut bene meritis de republica. Alii denique, hoc etiam detrahentes, incolumitate tantum eos donandos censebant. Talibus commentis senatum aggressi, exspectabant, quam sententiam præ cæteris senatus esset complexurus ; quo facto faciliorem se eum habituram ad impetranda reliqua sperabant. Jamque pars sincerior, facinus ut insigne nefas aversata, reverentia tamen nobilium familiarum, non obsistebat, quominus impunitate donarentur malefici : id vero moleste ferebant, si iidem honorarentur etiam, velut bene meriti. Alii contradicebant, « cum incolumitate non invidendam eis esse illam accessionem, quæ ad firmandam eorum securitatem pertineret. » Regerente vero nonnemine » horum honores conjunctos fore cum contumelia Cæsaris ; » reclamatum est, « magis rationem habendam superstitum, quam mortui. » Quumque alius quispiam constanter dixisset : « alterutrum necessario decernendum, aut Cæsarem fuisse tyrannum, aut istis ex clementia donandum veniam : » hoc uno dicto arrepto, cæteri postulabant, ut suffragia ferrentur de existimatione Cæsaris, jurarentque prius cuncti « sincere se judicaturos, et id si fecissent, neminem ipsis religionem objecturum esse propter eas res, quas Cæsari rerum jam potito coacti promisissent, quarum rerum nulla sponte, neque prius quam sibi ipsis timendum fuerat, interfecto Pompeio et præter eum infinitis aliis, Cæsari a senatu fuisset decreta. »

CXXVIII. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, ἐφορῶν αὐτοὺς καὶ ἐφεδρεύων, ἐπειδὴ λόγων ὕλην οὐκ ἄπορον οὐδὲ ἀναμφίλογον εἶδεν ἐσφερομένην, ἔγνω, τὸ ἐνθύμημα αὐτῶν οἰκείῳ φόβῳ καὶ φροντίδι περὶ σφῶν αὐτῶν διαχέαι. Εἰδὼς οὖν, τῶν βουλευτῶν αὐτῶν πολὺ πλῆθος ἔς τε τὰς ἀρχὰς τὰς ἐν ἄστει, καὶ ἐς ἱερωσύνας, καὶ ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας, ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸ μέλλον ᾑρημένους (ὡς γὰρ ἐπὶ χρόνιον στρατείαν ἐξιὼν, ἐπὶ πενταετὲς ᾕρητο)· σιωπὴν, ὡς ὕπατος, ἐπικηρύξας, ἔφη· « Τοῖς αἰτοῦσι περὶ Καίσαρος ψῆφον, ἀνάγκη τάδε προειδέναι, ὅτι, ἄρχοντος μὲν αὐτοῦ καὶ αἱρετοῦ προστάτου γενομένου, τὰ πεπραγμένα καὶ δεδογμένα πάντα κύρια μενεῖ· δόξαντος δ' ἐπὶ βίᾳ τυραννῆσαι, τό τε σῶμα ἄταφον τῆς πατρίδος ὑπερορίζεται, καὶ τὰ πεπραγμένα πάντα ἀκυροῦται. Ἔστι δὲ, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἐπὶ πᾶσαν ἀφικνούμενα γῆν καὶ θάλασσαν· καὶ τὰ πολλὰ αὐτῶν οὐδὲ βουλομένοις ἡμῖν ὑπακούσεται, καὶ δείξω μετ' ὀλίγον. Ὃ δέ ἐστι μόνον ἐφ' ἡμῖν, ὅτι καὶ περὶ μόνων ἐστὶν ἡμῶν, τοῦτο ὑμῖν προθήσω πρὸ τῶν ἄλλων· ὡς ἂν ἐν τῷ εὐμαρεῖ τὴν εἰκόνα τῶν δυσχερεστέρων προλάβοιτε. Ἡμεῖς γὰρ αὐτοὶ, σχεδὸν ἅπαντες, οἱ μὲν ἤρξαμεν ὑπὸ τῷ Καίσαρι· οἱ δὲ ἔτι ἄρχομεν, αἱρετοὶ πρὸς ἐκείνου γενόμενοι· οἱ δὲ ἐς τὸ μέλλον ἄρχειν κεχειροτονήμεθα. Ἐς γὰρ πενταετὲς, ὡς ἴστε, καὶ τὰ ἀστυκὰ ὑμῖν, καὶ τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας διετάξατο. Εἰ δὴ ταῦτα ὑμεῖς ἑκόντες ἀποθήσεσθε (ἐστὲ γὰρ ὑμεῖς τοῦδε μάλιστα κύριοι), τόδε πρῶτον ὑμᾶς ἀξιῶ κρῖναι, καὶ τὰ λοιπὰ ἐποίσω. »

CXXIX. Ὁ μὲν δὴ τοιοῦτον αὐτοῖς, οὐ περὶ Καίσαρος, ἀλλὰ περὶ σφῶν αὐτῶν, δαλὸν ἐξάψας, ἡσύχαζεν. Οἱ δ' εὐθὺς ἀνεπήδων ἀθρόοι μετὰ βοῆς, οὐκ ἀξιοῦντες ἐπὶ χειροτονίαις ἄλλαις οὐδ' ἐπὶ τῷ δήμῳ γενέσθαι μᾶλλον, ἢ βεβαίως ἔχειν ἃ ἔλαβον. Τοῖς δὲ καὶ ἡλικίας τι νεώτερον ἢ ἄλλη πρὸς χειροτονίαν ἐναντίωσις ὑποῦσα, ἀνηρέθιζε· καὶ τῶνδε αὐτὸς ὁ ὕπατος ἐξῆρχε Δολοβέλλας. Οὐ γὰρ αὐτῷ δυνατὸν ἐφαίνετο κατὰ ἔννομον χειροτονίαν ὑπατεῦσαι, πέντε καὶ εἴκοσιν ἐνιαυτῶν ὄντι. Ὀξεῖα δὴ τοῦ χθὲς ὑποκριναμένου μετασχεῖν τῶν γεγονότων ἐγίγνετο μεταβολὴ, λοιδορουμένου τοῖς πολλοῖς, εἰ τοὺς ἀνδροφόνους τιμᾶν ἀξιοῦντες, τοὺς ἄρχοντας σφῶν ἀτιμώσουσιν, ἐς εὐπρέπειαν τῆς ἐκείνων σωτηρίας. Οἱ δὲ αὐτόν τε τὸν Δολοβέλλαν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπήλπιζον, χάριν ἐκ τοῦ δήμου λαβόντες, ἐς τὰς αὐτὰς ἀρχὰς ἀποφανεῖν αὐτίκα, καὶ οὐκ ἀρχόντων ἀλλαγὴν, ἀλλὰ μόνης ἔσεσθαι χειροτονίας ἐπὶ τὸ νομικώτερον ἐκ τοῦ μοναρχικοῦ· ὃ καὶ κόσμον αὐτοῖς οἴσειν, ἔν τε μοναρχίᾳ καὶ δημοκρατίᾳ τὰ ὅμοια προτιμωμένοις. Καὶ τούτων ἔτι λεγομένων, ἔνιοι τῶν στρατηγῶν τὰς ἐσθῆτας ἐπὶ ἐνέδρᾳ τῶν ἀντιλεγόντων ἀπετίθεντο, ὡς καὶ αὐτοὶ μετὰ τῶν ἄλλων αὐτὰς ἀντιληψόμενοι νομιμώτερον. Τοῖς δὲ ἥ τε ἐνέδρα κατεφαίνετο, καὶ οὐδὲ κυρίους ἔτι τῆσδε τῆς χειροτονίας ᾔδεσαν ἐσομένους.

CXXVIII. Ibi tum Antonius, qui attentus adhuc ad omnia quæ dicerentur, veluti spectator certaminis, sederat; postquam intellexit, satis copiosam in utramvis partem disputandi materiam in medium ab his esse prolatam; statuit, callidum illorum consilium, injecto timore et sollicitudine de propriis ipsorum rebus, evertere. Itaque quum sciret, magnam senatorum ipsorum partem ad magistratus urbanos, ad sacerdotia, ad provinciarum exercituumve administrationes promotam esse a Cæsare (nam, ut in diuturnam expeditionem profecturus, in quinquennium magistratus designaverat), silentio pro potestate indicto, hujusmodi verba fecit: « Qui suffragia poscunt de Cæsare, ante omnia sciant, acta decretaque ejus, si quidem legitimo ille functus magistratu est, et publico consensu delatum tenuit imperium, rata debere esse omnia; quod si contra ut tyrannus videbitur imperium usurpasse, corpus ejusdem projiciendum in Tiberim, et acta rescindenda omnia. Pertinent autem acta illa, ut compendio dicam, ad omnes terras et ad maria omnia: et eorum pleraque, ne si velimus quidem, revocare nobis erit integrum; quemadmodum paulo post docebo. Nunc, quod solum est in nostra potestate, quod et ad nos solos pertinet, primum omnium ad vos referam; ut ex rebus facilioribus conjecturam capiatis de negotiis difficilioribus. Nos etenim ferme omnes aut gessimus magistratus demandatos a Cæsare, aut etiam nunc gerimus: nonnulli quoque ad gerendos deinceps designati sunt: scitis enim in quinquennium ordinatas et urbanas annuasque dignitates, et provinciarum exercituumve præfecturas. Has omnes an sponte sitis depositurі (id enim in vestra maxime potestate est), id vobis primum erit constituendum: de reliquis rebus deinceps ad vos referam. »

CXXIX. Sic Antonius injecta senatoribus, non de Cæsare, sed de ipsis, concertandi materia, obticuit. Moxque una omnes exsilientes, conclamarunt: « nolle se novæ electionis aleæ et arbitrio plebis res suas committere; satius esse, retinere quæ semel accepissent. » Et erant inter hos qui eo acrius concitarentur, quod per ætatem immaturam aut per aliam quampiam rationem nihil possent sibi polliceri de comitiis; inter quos præcipuus erat ipse consul Dolabella. Natus enim XXV annos, consulatu legitima electione potiri nequibat. Itaque brevi momento ille pridianam rationem, qua participem se fuisse facti simulaverat, mutavit; probraque conjecit in numerosam factionem eorum, qui in homicidarum gratiam, honores magistratibus adimendos censerent, quo speciosior foret illorum incolumitas. Ex diverso alii cum Dolabellam tum cæteros bene jubebant sperare; pollicebanturque, se gratia a populo inita facile effecturos, ut illi protinus in easdem dignitates restituantur: neque enim personarum designatarum mutationem fore, sed electionis tantummodo; legitimis comitiis succedentibus in locum designationis a tyranno factæ: idque futurum etiam ipsis magis honorificum, qui non minus digni honoribus viderentur salva republica, quam sub unius dominatione. » Et nondum hi finem fecerant dicendi, quum prætores nonnulli, dolos nectentes contradicentibus, insignia magistratus sui deposuerunt, tanquam et ipsi una cum aliis ea recepturi magis legitime. Sed illis suboluit dolus; et facile intelligebant, rem semel omissam e manibus nunquam postea in potestatem eorum redituram.

CXXX. Ὧδε δὲ ἔτι ἐχόντων, ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Λέπιδος ἐκ τοῦ βουλευτηρίου προῆλθον· καὶ γάρ τινες αὐτοὺς ἐκ πολλοῦ συνδραμόντες ἐκάλουν. Ὡς δὲ ὤφθησαν ἐκ μετεώρου, καὶ σιγὴ κεκραγότων μόλις ἐγίγνετο, εἷς μέν τις ἐβόησεν, εἴτε κατὰ γνώμην ἰδίαν, εἴτε παρεσκευασμένος· Φυλάσσεσθε παθεῖν ὅμοια. Καὶ ὁ Ἀντώνιος αὐτῷ παραλύσας τι τοῦ χιτωνίσκου, θώρακα ἐντὸς ἐπεδείκνυεν· ὑπερεθίζων ἄρα τοὺς δρῶντας, ὡς οὐκ ἐνὸν σώζεσθαι χωρὶς ὅπλων οὐδὲ ὑπάτοις. Ἐπιβοώντων δ' ἑτέρων, τὸ πεπραγμένον ἐπεξιέναι, καὶ τῶν πλεόνων περὶ τῆς εἰρήνης παρακαλούντων· τοῖς μὲν περὶ τῆς εἰρήνης ἔφη· « Περὶ τούτου σκοποῦμεν, ὡς ἔσται τε, καὶ γενομένη διαμενεῖ. Δυσεύρετον γὰρ ἤδη τὸ ἀσφαλὲς αὐτῆς, ὅτι μηδὲ Καίσαρα ὤνησαν ὅρκοι τοσοίδε καὶ ἀραί. » Ἐς δὲ τοὺς ἐπεξιέναι παρακαλοῦντας ἐπιστραφεὶς, ἐπῄνει μὲν, ὡς εὐορκότερα καὶ εὐσεβέστερα αἱρουμένους· καὶ, « Αὐτὸς ἂν, ἔφη, συνεταξάμην ὑμῖν, καὶ τὰ αὐτὰ πρῶτος ἐβόων, εἰ μὴ ὕπατος ἦν· ᾧ τοῦ λεγομένου συμφέρειν μᾶλλον ἢ τοῦ δικαίου μέλει. Ὧδε γὰρ ὑμῖν οἱ ἔνδον παραινοῦσιν. Οὕτω δέ που καὶ Καῖσαρ αὐτὸς, οὓς εἷλε πολέμῳ τῶν πολιτῶν, διὰ τὸ συμφέρον τῆς πόλεως περισώσας, ὑπ' αὐτῶν ἀπέθανε. »

CXXXI. Τοιαῦτα τοῦ Ἀντωνίου παρὰ μέρος τεχνάζοντος, οἱ ἀμύνειν τοῖς γεγονόσιν ἀξιοῦντες, Λέπιδον ἠξίουν ἀμύνειν. Λεπίδου δέ τι μέλλοντος λέγειν, οἱ πόῤῥω συνεστῶτες κατελθεῖν αὐτὸν ἐς τὴν ἀγορὰν ἠξίουν, ἵνα ὁμαλῶς ἅπαντες ἐπακούσειαν. Καὶ ὁ μὲν εὐθὺς ᾔει, νομίζων ἤδη τὸ πλῆθος τρέπεσθαι· καὶ ἐπὶ τὰ ἔμβολα παρελθὼν, ἔστενε καὶ ἔκλαιεν ἐν περιόπτῳ, μέχρι πολλοῦ. Ἀνενεγκὼν δέ ποτε, εἶπεν· Ἐνταῦθα χθὲς μετὰ Καίσαρος ἱστάμην, ἔνθα νῦν ἀναγκάζομαι ζητεῖν, περὶ Καίσαρος ἀνῃρημένου τί βούλεσθε; Ἀναβοησάντων δὲ πολλῶν, Ἀμύνειν σε τῷ Καίσαρι· ἀντανεβόησαν οἱ μισθωτοὶ, Τὴν εἰρήνην τῇ πόλει. Ὁ δὲ τούτοις μὲν ἔφη, Βουλόμεθα· ἀλλὰ ποίαν λέγετε εἰρήνην; ἢ ποίοις ὅρκοις ἀσφαλὴς ἔσται; Τοὺς μὲν γὰρ πατρίους πάντας ὠμόσαμεν Καίσαρι, καὶ κατεπατήσαμεν, οἱ τῶν ὀμωμοκότων ἄριστοι εἶναι λεγόμενοι. Πρὸς δὲ τοὺς ἀμύνειν ἀξιοῦντας ἐπιστραφεὶς, Ὁ μὲν Καῖσαρ ἡμῶν, ἔφη, μεθέστηκεν, ἱερὸς τῷ ὄντι καὶ τίμιος ἀνήρ· τὴν δὲ πόλιν τοὺς ὑπολοίπους αἰδούμεθα βλάψαι. Καὶ τάδε (ἔφη) σκοποῦσιν ἡμῶν οἱ πρόβουλοι, καὶ δοκεῖ τοῖς πλέοσιν. Ἀνακραγόντων δὲ αὖθις, Ἐπέξιθι μόνος· Βούλομαι, εἶπε· καὶ εὔορκον ἐστί μοι καὶ μόνῳ· ἀλλ' οὐκ ἐμὲ καὶ ὑμᾶς βούλεσθαι δεῖ μόνους, οὐδὲ μόνους ἀντιτιθέναι.

CXXXII. Τοιαῦτα καὶ τοῦτον τεχνάζοντα οἱ μισθωτοὶ, φιλότιμον εἰδότες, ἐπῄνουν, καὶ ᾑροῦντο ἐπὶ τὴν Καίσαρος ἱερωσύνην. Τοῦ δὲ ἥψατο μὲν ἡ ἡδονή· Μέμνησθε δὲ, ἔφη, μοι τοῦδε καὶ ὕστερον, ἂν ἄξιος εἶναι δοκῶ. Μᾶλλον οὖν ἔτι παῤῥησίᾳ, διὰ τὴν ἱερωσύνην, ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῶν μισθωτῶν ἐνισταμένων· Ἀσεβὲς μὲν, ἔφη, καὶ παράνομον, ἐργάσομαι δ' ὅμως,

CXXX. Interim Antonius et Lepidus exiverunt e curia, evocati a quibusdam qui jam pridem ante ædem confluxerant. Ut vero in loco superiore sunt conspecti, ægre imposito vociferantibus silentio, unus quispiam, sive sua sponte, sive subornatus exclamavit : Cavete calamitatem alteri similem! Tum Antonius, dimota parte tunicæ, loricam ostendit sub tunica; irritaturus multitudinem, quasi ne consulum quidem nisi armatorum, salus in tuto esset. Ibi aliis, ulciscendum facinus, acclamantibus, plerisque vero rogantibus veniam pacemque, ad hos posteriores ita locutus est Antonius : « De pace curæ nobis est, ut et fiat, et ut semel facta diuturna maneat : est etenim difficile securitati ejus prospicere, quando ne Cæsari quidem profuerunt juramenta, quæ tam diris etiam additis exsecrationibus eidem dicta erant. Deinde ad hos conversus qui vindictam postulabant, laudavit ut religionis et pietatis observantiores, adjunxitque hæc verba : « Equidem libenter vobis me adjungerem, et ante alios idem clamarem, ni consul essem; cui ex officio curandum est, non tam quod justum est, quam quod utile habetur : sic enim jubent qui intus sunt. Quanquam hoc ipsum quidem et Cæsarem perdidit; qui, quum devictis civibus pepercisset respectu utilitatis publicæ, ab his eisdem oppressus interiit. »

CXXXI. Hujusmodi artibus postquam Antonius partem utramque aggressus est, qui ulcisci Cæsaris necem cupiebant, Lepidum ultorem esse jusserunt. Qui dum ad eos verba facere parat, turba quæ longius constiterat, postulavit ut e superiori loco in forum descenderet, quo facilius exaudiretur pariter ab omnibus. Et protinus Lepidus descendit : et mutatos jam multitudinis animos putans, pro rostris progressus, gemebundus primum diu omnium in conspectu deflevit casum miserabilem : tandemque, velut sese ex dolore recolligens, hæc verba subjecit : « Hoc loco heri cum Cæsare steti, ubi nunc cogor de ejus nece a vobis quærere quidnam jubeatis. » Tum vero acclamantibusque multis, Ultionem Cæsaris! et contra reclamantibus mercenariis, Pacem publicam! his ille « Placet, respondit; sed qualem pacem dicitis? aut qualibus sacramentis ea firmabitur? nam quæ nobis patria juramenta sunt, omnia juravimus Cæsari; conculcata nunc ab his qui optimi et præcipui viri inter juratos habentur. » Deinde conversus ad eos qui ultionem poscebant : « Cæsar, inquit, a nobis migravit; vir vere sanctus carissimusque : veremur autem superstitibus nunc privare rempublicam. Et de hoc ipso Patres pro nobis consultant, eaque est sententia plerorumque. » Acclamatum est rursus : Vel solus tu rem aggredere! « Volo, inquit, et fas est mihi vel soli : sed oportet non me vosque solos id velle, et solos nos illis opponere. »

CXXXII. Talibus artibus quum Lepidus quoque uteretur, mercenarii, quod scirent hominem honoris cupidum, laudabant eum, et pontificatum Cæsaris ei offerebant. Et ille gaudio perfusus : « At memineritis mihi, ait, hujus rei in posterum quoque, si dignus porro fuero visus. » Jamque audacius, ob pontificatum ei delatum, pacem flagitantibus mercenariis : « Quamvis, inquit, jus et fas vetare

ὃ βούλεσθε. Καὶ εἰπὼν, ἐς τὸ βουλευτήριον ἀνέτρεχεν, ἐν ᾧ πάντα τὸν χρόνον τόνδε ὁ Δολοβέλλας ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς ἐνίστατο ἀσχημόνως. Καὶ ὁ Ἀντώνιος, ἀναμένων ἅμα τὰ ἐν τῷ δήμῳ γιγνόμενα, σὺν γέλωτι αὐτὸν ἐφεώρα· καὶ γὰρ ἤστην διαφόρω. Ὡς δὲ ἅλις ἔσχε τῆς ὄψεως, καὶ οὐδ' ἐν τῷ δήμῳ τι γεγένητο θερμότερον, τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας ἔγνω περισώζειν, ὑπὸ ἀνάγκης (ἐπικρύπτων τὴν ἀνάγκην, καὶ ὡς ἐν βαρυτάτῃ χάριτι περισώζων)· τὰ δὲ τῷ Καίσαρι πεπραγμένα κυροῦν συμβόλῳ, καὶ τὰ βεβουλευμένα συντελεῖν. Σιωπήν τε κατακηρύξας, αὖθις ἔλεγεν·

CXXXIII. « Ἐγὼ περὶ μὲν τῶν ἁμαρτόντων πολιτῶν, ὦ ἄνδρες ὁμότιμοι, σκεπτομένοις ὑμῖν οὐδὲν ἐπεφθεγγόμην· περὶ δὲ Καίσαρος ἀντ' ἐκείνων ψῆφον αἰτοῦσιν, ἓν ἐκ τῶν Καίσαρος ἔργων προὔθηκα μέχρι νῦν. Καὶ τοσούτους ὑμῖν τὸ ἓν ἀγῶνας ἤγειρεν, οὐκ ἀλόγως· εἰ γὰρ ἀποθησόμεθα τὰς ἀρχὰς, ὁμολογήσομεν ἄνδρες τοσοίδε καὶ τοιοίδε ἀναξίως αὐτῶν τετυχηκέναι. Ὅσα δ' οὖν μηδὲ ὑπακούσεται ῥᾳδίως, ἐπισκέψασθε νῦν αὐτὰ, καὶ συναριθμεῖτε κατά τε πόλεις καὶ κατὰ ἔθνη, καὶ βασιλέας καὶ δυνάστας. Πάντα γὰρ δὴ, σχεδὸν εἰπεῖν, ὅσα ἐξ ἠοῦς ἐπὶ δύσιν ὁ Καῖσαρ ἡμῖν ἐχειρώσατο δυνάμει καὶ κράτει, συνεστήσατο νόμοις, καὶ χάρισι καὶ φιλανθρωπίαις βεβαιωσάμενος. Ὧν τίνας ὑποστήσεσθαι δοκεῖτε, ἀφαιρουμένους ἃ ἔλαβον, εἰ μὴ πάντα ἐμπλῆσαι πολέμων ἐθέλετε; οἳ τῇ πατρίδι, ὡς ἀσθενεστάτῃ μάλιστα οὔσῃ, τοὺς ἐναγεῖς περισώζειν ἀξιοῦτε. Καὶ τὰ μὲν πορρωτέρω τοῖς τε δεινοῖς ἔτι καὶ τοῖς φόβοις ἀφεστηκότα ἐάσω. Ἃ δὲ οὐκ ἀγχοῦ μόνον ἐστὶν ὑμῖν, ἀλλὰ σύνοικα ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν αὐτὴν, τοὺ τὰ νικητήρια λαβόντας, καὶ κατὰ πλῆθος ἅμα τοῖς ὅπλοις, ὡς ἐστρατεύοντο, ὑπὸ τῇ αὐτῇ συντάξει, συνῳκισμένους ὑπὸ Καίσαρος (ὧν ἔτι πολλαὶ μυριάδες εἰσὶν ἐν τῇ πόλει), τί νομίζετε πράξειν, ἀφαιρουμένους ὧν εἰλήφασιν ἢ προσδοκῶσι λήψεσθαι, πόλεών τε καὶ χωρίων; Καὶ τοῦδε μὲν ὑμῖν καὶ ἡ παρελθοῦσα νὺξ τὴν εἰκόνα ἔδειξε· δεομένοις γὰρ ὑμῖν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτόντων, ἀντιπαρέθεον ἐκεῖνοι μετὰ ἀπειλῆς.

CXXXIV. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Καίσαρος συρόμενον καὶ αἰκιζόμενον καὶ ἄταφον ῥιπτούμενον (καὶ γὰρ ταῦτα ἐκ τῶν νόμων τοῖς τυράννοις ἐπιτέτακται) περιόψεσθαι νομίζετε τοὺς ἐστρατευμένους αὐτῷ; καὶ τὰ Κελτῶν καὶ Βρεττανῶν νομιεῖν, ἃ εἰλήφασιν, ἕξειν βέβαια, τοῦ δόντος ὑβριζομένου; Τί δὲ τὸν δῆμον αὐτὸν ἐργάσεσθαι; τί δὲ τοὺς Ἰταλιώτας; πόσον δὲ ὑμῖν ἔσεσθαι φθόνον παρά τε ἀνδρῶν καὶ θεῶν, ἐνυβρίζουσιν ἐς τὸν ὑμῖν τὴν ἡγεμονίαν μέχρι Ὠκεανοῦ ἐπὶ τὴν ἄγνωστον προαγαγόντα; καὶ οὐκ ἐν αἰτίᾳ καὶ καταγνώσει μᾶλλον ἔσεσθαι τὴν τοσήνδε ἡμῶν ἀνωμαλίαν, εἰ τοὺς μὲν ὕπατον ἐν βουλευτηρίῳ, καὶ ἱερὸν ἄνδρα ἐν ἱερῷ χωρίῳ, βουλῆς ἠγηγερμένης, ὑπὸ ὄψεσι θεῶν, κατακανόντας τιμᾶν ἀξιώσομεν, ἀτιμοῦν δὲ τὸν καὶ τοῖς πολεμίοις δι' ἀρετὴν τίμιον; Τούτων μὲν οὖν, ὡς οὔτε ὁσίων, οὔτ' ἐφ' ἡμῖν ὄντων, προλέγω πάμπαν ἀπέχεσθαι. Γνώμην δὲ

videatur, faciam tamen quod jubetis. » Quibus dictis, in curiam propere reversus est Lepidus. Ex quo autem ille excesserat, per totum id tempus Dolabella in senatu parum sane decore de magistratu suo contendit, ne eo excideret. Et Antonius interim, exspectans quid factura plebs esset, cum risu eum spectaverat; nam discordes inter sese fuerant. Postquam autem satiatus fuit spectando, neque a plebe quidquam acriori studio factum intellexit, necessitate compulsus, statuit servare quidem percussores (ita tamen ut dissimularet necessitatem, et pro singulari gratia incolumitatem eis imputaret); simul vero et acta Cæsaris pro pacto rata habere, et ea, quæ illi deliberata et proposita fuissent, effecta dare. Itaque, indicto per præconem silentio, rursus sic orsus est Antonius :

CXXXIII. « Equidem, Patres conscripti, disceptantibus vobis de civibus, qui nefas illud admiserunt, non interposui meam sententiam : cæterum postquam, illis omissis, suffragia poposcistis de Cæsare; unum hactenus ex actis Cæsaris proposui, quod unum tantas inter vos contentiones excitavit; neque illud quidem immerito. Si enim deponemus nostros magistratus, nos tot ac tales viros indignos eis fatebimur. Jam vero reliqua, in quibus ne obtemperabitur quidem nobis, considerate : et quid per omnes civitates, quid per provincias, quid per regna amicorum sociorumque regum et dynastarum eventurum sit, perpendite! Nam ab Oriente in Occidentem cunctos fere populos Cæsar, virtute sua subactos, non solum vi et armis pacavit, sed et legibus ordinavit, beneficentia liberalitateque firmavit. Quorum quosnam putatis laturos eripi sibi quæ semel acceperint? nisi forte bellis miscere omnia volueritis; qui patriæ, quam nimium debilitatam dicitis, nefarios hos cives conservandos censetis. Sed mitto jam ea omnia, unde nobis longinquius periculum est, longinquior metus. Hos vero, non vicinos modo, verum etiam ipsam nobiscum incolentes Italiam, veteranos Cæsaris (qui, ut victoriarum præmia acciperent, tanto numero, et quidem armati etiam nunc, et per eosdem ordines, quibus sub Cæsare militaverant, distributi, ab illo in colonias descripti sunt, quorum multa millia etiam nunc in Urbe versantur) : hos, inquam, quid existimatis facturos, si auferantur eis quæ vel jam acceperunt, vel quæ eis promissa sunt, oppida atque prædia? Certe præterita nox aliquod hujus rei specimen vobis exhibuit : vidistisque, quantis cum minis discursantes illi se vestræ deprecationi pro his, qui peccarunt, opposuerunt.

CXXXIV. « Jam vero corpus Cæsaris unco trahi per Urbem, et lacerari, et inhumatum projici (ex legibus enim id quoque tyrannis debetur) : hæc igitur æquo animo passuros putatis veteranos ejus commilitones, et victoriarum præmia de Gallis Britannisque reportatarum integra sibi atque firma speraturos mansura, auctore eorumdem præmiorum contumelia omni affecto? Jam quid ipsum populum? quid universæ incolas Italiæ putatis facturos? Quantam vero et hominum et deorum invidiam vos secuturam, si tali contumelia dignum judicaveritis hunc, qui imperium vobis usque ad ignota prius Oceani littora promovit? An non insignem nostram iniquitatem accusaturos putatis omnes, si eos qui consulem in curia, qui virum sanctum in sacrato loco, inspectante senatu, sub ipsorum oculis deorum, interemerunt, hos si præmiis dignabimur : ipsum vero contumeliis afficiemus, qui hostibus quoque propter virtutem carus fuit et venerabilis? Quare vos moneo, mittamus hæc nefaria, quæ ne si velimus quidem, efficere valemus : et pro

ἐσφέρω, τὰ μὲν πεπραγμένα καὶ βεβουλευμένα τῷ Καίσαρι πάντα κυροῦν· τοὺς δὲ ἁμαρτόντας ἐπαινεῖν μὲν οὐδενὶ τρόπῳ (οὐ γὰρ ὅσιον οὐδὲ δίκαιον, οὐδὲ σύμφωνον ἔτι τῷ κυροῦν τὰ Καίσαρι πεπραγμένα)· περισώζειν δὲ ἐξ ἐλέου μόνον, εἰ ἐθέλοιτε, διὰ τοὺς οἰκείους αὐτῶν καὶ φίλους· εἰ δὴ καὶ τόδε αὐτὸ οἵδε λαμβάνειν ὑπὲρ ἐκείνων ὁμολογοῖεν ἐν χάριτος μέρει. »

CXXXV. Τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀντωνίου σὺν ἀνατάσει τε καὶ ὁρμῇ βαρυτέρᾳ, γίγνεται δόγμα, ἡσυχαζόντων ἤδη καὶ ἀγαπώντων ἁπάντων· Φόνου μὲν οὐκ εἶναι δίκας ἐπὶ τῷ Καίσαρι· κύρια δὲ εἶναι τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πάντα καὶ ἐγνωσμένα, ἐπεὶ τῇ πόλει συμφέρει. Ἐβιάσαντο γὰρ τόδε ἐς ἀσφάλειαν οἱ τῶν περισωζομένων οἰκεῖοι προστεθῆναι μάλιστα, ὡς οὐ δικαίως φυλασσόμενα μᾶλλον, ἢ διὰ χρείαν. Καὶ ὁ Ἀντώνιος αὐτοῖς ἐς τοῦτο ἐνέδωκεν. Ἐψηφισμένων δὲ τούτων, ὅσοι τῶν κληρούχων ἡγεμόνες ἦσαν, ἠξίουν ἴδιον περὶ σφῶν ἐπὶ τῷ κοινῷ δόγμα ἕτερον γενέσθαι, βεβαιοῦν αὐτῶν τὰς κληρουχίας. Καὶ οὐκ ἐκώλυεν ὁ Ἀντώνιος, ἐπιδεικνὺς τῇ βουλῇ τὸν φόβον. Γίγνεται μὲν δὴ καὶ τοῦτο· καὶ ἕτερον αὖ περὶ τῶν ἐξιόντων ἐπὶ τὰς ἀποικίας ὅμοιον. Λεύκιον δὲ Πείσωνα, ὅτῳ τὰς διαθήκας ὁ Καῖσαρ παρετίθετο, τοῦτον ἤδη τὸν τρόπον τῆς βουλῆς διαλελυμένης, τινὲς περιστάντες παρεκάλουν, μήτε τὰς διαθήκας προφέρειν, μήτε θάπτειν τὸ σῶμα φανερῶς, μή τι νεώτερον ἕτερον ἐκ τούτων γένοιτο. Καὶ οὐ πειθόμενον ἠπείλουν ἐσαγγέλλειν, ὅτι τὸν δῆμον οὐσίαν τηλικαύτην ἀφαιροῖτο, γιγνομένην κοινήν· αὖθις ἄρα ἐνσημαινόμενοι τὴν τυραννίδα.

CXXXVI. Ἐκβοήσας οὖν ὁ Πείσων ὅτι μέγιστον, καὶ τοὺς ὑπάτους ἔτι παροῦσάν οἱ τὴν βουλὴν ἀξιώσας συναγαγεῖν, εἶπεν· « Οἱ τύραννον λέγοντες ἕνα ἀνῃρηκέναι, τοσοίδε ἡμῶν ἀνθ' ἑνὸς ἤδη τυραννοῦσιν· οἳ θάπτειν με κωλύουσι τὸν ἀρχιερέα, καὶ τὰς διαθήκας ἀπειλοῦσι προφέροντι, καὶ τὴν οὐσίαν δημεύουσιν αὖθις ὡς τυράννου. Καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τούτοις αὐτῷ πεπραγμένα κεκύρωται· ἃ δὲ ἐφ' ἑαυτῷ κατέλιπεν, ἀκυροῦσιν, οὐ Βροῦτος ἔτι, οὐδὲ Κάσσιος, ἀλλ' οἱ κἀκείνους ἐς τόνδε τὸν ὄλεθρον ἐκριπίσαντες. Τῆς μὲν οὖν ταφῆς ὑμεῖς ἐστε κύριοι, τῶν δὲ διαθηκῶν ἐγώ· καὶ οὔποτε ἃ ἐπιστεύθην προδώσω, πρὶν κἀμέ τις ἐπανέλῃ. » Θορύβου δὲ καὶ ἀγανακτήσεως γενομένης παρὰ πάντων, καὶ μάλιστα τῶν τι καὶ ἐλπιζόντων ἐκ τῶν διαθηκῶν αὐτοῖς ἔσεσθαι· τάς τε διαθήκας ἐς τὸ μέσον ἔδοξε προφέρειν, καὶ θάπτειν τὸν ἄνδρα δημοσίᾳ. Καὶ ἐπὶ τοῖσδε ἡ βουλὴ διελύθη.

CXXXVII. Βροῦτος δὲ καὶ Κάσσιος, αἰσθόμενοι τῶν γεγονότων, ἐς τὸ πλῆθος περιέπεμπον, καὶ παρεκάλουν, πρὸς αὐτοὺς ἀνελθεῖν ἐς τὸ Καπιτώλιον. Συνδραμόντων δὲ ὀξέως πολλῶν, ὁ Βροῦτος ἔλεγεν· « Ἐνταῦθα ὑμῖν ἐντυγχάνομεν, ὦ πολῖται, οἱ χθὲς κατ' ἀγορὰν ἐντυχόντες· οὔτε ὡς ἐς ἱερὸν καταφυγόντες (οὐ γὰρ ἡμάρτομεν), οὔτε ὡς ἐπὶ κρημνὸν, (οἳ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπομεν ὑμῖν)· ἀλλὰ τὸ Κίννα πάθος, ὀξύτερόν τε

sententia dico, acta consiliaque Cæsaris rata debere haberi; auctores vero sceleris laudandos quidem nullo modo (id enim nec divino humanove jure licet, et, siquidem acta Cæsaris rata habemus, plane etiam repugnat), cæterum veniam tamen eis posse concedi, ex sola quidem commiseratione, si vobis ita videtur, respectu amicorum quos habent et familiarium : si modo hi, id ipsum pro illis in gratiæ loco se habituros, atque eo nomine accepturos, profiteantur. »

CXXXV. Hæc postquam Antonius magna contentione et acerrimo quodam impetu dixit, nihil jam porro moventibus cæteris, et cunctis hac sententia contentis, fit senatusconsultum : « De cæde Cæsaris quæri in judicio non placere; acta vero ejus decretaque rata esse, quoniam ita e republica esse videatur : » hæc enim verba, ut adjicerentur, pervicerant (concedente id quoque Antonio) percussorum amici, ad illorum securitatem; quasi propter utilitatem magis servarentur acta Cæsaris, quam quod per se, jure quodam, valida fuissent futura. Eo senatusconsulto facto, quotquot aderant coloniis deducendis præfecti, postularunt, ut præter commune illud senatus consultum aliud peculiare conficeretur, quo veteranis posssessio agrorum, qui eisdem fuissent attributi, confirmaretur. Nec obstitit Antonius, qui ipse senatui, quid ab his esset metuendum, demonstraverat. Itaque et hoc ipsum senatusconsultum factum est; et simul aliud simile, de his qui in colonias jam deducti erant. Senatu deinde dimisso, L. Pisonem, apud quem testamentum suum Cæsar deposuerat, nonnulli circumstiterunt; rogantes, ne testamentum proferret, neve corpus publice funeraret; ne hinc alia rerum novarum fieret materia. Quod quum ei non persuaderent, diem se ei dicturos, quod populum Romanum tanta hæreditate fraudaret publice ærario debita, minabantur; rursum ita subinnuentes tyrannidem.

CXXXVI. Tum Piso, quantum potuit exclamans, consules invocavit, ut senatum nondum digressum coire denuo juberent. Quo facto, hæc verba fecit : « Qui tyrannum jactant a se sublatum, tot jam pro uno tyrannidem in nos volunt exercere : sepeliri vetant summum pontificem, testamentum ejus proferenti minantur; bona rursus, tanquam tyranni, publicata volunt : acta Cæsaris, quæ quidem ad se pertinent, rata habent; quæ vero ad ipsum defunctum, volunt irrita fieri : idque non Brutus facit, nec Cassius; sed hi, qui cædis auctores et instigatores illis fuerunt. De sepultura igitur vos videritis, quæ res in vestra est potestate : ego, quod meum est, testamentum curabo, neque unquam, quod mihi est creditum, prodam; nisi me quoque aliquis, sicut illum, occiderit. » Inde omnibus ob rem indignam tumultuantibus, præsertim iis, qui sperabant ex eo testamento sibi quoque aliquid obventurum, placuit, et testamentum proferri in medium, et corpus funerari publice. Atque ita senatus dissolutus est.

CXXXVII. Quæ ubi intellexerunt Brutus et Cassius, dimissis nunciis plebem vocarunt ad se in Capitolium. Moxque facto ad eos multorum concursu, Brutus sic locutus est : « Hicce loci nunc, Quirites, agimus vobiscum, qui in foro heri egimus : non jam ut ad fanum refugi, nec enim peccavimus, neque ut ad locum præruptum, quippe qui res nostras fidei vestræ committimus : sed Cinnæ casus re-

καὶ ἀλογώτερον αὐτῷ γενόμενον, οὕτως ἠνάγκασεν. Ἠσθόμην δὲ τῶν ἐχθρῶν διαβαλλόντων ἡμᾶς ἐς ἐπιορκίαν, καὶ ἐς αἰτίαν ἀπορίας εἰρήνης ἀσφαλοῦς. Ἃ δὴ περὶ τούτων ἔχομεν εἰπεῖν, ἐν ὑμῖν ἐροῦμεν, ὦ πολῖται, μεθ' ὧν καὶ τἆλλα δημοκρατουμένων πράξομεν. Ἐπειδὴ Γάϊος Καῖσαρ ἐκ Γαλατίας ἐπὶ τὴν πατρίδα ἤλασε σὺν ὅπλοις πολεμίοις, καὶ Πομπήϊος μὲν ὁ δημοκρατικώτατος ὑμῶν ἔπαθεν οἷα ἔπαθεν, ἐπὶ δ' αὐτῷ πλῆθος ἄλλο πολιτῶν ἀγαθῶν ἔς τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίαν ἐλαυνόμενοι διωλώλεσαν· εἰκότως αὐτῷ δεδιότι, καὶ βέβαιον ἔχοντι τὴν τυραννίδα, ἀμνηστίαν αἰτοῦντι ἔδομεν, καὶ ὠμόσαμεν ὑπὲρ αὐτῆς. Εἰ δὲ ἡμῖν ὀμνύναι προσέταττεν, οὐ τὰ παρελθόντα μόνον οἴσειν ἐγκρατῶς, ἀλλὰ δουλεύσειν ἐς τὸ μέλλον ἑκόντας, τί ἂν ἔπραξαν οἱ νῦν ἐπιβουλεύοντες ἡμῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ, ὄντας γε Ῥωμαίους, οἶμαι πολλάκις ἀποθανεῖν ἑλέσθαι μᾶλλον, ἢ δουλεύειν ἑκόντας ἐπὶ ὅρκῳ.

CXXXVIII. Εἰ μὲν δὴ μηδὲν ἔτι εἰς δουλείαν εἰργάζετο ὁ Καῖσαρ, ἐπιωρκήσαμεν. Εἰ δὲ οὔτε τὰς ἀρχὰς τὰς ἐν ἄστει, οὔτε τὰς τῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας, οὔτε στρατείας, ἢ ἱερωσύνας, ἢ κληρουχίας, ἢ τιμὰς ἄλλας ὑμῖν ἀπέδωκεν, οὐδὲ προεβούλευεν ἡ βουλὴ ἐπὶ οὐδενὸς, οὐδ' ὁ δῆμος ἐπεκύρου, ἀλλὰ πάνθ' ὁ Καῖσαρ ἦν ἅπασιν ἐξ ἐπιτάγματος, καὶ οὐδὲ κόρος αὐτῷ τοῦ κακοῦ τις ἐγίγνετο, οἷος ἐγένετο Σύλλᾳ (ἀλλ' ὁ μὲν τοὺς ἐχθροὺς καθελὼν, ἀπέδωκεν ὑμῖν τὴν πολιτείαν· ὁ δ' ἐπὶ ἄλλην στρατείαν χρόνιον ἀπιὼν, ἐς πενταετὲς ὑμῶν τὰ ἀρχαιρέσια προελάμβανε)· ποία ταῦτα ἦν ἐλευθερία, ἧς οὐδ' ἐλπὶς ὑπεφαίνετο ἔτι; Τί δὲ οἱ τοῦ δήμου προστάται Καισήτιος καὶ Μάρυλλος; οὐχ, ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἄρχοντες ἀρχὴν, ἐξηλαύνοντο σὺν ὕβρει; Καὶ ὁ μὲν νόμος ὁ τῶν προγόνων καὶ ὁ ὅρκος οὐδ' ἐπάγεσθαι δίκην ἔτι οὖσι δημάρχοις ἐπιτρέπουσιν· ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτοὺς ἐξήλασεν, οὐδὲ δίκην ἐπαγαγών. Πότεροι οὖν ἐς τοὺς ἀσύλους ἡμάρτανον; ἢ Καῖσαρ μὲν ἱερὸς καὶ ἄσυλος, ὅτῳ ταῦτα οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης, οὐδὲ πρὶν ἐπελθεῖν αὐτὸν ἐς τὴν πατρίδα σὺν ὅπλοις, καὶ τοσούσδε καὶ τοιούσδε ἀγαθοὺς πολίτας κατακανεῖν, ἐθέμεθα· τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν οὐχ ἱερὰν καὶ ἄσυλον οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν δημοκρατίᾳ χωρὶς ἀνάγκης ὤμοσάν τε καὶ ἐπηράσαντο ἐς ἀεὶ ἔσεσθαι; Ποῦ δὲ οἱ φόροι τῆς ἡγεμονίας καὶ λογισμοὶ συνεφέροντο; τίς δ' ἡμῶν ἀκόντων ἤνοιγε τὰ ταμιεῖα; τίς τῶν ἀψαύστων καὶ ἐπαράτων ἐκίνει χρημάτων, καὶ ἑτέρῳ δημάρχῳ κωλύοντι θάνατον ἠπείλει;

CXXXIX. Ἀλλὰ τίς, φασὶν, ἔτι ὅρκος ἐς ἀσφάλειαν εἰρήνης ἂν γένοιτο; Εἰ μὲν οὐ τυραννήσει τις, οὐδὲ ὅρκων δεῖ· οὐδὲ γὰρ τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐδέησεν οὐδέποτε. Εἰ δ' ἐπιθυμήσει τις ἄλλος τυραννίδος, οὐδὲν πιστόν ἐστι Ῥωμαίοις πρὸς τύραννον, οὐδ' εὔορκον. Καὶ τάδε προλέγομεν, ἔτι ὄντες ὑπὸ τῷ κινδύνῳ, καὶ προεροῦμεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀεί. Καὶ γὰρ, ὄντες ἐν ἀσφαλεῖ τιμῇ παρὰ Καίσαρι, τὴν πατρίδα τῆς ἡμετέρας τιμῆς προετιμήσαμεν. Διαβάλλουσι δ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ ταῖς κλη-

pentinus et indignus huc nos compulit. Et quoniam inimici nos calumniantur, quasi perjuros et pacis turbatores, apud vos potissimum libet hanc causam agere, Quirites, cum quibus, restituta republica, reliqua quoque agemus quæ agenda sunt. Postquam Cæsar e Gallia patriam invasit hostiliter, et Pompeius, reipublicæ amantissimus, deplorabili fato functus est, et post eum magna bonorum civium multitudo in Africam Hispaniamque pulsi perierunt; tunc quidem Cæsari, confirmata tyrannide, sibi ipsi non sine causa timenti, oblivionem ante actorum, quam a nobis postulavit, jurati concessimus. Qui si a nobis jusjurandum exegisset, non solum patientiæ præteritarum injuriarum, sed futuræ etiam servitutis, quidnam tunc facturos fuisse putabimus hos, qui hodie nobis insidiantur? Ego certe, vere quidem Romanos non unam mortem laturos fuisse, opinor, priusquam se jurejurando interposito servituti addixissent.

CXXXVIII. « Itaque si nihil porro contra libertatem nostram Cæsar molitus est; perjuri simus. Quod si vero nec magistratus urbanos provincialesve, nec præfecturas exercituum, nec sacerdotia, nec coloniarum deductiones, nec alios quosvis honores, in vestra potestate reliquit; si non ad senatum de his rebus retulit, non populi auctoritatem requisivit; sed jussa unius Cæsaris omnia potuerunt in omnibus rebus; si ne sic quidem malis nostris, ut olim Sylla, satiatus est (Sylla enim, sublatis inimicis, administrationem reipublicæ vobis reddidit; hic contra, aliam diuturnam expeditionem aggressus, in quinquennium vestra præoccupavit comitia) : quænam aut qualis hæc erat libertas, cujus ne spes quidem amplius nobis ulla ostensa est? Quid dicam de tribunis plebis, de Cæsetio Marulloque? annon sacrosanctus magistratus contumeliose pulsus est? Et leges quidem ac jusjurandum majorum nostrorum ne in jus quidem vocari tribunos plebis sinunt, quousque in magistratu sunt : Cæsar vero, ne in jus quidem vocatos, egit in exilium. Utri igitur sacrosanctos violavimus? Nisi forte Cæsar quidem sacrosanctus fuit; cui non sponte, sed coacti, oppressa armis patria, tot egregiis civibus occisis, eum honorem contulimus; ot tribunitia potestas sacrosancta non fuit, quam inviolabilem in sempiternum fore patres nostri ultro, nemine eos cogente, jurarunt, diris etiam exsecrationibus additis, si unquam contra fieret? Quid vero? vectigalia populi Romani, et rationes publicanorum, quonam conferebantur? quis nobis invitis aperuit ærarium? quis abstulit intactas hactenus et dira cum exsecratione vetitas tangi pecunias? quis tribuno plebis obsistenti necem est comminatus?

CXXXIX. « Sed quodnam ergo jusjurandum, aiunt, superest, quo pacis firmetur stabilitas? Nimirum, si nemo tyrannum agat, ne opus quidem erit sacramentis; quemadmodum nec majores nostri opus eis unquam habuerunt. Quod si quis vero ad novam aspiraverit tyrannidem, nulla Romanis fides, nulla religio, erga tyrannum est. Atque hæc profitemur, dum adhuc in periculo versamur; neque unquam patriæ causa idem profiteri cessabimus. Nam qui tuto potueramus honoribus frui apud Cæsarem, caritatem patriæ potiorem nostris honoribus habuimus. Cæterum quod ad calumnias de coloniis deducendis attinet,

ρουχίαις, ἐρεθίζοντες ὑμᾶς. Εἰ δή τινες τῶν ᾠκισμένων ἢ οἰκισθησομένων πάρεστε, χαρίσασθέ μοι, καὶ ἐπισημήνασθε ἑαυτούς. »

CXL. Ἐπισημηναμένων δὲ πολλῶν· « Εὖ γε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες, τοῖς ἄλλοις ἐποιήσατε συνελθόντες. Χρὴ δὲ ὑμᾶς, τὰ εἰκότα τιμωμένους τε καὶ περιποιουμένους ἐκ τῆς πατρίδος, τὰ ἴσα τὴν ἐκπέμπουσαν ἀντιγεραίρειν. Ὑμᾶς δ' ὁ δῆμος ἔδωκεν ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Βρεττανοὺς τῷ Καίσαρι· καὶ ἀριστεύοντας ἔδει τιμῶν καὶ ἀριστείων τυχεῖν. Ὁ δὲ, ὑμᾶς τοῖς ὅρκοις προλαβὼν, ἐπήγαγε μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν, μάλα ἀβουλοῦντας· ἐπήγαγε δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν πολιτῶν ἐς Λιβύην, ὀκνοῦντας ὁμοίως. Εἰ μὲν δὴ μόνα ταῦτα ὑμῖν ἐπέπρακτο, ᾐδεῖσθε ἂν ἴσως ἐπὶ τοιούτοις αἰτεῖν ἀριστεῖα. Ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς φθόνος, ἢ χρόνος, ἢ ἀνθρωπίνη λήθη τὰ ἐπὶ Κελτοῖς καὶ Βρεττανοῖς ὑμῶν ἔργα σβέσει, ὑπὲρ τούτων ὑμῖν ἔστι τὰ ἀριστεῖα· ἃ καὶ τοῖς πάλαι στρατευομένοις ὁ δῆμος ἐδίδου, οἰκείων μὲν ἀνδρῶν ἢ ἀναμαρτήτων οὔ ποτε γῆν ἀφαιρούμενος, οὐδ' ἑτέροις ἐπινέμων τὰ ἀλλότρια, οὐδ' ἡγούμενος δεῖν ἀμείβεσθαι δι' ἀδικημάτων. Τῶν δὲ πολεμίων ὅτε κρατήσαιεν, οὐδὲ τούτων ἅπασαν τὴν γῆν ἀφῃροῦντο· ἀλλὰ ἐμερίζοντο, καὶ ἐς τὸ μέρος ᾤκιζον τοὺς ἐστρατευμένους, φύλακας εἶναι τῶν πεπολεμηκότων. Καὶ οὐκ ἀρκούσης ἐνίοτε τῆς δορικτήτου γῆς, καὶ τὴν δημοσίαν ἐπένεμον, ἢ ἐωνοῦντο ἑτέραν. Οὕτω μὲν ὑμᾶς ὁ δῆμος συνῴκιζεν ἀλύπως ἅπασι. Σύλλας δὲ καὶ Καῖσαρ, οἱ σὺν ὅπλοις ἐς τὴν πατρίδα ὡς πολεμίαν ἐμβαλόντες, ἐπὶ αὐτῇ τῇ πατρίδι φρουρῶν καὶ δορυφόρων δεόμενοι, οὔτε διέλυσαν ὑμᾶς ἐς τὰς πατρίδας, οὔτε γῆν ὑμῖν ἐωνοῦντο, ἢ τὴν τῶν δεδημευμένων ἀνδρῶν ἐπένεμον, οὔτε τὰς τιμὰς τοῖς ἀφαιρουμένοις ἐς παρηγορίαν ἐδίδοσαν, πολλὰ μὲν ἐκ τῶν ταμιείων ἔχοντες, πολλὰ δὲ ἐκ τῶν δεδημευμένων· ἀλλὰ τὴν Ἰταλίαν οὐδὲν ἁμαρτοῦσαν οὐδὲ ἀδικοῦσαν, πολέμου νόμῳ καὶ λῃστηρίου νόμῳ, τήν τε γῆν ἀφῃροῦντο, καὶ οἰκίας, καὶ τάφους, καὶ ἱερά· ὧν οὐδὲ τοὺς ἀλλοφύλους πολεμίους ἀφῃρούμεθα, ἀλλὰ δεκάτην αὐτοῖς μόνην καρπῶν ἐπετάσσομεν.

CXLI. Οἱ δὲ ὑμῖν τὰ τῶν ὑμετέρων ὁμοεθνῶν διένεμον, τῶν ἐπὶ Κελτοὺς ὑμᾶς αὐτῷ Καίσαρι στρατευσάντων, καὶ προπεμψάντων, καὶ εὐξαμένων πολλὰ κατὰ τῶν ὑμετέρων νικητηρίων. Καὶ συνῴκιζον ὑμᾶς ἐς ταῦτα ἀθρόους ὑπὸ σημείοις καὶ συντάξει στρατιωτικῇ· μήτε εἰρηνεύειν δυναμένους, μήτε ἀδεεῖς εἶναι τῶν ἐξελαθέντων. Ὁ γὰρ ἀλώμενος καὶ τῶν ὄντων ἀφῃρημένος, ἔμελλεν ὑμῖν περὶ πολλῶν ἐφεδρεύειν καιροφυλακῶν. Τοῦτο δ' ἦν ὅπερ οἱ τύραννοι μάλιστα ἐβούλοντο· οὐ γῆν ὑμᾶς λαβεῖν, ἣν δὴ καὶ ἑτέρωθεν εἶχον παρασχεῖν· ἀλλ' ὅπως ἐχθροὺς ἐφεδρεύοντας ἔχοντες ἀεὶ, βέβαιοι φύλακες ἦτε τῆς ἀρχῆς τῆς ταῦτα ὑμῖν συναδικούσης. Εὔνοια γὰρ ἐς τυράννους γίγνεται δορυφόρων, ἐκ τοῦ συναδικεῖν καὶ συνδεδιέναι. Καὶ τοῦτο, ὦ θεοὶ, συνοικισμὸν ἐκάλουν, ᾧ θρῆνος ὁμοφύλων ἀνδρῶν ἐπῆν, καὶ ἀνάστασις οὐδὲν ἀδικούντων.

quibus calumniis conantur vos exasperare; si qui adestis aut jam deducti in colonias, aut deducendi, hoc mihi quæso gratificamini, ut mihi vos significetis. »

CXL. Quumque multi signum fecissent: « Bene factum, inquit, quod cum aliis huc venistis civibus. Convenit autem, ut vos, qui debitos honores præmiaque estis a patria consecuti, eidem, quæ vos emisit, quod æquum est rependatis. Vos populus Romanus attribuit Cæsari contra Gallos Britannosque; et re feliciter gesta, meriti estis militaria dona atque præmia. At ille vos, novo sacramento præreptos, duxit invitos contra patriam, duxit æque invitos contra optimos cives in Africam. Quam igitur in hisce bellis navastis operam, ejus præmia petere pudet vos fortasse. Sed quoniam nec nunc invidia, nec posthac tempus ullum aut oblivio poterit egregia illa facinora, Gallicis bellis Britannicisque a vobis edita, oblitterare; horum vos manent præmia, qualia et olim populus Romanus dare militibus consuevit: non cum injuria eorum qui nihil peccarunt, nec aliis ademta dividendo aliis, et injustam prædam vertendo in præmia. Sed hostes devictos majores nostri agris solebant mulctare; nec tamen omnibus, sed parte tantum; in quam emeritos deducerent, custodes futuros reipublicæ contra eos, qui arma adversus eamdem tulerant. Quod si quando non sufficeret ager armis quæsitus, addebatur portio de publico agro, aut emebatur alius ex publica pecunia. Ita populus sine cujusquam injuria vos in colonias olim deducebat. Sed Sylla et Cæsar, vi et armis hostiliter oppressa republica, quum contra ipsam patriam opus haberent custodibus et satellitio, neque dimiserunt vos in suam quemque patriam, neque agros vobis emerunt, aut eos qui ex bonis civium publicatis publici erant facti diviserunt, neque pristinos illorum dominos pretio reddito solati sunt; quamvis multum pecuniarum haberent ex ærario, multum item ex publicatis civium bonis. Sed in ipsa Italia, nihil commerita, non jure belli, sed more latrocinii, veteribus possessoribus ademerunt agros, domos, sepulcra, fana; quæ ne externis quidem hostibus devictis adimimus, quibus nonnisi decimas fructuum solvendas imponimus.

CXLI. « At isti diviserunt vobis agros vestrorum popularium, quorum jussu vos Gallicam expeditionem auspiciis Cæsaris suscepistis, qui iidem votis pro victoria vestra nuncupatis vos erant prosecuti. Et in hujusmodi colonias illi vos deduxerunt sub signis, instructos militariter; ut qui nec pace ibi frui, nec secure agere possetis ab his qui coacti sunt agris vobis cedere. Pulsus enim quisque et bonis exutus, non poterat non insidiari vobis, opportunum tempus captando. Atque id ipsum erat, quod tyranni voluerant maxime: non ut agros haberetis, quos aliunde vobis dare poterant: sed ut, metu inimicorum semper solliciti, firmi custodes essetis potestatis in communi vobiscum hærentis invidia. Tyrannis enim suos satellites communione maleficium communisque metus conciliat. Atque huic instituto, pro Dii, nomen coloniarum deducendarum est inditum: quod institutum conjunctum esset cum lamentis popularium, et expulsione hominum nihil commeritorum. Sed enim hæc id

Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὑμᾶς ἐξεπίτηδες ἐχθροὺς ἐποίουν τοῖς ὁμοεθνέσιν ὑπὲρ τοῦ σφετέρου συμφέροντος. Ἡμεῖς δὲ, οὓς οἱ νῦν τῆς πατρίδος προστάται φασὶν ἐλέῳ περισώζειν, τήν τε γῆν ὑμῖν τήνδε αὐτὴν ἐσαεὶ βεβαιοῦμεν καὶ βεβαιώσομεν, καὶ μάρτυρα τὸν θεὸν τόνδε ποιούμεθα. Καὶ ἔχετε καὶ ἕξετε, ἃ εἰλήφατε· καὶ οὐ μή τις ὑμᾶς ἀφέληται ταῦτα, οὐ Βροῦτος, οὐ Κάσσιος, οὐχ οἵδε πάντες, οἱ τῆς ὑμετέρας ἐλευθερίας προεκινδυνεύσαμεν. Ὃ δ' ἐν τῷ ἔργῳ μόνον ἐστὶν ἐπίμεμπτον, ἰασόμεθα ἡμεῖς, διαλλακτήριον ὑμῖν ἅμα ἐς τοὺς ὁμοεθνεῖς ἐσόμενον, καὶ ἥδιστον ἤδη πυθομένοις, οἷς τὴν τιμὴν τῆσδε τῆς γῆς τοῖς ἀφῃρημένοις ἡμεῖς ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων εὐθὺς ἐκ πρώτης ἀφορμῆς ἀποδώσομεν· ἵνα μὴ βέβαιον ἔχητε μόνον ὑμεῖς τὴν κληρουχίαν, ἀλλὰ καὶ ἄφθονον. »

CXLII. Τοιαῦτα τοῦ Βρούτου λέγοντος, ἀκροώμενοί τε ἔτι πάντες, καὶ διαλυόμενοι κατὰ σφᾶς ἐπήνουν ὡς δικαιότατα· καὶ τοὺς ἄνδρας, ὡς ἀκαταπλήκτους δὴ, καὶ μάλιστα φιλοδήμους, ἐν θαύματι ἐποιοῦντο, καὶ ἐς εὔνοιαν πρὸς αὐτοὺς μετετίθεντο, καὶ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν αὐτοῖς συμπράξειν ἔμελλον. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ οἱ μὲν ὕπατοι τὸ πλῆθος ἐς ἐκκλησίαν συνεκάλουν· καὶ ἀνεγιγνώσκετο αὐτοῖς τὰ δόξαντα, καὶ Κικέρων πολὺ τῆς ἀμνηστίας ἐγκώμιον ἐπέλεγεν. Οἱ δὲ, ἡδόμενοι, κατεκάλουν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοὺς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον· καὶ οἵδε ἀναπέμπειν αὐτοῖς ἐν τοσῷδε ὅμηρα ἐκέλευον, καὶ ἀνεπέμποντο οἱ παῖδες Ἀντωνίου τε καὶ Λεπίδου. Ὀφθέντων δὲ τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, κρότος ἦν καὶ βοή. Καὶ τῶν ὑπάτων εἰπεῖν τι βουλομένων, οὐκ ἀνασχόμενοι, δεξιώσασθαι αὐτοὺς καὶ συναλλαγῆναι πρότερον ἐκέλευον· καὶ γίγνεται μὲν οὕτως. Καὶ διεσείετο μάλιστα τοῖς ὑπάτοις ἡ γνώμη ὑπὸ δέους ἢ φθόνου, ὡς τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ ἄλλα αὐτοὺς ὑπεροισόντων ἐν τῇ πολιτείᾳ.

CXLIII. Διαθῆκαι δὲ τοῦ Καίσαρος ὤφθησαν φερόμεναι, καὶ εὐθὺς αὐτὰς τὸ πλῆθος ἐκέλευον ἀναγιγνώσκειν. Θετὸς μὲν δὴ τῷ Καίσαρι παῖς ἐγίγνετο ἐν αὐταῖς, ὁ τῆς ἀδελφῆς θυγατριδοῦς Ὀκταούϊος· τῷ δήμῳ δὲ ἦσαν ἐνδιαίτημα οἱ κῆποι δεδομένοι. Καὶ κατ' ἄνδρα Ῥωμαίων τῶν ὄντων ἔτι ἐν ἄστει, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα Ἀττικαὶ δραχμαί. Καὶ ὑπεσαλεύετο αὖθις ἐς ὀργὴν ὁ δῆμος, τυράννου μὲν κατηγορίας προπεπωμένοι, διαθήκας δὲ φιλοπόλιδος ἀνδρὸς ὁρῶντες. Οἴκτιστον δὲ ἐφάνη μάλιστα αὐτοῖς, ὅτι τῶν ἀνδροφόνων Δέκμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. Ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις, παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ μᾶλλον συνεταράσσοντο, καὶ δεινὸν καὶ ἀθέμιστον ἡγοῦντο, καὶ Δέκμον ἐπιβουλεῦσαι Καίσαρι, παῖδα αὐτῷ γεγραμμένον εἶναι. Ἐπεὶ δὲ καὶ Πείσωνος τὸ σῶμα φέροντος ἐς τὴν ἀγορὰν πλῆθός τε ἄπειρον ἐς φρουρὰν συνέδραμον σὺν ὅπλοις, καὶ μετὰ βοῆς καὶ πομπῆς δαψιλοῦς ἐπὶ τὰ Ἔμβολα προὐτέθη· οἰμωγή τε καὶ θρῆνος ἦν αὖθις ἐπιπλεῖστον, καὶ

spectarunt, ut vestræ cum ejusdem nationis hominibus inimicitiæ in ipsorum cederent utilitatem. Nos vero, quibus hi, qui nunc præsunt reipublicæ, salutem se aiunt ex commiseratione concedere, possessionem eorumdem agrorum ratam firmamque vobis et nunc volumus esse, et in posterum eamdem confirmabimus : idque deum, in cujus fano nunc sumus, testamur. Et nunc habete et in futurum omne tempus, quæ accepistis, nec quisquam unquam vobis, quæ vestra sunt, auferet; non Brutus certe, non Cassius, nemo ex his omnibus, qui pro vestra libertate non gravati sumus subire periculum. Sed quæ res una in hoc negotio potest incusari, ei rei afferemus remedium, pacis vobis futurum vinculum cum popularibus vestris, et his ipsis jam nunc auditu gratissimum : veteribus namque possessoribus pretium ademtorum agrorum primo quoque tempore ex publica pecunia restituemus; quo fiet, ut in posterum non solum firma sit, sed etiam invidia careat, vestra possessio. »

CXLII. Hæc Bruti dicta, et dum adhuc ille concionatur, universe omnes, et soluta concione, singuli per se laudabant, ut æquissima : mirabanturque viros illos, ut intrepidos et singulariter amantes reipublicæ; atque ita in benevolentiam eorum versi, operam suam eisdem in diem crastinum sunt polliciti. Qui dies postquam illuxit, advocata concione per consules, recitata sunt senatusconsulta pridie facta; et Cicero in laudem oblivionis injuriarum multa disseruit. Quibus libenter auditis, populus Cassium cum sociis vocavit e Capitolio : eisque, obsides interim sibi dari postulantibus, missi sunt Antonii Lepidique filii. Jamque ubi cum Cassio Brutus in conspectum venit, plausus cum acclamatione est exortus · et quum consules aliquid vellent dicere, conclamatum est « reconciliarentur prius, et cives suos reciperent in gratiam : » id quod ita factum est. Et timor quidem atque invidia concussit consulum animos, quasi conjurati jam in reliquis rebus, quæ ad rempublicam pertinerent, potiores essent futuri.

CXLIII. Jam vero testamentum afferebatur Cæsaris. Quo conspecto, protinus recitari illud jussit populus. In eo igitur filius a Cæsare adoptatus erat sororis nepos Octavius. Horti in usum populi publicati; et viritim plebi urbanæ legati erant treceni sestertii. Quæ res denuo commovit indignationem civium, dum ex testamento amatorem patriæ agnoscunt, quibus modo propinatum fuerat, ut tyrannum eumdem appellarent. Sed maxime miserationem movit, quod Decimus Brutus, is qui in numero percussorum fuerat, inter secundos hæredes scriptus esset filius. Solent enim Romani alteros hæredes adscribere, si forte contingat priores hæreditatem non adire. Id vero ut nefarium imprimis facinus omnes exhorruerunt, conjurasse in Cæsaris caput eum quoque qui adoptatus sit in filium. Postquam autem a Pisone corpus etiam Cæsaris in forum est delatum, et cum armis infinita multitudo accurrit ad ejus custodiam, et magnifico apparatu corpus pro Rostris est depositum cum multis prosequentium acclamationibus : ibi vero comploratio lamentaque renovata diu tenuerunt, ar-

τὰ ὅπλα ἐπατάγουν οἱ ὡπλισμένοι, καὶ κατὰ μικρὸν ἐν μετανοίᾳ τῆς ἀμνηστίας ἐγίγνοντο. Καὶ ὁ Ἀντώνιος ὧδε ἔχοντας ἰδὼν, οὐ μεθῆκεν, ἀλλὰ ᾑρημένος εἰπεῖν τὸν ἐπιτάφιον, οἷα ὕπατος ὑπάτου, καὶ φίλος φίλου, καὶ συγγενὴς συγγενοῦς (ἦν γὰρ δὴ Καίσαρι κατὰ μητέρα συγγενής) ἐτέχναζεν αὖθις, καὶ ἔλεγεν ὧδε.

CXLIV. « Οὐκ ἄξιον, ὦ πολῖται, τοσοῦδε ἀνδρὸς ἐπιτάφιον ἔπαινον παρ' ἐμοῦ μᾶλλον, ἑνὸς ὄντος, ἢ παρὰ τῆς πατρίδος ὅλης, αὐτῷ γενέσθαι. Ὅσα δὴ, τῆς ἀρετῆς αὐτὸν ἡμεῖς ἀγάμενοι πάντες ὁμαλῶς, ἥ τε βουλὴ καὶ μετ' αὐτῆς ὁ δῆμος, ἔτι περιόντι ἐψηφίσασθε, ὑμετέραν, καὶ οὐκ Ἀντωνίου τάδε φωνὴν εἶναι τιθέμενος, ἀναγνώσομαι. » Καὶ ἀνεγίγνωσκε τῷ μὲν προσώπῳ σοβαρῷ καὶ σκυθρωπῷ, τῇ φωνῇ δ' ἐνσημαινόμενος ἕκαστα, καὶ ἐφιστάμενος οἷς μάλιστα αὐτὸν ἐν τῷ ψηφίσματι ἐξεθείαζον, ἱερὸν καὶ ἄσυλον, ἢ πατέρα πατρίδος, ἢ εὐεργέτην, ἢ προστάτην, οἷον οὐχ ἕτερον, ὀνομάζοντες. Ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τούτων ὁ Ἀντώνιος τὴν ὄψιν καὶ τὴν χεῖρα ἐς τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐπιστρέφων, ἐν παραβολῇ τοῦ λόγου τὸ ἔργον ἐπεδείκνυ. Ἐπεφθέγγετο δέ που τι καὶ βραχὺ ἑκάστῳ, μεμιγμένον οἴκτῳ καὶ ἀγανακτήσει. Ἔνθα μὲν τὸ ψήφισμα εἴποι Πατέρα πατρίδος, ἐπιλέγων· Τοῦτο ἐπιεικείας ἐστὶ μαρτυρία. Ἔνθα δ' ἦν ἱερὸς καὶ ἄσυλος, καὶ ἀπαθὴς καὶ ὅστις αὐτῷ καὶ ἕτερος προσφύγοι· « Οὐχ ἕτερος, ἔφη, τῷδε προσφεύγων, ἀλλ' αὐτὸς ὑμῖν ὁ ἄσυλος καὶ ἱερὸς, ἀνῄρηται, οὐ βιασάμενος οἷα τύραννος λαβεῖν τάσδε τὰς τιμὰς, ἃς οὐδὲ ᾔτησεν. Ἀνελευθερώτατοι δὲ ἄρα ἡμεῖς, οἳ τοιάδε τοῖς ἀναξίοις οὐδὲ αἰτοῦσι δίδομεν. Ἀλλ' ὑμεῖς ἡμῶν ὑπεραπολογεῖσθε ὡς οὐκ ἀνελευθέρων, ὦ πιστοὶ πολῖται, τοιαύτῃ καὶ νῦν πρὸς τεθνεῶτα χρώμενοι τιμῇ. »

CXLV. Καὶ αὖθις ἀνεγίγνωσκε τοὺς ὅρκους, ἦ μὴν φυλάξειν Καίσαρα καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος σῶμα παντὶ σθένει πάντας· ἢ, εἴ τις ἐπιβουλεύσειεν, ἐξώλεις εἶναι τοὺς οὐκ ἀμύναντας αὐτῷ. Ἐφ' ὅτῳ δὴ μάλιστα τὴν φωνὴν ἐπιτείνας, καὶ τὴν χεῖρα ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνασχὼν, « Ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ὦ Ζεῦ πάτριε καὶ θεοὶ, ἑτοῖμος ἀμύνειν, ὡς ὤμοσα καὶ ἠρασάμην. Ἐπεὶ δὲ τοῖς ὁμοτίμοις δοκεῖ συνοίσειν τὰ ἐγνωσμένα, συνενεγκεῖν εὔχομαι. » Θορύβου δ' ἐκ τῆς βουλῆς ἐπὶ τῷδε μάλιστα, προφανῶς ἐς αὐτὴν εἰρημένῳ, γενομένου· ἐπικαταψήχων αὐτὴν ὁ Ἀντώνιος, καὶ παλινῳδῶν, ἔφη· « Ἔοικεν, ὦ πολῖται, τὰ γεγενημένα ἀνδρῶν μὲν οὐδενὸς, ἀλλά του δαιμόνων, ἔργα εἶναι. Καὶ χρὴ τὸ παρὸν σκοπεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ γεγενημένον· ὡς ἐν ἀκμῇ μεγάλων ἐστὶ κινδύνων ἡμῖν τὰ μέλλοντα, ἢ τὰ ὄντα, μὴ ἐς τὰς προτέρας στάσεις ὑπαχθῶμεν, καὶ ἐκτριφθῇ πᾶν ὅ τι λοιπόν ἐστιν εὐγενὲς τῇ πόλει. Προπέμπωμεν οὖν τὸν ἱερὸν τόνδε ἐπὶ τοὺς εὐδαίμονας, τὸν νενομισμένον ὕμνον αὐτῷ καὶ θρῆνον ἐπᾴδοντες. »

CXLVI. Τοιάδε εἰπὼν, τὴν ἐσθῆτα οἷά τις ἔνθους ἀνεσύρατο, καὶ περιζωσάμενος ἐς τὸ τῶν χειρῶν εὔκολον, τὸ λέχος ὡς ἐπὶ σκηνῆς περιέστη· κατακύπτων τε

natis interim scuta complodentibus; atque paullatim animos populi tentabat pœnitentia decreti, quod de oblivione injuriarum erat factum. Id animadvertens Antonius, non cessavit: sed, quum constituisset oratione funebri defunctum laudare, consul quippe consulem, amicum amicus, cognatum cognatus (nam et cognatione ipsum materno genere attingebat); rursum ad solitas artes conversus, in hunc modum est locutus:

CXLIV. « Non est æquum, Quirites, ut tanti viri funebris laudatio a me uno potius peragatur, quam ab universa simul patria. Quapropter quos illi honores virtutis ergo S. P. Q. R. de communi consensu decrevit viventi, illos publica magis vestrum omnium, quam privata mea voce, recitabo. » Moxque recitare cœpit vultu gravi, et ad mœstitiam composito; significanter singula pronuncians, immoransque ei maxime parti decretorum, qua supra humanam sortem Cæsar fuerat elatus; qua sacrosanctum, inviolabilem, patrem patriæ, singulariter meritum, principem nulli alii conferendum, eumdem appellaverant. Et per hæc singula Antonius faciem manumque vertens ad corpus Cæsaris, verba gestu adjuvabat; et ad singulas has appellationes addebat aliquot voces, ex miseratione mixtas ac indignatione. Veluti, ubi decretum Patrem patriæ eum nominabat, En, inquit, clementiæ testimonium, Cæsari exhibitum! Ubi, sacrosanctum et inviolabilem, et aliis etiam, quicunque ad ejus fidem se recepissent, tutum refugium; ibi Antonius subjunxit: « Atqui non alius ad hunc refugiens, sed ipse sacrosanctus, occisus est; qui honores hosce a vobis non extorserat, et ne concupiverat quidem. Pudenda autem et servilis ista fuerit senatus adulatio, si indignis talia decrevimus, et quidem non petentibus! Sed ab ea nota ipsi vos nos liberatis, fideles Quirites, hoc tam eximio et honorifico studio, quo nunc etiam defunctum prosequimini. »

CLXV. Tum reversus est Antonius ad recitandum sacramentum, custodituros Cæsarem Cæsarisque corpus omnes omnibus viribus: et si quis illi struat insidias, exsecrabilem fore qui eum non defenderit. Ad quæ verba potissimum vocem intendens, manusque versus Capitolium attollens, ait: « Equidem, Jupiter, hujus urbis custos, diique ceteri! paratus sum ulcisci, sicut juravi exsecratione addita. Sed quoniam senatui magistratibusque visum est, e republica fore hæc quæ ab illis nunc decreta sunt, precor, ut ea esse e republica velitis! » Tumultuantibus vero inde maxime senatoribus, ob dictum hoc manifeste ad se pertinens, ad eos deliniendos Antonius recantans dixit: « Sed videtur, Quirites, casus hic non tam ad mortalium ullum, quam ad deorum aliquem, qui ita voluerit, referendus. Et oportet præsentia magis curare, quam præterita: quandoquidem summum imminet aut jam adest periculum, ne ad pristinas revolvamur seditiones, et absumatur quidquid nobilitatis est in Urbe reliquum. Deducamus igitur hunc consecratum ad beatorum sedes, accinendo cum lamentis laudes ei more solenni debitas! »

CXLVI. His dictis, quasi fanaticus, vestem subductam accinxit, quo esset manibus expeditior; et ad ipsum lectulum, velut in scena quadam, adstans, capite mox ad le-

ἐς αὐτὸ καὶ ἀνίσχων, πρῶτα μὲν ὡς θεὸν οὐράνιον ὕμνει, καὶ ἐς πίστιν θεοῦ γενέσεως τὰς χεῖρας ἀνέτεινεν, ἐπιλέγων ὁμοῦ σὺν δρόμῳ φωνῆς πολέμους αὐτοῦ, καὶ μάχας, καὶ νίκας, καὶ ἔθνη ὅσα προσποιήσειε τῇ πατρίδι, καὶ λάφυρα ὅσα πέμψειεν, ἐν θαύματι αὐτῶν ἕκαστα ποιούμενος, καὶ συνεχῶς ἐπιβοῶν· Μόνος ὅδε ἀήττητος ἐκ πάντων τῶν ἐς χεῖρας αὐτῷ συνελθόντων. Σὺ δ', ἔφη, καὶ μόνος ἐκ τριακοσίων ἐτῶν ὑβρισμένῃ τῇ πατρίδι ἐπήμυνας, ἄγρια ἔθνη τὰ μόνα ἐς Ῥώμην ἐμβαλόντα, καὶ μόνα ἐμπρήσαντα αὐτήν, ἐς γόνυ βαλών. Πολλά τε ἄλλα ἐπιθειάσας, τὴν φωνὴν ἐς τὸ θρηνῶδες ἐκ τοῦ λαμπροτέρου μετεποίει, καὶ ὡς φίλον ἄδικα παθόντα ὠδύρετο καὶ ἔκλαιε, καὶ ηὔχετο τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐθέλειν ἀντιδοῦναι τῆς Καίσαρος. Εὐφορώτατα δὲ ἐς τὸ πάθος ἐκφερόμενος, τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐγύμνου, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐπὶ κοντοῦ φερομένην ἀνέσειε, λελακισμένην ὑπὸ τῶν πληγῶν, καὶ πεφυρμένην αἵματι αὐτοκράτορος. Ἐφ' οἷς ὁ δῆμος, οἷα χορός, αὐτῷ πενθιμώτατα συνωδύρετο, καὶ ἐκ τοῦ πάθους αὖθις ὀργῆς ἐνεπίμπλατο. Ὡς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις ἕτεροι θρῆνοι μετὰ ᾠδῆς κατὰ πάτριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ᾔδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὖθις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καί που τῶν θρήνων αὐτὸς ὁ Καῖσαρ ἐδόκει λέγειν, ὅσους εὖ ποιήσειε τῶν ἐχθρῶν ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγέων αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θαύματι, Ἐμὲ δὲ καὶ τούσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; Οὐκ ἔφερεν ἔτι ὁ δῆμος, ἐν παραλόγῳ ποιούμενος τὸ πάντας αὐτοῦ τοὺς σφαγέας, χωρὶς μόνου Δέκμου, αἰχμαλώτους ἐκ τῆς Πομπηΐου στάσεως γενομένους, ἀντὶ κολάσεων ἐπὶ ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας ἐθνῶν καὶ στρατοπέδων προαχθέντας, ἐπιβουλεῦσαι· Δέκμον δὲ καὶ παῖδα αὐτῷ θετὸν ἀξιωθῆναι γενέσθαι.

CXLVII. Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσιν ἤδη, καὶ χειρῶν ἐγγὺς οὖσιν, ἀνέσχε τις ὑπὲρ τὸ λέχος ἀνδρείκελον αὐτοῦ Καίσαρος ἐκ κηροῦ πεποιημένον· τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ὡς ὕπτιον ἐπὶ λέχους, οὐχ ἑωρᾶτο. Τὸ δὲ ἀνδρείκελον ἐκ μηχανῆς ἐπεστρέφετο πάντῃ, καὶ σφαγαὶ τρεῖς καὶ εἴκοσιν ὤφθησαν, ἀνά τε τὸ σῶμα πᾶν καὶ ἀνὰ τὸ πρόσωπον θηριωδῶς ἐς αὐτὸν γενόμεναι. Τήνδε οὖν τὴν ὄψιν ὁ δῆμος οἰκτίστην σφίσι φανεῖσαν οὐκέτι ἐνεγκών, ἀνῴμωξάν τε, καὶ διαζωσάμενοι, τὸ βουλευτήριον, ἔνθα ὁ Καῖσαρ ἀνῄρητο, κατέφλεξαν· καὶ τοὺς ἀνδροφόνους, ἐκφυγόντας πρὸ πολλοῦ, περιθέοντες ἐζήτουν, οὕτω δὴ μανιωδῶς ὑπὸ ὀργῆς τε καὶ λύπης, ὥστε τὸν δημαρχοῦντα Κίνναν ἐξ ὁμωνυμίας τοῦ στρατηγοῦ Κίννα, τοῦ δημηγορήσαντος ἐπὶ τῷ Καίσαρι, οὐκ ἀνασχόμενοί τι περὶ τῆς ὁμωνυμίας οὐδ' ἀκοῦσαι, διέσπασαν θηριωδῶς, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ μέρος ἐς ταφὴν εὑρέθη. Πῦρ δ' ἐπὶ τὰς τῶν ἄλλων οἰκίας ἔφερον, καὶ καρτερῶς αὐτοὺς ἐκείνων τε ἀμυνομένων, καὶ τῶν γειτόνων δεομένων, τοῦ μὲν πυρὸς ἀπέσχοντο, ὅπλα δ' ἠπείλησαν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν οἴσειν.

CXLVIII. Καὶ οἱ μὲν σφαγεῖς ἐξέφυγον ἐκ τῆς πόλεως διαλαθόντες. Ὁ δὲ δῆμος ἐπὶ τὸ λέχος τοῦ

etulum inclinato, mox iterum erecto, primum quidem ut cælesti alicui deo hymnum Cæsari cecinit : et, quo inter divos relatum esse faceret fidem, manibus ad cœlum porrectis, celeri vocis cursu, recensuit bella, prælia, victorias, additas imperio provincias, manubiasque Romam missas, ad miraculum usque extollens singula, et iterum iterumque exclamans; « Tu solus invictus discessisti ex omnibus præliis! Tu vero etiam solus patriam vindicasti ab injuriis, quas per trecentos annos perpessa est, fractis devictisque ferocissimis gentibus, quæ solæ Urbem captam incenderant. » Hæc et alia multa velut divino impetu locutus Antonius, vocem inde ex elatiori ad lugubrem modum flexit; et multa de indigna morte amici multo cum fletu conquestus, precatus est, ut vitam Cæsaris sibi liceret sua anima redimere : ampliusque indulgens affectibus, eo est provectus, ut Cæsaris corpus detegeret, ejusque vestem conto sublatam explicaret, ut erat ictibus perfossa et lacera et sanguine imperatoris inquinata. Ita provocata plebs, quasi chorus præcentorem, sequebatur lamentationibus, et ex commiseratione ad iram rursus accendebatur. Ut vero consulis orationem aliud lugubre carmen excepit more patrio, choris concinentibus, quo Cæsaris res gestæ miserandusque exitus denuo exponebantur, et ex persona ipsius Cæsaris nominatim quoque memorabantur, quotquot ex inimicis in gratiam receptos beneficiis insuper ornasset, et, ad conjuratos sermone verso, velut per admirationem exclamans Cæsar inducebatur, « Men' servasse, ut essent qui me perderent! » id vero non amplius tulit populus; quippe cui dirum imprimis inauditumque videbatur, interfectores Cæsaris cunctos, uno Decimo Bruto excepto, ex eorum esse numero, qui, postquam ex Pompeiana factione captivi in manus victoris pervenerant, pœnarum loco ad honores et ad provinciarum exercituumque præfecturas fuissent promoti; et cum his fecisse Decimum Brutum, qui adoptione etiam a Cæsare esset dignatus.

CXLVII. Sic affectis plerisque, et ad vim jam spectantibus, unus quispiam ceream Cæsaris effigiem super lectulum extulit : nam cadaver, supinum quippe in lectulo, non erat conspicuum. Illa effigies ex machina quadam in omnes partes convertebatur; et conspiciebantur in ea notæ viginti trium vulnerum, per totum corpus et partim etiam in faciem immaniter Cæsari inflictarum. Tam miserandum aspectum minime jam ferens populus, congemuit; moxque præcinctis togis, curiam incendit, in qua Cæsar occisus est : et homicidas, qui mature diffugerant, discurrendo perquisivit; eo furoris progressus præ ira mœstitiaque, ut Cinnam tribunum plebis propter similitudinem nominis, pro Cinna prætore, qui pro concione in Cæsarem fuerat invectus, nihil morati excusantem nominis errorem, tam immaniter discerpserint, ut nullum ejus membrum ad sepulturam sit inventum. Deinde, arreptis ex incendio curiæ torribus, in ædes conjuratorum fecerunt impetum : sed partim domesticis fortiter propugnantibus, partim deprecantibus vicinis, ab igne quidem temperarunt; in crastinum autem minati sunt cum armis se redituros.

CXLVIII. Jam igitur percussores clam ex Urbe profugerunt. Plebs vero ad lectum Cæsaris reversa, deferebat

Καίσαρος ἐπανελθὼν, ἔφερον αὐτὸ ἐς τὸ Καπιτώλιον ὡς εὐαγὲς, θάψαι τε ἐν ἱερῷ, καὶ μετὰ θεῶν θέσθαι. Κωλυόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν ἱερέων, ἐς τὴν ἀγορὰν αὖθις ἔθεσαν, ἔνθα τὸ πάλαι Ῥωμαίοις ἐστὶ βασίλειον, καὶ ξύλα αὐτῷ καὶ βάθρα ὅσα πολλὰ ἦν ἐν ἀγορᾷ, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον ἄλλο, συνενεγκόντες, καὶ τὴν πομπὴν δαψιλεστάτην οὖσαν ἐπιβαλόντες, στεφάνους τε ἔνιοι παρ' ἑαυτῶν, καὶ ἀριστεῖα πολλὰ ἐπιθέντες, ἐξῆψαν, καὶ τὴν νύκτα πανδημεὶ τῇ πυρᾷ παρέμενον. Ἔνθα βωμὸς πρῶτος ἐτέθη, νῦν δ' ἐστὶ νεὼς αὐτοῦ Καίσαρος, θείων τιμῶν ἀξιούμενος. Ὁ γάρ τοι θετὸς αὐτῷ παῖς Ὀκταούϊος, τό τε ὄνομα ἐς τὸν Καίσαρα μεταβαλὼν, καὶ κατ' ἴχνος ἐκείνου τῇ πολιτείᾳ προσιὼν, τήν τε ἀρχὴν τὴν ἐπικρατοῦσαν ἔτι νῦν, ἐῤῥιζωμένην ὑπ' ἐκείνου, μειζόνως ἐκρατύνατο, καὶ τὸν πατέρα τιμῶν ἰσοθέων ἠξίωσεν· ὧν δὴ καὶ νῦν, ἐξ ἐκείνου πρώτου, Ῥωμαῖοι τὸν ἑκάστοτε τὴν ἀρχὴν τήνδε ἄρχοντα, ἢν μὴ τύχῃ τυραννικὸς ὢν ἢ ἐπίμεμπτος, ἀποθανόντα ἀξιοῦσιν, οἳ πρότερον οὐδὲ περιόντας αὐτοὺς ἔφερον καλεῖν Βασιλέας.

CXLIX. Οὕτω μὲν δὴ Γάϊος Καῖσαρ ἐτελεύτησεν ἐν ἡμέραις αἷς καλοῦσιν Εἰδοῖς Μαρτίαις, Ἀνθεστηριῶνος μάλιστα μέσου· ἥντινα ἡμέραν αὐτὸν ὁ μάντις οὐ περιοίσειν προὔλεγεν. Ὁ δ' ἐπισκώπτων αὐτὸν, ἔφη περὶ τὴν ἕω, Πάρεισιν αἱ Εἰδοί· καὶ ὁ μὲν, οὐδὲν καταπλαγεὶς, ἀπεκρίνατο, Ἀλλ' οὐ παρεληλύθασιν. Ὁ δὲ καὶ τοιῶνδε προαγορεύσεων αὐτῷ σὺν τοσῷδε τοῦ μάντεως θάρσει γενομένων, καὶ σημείων ὧν προεῖπον ἑτέρων, ὑπεριδὼν, προῆλθε καὶ ἐτελεύτησεν, ἔτος ἄγων ἕκτον ἐπὶ πεντήκοντα. Ἀνὴρ ἐπιτυχέστατος ἐς πάντα καὶ δαιμόνιος καὶ μεγαλοπράγμων, καὶ εἰκότως ἐξομοιούμενος Ἀλεξάνδρῳ. Ἄμφω γὰρ ἐγενέσθην φιλοτιμοτάτω τε πάντων καὶ πολεμικωτάτω, καὶ τὰ δόξαντα ἐπελθεῖν ταχυτάτω, πρός τε κινδύνους παραβολωτάτω, καὶ τοῦ σώματος ἀφειδεστάτω, καὶ οὐ στρατηγίᾳ πεποιθότε μᾶλλον, ἢ τόλμῃ καὶ τύχῃ. Ὧν ὁ μὲν ἄνυδρόν τε πολλὴν ἐς Ἄμμωνος ὥδευεν ὥρᾳ καύματος· καὶ τὸν Παμφύλιον κόλπον, τῆς θαλάσσης ἀνακοπείσης, διέτρεχε δαιμονίως· τὸ πέλαγος αὐτῷ τοῦ δαίμονος κατέχοντος ἔστε παρέλθοι, καὶ καθ' ὁδὸν ὁδεύοντι ὕοντος. Ἀπλώτου τε θαλάσσης ἐν Ἰνδοῖς ἀπεπείρασε, καὶ ἐπὶ κλίμακα πρῶτος ἀνέβη, καὶ ἐς πολεμίων τεῖχος ἐσήλατο μόνος, καὶ τρισκαίδεκα τραύματα μόνος ὑπέστη· καὶ ἀήσσητος ἀεὶ γενόμενος, ἑνὶ σχεδὸν ἢ δύο ἔργοις ἕκαστον πόλεμον ἐξήνυσε· τῆς μὲν Εὐρώπης πολλὰ βάρβαρα ἑλὼν, καὶ τὴν Ἑλλάδα χειρωσάμενος, δυσαρκτότατον ἔθνος καὶ φιλελεύθερον, καὶ οὐδενὶ πρὸ αὐτοῦ πλὴν Φιλίππῳ κατ' εὐπρέπειαν ἐς ἡγεμονίαν πολέμου δόξασαν ὑπακούειν ἐπ' ὀλίγον· τὴν δὲ Ἀσίαν σχεδὸν εἰπεῖν ὅλην ἐπέδραμε. Καὶ ὡς λόγῳ τὴν Ἀλεξάνδρου τύχην καὶ δύναμιν εἰπεῖν, ὅσην εἶδε γῆν, ἐκτήσατο, καὶ περὶ τῆς λοιπῆς ἐνθυμούμενός τε καὶ διανοούμενος ἀπέθανε.

CL. Καίσαρι δὲ ἥ τε Ἰόνιος θάλασσα εἶξε, χειμῶνος

illum in Capitolium, sepelitura, velut jam consecratum, in templo inter deorum imagines. Sed prohibentibus id sacerdotibus, in forum retulerunt funus, quo loco regum quondam Romanorum fuerat palatium; congestisque subselliis et quidquid lignorum ad manus in foro erat, in rogum imposuerunt; et funeris pompam longe splendidissimam, nonnulli privatim etiam coronas donaque militaria, injecerunt; subjectoque igne, pernoctavit circa rogum universus populus. Quo loco deinde ara primum exstructa est, nunc templum est ipsius Cæsaris, ubi divinis honoribus colitur. Nam adoptivus ejus filius Octavius, mutato nomine Cæsar, postquam per illius vestigia ad rerum administrationem accessit, et principatum hunc hodieque manentem, cujus ille fundamenta jecerat, confirmavit auxitque, divinos honores patri exhibendos instituit. Quo exemplo nunc quoque Romani suos imperatores, nisi quis aut tyrannicus sit, aut alioqui criminum causa invisus, post mortem consecrant, qui prius ne vivos quidem vel reges appellari tulerant.

CXLIX. Hunc vitæ finem invenerat C. Cæsar Idibus Martiis, quæ in medium fere mensem Anthesterionem incidunt. Quem ipsum diem quum prædixisset vates fatalem fore Cæsari, illudens ille mane ejus diei vati dixit, Adsunt Idus: et vates nihil territus, respondit, At non præterierunt. At Cæsar ne hac quidem vatis confidentia motus, contemtis et cæteris, de quibus dixi, prodigiis, in publicum progressus, occubuit, annum agens sextum supra quinquagesimum. Vir per omnia singulariter fortunatus, maximisque rebus gestis memorabilis, et merito cum Alexandro conferendus. Ambo enim fuere hominum omnium laudis cupidissimi, bellicosissimique, in consiliis exsequendis celerrimi, in periculis aggrediendis audacissimi, minime parcentes suo corpori, nec magis imperatoriis artibus freti quam fortuna et audacia. Quorum alter per arida loca longissimum iter ad Hammonis oraculum fecit tempore ferventissimo; et intimum Pamphylium sinum, vadis vento nudatis, transcurrit feliciter; fortuna interim marinas undas cohibente, sicut antea iter facienti æstum pluvia temperaverat. Idem in India ignotum mare pertentavit navibus; primusque scalis ascendit mœnia, et inde solus in hostes desiliit, et tredecim accepit vulnera; et semper invictus, unumquodque bellum uno alterove absolvebat prælio: in Europa multorum barbarorum domitor, et Græcorum gentis subjugator, impatientissimæ imperii, et libertatis amantissimæ, quæ nemini ante paruisse gloriabatur præterquam Philippo, idque brevi, et sub decoro imperatoris titulo; Asiam vero ferme universam mira celeritate pervagatus: et, ut compendio fortunam Alexandri atque potentiam complectar, quidquid terrarum vidit, id subegit; ac de reliquo etiam invadendo cogitantem mors intercepit.

CL. Cæsari vero et Adriaticum mare naviganti media

μέσου πλωτὴ καὶ εὔδιος γενομένη· καὶ τὸν Ἑσπέριον ὠκεανὸν ἐπὶ Βρεττανοὺς διέπλευσεν, οὔπω γενόμενον ἐν πείρᾳ, κρημνοῖς τε τῶν Βρεττανῶν τοὺς κυβερνήτας ἐποκέλλοντας ἐκέλευε τὰς ναῦς περιαγνύναι· καὶ πρὸς ἄλλον κλύδωνα μόνος ἐν σκάφει σμικρῷ νυκτὸς ἐβιάζετο, καὶ τὸν κυβερνήτην ἐκέλευε προχέαι τὰ ἱστία, καὶ θαρρεῖν τῇ Καίσαρος τύχῃ μᾶλλον, ἢ τῇ θαλάσσῃ· ἔς τε πολεμίους προσεπήδησε μόνος ἐκ πάντων δεδιότων πολλάκις· καὶ τριακοντάκις αὐτὸς ἐν Κελτοῖς μόνοις παρετάξατο, μέχρι τετρακόσια αὐτῶν ἐχειρώσατο ἔθνη· οὕτω δή τι Ῥωμαίοις ἐπίφοβα, ὡς νόμῳ τῷ περὶ ἀστρατείας, ἱερέων καὶ γερόντων ἐγγραφῆναι, Πλὴν εἰ μὴ Κελτικὸς πόλεμος ἐπίοι· τότε δὲ καὶ γέροντας καὶ ἱερέας στρατεύεσθαι. Περί τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν πολεμῶν, καὶ ἀπολειφθεὶς ἐπὶ γεφύρας μόνος καὶ κακοπαθῶν, τὴν πορφύραν ἀπέῤῥιψε, καὶ ἐς τὴν θάλασσαν ἐξήλατο· καὶ ζητούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐν τῷ μυχῷ διενήχετο λανθάνων ἐπιπολύ, μόνην ἐκ διαστήματος ἀνίσχων τὴν ἀναπνοήν· μέχρι φιλίᾳ νηὶ προσπελάσας, ὤρεξε τὰς χεῖρας, καὶ ἑαυτὸν ἔδειξε, καὶ περιεσώθη. Ἐς δὲ τὰ ἐμφύλια τάδε, ἢ διὰ δέος, καθάπερ αὐτὸς ἔλεγεν, ἢ ἀρχῆς ἐπιθυμίᾳ συμπεσών, στρατηγοῖς τοῖς καθ' αὐτὸν ἀρίστοις συνηνέχθη, καὶ στρατοῖς πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις, οὐ βαρβάρων ἔτι, ἀλλὰ Ῥωμαίων, ἀκμαζόντων μάλιστα εὐπραξίαις καὶ τύχαις· καὶ ἁπάντων ἐκράτησε, διὰ μιᾶς καὶ ὅδε πείρας ἑκάστων, ἢ διὰ δύο. Οὐ μὴν ἀησσήτου, καθάπερ Ἀλεξάνδρῳ, τοῦ στρατοῦ γενομένου· ἐπεὶ καὶ ὑπὸ Κελτῶν ἡσσῶντο λαμπρῶς, ὅτε ἡ μεγάλη σφᾶς συμφορὰ κατέλαβε, Κόττα καὶ Τιτυρίου στρατηγούντων· καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ Πετρήϊος αὐτοὺς καὶ Ἀφράνιος συνέκλεισαν, οἷα πολιορκουμένους· ἔν τε Δυῤῥαχίῳ καὶ Λιβύῃ λαμπρῶς ἔφευγον· ἐν καὶ Ἰβηρίᾳ Πομπήϊον τὸν νέον κατεπλάγησαν. Ὁ δὲ Καῖσαρ αὐτὸς ἦν ἀκατάπληκτος, καὶ ἐς παντὸς πολέμου τέλος ἀήττητος· τήν τε Ῥωμαίων ἰσχὺν, γῆς ἤδη καὶ θαλάσσης ἐκ δύσεων ἐπὶ τὸν ποταμὸν Εὐφράτην κρατοῦσαν, ἐχειρώσατο βίᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ, πολὺ βεβαιότερον καὶ πολὺ ἐγκρατέστερον Σύλλα· βασιλέα τε αὐτὸν ἀπέφηνεν ἀκόντων, εἰ καὶ τὴν προσηγορίαν οὐκ ἐδέχετο· καὶ πολέμους ἄλλους καὶ ὅδε διανοούμενος ἀνῃρέθη.

CLI. Συνέβη δ' αὐτοῖς καὶ τὰ στρατόπεδα ὁμοίως πρόθυμα μὲν ἐς ἄμφω καὶ μετὰ εὐνοίας γενέσθαι, καὶ ἐς μάχας θηριώδεσιν ἐοικότα· δυσπειθῆ δὲ πολλάκις ἑκατέρῳ καὶ πολυστασίαστα, διὰ τοὺς πόνους. Ἀποθανόντας γε μὴν ὁμοίως ὠδύραντο καὶ ἐπεπόθησαν, καὶ θείων τιμῶν ἠξίωσαν. Ἐγένοντο δὲ καὶ τὰ σώματα εὐφυεῖς ἄμφω καὶ καλοί. Καὶ τὸ γένος ἐκ Διὸς ἤστην ἑκάτερος, ὁ μὲν Αἰακίδης τε καὶ Ἡρακλείδης, ὁ δὲ ἀπὸ Ἀγχίσου τε καὶ Ἀφροδίτης. Φιλονεικότεροι δὲ τοῖς ἐξερίζουσιν ὄντες, ταχύτατοι πρὸς διαλύσεις ἦσαν, καὶ συγγνώμονες τοῖς ἁλοῦσιν· ἐπὶ δὲ τῇ συγγνώμῃ καὶ εὐεργέται, καὶ οὐδὲν ἢ κρατῆσαι μόνον ἐνθυμούμενοι. Καὶ τάδε μὲν ἐς τοσοῦτον συγκεκρίσθω· καίπερ οὐκ ἐξ ἴσης δυνάμεως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὁρμήσαντος αὐτῶν ἑκα-

bruma tranquillum cessit; Britannicumque oceanum trajecit idem, nunquam tentatum antea, et gubernatores ad Britannica saxa appulsas naves frangere jussit; aliaque tempestate solus in exigua navicula contra fluctus nitens, gubernatorem vela dare ventis jussit, et Cæsaris fortunam pluris quam maris undas facere. Nec semel in hostem prosiliit solus, cæteris trepidantibus, et tricies in sola Gallia ipse præsens signa cum hoste contulit, donec quadringentos Gallorum subegit populos; Romanis tam formidabiles, ut in lege, qua immunitas militiæ concedebatur sacerdotibus et natu grandioribus, excepta diserte fuerint bella Gallica; quorum tempore nec senibus nec sacerdotibus militiæ sese subtrahere liceret. Alexandrino autem bello solus in ponte relictus, premente hoste, abjecit purpuram et in mare desiliit : insectantesque regios diu sub aquis natans latuit; per intervalla tantum exserto ore respirans, donec amicam navem attingens, porrectis manibus sese ostendit, et servatus est. Ad hæc vero Civilia bella, sive metu, ut ipse aiebat, sive ambitione delatus, cum imperatoribus sui seculi præstantissimis congressus est, cum multisque ac magnis exercitibus, non jam barbarorum, sed Romanorum, cum viribus tum rebus gestis florentissimorum; eosque omnes hic pariter, ut ille, devicit, uno aut altero prælio singulos. Quanquam non, ut Alexandri, sic Cæsaris exercitus perpetuo invictus fuit : nam et a Gallis insignem cladem milites Cæsaris acceperunt ductu Titurii Cottæque, legatorum; et in Hispania a Petreio Afranioque sic cincti sunt undique, ut ab obsessis nihil differrent, ad Dyrrhachium vero et in Africa palam fugam corripuerunt; et in Hispania coram Pompeio trepidarunt in acie. Verum Cæsar ipse semper interritus, bello certe nullo victus est; et imperium Romanum, ab Euphrate ad occidentalem usque oceanum jam tum patens, partim vi, partim beneficentia, suæ subjecit potestati, firmius multo quam Sylla validiusque; et in invitos regnum obtinuit, quanquam nomine abstinuit regis : denique et haud secus quam Alexander, dum alia bella parat, e medio sublatus est.

CLI. Jam e utrique contigerat, exercitus habere promtos ad omnia, et ut benevolentissimos in imperatores, sic ad pugnas ferocissimos; interdum tamen contumaces et seditiosos, continui laboris tædio : sed utrumque certe suus defunctum luxit ac desideravit pariter, et divinis dignatus est honoribus. Ambo etiam pulchri fuere et eximiis corporis dotibus a natura præditi. Genus uterque a Jove derivabat : Alexander per Æaci Herculisque stemmata, Cæsar per Anchisen et Venerem. Uterque quam acer ad contendendum cum adversariis, tam erga victos erat facilis ad veniam et ad gratiam, et beneficus insuper; sola contentus victoria. Atque hactenus quadrat collatio : nisi quod non

τέρου, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἐκ βασιλείας ἠσκημένης ὑπὸ Φιλίππῳ, τοῦ δ' ἐξ ἰδιωτείας, εὐγενοῦς μὲν καὶ περιφανοῦς, χρημάτων δὲ πάνυ ἐνδεοῦς.

CLII. Ἐγένοντο δὲ καὶ σημείων τῶν ἐπὶ σφίσιν ἑκάτερος ὑπερόπτης, καὶ τοῖς μάντεσι τὴν τελευτὴν προειποῦσιν οὐκ ἐχαλέπηναν, καὶ τὰ σημεῖα αὐτὰ ὅμοιά τε πολλάκις, καὶ ἐς τὸ ὅμοιον, ἀμφοῖν συνηνέχθη. Ἐγένετο γὰρ ἑκατέρῳ δὶς ἄλοβα. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα κίνδυνον σφαλερὸν ὑπέδειξεν· Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐν Ὀξυδράκαις, ἐπὶ τὸ τῶν ἐχθρῶν τεῖχος ἀναβάντι πρὸ τῶν Μακεδόνων, καὶ, τῆς κλίμακος συντριβείσης, ἀπολειφθέντι τε ἄνω, καὶ ὑπὸ τόλμης ἐς τὸ ἐντὸς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξαλομένῳ, καὶ πληγέντι τὰ στέρνα χαλεπῶς καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὑπέρῳ βαρυτάτῳ, καὶ πίπτοντι ἤδη, καὶ περισωθέντι μόλις ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, ἀναῤῥηξάντων τὰς πύλας ὑπὸ δέους· Καίσαρι δὲ ἐν Ἰβηρίᾳ, τοῦ στρατοῦ περιφόβου τε ὄντος ἐπὶ Πομπηΐῳ τῷ νέῳ, καὶ ὀκνοῦντος ἐς μάχην ἰέναι, προδραμόντι πάντων ἐς τὸ μεταίχμιον, καὶ διακόσια ἀναδεξαμένῳ δόρατα ἐς τὴν ἀσπίδα, μέχρι καὶ τόνδε ὁ στρατὸς ἐπιδραμὼν ὑπὸ αἰδοῦς καὶ φόβου περιέσωσεν. Οὕτω μὲν αὐτοῖς τὰ πρῶτα ἄλοβα ἐς κίνδυνον ἦλθε θανάτου· τὰ δεύτερα δὲ ἐς τὸν θάνατον αὐτόν. Πειθαγόρας τε γὰρ ὁ μάντις, Ἀπολλοδώρῳ δεδοικότι Ἀλέξανδρόν τε καὶ Ἡφαιστίωνα, θυόμενος εἶπε, μὴ δεδιέναι, ἐκποδὼν γὰρ ἀμφοτέρους αὐτίκα ἔσεσθαι. Καὶ τελευτήσαντος εὐθὺς Ἡφαιστίωνος, ὁ Ἀπολλόδωρος ἔδεισε μή τις ἐπιβουλὴ γένοιτο κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐξήνεγκεν αὐτῷ τὰ μαντεύματα. Ὁ δὲ ἐπεμειδίασε, καὶ Πειθαγόραν αὐτὸν ἤρετο, ὅ τι λέγοι τὸ σημεῖον. Τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι τὰ ὕστατα λέγει, αὖθις ἐπεμειδίασε, καὶ ἐπήνεσεν ὅμως Ἀπολλόδωρόν τε τῆς εὐνοίας, καὶ τὸν μάντιν τῆς παῤῥησίας.

CLIII. Καίσαρι δ' ἐς τὸ ἔσχατον βουλευτήριον ἐσιόντι, καθά μοι πρὸ βραχέος εἴρηται, τὰ αὐτὰ σημεῖα γίγνεται· καὶ χλευάσας, ἔφη, τοιαῦτά οἱ καὶ περὶ Ἰβηρίαν γεγονέναι. Τοῦ δὲ μάντεως εἰπόντος, καὶ τότε αὐτὸν κινδυνεῦσαι, καὶ νῦν ἐπιθανατώτερον ἔχειν τὸ σημεῖον, ἐνδούς τι πρὸς τὴν παῤῥησίαν, ἐθύετο ὅμως αὖθις, μέχρι βραδυνόντων αὐτῷ τῶν ἱερῶν δυσχεράνας, ἐσῆλθε καὶ ἀνῃρέθη. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Ἀλεξάνδρῳ συνέπεσεν. Ἐπανιόντα γὰρ ἐξ Ἰνδῶν ἐς Βαβυλῶνα μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ πλησιάζοντα ἤδη, παρεκάλουν οἱ Χαλδαῖοι, τὴν εἴσοδον ἐπισχεῖν ἐν τῷ παρόντι. Τοῦ δὲ τὸ ἰαμβεῖον εἰπόντος, ὅτι « μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς· » δεύτερα γοῦν οἱ Χαλδαῖοι παρεκάλουν, μὴ ἐς δύσιν ὁρῶντα μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐσελθεῖν, ἀλλὰ περιοδεῦσαι, καὶ τὴν πόλιν λαβεῖν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Ὁ δ' ἐς τοῦτο μὲν ἐνδοῦναι λέγεται, καὶ ἐπιχειρῆσαι περιοδεῦσαι· λίμνῃ δὲ καὶ ἕλει δυσχεραίνων, καταφρονῆσαι καὶ τοῦ δευτέρου μαντεύματος, καὶ ἐσελθεῖν ἐς δύσιν ὁρῶν. Ἐσελθών γε μὴν, καὶ πλέων κατὰ τὸν Εὐφράτην ἐπὶ ποταμὸν Παλλακότταν, ὃς τὸν Εὐφράτην ὑπολαμβάνων, ἐς ἕλη καὶ λίμνας ἐκφέρει, καὶ κωλύει τὴν Ἀσσυρίδα γῆν ἄρδειν καὶ ἐπιπλέειν· ἐπινοοῦντα

a paribus initiis exorsi sunt; sed ille a regno, jam exculto exercitatoque per Philippum; hic a privata conditione, licet nobili ac illustri, pecuniarum tamen admodum indigi.

CLII. Prodigiorum ad se pertinentium uterque contemtor fuit; neuter succensens vatibus mortem prædicentibus: atque enim ipsa prodigia plus semel eadem utrique sunt oblata, eventu quoque simili. Nam utrique bis exta visa sunt sine capite; primo quidem periculum anceps portendentia: Alexandro in Oxydracis, ubi, ante alios conscensis mœnibus, et scala post eum fracta, in muro a suis destitutus, et in hostem desilire ausus, in pectus graviter sauciatus, inflicta in cervicem quoque clava, dum in eo erat ut concideret, ægre tandem a Macedonibus, refracta ob metum porta, servatus est: Cæsari vero in Hispania, ubi, suis trepide contra juniorem Pompeium in aciem progressis, ante omnes in medium procurrens, tela ducenta excepit clypeo, donec et hunc exercitus, pudore tactus et vitæ imperatoris metuens, impressione in hostem ocius facta, servavit. Atque ita priora sine capite exta extremum periculum eis significarunt: secunda vero præsens exitium. Nam Pithagoras vates Apollodoro, Alexandrum et Hephæstionem metuenti, extis inspectis, auctor fuit bene sperandi, utrumque enim brevi e medio iri sublatum. Moxque Hephæstione defuncto, Apollodorus, timens ne qua contra regem aleretur conspiratio, præsagium id ei prodidit. Et subridens Alexander, ex ipso Pithagora quæsivit, quidnam indicarent exta: qui ubi respondit, extremum diem significari, rursus arridens ille, et Apollodori studium laudavit, et vatis vocem liberam.

CLIII. Cæsari vero extremum in senatum eunti, ut paulo ante dixi, idem prodigium rursus oblatum est; quod ille irridens, ait, idem sibi in Hispania quoque obtigisse: quumque aruspex respondisset, tunc quoque magnum eum adiisse discrimen capitis, nunc vero lethalius etiam ipsi signum esse; cedens nonnihil tam confidenter monenti, denuo sacrificavit, donec moram sacrorum pertæsus, curiam ingressus periit. Idem et Alexandro accidit. Repetentem enim Babylonem cum exercitu ex India, jamque appropinquantem urbi, Chaldæi monebant, differret in præsenti introitum: respondit ille vulgato proverbio, « Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum. » Tum Chaldæi denuo hortabantur, saltem non Occidentem spectans introduceret exercitum; sed ita circumductis copiis, ut a fronte urbem et Orientem solem habeat. Fertturque ille hactenus paruisse, ut cœperit circumducere; sed offensus via cœnosa palustrique, posteriora quoque contemsisse vatum monita, atque ita introgressum obversa in Occidentem facie. Nec multo post secundo Euphrate navigavit ad Pallacottam (*vel* Pallacopam) fluvium, qui Euphratem excipiens in paludes et stagna devehit; atque ita impedit quominus Assyriam regionem irriget perfluatque. Hunc igitur fluvium munire

δὴ τοῦτον διατειχίσαι τὸν ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τοῦτο ἐκπλέοντα, φασὶν ἐπιτωθάσαι τοῖς Χαλδαίοις, ὅτι σῶος ἐς Βαβυλῶνα ἐσέλθοι τε καὶ ἐκπλέοι. Ἔμελλε δ' ἐπανελθὼν αὐτίκα ἐν αὐτῇ τεθνήξεσθαι. Ἐπετώθασε δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ ὅμοια· τοῦ γὰρ μάντεως αὐτῷ τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς προειπόντος, ὅτι μὴ περιοίσει τὰς Μαρτίας Εἰδούς· ἐλθούσης τῆς ἡμέρας, ἔφη, τὸν μάντιν χλευάζων, ὅτι Πάρεισιν αἱ Εἰδοί· καὶ ἐν αὐταῖς ὅμως ἀπέθανεν. Οὕτω μὲν δὴ καὶ σημεῖα τὰ περὶ σφῶν ἐχλεύασαν ὁμοίως, καὶ τοῖς προειποῦσιν αὐτὰ μάντεσιν οὐκ ἐχαλέπηναν, καὶ ἑάλωσαν ὅμως ὑπὸ τῷ λόγῳ τῶν μαντευμάτων.

CLIV. Ἐγένοντο δὲ καὶ ἐς ἐπιστήμην τῆς ἀρετῆς, τῆς τε πατρίου καὶ Ἑλληνικῆς καὶ ξένης, φιλόκαλοι· τὰ μὲν Ἰνδῶν Ἀλέξανδρος ἐξετάζων τοὺς Βραχμᾶνας, οἳ δοκοῦσιν Ἰνδῶν εἶναι μετεωρολόγοι τε καὶ σοφοὶ, καθὰ Περσῶν οἱ μάγοι· τὰ δὲ Αἰγυπτίων ὁ Καῖσαρ, ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος καθίστατο Κλεοπάτραν. Ὅθεν ἄρα καὶ τῶν εἰρηνικῶν πολλὰ Ῥωμαίοις διωρθώσατο· καὶ τὸν ἐνιαυτὸν, ἀνώμαλον ἔτι ὄντα διὰ τοὺς ἔσθ' ὅτε μῆνας ἐμβολίμους (κατὰ γὰρ σελήνην αὐτοῖς ἠριθμεῖτο), ἐς τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον μετέβαλεν, ὡς ἦγον Αἰγύπτιοι. Συνέβη δὲ αὐτῷ, καὶ τῶν ἐς τὸ σῶμα ἐπιβουλευσάντων μηδένα διαφυγεῖν, ἀλλὰ τῷ παιδὶ δοῦναι δίκην ἀξίαν, καθάπερ Ἀλεξάνδρῳ τοὺς Φίλιππον ἀνελόντας. Ὅπως δὲ ἔδοσαν, αἱ ἑξῆς βίβλοι δεικνύουσιν.

cogitans, quum hujus rei causa enavigasset, cavillatus fertur in Chaldæos, quod salvus et intrasset et nunc exisset Babylonem. Sed eumdem mox rediturum manebat in eadem urbe vitæ finis. Similiter et Cæsarem cavillatus est : nam præmonitus a vate, fatales sibi esse Idus Martias, ubi is dies venit, exprobravit illi adesse Idus : et tamen ultra eas vitam non produxit. Ita igitur uterque, prodigia sibi oblata pariter cavillati, neque vatibus, irati extrema nunciantibus, tamen eventum inevitabilem prædictionum experti sunt.

CLIV. Fuerunt etiam ambo liberaliorum artium scientiarumque, tam patriarum, quam Græcarum externarumque, studiosi : Alexander ex Brachmanis multa percontatus, qui habentur apud Indos rerum divinarum humanarumque sapientes, sicut apud Persas Magi : Cæsar ex Ægyptiis, quando in Ægypto moratus Cleopatram reduxit in regnum. Quapropter etiam in artibus ad pacem pertinentibus multa apud Romanos correxit : et annum ad id ætatis inæqualem propter intercalares menses (nam ratione lunari utebantur) juxta solis cursum ordinavit, auctoribus Ægyptiis. Denique et illud Cæsari contigit, ut nemo ex conjuratis evaserit, sed pœnas meritas cuncti filio ejus dederint, sicut Alexandro interfectores Philippi. Quomodo autem dederint, sequentibus voluminibus exponetur.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΕΜΦΥΛΙΩΝ

ΒΙΒΛΟΣ Γ.

I. Οὕτω μὲν δὴ Γάϊος Καῖσαρ, πλείστου Ῥωμαίοις ἄξιος ἐς τὴν ἡγεμονίαν γενόμενος, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀνῄρητο, καὶ ὑπὸ τοῦ δήμου τέθαπτο. Ἁπάντων δὲ αὐτοῦ τῶν σφαγέων δίκην δόντων, ὅπως οἱ περιφανέστατοι μάλιστα ἔδοσαν, ἥδε ἡ βίβλος καὶ ἡ μετὰ τήνδε ἐπιδείξουσιν· ἐπιλαμβάνουσαι καὶ ὅσα ἄλλα Ῥωμαίοις Ἐμφύλια ἐς ἀλλήλους ἐγίγνετο ὁμοῦ.

II. Ἀντώνιον μὲν ἡ βουλὴ δι' αἰτίας εἶχεν ἐπὶ τοῖς ἐπιταφίοις τοῦ Καίσαρος· ὑφ' ὧν δὴ μάλιστα ὁ δῆμος ἐρεθισθεὶς, ὑπερεῖδε τῆς ἄρτι ἐπεψηφισμένης ἀμνηστίας, καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν σφαγέων σὺν πυρὶ ἔδραμον. Ὁ δὲ αὐτὴν χαλεπαίνουσαν, ἑνὶ τοιῷδε πολιτεύματι ἐς εὔνοιαν ἑαυτοῦ μετέβαλεν. Ἀμάτιος ἦν ὁ ψευδομάριος· Μαρίου γὰρ ὑπεκρίνετο υἱωνὸς εἶναι, καὶ διὰ Μάριον ὑπερήρεσκε τῷ δήμῳ. Γιγνόμενος οὖν κατὰ τήνδε τὴν ὑπόκρισιν συγγενὴς τῷ Καίσαρι, ὑπερήλγει μάλιστα αὐτοῦ τεθνεῶτος, καὶ βωμὸν ἐπῳκοδόμει τῇ πυρᾷ, καὶ χεῖρα θρασυτέρων ἀνδρῶν εἶχε, καὶ φοβερὸς ἦν ἀεὶ τοῖς σφαγεῦσιν. Ὧν οἱ μὲν ἄλλοι διεπεφεύγεσαν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ὅσοι παρ' αὐτοῦ Καίσαρος εἰλήφεσαν ἡγεμονίας ἐθνῶν, ἀπεληλύθεσαν ἐπὶ τὰς ἡγεμονίας, Βροῦτος μὲν ὁ Δέκμος ἐς τὴν ὅμορον τῆς Ἰταλίας Κελτικὴν, Τρεβώνιος δὲ ἐς τὴν Ἀσίαν τὴν περὶ Ἰωνίαν, Τίλλιος δὲ Κίμβερ ἐς Βιθυνίαν. Κάσσιος δὲ καὶ Βροῦτος ὁ Μάρκος, ὧν δὴ καὶ μάλιστα τῇ βουλῇ διέφερεν, ᾕρηντο μὲν καὶ οἵδε ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐς τὸ μέλλον ἔτος ἡγεμονεύειν, Συρίας μὲν ὁ Κάσσιος, καὶ Μακεδονίας ὁ Βροῦτος· ἔτι δὲ ὄντες ἀστυκοὶ στρατηγοὶ, ὑπέμενον ἐν ἄστει ὑπ' ἀνάγκης· καὶ διατάγμασιν, οἷα στρατηγοὶ, τοὺς κληρούχους ἐθεράπευον, ὅσοις τε ἄλλοις ἐπενόουν, καὶ τὰ κληρουχήματα συγχωροῦντες αὐτοῖς πιπράσκειν, τοῦ νόμου κωλύοντος ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἀποδίδοσθαι.

III. Τούτοις δὲ αὐτοῖς ὁ Ἀμάτιος, ὅτε συντύχοι, καὶ ἐνεδρεύσειν ἐλέγετο. Τῷδε οὖν τῷ λόγῳ τῆς ἐνέδρας ὁ Ἀντώνιος ἐπιβαίνων, οἷα ὕπατος, συλλαμβάνει καὶ κτείνει τὸν Ἀμάτιον χωρὶς δίκης, μάλα θρασέως. Καὶ ἡ βουλὴ τὸ μὲν ἔργον ἐθαύμαζεν, ὡς μέγα καὶ παράνομον, τὴν δὲ χρείαν αὐτοῦ προσεποιοῦντο ἥδιστα· οὐ γὰρ αὐτοῖς ἐδόκει ποτὲ χωρὶς τοιᾶσδε τόλμης ἀσφαλῆ τὰ κατὰ Βροῦτον καὶ Κάσσιον ἔσεσθαι. Οἱ δὲ τοῦ Ἀματίου στασιῶται, καὶ ὁ ἄλλος δῆμος ἐπ' ἐκείνοις, πόθῳ τε τοῦ Ἀματίου, καὶ ἀγανακτήσει τοῦ γεγονότος,

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

DE BELLIS CIVILIBUS

LIBER TERTIUS.

I. Sic quidem Cæsar, quum in promovendis imperii Romani pomœriis omnium fuisset præstantissimus, ab inimicis occisus est, et publice a populo funeratús. Quoniam vero omnes ejus percussores pœnas dederunt, præcipuorum ex percussoribus exitum hic liber et proximus exponet; quibus simul reliqua Romanorum bella Civilia, quæ in eadem tempora inciderunt, complectar.

II. Quum senatus in Antonium culpam conferret, quod ejus maxime opera in Cæsaris funere populus concitatus, et legis de præteritarum injuriarum oblivione recens latæ oblitus, cum facibus accurrisset ad ædes conjuratorum; ille indignationem istam uno callido facto mutavit in benevolentiam. Erat Amatius quidam, qui se falso in Marii nomen insernerat, quasi majoris Marii nepos; gratiosus apud plebem ob ipsius Marii memoriam. Is quoniam hac simulatione effecerat, ut videretur Cæsari cognatione conjunctus, præ cæteris ægre ferens ejus obitum, aram eo loco, ubi crematus est, posuit : stipatusque manu hominum audacium, terrori conjuratis fuit. Quorum aliis ex Urbe fuga dilapsis, quotquot a Cæsare provincias acceperant, in eas profecti sunt : Decimus Brutus in Galliam Italiæ finitimam, Trebonius in Asiam, Tillius Cimber in Bithyniam. Sed Cassius et Marcus Brutus, qui maxime cordi erant senatui, quum et ipsi in futurum annum designati fuissent a Cæsare provinciarum proprætores, Syriæ Cassius, Brutus Macedoniæ, tamen, ut prætores urbani, ex officio in Urbe manere coacti sunt. Atque hi interim prætoriis edictis colonos demerebantur, cum alia commoda eis concedentes, tum hoc, ut liceret illis portiones suas vendere, quod lex non permittebat nisi post annum vigesimum.

III. His igitur Amatius dicebatur moliri perniciem, nec aliud quam occasionem exspectare. Cujus rumoris occasione Antonius, pro potestate consulari, jussit comprehendi Amatium, moxque indicta causa interfecit, per insignem audaciam. Id factum quidem senatus miratus est, ut vehemens et contrarium legibus : at fructum tamen facti cupidissime arripiebat; nam absque tali audacia numquam tuti futuri videbantur Brutus et Cassius. At asseclæ Amatii, cæteraque plebs, necati desiderio moti, et indigne fe-

ὅτι μάλιστα αὐτὸ ὁ Ἀντώνιος ἐπεπράχει, ὑπὸ τοῦ δήμου τιμώμενος, οὐκ ἠξίουν σφῶν καταφρονεῖν. Τὴν ἀγορὰν οὖν καταλαβόντες ἐβόων, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐβλασφήμουν, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκέλευον ἀντὶ Ἀματίου τὸν βωμὸν ἐκθεοῦν, καὶ θύειν ἐπ' αὐτοῦ Καίσαρι πρώτους. Ἐξελαυνόμενοι δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὑπὸ στρατιωτῶν ἐπιπεμφθέντων ὑπὸ Ἀντωνίου, μᾶλλόν τε ἠγανάκτουν καὶ ἐκεκράγεσαν, καὶ ἕδρας ἔνιοι τῶν Καίσαρος ἀνδριάντων ἐπεδείκνυον ἀνῃρημένων. Ὡς δέ τις αὐτοῖς ἔφη καὶ τὸ ἐργαστήριον, ἔνθα οἱ ἀνδριάντες ἀνεσκευάζοντο, δείξειν, εὐθὺς εἵποντο, καὶ ἰδόντες ἐνεπίμπρασαν· ἕως ἑτέρων ἐπιπεμφθέντων ἐξ Ἀντωνίου, ἀμυνόμενοί τε ἀνῃρέθησαν ἔνιοι, καὶ συλληφθέντες ἕτεροι ἐκρεμάσθησαν, ὅσοι θεράποντες ἦσαν, οἱ δὲ ἐλεύθεροι κατὰ τοῦ κρημνοῦ κατεῤῥίφησαν.

IV. Καὶ ὁ μὲν τάραχος ἐπέπαυτο· μῖσος δὲ ἄῤῥητον ἐξ ἀῤῥήτου εὐνοίας τοῦ δήμου πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐγήγερτο. Ἡ βουλὴ δ' ἔχαιρον, ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως ἐν ἀδεεῖ περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον γενόμενοι. Ὡς δὲ καὶ Σέξστον Πομπήϊον ὁ Ἀντώνιος, τὸν Πομπηΐου Μάγνου περιποθήτου πᾶσιν ἔτι ὄντος, εἰσηγήσατο καλεῖν ἐξ Ἰβηρίας, πολεμούμενον ἔτι πρὸς τῶν Καίσαρος στρατηγῶν, ἀντί τε τῆς πατρῴας οὐσίας δεδημευμένης ἐκ τῶν κοινῶν αὐτῷ δοθῆναι μυριάδας Ἀττικῶν δραχμῶν πεντακισχιλίας, εἶναι δὲ καὶ στρατηγὸν ἤδη τῆς θαλάσσης, καθὼς ἦν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ταῖς Ῥωμαίων ναυσὶν αὐτίκα ταῖς πανταχοῦ χρῆσθαι εἰς τὰ ἐπείγοντα· θαυμάζουσα ἕκαστα ἡ βουλὴ μετὰ προθυμίας ἐξεδέχετο, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἐπὶ ὅλην εὐφήμουν ἡμέραν. Οὐ γάρ τις αὐτοῖς ἐδόκει Μάγνου γενέσθαι δημοκρατικώτερος, ὅθεν οὐδὲ περιποθητότερος ἦν. Ὅ τε Κάσσιος καὶ ὁ Βροῦτος, ἐκ τῆς στάσεως ὄντε τῆς Μάγνῳ, καὶ πᾶσι τότε τιμιωτάτω, τὴν σωτηρίαν ἐδόκουν ἕξειν ἀσφαλῆ, καὶ τὴν γνώμην ὧν ἐπεπράχεσαν ἐγκρατῆ, καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐς τέλος ἐπάξεσθαι, τῆς μοίρας σφῶν ἀνισχούσης. Ἃ καὶ Κικέρων συνεχῶς ἐπῄει τὸν Ἀντώνιον· καὶ ἡ βουλή, συγγινώσκουσα αὐτῷ διὰ σφᾶς ἐπιβουλεύοντα τὸν δῆμον, ἔδωκε φρουρὰν περιστήσασθαι περὶ τὸ σῶμα, ἐκ τῶν ἐστρατευμένων καὶ ἐπιδημούντων ἑαυτῷ καταλέγοντα.

V. Ὁ δέ, εἴτε εἰς τοῦτο αὐτὸ πάντα πεπραχώς, εἴτε τὴν συντυχίαν, ὡς εὔχρηστον, ἀσπασάμενος, τὴν φρουρὰν κατέλεγεν, ἀεὶ προστιθεὶς μέχρι ἐς ἑξακισχιλίους· οὐκ ἐκ τῶν γενομένων ὁπλιτῶν, οὓς εὐμαρῶς ἂν ἐν ταῖς χρείαις ᾤετο ἕξειν καὶ ἑτέρωθεν, ἀλλὰ πάντας λοχαγοὺς ὡς ἡγεμονικούς τε καὶ ἐμπειροπολέμους, καί οἱ γνωρίμους ἐκ τῆς στρατείας τῆς ὑπὸ Καίσαρι· ταξιάρχους δ' αὐτοῖς ἐς τὸν πρέποντα κόσμον ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπιστήσας, ἦγεν ἐν τιμῇ, καὶ κοινωνοὺς ἐποιεῖτο τῶν φανερῶν βουλευμάτων. Ἡ δὲ βουλὴ τό τε πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν ἐπίλεξιν ἐν ὑπονοίᾳ τιθέμενοι, συνεβούλευον, τὴν φρουράν, ὡς ἐπίφθονον, ἐς τὸ ἀρκοῦν ἐπαναγαγεῖν. Ὁ δὲ ὑπισχνεῖτο ποιήσειν, ὅταν σβέσῃ τοῦ δήμου τὸ ταραχῶδες. Ἐψηφισμένον δ' εἶναι κύρια,

rentes, hanc sibi mercedem ab Antonio maxime redditam pro honore hactenus illi habito, non passi sunt se tali modo contemni. Occupato igitur foro, conviciose clamabant in Antonium, postulantes a magistratibus, ut, quando Amatii parum valuisset auctoritas, ipsi nunc aram dedicarent, et ibi primi omnium sacra facerent Cæsari. Sed quum inde submoverentur per Antonianos milites, magis etiam exasperati, vociferabantur; et bases nonnulli ostendebant, unde statuæ Cæsaris avulsæ fuissent. Ubi vero nonnemo ait, se officinam quoque ostensurum, in qua illæ in alias facies refingerentur, statim hunc secuti, re conspecta, incenderunt officinam. Contra quos alia manu Antonianorum immissa nonnulli repugnantes occisi sunt, alii comprehensi; ex quibus quotquot servi erant crucibus affixi, ingenui e rupe præcipitati sunt.

IV. Ita quidem sedatus ille tumultus est. Benevolentia autem plebis, quam singularis paulo ante in Antonium fuerat, in tam acerbum odium est conversa. Patres contra gaudebant, quod alias Bruto et ejus sociis nulla foret securitas. Ut autem de Sexto quoque Pompeio, Magni, omnibus desiderati, filio, qui tum adhuc impugnabatur a Cæsarianis in Hispania, ad senatum retulit Antonius eumque revocandum censuit, et pro publicatis bonis paternis ex ærario ei restituenda bis millies HS. et maris imperium, quemadmodum olim patri, eidem mandandum; et classes omnes Romanas, ubicumque locorum essent, potestati ejus, ad administranda quæ usus postularet, subjiciendas : id vero senatus, admiratus singula, incredibili studio arripuit; et Antonium faustissimis acclamationibus per totum reliquum diem est prosecutus. Nemo enim umquam eis visus est amantior reipublicæ quam Magnus, ob eamdemque causam nemo illis fuit desideratior. Brutusque et Cassius, qui e Magni fuissent partibus, et apud omnes tunc summo in honore fuissent, sic in tuto collocatam videbantur habituri salutem, et ad finem perducturi consilium, quo factum illud suscepissent, penitusque restituturi rempublicam, partibus ipsorum prævalentibus. Quapropter et Cicero continuis laudibus prosequebatur Antonium; et senatus, agnoscens, sui causa plebem Antonio moliri insidias, concessit eidem, ut, ex veteranorum copia, qui in urbe adessent, satellitium sibi deligeret.

XLIII. Ἀντωνίῳ δ' ἀφῖκτο μέσον ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐκ πέντε τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τελῶν τέσσαρα· ἐπιμεμφόμενοι δ' αὐτὸν οὐκ ἐπεξελθόντα τῷ φόνῳ Καίσαρος, χωρὶς εὐφημίας ἐς τὸ βῆμα παρέπεμπον, ὡς περὶ τοῦδε σφίσιν ἐκλογιούμενον πρώτου. Ὁ δὲ αὐτοῖς χαλεπόμενος τῆς σιωπῆς, οὐ κατέσχεν, ἀλλ' ὠνείδιζεν ἀχαριστίαν ἐκ Παρθυαίων ὑπὸ οὗ μετενεχθεῖσιν ἐς τὴν Ἰταλίαν, καὶ οὐκ ἐπιμαρτυροῦσι τοιᾶσδε χάριτος. Ἐμέμφετο δὲ, ὅτι καὶ παρὰ μειρακίου προπετοῦς (ὧδε τὸν Καίσαρα καλῶν, ἄνδρας ἐπιπεμπομένους σφίσιν εἰς διαφορὰν οὐκ αὐτοὶ προσάγουσιν αὐτῷ. Ἀλλὰ τούσδε μὲν αὐτὸς εὑρήσειν, τὸν δὲ στρατὸν ἄξειν ἐπὶ τὴν ἐψηφισμένην οἱ χώραν εὐδαίμονα Κελτικὴν, καὶ τοῖς παροῦσιν ἑκάστῳ δοθήσεσθαι δραχμὰς ἑκατόν. Οἱ δὲ ἐγέλασαν τῆς μικρολογίας· καὶ χαλεπήναντος αὐτοῦ, μᾶλλον ἐθορύβουν καὶ διεδίδρασκον. Ὁ δὲ ἐξανέστη, τοσοῦτον εἰπών· Μαθήσεσθε ἄρχεσθαι. Αἰτήσας δὲ παρὰ τῶν χιλιάρχων τοὺς στασιώδεις (ἀνάγραπτος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Ῥωμαίων στρατοῖς ἀεὶ καθ' ἕνα ἄνδρα ὁ τρόπος)· διεκλήρωσε τῷ στρατιωτικῷ νόμῳ· καὶ οὐ τὸ δέκατον ἅπαν, ἀλλὰ μέρος ἔκτεινε τοῦ δεκάτου, νομίζων σφᾶς ὧδε καταπλήξειν δι' ὀλίγου. Οἱ δὲ οὐκ ἐς φόβον μᾶλλον, ἢ ἐς ὀργὴν ἀπὸ τοῦδε καὶ μῖσος ἐτρέποντο.

XLIV. Ταῦτα δ' ὁρῶντες οὓς ὁ Καῖσαρ ἐπὶ διαφθορᾷ τῶνδε προπεπόμφει, βιβλία πολλὰ τότε μάλιστα διερ-

XLII. Quæ cum ille dixisset, digressa concione, milites, qui contra advenisse se putarant ad concordiam inter Cæsarem et Antonium redintegrandam, aut certe ad custodiam Cæsaris et ad ultionem de percussoribus, ægre ferebant bellum ita denunciatum Antonio, duci quondam suo, et tunc etiam consuli. Horumque alii petebant reditum ad suos, tamquam arma paraturi: non enim se alia, nisi sua quibus assuessent, arma ferre posse. Alii vero, id quod erat, præ se ferebant. Cæsar, ut vidit rem in diversum cedere, turbatus quidem haud paulo, sperans tamen, verbis potius, quam vi, se eos retracturum; concessit eorum petitis, alteros ad arma paranda mittens, alteros domum simpliciter: dissimulatoque dolore laudavit universos, quod se deduxissent, aliisque denuo muneribus donavit; largius etiam deinceps quavis alia occasione se eos donaturum, dicens, quoties ad necessaria officia opera illorum, velut paternorum amicorum potius, quam militum, fuerit usus. His verbis flexi mille tantum, vel tria millia, ex decem millibus (de numero enim non convenit), apud eum permanserunt. Cæteri tunc quidem abierunt. Sed mox iidem, reputando labores agriculturæ et lucra militiæ, tum promissa Cæsaris, et facilitatem ejusdem in concedendis quæ postulaverant, et gratiam cum jam redditam sibi tum speratam in posterum, ut sunt mores vulgi mutabiles, pœnitentia ducti, honestam occasionem arripuerunt, et, quasi in hoc tantum discessissent ut justa arma caperent, cum armis ultro ad Cæsarem reversi sunt: qui jam, Ravennam et propinqua loca obeundo cum alia pecunia, continuatis delectibus in dies augebat copias, jussas coire Arretium.

XLIII. Antonio interim, ex quinque Macedonicis legionibus, quatuor legiones Brundusium advenerant: quæ incusantes eum ob cessationem in persequendis interfectoribus Cæsaris, sine acclamationibus deduxerunt ad tribunal, quippe rationem illius cessationis audituri ante omnia. Id silentium Antonius iniquo animo ferens, non continuit se, quin eis exprobraret ingratitudinem, non agnoscentibus quanto præstaret in Italiam ire, quam in Parthiam, nec ullum signum grati animi edentibus. Præterea querebatur, quod missos a petulante adolescentulo (sic enim appellabat Cæsarem) concordiæ turbatores non adducerent ad ipsum. Sed hos quidem se inventurum: exercitum vero ducturum « ad decretam sibi provinciam, fortunatam illam Galliam; et viritim his, qui adessent, quadringentos sestertios distributurum. » Eam in promittendo parcitatem Antonii risu exceperunt milites; et irascente illo, magis etiam tumultuantes, discesserunt. Tum surrexit et ipse, et, hoc tantum profatus, Discetis imperata facere! abiit. Mox vero tribunos tradere sibi seditiosos jussit, (nam in Romanorum militum catalogis, ad nomen cujusque militis, mores etiam annotari solent); e quibus, ex militari disciplina, decimum quemque sorte duxit: nec tamen hos omnes, sed partem tantum affecit supplicio; sperans, se ea ratione brevi reliquos territurum. Eo autem facto irritati magis et ad iram in Antoniam accensi, quam territi sunt, milites.

XLIV. Quod ubi videre Cæsariani, qui ad corrumpendos Antonianos fuerant emissi, magnum tum maxime numerum

ῥίπτουν ἐς τὸ στρατόπεδον, ἀντὶ τῆς Ἀντωνίου μικρολογίας τε καὶ ὠμότητος ἐς τὴν Καίσαρος μνήμην τοῦ προτέρου, καὶ βοήθειαν τοῦ νῦν, καὶ χορηγίας δαψιλεῖς μετατίθεσθαι. Οὓς ὁ Ἀντώνιος μηνύμασί τε μεγάλοις ἐζήτει, καὶ ἀπειλαῖς, εἴ τις ἐπικρύπτοι. Οὐδένα δὲ συλλαβὼν, ἐχαλέπηνεν, ὡς τοῦ στρατοῦ σφᾶς ἐπικρύπτοντος. Ἀπαγγελλομένων δὲ καὶ τῶν ἐν ταῖς ἀποικίαις τε καὶ ἐν Ῥώμῃ Καίσαρι πεπραγμένων, ἐθορυβεῖτο. Καὶ ἐπελθὼν αὖθις ἐπὶ τὸν στρατὸν, ἔφη, χαλεπῆναι μὲν τῶν γεγονότων ὑπὸ ἀνάγκης στρατιωτικῆς ὀλίγοις, ἀντὶ πλεόνων ὧν ἐκόλαζεν ὁ νόμος· αὐτοὺς δὲ εἰδέναι σαφῶς, οὔτε ὠμὸν οὔτε μικρολόγον Ἀντώνιον. « Ἀλλ' ὁ μὲν φθόνος οἰχέσθω, κεκορεσμένος, ἔφη, καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι καὶ ταῖς κολάσεσι. Τὰς δὲ ἑκατὸν δραχμὰς ὑμῖν οὐ δωρεὰν, οὐ γὰρ τοῦτό γε τῆς Ἀντωνίου τύχης, ἀλλὰ τῆς πρώτης ἐς ὑμᾶς ἐντεύξεως προσαγορευτικὸν μᾶλλον, ἢ δωρεὰν, ἐκέλευσα δοθῆναι· καὶ χρὴ νόμῳ πατρίῳ τε καὶ στρατιωτικῷ, καὶ ἐς τάδε αὐτῷ, καὶ ἐς πάντα, εὐπειθεῖς ὑπάρχειν. » Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, οὐδέν τι ἔτι προσθεὶς τῇ δωρεᾷ, τοῦ μὴ δοκεῖν ὁ στρατηγὸς ἡσσῆσθαι τοῦ στρατοῦ. Οἱ δὲ ἐλάμβανον, εἴτε μεταγνόντες, εἴτε καὶ δεδιότες. Ὁ δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν ταξιάρχους, εἴτε μηνίων ἔτι τῆς στάσεως, εἴθ' ἑτέρως ὑπονοῶν, ἐνήλλασσε· τοὺς δὲ λοιποὺς, καὶ τἄλλα ἐν ταῖς χρείαις ἐδεξιοῦτο, καὶ προὔπεμπεν ἀνὰ μέρος, τὴν παραθαλάσσιον ὁδεύειν ἐπὶ Ἀριμίνου.

XLV. Αὐτὸς δ' ἐπιλεξάμενος ἐκ πάντων στρατηγίδα σπεῖραν ἀνδρῶν ἀρίστων τά τε σώματα καὶ τὸν τρόπον, ὥδευεν ἐς Ῥώμην, ὡς ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸ Ἀρίμινον ὁρμήσων. Ἐσήει δὲ ἐς τὴν πόλιν σοβαρῶς, τὴν μὲν ἴλην πρὸ τοῦ ἄστεος στρατοπεδεύσας, τοὺς δ' ἀμφ' αὐτὸν ἔχων ὑπεζωσμένους, καὶ τὴν οἰκίαν νυκτοφυλακοῦντας ἐνόπλους· συνθήματά τε αὐτοῖς ἐδίδοτο, καὶ αἱ φυλακαὶ παρὰ μέρος ἦσαν, ὡς ἐν στρατοπέδῳ. Συναγαγὼν δὲ τὴν βουλὴν, ὡς μεμψόμενος Καίσαρι περὶ τῶν πεπραγμένων, ἐσιὼν ἤδη, μανθάνει τῶν τεσσάρων τελῶν τὸ καλούμενον Ἄρειον κατὰ τὴν ὁδὸν ἐς Καίσαρα μετατεθεῖσθαι. Καὶ αὐτῷ τὴν εἴσοδον ἐπισχόντι τε καὶ διαποροῦντι ἀγγέλλεται, καὶ τὸ καλούμενον Τέταρτον ὁμοίως τοῖς Ἀρείοις ἐς Καίσαρα μετατεθεῖσθαι. Διαταραχθεὶς οὖν εἰσῆλθε μὲν ἐς τὸ βουλευτήριον· ὡς δ' ἐφ' ἕτερα αὐτοὺς συναγαγὼν, μικρὰ διελέχθη, καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὰς πύλας ἐχώρει, καὶ ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐπὶ Ἄλβην πόλιν, ὡς μεταπείσων τοὺς ἀποστάντας. Βαλλόμενος δ' ἀπὸ τοῦ τείχους, ἀνέστρεφε· καὶ τοῖς ἄλλοις τέλεσι προσέπεμπεν ἀνὰ πεντακοσίας δραχμὰς ἑκάστῳ· καὶ σὺν οἷς εἶχεν αὐτὸς ἐς Τίβυρον ἐξῄει, σκευὴν ἔχων τὴν συνήθη τοῖς ἐπὶ τοὺς πολέμους ἐξιοῦσι. Καὶ γὰρ ἤδη σαφὴς ἦν ὁ πόλεμος, Δέκμου τὴν Κελτικὴν οὐ μεθιέντος.

XLVI. Δεῦρο δὲ ὄντι, ἥ τε βουλὴ σχεδὸν ἅπασα, καὶ τῶν ἱππέων τὸ πλεῖστον, ἀφίκετο ἐπὶ τιμῇ, καὶ ἀπὸ τοῦ δήμου τὸ ἀξιολογώτατον. Οἳ καὶ, καταλαβόντες αὐτὸν ὁρκοῦντα τοὺς παρόντας οἱ στρατιώτας, καὶ τοὺς ἐκ τῶν πάλαι στρατευσαμένων συνδραμόντας (πολὺ

libellorum spargebant per exercitum; pro Antonii avaritia et crudelitate revocantes superioris Cæsaris memoriam, et ad junioris Cæsaris opem largioraque dona invitantes. Quos quum, magno proposito indicibus præmio, et celantibus pœnas interminatus, conquisivisset Antonius, nemo tamen est comprehensus. Quo magis ille iratus est militibus suis, quod ab his illos tegi intelligeret. Quum vero renunciarentur ei etiam quæ cum in coloniis tum in Urbe Cæsar agebat, territus Antonius, ad milites rursus prodiit: « dolere se, dicens, id quod necessitate ex disciplinæ militaris ratione coactus fecisset; quamquam in pauciores animadversum fuerit, quum plures punire lex jussisset: ipsos autem præclare nosse, quam nec sordidus nec sævus sit Antonius. Sed facessat, inquit, invidia, et satis sit tum erratorum tum pœnarum. Cæterum centenos illos denarios, non tamquam donum vobis dari jussi, nec enim id dignum Antonii fortuna foret; sed tantum primæ vobiscum congressionis occasione, et salutandi causa: oportet autem in hoc ipso non minus, quam in cæteris omnibus rebus, morem patrium militaremque observare. » Hæc locutus Antonius, nihil ad donativum addidit; ne videretur imperator cessisse militibus: et illi, vel pœnitentia facti, vel metu, contenti fuerunt oblato. Deinde vero, sive ob seditionem etiam nunc iratus Antonius, sive aliqua suspicione motus, tribunos eis mutavit: milites autem, ubi usus ferebat, tractavit comiter, et alios post alios per maritimas regiones Ariminum misit.

XLV. Ipse vero Antonius, habito delectu præstantissimi cujusque vel corporis dotibus vel animi, confectaque ex his prætoria cohorte, Romam iter fecit: inde porro iturus Ariminum. Intravit autem Urbem magno fastu, equitum quidem ala in suburbiis relicta, sed stipatus accinctis militibus, e quibus etiam custodiam circa ædes suas disposuit, quæ ibi sub armis excubias agebat, data castrensi more tessera, custodibusque per quatuor vigilias distributis. Convocato deinde senatu ut quereretur de Cæsaris conatibus, in ipso aditu curiæ nuncium Antonius accepit, e quatuor illis legionibus unam, cognomine Martiam, in itinere signa ad Cæsarem transtulisse. Quumque cogitabundus constitisset, ecce alius nuncius affert, Quartam quoque, quæ vocabatur, legionem pariter ad illum transiisse. Quare territus, intravit quidem curiam; sed, quasi alia de causa patres convocasset, pauca locutus, ad portam recta properavit, et inde porro Albam; verbis, ut putabat, desertores reducturus ad officium. Sed quum peteretur telis e muris, retulit pedem, reliquisque legionibus viritim bis mille misit sestertios: quas vero circa se habebat copias, Tibur duxit, eo apparatu quo ad bellum iri solet. Jam enim certum erat bellum, quod Decimus Galliam nollet tradere.

XLVI. Tiburi autem agenti Antonio senatus ferme universus præsto fuit honoris causa, et equitum Romanorum pars maxima, tum e plebe præstantissimus quisque. Qui, quum supervenirent exigenti sacramentum a militibus quos circa se habebat et a veteranis emeritis (nam et horum

γὰρ καὶ τοῦτο ἦν), συνώμνυον ἑκόντες, οὐκ ἐκλείψειν τὴν ἐς Ἀντώνιον εὔνοιάν τε καὶ πίστιν· ὡς ἀπορῆσαι, τίνες ἦσαν οἱ πρὸ ὀλίγου παρὰ τὴν Καίσαρος ἐκκλησίαν τὸν Ἀντώνιον ἐβλασφήμουν. Ὁ μὲν δὴ λαμπρῶς οὕτως ἐς τὸ Ἀρίμινον προεπέμπετο, ὅθεν ἐστὶν ἡ τῆς Κελτικῆς ἀρχή. Καὶ ὁ στρατὸς ἦν αὐτῷ, χωρίς γε τῶν νεολέκτων, τρία τέλη τὰ ἐκ Μακεδονίας μετάπεμπτα (ἤδη γὰρ αὐτῷ καὶ τὸ λοιπὸν ἀφῖκτο)· ἐξεστρατευμένοι δὲ ἔνιοι καὶ γηρῶντες, ὅμως ἐδόκουν νεοσυλλόγων ἀμείνους ἐς τὸ διπλάσιον εἶναι. Οὕτω μὲν Ἀντωνίῳ τέσσαρα ἐγίγνετο τέλη γεγυμνασμένων ἀνδρῶν, καὶ ὅσον ἐξ ἔθους αὐτοῖς ἐπίκουρον ἄλλο ἕπεται, καὶ ἡ τοῦ σώματος φρουρὰ, καὶ τὰ νεόλεκτα· Λέπιδός τε ἔχων ἐν Ἰβηρίᾳ τέσσαρα τέλη, καὶ Ἀσίνιος Πολλίων δύο, καὶ Πλάγκος ἐν τῇ ἑτέρᾳ Κελτικῇ τρία, ἐδόκουν αἱρήσεσθαι τὰ Ἀντωνίου.

XLVII. Καίσαρι δὲ ἦν δύο μὲν ὁμοίως τὰ ἀξιολογώτατα, εἰς αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ἀντωνίου μεταστάντα, ἓν δὲ νεοσυλλόγων, δύο δὲ ἐκ τῶν πρότερον ἐστρατευμένων, οὐκ ἐντελῆ μὲν ταῦτα τοῖς ἀριθμοῖς οὐδὲ ταῖς ὁπλίσεσιν, ὑπὸ δὲ τῶν νεοσυλλόγων καὶ ταῦτα ἀναπληρούμενα. Συναγαγὼν δ' ἅπαντας ἐς Ἄλβην, ἐπέστελλε τῇ βουλῇ. Ἡ δὲ ἐφήδετο μὲν αὖθις Καίσαρι, ὡς ἀπορεῖν καὶ τότε, τίνες ἦσαν οἱ προὔπεμπον Ἀντώνιον· ἤχθοντο δὲ τοῖς τέλεσιν οὐκ ἐς τὴν βουλὴν, ἀλλ' ἐς τὸν Καίσαρα, μετελθοῦσιν. Ἐπαινέσαντες δ' ὅμως αὐτούς τε καὶ τὸν Καίσαρα, ἔφασαν, ὀλίγον ὕστερον ὅ τι χρὴ ποιεῖν αὐτοὺς ψηφιεῖσθαι, ὅταν αὐτοῖς αἱ νέαι ἀρχαὶ ἐς τὰ πράγματα παρέλθωσιν. Ἦν δὲ σαφὲς, ὅτι χρήσονται μὲν αὐτοῖς κατὰ Ἀντωνίου· στρατὸν δὲ οὐδένα πω ἔχοντες ἴδιον, οὐδὲ καταλέξαι χωρὶς ὑπάτων δυνάμενοι, ἐς τὰς νέας ἀρχὰς πάντα ἀνετίθεντο.

XLVIII. Τῷ Καίσαρι δ' ὁ στρατὸς πελέκεάς τε καὶ ῥαβδοφόρους ἐσκευασμένους προσαγαγόντες, ἠξίουν ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ἀποφῆναι, πολέμου τε ἡγεμονεύοντα καὶ σφῶν, ἀεὶ ὑπ' ἄρχουσι ταχθέντων. Ὁ δὲ τὴν μὲν τιμὴν ἐπῄνει, τὸ δὲ ἔργον ἐς τὴν βουλὴν ἀνετίθετο· καὶ βουλομένους ἐπὶ τοῦτο χωρεῖν ἀθρόους ἐκώλυε, καὶ πρεσβευομένους ἐπεῖχεν, ὡς καὶ τῆς βουλῆς ψηφιουμένης ταῦτα καθ' ἑαυτὴν, καὶ μᾶλλον ἢν αἴσθωνται τὴν ὑμετέραν προθυμίαν, καὶ τὸν ἐμὸν ὄκνον. Διαλυθέντων δὲ μόλις οὕτω, καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐς ὑπεροψίαν αὐτὸν αἰτιωμένων, ἐξελογεῖτο αὐτοῖς, τὴν βουλὴν οὐκ εὐνοίᾳ πρὸς αὐτὸν ἀποκλίνειν μᾶλλον, ἢ Ἀντωνίου δέει καὶ στρατιᾶς ἀπορίᾳ, « μέχρι καθέλωμεν ἡμεῖς Ἀντώνιον, καὶ οἱ σφαγεῖς, φίλοι τε τῇ βουλῇ καὶ συγγενεῖς ὄντες, δύναμιν αὐτοῖς συναγάγωσιν· ὧν αἰσθανόμενος, ὑπηρετεῖν ὑποκρίνομαι. Μὴ δὴ πρότεροι τὴν ὑπόκρισιν ἀποκαλύπτωμεν, ὧν προλαβοῦσι μὲν ἡμῖν τὴν ἀρχὴν, ἐπικαλέσουσιν ὕβριν ἢ βίαν, αἰδεσθεῖσι δ' ἴσως ἐπιδώσουσιν αὐτοὶ, δέει μὴ παρ' ὑμῶν λάβοιμι. » Τοιάδε εἰπὼν, ἐθεᾶτο γυμνάσια τῶν δύο τελῶν τῶν αὐτομολησάντων ἀπ' Ἀντωνίου, διαστάντων τε ἐς ἀλλήλους, καὶ δρώντων ἀφειδῶς ἔργα πολέμου πάντα,

magnus numerus ad eum confluxerat), ultro cum his jurarunt, mansuros se in amicitia et fide Antonii : ut dubitari posset, ubinam essent, qui paulo ante, concionante Cæsare, convicia in Antonium jacerant. Itaque, splendido comitatu deducente, Ariminum petebat Antonius, situm in primo aditu Galliæ; habens, præter tirones, legiones Macedonicas tres (jam enim et reliquum earum ei advenerat), unam autem veteranorum, qui, quamquam seniores, videbantur tamen duplo præstare tironibus. Atque ita quatuor legiones adfuerunt Antonio virorum exercitatorum, cum solitis eas sequi auxiliis, præterea prætoriani, et tirones. In Hispania autem Lepidus cum quatuor legionibus, et Asinius Pollio cum duabus, et Plancus in ulteriore Gallia cum tribus, videbantur secuturi partes Antonii.

XLVII. In Cæsaris exercitu robur erant duæ illæ legiones, quæ ad eum transierant; et præter illas una tironum, duæque veteranorum, hæ quidem neque numero integræ, neque armis satis instructæ, sed suppletæ ex tironibus. Quibus omnibus Albam convenire jussis, dedit ad senatum de rebus suis literas. Et senatus quidem jam vicissim Cæsari congratulabatur; ut nunc rursus nescires, quinam essent qui modo Antonium deduxissent; dolebat tamen, legiones ad Cæsarem potius, quam ad se, transiisse. Collaudata nihilominus cum ipsius Cæsaris tum legionum voluntate; brevi, dixerunt, confectum iri de rebus gerendis senatusconsultum, quamprimum novi magistratus accessissent ad rempublicam. Nec dubium erat, quin usuri essent his copiis contra Antonium : sed quoniam necdum proprium ullum habebant exercitum, nec absque consulibus poterant delectus facere, ideo in novos magistratus differebant omnia.

XLVIII. Tum Cæsari exercitus secures cum lictoribus obtulit; rogans, ut proprætorem se ipse renunciaret, atque eo titulo et bellum administraret et ipsos duceret, assuetos parere magistratibus. Quos Cæsar laudavit quidem pro honore sibi habito, sed rem totam in arbitrium senatus rejecit. Quumque universi vellent ejus rei causa Romam proficisci, inhibuit eos Cæsar, et ne legatos quidem ad senatum passus est mittere; quippe quem ultro sibi eum honorem delaturum esse, aiebat, « idque eo magis, inquit, faciet, si et vestrum studium, et meam cunctationem intellexerit. » Sic ægre illis submotis, quum duces contemtose ab eo quererentur, rationem facti sui hanc reddidit : senatum non tam ulla erga se benevolentia ad partes suas inclinare, quam Antonii metu, et militum inopia, « idque tantisper, inquit, sunt facturi, dum Antonius a nobis fuerit sublatus, et percussores, amici senatorum et cognati, copias eis collegerint. Quæ ego intelligens, ministrum illorum me simulo. Caveamus igitur, ne illam simulationem priores nos ipsi patefaciamus; quos, si magistratum usurparemus, accusarent illi, ut injustos et violentos; quod si modeste nos gesserimus, ultro fortasse dabunt, timentes, ne a vobis accipiam. » Hæc locutus Cæsar, spectavit decurrentes duas legiones transfugas, inter se commissas, et exercitii causa repræsentantes omnia omnino, quæ in seria

πλὴν ἐς μόνον θάνατον. Ἡσθεὶς οὖν τῇ θέᾳ, καὶ τῆς προφάσεως ἐπιβαίνων ἄσμενος, ἑτέρας αὐτῶν ἑκάστῳ πεντακοσίας δραχμὰς ἐπεδίδου, καί, εἴ τις πολέμου χρεία γένοιτο, νικήσασιν ἐπηγγέλλετο πεντακισχιλίας. Ὧδε μὲν ὁ Καῖσαρ δαψιλείᾳ δωρεῶν τοὺς μισθοφόρους ἐκρατύνετο. Καὶ τάδε μὲν ἦν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν.

XLIX. Ἐν δὲ τῇ Κελτικῇ τὸν Δέκμον ὁ Ἀντώνιος ἐκέλευσεν ἐς Μακεδονίαν μετιέναι, πειθόμενόν τε τῷ δήμῳ, καὶ φειδόμενον ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ ἀντέπεμπεν αὐτῷ τὰ παρὰ τῆς βουλῆς οἱ κεκομισμένα γράμματα, ὡς οὐχὶ διὰ τὸν δῆμον εἴκειν οἱ πρέπον, ἢ διὰ τὴν βουλὴν Ἀντωνίῳ, μᾶλλον. Ἀντωνίου δ' αὐτῷ προθεσμίαν ὁρίζοντος, μεθ' ἣν ὡς πολεμίῳ χρήσεται, μακροτέραν ὁ Δέκμος ἐκέλευεν ὁρίζειν ἑαυτῷ, μὴ θᾶσσον γένοιτο τῇ βουλῇ πολέμιος. Καὶ ὁ Ἀντώνιος, εὐμαρῶς ἂν αὐτοῦ κρατήσας ἔτι ὄντος ἐν πεδίῳ, ἐπὶ τὰς πόλεις ἔκρινε προελθεῖν. Αἱ δὲ αὐτὸν ἐδέχοντο. Καὶ δείσας ὁ Δέκμος, μὴ οὐδ' ἐσελθεῖν ἔς τινα αὐτῶν ἔτι δύνηται, πλάσσεται γράμματα τῆς βουλῆς, καλούσης αὐτὸν ἐς Ῥώμην σὺν τῷ στρατῷ· καὶ ἀναζεύξας ἐχώρει τὴν ἐπὶ τῆς Ἰταλίας, ὑποδεχομένων αὐτὸν ὡς ἀπιόντα πάντων· μέχρι Μουτίνην παροδεύων, πόλιν εὐδαίμονα, τάς τε πύλας ἀπέκλειε, καὶ τὰ τῶν Μουτιναίων ἐς τὰς τροφὰς συνέφερεν, ὑποζύγιά τε ὅσα ἦν κατέθυε, καὶ ἐταρίχευε, μὴ χρόνιος ἡ πολιορκία γένοιτο· καὶ τὸν Ἀντώνιον ὑπέμενε. Στρατιὰ δ' ἦν αὐτῷ μονομάχων τε πλῆθος, καὶ ὁπλιτῶν τρία τέλη· ὧν ἓν μὲν ἦν ἀρτιστρατεύτων ἀνδρῶν ἔτι ἀπείρων, δύο δέ, ἃ καὶ πρότερον ὑπεστρατευμένα αὐτῷ, πιστότατα ἦν. Ὁ δ' Ἀντώνιος, ἐπελθὼν αὐτῷ σὺν ὀργῇ, τὴν Μουτίνην ἀπετάφρευέ τε καὶ ἀπετείχιζε. Καὶ Δέκμος μὲν ἐπολιορκεῖτο.

L. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὴν ἐτήσιον νουμηνίαν ὕπατοι γενόμενοι Ἵρτιός τε καὶ Πάνσας, τὴν βουλὴν εὐθὺς ἐπὶ ταῖς θυσίαις ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ συνῆγον ἐπὶ Ἀντωνίῳ. Κικέρων μὲν δὴ καὶ οἱ Κικέρωνος φίλοι πολέμιον αὐτὸν ἠξίουν ἤδη ψηφίσασθαι, τὴν Κελτικήν, ἀκούσης τῆς βουλῆς, ἐς ἐπιτείχισμα τῆς πατρίδος βιαζόμενον ὅπλοις, καὶ τὸν ἐπὶ Θρᾷκας αὐτῷ δεδομένον στρατὸν εἰς τὴν Ἰταλίαν διαγαγόντα· ἐπελέγοντο δὲ καὶ τὴν ἄλλην αὐτοῦ μετὰ Καίσαρα προαίρεσιν, ἔν τε τῇ πόλει φανερῶς δορυφορηθέντος ὑπὸ τοσῶνδε λοχαγῶν, καὶ περὶ τὴν οἰκίαν ὥσπερ ἄκραν ὅπλοις καὶ συνθήμασι κεχρημένου, καὶ τἆλλα σοβαρωτέρου σφίσι φανέντος, ἢ κατὰ τὴν ἐτήσιον ἀρχήν. Λεύκιος δὲ Πείσων, ὁ τῷ Ἀντωνίῳ τὴν ἀποδημίαν ἐπιτροπεύων, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων ἐπιφανής, ὅσοι τε ἄλλοι τῷ Πείσωνι δι' αὐτὸν ἢ δι' Ἀντώνιον ἢ κατ' οἰκείαν γνώμην προσετίθεντο, καλεῖν αὐτὸν ἐς κρίσιν ἠξίουν· ὡς οὐ πάτριον σφίσιν, ἀκρίτου καταδικάζειν, οὐδ' εὐπρεπὲς τοῦ χθὲς ὑπάτου τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, οὗ γε μάλιστα συνεχεῖς ἐπαίνους ἄλλοι τε καὶ Κικέρων αὐτὸς εἶπε πολλάκις. Ἡ δὲ βουλή, τότε μὲν ἀγχώμαλοι ταῖς γνώμαις ἐς νύκτα περιῆλθον. Ἅμα δ' ἕῳ περὶ τῶν αὐτῶν ἐς τὸ βουλευτήριον συνελέγοντο· ἔνθα, τῶν Κικερωνείων

pugna solent fieri, nisi quod abstinebatur cædibus. Quo spectaculo delectatus, et libenter occasionem liberalitatis arripiens, denuo bis mille sestertios viritim eis distribuit: quod si certamine opus fuerit, vicies millenos victoribus pollicitus. Atque ita donativi largitate mercenarios suos sibi Cæsar devinxit.

XLIX. Quæ dum in Italia geruntur, interim in Gallia Decimum Antonius jubebat migrare in Macedoniam, quo et pareret populo, et sibimet ipse parceret. Ille ad Antonium remisit allatas sibi a senatu literas, demonstravitque « nihilo minus apud se valere debere voluntatem senatus, quam apud Antonium populi. » Hinc quum Antonius ei præfinivisset diem, ad quam, ni provincia sibi decessisset, pro hoste haberetur, monuit eum Decimus, ut sui ipsius causa proferret eum terminum, ne citius ipse hostis a senatu judicaretur. Tum Antonius, quum facile potuisset delere ejus exercitum, etiam tum in castris agentem, maluit prius ad oppida promovere copias, nec illa excludebant eum. Itaque Decimus, veritus, ne ullum eorum posthac sibi pateret, literas finxit, velut a senatu ad se datas, quibus ipse cum exercitu Romam vocaretur: ingressusque iter versus Italiam, omnibus ut abeuntem libenter excipientibus, postquam Mutinam, urbem opulentam, pervenit obiter, portas clausit; et annonam Mutinensium ad usus exercitus sui comportavit, mactatorumque jumentorum carnes salivit, si forte contingeret diuturnior obsidio: atque ibi exspectavit Antonium. Habebat autem in exercitu gladiatores multos, et legiones tres; quarum una ex tironibus constabat, reliquæ duæ antea quoque militarant ejus auspiciis, ipsi fidissimæ. Antonius vero, cum ira eo delatus, Mutinam circumvallavit, Decimumque obsidione cinxit.

L. Romæ Calendis ineuntis anni consules novi, Hirtius et Pansa, mox a sacrificio in ipsum templum convocarunt senatum contra Antonium. Ibi Cicero ejusque amici censebant hostem eum judicandum, quoniam Galliam, invito senatu, ceu arcem contra patriam, vi et armis occupasset, et exercitum adversus Thracas ipsi datum transvexisset in Italiam. Addebant, nova eum post Cæsarem de dominatu agitare consilia, quod in Urbe propalam magno centurionum numero sese stipasset, ædesque suas tanquam arcem munivisset armis et tesseris, omniaque superbius egisset quam deceret annuum magistratum. At L. Piso, qui absentis Antonii vices tuebatur, vir cum primis illustris, aliique Pisoni sive propter ipsum, sive propter Antonium, sive quod per se ita sentirent, adstipulantes, censebant, diem Antonio esse dicendum; quandoquidem alienum esset a majorum institutis, civem indicta causa damnare, et alioqui parum deceret, eum qui pridie consul fuisset, pro hoste haberi postridie, præsertim toties tamque ample laudatum et ab aliis et ab ipso Cicerone. Ita senatus eo die, sententiis æqualiter fere divisis, ad noctem usque protractus est. Postridie vero primo mane patres rursum coierunt in curiam; et prævaluit Ciceronis factione, ex senatusconsulto hostis judica-

ἐπιβαρούντων, ἐψήφιστο ἂν ὁ Ἀντώνιος πολέμιος, εἰ μὴ τῶν δημάρχων Σαλούϊος ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκέλευσεν ἀναθέσθαι. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἄρχουσιν ὁ κωλύων ἀεὶ δυνατώτερος.

LI. Οἱ μὲν δὴ Κικερώνειοι καὶ τούτῳ μάλα φορτικῶς ἐνύβριζον, καὶ τὸν δῆμον ἐκδραμόντες ἠρέθιζον ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὸν Σαλούϊον ἐς αὐτὸν ἐκάλουν. Ὁ δὲ ἀκαταπλήκτως ἐξέτρεχεν, ἕως ἡ βουλὴ κατέσχε, δείσασα μὴ μεταπείσειε τὸν δῆμον, ἐς μνήμην ἀγαγὼν Ἀντωνίου. Οὐ γὰρ ἠγνόουν καταγιγνώσκοντες ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς πρὸ δίκης, οὐδ' ὅτι τὴν Κελτικὴν ὁ δῆμος αὐτῷ δεδώκει· ἀλλ', ὑπὲρ τῶν σφαγέων δεδιότες, ὠργίζοντο πρώτῳ μετὰ τὴν ἀμνηστίαν ἀνακινήσαντι τὰ κατ' αὐτούς. Διὸ καὶ τῷ Καίσαρι ἐς αὐτὸν προκατεχρῶντο· καὶ ὁ Καῖσαρ οὐκ ἀγνοῶν, ᾑρεῖτο καὶ αὐτὸς ὅμως προκαθελεῖν τὸν Ἀντώνιον. Τοιᾶδε μὲν ἡ βουλὴ γνώμῃ τὸν Ἀντώνιον εἶχεν ἐν ὀργῇ. Ἀναθέμενοι δὲ τὴν ψῆφον ὡς ὁ δήμαρχος ἐκέλευεν, ἐψηφίσαντο ὅμως, Δέκμον τε ἐπαινέσαι, οὐκ ἐκστάντα Ἀντωνίῳ τῆς Κελτικῆς, καὶ τοῖς ὑπάτοις Ἱρτίῳ καὶ Πάνσᾳ Καίσαρα συστρατηγεῖν οὗ νῦν ἔχει στρατοῦ, ἐπίχρυσόν τε αὐτοῦ εἰκόνα τεθῆναι, καὶ γνώμην αὐτὸν ἐσφέρειν ἐν τοῖς ὑπατικοῖς ἤδη, καὶ τὴν ὑπατείαν αὐτὴν μετιέναι τοῦ νόμου θᾶσσον ἐτῶν δέκα, ἔκ τε τοῦ δήμου δοθῆναι τοῖς τέλεσι τοῖς ἐς αὐτὸν ἀπὸ Ἀντωνίου μεταστᾶσιν, ὅσον αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῇ νίκῃ δώσειν ὑπέσχετο. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ψηφισάμενοι, διελύθησαν, ὡς τὸν Ἀντώνιον ἔργῳ διὰ τῶνδε εἰδέναι πολέμιον ἐψηφισμένον, καὶ τὸν δήμαρχον ἐς τὴν ἐπιοῦσαν οὐδὲν ἔτι ἀντεροῦντα. Ἀντωνίου δὲ ἡ μήτηρ καὶ ἡ γυνὴ καὶ παῖς ἔτι μειράκιον, οἵ τε ἄλλοι οἰκεῖοι καὶ φίλοι, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐς τὰς τῶν δυνατῶν οἰκίας διέθεον ἱκετεύοντες· καὶ μεθ' ἡμέραν ἐς τὸ βουλευτήριον ἰόντας ἠνώχλουν, ῥιπτούμενοί τε πρὸ ποδῶν σὺν οἰμωγῇ καὶ ὀλολυγαῖς καὶ μελαίνῃ στολῇ παρὰ ταῖς θύραις ἐκβοῶντες. Οἱ δὲ ὑπό τε τῆς φωνῆς, καὶ ὑπὸ τῆς ὄψεως καὶ μεταβολῆς εἰς τοσοῦτον αἰφνιδίου γενομένης, ἐκνάμπτοντο. Δείσας δ' ὁ Κικέρων, ἐδουληγόρησεν ὧδε·

LII. « Ἃ μὲν ἔδει γνῶναι περὶ Ἀντωνίου, χθὲς ἔγνωμεν. Οἷς γὰρ αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς ἐτιμῶμεν, τούτοις ἐψηφιζόμεθα εἶναι πολέμιον. Σαλούϊον δὲ τὸν μόνον ἐμποδὼν γινόμενον, ἢ πάντων εἶναι χρὴ συνετώτερον, ἢ φιλίᾳ τάδε πράσσειν, ἢ τῶν ἐνεστώτων ἀμαθίᾳ. Ὧν τὸ μὲν, αἴσχιστόν ἐστιν ἡμῖν, εἰ δόξομεν ἀσυνετώτεροι πάντες ἑνὸς εἶναι· τὸ δὲ, αὐτῷ Σαλουΐῳ, εἰ φιλίαν τῶν κοινῶν προτιμῴη· ἀμαθῶς δ' αὐτὸν ἔχοντα τῶν παρόντων, ἔδει πιστεύειν ὑπάτοις ἀνθ' ἑαυτοῦ, καὶ στρατηγοῖς, καὶ δημάρχοις τοῖς συνάρχουσιν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς· οἳ τοσοίδε τὴν ἀξίωσίν τε καὶ τὸν ἀριθμὸν ὄντες, διά τε ἡλικίαν καὶ ἐμπειρίαν ὑπὲρ τὸν Σαλούϊον, καταγινώσκομεν Ἀντωνίου. Ἔστι δ' ἔν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δικαιότερον. Εἰ δὲ καὶ νῦν ἔτι χρήζει τὰς αἰτίας μαθεῖν, λελέξεται διὰ βραχέος, ὡς ἐν ἀναμνήσει, τὰ μέγιστα

tus fuisset Antonius, ni Salvius tribunus plebis rem integram differri jussisset in crastinum. Semper autem in magistratibus potior est vetantis auctoritas.

LI. Id Ciceroniani admodum graviter ferentes, in Salvium etiam conjiciebant convicia; et procurrentes in forum, concitabant contra eum populum, ipsumque Salvium ad causam populo reddendam evocabant. Et prodiisset ille intrepide, ni retentus fuisset a senatu; verito, ne concione sua mutaret animum populi, renovata Antonii memoria. Norant enim, damnare se injudicatum virum perillustrem, cui provincia illa ab ipso populo data fuisset: sed quia timebant percussoribus, infensi erant Antonio, quod post decretam oblivionem primus res eorum novis turbis implicuisset. Ideoque Cæsaris opera contra illum prius uti volebant. Quod quamquam non latebat Cæsarem, tamen et ipse per se sublatum prius Antonium cupiebat. Sic igitur affecto erga Antonium senatu, suffragia tunc quidem ex tribuni plebis voluntate dilata sunt: interim tamen ex senatusconsulto laudatus est Decimus, quod Gallia non decessisset Antonio: additumque decreto, ut cum Hirtio et Pansa consulibus pari imperio Cæsar præesset eis quas tum habebat copiis, et aurata ei poneretur statua: utque sententiam posthac inter consulares Cæsar diceret; et jus petendi consulatus haberet decennio ante ætatem legitimam: denique ut duabus legionibus, quæ ad eum ab Antonio transierant, donativum, quantum ipse Cæsar post victoriam se daturum pollicitus esset, redderetur ex publico. » His factis senatusconsultis, digressus est senatus; sperans, jam reipsa hoste judicato Antonio, in crastinum nil amplius contradicturum tribunum plebis. Sed Antonii mater et uxor, cum filio admodum adolescentulo, aliisque familiaribus ejus et amicis, per totam noctem ad ædes potentum discurrebant supplicantes; et postridie atratæ objiciebant se senatoribus in curiam euntibus ad pedes eorum accidentes cum lamentis ejulatuque, et vociferantes pro curiæ foribus. Jamque ad voces earum et aspectum, tantamque repentinam mutationem, flectebantur haud pauci. Quapropter exitum rei metuens Cicero, in hanc sententiam apud Patres concionatus est:

LII. « Quæ decernenda fuerunt de Antonio, ea heri decrevimus, P. C. Nam hoc ipso, quod inimicos ejus honoravimus, hostis ipse judicatus est. Salvius vero, qui solus intercessit, oportet aut plus cæteris omnibus sapiat, aut propter amicitiam hoc faciat, aut propter præsentis rerum status ignorantiam. Quorum illud quidem turpissimum nobis fuerit, si videbimur universi minus quam unus sapere: hoc vero ipsi Salvio, si privatam amicitiam præfert reipublicæ. Quod si autem statum præsentem non intelligit reipublicæ, debuerat non tam sibi ipse credere, quam consulibus, prætoribus, et tribunis collegis suis, cæterisque senatoribus: qui, quum tot simus numero tantaque dignitate, et cum ætate tum usu rerum superiores Salvio, condemnandum censemus Antonium. Est autem in suffragiis et in judiciis semper major pars justior. Quod si vero nunc etiam cupit causas sibi reddi, earum præcipuas

αὐτῶν. Τὰ χρήματα ἡμῶν, Καίσαρος ἀποθανόντος, ἐσφετερίσατο Ἀντώνιος· Μακεδονίας ἄρχειν παρ' ἡμῶν ἐπιτυχὼν, ἐπὶ τὴν Κελτικὴν ὥρμησε χωρὶς ἡμῶν· τὸν στρατὸν ἐπὶ Θρᾷκας λαβὼν, ἀντὶ Θρᾳκῶν ἐπήγαγεν ἡμῖν ἐς τὴν Ἰταλίαν· ἑκάτερα τούτων αἰτήσας ἡμᾶς ἐπ' ἐνέδρᾳ, καὶ οὐ λαβὼν, ἔπραξε δι' ἑαυτοῦ· σπεῖραν ἐν Βρεντεσίῳ βασιλικὴν συνέταξεν ἀμφ' αὐτὸν εἶναι, καὶ φανερῶς αὐτὸν ἐν τῇ πόλει σιδηροφοροῦντες ἄνδρες ἐδορυφόρουν τε καὶ ἐνυκτοφυλάκουν ὑπὸ συνθήματι· ἦγεν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου καὶ τὸν ἄλλον στρατὸν ἐς τὴν πόλιν ἅπαντα, συντομώτερον ἐφιέμενος ὧν ἐπενόει Καῖσαρ· Καίσαρος δὲ αὐτὸν τοῦ νέου σὺν ἑτέρῳ στρατῷ φθάσαντος, ἔδεισε, καὶ ἐς τὴν Κελτικὴν ἐτράπετο, ὡς εὔκαιρον ἐφ' ἡμῖν ὁρμητήριον, ὅτι καὶ ὁ Καῖσαρ ἐκεῖθεν ὁρμώμενος ἐδυνάστευσεν ἡμῶν.

LIII. Τὴν στρατιὰν ἐπὶ τοῖσδε καταπλησσόμενος, ἵνα πρὸς μηδὲν αὐτῷ παρανομοῦντι κατοκνῇ, διεκλήρωσεν ἐς θάνατον, οὐ στασιάσαντας, ἢ φυλακὴν ἢ τάξιν ἐν πολέμῳ λιπόντας· ἐφ' ὧν μόνων ὁ στρατιωτικὸς νόμος τὴν οὕτως ὠμὴν ὥρισε τιμωρίαν, καὶ ὅμως αὐτῇ καὶ ἐπὶ τοῖσδε ὀλίγοι μόλις ἐν τοῖς πάνυ κινδύνοις ἐχρήσαντο ὑπ' ἀνάγκης· ὁ δὲ φωνῆς ἢ γέλωτος ἦγεν εἰς θάνατον τοὺς πολίτας, καὶ θάνατον οὐ τῶν ἐλεγχθέντων, ἀλλὰ τῶν διαλαχόντων. Τοιγαροῦν οἱ μὲν δυνηθέντες ἀπέστησαν αὐτοῦ, καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς ὡς εὖ πράξασι δωρεὰς χθὲς ἐψηφίσασθε· οἱ δὲ οὐ δυνηθέντες ἀποδράναι, δεδιότες συναδικοῦσι, καὶ χωροῦσιν ἐπὶ χώραν ὑμετέραν πολέμιοι, καὶ πολιορκοῦσι στρατὸν ὑμέτερον καὶ στρατηγὸν ὑμέτερον, ᾧ γράφετε μὲν ὑμεῖς ἐμμένειν τῇ Κελτικῇ, Ἀντώνιος δ' ἐξιέναι κελεύει. Πότερον οὖν ἡμεῖς Ἀντώνιον ψηφιζόμεθα εἶναι πολέμιον, ἢ Ἀντώνιος ἡμᾶς ἤδη πολεμεῖ; καὶ ὁ δήμαρχος ἡμῶν ἔτι ἀγνοεῖ· μέχρι ἄρα Δέκμου πεσόντος ἥ τε χώρα, τοσήδε οὖσα, καὶ ὅμορος ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τῇ χώρᾳ ὁ Δέκμου στρατὸς, ἐς τὰς καθ' ἡμῶν ἐλπίδας Ἀντωνίῳ προσγένηται. Τότε γὰρ αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, ὁ δήμαρχος ψηφιεῖται πολέμιον, ὅταν ἡμῶν γένηται δυνατώτερος. »

LIV. Ταῦτ' ἔτι τοῦ Κικέρωνος λέγοντος, οἱ φίλοι θορυβοῦντες ἀπαύστως οὐδενὶ ἀντειπεῖν ἐπέτρεπον· μέχρι Πείσωνος αὐτοῦ παρελθόντος, ἥ τε ἄλλη βουλὴ κατὰ αἰδῶ τοῦ ἀνδρὸς ἡσύχασε, καὶ οἱ τοῦ Κικέρωνος ἠνέσχοντο, καὶ ἔλεγεν ὁ Πείσων· « Ὁ μὲν νόμος, ὦ βουλὴ, δικαιοῖ τὸν εὐθυνόμενον αὐτὸν ἀκοῦσαί τε τῆς κατηγορίας, καὶ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ αὐτοῦ κρίνεσθαι· καὶ τὸν δεινότατον εἰπεῖν Κικέρωνα ἐς ταῦτα προκαλοῦμαι. Ἐπεὶ δὲ ὀκνεῖ μὲν παρόντος Ἀντωνίου κατηγορεῖν, ἀπόντος δ' ἐγκλήματά τινα εἶπεν, ὡς μέγιστα ἐκ πάντων καὶ ἀναμφίλογα ὄντα· παρῆλθον ἐγὼ, δείξων αὐτὰ ψευδῆ βραχυτάταις ἀποκρίσεσι. Τὰ χρήματά φησιν Ἀντώνιον τὰ κοινὰ μετὰ τὴν Καίσαρος τελευτὴν σφετερίσασθαι· τοῦ μὲν νόμου τὸν κλέπτην οὐ πολέμιον ἀποφαίνοντος, ἀλλὰ ὡρισμένῃ δίκῃ ζημιοῦντος· Βρούτου δὲ, τοῦ Καίσαρα κτείναντος, ἐν τῷ δήμῳ καὶ τότε κατηγορήσαντος, ὅτι ὁ Καῖσαρ τὰ χρήματα διεφόρησε,

paucis commemorabimus. Pecunias nostras post mortem Cæsaris usurpavit sibi Antonius: impetrata a nobis Macedonia provincia, in Galliam absque S. C. invasit: exercitum contra Thracias acceptum omissis Thracibus contra nos adduxit in Italiam: utrumque horum, quum insidiose a nobis petiisset, nec obtinuisset, auctoritate effecit propria: cohortem regiam Brundisii sibi adscivit, et propalam in Urbe stipavit se armato satellitio, quod pro ædibus noctu excubaret accepta tessera. Reliquum quoque exercitum omnem recta ad Urbem duxit, aspirans ad eadem quæ Cæsar destinaverat; sed a juvene Cæsare cum alio exercitu præventus, extimuit; vertîtque se in Galliam, tanquam opportunam sedem belli adversus nos gerendi, quando quidem et Cæsar illinc eruptione facta, nobis oppressis, rerum est potitus.

LIII. « In hos usus sævitia perterrefecit milites, quo magis ad omne facinus impigros redderet; decimavitque, non seditiosos, aut præsidiorum ordinumve desertores, quibus solis lex militaris tam sævam pœnam scripsit; qua tamen pœna et in hos non nisi pauci, ægre, et in periculosissimis rebus, necessitate exigente, usi sunt : iste vero ob unam quampiam voculam aut risum morte mulctavit cives, neque eos judicio convictos, sed sorte deprehensos. Quapropter, qui potuerunt, defecerunt ab eo; quibus vos, ut re bene gesta, decrevistis heri præmia. Qui vero non potuerunt aufugere, metu coacti grassantur cum illo, cujus ductu hostiliter invadunt vestram provinciam, vestrumque exercitum oppugnant, et vestrum prætorem : quem vos per literas hortamini, ut maneat in provincia, Antonius vero jubet decedere. Utrum igitur hostem nos judicabimus Antonium? an in nos ille hostiliter invadit? Et hæc tribunus noster adhuc ignorat; scilicet, donec, sublato D. Bruto, provincia tanta tamquam nobis finitima, et cum ea exercitus Decimi, in spem opprimendi nos accesserit Antonio. Nimirum tum demum tribunus videtur hostem eum judicaturus, ubi nobis ille superior evaserit. »

LIV. Vix ea finierat Cicero, quum tantus ab ejus amicis strepitus excitatus est, ut diu nemini contra dicturo præberetur silentium; donec Piso tandem ipse prodiit in medium, cujus reverentia et alios senatores et Ciceronianos tantisper sedavit, dum verba faceret in hunc modum: « Leges, patres conscripti, postulant ut reus ipse accusationem audiat, et dicta pro se causa exspectet judicum sententiam: quod nec Cicero negabit, accusator vehementissimus. Qui quoniam veritus est contra præsentem Antonium agere, maluitque in absentem nonnulla, veluti præcipua maximeque comperta, crimina congerere; in medium ego prodii, ut paucis, quam ea falsa sint, ostendam. Publicas pecunias, ait, Antonium post Cæsaris mortem sibi usurpasse! Quod ille si fecit, furi pœnam suam leges intentant, non hostem eum judicant. Atqui Brutus, quum interfecisset Cæsarem, jam tum pro concione Cæsarem accusavit, ab illo dilapidatas pecunias publicas, et vacuum relictum esse

καὶ κενὰ καταλέλοιπε τὰ ταμιεῖα· Ἀντωνίου δὲ μετ' οὐ πολὺ ζητεῖν αὐτὰ ψηφισαμένου, καὶ ὑμῶν ἀποδεξαμένων τε τὴν γνώμην καὶ κεκυρωκότων, καὶ γέρας τοῖς μηνύουσι δεκάτην ὑπεσχημένων, ἣν διπλασιάσομεν ἡμεῖς, εἴ τις Ἀντώνιον περὶ αὐτῶν ἔχοι τι διελέγχειν. Καὶ τάδε μὲν περὶ τῶν χρημάτων.

LV. Τὴν δὲ Κελτικὴν ἡγεμονίαν οὐκ ἐψηφισάμεθα μὲν ἡμεῖς Ἀντωνίῳ, ἔδωκε δὲ ὁ δῆμος νόμῳ, παρόντος αὐτοῦ Κικέρωνος, ᾧ τρόπῳ καὶ ἕτερα πολλάκις ἔδωκε, καὶ τήνδε τὴν ἡγεμονίαν αὐτὴν Καίσαρι πάλαι. Μέρος δ' ἐστὶ τοῦ νόμου, τὸν Ἀντώνιον, τὴν δεδομένην οἱ μετιόντα, Δέκμῳ μὴ παραχωροῦντι πολεμεῖν, καὶ τὸν στρατὸν ἀντὶ Θρᾳκῶν οὐδὲν ἔτι κινουμένων ἐς τὴν Κελτικὴν ἐπὶ τὸν ἀντιλέγοντα μετάγειν. Ἀλλὰ Κικέρων Δέκμον μὲν οὐχ ἡγεῖται πολέμιον, ἐναντία τῷ νόμῳ τιθέμενον ὅπλα· Ἀντώνιον δὲ πολέμιον, τῷ νόμῳ συμμαχοῦντα. Εἰ δὲ αὐτὸν αἰτιᾶται τὸν νόμον, τοὺς θεμένους αἰτιᾶται· οὓς ἔδει μεταπείθειν, οὐχὶ συνθέμενον ὑβρίζειν, οὐδὲ τὴν χώραν Δέκμῳ μὲν πιστεύειν, ὃν ὁ δῆμος ἐδίωξεν ἐπὶ τῷ φόνῳ, Ἀντωνίῳ δὲ ἀπιστεῖν ὅ τι ὁ δῆμος ἔδωκεν. Οὐ γὰρ εὖ βουλευομένων ἐστὶ, διαστασιάζεσθαι πρὸς τὸν δῆμον ἐν καιροῖς μάλιστα ἐπικινδύνοις· οὐδὲ ἀμνημονεῖν, ὅτι καὶ τόδε αὐτὸ τοῦ δήμου πρότερον ἦν, τὸ κρίνειν τὰ φίλια καὶ πολέμια. Μόνος γὰρ ἐκ τῶν πάλαι νόμων ὁ δῆμος αὐτοκράτωρ εἰρήνης πέρι καὶ πολέμου σκοπεῖν· ὧν μηδὲν ὁ δῆμος ἐπιστήσειε, μηδὲ ἐπιμηνίσειεν ἡμῖν, προστάτου λαβόμενος.

LVI. Ἀλλ' ἔκτεινέ τινας τῶν στρατιωτῶν ὁ Ἀντώνιος. Αὐτοκράτωρ γε ὤν, καὶ ἐς τοῦτο ὑφ' ὑμῶν κεχειροτονημένος. Καὶ οὐδείς πω τῶνδε λόγον ὑπέσχεν αὐτοκράτωρ. Οὐ γὰρ ἔκριναν οἱ νόμοι λυσιτελήσειν ὑμῖν τὸν ἄρχοντα τοῖς στρατευομένοις ὑπεύθυνον εἶναι· οὐδ' ἔστιν ἀπειθείας τι χεῖρον ἐν στρατοπέδῳ, δι' ἣν καὶ νικῶντές τινες ἀνῃρέθησαν, καὶ οὐδεὶς ηὔθυνε τοὺς ἀνελόντας. Οὐδὲ τῶν νῦν συγγενὴς οὐδεὶς, ἀλλὰ Κικέρων, ἐπιμέμφεται· καὶ φόνου κατηγορῶν, πολέμιον κοινὸν ἀντὶ τῶν ὡρισμένων ἐπιτιμίων τοῖς φονεῦσι τίθεται. Ἀντωνίῳ δὲ τὸ στρατόπεδον ὅπως τε ἄτακτον ἦν, καὶ ὅπως κατεφρόνει, δηλοῖ καὶ τὰ μεταστάντα αὐτοῦ δύο τέλη· ἃ ὑμεῖς μὲν ἐψηφίσασθε Ἀντωνίῳ στρατεύειν, αὐτομολήσαντα δὲ παρὰ τοὺς στρατιωτικοὺς νόμους, οὐ πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἐς Καίσαρα, ὁ Κικέρων ὅμως ἐπῄνεσε, καὶ ἐκ τῶν κοινῶν ἐχθὲς ἐμισθοδότησε· καὶ μή ποτε ὑμᾶς λυπήσειε τὸ παράδειγμα. Κικέρωνα δὲ ἐς ἀνωμαλίαν ἐξέστησεν ἡ ἔχθρα. Κατηγορεῖ γὰρ Ἀντωνίου τυραννίδα, καὶ κόλασιν στρατιωτῶν, ἀεὶ τῶν ἐπιβουλευόντων τὰ στρατεύματα θεραπευόντων, οὐ κολαζόντων. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ὤκνησεν οὐδὲ τὴν ἄλλην Ἀντωνίου μετὰ Καίσαρα ἀρχὴν ὡς τυραννικὴν διαβαλεῖν, φέρε πύθωμαι καθ' ἕκαστον ὧδε.

LVII. Τίνα ἔκτεινεν ὡς τύραννος ἄκριτον, ὁ νῦν κινδυνεύων ἀκρίτως; τίνα δ' ἐξέβαλε τῆς πόλεως; τίνα δὲ ἡμῖν διέβαλεν; ἢ καθ' ἕνα μὲν τοιόσδε ἦν, ἐπεβού-

ærarium. Antonius vero paulo post etiam de inquisitione earum ad vos retulit et vos arripuistis ejus sententiam, eamque confirmastis, et præmium indicibus partem decimam proposuistis : cujus præmii nos duplum repræsentabimus, si potest Antonium quisquam hujus fraudis convincere. Hactenus de peculatu responsum sit.

LV. « Jam Galliam provinciam non nos Antonio decrevimus : plebiscito eam obtinuit, præsente ipso Cicerone ; quemadmodum alii sæpe alias provincias, et hanc ipsam Cæsar antea. Ei plebiscito ascriptum est debere Antonium, ni D. Brutus ei advenienti decedat provincia, bello illum persequi, et, quia Thraces nihil novi moliuntur, exercitum in Galliam contra pertinacem transportare. Sed Cicero Decimum pro hoste non habet, arma ferentem contra legem : Antonium hostem judicat, armis utentem ex legis præscripto. Quod si legem accusat, auctores ejus accusat : quibus eam dissuadere debuerat; non, postquam semel assensit, insultare : et Antonio potius provinciam credere, quam populi beneficio accepit, quam Decimo, quem populus propter homicidium expulit. Nec enim consultum est, dissidere a populo, præsertim periculosis temporibus; aut oblivisci, hoc ipsum judicium olim penes populum fuisse, quinam vel pro amicis, vel pro hostibus reipublicæ essent habendi. Antiquo enim jure solus populus belli pacisque arbiter est : quæ jura, fidei nunc nostræ commissa, videamus, ne populus offensus nobis rursus eripiat, si ducem ad hoc et patronum fuerit nactus.

LVI. « At occidit aliquot milites Antonius! Occidit pro imperio, quod vestris consecutus est suffragiis : nec ullus umquam imperator hujus facti rationem reddidit : nec enim legislatoribus visum est esse e republica, militibus rationem reddi a ducibus : nec est quidquam in exercitu pejus contumacia; ob quam etiam nonnulli, licet victores, occisi sunt ; neque quisquam reos fecit hos, qui eos occiderant. Ne nunc quidem ex cognatis eorum, qui supplicio affecti sunt, conqueritur quisquam ; sed Cicero queritur; et, cui cædis crimen objicit, hunc, non contentus homicidarum pœna legibus definita, facit hostem publicum. Quamvis, quam seditiosus fuerit Antonii exercitus, quam insolens in imperatorem, satis ostendunt duæ illæ desertrices legiones, quæ vestro decreto jussæ militare Antonio, contra disciplinam militarem ab eo transfugerunt, et quidem non ad vos, sed ad Cæsarem : quod tamen eorum factum laudavit Cicero, et præmium eis ex ærario dari heri censuit. Quod exemplum superi faxint, ne quando nobis triste fiat! Cæterum Ciceronem ad miram etiam inconstantiam transversum egit inimicitia : accusat enim Antonii tyrannidem et animadversionem in milites : quum semper consueverint insidiatores reipublicæ obsequiis et indulgentia potius emereri favorem exercituum, quam alienare a se eorum animos per sævitiam. Quoniam autem non piguit Ciceronem, reliquum etiam Antonii post Cæsaris cædem imperium omne, ut tyrannicum, calumniari; age, disquiramus hoc pacto singula!

LVII. « Quemnam igitur indicta causa, ut tyrannus, occidit is cui nunc absenti hoc intentatur periculum? quem ex Urbe expulit? quem umquam apud nos calumniatus est?

λευε δὲ πᾶσιν ὁμοῦ; Πότε, ὦ Κικέρων; ὅτε τὴν ἀμνηστίαν ἐκύρου τῶν γεγονότων; ἢ ὅτε μηδένα διώκεσθαι φόνου; ἢ ὅτε ζήτησιν εἶναι τῶν κοινῶν χρημάτων; ἢ ὅτε Πομπήϊον τὸν Πομπηΐου τοῦ ὑμετέρου κατεκάλει, καὶ τὴν πατρῴαν ἐκ τῶν δημοσίων αὐτῷ διέλυε περιουσίαν; ἢ ὅτε τὸν Ψευδομάριον λαβὼν ἐπιβουλεύοντα ἀπέκτεινε, καὶ ἐπῃνέσατε πάντες; καὶ τοῦτο μόνον δι' ὑμᾶς οὐ διέβαλε Κικέρων; ἢ ὅτε ἐψηφίζετο, μὴ εἰσηγεῖσθαι περὶ δικτάτωρος μηδένα, μήτε ἐπιψηφίζειν, ἢ νηποινεὶ πρὸς τοῦ θέλοντος ἀποθνήσκειν; Ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ ἐπολιτεύσατο ἡμῖν Ἀντώνιος ἐν δύο μησὶν, οἷς μόνοις ἐπέμεινε τῇ πόλει μετὰ Καίσαρα, ἄρτι μὲν τοῦ δήμου τοὺς φονέας διώκοντος, ἄρτι δὲ ὑμῶν δεδιότων ἐπὶ τοῖς ἐσομένοις· οὗ τίνα καιρὸν, εἰ πονηρὸς ἦν, ἀμείνονα εἶχεν; Ἀλλ' ἐς τὰ ἐναντία οὐκ ἦρχε. Πῶς; οὐ μόνος ἦρχεν, ἀποδημήσαντος ἐπὶ Συρίας Δολοβέλλα; οὐ στρατὸν εἶχεν ἕτοιμον ἐν τῇ πόλει, τὸν ὑφ' ἡμῶν αὐτῷ δεδομένον; οὐκ ἐνυκτοφυλάκει τὴν πολιν; οὐκ ἐνυκτοφυλακεῖτο διὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλήν; οὐ πρόφασιν εἶχε τὴν σφαγὴν Καίσαρος, φίλου τέ οἱ καὶ εὐεργέτου ὄντος, καὶ τῷ δήμῳ μάλιστα ὑπεραρέσκοντος; οὐχ ἑτέραν εἶχεν οἰκείαν, ἐπιβεβουλευμένος ἐς τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν; ὧν ἔκτεινε μὲν ἢ ἐφυγάδευσεν οὐδένα, συνέγνω δὲ ὅσον εἶχε μέτρου καλῶς, καὶ διδομένας αὐτοῖς ἡγεμονίας οὐκ ἐφθόνησε δοθῆναι; Τὰ μὲν δὴ μέγιστα, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀναμφίλογα Κικέρωνος ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐγκλήματα ὁρᾶτε.

LVIII. Ἐπεὶ δέ γε ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι καὶ μαντεύματα ἐπάγουσιν, ὡς ὁ Ἀντώνιος ἔμελλε μὲν τὸν στρατὸν ἄξειν ἐπὶ τὴν πολιν, δείσειε δὲ προλαβόντος αὐτὴν ἑτέρῳ στρατῷ Καίσαρος· πῶς οὖν, εἰ τὸ μελλῆσαι μόνον ἐστὶν ἀνδρὸς πολεμίου, τὸν ἐλθόντα καὶ παραστρατοπεδεύσαντα ἡμῖν ἀσήμαντον, οὐχ ἡγεῖται πολέμιον; Πῶς δ', εἴπερ ἦλθεν ὁ Ἀντώνιος, οὐκ ἀφίκετο; ἢ τρισμυρίους ἔχων συντεταγμένους ἔδεισε τρισχιλίους τοὺς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα ὄντας ἀνόπλους, ἀσυντάκτους, ἐς μόνας Καίσαρι διαλλαγὰς συνελθόντας, καὶ εὐθὺς ὡς ἔγνωσαν πολεμεῖν αἱρούμενον καταλιπόντας; Εἰ δὲ μετὰ τρισμυρίων ἐλθεῖν ἔδεισε, πῶς ἦλθε μετὰ μόνων χιλίων; μεθ' ὧν αὐτὸν ἐς τὸ Τίβυρον ἐξιόντα πόσοι προεπέμπομεν, καὶ πόσοι συνώμνυμεν οὐχ ὁρκούμενοι; Πόσους δὲ Κικέρων ἐπαίνους ἐς τὴν πολιτείαν αὐτοῦ καὶ ἀρετὴν ἀνάλισκε; Πῶς δ' αὐτὸς Ἀντώνιος, εἴ τι τοιοῦτον ἐγίγνωσκε, τὰ ἐνέχυρα τὰ νῦν ὄντα πρὸ τοῦ βουλευτηρίου κατέλιπεν ἡμῖν, μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ μειράκιον υἱόν; οἳ κλαίουσι καὶ δεδίασι νῦν, οὐ τὴν Ἀντωνίου πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν δυναστείαν.

LIX. Ταῦτα μὲν δὴ πρὸς ὑμᾶς ἐξενήνοχα, δεῖγμα τῆς Ἀντωνίου τε ἀπολογίας, καὶ Κικέρωνος μεταβολῆς. Παραίνεσιν δ' ἐπιθήσω τοῖς εὖ φρονοῦσι, μήτε ἐς τὸν δῆμον, μήτε ἐς Ἀντώνιον, ἁμαρτάνειν, μηδὲ ἔχθρας καὶ κινδύνους ἐπάγειν τοῖς κοινοῖς, νοσούσης ἔτι τῆς πολιτείας, καὶ ἀπορούσης τῶν ὀξέως ἀμυνούντων· δύ-

an, singulis nihil molestus, universorum insidiatus est libertati? Quando tandem, Cicero? Utrum, quum legem de oblivione anteactorum pertulit? an quum illam de reis non faciendis percussoribus? an quum Sextum, Pompeii vestri filium, revocandum, bonaque paterna ex ærario ei persolvenda, censuit? an quum Pseudo-Marium, turbatorem pacis, comphensum mulctavit capite, cunctis vobis collaudantibus? et hoc calumniari tunc Cicero propter vos solos non est ausus? an quum legem de dictatura in perpetuum ita tollenda tulit, ut impune cuivis liceat occidere eum, qui illam revocare velit? Hæc enim sunt ejus acta publica duorum mensium, quibus solis [*an* solus?] in Urbe mansit post necem Cæsaris: modo interfectores populo persequente, modo vobis de futuro solicitis: quo tempore, si malus civis fuisset Antonius, quod aliud exspectare poterat tempus sibi opportunius? At contra adversarios, ait, nihil egit! Qui, an non solus administravit omnia, profecto in Syriam Dolabella? an non acceptum a vobis præsidium habuit in Urbe paratum? an non nocturnis Urbem munivit custodiis? an excubias circa se disposuit ob aliud, quam ob inimicorum insidias? an non satis ei ad id causæ fuit ipsa cædes Cæsaris, amici sui, optime de ipso meriti, et apud populum gratiosissimi? an non ad illam alia etiam propria accessit causa, cum capitalibus insidiis peteretur ab eisdem percussoribus? quorum neminem tamen vel occidit, vel in exilium egit; quibus etiam quantum tandem licuit, ignovit, nec invidit eis dari provincias. Hæc sunt, ut videtis, Patres conscripti, illa præcipua maximeque manifesta crimina, quæ Antonio objicit Cicero.

LVIII. Sed quoniam quidam, criminatione non contenti, divinationes quoque addunt, venturum fuisse Antonium in Urbem hostiliter cum exercitu, sed id consilium mutasse metu Cæsaris, qui eam præoccupasset: qui sit tandem, ut, quum solum hujusmodi consilium hostile videatur, non pro hoste habeatur is qui et venit, et tantum non obsedit nos, quamquam ne insignia quidem imperii habens? aut quid obstabat, ne veniret Antonius, si destinaverat? nisi forte justum exercitum triginta millium habens, timuit tria millia Cæsarianorum semiermium, nullos ordines servantium, qui in hoc tantum venerant, ut ei conciliarent Cæsarem; quem, ut primum cognoverunt moliri bellum, confestim deseruerunt? Quod si non ausus est venire cum triginta millibus, quo tandem pacto cum mille solis venit? cum quibus ex Urbe petentem Tibur quam frequentes nos deduximus! quam frequentes ultro sacramentum eidem diximus! Quantas vero et Cicero laudes in ejus acta virtutesque congessit! Aut quomodo Antonius ipse, si quid tale cogitabat, hos nobis reliquit obsides, qui nunc versantur ante curiam? matrem, inquam, et uxorem, et filium adolescentulum: qui nunc flent ac timent, non propter acta Antonii, sed propter inimicorum dominationem.

LIX. « Habetis P. C. specimen defensionis Antonii, et Ciceronis inconstantiæ. Superest, ut horter quotquot recte sapiunt, ne vel populum offendant, vel Antonium; neque in civitatem simultates et pericula invehant, ægrotante adhuc republica, et egente maturo auxilio: utque Urbem,

ναμιν δ' ἐν τῇ πόλει συστησαμένους, πρὶν θορυβῆσαί τι τῶν ἔξω, τὴν ἀρκέσουσαν, τότε τοῖς ἑκάστοτε ἐπείγουσιν ἐφεδρεύειν, καὶ κρίνειν οὓς ἂν ἐθέλητε, δυναμένους τὸ κεκριμένον τελεῖν. Πῶς οὖν ἔσται ταῦτα; Ἐὰν Ἀντώνιον μὲν ἐῶμεν ἐς πρόφασιν ἢ χάριν τοῦ δήμου τὴν Κελτικὴν ἔχειν, Δέκμον δὲ μετὰ τριῶν ὧν ἔχει τελῶν ἐνθάδε καλῶμεν, καὶ ἀφικόμενον ἐκπέμπωμεν ἐς Μακεδονίαν, τὰ τέλη κατασχόντες. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἀπ' Ἀντωνίου μεταστάντα δύο πρὸς ἡμᾶς μετέστη, καθάπερ φησὶ Κικέρων, καὶ τάδε καλῶμεν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος εἰς τὴν πόλιν. Οὕτω γὰρ πέντε τελῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων, ψηφιζοίμεθα ἂν ὅ τι δοκιμάζοιμεν ἐγκρατῶς, ἐς οὐδενὸς ἀνδρὸς ἐλπίδας αἰωρούμενοι.

LX. Καὶ τάδε μὲν εἴρηται τοῖς ἄνευ φθόνου καὶ φιλονεικίας ἀκροωμένοις. Τοῖς δὲ ἀπερισκέπτως καὶ ἀπαρασκεύως δι' οἰκείαν ἔχθραν ἢ φιλονεικίαν ἐκθορυβοῦσιν ὑμᾶς, κριτὰς παραινῶ μὴ ταχεῖς εἶναι, μηδὲ προπετεῖς ἐς ἄνδρας μεγίστους τε, καὶ στρατιᾶς ἄρχοντας ἱκανῆς, μηδὲ ἄκοντας ἐκπολεμοῦν· ἀναμιμνησκομένους Μαρκίου τε τοῦ Κοριολάνου, καὶ τὰ ἔναγχος δὴ ταῦτα Καίσαρος· ὃν στρατιᾶς ὁμοίως ἡγούμενον, καὶ σπονδὰς ἀρίστας ἂν ἡμῖν γενομένας προτείνοντα, προπετῶς πολέμιον ψηφισάμενοι, τῷ ὄντι πολέμιον ἠνάγκασαν γενέσθαι· φείδεσθαι δὲ καὶ τοῦ δήμου, πρὸ βραχέος τοῖς φονεῦσι τοῖς Καίσαρος ἐπιδραμόντος, μὴ ἐς ὕβριν αὐτοῦ δοκῶμεν τοῖς μὲν ἡγεμονίας ἐθνῶν διδόναι, Δέκμον δὲ ἐπαινεῖν, ὅτι τοῦ δήμου νόμον ἀκυροῖ, καὶ Ἀντώνιον πολέμιον κρίνειν, ὅτι τὴν Κελτικὴν ἔλαβε παρὰ τοῦ δήμου. Ὧν τοὺς μὲν εὖ βουλευομένους ἐνθυμεῖσθαι χρὴ ὑπὲρ τῶν ἔτι πλανωμένων, τοὺς δ' ὑπάτους καὶ δημάρχους πλείονας κινδυνεύουσι τοῖς κοινοῖς γενέσθαι. »

LXI. Ὧδε μὲν ὁ Πείσων ἀπελογεῖτο, καὶ ὠνείδιζεν ὁμοῦ καὶ ἐφόβει· καὶ σαφῶς αἴτιος ἐγένετο μὴ ψηφισθῆναι πολέμιον Ἀντώνιον. Οὐ μὴν ἐκράτησε, τῆς Κελτικῆς αὐτὸν ἄρχειν. Οἱ γὰρ τῶν σφαγέων φίλοι τε καὶ συγγενεῖς ὑπὸ δέους ἐκώλυσαν, μὴ τοῦ πολέμου λυθέντος ἐπεξέλθοι τὸν φόνον, Καίσαρι συναλλαγείς· διὸ καὶ στασιάζειν ἀεὶ παρεσκεύαζον Καίσαρά τε καὶ Ἀντώνιον. Ἐψηφίσαντο δ', Ἀντωνίῳ προαγορεῦσαι, Μακεδονίαν ἀντὶ τῆς Κελτικῆς ἔχειν· τὰς δὲ ἄλλας ἐντολάς, εἴτε λαθόντες, εἴτ' ἐξεπίτηδες, Κικέρωνα συγγράψαι τε καὶ δοῦναι τοῖς πρεσβεύουσι προσέταξαν. Ὁ δὲ, τὴν γνώμην παραφέρων, συνέγραψεν ὧδε· Μουτίνης Ἀντώνιον εὐθὺς ἀπανίστασθαι, καὶ Δέκμῳ τὴν Κελτικὴν μεθιέναι· ἐντὸς δὲ Ῥουβίκωνος ποταμοῦ, τοῦ τὴν Ἰταλίαν ὁρίζοντος ἀπὸ τῆς Κελτικῆς, ἡμέρα δητῇ γενόμενον, ἐπιτρέψαι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα τῇ βουλῇ. Οὕτω μὲν φιλονείκως τε καὶ ψευδῶς ἐντολὰς ὁ Κικέρων συνέγραφεν· οὐδεμιᾶς ἔχθρας τοσῆσδε ὑπούσης, ἀλλ', ὡς ἔοικε, τοῦ δαιμονίου τὰ κοινὰ ἐς μεταβολὴν ἐνοχλοῦντος, καὶ αὐτῷ Κικέρωνι κακῶς ἐπινοοῦντος. Ἄρτι δὲ καὶ τῶν Τρεβωνίου λειψάνων κομισθέντων, καὶ τῆς ἐς αὐτὸν ὕβρεως γνωσθείσης

priusquam externus aliquis tumultus ingruat, ante omnia idoneo firmetis præsidio, ac tunc demum reliquis rebus, prout quæque præsentissimum remedium postulat, prospiciatis; et tum demum in judicium vocetis condemnetisve quos volueritis, quum decreta vestra exsequendi facultas adfuerit. Quomodo igitur fient hæc? Si Antonio Galliam, populi causa, a quo eam accepit, relinquamus : D. Brutum vero, cum tribus quas habet legionibus, huc evocatum, mittamus in Macedoniam, retento hic ejus exercitu. Præterea quod si duæ illæ legiones, quæ Antonium deseruerunt, ad nos transierunt, ut ait Cicero, has quoque a Cæsare in Urbem revocemus. Sic enim freti quinque legionibus, senatusconsulta constanter valideque faciemus quæcunque placuerint, a nullius mortalis gratia pendentes.

LX. « Et hæc quidem dicta sint his, qui me audiunt absque invidiæ contentionisque affectibus. Cæterum hos qui inconsiderate incogitanterque propter proprias simultates ac contentiones vos conturbant, hortor, ne præcipitent judicium contra viros egregios, et magnis præfectos exercitibus, neve invitos ad bellum cogant : meminerintque et Marcii Coriolani, et horum quæ ab ipso Cæsare nuper gesta sunt; quem quia pariter imperantem exercitui, et nobis optimas conditiones pacis offerentem, temere hostem judicavimus, ut revera hostis fieret, perpulimus : denique rationem habeant populi, qui paulo ante impetum fecit in percussores Cæsaris; ne videamur in ipsius populi contumeliam eis dare provincias, et D. Brutum laudare quod plebiscitum irritum faciat, Antonium autem hostem judicare, quod Galliam a populo acceperit. Quapropter debent qui recte sentiunt, errantes in viam reducere : consules vero et tribuni plebis majorem curam impendere debebunt periclitanti reipublicæ. »

LXI. Hæc Piso verba fecit pro Antonio, exprobrans simul et terrens : effecitque procul dubio, ne hostis Antonius judicaretur. Nec tamen pervicit, ut ei Gallia decerneretur provincia : nam percussorum cognati et amici obstiterunt, metuentes, ne, redeunte pacem necem Cæsaris vindicaret, cum juvene Cæsare in gratiam reversus : quapropter semper quoque alebant eorum dissidium. Decretumque est, ut offerretur Antonio Macedonia pro Gallia : cætera mandata, vel imprudentes, vel consulto, commiserunt Ciceroni perscribenda, et per legatos ad Antonium mittenda. Quæ Cicero, mutata paulisper senatus sententia, conscripsit in hunc modum : Antonius a Mutina confestim abscedito; D. Bruto Galliam relinquito; intra Rubiconem, Italiæ Galliæque terminum, ante præstitutum diem se recipito, resque suas cunctas arbitrio senatus permittito. Ita et contentiose et contra senatus sententiam Cicero mandata conscripsit; non tam propter simultatem, ut videtur, quæ quidem magna erat, quam sic volente fortuna, gravem reipublicæ mutationem allatura, ipsique Ciceroni meditante perniciem. Eodem autem tempore, allatis Trebonii reliquiis, cogni-

ἀκριβέστερον, οὐ δυσχερῶς ἡ βουλὴ τὸν Δολοβέλλαν ἔκρινεν εἶναι πολέμιον.

LXXXII. Quo cognito, Pompeiani, mirum quantum elati, exclamabant, nunc demum se pristinam libertatem recepisse; et sacris operabantur singuli. Jamque creabantur decemviri, qui rationem magistratus reposcerent ab Antonio : qui gradus erat ad antiquanda acta Cæsaris. Nam nihil aut parum Antonius suo arbitratu, sed omnia ex Cæsaris commentariis, administraverat : quod compertum habens senatus, quædam ex eis per occasionem fecerat irrita; tunc vero sperabat fore, ut universa hoc modo abolerentur. Statimque a decemviris edictum est propositum, ut quisquis aliquid accepisset ab Antonio consule, confestim scripto id profiteretur; additis gravibus minis, si quis contra fecisset. In reliquum vero ejus anni tempus, in locum Hirtii Pansæque, consulatum Pompeiani petierunt. Sed eumdem Cæsar quoque petebat, non jam senatum solicitans, sed privatim Ciceronem; quem simul hortatus est, curaret ut ipse collega sibi daretur : « penes illum enim fore administrationem, ut ætate et usu rerum longe se superiorem; sibi sufficere, si fruatur solo honoris nomine, quo possit honestius arma deponere; cujus rei causa etiam antea triumphum se petiisse. » Hac spe elatus Cicero potestatis cupidus, ait, se intelligere inter provinciarum præsides agi de ineundo fœdere; suasitque senatui, ut hominem a se offensum, magnisque etiamnum copiis præfectum, placaret officiis; pateretur que potius, ut ante legitimam ætatem in Urbe magistratum Cæsar gerat, quam ut armatus inimicitias exerceat : sed, ne quid forte ille præter utilitatem senatus faceret, hortatus est, ut e senioribus prudentem aliquem virum collegam ei darent, tanquam firmum ætatis immaturæ pædagogum. Tam vero Ciceronis ambitionem risit senatus; et resistebant ei maxime cognati percussorum, timentes, ne Cæsar, consulatum adeptus, pœnas de illis sumeret.

LXXXIII. Quumque ob varias causas, legibus definitas, differentur comitia, interim Alpes superavit Antonius, transitum concedente Culleone, qui a Lepido custodiæ

τὸν ἐκ Λεπίδου φύλακα αὐτῶν· ἐπί τε ποταμὸν ἦλθεν, ἔνθα ἐστρατοπεδευμένος ἦν ὁ Λέπιδος, καὶ οὔτε χάρακα περιεβάλετο, οὔτε τάφρον, ὡς δὴ φίλῳ παραστρατοπεδεύων. Διαπομπαὶ δὲ ἦσαν ἐς ἀλλήλους πυκναὶ, Ἀντωνίου μὲν ὑπομιμνήσκοντος φιλίας τε καὶ χαρίτων ποικίλων, καὶ διδάσκοντος ὅτι μετ' αὐτὸν ὅμοια πείσονται καθ' ἕνα πάντες, οἳ τῆς Καίσαρος ἐγένοντο φιλίας· Λεπίδου δὲ τὴν μὲν βουλὴν δεδιότος, πολεμεῖν αὐτῷ κελεύουσαν, ὑπισχνουμένου δ' ὅμως οὐ πολεμήσειν ἑκόντος. Ὁ δὲ στρατὸς ὁ τοῦ Λεπίδου, τό τε ἀξίωμα αἰδούμενοι τὸ Ἀντωνίου, καὶ τῶν διαπομπῶν αἰσθανόμενοι, καὶ τὴν ἀφέλειαν αὐτοῦ τῆς στρατοπεδείας ἀγάμενοι, ἐπεμίγνυντο τοῖς Ἀντωνίου λανθάνοντες, εἶτά φανερῶς, οἷα πολίταις τε καὶ συστρατιώταις γενομένοις· τῶν τε χιλιάρχων κωλυόντων ὑπερεώρων, καὶ τὸν ποταμὸν ἐς εὐμάρειαν τῆς ἐπιμιξίας ναυσὶν ἐγεφύρουν· τό τε καλούμενον δέκατον τέλος, ἐξεναγημένον ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου πάλαι, τὰ ἔνδον αὐτῷ παρεσκεύαζεν.

LXXXIV. Ὧν αἰσθανόμενος Λατερήσιος, τῶν τις ἐκ τῆς βουλῆς ἐπιφανῶν, προηγόρευε τῷ Λεπίδῳ· καὶ ἀπιστοῦντα ἐκέλευε, τὴν στρατιὰν ἐς πολλὰ διελόντα ἐκπέμψαι, κατὰ δή τινας χρείας, ἐς ἐπίδειξιν ἢ τῆς προδοσίας ἢ τῆς πίστεως. Καὶ ὁ Λέπιδος ἐς τρία διελὼν, ἐκέλευε νυκτὸς ἐξορμᾷν ἐς φρουρὰν ταμιείων πλησιαζόντων. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὴν ἐσχάτην φυλακὴν, ὡς ἐς τὴν ἔξοδον ὁπλισάμενοι, τὰ ἐρυμνὰ τοῦ στρατοπέδου κατέλαβον, καὶ τὰς πύλας ἀνεῴγνυον Ἀντωνίῳ. Ὁ δ' ἐπὶ τὴν Λεπίδου σκηνὴν ἵετο δρόμῳ, τοῦ στρατοῦ παντὸς ἤδη τοῦ Λεπίδου παραπέμποντος αὐτὸν, καὶ τὸν Λέπιδον αἰτοῦντος εἰρήνην τε καὶ ἔλεον ἐς ἀτυχοῦντας πολίτας. Ὁ μὲν δὴ Λέπιδος, ὡς εἶχεν, ἐκ τῆς εὐνῆς ἄζωστος ἐς αὐτοὺς ἐξέθορε, καὶ ὑπισχνεῖτο ποιήσειν, καὶ τὸν Ἀντώνιον ἠσπάζετο, καὶ ἐξελογεῖτο τῆς ἀνάγκης. Οἱ δὲ αὐτὸν καὶ προσπεσεῖν Ἀντωνίῳ νομίζουσιν, ἄπρακτον μὲν ὄντα καὶ ἄτολμον· οὐ μὴν ἅπασι τοῖς συγγραφεῦσι πιστὸν, οὐδ' ἐμοὶ πιθανόν. Οὐ γάρ πω τι αὐτῷ πολέμιον ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐπέπρακτο, δέους ἄξιον. Οὕτω μὲν ὁ Ἀντώνιος ἐς μέγα δυνάμεως αὖθις ἐπῆρτο, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἦν ἐπιφοβώτατος. Στρατὸν γὰρ εἶχεν, ὅν τ' ἐξανέστησε Μουτίνης, καὶ σὺν αὐτῷ λαμπρότατον ἱππικὸν, τρία τε αὐτῷ τέλη κατὰ τὴν ὁδὸν προσγεγένητο τὰ Οὐεντιδίου, καὶ Λέπιδος αὐτῷ σύμμαχος ἐγίγνετο ἑπτὰ ἔχων ὁπλιτικὰ τέλη, καὶ πολὺν ὅμιλον ἄλλον, καὶ παρασκευὴν ἀξιόλογον· καὶ τοῖσδε ὁ μὲν Λέπιδος ἐπωνομάζετο ἔτι, ὁ δὲ Ἀντώνιος ἅπαντα διῴκει.

LXXXV. Ἐξαγγελθέντων δὲ τῶνδε ἐς Ῥώμην, θαυμαστὴ καὶ αἰφνίδιος ἦν αὖθις μεταβολὴ, τῶν μὲν ἐκ τῆς οὐ πρὸ πολλοῦ καταφρονήσεως ἐς δέος, τῶν δὲ ἐς θάρσος ἀπὸ τοῦ δέους μεθισταμένων. Αἵ τε προγραφαὶ τῶν δέκα ἀνδρῶν κατεσπῶντο σὺν ὕβρει, καὶ αἱ χειροτονίαι τῶν ὑπάτων ἐπείχοντο ἔτι μᾶλλον· ἥ τε βουλὴ πάμπαν ἀποροῦσα, καὶ δεδιυῖα μὴ συνθοῖντο ἀλλήλοις ὅ τε Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος, ἔπεμπε μὲν ἐς Βροῦτόν τε καὶ Κάσσιον κρύφα ἀπὸ σφῶν Λεύκιον καὶ

earum fuerat præpositus : pervenitque ad fluvium ubi castra Lepidus habebat; nec ullo vallo aut fossa se muniit, ut qui ad amicum castra admovisset. Tum crebri ultro citroque commeabant internuncii : Antonio memorante amicitiam suam variaque beneficia, et monente, cavendum, ne post ipsum similiter affligantur singuli Cæsarianarum partium : Lepido vero timente senatum, qui eum arma ferre contra Antonium jusserat, at promittente tamen, se non ultro eum aggressurum. Sed milites Lepidi, vel quod revererentur dignitatem Antonii, vel quod sensissent internuncios, vel quod placeret castrorum ejus simplicitas, miscebant se Antonianis, clam primo, deinde aperte, ut popularibus et quondam suis commilitonibus; contemtis etiam tribunorum imperiis, congressus illos vetantium. Et quo facilius conversari possent, jungebant ripas fluminis ponte navibus imposito : et decimæ legionis milites, quos Antonius quondam, delectu habito, conscripserat, in castris Lepidi præparabant ei omnia.

LXXXIV. Quod ubi sensit Laterensis, unus ex illustribus senatoribus, præmonuit Lepidum : quumque ille non crederet, jussit, ut, diviso in partes exercitu, alios alio, velut ad mandata quædam exsequenda, mitteret, ut appareret vel fides eorum vel proditio. Lepidus, trifariam divisis copiis, jussit eos noctu exire præsidio quæstoribus, advenientibus cum pecunia. Tum milites, quarta vigilia sumtis armis quasi ad iter, munitiora castrorum loca occupant, et portas aperiunt Antonio. Qui recta contendit ad prætorium, militibus Lepidi eum confertim jam deducentibus, et ab ipso Lepido petentibus, daret pacem ac veniam miseris civibus. Lepidus, sic ut erat, discinctus e cubili ad eos prosiliit; pollicitusque se id facturum, complexus est Antonium, et necessitatem excusavit. Nec desunt, qui tradant, eum supplicem etiam accidisse genibus Antonii, segnem quippe hominem minimeque fortem. Sed id quidem nec omnes scriptores probant, nec mihi fit verisimile : nondum enim quidquam hostile contra Antonium fecerat Lepidus, cur timere deberet. Sic igitur Antonius rursum ad magnam pervenit potentiam, et denuo maxime formidabilis evasit inimicis. Nam præter eas copias quas a Mutina abduxerat, et cum his equitatum egregium, in itinere tres legiones Ventidii se ei adjunxerant; jamque socius Lepidus accessit, cum septem legionibus, cæterisque auxiliis et apparatu non contemnendo : quæ legiones nomine quidem etiam posthac Lepidi adhuc erant, re autem vera ab Antonio regebantur.

LXXXV. His in Urbem nunciatis, rursus mira secuta est repente mutatio : his, qui modo contemtores erant, metuentibus, aliis pro metu audaciam resumentibus. Decemvirorum quoque edicta refigebantur contumeliose; et comitia consularia magis adhuc differebantur. Senatus etiam omnino inops consilii, timensque, ne Cæsar cum Antonio fœdus faceret, clam ad Brutum ac Cassium misit ex ordine suo Lucium et Pansam; qui, velut ad visenda spectacula

Πάνσαν, ὡς ἐπὶ θέας εἰς Ἑλλάδα ἐξιόντας, ἀμύνειν αὐτοῖς ἐς ὃ δύναιντο. Μετεκάλει δὲ ἐκ Λιβύης, ἀπὸ τριῶν τῶν ὑπὸ Σέξστιον, δύο τέλη· καὶ τὸ τρίτον ἐκέλευε Κορνιφικίῳ παραδοθῆναι, τῆς ἑτέρας ἄρχοντι Λιβύης, καὶ τὰ τῆς βουλῆς φρονοῦντι· εἰδότες μὲν καὶ τούσδε Γαΐῳ Καίσαρι ἐστρατευμένους, καὶ τὰ ἐκείνου πάντα ὑπονοοῦντες· ἡ δὲ ἀπορία σφᾶς ὧδε ἤπειγεν· ἐπεὶ καὶ τὸν νέον Καίσαρα, δεδιότες μὴ συνθοῖτο Ἀντωνίῳ, στρατηγὸν αὖθις ἐπὶ Ἀντωνίῳ μάλα ἀπρεπῶς ἐχειροτόνουν ἅμα Δέκμῳ.

LXXXVI. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἤδη τὸν στρατὸν ἐς ὀργὴν, ὑπέρ τε αὑτοῦ, ὡς συνεχῶς ὑβριζόμενος, ἀνεκίνει, καὶ ὑπὲρ σφῶν ἐκείνων, ἐπὶ δευτέραν στρατείαν πεμπομένων, πρὶν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ λαβεῖν τὰς πεντακισχιλίας δραχμὰς, ὅσας αὐτοῖς ὑπέσχοντο δώσειν· ἐδίδασκέ τε, πέμποντας αἰτεῖν. Οἱ δ' ἔπεμπον τοὺς λοχαγούς. Καὶ ἡ βουλὴ συνίει μὲν, αὐτοὺς ἐς ταῦτα διδασκομένους· ἀποκρινεῖσθαι δὲ αὐτοῖς ἔφη δι' ἑτέρων πρέσβεων. Καὶ ἔπεμπον οὓς ἐδίδαξαν, τοῖς δύο τέλεσι τοῖς ἀπ' Ἀντωνίου μεθεστηκόσιν ἐντυχεῖν ἄνευ τοῦ Καίσαρος· καὶ διδάσκειν, μὴ ἐφ' ἑνὶ ποιεῖσθαι τὰς ἐλπίδας, ἀλλ' ἐπὶ τῇ βουλῇ, τὸ κράτος ἀθάνατον ἐχούσῃ μόνῃ, χωρεῖν δὲ πρὸς Δέκμον, ἔνθα σφίσι τὰ χρήματα ἀπαντήσειν. Ταῦτ' ἐπισκήψαντες λέγειν, ἐσέφερον ἤδη τὸ ἥμισυ τῆς δωρεᾶς, καὶ δέκα ἄνδρας ἐς τὴν διανέμησιν ἐχειροτόνουν, οἷς οὐδὲ ἑνδέκατον προσετίθεσαν εἶναι τὸν Καίσαρα. Οἱ μὲν δὴ πρέσβεις, οὐκ ἀνασχομένων τῶν δύο τελῶν ἐντυχεῖν σφίσιν ἄνευ τοῦ Καίσαρος, ὑπέστρεφον ἄπρακτοι. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐκέτι τοὺς λόγους καθίει δι' ἑτέρων, οὐδὲ μέλλειν ἠξίου· ἀλλ' αὐτὸς ἐς τὸν στρατὸν συνειλεγμένον ἐπελθὼν, τά τε ὑβρίσματα ὅσα ἐς αὐτὸν ἐκ τῆς βουλῆς γεγένητο κατέλεξε, καὶ τὴν ἐς πάντας τοὺς Γαΐου Καίσαρος ἐπιβουλὴν καθ' ἕνα καθαιρουμένους· δεδιέναι τε αὐτοῖς περὶ σφῶν διεκελεύσατο, μεταφερομένοις ἔς τε πολέμιον τῆς μοίρας στρατηγὸν, καὶ πολέμους ἑτέρους ἀφ' ἑτέρων, ἵν' ἢ ἐκφθαρεῖεν, ἢ καὶ πρὸς ἀλλήλους στασιάσειαν. Ἐπὶ γὰρ τῷδε καὶ τοῦ περὶ Μουτίνην ἔργου, κοινοῦ γεγονότος, τὰ γέρα τοῖς δύο τέλεσι μόνοις δίδοσθαι, ἵν' αὐτοὺς ἐς ἔριν καὶ στάσιν ἐμβάλοιεν.

LXXXVII. « Ἴστε δὲ, ἔφη, καὶ ἐφ' οἷς ὁ Ἀντώνιος ἔναγχος ἡττήθη, οἷά τε τοὺς Πομπηϊανοὺς ἐπύθεσθε ἐν ἄστει πεποιηκέναι κατὰ τῶν τινας δωρεὰς παρὰ Καίσαρος εἰληφότων. Τί δὴ πιστὸν, ἢ ὑμῖν, ὧν ἐλάβετε παρ' ἐκείνου χωρίων τε καὶ χρημάτων, ἢ ἐμοὶ τῆς σωτηρίας, ὧδε ἐν τῇ βουλῇ δυναστευόντων τῶν οἰκείων τοῖς σφαγεῦσι; κἀγὼ μὲν ἐκδέξομαι τὸ τέλος, ὅ τι ἂν ἐπιγίγνηταί μοι· καλὸν γάρ τι καὶ παθεῖν πατρὶ ἐπικουροῦντα. Ὑπὲρ δὲ ὑμῶν δέδια, τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε, κινδυνευόντων ἐς ἐμὴν καὶ τοῦ πατρὸς χάριν. Ἴστε μὲν δή με καθαρεύοντα φιλοτιμίας, ἐξ οὗ στρατηγεῖν μοι διδόντων ὑμῶν ὑπὸ σημείοις οὐκ ἐδεχόμην· ἓν δὲ μόνον ὁρῶ νῦν ἀμφοτέροις σωτήριον, εἰ δι' ὑμῶν ὕπατος ἀποδειχθείην. Τά τε γὰρ παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῖν δο-

in Græciam proficiscentes, hortarentur illos, ut senatui opem ferrent pro viribus. Ex Africa quoque e tribus legionibus, quibus Sextius præerat, duas accivit senatus; tertiam tradi jussit Cornificio, alterius Africæ præsidi, foventi partes senatus. Quamvis enim scirent, has quoque legiones militasse sub Cæsare, et omnia ejus suspecta haberent, tamen eo cogebat inopia. Nam et juvenem Cæsarem rursus, ne se cum Antonio conjungeret, pudenda inconstantia jusserunt bello contra Antonium gerendo una cum Bruto præesse.

LXXXVI. At Cæsar jam milites suos ad iram concitabat adversus senatum, quod, non contentus ipsum continuis vexasse injuriis, etiam illos ad novam expeditionem vellet mittere, nondum persolutis prioris nomine illis viginti millibus HS. quæ ipsis fuissent a senatu promissa : monebatque, ut eam pecuniam per legatos peterent. Et illi miserunt centuriones. Senatus autem, præclare intelligens, ex Cæsaris monitu id esse factum, responsurum se militibus, ait, per alios legatos. Et misit, quos præmonuit, ut duas illas legiones, quæ ab Antonio transierant, adirent sine Cæsare; hortarenturque, ne spes suas collocent in uno homine, sed malint adhærere senatui, penes quem solum immortalis sit potentia, et conferre se ad D. Brutum, apud quem inventuri essent promissam pecuniam. Legatis cum talibus mandatis dimissis, senatus contulit statim donativi illius dimidium, et decemviros creavit pecuniæ illi distribuendæ; quibus decemviris ne undecimum quidem adjecerunt Cæsarem. Legati vero, quum duæ illæ legiones mandata eorum audire sine imperatore suo non sustinuissent, reversi sunt infecto negotio. Tum Cæsar, non amplius cunctandum ratus, nec per sequestros appellandum militem, ipse, advocata concione, injurias omnes enumeravit a senatu sibi illatas; docuitque, id agi, ut omnes Cæsaris amici sigillatim opprimantur : denique admonuit, caveant ipsi sibi, si sub auspicia imperatoris partibus Cæsarianis inimici transferantur, et ad alia bella post alia mittantur : id enim non alio consilio fieri, nisi ut aut delerentur, aut mutuis conflictarentur seditionibus : hoc etenim esse, cur, post navatam Mutinensi bello communem operam, duabus tantum legionibus offerantur præmia, ut inter ipsos ex æmulatione oriatur seditio.

LXXXVII. « Scitis vero, inquit, qua de causa nuper Antonius victus sit; et quæ ex Urbe vobis renunciata sunt, quo pacto Pompeiani tractarint nonnullos propter accepta a Cæsare beneficia. Ecquonam igitur modo vel vobis agrorum possessio pecuniarumve ab illo acceptarum, vel mihi salus ipsa, in tuto est, dum ita in senatu familiares parricidarum dominantur? Sed ego quidem extrema quæque, quæ me manent, lubens perferam : pulchrum enim est aliquid etiam pati, dum patrem vindico. De vobis, tot talibusque viris, magis sum sollicitus, qui, mea patrisque causa hæc subitis pericula. Me certe ambitione carere comperistis, quando a vobis oblatam præturam cum insignibus recusavi. Nunc vero unicam, tam vobis, quam mihi, salutis viam video reliquam, si vestro favore consulatum consequar. Tunc enim et confirmabuntur quæ a

θέντα πάντα βέβαια ἔσται· ἀποικίαι τε προσέσονται αἱ ἔτι ὀφειλόμεναι, καὶ γέρα πάντα ἐντελῆ· ἐγώ τε τοὺς φονέας ὑπὸ δίκην ἀγαγὼν, τοὺς ἄλλους ἂν ὑμῖν καταλύσαιμι πολέμους.

LXXXVIII. Ὧν λεγομένων, ἥ τε στρατιὰ προθύμως ἐπεβόησε, καὶ τοὺς λοχαγοὺς αὐτίκα ἔπεμπον αἰτήσοντας τὴν ἀρχὴν τῷ Καίσαρι. Ὑποκριναμένης δὲ τῆς βουλῆς τὴν ἡλικίαν, ἔλεγον οἱ λοχαγοὶ ἃ ἐδιδάχθησαν, ὅτι καὶ πάλαι Κορουῖνός τε ἄρξειε, νεώτερος ὢν ἔτι, καὶ Σκιπίων ὕστερον, ὅ τε πρότερος, καὶ ὁ δεύτερος· καὶ ἐκ τῆς νεότητος ἑκάστου πολλὰ ὄναιτο ἡ πατρίς· τά τε ἔναγχος ταῦτα, καὶ Πομπήϊον Μάγνον αὐτοῖς καὶ Δολοβέλλαν προὔφερον, αὐτῷ τε Καίσαρι ἤδη δεδόσθαι τὴν ἀρχὴν μετιέναι θᾶσσον ἐτῶν δέκα. Ταῦτα τῶν λοχαγῶν σὺν πλέονι παῤῥησίᾳ λεγόντων, οὐκ ἀνασχόμενοί τινες τῶν βουλευτῶν λοχαγοὺς ὄντας ὧδε παῤῥησιάζεσθαι, ἐπέπλησσον, ὡς θρασυνομένοις ὑπὲρ τὸ στρατιώταις πρέπον. Καὶ ὁ στρατὸς πυθόμενος, ἔτι μᾶλλον ὠργίζοντο, καὶ ἄγειν σφᾶς εὐθὺς ἐκέλευον ἐς τὴν πόλιν, ὡς αὐτοὶ χειροτονήσοντες αὐτὸν ἐξαιρέτῳ χειροτονίᾳ, Καίσαρος υἱὸν ὄντα· πολλά τε τὸν πρότερον Καίσαρα ἀπαύστως εὐφήμουν. Ὧδε δὲ αὐτοὺς ὁρμῆς ἔχοντας ὁ Καῖσαρ ἰδὼν, ἦγεν εὐθὺς ἀπὸ τῆς συνόδου, ὀκτὼ τέλη πεζῶν, καὶ ἵππον ἱκανὴν, καὶ ὅσα ἄλλα τοῖς τέλεσι συνετάσσετο. Περάσας δὲ τὸν Ῥουβίκωνα ποταμὸν ἐκ τῆς Κελτικῆς ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὅντινα αὐτοῦ καὶ ὁ πατὴρ ὁμοίως ἐπὶ τῷ πολιτικῷ πολέμῳ πρῶτον ἐπέρασεν, ἐς δύο πάντας διῄρει· καὶ τὸ μὲν ἕπεσθαι κατὰ σχολὴν ἐκέλευσε, τὸ δὲ ἄμεινον ἐπιλεξάμενος ἐτρόχαζεν, ἐπειγόμενος ἔτι ἀπαρασκεύους καταλαβεῖν. Μέρους τε τῶν χρημάτων ὑπαντῶντος, ἃ ἐς τὰ γέρα τοῖς στρατιώταις ἡ βουλὴ ἐπεπόμφει, δείσας ἐπὶ τοῖς μισθοφόροις ὁ Καῖσαρ, προὔπεμπε κρύφα τοὺς ἐκφοβήσοντας· καὶ οἱ μὲν ἔφευγον μετὰ τῶν χρημάτων.

LXXXIX. Ἐς δὲ τὸ ἄστυ τῆς ἀγγελίας ἀφικομένης, θόρυβος ἦν καὶ φόβος ἄπλετος, διαθεόντων τε ἀκόσμως, καὶ γύναιά τινων ἢ παῖδας, ἢ ὅσα τιμιώτατα ἄλλα, ἐς ἀγροὺς ἢ τὰ ἐρυμνὰ τῆς πόλεως μεταφερόντων. Οὐ γάρ πω σαφοῦς ὄντος, ὅτι μόνης ὀρέγοιτο ὑπατείας, πολέμιον στρατὸν ἐπιέναι σὺν ὀργῇ πυνθανόμενοι, ἐς πάντα ἐδεδοίκεσαν. Ἡ βουλὴ δ' ἐξεπέπληκτο ἀμέτρως, οὐδεμιᾶς αὐτοῖς οὔσης ἑτοίμου δυνάμεως. Ἀλλήλους τε, οἷον ἐν τοῖς φόβοις γίγνεται, κατεμέμφοντο· οἱ μὲν, ὅτι τὴν στρατιὰν αὐτὸν ἀφέλοιντο τὴν ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ὑβριστικῶς· οἱ δὲ, τῆς ἐς τὸν θρίαμβον ὑπεροψίας, οὐκ ἄδικον ὄντα· οἱ δὲ, τοῦ φθόνου τῆς διανεμήσεως τῶν χρημάτων· οἱ δὲ, οὐδὲ ἐνδέκατον ἐπιγράψαντες· οἱ δὲ, αὐτὰ τὰ ἆθλα οὔτε ὀξέως οὔτε ἐντελῆ διδόμενα, τὴν στρατιὰν σφίσιν ἔλεγον ἐκπολεμῶσαι. Τῆς τε φιλονεικίας τὸ ἄκαιρον μάλιστα ἐμέμφοντο, Βρούτου μὲν καὶ Κασσίου ποῤῥωτέρω τε ὄντων, καὶ συνισταμένων ἔτι· ἐν δὲ πλευραῖς, Ἀντωνίου καὶ Λεπίδου πολεμίων· οὓς ὅτε ἐνθυμηθεῖεν Καίσαρι συναλ-

patre meo accepistis beneficia cuncta; et colonias porro accipietis quæ vobis debentur adhuc, et præmia omnia integra: et ego, postquam de parricidis meritas pœnas repetiero reliquorum bellorum omnium vacationem vobis dabo. »

LXXXVIII. Hæc dicenti Cæsari acclamatum est a militibus alacriter: moxque centuriones missi, qui consulatum ei peterent. Cæterum senatu ætatem juvenis causante, responderunt centuriones, ut erant præmoniti: « Et Corvinum quondam juvenem consulem factum, et Scipiones postea, majorem minoremque: nec pœnitere patriam rerum a juvenibus illis gestarum. Proferebant etiam recens exemplum Pompeii Magni, ipsiusque Dolabellæ: quin et Cæsari ipsi jam concessum esse, ut consulatum petat decennio ante ætatem legitimam. » Hæc postquam centuriones confidentius objecerunt, senatores aliquot, non ferentes verba liberiora quam pro conditione hominum, objurgarunt quasi præter decorum et disciplinam militarem locutos. Quod ubi cognitum est in exercitu, magis etiam exasperati, postulabant, ut confestim ducerentur ad Urbem: « se creaturos eum consulem extraordinariis comitiis, filium quippe Cæsaris: » simulque multiplicibus continuatisque laudibus superiorem Cæsarem extollebant. Sic incitatos illos ubi vidit Cæsar, statim a concione castra versus Urbem movit, cum octo quas habebat legionibus, et equitatu idoneo, cæterisque auxiliis. Trajectoque Rubicone, qui Italiam a Gallia disterminat, unde et pater civilis belli fecerat initium, copias divisit bifariam: jussaque altera parte consequi per otium, ipse cum altera potiore, quæ ex selectis constabat, maximis itineribus contendit, ut imparatis superveniret. Quumque eadem via ex adverso adventarent quidam cum pecunia, quam senatus militibus præmiorum nomine mittebat; timens Cæsar de iis qui acciperent præmium, clam misit qui illis terrorem incuterent: atque ita aufugerunt cum pecunia.

LXXXIX. In Urbe autem, postquam nunciatus est ejus adventus, ingens trepidatio ac pavor exortus est: et confuse passim discurrebant; nonnullique uxores ac liberos et pretiosissima quæque aut in villas aut in munitiora urbis loca transferebant. Quum enim nondum esset compertum, consulatum tantummodo petere Cæsarem; audientes iratum exercitum adventare hostiliter, nihil non metuebant. In eaque publica consternatione nihil fuit senatu timidius, quum nullus præsto esset exercitus. Et alii alios (ut fit trepidis rebus) incusabant, vel quod injuriose ademtæ fuerint Cæsari legiones semel datæ ad persequendum Antonium; vel quod triumphus, quem non immerito petiisset, ei fuerit negatus; vel quod eidem distribuendæ pecuniæ honorem gratiamve inviderint. Rursum alii querebantur, decemviris eum ne undecimum quidem fuisse adjectum: alii, ipsa præmia nec mature nec integre reddita, præbitamque militibus rebellandi materiam. Sed nihil magis reprehensum est, quam tempus importunissimum, quo istam suscepeint contentionem; procul absentibus Bruto Cassioque, nec satis etiam nunc instructis; quum hostes Antonius Lepidusque in cervicibus hæreant: quos ubi cogitabant in gratiam redituros cum Cæsare, in immensum plane auge-

λαγήσεσθαι, πάμπαν ἤκμαζεν ὁ φόβος. Κικέρων τε, ὃς τέως αὐτοῖς ἐπεπόλαζεν, οὐδὲ ἐφαίνετο.

XC. Ἀθρόα δὴ πάντων ἐς πάντα ἦν μετάθεσις, ἀντὶ μὲν δισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν τὰς πεντακισχιλίας, ἀντὶ δὲ τῶν δύο τελῶν τοῖς ὀκτὼ δοθῆναι, Καίσαρά τε αὐτοῖς ἀντὶ τῶν δέκα ἀνδρῶν διανέμειν, καὶ ἐς τὴν ὕπατον ἀρχὴν παραγγέλλειν ἀπόντα. Πρέσβεις τε ἐξέτρεχον, οἳ τάδε φράσειν ἔμελλον αὐτῷ κατὰ σπουδήν. Ὧν ἄρτι τῆς πόλεως ἐκδραμόντων, μετάνοια ἐνέπιπτε τῇ βουλῇ, μὴ δεῖν οὕτως ἀνάνδρως καταπεπλῆχθαι, μηδὲ ἑτέραν ἐνδέξασθαι τυραννίδα ἀναιμωτί, μηδὲ ἐθίσαι τοὺς ἀρχῆς ἐφιεμένους, ἐκ βίας τυγχάνειν, μηδὲ τοὺς στρατευομένους, ἐξ ἐπιτάγματος ἄρχειν τῆς πατρίδος· ὁπλισαμένους δὲ ἐκ τῶν ἐνόντων, τοὺς νόμους τοῖς ἐπιοῦσι προτείνειν. Προσδοκᾶν γάρ, οὐδὲ ἐκείνους, νόμων προτεινομένων, ὅπλα τῇ πατρίδι ἐποίσειν· εἰ δὲ φέροιεν, ἀνέχεσθαί τε πολιορκίας, μέχρι Δέκμος ἢ Πλάγκος ἔλθοι, καὶ ἀμύνεσθαι μέχρι θανάτου μᾶλλον, ἢ ἑκόντας ἐνδέξασθαι δουλείαν ἄνωθεν ἀδιόρθωτον. Τά τε ἀρχαῖα Ῥωμαίων ἐπὶ ἐλευθερίᾳ φρονήματα καὶ πάθη, πρὸς οὐδὲν ἐνδόντων ὑπὲρ ἐλευθερίας, ἀνελέγοντο.

XCI. Ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ δύο τέλη τὰ ἐκ Λιβύης μετάπεμπτα, ἐς τὸν λιμένα αὐτῆς ἡμέρας ἀφίκετο, τοὺς θεοὺς σφᾶς ἔδοξεν ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐποτρύνειν. Ἡ μὲν δὴ μετάνοια ἐκεκύρωτο, καὶ μετεψηφίζετο ἅπαντα, Κικέρωνος αὖθις αὐτοῖς ἐπιφανέντος· ἥ τε στρατεύσιμος ἡλικία προεγράφετο πᾶσα, καὶ τὰ δύο τέλη τάδε τὰ ἐκ Λιβύης, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἱππεῖς χίλιοι, καὶ τέλος ἕτερον, ὃ Πάνσας αὐτοῖς ὑπολελοίπει, πάντες οἵδε μερισθέντες, οἱ μὲν τὸν λόφον τὸν καλούμενον Ἰάνουκλον, ἔνθα καὶ τὰ χρήματα ἐσώρευσαν, ἐφρούρουν, οἱ δὲ τὴν τοῦ ποταμοῦ γέφυραν, ἐπιδιῃρημένων σφίσι τῶν στρατηγῶν τῶν κατὰ τὴν πόλιν· ἄλλοι δὲ αὐτοῖς τὰ ἐν τῷ λιμένι σκάφη καὶ ναῦς καὶ χρήματα εὐτρέπιζον, εἰ δεήσειεν ἡττωμένους φυγεῖν διὰ θαλάσσης. Καὶ τάδε σὺν εὐθαρσείᾳ πράσσοντες οὕτως ὀξέως, ἤλπιζον ἀντικαταπλήξειν τὸν Καίσαρα, καὶ ἢ μεταπείσειν παρὰ σφῶν ἀντὶ τοῦ στρατεύματος αἰτεῖν τὴν ἀρχήν, ἢ ἐγκρατῶς ἀμυνεῖσθαι· τούς τε τῆς ἐναντίας μοίρας νῦν γε μεταθήσεσθαι προσεδόκων, μέχρι περὶ τῆς ἐλευθερίας ἐστὶν ὁ ἀγών. Τὴν δὲ μητέρα Καίσαρος καὶ τὴν ἀδελφὴν οὔτε φανερῶς οὔτε λάθρα ζητοῦντες εὕρισκον. Ἐθορυβοῦντο οὖν αὖθις, ὁμήρων μεγάλων ἀφῃρημένοι· καί, τῶν Καισαριανῶν οὔπω σφίσιν ἐπικλωμένων, ὑπ' ἐκείνων αὐτὰς ὧδε ἀκριβῶς ἐνόμιζον ἐπικρύπτεσθαι.

XCII. Καίσαρι δέ, ἔτι τῶν πρέσβεων ἐντυγχανόντων, τὰ μετεψηφισμένα ἀγγέλλεται· καὶ αὐτὸν οἱ πρέσβεις ἀπολιπόντες, ἀνέστρεφον ὑπὸ αἰδοῦς. Ὁ δὲ τῷ στρατῷ μᾶλλον ἔτι παρωξυμμένῳ κατὰ σπουδὴν ἐχώρει, σὺν φόβῳ, μή τι πάθοιεν αἱ γυναῖκες· ἔς τε τὸν δῆμον τεθορυβημένον ἱππέας ἔπεμψεν, ἀτρεμεῖν ἐπικελεύων· καί, τεθηπότων πάντων, τὰ πέραν τοῦ Κυριναλίου λόφου κατέλαβεν, οὐδενὸς ἐς χεῖρας ἐλθεῖν ἢ κωλύειν ὑπο-

batur metus. Cicero autem, qui ad eum diem primas tenuerat, tum quidem nusquam comparebat.

XC. Itaque, uno momento mutatis in diversum rebus omnibus, pro x м. нs. viginti millia нs. decreta sunt; neque ea duabus tantum, sed octo illis legionibus; decretumque, ut non decemviri, sed Cæsar, illa distribueret; atque ei absenti consulatum petere liceret. Hisque de rebus legati propere sunt emissi, qui celeriter hæc ei nunciarent. Qui vixdum portam cursim egressi erant, quum senatum pœnitentia indecoræ viris consternationis subiit: « non se debuisse novam admittere tyrannidem, nullo pro libertate fuso sanguine; non assuefacere dominationis cupidos ad honores magistratusque per vim invadendos; neque milites assuefaciendos, ut pro imperio dominentur patriæ. Quin potius, apparatu defensionis prout res ferret facto, leges primum opponendas esse irruentibus. Etenim spem esse, illos, si legum opponatur auctoritas, ne illaturos quidem arma patriæ. Quod si nihilo minus inferrent, sustinendam potius oppugnationem, donec D. Brutus aut Plancus succurrat: et pugnandum ad mortem usque potius, quam ut admittatur dominatio, cui, tali initio facto, nullum amplius remedium posset inveniri. » Commemorabant etiam majorum virtutem atque constantiam, qui tuendæ libertatis causa nihil non vel fecissent vel pertulissent fortissime.

XCI. Postquam vero duas legiones, accitas ex Africa, eo ipso die appulisse in portum cognoverunt, jam a diis quoque ipsis incitari ad defendendam libertatem sibi visi sunt. Itaque confirmata pœnitentia est: et, Cicerone rursum in publicum prodeunte, omnino mutatum est senatusconsultum. Totaque urbe, quicunque ætate militari essent, ad arma citati, adjunctis duabus recens ex Africa delatis legionibus, cum mille simul advectis equitibus, aliaque legione, quam Pansa præsidio reliquerat, hi omnes per diversa munia distributi, pars Janiculum custodiebant et coacervatas ibi pecunias, pars pontem Tiberis, et prætores urbani per eos erant distributi: pars vero in portu majora minoraque navigia parabant, ut cum pecuniis, si ita necesse esset, per mare profugerent victi. In his rebus magna fiducia occupati, sperabant, se mutatis vicibus repente perterritaros Cæsarem, et aut persuasuros ei, ut consulatum ab ipsis, non ab exercitu, peteret, aut vi denique hostem repulsuros: et adversam factionem tunc saltem secum consensuram, ubi de communi libertate agatur. Sed quum matrem et sororem Cæsaris, diu palam et clam quæsitas, nusquam invenirent, rursus terrebantur, tantis carentes obsidibus; et quoniam Cæsariani interim nihil ad gratiam eorum inflexi erant, ab his illas tanto studio celari putabant.

XCII. Cæsari autem, adhuc legationem audienti, nunciatur, senatum mutasse sententiam: atque ita legati, pudore confusi, reversi sunt. Cæsar cum exercitu magis etiam exasperato ad Urbem properavit, timens suis mulieribus; et ad plebem trepidam misit equites, qui juberent eam quieto esse animo. Omnibusque stupentibus, eam regionem ante urbem, quæ ultra Quirinalem collem est, occupavit, nemine vel prohibere vel congredi auso. Ac

στάντος. Ἦν τε αὖθις ἑτέρα θαυμάσιος ἄφνω μεταβολὴ, θεόντων ἐς αὐτὸν τῶν ἐπιφανῶν, καὶ προσαγορευόντων· ἔθει δὲ καὶ ὁ δημότης λεὼς, καὶ τὴν εὐταξίαν τῶν στρατιωτῶν ὡς εἰρηνικὴν ἀπεδέχοντο. Ὁ δὲ, τὸν στρατὸν ἔνθαπερ ἦν ἀπολιπὼν, ἐχώρει τῆς ἐπιούσης πρὸς τὸ ἄστυ, φυλακὴν ἔχων ἀμφ' αὐτὸν ἱκανήν. Οἱ δὲ καὶ τότε ὑπήντων δι' ὅλης τῆς ὁδοῦ κατὰ μέρη, καὶ προσηγόρευον, οὐδὲν ἐνδέοντες ἢ φιλοφροσύνης ἢ θεραπείας ἀσθενοῦς. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ ἐν τῷ τῆς Ἑστίας ἱερῷ μετὰ τῶν ἱερῶν παρθένων, ἠσπάσαντο. Καὶ τὰ τρία τέλη, τῶν στρατηγῶν ὑπεριδόντα, πρὸς αὐτὸν ἐπρέσβευε, καὶ μετετίθετο· καὶ τῶν στρατηγῶν, οἳ ἦρχον αὐτῶν, Κορνοῦτος μὲν ἑαυτὸν ἔκτεινεν, οἱ δ' ἄλλοι σπονδῶν καὶ πίστεων ἔτυχον. Κικέρων τε, τῶν σπονδῶν πυθόμενος, ἔπραξε διὰ τῶν Καίσαρος φίλων ἐντυχεῖν αὐτῷ· καὶ ἐντυχὼν, ἀπελογεῖτο, καὶ τὴν εἰσήγησιν τῆς ὑπατείας ὑπερεπῇρεν, ἣν αὐτὸς ἐν τῇ βουλῇ πρότερον εἰσηγήσατο. Ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπεκρίνατο, ἐπισκώπτων, ὅτι τῶν φίλων αὐτῷ τελευταῖος ἐντυγχάνοι.

XCIII. Νυκτὸς δ' ἄφνω δόξης γενομένης, ὅτι δύο τέλη Καίσαρος, τό τε Ἄρειον καὶ τὸ Τέταρτον, μεταθοῖτο ἐς τὴν πόλιν, ὡς δι' ἐνέδρας ἐπὶ τὴν πατρίδα ἐπαχθέντα, οἱ στρατηγοὶ καὶ ἡ βουλὴ πάμπαν ἀταλαιπώρως ἐπίστευσαν, καίπερ ὄντος ἐγγυτάτω τοῦ στρατοῦ· νομίσαντές τε ἀνθέξειν αὐτοῖς, οὖσιν ἀρίστοις, πρὸς τὰ λοιπὰ τοῦ Καίσαρος, μέχρι τις ἑτέρωθεν αὐτοῖς ἰσχὺς ἐπιγένοιτο, νυκτὸς ἔτι Μάνιον Ἀκύλιον Κράσσον ἐς τὴν Πικηνῖτιδα ἐξέπεμπον στρατὸν ἀθροίζειν, καὶ τῶν τινα δημάρχων Ἀπουλήϊον ἐς τὸν δῆμον ἐποίουν τὸ εὐαγγέλιον ἐκφέρειν περιθέοντα. Ἥ τε βουλὴ νυκτὸς ἐς τὸ βουλευτήριον συνέθεον, Κικέρωνος ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτοὺς δεξιουμένου· ψευδοῦς δὲ τῆς δόξης φανείσης, ἐν φορείῳ διέφυγεν.

XCIV. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐπιγελάσας αὐτοῖς, τὸν μὲν στρατὸν ἐγγυτέρω τῆς πόλεως προήγαγεν, ἐς τὸ πεδίον τὸ καλούμενον Ἄρειον· τῶν δὲ στρατηγῶν τότε μὲν οὐδένα ἠμύνατο, οὐδὲ Κράσσον τὸν ἐς Πικήνην ἐκδραμόντα, καίπερ οἱ προσαχθέντα, ὡς εἶχε, ληφθεὶς ἐν σχήματι οἰκέτου· ἀλλὰ μεθῆκεν ἅπαντας, ἐς δόξαν φιλανθρωπίας. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον ἐπὶ θανάτῳ προύγράφησαν. Τὰ χρήματα δὲ, ὅσα τε κοινὰ ἦν ἐν τῷ Ἰανούκλῳ ἢ ἑτέρωθι, καὶ ἄλλα, συνενεχθῆναι κελεύσας, ὁπόσα Κικέρωνος ἐσηγουμένου πρότερον αὐτοῖς ἐπεγέγραπτο, διένειμεν ἀνὰ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμὰς τῷ στρατῷ, καὶ τὸ ἐπίλοιπον ἐπιδώσειν ὑπέσχετο· καὶ τῆς πόλεως ὑπεξῆλθε, μέχρι χειροτονήσαιεν ὑπάτους αἱρετούς. Αἱρεθεὶς δὲ αὐτὸς, σὺν ᾧπερ ἐβούλετο Κοΐντῳ Πεδίῳ, ὃς τὸ μέρος αὐτῷ δεδώρητο τῆς Καίσαρος κληρονομίας, ἐς τὴν πόλιν αὖθις ὡς ὕπατος ἐσῄει· καὶ ἔθυε, δώδεκά οἱ γυπῶν φανέντων, ὅσους φασὶ καὶ Ῥωμύλῳ τὴν πόλιν οἰκίζοντι ὀφθῆναι. Ἀπὸ δὲ τῶν θυσιῶν ἑαυτὸν εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον Κουριάτιον· ἔστι δ', ἐπὶ τοῦ δήμου γίγνεσθαι τὴν

rursus alia repente fit mira mutatio, nobilibus ad eum salutandum confluentibus, accurrente et plebeia multitudine, quæ moderationem militum, nil hostile admittentium, læta mirabatur. Sequenti die, relicto ibi exercitu, Urbem Cæsar intravit, septus sufficiente custodia : tunc quoque per totam viam aliis post alios occurrentibus ac salutantibus, et nihil, quod vel ad blandimenta vel ad humilem observantiam pertineret, omittentibus. Jam mater quoque et soror in æde Vestæ cum Vestalibus eum salutarunt. Tres autem illæ legiones, quæ in Urbe erant, contemtis suis ducibus, missis ad Cæsarem legatis, signa ad eumdem transtulerunt. Et unus ex earum præfectis, Cornutus, manus sibi intulit; reliqui in fidem sunt recepti. Tum Cicero etiam, postquam de pace audivit, per amicos Cæsaris impetravit colloquium; admissusque, causam pro se dixit, et multis verbis prædicavit, quanto studio ipse in senatu de consulatu Cæsari conferendo egisset. Cui, arridens Cæsar, nil aliud respondit, nisi postremum amicorum Ciceronem sibi occurrisse.

XCIII. Secuta vero nocte, vano coorto rumore, duas Cæsaris legiones, Martiam et Quartam, ad partes reipubl. transiisse, velut per insidias a Cæsare contra patriam fuissent ductæ; insigni levitate fidem ei rumori adhibentes prætores ac senatus, quamvis exercitus esset in proximo, tamen putarunt, se solis illis duabus legionibus, utpote fortissimis, reliquis Cæsaris copiis tantisper resistere posse, donec aliunde majus robur accederet. Jamque ipsa nocte Manium Aquilium Crassum, delectus militum instituturum, miserunt in Picenum, unumque e tribunorum collegio, Apuleium, per urbem jusserunt discurrere, lætum hunc nuncium plebi ferentem. Senatoresque eadem nocte cursim petebant curiam, Cicerone eos excipiente pro foribus : qui, postquam rumor evanuit, lecticariorum celeritate profugit.

XCIV. Cæsar, ridens eorum insaniam, exercitum propius urbem admovit in campum Martium : nec tamen in ullum prætorem sæviit, ne in Crassum quidem, qui in Picenum excurrerat, licet ad se adductum, ita ut deprehensus erat, servili habitu : sed omnibus noxam remisit, ut sibi opinionem compararet clementiæ. At non multo post iidem ad supplicium proscripti sunt. Publicam autem pecuniam, quæ vel in Janiculo erat vel alibi, illamque quæ nuper de Ciceronis sententia ex S. C. imperata fuerat civibus, jussit comportari; et denos millenos H. S. militibus viritim distribuit; pollicitus, reliquum deinceps se additurum. Atque ita Urbe excessit, donec comitiis creati essent consules. Electus deinde consul ipse Cæsar cum quo volebat collega Q. Pedio, qui portionem suam ex C. Cæsaris hæreditate illi donaverat, in urbem consulari pompa ad sacrificandum ingressus est : quo tempore duodecim vulturum auspicium ei oblatum est, sicut quondam urbem condenti Romulo. Post sacra peracta, rursus se in patris familiam ac nomen inseruit lege curiata, hoc est per plebiscitum. Plebs enim Romæ in Curias dividitur, sicut apud Græcos in eas quas

θέσιν· Κουρίας γὰρ, ἐς μέρη τὰς φυλὰς ἢ τοὺς δήμους διαιροῦντες, καλοῦσιν· ὡς Ἕλληνες, εἰκάζοντι φάναι, Φατρίας. Ἐπινομώτατος δ' ἐστὶ Ῥωμαίοις ὁ τρόπος οὗτος ἐπὶ τῶν ἀπατόρων· καὶ δύνανται μάλιστα αὐτοὶ ἴσα τοῖς γνησίοις παισὶν ἄγειν τοὺς συγγενεῖς τῶν θεμένων καὶ ἀπελευθέρους. Γαΐῳ δ' ἦν τά τε ἄλλα λαμπρὰ, καὶ ἐξελεύθεροι πολλοί τε καὶ πλούσιοι, καὶ διὰ τόδ' ἴσως μάλιστα ὁ Καῖσαρ, ἐπὶ τῇ προτέρᾳ θέσει, κατὰ διαθήκας οἱ γενομένῃ, καὶ τῆσδε ἐδεήθη.

XCV. Νόμῳ δ' ἑτέρῳ ἀπέλυε μὴ εἶναι πολέμιον Δολοβέλλαν, καὶ εἶναι φόνου δίκας ἐπὶ Καίσαρι. Καὶ εὐθὺς ἦσαν γραφαί· τῶν φίλων τοῦ Καίσαρος γραφομένων, τοὺς μὲν, αὐτόχειρας, τοὺς δὲ, συνεγνωκέναι μόνον· καὶ γὰρ τοῦτο ἐνίοις ἐπεγράφη, καί τισιν οὐδ' ἐπιδημήσασιν, ὅτε ὁ Καῖσαρ ἐκτείνετο. Πᾶσι δ' ὁρισθείσης ὑπὸ κηρύγματι μιᾶς ἡμέρας εἰς κρίσιν, ἐρήμην ἅπαντες ἑάλωσαν, ἐφορῶντος τὰ δικαστήρια τοῦ Καίσαρος, καὶ τῶν δικαστῶν οὐδενὸς τὴν ἀπολύουσαν φέροντος, πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς τῶν ἐπιφανῶν· ὃς τότε μὲν οὐδ' αὐτός τι ἔπαθε, μικρὸν δ' ὕστερον ἐπὶ θανάτῳ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ὅδε προυγράφη. Ἔδοξε δὲ ταῖσδε ταῖς ἡμέραις Κόϊντος Γάλλιος, ἀδελφὸς Μάρκου Γαλλίου συνόντος Ἀντωνίῳ, τὴν πολιτικὴν στρατηγίαν ἄρχων, αἰτῆσαι παρὰ Καίσαρος τὴν στρατηγίαν τῆς Λιβύης, καὶ οὕτως ἐντυχὼν ἐπιβουλεῦσαι τῷ Καίσαρι. Καὶ αὐτοῦ τὴν μὲν στρατηγίαν περιεῖλον οἱ σύναρχοι, τὴν δ' οἰκίαν διήρπασεν ὁ δῆμος, ἡ δὲ βουλὴ κατεγίγνωσκε θάνατον. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς τὸν ἀδελφὸν ἐκέλευσε χωρεῖν. καὶ δοκεῖ νεὼς ἐπιβὰς οὐδαμοῦ ἔτι φανῆναι.

XCVI. Τοσάδε πράξας ὁ Καῖσαρ, ἐπενόει μὲν τὰς ἐς τὸν Ἀντώνιον διαλύσεις, πυνθανόμενος, ἤδη τοῖς ἀμφὶ τὸν Βροῦτον εἴκοσι συνῆχθαι τέλη στρατοῦ, καὶ χρήζων ἐπ' αὐτὰ Ἀντωνίου. Ἐξῄει δὲ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸν Ἰόνιον, καὶ σχολαίως ἀνεζεύγνυε, τὰ παρὰ τῆς βουλῆς ἐπιμένων. Πέδιος γὰρ αὐτὴν, ἀποστάντος τοῦ Καίσαρος, ἔπειθε, τὰ ἐς ἀλλήλους μὴ δυσίατα ποιουμένους, συναλλαγῆναι Λεπίδῳ τε καὶ Ἀντωνίῳ. Οἱ δὲ προεώρων μὲν, ὅτι μὴ σφίσι μηδ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰσὶν αἱ διαλλαγαὶ, ἀλλ' ἐς συμμαχίαν Καίσαρι κατὰ Κασσίου τε καὶ Βρούτου· ἐπῄνουν δ' ὅμως καὶ συνετίθεντο, ὑπ' ἀνάγκης. Καὶ τὰ πολέμια δόγματα Ἀντωνίου τε καὶ Λεπίδου καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῖς στρατιωτῶν κατελύετο· εἰρηναῖα δὲ ἕτερα αὐτοῖς ἐπέμπετο. Καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτοῖς συνήδετο γράφων· Ἀντωνίῳ δὲ καὶ βοηθὸς ἐπὶ Δέκμον ὑπισχνεῖτο ἥξειν, εἰ δέοιτο. Οἱ δὲ ἀντεφιλοφρονοῦντο μὲν αὐτὸν ἄφνω, καὶ ἐπῄνουν· ὁ δ' Ἀντώνιος ἔγραφεν, αὐτὸς ἀποτίσεσθαι Δέκμον τε ὑπὲρ Καίσαρος, καὶ Πλάγκον ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ συμμίξειν Καίσαρι.

XCVII. Τοσάδε μὲν ἀλλήλοις ἐπέστειλαν. Διώκοντι δὲ τῷ Ἀντωνίῳ Δέκμον προσγίγνεται Πολλίων Ἀσίνιος, ἄγων δύο τέλη. Καὶ Πλάγκῳ μὲν Ἀσίνιος ἔπραξε διαλλαγάς· καὶ ὁ Πλάγκος σὺν τρισὶ τέλεσι μεθίστατο εἰς τὸν Ἀντώνιον, ὥστε ἤδη βαρυτάτης δυνά-

Phatrias illi vocant. Est autem hic modus adoptionis, in eis præsertim qui patre naturali orbati sunt, legibus maxime consentaneus : et, qui hoc modo sunt adoptati, idem quod nativi filiis jus habent erga patrum suorum cognatos ac libertos. Et habuerat C. Cæsar, præter reliquum vitæ splendorem, libertorum etiam, eorumque opulentorum, magnum numerum : qua potissimum de causa puto Octavianum Cæsarem, non contentum priore adoptione, per testamentum facta, hac quoque uti voluisse.

XCV. Jam vero, alia lege lata, absolvit Dolabellam, qui hostis judicatus fuerat; et de quæstione habenda in eos, quorum opera C. Cæsar occisus esset, legem tulit. Moxque, Cæsarianis accusantibus, alii vocati sunt in jus, ut facinoris auctores atque socii, alii ut conscii tantummodo : nam et hoc quibusdam crimini datum est, quorum nonnulli ne in Urbe quidem fuerant, quando Cæsar occisus est. Postquam autem universis præconis denunciatione unus dies dictus est, omnes absentes damnati sunt, judicia inspectante Cæsare, et nemine ex omni judicum numero album ferente calculum, præter unicum virum nobilem; qui tunc quidem id tulit impune, sed paulo post cum aliis proscriptus est. Per eosdem dies Q. Gallius, frater Marci, versantis apud Antonium, tunc urbanus prætor, quum Cæsarem convenisset, ut ab eo ex prætura Africam provinciam peteret, vitæ Cæsaris visus est insidiari : quam ob causam a collegis prætura submotus est, domumque ejus diripuit populus, et senatus capitalem in eum protulit sententiam. Cæsar autem eum jussit ad fratrem abire; sed Gallius, navi conscensa, nusquam postea fertur comparuisse.

XCVI. His rebus gestis, Cæsar, certior factus, Cassium Brutumque jam xx habere legiones, adversus quas opus sibi esset Antonio, de sarcienda cum Antonio gratia cogitabat. Jamque urbem egressus, lentis tamen adhuc itineribus versus mare Superum profectus est; exspectans, quæ consilia senatu esset capturus. Pedius enim, post discessum Cæsaris, auctor patribus erat, ut, priusquam factionum odia fierent immedicabilia, Lepidum et Antonium reciperent in gratiam. Et senatus, quamvis provideret, neque sibi neque reipublicæ utilem fore eam reconciliationem, sed auxilia tantum quærere Cæsarem contra Brutum et Cassium; probavit tamen rem et assensit, necessitate cogente. Itaque antiquatis senatusconsultis, quibus Antonius Lepidusque una cum suis exercitibus hostes fuerant judicati, pacificas eis scripserunt literas. Eamque rem eisdem Cæsar per literas suo nomine datas gratulatus est; Antonio vero etiam auxilio se venturum pollicitus est contra D. Brutum, si opus videretur. Et illi vicissim amicissime subito rescripserunt Cæsari, eumque collaudarunt; Antonius vero etiam, exacturum se, scripsit, a D. Bruto pœnam perfidiæ erga C. Cæsarem, et a Planco erga seipsum, tumque conjuncturum cum Cæsare copias.

XCVII. Hujusmodi literis ultro citroque missis, Antonio D. Brutum persequenti conjunxit se Asinius Pollio cum duabus legionibus : quo conciliatore Plancus quoque cum tribus legionibus ad Antonium transiit, ut jam potentissimis copiis Antonius polleret. Decimo vero supererant legio-

μεως ἦρχεν ὁ Ἀντώνιος. Δέκμῳ δὲ ἦν τέλη δέκα· ὧν τέσσαρα μὲν τὰ ἐμπειροπολεμώτατα ὑπὸ λιμοῦ διέφθαρτο, καὶ ἐνόσει ἔτι· τὰ νεοστράτευτα δὲ ἦν ἕξ, ἀταλαίπωρα ἔτι καὶ πόνων ἄπειρα. Ἀπογνοὺς οὖν μάχεσθαι, φεύγειν ἔκρινε πρὸς Βροῦτον ἐς Μακεδονίαν. Ἔφευγε δὲ οὐκ ἐπὶ τάδε τῶν Ἄλπεων, ἀλλ' ἐς Ῥάβενναν ἢ Ἀκυληΐαν. Ἐπεὶ δὲ Καῖσαρ ὥδευε ταύτῃ, ἄλλην μακροτέραν ὁδὸν καὶ δύσπορον ἐπενόει, τόν τε Ῥῆνον περάσαι, καὶ τὰ ἀγριώτερα τῶν βαρβάρων ὑπερελθεῖν. Ὅθεν αὐτὸν, ὑπό τε τῆς ἀπορίας καὶ τοῦ καμάτου, πρῶτοι μὲν οἱ νεοστράτευτοι καταλιπόντες ἐς Καίσαρα ἐχώρουν· ἐπὶ δ' ἐκείνοις καὶ τὰ ἀρχαιότερα τέσσαρα, ἐς Ἀντώνιον, καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος ἤδη, χωρὶς τῶν σωματοφυλάκων ἱππέων Κελτῶν. Ὁ δὲ καὶ τούτων τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιτρέψας ἐς τὰ οἰκεῖα σφῶν ἀφίστασθαι, καὶ διαδοὺς ἐκ τοῦ παρόντος ἔτι χρυσίου, μετὰ τριακοσίων τῶν παραμεινάντων μόνων ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐφέρετο. Δυσπόρου δ' ὄντος αὐτοῦ περᾶν σὺν ὀλίγοις, ἀπελείφθη καὶ ὑπὸ τῶνδε, πλὴν δέκα μόνων. Ἤλλαξε δὲ τὴν ἐσθῆτα ἐς τὸ Κελτικὸν, ἐξεπιστάμενος ἅμα καὶ τὴν φωνὴν, καὶ διεδίδρασκε σὺν ἐκείνοις οἷά τις Κελτὸς, οὐ τὴν μακροτέραν ἔτι περιιὼν, ἀλλ' ἐπὶ Ἀκυληΐας, λήσεσθαι νομίζων διὰ τὴν ὀλιγότητα.

XCVIII. Ἁλοὺς δὲ ὑπὸ λῃστῶν, καὶ δεθεὶς, ἤρετο μὲν, ὅτου Κελτῶν δυνάστου τὸ ἔθνος εἴη. Μαθὼν δ' ὅτι Καμίλλου, πολλὰ πεποιηκὼς εὖ τὸν Κάμιλλον, ἄγειν αὐτὸν αὐτοῖς ἐς τὸν Κάμιλλον ἐκέλευεν. Ὁ δὲ ἀχθέντα ἰδὼν, ἐφιλοφρονεῖτο μὲν ἐς τὸ φανερὸν, καὶ τοῖς δήσασιν ἐπεμέμφετο, ὑπ' ἀγνοίας ἐνυβρίσασιν ἀνδρὶ τοσῷδε· κρύφα δ' ἐπέστελλεν Ἀντωνίῳ. Καὶ Ἀντώνιός τι παθὼν ἐπὶ τῇ μεταβολῇ, οὐχ ὑπέστη τὸν ἄνδρα ἰδεῖν, ἀλλ' ἐκέλευσε τῷ Καμίλλῳ, κτείναντα, τὴν κεφαλὴν ἐς αὐτὸν ἐκπέμψαι· καὶ τὴν κεφαλὴν ἰδὼν, ἐκέλευσε τοῖς παροῦσι θάψαι. Τοῦτο Δέκμῳ τέλος ἦν, ἱππάρχῃ τε Καίσαρος γενομένῳ, καὶ ἄρξαντι τῆς παλαιᾶς Κελτικῆς ὑπ' ἐκείνῳ, καὶ ἐς τὸ μέλλον ἔτος ὑπατεύειν ὑπ' αὐτοῦ κεχειροτονημένῳ καὶ τῆς ἑτέρας Κελτικῆς ἄρχειν. Καὶ δεύτερος τῶν σφαγέων οὗτος ἐπὶ Τρεβωνίῳ δίκην ἐδίδου μετ' ἐνιαυτόν που καὶ ἥμισυ τῆς ἀναιρέσεως. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Μινούκιος Βάσιλλος, σφαγεὺς καὶ ὅδε Καίσαρος, ὑπὸ τῶν θεραπόντων ἀνῃρέθη, εὐνουχίζων τινὰς αὐτῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ.

nes decem : quarum quatuor, peritissimæ rei militaris, adhuc laborabant fame afflictæ : sex vero, e tironibus conscriptæ, rudes erant et inassuetæ laboribus. Quare inconsultum ratus Decimus, prœlio hos committere, statuit ad M. Brutum fugere in Macedoniam. Viam autem fugæ capessivit non juxta Alpes, sed versus Ravennam et Aquileiam. Quoniam vero Cæsar hac via proficiscebatur, aliam ille cogitavit viam longiorem ac difficiliorem, ut trajecto Rheno transiret per barbarorum regiones. Qua difficultate deterritæ primum tironum legiones, deserto Decimo Bruto, transierunt ad Cæsarem : nec multo post aliæ quatuor veteranæ contulerunt se ad Antonium, simulque auxiliares copiæ, exceptis Gallis equitibus, quibus corporis custodiam commiserat. Tum Decimus, permissis ex hoc quoque numero domum redire quotquot voluissent, et donatis ex præsenti auro, cum reliquis trecentis, qui soli cum eo permanserant, Rhenum petiit. Quem fluvium quum difficile esset cum paucis trajicere, paulatim et ab his desertus est, exceptis decem tantummodo. Tum vero sumto vestitu Gallico, non ignarus et linguæ, fugiebat cum his paucis, pro Gallo habitus : et relicto jam viarum dispendio, petebat Aquileiam, quod se propter paucitatem putaret posse fallere.

XCVIII. Captus autem a latronibus, et vinctus, rogabat, cujusnam Gallorum dynastæ esset ea regio : et cognito, quod esset Camilli, de quo bene meritus fuerat, duci se ad eum jussit. Qui ubi adductum vidit, magna comitate excepit propalam, objurgans eos qui illum vinxerant, quod per ignorantiam tantum virum affecissent injuria : clam vero rem significavit Antonio. Eam fortunæ mutationem hactenus miseratus est Antonius, ut videre miserum non sustinuerit : sed Camillo mandavit, ut interficeret Decimum, et caput ejus ad sese remitteret. Quod postquam factum est, inspectum caput Antonius sepeliendum tradidit suis. Hic exitus fuit D. Bruti, qui Cæsaris præfectus equitum fuerat, et veteri Galliæ præpositus, designatus ab eodem consul in annum proximum, et alteri Galliæ præfectus. Atque hic secundus post Trebonium pœnas dedit homicidii, sesquianno post interemtum Cæsarem. Per idem tempus et Minucius Basilus, alius e Cæsaris percussoribus, a suis servis interfectus est; quoniam nonnullos ex eorum numero, supplicii causa, castrabat.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΡΩΜΑΙΚΩΝ

ΕΜΦΥΛΙΩΝ

ΒΙΒΛΟΥ Δ'.

Δύο μὲν δὴ Γαΐου Καίσαρος φονεῖς οὕτω δίκην, ἐν ταῖς σφετέραις αὐτῶν στρατηγίαις ἐκπολεμηθέντες, ἐδεδώκεσαν, Τρεβώνιος ἐν τῇ Ἀσίᾳ, καὶ Δέκμος ἐν τῇ Κελτικῇ. Ὅπως δὲ ἔδοσαν Κάσσιός τε καὶ Βροῦτος, οἳ καὶ μάλιστα τῆς ἐπιβουλῆς ἐπὶ τῷ Καίσαρι ἦρξαν, καὶ γῆς ἐκράτουν ἀπὸ Συρίας ἐπὶ Μακεδονίαν ἁπάσης, καὶ στρατὸς ἦν αὐτοῖς πολὺς, ἱππικός τε καὶ ναυτικὸς, καὶ ὁπλιτῶν ὑπὲρ εἴκοσι τέλη, καὶ νῆες ὁμοῦ καὶ χρήματα· ἡ τετάρτη τῶν Ἐμφυλίων ἥδε ὑποδείκνυσιν. Ὁμοῦ δὲ τούτοις ἐγίγνοντο αἱ ἐν Ῥώμῃ τῶν ἐπὶ θανάτῳ προγραφέντων ἔρευναί τε καὶ εὑρέσεις καὶ παθήματα πάμπαν ἐπαχθῆ· οἷα οὔτε ἐπὶ Ἑλλήνων ἐν στάσεσιν ἢ πολέμοις, οὔτ' ἐπὶ Ῥωμαίων αὐτῶν, ἐμνημονεύετο γενέσθαι, πλὴν ἐπὶ μόνου Σύλλα, τοῦ πρώτου τοὺς ἐχθροὺς ἐς θάνατον προγράψαντος. Μάριος μὲν γὰρ ἐζήτει, καὶ ἐκόλαζεν οὓς εὕροι· Σύλλας δὲ, ὑπὸ μισθοῖς τε μεγάλοις καὶ κολάσεσι τῶν ἐπικρυψάντων ὁμοίαις, τὸν ἐντυχόντα κτείνειν προέγραφε. Καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ Μάριόν τε καὶ Σύλλαν ἐν τοῖς περὶ ἐκείνων προείρηται· τὰ δὲ ἑξῆς οὕτως ἐγένετο.

II. Καῖσαρ μὲν καὶ Ἀντώνιος ἐς φιλίαν ἀπ' ἔχθρας συνῄεσαν, ἀμφὶ Μουτίνην πόλιν, ἐς νησῖδα τοῦ Λαβινίου ποταμοῦ βραχεῖάν τε καὶ ὑπτίαν, ἔχων ἑκάτερος ὁπλιτῶν τέλη πέντε· καὶ τάδε ἀλλήλοις ἀντικαθιστάντες, ἐχώρουν σὺν τριακοσίοις ἑκάτερος ἐπὶ τὰς τοῦ ποταμοῦ γεφύρας. Λέπιδος δ' αὐτὸς προελθὼν, διηρεύνα τὴν νῆσον, καὶ τῇ χλαμύδι κατέσειεν ἥκειν ἑκάτερον. Οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν γεφυρῶν τοὺς τριακοσίους μετὰ τῶν φίλων ἀπολιπόντες, ἐς τὸ μέσον ᾔεσαν ἐν περιόπτῳ, καὶ συνήδρευον οἱ τρεῖς, Καίσαρος ἐν μέσῳ διὰ τὴν ἀρχὴν προκαθίσαντος. Δύο δὲ ἡμέραις ἕωθεν ἐς ἑσπέραν συνιόντες, τάδε ἔκριναν· Ἀποθέσθαι μὲν τὴν ὕπατον ἀρχὴν Καίσαρα, καὶ Οὐεντίδιον αὐτὴν ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ ἔτους μεταλαβεῖν· καινὴν δὲ ἀρχὴν ἐς διόρθωσιν τῶν ἐμφυλίων νομοθετηθῆναι Λεπίδῳ τε καὶ Ἀντωνίῳ καὶ Καίσαρι, ἣν ἐπὶ πενταετὲς αὐτοὺς ἄρχειν, ἴσον ἰσχύουσαν ὑπάτοις· ὧδε γὰρ ἔδοξεν ἀντὶ δικτατόρων ὀνομάσαι, διὰ τὸ δόγμα ἴσως τὸ Ἀντωνίου κωλῦον ἔτι γίγνεσθαι δικτάτωρα· τοὺς δὲ ἀποφῆναι μὲν αὐτίκα τῆς πόλεως ἄρχοντας ἐς τὰ ἐτήσια ἐπὶ τὴν πενταετίαν· τὰς δὲ ἡγεμονίας τῶν ἐθνῶν νειμαμένους, ἔχειν Ἀντώνιον μὲν τὴν Κελτικὴν ἅπασαν, ἄνευ τῆς συναφοῦς τοῖ

APPIANI

ALEXANDRINI

ROMANARUM HISTORIARUM

DE BELLIS CIVILIBUS

LIBER QUARTUS.

Ad hunc modum C. Cæsaris percussores duo, in suis provinciis bello victi, pœnas dederunt, Trebonius in Asia, D. Brutus in Gallia. Jam qua ratione pœnas dederint Cassius et M. Brutus, qui quum ejusdem conspirationis auctores vel præcipui fuissent, nunc provincias universas obtinebant a Syria Macedoniam usque, et copiis, tam pedestribus equestribusque abundabant quam navalibus, quippe qui legiones supra viginti, et classes pecuniasque haberent; id vero quartus hic Bellorum Civilium Liber exponet. Quo tempore etiam in Urbe ad mortem proscriptorum erat inquisitio, et eorum qui deprehensi sunt supplicia odiosissima : quale nihil umquam neque apud Græcos in seditionibus aut bellis factum memoriæ proditum est, neque apud ipsos Romanos; exceptis temporibus Syllæ, qui primus inimicos ad supplicium proscripserat. Nam et Marius perquisiverat quidem inimicos suos, et inventos morte affecerat : Sylla vero publico edicto edito, magna interfectoribus præmia pollicitus nec minore occultantibus comminatus pœnas, jusserat, ut illos occideret quisquis inveniret. Cæterum de Marianis Syllanisque temporibus jam suo loco dictum est : nunc hæc, quæ deinceps gesta sunt, exsequamur.

II. Cæsar cum Antonio ad componendam amicitiam congressus est, haud procul Mutina, in parva quadam et plana insula Lavinii fluvii; uterque secum habens legiones quinque : quibus inter se oppositis, comitati trecenis processerunt ambo ad fluvii pontes. Et Lepidus, primus ipse progressus ad perscrutandam insulam, paludamentum quatiens, signum veniendi dedit utrique. Jamque illi, comitatu et amicis in pontibus relictis, progressi in medium locum conspicuum, consederunt soli tres, Cæsarque, propter magistratum, medius. Ibi per continuum biduum colloquio a mane ad vesperam habito, hæc statuerunt de communi sententia : Ut Cæsar consulatum in reliquum anni Ventidio cederet : utque novus magistratus Triumvirorum crearetur, quem Lepidus cum Antonio Cæsareque reipublicæ ex civilibus dissensionibus restituendæ per quinquennium consulari potestate gererent, hoc enim nomen magis quam dictatorum placuit, fortasse propter recentem de abolenda dictatura legem Antonii : tum ut Triumviri confestim in quinquennium urbanos magistratus annuos designarent : provincias ita partirentur, ut Antonius haberet

Πυρηναίοις ὄρεσιν, ἣν Παλαιὰν ἐκάλουν Κελτικήν· ταύτης δὲ Λέπιδον ἄρχειν, καὶ Ἰβηρίας ἐπὶ ταύτῃ· Καίσαρι δὲ εἶναι Λιβύην καὶ Σαρδὼ καὶ Σικελίαν, καὶ εἴ τις ἄλλη νῆσος ἐνταῦθα.

III. Ὧδε μὲν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν οἱ τρεῖς ἐνείμαντο ἐφ' ἑαυτοῖς, τὰ πέραν ἄρα τοῦ Ἰονίου μόνα ὑπερθέμενοι, διὰ Βροῦτον καὶ Κάσσιον κρατοῦντας ἔτι αὐτῶν. Κασσίῳ δὲ καὶ Βρούτῳ πολεμεῖν Ἀντώνιόν τε καὶ Καίσαρα· Λέπιδον γὰρ ὑπατεύειν ἐς τὸ μέλλον, καὶ τῇ πόλει διὰ τὰς ἐν αὐτῇ χρείας ἐπιμένειν, ἡγεμονεύοντα τῆς Ἰβηρίας δι' ἑτέρων· τοῦ δὲ Λεπίδου στρατοῦ τρία μὲν αὐτὸν Λέπιδον ἔχειν ἐς τὰ ἐπὶ Ῥώμης, ἑπτὰ δὲ τέλη νείμασθαι Καίσαρα καὶ Ἀντώνιον, τρία μὲν Καίσαρα, τέσσαρα δὲ Ἀντώνιον, ὡς ἂν ἐς τὸν πόλεμον αὐτῶν ἑκάτερος εἴκοσιν ἄγοι· ἐπελπίσαι δὲ ἤδη τὸν στρατὸν ἐς τὰ νικητήρια τοῦ πολέμου, ἄλλαις τε δωρεαῖς, καὶ ἐς κατοικίαν δόσεσι τῶν Ἰταλικῶν πόλεων ὀκτωκαίδεκα· αἵ, καὶ περιουσίᾳ καὶ ἐδάφει καὶ οἴκοις εἰς κάλλος διαφέρουσαι, ἔμελλον αὐτοῖς ἐδάφεσι καὶ οἴκοις αὐτῷ διανεμήσεσθαι, ὥσπερ αὐτοῖς ἀντὶ τῆς πολεμίας δορίληπτοι γενόμεναι. Καὶ ἦσαν αἱ πόλεις, ἄλλαι τε, καὶ αἱ περιφανέσταται μάλιστα αὐτῶν, Καπύη, καὶ Ῥήγιον, καὶ Οὐενουσία, καὶ Βενεβεντὸς, καὶ Νουκερία, καὶ Ἀρίμινον, καὶ Ἱππώνιον. Οὕτω μὲν τὰ κάλλιστα τῆς Ἰταλίας τῷ στρατῷ διέγραφον. Ἔδοξε δὲ σφίσι καὶ τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς προανελεῖν, ἵνα μὴ ἐνοχλοῖεν αὐτοῖς τάδε καθισταμένοις, καὶ πολεμοῦσι πόλεμον ἔκδημον. Ταῦτα μὲν ἔδοξε, καὶ ταῦτα συνεγράψαντο, καὶ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ, ὡς ὕπατος, ἀνέγνω τοῖς στρατοῖς τὰ λοιπὰ, χωρὶς τῶν ἀποθανουμένων. Οἱ δ' ἀκούσαντες, ἐπαιώνισάν τε, καὶ ἠσπάσαντο ἀλλήλους ἐπὶ διαλλαγῇ.

IV. Γιγνομένων δὲ τούτων, τέρατα καὶ σημεῖα ἐν Ῥώμῃ πολλὰ καὶ φοβερὰ ἦν. Κύνες τε γὰρ ὠρύοντο ὁμαλῶς οἷα λύκοι, σύμβολον ἀηδές· καὶ λύκοι τὴν ἀγορὰν διέθεον, οὐκ ἐπιχωριάζον ἐν πόλει ζῷον· βοῦς τε φωνὴν ἀφῆκεν ἀνθρώπου· καὶ βρέφος ἀρτίτοκον ἐφθέγξατο· καὶ τῶν ξοάνων τὰ μὲν ἵδρου, τὰ δὲ καὶ αἷμα ἵδρου· ἀνδρῶν τε μεγάλαι βοαὶ, καὶ κτύπος ὅπλων, καὶ δρόμος ἵππων, οὐχ ὁρωμένων, ἠκούετο· ἀμφί τε τὸν ἥλιον ἀηδῆ σημεῖα πολλὰ, καὶ λιθώδεις ἐγίγνοντο ὑετοὶ, καὶ κεραυνοὶ συνεχεῖς ἐς ἱερὰ καὶ ἀγάλματα ἔπιπτον. Ἐφ' οἷς ἡ μὲν βουλὴ θύτας καὶ μάντεις συνῆγεν ἀπὸ Τυῤῥηνίας. Καὶ ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν, τὰς πάλαι βασιλείας ἐπανήξειν εἰπὼν, καὶ δουλεύσειν ἅπαντας χωρὶς ἑαυτοῦ μόνου, τὸ στόμα κατέσχε καὶ τὸ πνεῦμα, ἕως ἀπέθανεν.

V. Οἱ δὲ τρεῖς ἄνδρες ἐφ' ἑαυτῶν γενόμενοι, τοὺς ἀποθανουμένους συνέγραφον, τούς τε δυνατοὺς ὑφορώμενοι, καὶ τοὺς ἰδίους ἐχθροὺς καταλέγοντες, οἰκείους τε σφῶν αὐτῶν ἢ φίλους ἐς τὴν ἀναίρεσιν ἀντιδιδόντες ἀλλήλοις καὶ τότε καὶ ὕστερον. Προσκατελέγοντο γὰρ δὴ καὶ ἕτεροι μεθ' ἑτέρους, οἱ μὲν ἀπ' ἔχθρας, οἱ δὲ μόνου προσκρούματος, ἢ φιλίας ἐχθρῶν, ἢ φίλων

universam Galliam, excepta ea, quæ Pyrenæis montibus contigua est, quæ Gallia Vetus vocabatur; quæ Lepido cederet una cum Hispania; Cæsari Africa obveniret cum Sardinia Siciliaque, et cæteris ejus situs insulis.

III. Atque ita imperium Romanum in Triumviros divisum est, dilatis in aliud tempus cæteris ultra mare Ionium provinciis, propter Brutum ac Cassium, qui tunc adhuc eas tenebant. Cum Cassio autem Brutoque bellum gerere Antonium et Cæsarem placuit. Nam Lepidus, designatus in proximum annum consul, in Urbe erat mansurus, ad ea quibus ibi opus esset administranda, Hispaniam recturus per vicarios. Lepido tribus ex suis legionibus relictis ad Urbis præsidium, reliquas septem inter se ita partiebantur Cæsar et Antonius, ut Cæsari attribuerentur tres, Antonio quatuor; ut uterque eorum viginti legionibus ad bellum illud gerendum uteretur. Et quo alacrior redderetur exercitus, præter alia proposita victoriæ præmia, promittendas constituerunt militibus coloniarum loco, octodecim Italicas urbes, tam opibus quam agri bonitate ac ædificiorum pulchritudine præcellentes; quæ cum agris et ædificiis, non secus quam bello captæ, in milites essent dividendæ. In earum numero eminebant, Capua, Rhegium, Venusia, Beneventum, Nuceria, Ariminum, Vibona. Atque ita pulcherrima Italiæ pars militibus est attributa. Sed ante omnia visum est, proprios etiam inimicos, ne hæc administrantibus et in longinquam expeditionem profectis impedimento essent, tollere. Hæc decreta Cæsar ex officio suo, quippe consul, recitavit de scripto exercitibus, proscriptione tantum silentio præterita. Et milites lætis acclamationibus mutuisque consalutationibus reconciliationem factam celebrabant.

IV. Interea multa horrenda in Urbe visa sunt prodigia. Nam et canes quasi ex composito ululatum, haud secus ac lupi, edebant inauspicatum; et lupi per forum discurrebant, animal inassuetum urbibus; et bos humanam emisit vocem; et infans recens natus locutus est : in simulacris sudor apparuit; et eorum nonnulla sanguinem quoque emiserunt : exauditi sunt magni clamores virorum, et armorum crepitus strepitusque equorum currentium, quorum nihil cernebatur oculis : circa solem quoque tristia multa prodigia sunt observata, et lapidibus aliquoties pluit, et sacræ ædes imaginesque continuis tactæ sunt fulminibus. His procurandis senatus aruspices ac vates accivit ex Etruria; quorum natu maximus, rediturum, ait, regnum quale priscis temporibus fuerat, cunctosque servituros, se uno excepto : simulque spiritum compressit, donec exanimis procideret.

V. Cæterum Triumviri, semotis arbitris, nomina consignabant eorum, quos interfectos volebant; primum suspectos ob potentiam, tum suos quisque inimicos; denique amicorum etiam et cognatorum salutem prodebant alter alteri, modo vicissim daretur tollendi adversarios copia : quod et tunc statim fecerunt, et idemtidem postea : nam et deinde alii post alios sunt adscripti in eumdem catalogum, quidam propter simultatem, quidam propter solam quamdam of-

ἔχθρας, ἢ πλούτου διαφέροντος. Ἐδέοντο γὰρ ἐς τὸν πόλεμον χρημάτων πολλῶν, Βρούτῳ μὲν καὶ Κασσίῳ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας φόρων δεδομένων τε καὶ προσοδευομένων ἔτι, καὶ βασιλέων καὶ σατραπῶν συμφερόντων· αὐτοὶ δ' ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, καὶ μάλιστα τῆς Ἰταλίας, πολέμοις τε καὶ ἐσφοραῖς τετριμμένης, ἀποροῦντες· δι' ἃ καὶ τοῖς δημόταις, καὶ ταῖς γυναιξὶ, λήγοντες, ἐπέγραψαν εἰσφορὰς βαρυτάτας, καὶ τέλη πράσεων καὶ μισθώσεων ἐπενόησαν. Ἤδη δέ τις καὶ διὰ κάλλος ἐπαύλεως καὶ οἰκίας προεγράφη. Καὶ ἐγένοντο πάντες οἱ θανάτου τε καὶ δημεύσεως κατεγνωσμένοι ἀπὸ μὲν τῆς βουλῆς ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, ἀπὸ δὲ τῶν καλουμένων ἱππέων ἐς δισχιλίους. Καὶ ἦσαν ἐν αὐτοῖς ἀδελφοί τε καὶ θεῖοι τῶν προγραφόντων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῖς ἡγεμόνων ὅσοι τι τοῖς ἄρχουσιν ἢ τοῖς ἡγεμόσι προσεκεκρούκεσαν.

VI. Τὸ μὲν δὴ πλῆθος αὐτῶν, ἀπὸ τῆς συνόδου διελθόντες ἐς Ῥώμην, προγράψειν ἔμελλον· δυώδεκα δὲ ἄνδρας, ἢ ὡς ἕτεροι λέγουσιν ἑπτακαίδεκα, τοὺς μάλιστα δυνατοὺς, ἐν οἷς ἦν καὶ Κικέρων, ἔδοξε προανελεῖν, ἐπιπέμψαντας ἄφνω. Καὶ τῶνδε μὲν τέσσαρες αὐτίκα ἀνῃρέθησαν ἐν ἑστιάσεσί τε καὶ ὑπαντήσεσι. Ζητουμένων δὲ τῶν ἄλλων, καὶ ἐρευνωμένων νεῶν τε καὶ οἰκιῶν, ἄφνω θόρυβος ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν ἦν, καὶ βοαὶ καὶ διαδρομαὶ μετ' οἰμωγῆς, ὡς ἐν ἁλισκομένῃ πόλει. Τῷ γὰρ ἐγνῶσθαι μὲν ἀνδρολήψια γίγνεσθαι, μὴ προγεγράφθαι δὲ μηδένα τῶν προκατεγνωσμένων, πᾶς τις αὑτὸν ἡγεῖτο ζητεῖσθαι πρὸς τῶν περιθεόντων. Οὕτω δὲ ἀπογιγνώσκοντες αὑτῶν, οἱ μὲν τὰ ἴδια, οἱ δὲ τὰ κοινὰ, ἐμπρήσειν ἔμελλον, δρᾶσαί τι δεινὸν ἀλόγως αἱρούμενοι, πρὶν παθεῖν· καὶ τάχ' ἂν ἔδρασαν, εἰ μὴ Πέδιος αὐτοὺς ὁ ὕπατος, μετὰ κηρύκων περιθέων, ἐπήλπιζε περιμείναντας ἐς ἕω τὰ ἀκριβέστερα μαθεῖν. Ἅμα δ' ἕῳ, παρὰ γνώμην τῶν τριῶν ἀνδρῶν, προύγραφεν ὁ Πέδιος τοὺς ἑπτακαίδεκα, ὡς μόνους τε αἰτίους δόξαντας εἶναι τῶν ἐμφυλίων κακῶν, καὶ μόνους κατεγνωσμένους· πίστεις τε τοῖς ἄλλοις δημοσίας ἐποιεῖτο, ἀγνοῶν τὰ ἐγνωσμένα. Καὶ Πέδιος μὲν ἐκ καμάτου τῆς νυκτὸς ἐτελεύτησεν.

VII. Ἐσῄεσαν δ' οἱ τρεῖς τρισὶν ἡμέραις, ἀνὰ μέρος ἕκαστος αὐτῶν, ὁ Καῖσάρ τε καὶ ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Λέπιδος, σὺν ταῖς στρατηγίσι τάξεσι, καὶ ὁπλιτῶν ἕκαστος ἑνὶ τέλει. Ὡς δὲ εἰσῆλθον, αὐτίκα μὲν ἡ πόλις ἦν πλήρης ὅπλων τε καὶ σημείων διατεταγμένων ἐς τὰ ἐπίκαιρα. Αὐτίκα δὲ ἐν μέσῳ τούτων ἤγετο ἐκκλησία, καὶ δήμαρχος Πούπλιος Τίτιος ἐνομοθέτει, καινὴν ἀρχὴν ἐπὶ καταστάσει τῶν παρόντων ἐς πενταετὲς εἶναι τριῶν ἀνδρῶν, Λεπίδου τε καὶ Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος, ἴσον ἰσχύουσαν ὑπάτοις (ἣν ἄν τις Ἑλλήνων Ἁρμοστὰς ὀνομάσειεν, ὃ καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῖς καθισταμένοις τὰ ὑπήκοα ἐτίθεντο ὄνομα)· οὔτε διαστήματος ἐς δοκιμασίαν, οὔτε κυρίας εἰς τὴν χειροτονίαν ἡμέρας προτεθείσης· ἀλλ' αὐτίκα ἐκυροῦτο ὁ νόμος. Καὶ νυκτὸς ἄλλων, ἐπὶ τοῖς ἑπτακαίδεκα, τριά-

fensam, aut quod inimicorum essent necessarii, vel amicorum inimici. Nonnullis divitiæ fuerunt exitio. Nam opus erat ad belli apparatum multis pecuniis : quia reditus ex Asiæ vectigalibus Bruto Cassioque fuerant traditi, et ab illis solis adhuc percipiebantur, regibus etiam præterea ac satrapis de suo eisdem conferentibus. Triumviris autem Europa reliqua erat, et Italia, bellis tum maxime exactionibusque ita exhausta, ut parcissimus inde reditus esset. Itaque paulatim plebi quoque, ac tandem mulieribus etiam, gravissima tributa imposuerunt; et emtionum quoque et locationum vectigalia excogitarunt. Nec defuit qui propter villam aut domum amœniorem proscriptus est. Fuerunt autem proscripti, bonis publicatis, senatores CCC, equites Romani MM. In his erant fratres triumvirorum et avunculi; nonnulli etiam ex legatis eorumdem, qui vel imperatores vel alios legatos nonnihil offenderant.

VI. Jam majoris quidem numeri distulerunt proscriptionem donec a colloquio in Urbem discessissent : duodecim autem, vel, ut alii produnt, septemdecim, reliquis potentiores, et in his Ciceronem, placuit ante alios occidere, immissis subito percussoribus. Ex illisque statim quatuor, vel in conviviis, vel in fortuito occursu, cæsi sunt : reliqui vero dum per domos perque templa quæruntur, fit subito tota nocte tumultus, et discursatio cum clamore ejulatuque, non secus quam urbe capta. Quum enim intellexissent, quæri comprehendique aliquot viros, et nemo adhuc proscriptus esset; quisque se peti a circumcursantibus putabat. Itaque rebus desperatis, quidam suas privatas, quidam publicas etiam ædes cogitabant incendere; male sano quidem consilio facturi dirum aliquid, priusquam paterentur. Ac fecissent fortasse, ni Pedius consul, huc illac cum præcone cursitans, bene sperare eos jussisset, et lucem exspectare; tum accuratius, quid rei esset, cognituros. Prima vero luce, contra triumvirorum sententiam, proscripsit Pedius illos XVII, quasi solos auctores intestinorum malorum, solosque condemnatos : reliquis, interposita fide publica, securitatem promisit, ignarus decreti triumviralis. Et Pedius quidem sequenti nocte, morbo ex nimia defatigatione contracto, exstinctus est.

VII. Tum tres illi, Cæsar, Antonius, Lepidus, tribus continuis diebus, quoque die seorsim unus ex illis, Urbem sunt ingressi; quisque cum sua prætoria cohorte, et una legione. Quorum adventu urbs armatis continuo repleta est, et signa militaria conspecta in locis opportunioribus. Statimque advocata concione, eaque militibus bene cincta, Publius Titius tribunus plebis legem tulit de novo magistratu creando, ut triumviri constituendæ reipublicæ præessent in quinquennium cum potestate consulari, Lepidus, Antonius et Cæsar (Harmostas Græce non incommode appellaveris; quo nomine Lacedæmonii vocabant eos, qui civitates ipsis subjectas moderabantur) : at nec trinundinum ex more ad examinandam legem concessum est, nec dies comitiis dicta, sed lex sine mora perlata est. Sequenti nocte, præter illos XVII, alii CXXX proscripti sunt : et nomina eorum diversis

κοντα καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν προγραφαὶ κατὰ πολλὰ τῆς πόλεως προὐτίθεντο· καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλων πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Καί τις προσετίθετο τοῖς πίναξιν ἀεὶ τῶν προκαταγιγνωσκομένων ἢ τῶν προανῃρημένων ὑπ' ἀγνοίας, ἐς δόξαν τοῦ δικαίως ἀνῃρῆσθαι. Διετέτακτό τε, πάντων τὰς κεφαλὰς ἐς τοὺς τρεῖς ἄνδρας ἐπὶ ῥητῷ κέρδει φέρεσθαι· καὶ ἦν τὸ κέρδος ἐλευθέρῳ μέν, ἀργύριον, θεράποντι δέ, ἐλευθερία τε καὶ ἀργύριον· παρέχειν δὲ ἐς ἔρευναν πάντας τὰ ἴδια· καὶ τὸν ὑποδεξάμενον ἢ κρύψαντα ἢ τὴν ἔρευναν οὐ παρασχόντα, τοῖς ἴσοις ἐνέχεσθαι· μηνύειν δὲ ἕκαστα τούτων τὸν ἐθέλοντα, ἐπὶ τοῖς ἴσοις κέρδεσι.

VIII. Καὶ εἶχεν οὕτως ἡ προγραφή· « Μάρκος Λέπιδος, Μάρκος Ἀντώνιος, Ὀκταούϊος Καῖσαρ, οἱ χειροτονηθέντες ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινά, οὕτω λέγουσιν· Εἰ μὴ δι' ἀπιστίαν οἱ πονηροί, δεόμενοι μέν, ἦσαν ἐλεεινοί, τυχόντες δέ, ἐγίγνοντο τῶν εὐεργετῶν ἐχθροί, εἶτα ἐπίβουλοι· οὔτ' ἂν Γάϊον Καίσαρα ἀνῃρήκεσαν, οὓς ἐκεῖνος δορὶ λαβὼν ἔσωσεν ἐλέῳ, καὶ φίλους θέμενος, ἐπὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς καὶ δωρεὰς προήγαγεν ἀθρόως· οὔτ' ἂν ἡμεῖς τοῖς ἐνυβρίσασι καὶ πολεμίους ἀναγράψασιν ἡμᾶς ὧδε ἀθρόως ἠναγκαζόμεθα χρῆσθαι. Νῦν δέ, ἐξ ὧν ἐπιβεβουλεύμεθα, καὶ ἐξ ὧν Γάϊος Καῖσαρ ἔπαθεν, ἀτιθάσευτον ὁρῶντες τὴν κακίαν ὑπὸ φιλανθρωπίας, προλαβεῖν τοὺς ἐχθροὺς ἢ παθεῖν αἱρούμεθα. Μὴ δή τις τὸ ἔργον ἄδικον ἢ ὠμὸν ἢ ἄμετρον ἡγείσθω, ἔς τε Γάϊον καὶ ἐς ἡμᾶς, οἷα πεπόνθαμεν, ὁρῶν. Γάϊον μὲν δὴ καὶ αὐτοκράτορα ὄντα, καὶ ἄρχοντα ἱερῶν, καὶ τὰ φοβερώτατα Ῥωμαίοις καθελόντα τε ἔθνη καὶ κτησάμενον, καὶ πρῶτον ἀνδρῶν ὑπὲρ τοὺς Ἡρακλείους ὅρους ἀπλώτου θαλάσσης ἀποπειράσαντα, καὶ Ῥωμαίοις γῆν ἄγνωστον εὑρόντα, ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ λεγομένῳ βουλευτηρίῳ, ὑπὸ ὄψεσι θεῶν, κατέκανον, εἴκοσι καὶ τρισὶ σφαγαῖς ἐνυβρίσαντες, οἱ πολέμῳ ληφθέντες ὑπ' ἐκείνου, περισωθέντες, καὶ κληρονόμοι τέ τινες αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐγγραφέντες εἶναι. Οἱ λοιποὶ δέ, ἐπὶ τῷ μύσει τῷδε, τοὺς ἐναγεῖς ἀντὶ κολάσεων ἐπὶ ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας ἐξέπεμψαν· αἷς ἐκεῖνοι χρώμενοι, τά τε κοινὰ τῶν χρημάτων ἥρπασαν, καὶ στρατὸν ἐξ αὐτῶν ἀγείρουσι καθ' ἡμῶν, καὶ ἕτερον αἰτοῦσι παρὰ βαρβάρων ἀεὶ τῆς ἀρχῆς πολεμίων· τάς τε ὑπὸ Ῥωμαίοις πόλεις, τὰς μὲν οὐ πειθοντες, ἐνέπρησαν ἢ κατέσκαψαν ἢ κατήρειψαν, τὰ δὲ καταπλήξαντες ἐπάγουσι τῇ πατρίδι καθ' ἡμῶν.

IX. Ἡμεῖς δὲ αὐτῶν τοὺς μὲν ἤδη τετιμωρήμεθα· τοὺς δὲ λοιπούς, θεοῦ συνεπιλαμβάνοντος, αὐτίκα δίκην διδόντας ὄψεσθε. Τῶν δὲ μεγίστων ἡμῖν ἠνυσμένων καὶ ὑπὸ χερσὶν ὄντων, Ἰβηρίας τε, καὶ Κελτικῆς, καὶ τῶνδε τῶν οἴκοι, ἓν ἔστι λοιπὸν ἔτι ἔργον, στρατεύειν ἐπὶ τοὺς πέραν θαλάσσης αὐτόχειρας Γαΐου. Μέλλουσι δὴ πόλεμον ὑπὲρ ὑμῶν ἔκδημον ἀγωνιεῖσθαι, οὐκ ἀσφαλὲς οὔτε ἐς τὰ ἡμέτερα οὔτε ἐς τὰ ὑμέτερα εἶναι δοκεῖ, τοὺς ἄλλους ἐχθροὺς ὀπίσω καταλιπεῖν, ἐπιθησομένους ταῖς ἀπουσίαις ἡμῶν, καὶ τὰ συμβαίνοντα τῷ

Urbis locis proposita; nec multo post rursum alii CL. Et tabulis semper adscribebatur nomen alicujus ex eis, qui per errorem jam ante condemnati aut occisi erant, ne innocentes viderentur hi periisse. Edictumque erat, ut omnium capita ad Triumviros referrentur, propositis certis præmiis, ingenuo pecunia, servo libertate cum pecunia: tum, ut perquisitoribus quisque patefaceret ædes suas; pari enim in culpa cum proscriptis fore, quicunque aliquem ex his vel domo excepisset, vel occultasset, vel qui perquisitoribus non ultro aperiret omnia: et hujusmodi celatorum indicibus paria erant præmia proposita.

VIII. Fuit autem proscriptionis formula hæc: « M. Lepidus, M. Antonius, Octavius Cæsar, triumviri electi constituendæ et corrigendæ reipublicæ, edicunt sic: Nisi tanta esset improborum perfidia, ut postquam supplices miseratione servati sunt, benemeritis pro beneficio reponant odium, ac mox etiam vitæ insidias; neque hi C. Cæsarem interfecissent, quos ille bello victos servavit clementia, et in amicitiam receptos evexit ad honores, et liberalitate cumulavit; neque nos adversus eos, qui indigne nobiscum egerunt, et hostes reipublicæ nos judicaverunt, subito hanc rationem ingredi cogeremur. Nunc vero, postquam ex insidiis quas nobis struxerunt, et ex Cæsaris casu, intelleximus, nullis beneficiis perdomari eorum malitiam posse, prævenire inimicos, quam ab eis præoccupari, malumus. Nemo igitur hoc nostrum factum aut injustum, aut crudele, aut nimium existimet, quid C. Cæsar, quid nos ipsi passi simus, reputans. Illum certe, et imperatorem, et pontificem maximum, et gentium maxime populo Romano formidatarum domitorem subactoremque, qui primus mortalium ultra Herculeos terminos nemini navigatum mare superavit, et incognitas populo Romano aperuit terras; illum in loco sacrato, in media curia, sub oculis deorum, confecerunt, tribusque et viginti vulneribus lacerarunt hi, qui, quum jure belli ab eo fuissent capti, dimissi ab eodem fuerant incolumes, nonnulli etiam testamento hæredes ejus nuncupati. Cæteri vero, tantum abfuit, ut in conspurcatos tam exsecrabili crimine animadverterent, ut eis magistratus et provincias cum imperio dederint; quibus illi abusi, et pecunias publicas diripuerunt, et copias inde contra nos colligunt, atque alias a barbaris, perpetuis imperii nostri hostibus, postulant. Civitatesque populo Romano subjectas, partim, quod ipsorum imperata detrectassent, incenderunt, aut diruerunt, et solo æquarunt, partim minis ac territatione coegerunt ad arma nobis patriæque inferenda.

IX. « Nos vero de quibusdam eorum jam exegimus pœnas: reliquos, deo juvante, mox luere videbitis. Cæterum post res maximas, partim jam confectas a nobis, partim propediem expediendas, quæ ad Hispaniam ad Galliamque et ad hanc nostram Italiam pertinent; unum præterea magnum superest negotium, expeditio contra eos, qui trans mare sunt, Cæsaris parricidas. Id bellum pro patria gesturi peregre, neque nobis neque vobis tutum fore arbitrati sumus, si alios inimicos a tergo relinqueremus; usuros contra nos occasione, per absentiam nostram et per belli

πολέμῳ καιροφυλακήσοντας· οὐδ' αὖ βραδύνειν διὰ τούσδε, ἐν ἐπείξει τοσῇδε, μᾶλλον, ἢ ἐκ ποδῶν αὐτοὺς ἀθρόως ποιήσασθαι, ἄρξαντάς γε τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου, ὅτε πολεμίους ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῖν στρατοὺς ἐψηφίζοντο εἶναι.

X. Κἀκεῖνοι μὲν τοσάσδε πολιτῶν μυριάδας ἡμῖν συναπώλλυον, οὔτε θεῶν νέμεσιν οὔτε φθόνον ἀνθρώπων ὑφορώμενοι. Ἡμεῖς δὲ πλήθει μὲν οὐδενὶ χαλεπανοῦμεν, οὐδὲ τοὺς ἐχθροὺς ἐπιλεξόμεθα πάντας, ὅσοι διηνέχθησαν ἡμῖν, ἢ ἐπεβούλευσαν, οὐδὲ ἐκ πλούτου πάντως ἢ περιουσίας ἢ ἀξιώσεως, οὐδ' ὅσους ἕτερος πρὸ ἡμῶν αὐτοκράτωρ ἔκτεινε, τὴν πόλιν κἀκεῖνος ἐν ἐμφυλίοις καθιστάμενος, ὃν Εὐτυχῆ προσείπατε δι' εὐπραξίαν· καίπερ ἀνάγκης οὔσης, τρισὶ πλέονας ἐχθροὺς, ἢ ἑνὶ, εἶναι. Ἀλλὰ μόνους δὴ τοὺς φαυλοτάτους τε καὶ πάντων αἰτιωτάτους ἀμυνούμεθα. Καὶ τόδε δι' ὑμᾶς οὐχ ἧσσον ἡμῶν· ἀνάγκη γὰρ, ἡμῶν διαφερομένων, ὑμᾶς πάντας ἐν μέσῳ δεινὰ πάσχειν· ἀνάγκη δέ τι καὶ τῷ στρατῷ γενέσθαι παραμύθιον, ὑβρισμένῳ τε καὶ παρωξυμμένῳ, καὶ πολεμίῳ πρὸς τῶν κοινῶν ἐχθρῶν ἀναγεγραμμένῳ. Δυνηθέντες δ' ἂν, οὓς ἔγνωμεν, ἐξ ἐφόδου συλλαβεῖν, αἱρούμεθα προγράψαι μᾶλλον, ἢ ἀγνοοῦντας ἔτι συλλαβεῖν· καὶ τόδε δι' ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἐπὶ τοῖς ὁπλίταις ᾖ διωργισμένοις πλεονάζειν ἐς τοὺς ἀνευθύνους, ἀλλὰ, ἀπηριθμημένους καὶ ὡρισμένους ἔχοντες ὀνομαστὶ, τῶν ἄλλων κατὰ πρόσταγμα ἀπέχωνται.

XI. Ἀγαθῇ τύχῃ τοίνυν· τῶν ὑπογεγραμμένων τῷδε τῷ διαγράμματι μηδεὶς δεχέσθω μηδένα, μηδὲ κρυπτέτω, μηδὲ ἐκπεμπέτω ποι, μηδὲ πειθέσθω χρήμασιν. Ὃς δ' ἂν ἢ σώσας ἢ ἐπικουρήσας ἢ συνειδὼς φανῇ, τοῦτον ἡμεῖς, οὐδεμίαν ὑπολογισάμενοι πρόφασιν ἢ συγγνώμην, ἐν τοῖς προγεγραμμένοις τιθέμεθα. Ἀναφερόντων δὲ τὰς κεφαλὰς οἱ κτείναντες ἐφ' ἡμᾶς· ὁ μὲν ἐλεύθερος, ἐπὶ δισμυρίαις δραχμαῖς Ἀττικαῖς καὶ πεντακισχιλίαις ὑπὲρ ἑκάστης· ὁ δὲ δοῦλος, ἐπ' ἐλευθερίᾳ τοῦ σώματος, καὶ μυρίαις Ἀττικαῖς, καὶ τῇ τοῦ δεσπότου πολιτείᾳ· τὰ δ' αὐτὰ καὶ τοῖς μηνύουσιν ἔσται· καὶ τῶν λαμβανόντων οὐδεὶς ἐγγεγράψεται τοῖς ὑπομνήμασιν ἡμῶν, ἵνα μὴ κατάδηλος ᾖ. » Ὧδε μὲν εἶχεν ἡ προγραφὴ τῶν τριῶν ἀνδρῶν, ὅσον ἐς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἀπὸ Λατίνης μεταβαλεῖν.

XII. Πρῶτος δ' ἐν τοῖς προγράφουσι Λέπιδος, καὶ πρῶτος ἐν τοῖς προγραφομένοις ὁ ἀδελφὸς ὁ Λεπίδου Παῦλος· καὶ δεύτερος ἦν τῶν προγραφόντων Ἀντώνιος, καὶ δεύτερος τῶν προγραφομένων ὁ θεῖος ὁ Ἀντωνίου Λεύκιος· οἵδε μὲν, ὅτι πρῶτοι πολεμίους αὐτοὺς ἐψηφίσαντο. Τρίτος δὲ καὶ τέταρτος ἦν, τῶν ἐν ἑτέρῳ πίνακι προκειμένων ἐς τὸ μέλλον ὑπάτων, Πλάγκου μὲν ὁ ἀδελφὸς Πλώτιος, Ἀσινίου δὲ ὁ πενθερὸς Κόϊντος. Καὶ οὐ κατ' ἀξίωσιν ἄρα μόνην οἵδε τῶν ἄλλων προὔκειντο μᾶλλον, ἢ ἐς θάμβος καὶ δυσελπιστίαν, μηδένα ῥύσασθαί τινα προσδοκᾶν. Ἦν δὲ καὶ Θωράνιος ἐν τοῖς προγεγραμμένοις, λεγόμενος ὑπό τινων ἐπιτροπεῦσαι Καίσαρος. Ἅμα δὲ ταῖς προγραφαῖς αἵ τε πύλαι

varios casus captata. Imo ne cunctandum quidem, urgente tam præsenti periculo, duximus; sed ad unum tollendos e medio; quandoquidem ipsi priores nobis bellum intulerunt tum, quum nos nostrosque exercitus hostes judicarunt.

X. « Et illis quidem nulla religio fuit, tot civium millia nobiscum velle perdere, spreta deorum vindicta hominumque invidia. Nos vero multitudini nulli molesti erimus: ne inimicos quidem, qui nobis vel adversati sunt vel insidiati, seligemus omnes, nec in divites omnino et locupletes honoratosve animadvertemus; neque in tam multos quam alius ante nos imperator, qui pariter labefactatam civilibus bellis rempublicam instauravit, quem vos ob res gestas Felicem cognominastis: quamvis necesse sit, plures esse inimicos tribus quam uni. Sed pessimum solummodo quemque mulctabimus, et præ cæteris nocentissimum. Atque id non nostrum magis causa faciemus, quam vestrum ipsorum; quos necesse esset, dum nos conflictaremur, in medio positos omnes multis involvi calamitatibus. Sed et necesse est aliquid in gratiam facere exercitus, ad levamen injuriarum quibus ille irritatus est, a communibus nostris inimicis hostis judicatus. Quanquam vero potueramus, quos visum esset, comprehendere e vestigio, maluimus eos proscribere, quam ignaros opprimere: idque ipsum propter vos, ne in potestate sit iratorum militum, præter mandatum insontibus quoque vim inferre; sed ut, intra certum numerum suis nominibus designatorum coerciti, abstineant cæteris.

XI. « Ergo quod felix faustumque sit: Ex his quorum nomina huic scripto subjuncta sunt, nemo quempiam domum recipito, neve celato, neve ablegato, neve pecuniis corrumpitor. Quisquis autem vel servasse, vel adjuvisse, vel conscius fuisse deprehendetur, eum nos absque ulla excusatione veniaque in proscriptorum numerum referemus. Capita vero occisorum ad nos afferunto, accepturi præmium, centena millia HS. in singula capita, si liber attulerit; sin servus, libertatem cum quadraginta millibus H S. et heri sui jure civitatis. Eadem præmia sunto et indicibus: nec cujusquam nomen, qui præmium acceperit, inseretur nostris commentariis, ne manifestum fiat. » Talis fuit triumviralis proscriptionis formula.

XII. Primus autem inter proscriptores Lepidus fuit, et primus inter proscriptos frater Lepidi, Paulus: secundus ex proscriptoribus Antonius, et secundus proscriptus avunculus Antonii, Lucius: quia hi primi sententiis suis hostes eos judicaverant. Tertius porro et quartus erant necessarii designatorum in sequentem annum consulum (quorum nomina in alia tabula juxta illam erant descripta), Planci frater, Plotius, et Quintius, socer Asinii: qui non tam ob dignitatis eminentiam ante alios sunt positi, quam ad incutiendum timorem, spemque adimendam, ne quis liberare quempiam posse speraret. Erat et Thoranius inter proscriptos, qui tutor a nonnullis proditur fuisse Cæsaris. Editaque proscriptione, continuo portis addita sunt custodiæ, et discessit

κατείχοντο, καὶ ὅσαι ἄλλαι τῆς πόλεως ἔξοδοί τε καὶ λιμένες, ἢ ἕλη καὶ τέλματα, ἢ εἴ τι ἄλλο ἐς φυγὴν ὕποπτον ἦν, ἢ ἐς λαθραίους καταφυγάς· τήν τε χώραν ἐπετέτραπτο τοῖς λοχαγοῖς ἐρευνᾷν περιθέουσι· καὶ ἐγίγνετο πάντα ὁμοῦ.

XIII. Εὐθὺς οὖν ἦν ἀνά τε τὴν χώραν καὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, ὡς ἕκαστός πη συνελαμβάνετο, ἀνδρολήψια αἰφνίδια πολλὰ, καὶ τρόποι τῶν φόνων ποικίλοι, τῶν τε κεφαλῶν ἀποτομαὶ τοῦ μισθοῦ χάριν ἐς ἐπίδειξιν, φυγαί τε ἀπρεπεῖς, καὶ σχήματα ἄτοπα ἐκ τοῦ πρὶν περιφανοῦς. Κατέδυνον γὰρ οἱ μὲν ἐς φρέατα, οἱ δὲ ἐς τὰς ὑπονόμους τάφρους ἐπὶ τὰ ἀκάθαρτα, οἱ δὲ ἐς καπνώδεις ὑπωροφίας, ἢ τῶν τεγῶν ταῖς κεραμίσι βυομέναις ὑπεκάθηντο, μετὰ σιγῆς βαθυτάτης. Ἐδεδοίκεσαν γὰρ οὐχ ἧσσον τῶν σφαγέων, οἱ μὲν γυναῖκας ἢ παῖδας οὐκ εὐμενῶς σφίσιν ἔχοντας, οἱ δὲ ἐξελευθέρους τε καὶ θεράποντας, οἱ δὲ καὶ δανεισμάτων χρήστας, ἢ χωρίων γείτονας, ἐπιθυμίᾳ τῶν χωρίων. Ἐπανάστασις γὰρ δὴ πάντων, ὅσα τέως ὕπουλα ἦν, ἀθρόα τότε ἐγίγνετο, καὶ ἀθέμιστος μεταβολὴ βουλευτῶν ἀνδρῶν, ὑπάτων, ἢ στρατηγῶν, ἢ δημάρχων, ἔτι τάσδε τὰς ἀρχὰς μετιόντων, ἢ ἐν αὐταῖς γεγονότων, ἐς πόδας ἰδίου θεράποντος ῥιπτουμένων σὺν ὀλοφύρσεσι, καὶ σωτῆρα καὶ κύριον τὸν οἰκέτην τιθεμένων. Οἴκτιστον δὲ ἦν, ὅτε καὶ ταῦτα ὑποστάντες οὐκ ἐλεηθεῖεν.

XIV. Ἰδέα τε πᾶσα κακῶν ἦν, οὐχ ὡς ἐν στάσεσιν ἢ πολέμου καταλήψεσιν. Οὐ γὰρ, ὡς ἐν ἐκείνοις, τὸν μὲν ἀντιστασιώτην ἢ πολέμιον ἐδεδοίκεσαν, τοῖς δ' οἰκείοις σφᾶς ἐπέτρεπον· ἀλλὰ καὶ τούσδε τῶν σφαγέων μᾶλλον ἐδεδοίκεσαν, οὐδὲν μὲν αὐτοὺς, ὡς ἐν πολέμῳ καὶ στάσει, δεδιότας, σφίσι δὲ αὐτίκα γιγνομένους ἐξ οἰκείων πολεμίους, ἢ δι' ὕπουλον ἔχθραν, ἢ ὑπὸ τῶν ἐπικεκηρυγμένων σφίσι γερῶν, ἢ διὰ τὸν ἐν ταῖς οἰκίαις χρυσόν τε καὶ ἄργυρον. Ἄπιστος γὰρ δὴ διὰ ταῦτα ἀθρόως ἕκαστος ἐς τὸν οἰκεῖον ἐγίγνετο, καὶ τὸ σφέτερον κέρδος τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐλέου προὐτίθει. Ὁ δὲ πιστὸς ἢ εὔνους ἐδεδίει βοηθεῖν, ἢ κρύπτειν, ἢ συνειδέναι, δι' ὁμοιότητα τῶν ἐπιτιμίων. Ἔς τε τὸ ἔμπαλιν αὐτοῖς τοῦ πρώτου τῶν ἑπτακαίδεκα ἀνδρῶν δέους περιέστη. Τότε μὲν γὰρ οὐ προγραφέντος οὐδενὸς, ἀλλὰ τινῶν ἄφνω συλλαμβανομένων, πάντες ἐδεδοίκεσαν ὅμοια, καὶ συνήσπιζον ἀλλήλοις· ἐπὶ δὲ ταῖς προγραφαῖς, οἱ μὲν αὐτίκα πᾶσιν ἔκδοτοι γεγένηντο· οἱ δὲ ἐν ἀμερίμνῳ περὶ σφῶν καὶ ἐπὶ κέρδει γενόμενοι, τοὺς ἄλλους ἐπὶ μισθῷ τοῖς σφαγεῦσιν ἐκυνηγέτουν. Ὁ δὲ λοιπὸς ὅμιλος, οἱ μὲν τὰς οἰκίας τῶν ἀναιρουμένων διήρπαζον, καὶ τὸ κέρδος αὐτοὺς ἀπὸ τῆς συνέσεως τῶν παρόντων κακῶν ἐψυχαγώγει· οἱ δὲ ἐμφρονέστεροί τε καὶ ἐπιεικεῖς ἐτεθήπεσαν ὑπὸ ἐκπλήξεως· καὶ ἦν αὐτοῖς παραλογώτερον, ὅτε μάλιστα ἐνθυμηθεῖεν, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας πόλεις ἐλυμήναντο στάσεις, καὶ περιέσωσαν ὁμόνοιαι, τὴν δὲ καὶ αἱ στάσεις τῶν ἀρχόντων προαπώλεσαν, καὶ ἡ ὁμόνοια τοιάδε ἐργάζεται.

XV. Ἔθνησκον δὲ, οἱ μὲν, ἀμυνόμενοι τοὺς ἀναι-

cæteri omnes Urbis exitus; eademque diligentia circa portus adhibita, et circa loca palustria cœnosaque, et quidquid suspectum erat ut fugæ latebrisve commodum; tum centuriones jussi sunt ad inquirendum per agros discurrere: et hæc omnia eodem momento facta sunt.

XIII. Itaque confestim intra Urbem et extra, prout quoque loco quisque deprehensus esset, repente oppressi multi per varia mortis genera; et capita detruncata, ad fidem cædis faciendam, ferendamque mercedem. Passimque fuga erat parum decora virorum paulo ante illustrium, tunc in deformem habitum mutatorum. Nam pars descendebant in puteos, pars in cloacas impurissimas: alii in fumariis vel sub tectorum constipatis tegulis abditi summo cum silentio sedebant. Timebant enim sibi quidam non magis a percussoribus, quam ab infensis uxoribus, alii a filiis male in ipsos affectis; alii a libertis servisque; tum creditores a debitoribus; vicini a vicinis, contigua prædia appetentibus. Quidquid enim lividum ac suppuratum odiis antea fuerat, id subito tunc erumpebat; et indigno modo mutabatur fortuna virorum ex amplissimo ordine, consulum, prætorum, tribunorum, aut harum dignitatum candidatorum, aut qui illos magistratus gesserant: quos nunc ad pedes servorum suorum cum lamentis vidisses advolutos, et famulo appellatione servatoris ac domini adulantes. Quæ res eo erat miserabilior, quod multi ne tam demisse quidem supplices impetraverint misericordiam.

XIV. Neque vero ulla aberat calamitatis species, secus ac in seditionibus et hostili victoria. Nec enim, ut illic, adversarii soli hostesve timebantur, in domesticis reponebatur fiducia; sed ipsi domestici multo magis, quam percussores, formidabantur: qui de se ipsis præter bellorum seditionumve morem securi, hostes subito reddebantur ex familiaribus, sive propter dissimulatum odium, sive spe ostentati publice præmii, sive quod inhiarent auro argentoque in ædibus. His enim de causis nihil cuiquam fidum domi supererat, lucri aviditate præponderante pietatem domesticam. Quod si quis in fide permanebat ac benevolentia, tamen opem ferre non audebat, nec celare periclitantem, nec dissimulare conscientiam, propter pœnæ similitudinem, quæ celatores sequebatur. Eratque res longe diversa a superiore septemdecim damnatorum virorum periculo: tunc enim, nemine proscripto, nonnullis repente comprehensis, omnes metu similis casus protegebant se invicem. Evulgatis autem proscriptionis tabulis, proscripti mox omnium proditioni patebant; cæteri, securi de sua salute et lucris intenti, ceu venatici canes, mercenariam operam præstabant vestigandis his, quos ad necem objicerent. Reliqua turba diripiebat ædes interemtorum; et præsens lucrum mentem eorum a cogitatione publicæ calamitatis avocabat. Qui vero prudentiores erant ac moderatiores, attoniti stupebant: et inaudita plane res ac pæne incredibilis tum maxime eis videbatur, quum subiret animum, « alias civitates seditionibus civium afflictas, mox eorumdem concordia esse servatas: hanc vero, per dissensionem civium jam ante perditam, nunc quoque per eorumdem conspirationem talia perpeti. »

XV. Cadebant autem alii repugnantes; non repugnantes

ροῦντας· οἱ δ', οὐκ ἀμυνόμενοι, ὡς οὐχ ὑπὸ τῶνδε ἀδικούμενοι. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ σφᾶς αὐτοὺς λιμῷ τε ἑκουσίῳ δαπανῶντες, καὶ βρόχοις χρώμενοι, καὶ τὰ σώματα καταποντοῦντες, ἢ ῥιπτοῦντες ἀπὸ τῶν τεγῶν, ἢ ἐς πῦρ ἐναλλόμενοι, ἢ τοῖς σφαγεῦσιν ὑπίσχοντες, ἢ καὶ μεταπεμπόμενοι βραδύνοντας· ἕτεροι δὲ κρυπτόμενοι, καὶ λιπαροῦντες ἀπρεπῶς, ἢ διωθούμενοι τὸ κακὸν, ἢ ὠνούμενοι. Οἱ δὲ καὶ παρὰ γνώμην τῶν τριῶν ἀνδρῶν, ὑπ' ἀγνοίας, ἢ κατ' ἐπιβουλὴν, ἀπώλλυντο. Καὶ δῆλος ἦν ὁ μὴ προγραφεὶς νέκυς, ὅτε οἱ προσκέοιτο ἡ κεφαλή· τῶν γὰρ δὴ προγεγραμμένων ἐν ἀγορᾷ προυτίθεντο παρὰ τοῖς βήμασιν, ἔνθα ἔδει κομίσαντας ἀντιλαβεῖν τὰ ἀγαθά. Ἴση δ' ἦν ἑτέρων σπουδὴ, καὶ ἀρετὴ γυναικῶν τε καὶ παιδίων καὶ ἀδελφῶν καὶ θεραπόντων, περισωζόντων τε καὶ συμμηχανωμένων πολλὰ, καὶ συναποθνησκόντων, ὅτε μὴ τυχοῖεν ὧν ἐπενόουν· οἱ δὲ καὶ ἐπανῄρουν σφᾶς ἀνῃρημένοις. Τῶν δὲ ἐκφυγόντων, οἱ μὲν ὑπὸ ναυαγίων ἀπώλλυντο, ἐς πάντα σφίσι τῆς τύχης ἐπιβαρούσης· οἱ δὲ ἐπανήχθησαν ἐκ παραλόγων ἐπί τε ἀρχὰς τῆς πόλεως καὶ στρατηγίας πολέμων καὶ θριάμβους. Οὕτως ὁ καιρὸς ἦν ἐκεῖνος ἐπίδειξις παραδοξολογίας.

XVI. Καὶ τάδε ἐγίγνετο οὐκ ἐν ἰδιώτιδι πόλει, οὐδὲ ἐν ἀσθενεῖ καὶ σμικρῷ βασιλείῳ· ἀλλὰ τὴν δυνατωτάτην καὶ τοσούτων ἐθνῶν καὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἡγεμονίδα διέσειεν ὁ θεὸς, ἐκ πολλοῦ ἄρα ἐς τὴν νῦν καθιστάμενος εὐταξίαν. Ἐγένετο μὲν οὖν τοιάδε ἕτερα ἐν αὐτῇ κατά τε Σύλλαν, καὶ ἔτι πρὸ ἐκείνου Γάϊον Μάριον· ὧν ὁμοίως τὰ γνωριμώτατα τῶν κακῶν ἐν τοῖς περὶ ἐκείνων ἀνελεξάμην· καὶ προσῆν ἐκείνοις ἀταφία. Ταῦτα δὲ, ἀξιώσει τε τῶν τριῶν ἀνδρῶν, καὶ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν μάλιστα ἀρετῇ καὶ τύχῃ τὴν ἀρχὴν συστησαμένου τε ἐς ἕδραν ἀσφαλῆ, καὶ γένος καὶ ὄνομα τὸ νῦν ἄρχον ἀφ' ἑαυτοῦ καταλιπόντος, ἐπιφανέστερα. Ὧν τα λαμπρὰ καὶ τὰ χείρω γενόμενα, ἐν μνήμῃ τε μᾶλλον ὄντα, ὅτι καὶ τελευταῖα γέγονεν, ἐπελεύσομαι νῦν, οὐ πάντα· οὐ γὰρ ἀξιαφήγητον ἀναίρεσις ἁπλῆ καὶ φυγὴ, ἢ, τῶν τριῶν ἀνδρῶν τισι συγγνόντων ὕστερον, ἐπάνοδος, ἢ ἐπανελθόντων ἀφανὴς καταβίωσις· ἀλλ' ὅσα παραλογώτατα ὄντα μάλιστα ἂν ἐκπλήξειε, καὶ πιστεύσειν ποιήσειε τοῖς προλεγομένοις. Πολλὰ δ' ἔστι, καὶ πολλοὶ Ῥωμαίων ἐν πολλαῖς βίβλοις αὐτὰ συνέγραψαν ἐφ' ἑαυτῶν· ὀλίγα δὲ ἐγὼ καθ' ἑκάστην ἰδέαν, ἐς πίστιν ἑκάστης, καὶ ἐς εὐδαιμόνισμα τῶν νῦν παρόντων, ἐπὶ κεφαλαίου διὰ τὸ μῆκος ἀναγράψω.

XVII. Ἤρξατο μὲν δὴ τὸ κακὸν, ἐκ συντυχίας, ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ἔτι ὄντων· καὶ πρῶτος ἀνῃρέθη δημαρχῶν Σαλούϊος. Ἱερὰ δ' ἐστὶν ἡ ἀρχὴ καὶ ἄσυλος ἐκ τῶν νόμων, καὶ τὰ μέγιστα ἴσχυεν, ὡς καὶ τῶν ὑπάτων τινὰς ἐς τὰς φυλακὰς ἐμβαλεῖν. Καὶ ἦν ὅδε ὁ δήμαρχος ὁ τὸν Ἀντώνιον ἐν μὲν ἀρχῇ κεκωλυκὼς εἶναι πολέμιον, ὕστερον δὲ συμπεπραχὼς ἐς πάντα Κικέρωνι. Πυθόμενος δὲ τῶν τριῶν ἀνδρῶν τῆς τε συμφρονήσεως καὶ τῆς ἐς τὴν πόλιν ἐπείξεως, τοὺς οἰκείους εἱστία, ὡς

alii, quod eam injuriam non ad ministros cædis referendam ducerent. Quidam se ipsi vel fame confecerunt vel laqueo : alii de tecto se præcipitarunt, aut in aquam conjecerunt ignemve; alii ultro jugulum præbuerunt percussoribus, aut illos cunctantes accersiverunt. Inviti obierunt alii, latebras quærentes, aut indecore supplicantes, aut tergiversantes, aut pretio conantes evadere. Nonnulli quoque, præter triumvirorum mentem, per errorem perierunt, aut per inimicorum insidias. Et cadaver non proscripti dignoscebatur a cæteris, quando non erat capit etruncatum : proscriptorum enim in foro proponebantur capita pro rostris, ubi rependebatur pro eis præmium. E diverso non minor exstitit passim virtus studiumque uxorum, liberorum, fratrum, famulorum, multa ad conservandam periclitantium salutem facientium comminiscentiumque; aut cum suis simul pereuntium, ubi cœpta non successissent : nec defuerunt qui se sponte jugularent supra cæsorum cadaveribus. Ex his vero qui evasere, aliquot naufragio perierunt, nihil se remittente adversa fortuna : alii, ad lætiora tempora præter opinionem servati, pervenerunt ad urbanos magistratus postea, et cum imperio præpositi exercitibus, triumphi etiam honorem sunt adepti. Tantum miraculorum attulerant illa tempora.

XVI. Et hæc res non acciderunt in vulgari aliqua civitate, nec in parva regia ac invalida : sed potentissimam tot terra marique gentium dominam deus ita perculit; per diutinas ambages adducens eamdem ad feliciorem hanc, quæ nunc obtinet, constitutionem moderationemque. Ac similia quidem jam sub Syllæ dominatu passa erat Roma, et ante illum sub Mario : quorum malorum quæ præ cæteris maxime memorabilia sunt, in illorum historia enotavi : quo tempore quidem etiam hoc accessit, ut inhumata projicerentur occisorum corpora. Hæc autem, de quibus nunc agimus, propter Triumvirorum dignitatem sunt magis insignia, ac præsertim propter unius ex illis virtutem fortunæ conjunctam, qui, postquam imperium solido fundamento firmavit, genus et nomen suum in hos qui nunc imperant propagavit. Quarum rerum, quæ vel alias sunt illustriores, vel quæ sævitate eminent, eas nunc percurram : eo etiam memoratu faciliores, quod sint novissimæ. Enimvero non omnia persequar : quippe non digna videtur commemoratione simplex cædes aut fuga, aut, Triumviris aliquanto post ignoscentibus, reditus quorumdam, et vita deinde in obscuro acta : sed quæ maxime miraculo futura sunt, et fidem factura lecturis eorum quæ jam diximus. Sunt autem bene multa, et a multis Romanis scriptoribus seorsim comprehensa multis voluminibus. Ex quibus ego, ne nimis longus sim, pauca per singula rerum genera breviter decerpam; quo cujusque generis constet fides, et quo magis eluceat præsentis ætatis felicitas.

XVII. Prima sævitia fortuito in eos effusa est, qui magistratibus etiam tum fungebantur. Et primus cæsus tribunus plebis Salvius. Est autem is magistratus sacrosanctus per eas leges, et tantæ potestatis, ut consules etiam aliquot in carcerem miserit. Et hic tribunus primum quidem intercesserat, quominus hostis judicaretur Antonius; sed postea Ciceronem in omnibus rebus adjuverat. Cognita autem Triumvirorum conspiratione et ad Urbem festinatione, convivium familiaribus præbuit, ut non diu porro cum illis

οὐ πολλάκις αὐτοῖς ἔτι συνεσόμενος· ἐσδραμόντων δὲ ἐς τὸ συμπόσιον τῶν ὁπλιτῶν, οἱ μὲν ἐξανίσταντο σὺν θορύβῳ καὶ δέει, ὁ δὲ τῶν ὁπλιτῶν λοχαγὸς ἐκέλευεν ἠρεμεῖν κατακλιθέντας, τὸν δὲ Σαλούϊον, ὡς εἶχε, τῆς κόμης ἐπισπάσας ὑπὲρ τὴν τράπεζαν ἐς ὅσον ἔχρῃζε, τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμε, καὶ τοῖς ἔνδον αὖθις ἐκέλευεν ἀτρεμεῖν ὡς ἔχουσι, μὴ θορύβου γενομένου πάθοιεν ὅμοια. Οἱ μὲν δὴ καὶ οἰχομένου τοῦ λοχαγοῦ τεθηπότες, ἄναυδοι μέχρι βαθυτάτης νυκτὸς τῷ λοιπῷ τοῦ δημάρχου σώματι συγκατέκειντο. Δεύτερος δ' ἀνὴρ ἔθνησκε στρατηγὸς Μινούκιος, ἀρχαιρεσιάζων μὲν ἐν ἀγορᾷ· πυθόμενος δὲ ἐπιέναι τοὺς ὁπλίτας, ἀνεπήδησε, καὶ περιθέων ἔτι καὶ ἐννοούμενος ὅποι διαλάθοι, τὴν ἐσθῆτα ἐνήλλασσεν, ἔς τι τῶν ἐργαστηρίων ἐσδραμὼν, τοὺς ὑπηρέτας καὶ τὰ σημεῖα ἀποπέμψας. Οἱ δὲ, αἰδοῖ καὶ ἐλέῳ παραμένοντες, εὐμαρέστερον ἄκοντες ἐποίησαν τοῖς σφαγεῦσι τὸν στρατηγὸν εὑρεῖν.

XVIII. Ἄνναλιν, ἕτερον στρατηγὸν, τῷ παιδὶ μετιόντι ταμιείαν συμπεριθέοντα, καὶ τοὺς ψηφιουμένους παρακαλοῦντα, οἵ τε συνόντες φίλοι, καὶ οἱ τὰ σημεῖα τῆς ἀρχῆς φέροντες ἀπεδίδρασκον, πυθόμενοι προσγεγράφθαι τοῖς πίναξι τὸν Ἄνναλιν. Ὁ δὲ ἐς πελάτην ἑαυτοῦ τινα φυγὼν, ᾧ βραχὺ καὶ εὐτελὲς ἦν τέγος ἐν προαστείῳ, καὶ διὰ πάντα εὐκαταφρόνητον, ἐκρύπτετο ἀσφαλῶς· μέχρι τοὺς σφαγέας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, τὴν φυγὴν ἐς τὸν πελάτην ὑποτοπήσας, ὡδήγησεν ὑπὸ τὸ τέγος· καὶ παρὰ τῶν τριῶν ἀνδρῶν τήν τε οὐσίαν ἔλαβε τοῦ πατρὸς, καὶ ἐς ἀγορανομίαν ᾑρέθη. Ἀναλύοντα δὲ αὐτὸν ἐκ μέθης στρατιῶταί τι προσκρούσαντες, ἔκτειναν, οἳ καὶ τὸν πατέρα ἀνῃρήκεσαν. Θουράνιος δὲ, οὐ στρατηγῶν μὲν ἔτι, ἀλλ' ἐστρατηγηκὼς, πατὴρ δὲ νεανίου τὰ μὲν ἄλλα ἀκολάστου, δυναστεύοντος δὲ παρ' Ἀντωνίῳ, τοὺς λοχαγοὺς ἠξίου τὴν σφαγὴν ἐπισχεῖν οἱ πρὸς ὀλίγον, ἔστε αὐτὸν ὁ υἱὸς αἰτήσαιτο παρ' Ἀντωνίου. Οἱ δ' ἐπιγελάσαντες, ᾔτησεν, εἶπον, ἀλλ' ἐπὶ θάτερα. Καὶ συνεὶς ὁ πρεσβύτης, ἕτερον αὐτίκα βραχύτατον ᾔτει διάστημα, μέχρι οὗ τὴν θυγατέρα ἴδοι· ἰδὼν δὲ, ἐκέλευε μὴ μετασχεῖν τῶν πατρῴων, μὴ κἀκείνην ὁ ἀδελφὸς αἰτήσαιτο παρ' Ἀντωνίου. Συνέβη δὲ καὶ τῷδε, τὴν οὐσίαν ἐς αἰσχρὰ δαπανῆσαι, καὶ κλοπῆς ἁλόντι φυγεῖν ἐκ καταδίκης.

XIX. Κικέρων δὲ, ὃς μετὰ Γάϊον Καίσαρα ἴσχυσεν, ὅση γένοιτο ἂν δημαγωγοῦ μοναρχία, κατέγνωστο μὲν ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ καὶ τῷ παιδὶ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ πᾶσιν οἰκείοις τε καὶ στασιώταις καὶ φίλοις. Φυγὼν δὲ ἐπὶ σκάφους, οὐκ ἔφερε τὴν ἀηδίαν τοῦ κλύδωνος, ἀλλὰ εἰς ἴδιον χωρίον, ὃ καθ' ἱστορίαν τοῦδε τοῦ πάθους εἶδον, ἀμφὶ Καπύην πόλιν τῆς Ἰταλίας, καταχθεὶς, ἠρέμει. Πλησιαζόντων δὲ τῶν ἐρευνωμένων (τοῦτον γὰρ δὴ φιλοτιμώτατα πάντων Ἀντώνιός τε ἐζήτει, καὶ Ἀντωνίῳ πάντες), ἐς τὸ δωμάτιον αὐτοῦ κόρακες ἐσπτάντες ἔκλαζον, ἐπεγείροντες ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ τὸ ἱμάτιον ἀπέσυρον ἀπὸ τοῦ σώματος· ἕως οἱ θεράποντες, σημηνάμενοι τὸ γιγνόμενον εἶναι σύμβολον ἐκ τοῦ

convicturus. Quumque irrupissent armati in triclinium, assurgentibus omnibus metu perculsis, centurio jussit cæteros quietos recumbere; Salvium, ita ut erat, capillis correptum super mensam protraxit quantum opus erat, atque ita præciso capite familiares ejus jussit silere et loco manere, ita ut erant, immotos, ne excitato tumultu similia paterentur. Et illi post centurionis quoque abitum, attoniti, sine voce, in multam noctem cum trunco tribuni corpore accubuerunt. Proxime post hunc occisus est prætor Minucius, quum in foro comitia haberet. Is, ubi peti se ab armatis audivit, prosiliit, et discurrens ac latebras quærens, mutata veste in officinam quamdam se proripuit, dimissis apparitoribus cum insignibus; qui, dum pudore et miseratione moti cunctantur, imprudentes effecerunt, ut facilius inveniretur prætor a percussoribus.

XVIII. Alium prætorem, Annalem, dum una cum filio quæsturæ candidato ambit suffragia, amicorum cohors et lictores deseruerunt, postquam didicerunt et hujus nomen adscriptum in tabulis. Annalis ad quemdam ex suis clientibus fuga delatus, cui parvum ac vile tectum erat in suburbio, contemnendum omnibus modis, latebat in tuto : donec ipsius filius, rem suspicatus, percussores sub id tectum duxit, et a triumviris paterna bona ædilitatemque accepit. Quem a compotatione redeuntem ebrium, exorta rixa, iidem milites occiderunt, qui patrem ante occiderant. At Thoranius, non quidem prætor, sed prætorius, pater adolescentis alioquin perditi, qui tamen multum posset apud Antonium, centuriones orabat, tantisper cædem differrent, dum se filius ab Antonio expeteret. Illi ridentes, Petiit, inquiunt, sed in contrarium. Id ubi intellexit senex, iterum brevissimum postulavit spatium, donec vidisset filiam : quam, in conspectum adductam, monuit ne adiret paternorum bonorum hæreditatem, ne et ipsam frater expeteret ab Antonio. Et hic quoque dein dignum factis exitum invenit : turpiter profuso oatrimonio, furti damnatus, solum vertere coactus est.

XIX. Cicero autem, qui post Cæsaris cædem regnaverat in concionibus, proscriptus est cum filio, et fratre, et filio fratris, et suæ factionis amicis omnibus et familiaribus. Hic quum in navicula fugam capessivisset, jactationem non ferens, in villam suam, quam mihi libuit ob hujus casus memoriam invisere, prope Capuam [*f.* Cajetam] delatus est. Ubi quum requiesceret, appropinquantibus qui eum quærebant (nam hunc præ cæteris Antonius et pro Antonio omnes summa cura perquirebant), in cubiculum ejus involantes corvi crocitatu e somno eum excitabant, et stragulam ei detrahebant de corpore; donec servi, intelligentes divinitus

θεῶν, ἐς φορεῖον ἐσθέμενοι τὸν Κικέρωνα, αὖθις ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἦγον διὰ λόχμης βαθείας λανθάνοντες. Πολλῶν δὲ ἀνὰ μέρη διαθεόντων τε καὶ πυνθανομένων, εἴ που Κικέρων ὁραθείη· οἱ μὲν ἄλλοι ἐπ' εὐνοίᾳ καὶ ἐλέῳ, πλεῖν αὐτὸν ἐξαναχθέντα, ἔλεγον, ἤδη· σκυτοτόμος δὲ, πελάτης Κλωδίου, πικροτάτου τῷ Κικέρωνι ἐχθροῦ γεγονότος, Λαίνᾳ τῷ λοχαγῷ σὺν ὀλίγοις ὄντι τὴν ἀτραπὸν ἔδειξεν. Ὁ δὲ ἐπέδραμέ τε, καὶ θεράποντας ἰδὼν πολὺ πλείους τῶν ἀμφ' αὐτὸν δρμῶντας ἐς ἄμυναν, στρατηγικῶς μάλα ἀνεβόησεν, Ἐσελθέτωσαν εἰς τὸ χωρίον οἱ περὶ οὐρὰν λοχαγοί. Τότε γὰρ οἱ μὲν θεράποντες ὡς ἐλευσομένων πλεόνων, κατεπλάγησαν.

XX. Ὁ δὲ Λαίνας, καὶ δίκην τινὰ διὰ τοῦ Κικέρωνός ποτε κατωρθωκὼς, ἐκ τοῦ φορείου τὴν κεφαλὴν ἐπισπάσας ἀπέτεμνεν, ἐς τρὶς ἐπιπλήσσων καὶ ἐκδιαπρίζων ὑπὸ ἀπειρίας· ἀπέτεμε δὲ καὶ τὴν χεῖρα, ᾗ τοὺς κατὰ Ἀντωνίου λόγους οἷα τυράννου συγγράφων, ἐς μίμημα τῶν Δημοσθένους, Φιλιππικοὺς ἐπέγραφεν. Ἔθεον δὲ οἱ μὲν ἐπὶ ἵππων, οἱ δὲ ἐπὶ νεῶν, αὐτίκα τὸ εὐαγγέλιον Ἀντωνίῳ διαφέροντες. Καὶ ὁ Λαίνας ἐν ἀγορᾷ προκαθημένῳ, τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα μακρόθεν ἀνέσειεν ἐπιδεικνύς. Ὁ δὲ ἥσθη τε μάλιστα, καὶ τὸν λοχαγὸν ἐστεφάνωσε, καὶ πλέοσι τῶν ἄθλων ἐδωρήσατο πέντε καὶ εἴκοσι μυριάσιν Ἀττικῶν δραχμῶν, ὡς μέγιστον δὴ τόνδε πάντων ἐχθρὸν καὶ πολεμιώτατόν οἱ γενόμενον ἀνελόντι. Ἡ κεφαλὴ δὲ τοῦ Κικέρωνος καὶ ἡ χεὶρ ἐν ἀγορᾷ τοῦ βήματος ἀπεκρέμαντο ἐπιπλεῖστον, ἔνθα πρότερον ὁ Κικέρων ἐδημηγόρει· καὶ πλείους ὀψόμενοι συνέθεον, ἢ ἀκροώμενοι. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς διαίτης ὁ Ἀντώνιος τὴν κεφαλὴν τοῦ Κικέρωνος θέσθαι πρὸ τῆς τραπέζης, μέχρι κόρον ἔσχε τῆς θέας τοῦ κακοῦ. Ὧδε μὲν δὴ Κικέρων, ἐπί τε λόγοις ἀοίδιμος ἐς ἔτι νῦν ἀνὴρ, καὶ ὅτε ἦρχε τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἐς τὰ μέγιστα τῇ πατρίδι γεγονὼς χρήσιμος, ἀνῄρητο· καὶ ἀνῃρημένος ἐνυβρίζετο. Ὁ δὲ παῖς ἐς τὴν Ἑλλάδα προαπέσταλτο ἐς Βροῦτον. Κόϊντος δὲ, ὁ τοῦ Κικέρωνος ἀδελφὸς, ἅμα τῷ παιδὶ καταληφθεὶς, ἐδεῖτο τῶν σφαγέων, πρὸ τοῦ παιδὸς αὐτὸν ἀνελεῖν· τὰ δὲ ἐναντία καὶ τοῦ παιδὸς ἱκετεύοντος, οἱ σφαγεῖς ἔφασαν ἀμφοτέροις διαιτήσειν, καὶ διαλαβόντες ἕτερον ἕτεροι κατὰ σύνθημα φονεῖς, ἀνεῖλον ὁμοῦ.

XXI. Ἰγνάτιοι δὲ, πατὴρ καὶ υἱὸς, συμφυέντες ἀλλήλοις, διὰ μιᾶς πληγῆς ἀπέθανον· καὶ αὐτῶν αἱ κεφαλαὶ μὲν ἀπετετμηντο, τὰ δὲ λοιπὰ σώματα ἔτι συνεπέπλεκτο. Βάλβος τὸν υἱὸν, ἵνα μὴ βαδίζοντες ὁμοῦ φανεροὶ γένοιντο, προὔπεμψεν ἐς φυγὴν ἐπὶ θάλασσαν, καὶ μετ' ὀλίγον εἵπετο ἐκ διαστήματος. Ἐξαγγείλαντος δέ τινος, εἴτε ἐξ ἐπιβουλῆς, εἴθ' ὑπ' ἀγνοίας, τὸν υἱὸν συνειλῆφθαι, ἐπανῆλθε, καὶ τοὺς σφαγέας μετεπέμψατο. Συνέβη δὲ καὶ τὸν παῖδα ἀπολέσθαι ναυαγίῳ· οὕτω ταῖς τότε συμφοραῖς καὶ τὸ δαιμόνιον ἐπέκειτο. Ἀῤῥούντιος τὸν υἱὸν, οὐχ ὑφιστάμενον φεύγειν χωρὶς αὐτοῦ, μόλις ἔπεισεν ὡς νέον περισώζειν ἑαυτόν. Καὶ τόνδε μὲν ἡ μήτηρ ἐπὶ τὰς πύλας προὔπεμψε, καὶ ὑπέ-

illud missum esse ostentum, impositum lecticæ Ciceronem rursus deferrent ad mare per devia silvæ densissimæ. Multis vero passim discurrentibus, et percunctantibus nuncubi visus esset Cicero; alii, miserati virum et bene ei cupientes, respondebant, eum soluta navi jam ferri per mare: unus sutor, cliens Clodii, infensissimi quondam Ciceroni, callem indicavit Lænati centurioni, comitato paucis militibus: qui cursim insectatus, quum a multo pluribus, quam qui secum essent, stipatum eum vidisset ad propugnandum paratis, insigni strategemate usus, exclamavit: Properate centuriones, qui a tergo estis! Tum servi, quasi mox impares futuri, metu sunt cohibiti.

XX. Lænas, quamvis quondam Ciceronis patrocinio causam vicisset, attractum e lectica caput ejus, repetito ter ictu veluti serra præsecuit magis quam abscidit ob imperitiam. Manum quoque præcidit, qua contra Antonium tanquam tyrannum orationes illas scripserat, quas ad imitationem Demosthenicarum Philippicas inscripsit. Protinusque et terra per veredarios et mari per dromones Antonio lætissimus nuncius perfertur. Et mox Lænas eidem, in foro sedenti pro tribunali, e longinquo caput cum manu ostentavit quatiens. Antonius supra modum gavisus, centurionem coronavit, et ad statutum præmium eidem, ob maximum hunc et infensissimum omnium sibi inimicum sublatum, decies centena millia H S. adjecit. Caput Ciceronis cum manu diu pro rostris pependit, ubi prius concionari erat solitus: majorque tunc ad spectandum, quam prius ad audiendum, concursus fuit. Fertur etiam inter epulas caput Ciceronis mensæ impositum spectasse Antonius, donec eum satietas tam dui spectaculi cepisset. Ad hunc modum Cicero, vir eloquentiæ nomine nunc quoque laudatissimus, de patriaque sua in consulatu singulariter plane meritus, et occisus, et post necem contumeliis affectus est. Filius ejus jam ad Brutum in Græciam fuerat præmissus. Quintus vero, frater Ciceronis, comprehensus una cum suo filio, armatos orabat, ut se prius occiderent quam filium: at filius supplex rogabat contrarium. Percussores, composituros se illorum controversiam, dicentes, seorsim utrumque divisis partibus aggressi, ambos eodem momento necaverunt ex composito.

XXI. Iidem Egnatii, pater filiusque, invicem complexi, uno ictu ceciderunt; et, præcisis amborum simul cervicibus, trunci adhuc in mutuo complexu hæserant. Balbus filium, quo magis fallerent separati, præmisit, ut ad mare profugeret; ipse ex modico intervallo secutus. Quumque a quodam, sive dolo, sive per errorem, audisset, comprehensum esse filium; reversus, ultro percussores accivit. Filio autem accidit, ut in mari periret naufragio. Ita fortuna quoque calamitates illorum temporum augebat. Aruntius filio, non sustinenti absque patre fugam capere, ægre persuasit, ut homo juvenis salutem suam vellet quærere. Hunc mater

στρεψεν ἵνα ἀνῃρημένον τὸν ἄνδρα θάψειε. Πυθομένη δὲ, καὶ τὸν υἱὸν ὑπὸ τῆς θαλάσσης διεφθάρθαι, λιμῷ διεχρήσατο ἑαυτήν. Αἵδε μὲν δὴ παίδων ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἔστων εἰκόνες.

XXII. Ἀδελφοὶ δὲ δύο ὁμοῦ προγραφέντες, οἷς ὄνομα ἦν Λιγάριοι, ἐκρύπτοντο ὑπὸ ἰπνῷ· μέχρι τῶν θεραπόντων αὐτοὺς ἀνευρόντων, ὁ μὲν αὐτίκα ἀνῃρέθη, ὁ δὲ ἐκφυγὼν, ἐπεὶ τὸν ἀδελφὸν ἔγνω διεφθαρμένον, ἔρριψεν αὑτὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῆς γεφύρας ἐς τὸ ῥεῦμα. Καὶ, αὐτὸν ἁλιέων περισχόντων, ὡς οὐχ ἐναλάμενον, ἀλλὰ πεπτωκότα, ἐς πολὺ μὲν ἐφιλονείκει, καὶ ἑαυτὸν ἐς τὸ ῥεῦμα ἐώθει. Ἡσσώμενος δὲ τῶν ἁλιέων, περιεγίγνετο, καὶ, Οὐκ ἐμὲ, ἔφη, περισώζετε, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἐμοὶ προγεγραμμένῳ συναπόλλυτε. Οἱ δὲ καὶ ὡς αὐτὸν οἰκτείραντες περιέσωζον, μέχρι τινὲς τῶν στρατιωτῶν, οἳ τὴν γέφυραν ἐτήρουν, ἰδόντες, ἐπέδραμόν τε, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμον. Ἑτέρων δὲ ἀδελφῶν ὁ μὲν αὑτὸν ἔρριψε κατὰ τοῦ ῥεύματος, καὶ θεράπων αὐτοῦ τὸ σῶμα ἀνεζήτει μέχρι πέμπτης ἡμέρας· εὑρὼν δὲ, ἔτι γνωρίζεσθαι δυναμένου, τὴν κεφαλὴν διὰ τὸ ἆθλον ἀπέκοψε. Τὸν δὲ ἕτερον, ἐν κοπρῶνι κρυπτόμενον, ἕτερος ἐμήνυσε θεράπων· καὶ οἱ σφαγεῖς εἰσελθεῖν μὲν ἀπηξίωσαν, δόρασι δὲ περικεντοῦντες ἐξήγαγον, καὶ, ὡς εἶχε, τὴν κεφαλὴν, οὐδὲ ἀπονίψαντες, ἀπέκοψαν. Ἕτερος δὲ, τοῦ ἀδελφοῦ συλλαμβανομένου, προσδραμὼν, ἀγνοίᾳ τοῦ καὶ αὐτὸς ἅμα ἐκείνῳ προγεγράφθαι, Ἐμὲ, ἔφη, κτείνατε πρὸ τούτου. Καὶ ὁ λοχαγὸς, ἔχων τὸ ἀκριβὲς ἀνάγραπτον, Εἰκότα ἀξιοῖς, ἔφη· σὺ γὰρ πρὸ τούτου γέγραψαι· καὶ εἰπὼν, κατὰ τὴν τάξιν ἔκτεινεν ἄμφω. Ταῦτα μὲν δὴ καὶ ἀδελφῶν δείγματα.

XXIII. Λιγάριον δὲ ἡ γυνὴ κρύπτουσα, μίαν ἐς τὸ ἀπόρρητον ἐπηγάγετο θεράπαιναν. Προδοθεῖσα δ' ὑπ' αὐτῆς, εἵπετο τῇ κεφαλῇ τοῦ ἀνδρὸς φερομένῃ, βοῶσα· Ἐγὼ τοῦτον ὑπεδεξάμην, τὰ δ' ὅμοια τοῖς ὑποδεξαμένοις ἐστὶν ἐπιτίμια. Καὶ οὐδενὸς αὐτὴν οὔτε ἀναιροῦντος, οὔτε μηνύοντος, αὐτάγγελος ἐς τοὺς ἄρχοντας ἦλθε καθ' ἑαυτῆς· κἀκείνων αὐτὴν διὰ τὴν φιλανδρίαν ὑπεριδόντων, ἑαυτὴν ἀπέκτεινε λιμῷ. Καὶ τῆσδε μὲν ἐνθάδε ἐπεμνήσθην, ὅτι τὸν ἄνδρα περισώζουσα ἀπετύγχανέ τε, καὶ συνεξήγαγεν ἑαυτήν. Ὅσαι δ' ἐπέτυχον τῆς φιλανδρίας, ἐν τοῖς περισωθεῖσι τῶν ἀνδρῶν ἀναγράψω. Ἕτεραι δὲ ἀθεμίστως ἐπεβούλευσαν τοῖς ἀνδράσι. Καὶ αὐτῶν ἐστιν, ἡ Σεπτιμίῳ μὲν ἐγεγάμητο, ὑπὸ δέ τινος Ἀντωνίῳ φίλου διεφθείρετο· ἐπειγομένη δὲ ἐκ μοιχείας εἰς γάμον, ἐδεήθη διὰ τοῦ μοιχεύοντος αὐτὴν Ἀντωνίου. Καὶ ὁ Σεπτίμιος αὐτίκα τοῖς πίναξι προσετέθη. Καὶ μαθὼν ἐκ τῆς γυναικὸς, ὑπ' ἀγνοίας τῶν οἴκοι κακῶν, ἔφευγεν. Ἡ δὲ, ὡς φιλοφρονουμένη, τὰς θύρας ἐπέκλεισε, καὶ ἐτήρει τὸν ἄνδρα, ἕως οἱ σφαγεῖς παρεγένοντο· καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας οἱ μὲν ἐκεῖνον ἀνῄρουν, ἡ δὲ ἔθυε γάμους.

XXIV. Σάλασσος δὲ, ἐκφυγών τε καὶ ἀπορούμενος, ἧκε μὲν ἐς πόλιν νυκτὸς, ὅτε μάλιστα ἔδοξεν ἀμβλύνεσθαι τὸ δεινόν. Πεπραμένης δὲ τῆς οἰκίας, μόνος

ad portam prosecuta, revertit domum, ut interemto [illegible] justa persolveret. Aliquanto post, ubi didicit periisse in mari filium, ipsa quoque inedia vitam finivit. Hactenus filiorum bonorum atque malorum imagines proposui.

XXII. Duo fratres simul proscripti, quibus Ligarii nomen erat, latebant in fumario. Ubi quum aliquanto post deprehensi essent a servis, alter confestim occisus est : alter, elapsus, postquam fratrem periisse cognovit, de Tiberino ponte desiliit in fluvium : exceptusque a piscatoribus quasi casu, non ultro decidisset, diu luctatus est, in flumen se ingerens. Quum vero nihil proficeret, illis vincentibus, Non me servatis, inquit, sed vos ipsos cum proscripto perditis. Sed illis tum quoque servare miserum pergentibus, milites quidam, pontis custodes, id conspicati, accurrerunt et obtruncarunt hominem. Aliorum fratrum alter præcipitavit se in fluvium : cujus corpus servus, quintam usque diem quæsitum, tandem invenit; et quoniam nondum omnino confusa erant oris lineamenta, caput abscidit, ut haberet præmium. Alter vero frater, in fimeto delitescens, ab alio servo est proditus : et percussores, dedignati eo descendere, hastis confixum extraxerunt, et, ita ut erat, caput ne ablutum quidem præciderunt. Alius, quum fratrem comprehendi videret, accurrit, nesciens se proscriptum pariter, exclamavitque, Me prius interficite! Tum centurio, qui proscriptorum seriem accurate scriptam ad manus habebat, Æquum postulas, inquit; nam tuum nomen ante hujus scriptum est : et cum dicto ambos interfecit ex ordine. Hæc fratrum exempla sunto.

XXIII. Ligarium vero uxor quum abdidisset, unica ancilla comitata noverat latebras : a qua prodita mulier, secuta est eos qui caput referebant, clamitans, Ego huic fui receptaculo : idem autem contra celatores propositum est præmium. Quumque nemo eam vel occideret vel indicaret, ipsa semet ad magistratus detulit : quibus pietatem erga conjugem dissimulanter ferentibus, se ipsam absumsit inedia. Quam ideo hoc loco memoravi, quod in servando marito frustrata est conatu suo, et superstes ei esse noluit : nam eas, quibus felix fuit hæc pietas, in elapsorum mentione referam. Aliæ conjuges nefarias maritis struxerunt insidias. Inter quas eminet uxor Septimii; quæ quum stupri consuetudinem haberet cum quodam Antonii amico, percuperetque ex adultera conjux ejus fieri, per adulterum egit cum Antonio : moxque Septimius adscriptus est sanguinariis tabulis. Quod ubi ille ex ipsa uxore didicit, ignarus probri domestici, fugam paravit. Sed illa, comiter blandiens, fores occlusit, et tantisper retinuit maritum, dum venirent percussores : eodemque die, cæso marito, novas celebravit nuptias.

XXIV. Salassus, urbe elapsus, deficiente aliquanto post consilio, noctu in Urbem rediit, quum videretur jam remissius periculum. Ibi quum ædes reperisset venditas, a

αὐτὸν ὁ θυρωρὸς τῇ οἰκίᾳ συμπεπραμένος ἐπέγνω, καὶ ἐς τὸ ἑαυτοῦ οἴκημα ὑπεδέχετο, καὶ κρύψειν ἐπηγγέλλετο, καὶ θρέψειν ἐξ ὧν ἐδύνατο. Ὁ δὲ τὴν γυναῖκά οἱ καλέσαι προσέταξεν ἐκ τῆς ἐκείνης οἰκίας. Ἡ δ', ὑποκριναμένη μὲν ἐλθεῖν ἐπείγεσθαι, δεδιέναι δ' ὡς ἐν νυκτὶ καὶ θεραπαίναις τὸ ὕποπτον, μεθ' ἡμέραν ἥξειν, ἔφη. Καὶ γενομένης ἡμέρας, ἡ μὲν τοὺς σφαγέας μετῄει, καὶ ὁ θυρωρὸς αὐτὴν, ὡς βραδύνουσαν, ἐς τὴν οἰκίαν ἀπέτρεχεν ἐπείξων. Ὁ δὲ Σάλασσος, οἰχομένου τοῦ θυρωροῦ, δείσας ὡς ἐς ἐνέδραν ἀπιόντος, ἐς τὸ τέγος ἀναδραμὼν, ἐκαραδόκει τὸ γιγνόμενον. Ἰδὼν δὲ, οὐ τὸν θυρωρὸν, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα τοῖς σφαγεῦσιν ἡγουμένην, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ τέγους. Φούλβιον δὲ, ἐς θεραπαίνης φυγόντα, παλλακευθείσης τε αὐτῷ καὶ ἀπηλευθερωμένης, καὶ προῖκα ἐς γάμον ἐπιλαβούσης, ἡ τοσάδε εὖ παθοῦσα προὔδωκε, ζηλοτυπίᾳ τῆς μεθ' ἑαυτὴν τῷ Φουλβίῳ γεγαμημένης. Τοσάδε μὲν δὴ καὶ γυναικῶν πονηρῶν ὑποδείγματα γεγράφθω.

XXV. Στάτιος δὲ ὁ Σαυνίτης, πολλὰ Σαυνίταις ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ κατειργασμένος, διὰ δὲ περιφάνειαν ἔργων καὶ διὰ πλοῦτον καὶ γένος ἐς τὸ Ῥωμαίων βουλευτήριον ἀνακεκλημένος, ὀγδοηκοντούτης ὢν ἤδη, καὶ διὰ πλοῦτον προγεγραμμένος, ἀνεπέτασε τὴν οἰκίαν τῷ τε δήμῳ καὶ τοῖς θεράπουσιν, ἐκφορεῖν ὅσα θέλοιεν, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς διεῤῥίπτει· μέχρι κεκενωμένης ἐπικλείσας ἐνέπρησε, καὶ ἀπώλετο, καὶ τὸ πῦρ πολλὰ τῆς πόλεως ἄλλα ἐπενείματο. Καπίτων δὲ, ἐς πολὺ τὰς θύρας ὑπανοίγων, τοὺς ἐσβιαζομένους καθ' ἕνα ἀνῄρει· ὑπὸ δὲ πολλῶν ἐπιβρισάντων εἷς ἀπέθανε, πολλοὺς ἀποκτείνας. Οὐετουλῖνος δὲ χεῖρα ἤθροισε πολλὴν ἀμφὶ τὸ Ῥήγιον, αὐτῶν τε τῶν προγεγραμμένων ἀνδρῶν, καὶ ὅσοι συνέφευγον αὐτοῖς, καὶ ἀπὸ τῶν ὀκτωκαίδεκα πόλεων, αἳ τοῖς στρατοῖς ἐπινίκια ἐπηγγελμέναι πάνυ ἐδυσχέραινον. Τούσδε οὖν ἔχων ὁ Οὐετουλῖνος, ἀνῄρει τῶν λοχαγῶν τοὺς διαθέοντας· μέχρι, πεμφθέντος ἐπ' αὐτὸν στρατοῦ πλέονος, οὐδ' ὡς ἔληξεν, ἀλλ' ἐς Σικελίαν πρὸς Πομπήϊον, κρατοῦντά τε αὐτῆς, καὶ τοὺς φεύγοντας ὑποδεχόμενον, ἐπέρασεν. Εἶτα ἐπολέμει καρτερῶς, μέχρι πολλαῖς μάχαις ἡσσώμενος, τὸν μὲν υἱὸν καὶ ὅσοι τῶν προγεγραμμένων ἄλλοι συνῆσαν, ἐπὶ Μεσσήνης ἔπεμψεν· αὐτὸς δὲ, ὡς εἶδε πορθμευόμενον ἤδη τὸ σκάφος, ἐμπεσὼν τοῖς πολεμίοις, κατεκόπη.

XXVI. Νάσων δὲ ὑπὸ ἐξελευθέρου, παιδικῶν οἱ γενομένου, προδοθεὶς, ἥρπασε παρά του τῶν στρατιωτῶν ξίφος· καὶ τὸν προδότην μόνον ἀποκτείνας, ἑαυτὸν τοῖς σφαγεῦσιν ὑπέσχε. Φιλοδέσποτος δὲ οἰκέτης τὸν κεκτημένον ἐπὶ λόφου ἐκάθισε, καὶ αὐτὸς ἐπὶ θάλασσαν ᾔει, μισθωσόμενος αὐτῷ σκάφος. Ἐπανιὼν δὲ, κτεινόμενόν τε εἶδε τὸν δεσπότην, καὶ ἀποψύχοντος ἤδη, μέγα βοῶν, Ἐπίμεινον ἐς βραχὺ, ὦ δέσποτα, εἶπε, καὶ κτείνει τὸν λοχαγὸν ἐμπεσὼν ἄφνω. Μετὰ δὲ ἐκεῖνον, ἑαυτὸν ἐπαναιρῶν, εἶπε τῷ δεσπότῃ, Παραμύθιον ἔχεις. Λεύκιος δὲ, δύο πιστοτάτοις ἀπελευ-

solo janitore, qui una cum domo erat venditus, agnitus est; qui eum in suam cellam recepit, pollicitusque est latebras victumque pro facultatibus. Hunc tum Salassus jussit uxorem suam accire ex ipsius ædibus. Et mulier, cupidam se visendi mariti simulans, sed nocturnos metus causata et suspectam fidem ancillarum, venturam se, ubi illuxisset, promisit : luce vero facta, percussores petiit; et janitor procurrit, ut illam cunctantem urgeret. Salassus, post discessum janitoris veritus insidias, in summas ædes ascendit, exspectans quonam res esset evasura. Tum conspicatus, non janitorem, sed percussores adventantes, præeunte uxore, de tecto se præcipitavit. Fulvius, ad feminæ domum profugus, quam, dum serva ipsius esset, pro concubina habuerat, deinde libertate donatam et dotatam nuptum dederat, malam retulit pro tantis beneficiis gratiam; proditus a zelotypa, indigne ferente, quod semota se uxorem duxisset legitimam. Hæc pravarum mulierum exempla suffecerint.

XXV. At Statius [*f.* Papius] Samnis, cujus egregia opera Samnites bello sociali fuerant usi, ob virtutem et divitias ac genus deinde in amplissimum Romanorum ordinem adscitus, jamque octogenarius, proscriptus propter ipsas divitias, apertam domum populo et suis mancipiis diripiendam concessit, ultro et ipse multa jactans in publicum; tandemque exinanitam clausamque succendit, quo incendio et ipse et pars urbis conflagravit. Capito, per semiapertas fores, alium post alium ex percussoribus irrumpentem mactavit : postremo confertim irruentibus, a multis unus occisus est, qui prius multos occiderat. Vetulinus magnam manum circa Rhegium contraxit, partim ex proscriptis aliisque, qui cum his profugerant, partim ex illis XVIII urbibus militi destinatis in victoriæ præmium, quæ eam rem ferebant ægerrime. His igitur sibi adjunctis, centuriones discurrentes passim opprimebat; donec, majoribus copiis contra se missis, ne sic quidem ab incepto deterritus, egit cum Pompeio, Siciliam tunc obtinente, et receptaculum præbente fugientibus. Deinde bellum fortiter gessit : donec aliquot prœliis victus, filio cum ceteris proscriptis Messanam præmisso, ipse, quum jam medium fretum tenere navim vidisset, irruens in hostes, concisus est.

XXVI. Naso vero, a liberto, quem in deliciis habuerat, proditus, uni ex militibus extorsit gladium, et, solo proditore mactato, jugulum præbuit percussoribus. Fidus autem quidam servus, postquam herum residere fecit in tumulo, ipse porro ad mare abiit, conducturus naviculam : in reditu vero superveniens occidentibus dominum, exspiranti jam inclamavit, Exspecta, paulisper, here! simulque centurionem aggressus, confecit : deinde sibi quoque manum inferens, Habes, inquit, solamen, here! Lucius duobus fidissimis libertis aurum dedit deferendum ad mare : qui

θέροις χρυσίον δοὺς, ἐπὶ θάλασσαν ᾔει· διαδράντων δὲ ἐκείνων ὑπέστρεψε, καταγιγνώσκων τοῦ βίου, καὶ ἑαυτὸν ἐμήνυσε τοῖς σφαγεῦσι. Λαβιηνὸς δὲ, ἐν ταῖς Σύλλα προγραφαῖς πολλοὺς τῶν τότε συλλαβών τε καὶ κτείνας, ἠδόξησεν ἄρα, εἰ μὴ τὰ ὅμοια γενναίως ἐνέγκοι· καὶ προελθὼν τῆς οἰκίας, ἐκαθέζετο ἐπὶ θρόνου, τοὺς σφαγέας περιμένων. Κέστιος δὲ ἐν χωρίοις παρὰ εὐνόοις θεράπουσιν ἐκρύπτετο· λοχαγῶν δ' ἀεὶ σὺν ὅπλοις ἢ κεφαλαῖς διαθεόντων, οὐκ ἔφερε τὸ μῆκος τοῦ φόβου, ἀλλ' ἔπεισε τοὺς θεράποντας ἅψαι πυρὰν, ἵνα ἔχοιεν λέγειν, ὅτι Κέστιον ἀποθανόντα θάπτοιεν. Καὶ οἱ μὲν, ἐνεδρευθέντες, ἧψαν· ὁ δὲ ἐσήλατο ἐς αὐτήν. Ἀπώνιος δὲ ἀσφαλῶς ἑαυτὸν ἐπικρύψας, οὐκ ἤνεγκε τὴν πονηρίαν τῆς διαίτης, ἀλλὰ προήγαγεν ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν σφαγήν. Ἄλλος ἐν φανερῷ καθῆστο ἑκὼν, καὶ, βραδυνόντων τῶν σφαγέων, ἀπήγξατο ἐν μέσῳ.

XXVII. Λεύκιος δὲ, ὁ Ἀσινίου τοῦ ὑπατεύοντος τότε πενθερὸς, φεύγων διὰ θαλάσσης, οὐ φέρων τοῦ χειμῶνος τὴν ἀηδίαν, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν εἰς τὸ πέλαγος. Καὶ Σισίνιον δὲ οἱ διώκοντες, ὑποφεύγοντά τε, καὶ βοῶντα οὐ προγεγράφθαι, ἀλλὰ διὰ τὰ χρήματα ἐπιβουλεύεσθαι πρὸς αὐτῶν, ἐπὶ τὸν πίνακα ἀγαγόντες, ἀναγιγνώσκειν ἑαυτοῦ τὸ ὄνομα ἐκέλευον, καὶ ἀναγιγνώσκοντα ἔκτειναν. Αἰμίλιος δὲ, ἀγνοῶν ὅτι προγέγραπται, διωκόμενον ἄλλον ἰδὼν, ἤρετο τὸν λοχαγὸν τὸν διώκοντα, τίς ὁ προγεγραμμένος εἴη. Καὶ ὁ λοχαγὸς, τὸν Αἰμίλιον γνωρίσας, Σὺ, κἀκεῖνος, εἶπε· καὶ τοὺς δύο ἀπέκτεινε. Κίλλων δὲ, ἐκ τοῦ βουλευτηρίου προϊὼν, καὶ Δέκιος, ἐπεὶ τοῖς πίναξιν ἐπύθοντο σφῶν τὰ ὀνόματα προσγεγράφθαι, οὔπω τινὸς ἐπιόντος αὐτοῖς, ἔφευγον ἀκόσμως διὰ πυλῶν, καὶ αὐτοὺς τοῖς ἀπαντῶσι τῶν λοχαγῶν αὐτὸς ὁ δρόμος ἐμήνυσεν. Ἰκέλιος δὲ, ὃς ἐπὶ Βρούτῳ τε καὶ Κασσίῳ δικάζων, Καίσαρος τοῖς δικαστηρίοις μετὰ στρατιᾶς ἐφεστῶτος, καὶ, τῶν ἄλλων δικαστῶν κρύφα τὴν καταδικάζουσαν φερόντων, μόνος τὴν ἀπολύουσαν ἤνεγκε φανερῶς, ἐκλαθόμενος τῆς μεγαλόφρονος ἐλευθεριότητος, νεκρὸν σῶμα ἐκκομιζόμενον ὑποστὰς, τοῖς φέρουσι συνεβάσταζε τὸ λέχος. Ἰδόντων δὲ τῶν φρουρούντων τὰς πύλας, ὅτι πλεονάζουσιν οἱ νεκροφόροι παρὰ τὸ σύνηθες ἑνὶ ἀνδρὶ, καὶ τοὺς μὲν φέροντας οὐχ ὑπονοούντων, τὸ δὲ λέχος ἐρευνωμένων, μὴ νεκρόν τις ὑποκρίνοιτο· οἱ νεκροφόροι τὸν Ἰκέλιον ἤλεγχον οὐχ ὁμότεχνον σφίσιν ὄντα, ἐπιγνωσθέντα τε οἱ σφαγεῖς ἀπέκτειναν.

XXVIII. Οὔαρος δ', ἀπελευθέρου προδιδόντος αὐτὸν, ἀπέδρα, καὶ ὄρος ἐξ ὄρους ἀμείβων, ἐς τὸ Μιντουρναίων ἕλος ἐνέπεσεν, ἔνθα ἑαυτὸν διαναπαύων ἡσύχαζε. Τῶν δὲ Μιντουρναίων ἐπὶ ζητήσει λῃστηρίου τὸ ἕλος περιθεόντων, ἥ τε κόμη τοῦ δόνακος σαλευθεῖσα ἐνέφηνε τὸν Οὔαρον· καὶ ληφθεὶς, ἔλεγεν εἶναι λῃστής· καὶ ἐπὶ θανάτῳ καταδικαζόμενος, ἠνείχετο. Ὡς δὲ αὐτὸν ἔμελλον καὶ βασανιεῖν ἐς τοὺς συνεγνωκότας, οὐκ ἐνεγκὼν ἤδη τοῦτο, ὡς ἀπρεπέστερον, Ἀπαγορεύω, φησὶν, ὑμῖν, ὦ Μιντουρναῖοι, ὕπατόν με γεγενημένον,

postquam aufugerunt, reversus, animum despondit, et se ipse prodidit interfectoribus. Labienus, qui tempore Syllanæ proscriptionis multos comprehensos interemerat, turpe sibi nunc fore ducens, nisi parem casum generose pertulisset; pro foribus domus suæ in sella resedit, percussores opperiens. At Cestius, ruri apud benevolentes sibi servos latitans, quum videret centuriones continuo discurrentes cum armis et capitibus, pavorem diutius non tulit : sed jussit servos rogum accendere, ut possent dicere, Sepeliri a se herum. Quod postquam illi, non sentientes dolum, fecerunt : ipse Cestius in ignem insiliit. Aponius in tuto latuerat : sed quod non ferret victus quotidiani miseriam, ultro, ut jugularetur, prodiit. Alius, in propatulo sedens, se occidendum præbebat; et, cunctantibus percussoribus, strangulavit se ipse in publico.

XXVII. Lucius vero is, qui Asinii tunc consulis socer erat, fugiens per mare, et offensus sævis tempestatibus, in medios fluctus desiliit. Sisinius, [*an* Cæsennius?] quum insectantes fugeret percussores, clamitans, se non esse proscriptum, sed propter pecunias strui sibi insidias, ad ipsas tabulas ab his adductus, et suum nomen legere jussus, dum legit, obtruncatus est. Æmilius, proscriptum se nesciens, conspicatus quemdam alium fugientem, ex centurione sciscitatus est, Quis hic proscriptus? Qui, agnoscens Æmilium, Tu atque ille, inquit : et ambos occidit. Cilo autem, et Decius, egressi curiam, ut resciverunt proscriptorum tabulæ nomina sua esse adjecta, priusquam quisquam eos aggrederetur, incondita trepidatione fugiebant per portam; quos cursus ipse centurionibus obviis prodidit. Icilius [*f.* Silicius] ille, qui, dum Brutus Cassiusque absentes postularentur in judicio, præsidente Cæsare cum exercitu, aliis judicibus clam atros calculos in urnam conferentibus, album solus palam tulerat, pristinæ nunc magnanimitatis et ingenuitatis immemor, funeri, quod efferebatur, subjecit humeros, atque ita cum aliis bajulabat sandapilam. Tum portæ custodes, conspicati numerum vespillonum uno viro majorem solito, nihil quidem de ipsis ferentibus suspicantes, tantum lectulum scrutati sunt, ne quis vivus efferretur pro mortuo. Sed ibi quum Icilius argueretur a sociis, quod non esset libitinarius, agnitus et interfectus est.

XXVIII. Varus, a liberto indicatus, aufugit; et postquam ex monte in montem oberraverat, ad Minturnensium tandem paludes delatus, ibi se abdidit, vires quiete paulisper reparaturus. Sed Minturnensibus per id ipsum tempus latronum receptacula perquirentibus, arundinum folia mota eum prodiderunt : comprehensusque Varus, latronem se aiebat; et ad supplicium damnatus, non recusavit quin duceretur. Sed ubi tormenta quoque intentari sibi vidit, ut profiteretur socios, id jam, ut inhonestius, non ferens : Denuncio vobis, inquit, Minturnenses, ne me consularem,

καὶ, ὃ τοῖς νῦν ἄρχουσι τιμιώτερόν ἐστι, προγεγραμμένον, μήτε βασανίζειν, μήτε ἀναιρεῖν ἔτι· εἰ γὰρ οὐκ ἔνι μοι διαφυγεῖν, ἄμεινον ὑπὸ τῶν ὁμοτίμων παθεῖν. Ἀπιστούντων δὲ τῶν Μιντουρναίων, καὶ τὸν λόγον ὑπονοούντων, λοχαγὸς ἐπέγνω διαθέων, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμε, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα τοῖς Μιντουρναίοις κατέλιπε. Λάργον ἕτεροι συνελάμβανον ἐν χωρίοις, οὐ Λάργον ἀλλ' ἕτερον διώκοντες· οἰκτείραντες δ' ὅτι μὴ ζητούμενος ἁλοίη, φεύγειν μεθῆκαν ἀνὰ τὴν ὕλην. Ὁ δὲ, ὑφ' ἑτέρων διωκόμενος, δρόμῳ τοὺς προτέρους κατέλαβε· καὶ, ὑμεῖς, ἔφη, με κτείνατε μᾶλλον, οἱ ἐλεήσαντες, ἵνα τὸν μισθὸν ἀντὶ τούτων ὑμεῖς φέρησθε. Ὁ μὲν δὴ ταύτην ἔδωκεν ἀμοιβὴν ἀποθνήσκων φιλανθρωπίας.

XXIX. Ῥοῦφος δὲ, ἔχων συνοικίαν περικαλλῆ, γείτονα Φουλβίας τῆς γυναικὸς Ἀντωνίου, πάλαι μὲν ἀξιούσῃ τῇ Φουλβίᾳ πρίασθαι τὴν οἰκίαν οὐ συνεχώρει, τότε δὲ καὶ δωρούμενος προεγράφη. Καὶ τὴν κεφαλὴν ὁ μὲν Ἀντώνιός οἱ προσφερομένην, οὐχ ἑαυτῷ προσήκειν εἰπὼν, ἔπεμψεν ἐς τὴν γυναῖκα· ἡ δὲ, ἀντὶ τῆς ἀγορᾶς, ἐκέλευσεν ἐπὶ τῆς συνοικίας προτεθῆναι. Ἔπαυλιν ἕτερος εἶχε περικαλλῆ καὶ σύσκιον, ἄντρον τε καλὸν ἦν ἐν αὐτῇ καὶ βαθὺ, καὶ τάχα καὶ διὰ ταῦτα προὐγράφη. Ἔτυχε δὲ ἀναψύχων κατὰ τὸ ἄντρον καὶ αὐτῷ τῶν σφαγέων ἔτι μακρόθεν ἐπιθεόντων, θεράπων αὐτὸν ἐς τὸν μυχὸν τοῦ ἄντρου προπέμψας, ἐνέδυ τὸν τοῦ δεσπότου χιτωνίσκον, καὶ ὑπεκρίνετο ἐκεῖνος εἶναι καὶ δεδιέναι· καὶ τάχα ἂν ἐπέτυχεν ἀναιρεθεὶς, εἰ μὴ τῶν ὁμοδούλων τις ἐνέφηνε τὴν ἐνέδραν. Ἀναιρεθέντος δὲ ὧδε τοῦ δεσπότου ὁ δῆμος ἀγανακτῶν παρὰ τοῖς ἄρχουσι οὐκ ἐπαύετο, μέχρι τὸν μὲν ἐνδείξαντα κρεμασθῆναι, τὸν δὲ περισώσαντα ἐλευθερῶσαι ἐποίησεν. Ἀτέριον δὲ, κρυπτόμενον, θεράπων ἐμήνυσέ τε, καὶ, ἐλεύθερος αὐτίκα γενόμενος, ἀντωνεῖτο τοῖς παισὶν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, καὶ ἐνύβριζεν ἐπαχθῶς. Οἱ δὲ αὐτῷ πανταχῇ μετὰ σιγῆς εἵποντο κλαίοντες· ἕως ὁ δῆμος ἠγανάκτησε, καὶ οἱ τρεῖς αὐτὸν, ὡς πλεονάσαντα τῆς χρείας, ἀνεδούλωσαν τοῖς παισὶ τοῦ προγεγραμμένου. Περὶ μὲν δὴ τοὺς ἄνδρας τοιάδε ἐγίγνετο.

XXX. Ἥψατο δὲ καὶ ὀρφανῶν διὰ πλοῦτον ἡ τότε τύχη. Καὶ ὁ μὲν, ἐς διδασκάλου φοιτῶν, αὐτῷ παιδαγωγῷ συνανῃρέθη, τὸν παῖδα περισχομένῳ τε καὶ οὐ μεθιέντι. Ἀτίλιος δὲ, ἄρτι τὴν τῶν τελείων περιθέμενος στολὴν, ᾔει μὲν, ὡς ἔθος ἐστὶ, σὺν πομπῇ φίλων ἐπὶ θυσίας ἐς τὰ ἱερά. Ἄφνω δὲ ἐγγραφέντος αὐτοῦ τοῖς πίναξιν, οἱ φίλοι καὶ οἱ θεράποντες διεδίδρασκον· ὁ δὲ μόνος καὶ ἔρημος ἐκ δαψιλοῦς παραπομπῆς ἐς τὴν μητέρα ἐχώρει. Οὐ δεξαμένης δὲ αὐτὸν οὐδὲ ἐκείνης ὑπὸ δέους, οὐκ ἀξιώσας ἔτι ἐς πεῖραν ἐλθεῖν ἑτέρου μετὰ μητέρα, ἐς ὄρος ἔφυγεν· ὅθεν ὑπὸ λιμοῦ ἐς τὰ πεδινὰ κατελθὼν, ἐλήφθη πρὸς ἀνδρὸς, λῃστεύειν τοὺς παροδεύοντας καὶ ἐπὶ ἔργῳ καταδεῖν εἰθισμένου. Οἷα δὲ παῖς ἐκ τρυφῆς τὸν πόνον οὐκ ἐνεγκὼν, ἐς τὴν ἁμα-

et, quod rerum nunc potentibus pluris est, proscriptum, vel torqueatis, vel necetis! Quod si enim evadere mihi non licet, præstat ut ab his mortem patiar, qui mihi dignitate pares sunt. Quum vero parum fidei verbis ejus haberent Minturnenses, et hæc ab eo fingi suspicarentur, centurio discursator supervenit, et agnito caput abscidit, relicto Minturnensibus trunco. Largus, per agros oberrans, incidit in quosdam, qui non ipsum, sed alium, persequebantur: qui, casum Largi miserantes, quod non quæsitus caperetur, dimiserunt eum, ut per sylvam profugeret. Quum vero mox exagitaretur ab aliis, recurrit ocius ad priores, vociferans, Vos me potius interficite, qui servatum voluistis miserum: vos malo præmium accipere. Hanc ille, moriturus, rependit his clementiæ gratiam.

XXIX. Rufus, quum insulam in Urbe, in vicinia Fulviæ, uxoris Antonii, haberet pulcherrimam, prius quidem eam vendere mulieri noluerat, tunc vero, ultro eidem dono offerens, tamen proscriptus est. Et caput ejus Antonius, ad se relatum, negans ad se pertinere, misit ad uxorem: quæ illud non in foro, sed ante insulam, jussit proponi. Villam alius habebat umbrosis arboribus amœnam et aliequi perpulchram, conjunctam speluncæ longo recessu opacæ, propter quam proscriptus creditur. Forte tum in sua spelunca frigus captabat, quum servus, procul conspicatus accurrentes percussores, in intimum specum eum abdidit, indutusque herilem tuniculam, se esse illum aiebat; ac metum quoque simulans plane fefellerat, ni ex conservis quidam prodidisset fraudem. Ita postquam necatus est dominus, populus, indigne ferens, non prius desiit magistratus obtundere, quam index ille in crucem actus, servator vero servus libertate donatus est. Aterium quoque latentem servus indicavit: moxque liberatus, quum proscripti bona liberi ejus sub hasta vellent emere, licitator æmulus ex adverso eis restitit, non sine contumeliis. Qui, silentio concoquentes dolorem, tantum ubique sequebantur eum cum lacrimis; donec, indignatione populi in illum coorta, a Triumviris, ut nimium insolens, rursus in servitutem addictus est liberis proscripti. Et hæc quidem virorum fata fuerunt.

XXX. Pervenit autem ejusdem mali contagium et ad pueros orbatos parentibus, ut eorum fortunæ præda fierent. Quorum unus, dum ad ludum literarium commeat, interfectus est una cum pædagogo, qui puerum complexu protegens divelli non poterat. Atilius vero, qui tum primum virilem togam sumserat, sacrorum faciendorum causa ex more templa obibat, deducentibus amicis. Interim ad scripto repente tabulis nomine adolescentuli, amici et servi diffugere: ipse desolatus, et a tam splendida modo pompa destitutus, ad matrem se contulit. Ac ne illa quidem admittente præ metu, post frustra imploratam matris misericordiam non ausus cuiquam alii se committere, in montes profugit: unde fame planitiem coactus descendere, a plagiario captus, et in ergastulum detrusus est. Inde puer delicatus, laborem non ferens, evasit in viam publicam,

ξιτὸν αὐταῖς χοινικίσι διέδρα, καὶ παροδεύουσι λοχαγοῖς ἑαυτὸν ἐμήνυσέ τε καὶ ἀνῃρέθη.

XXXI. Γιγνομένων δὲ τούτων, Λέπιδος ἐπὶ Ἴϐηρσιν ἐθριάμϐευε, καὶ προὐτέθη διάγραμμα οὕτως ἔχον· Ἀγαθῇ τύχῃ, προειρήσθω πᾶσι καὶ πάσαις, θύειν καὶ εὐωχεῖσθαι τὴν ἡμέραν τὴν παροῦσαν· ὃς δ' ἂν μὴ φαίνηται ταῦτα ποιῶν, ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ἔσται. Ὁ μὲν δὴ τὸν θρίαμϐον ἐς τὰ ἱερὰ ἀνῆγε, παραπεμπόντων αὐτὸν ἁπάντων μετὰ σχήματος ἱλαροῦ καὶ γνώμης δυσμενοῦς. Τῶν δὲ προγεγραμμένων τὰ μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις διεφορεῖτο· καὶ οὐ πολὺς ἦν ὁ τὰ χωρία ὠνούμενος, οἱ μὲν ἐπιϐαρεῖν τοῖς ἠτυχηκόσιν αἰδούμενοι, καὶ οὐκ ἐν αἰσίῳ σφίσι τὰ ἐκείνων ἔσεσθαι νομίζοντες, οὐδὲ ἀσφαλὲς ὅλως χρυσίον ἢ ἀργύριον ἔχοντας ὁρᾶσθαι, οὐδὲ τὰς ἐπικτήσεις νῦν ἀκινδύνους, πολὺ δὲ μᾶλλον τὰ ὄντα ἐπικίνδυνα. Μόνοι δὲ οἱ διὰ θρασύτητα προσιόντες, ἅτε μόνοι, βραχυτάτου πάμπαν ὠνοῦντο. Ὅθεν τοῖς ἄρχουσιν, ἐλπίσασιν ἐς τὰς τοῦ πολέμου παρασκευὰς τάδε ἀρκέσειν, ἐνέδει μυριάδων ἔτι δισμυρίων.

XXXII. Καὶ τοῦτο ἐς τὸν δῆμον εἰπόντες, προὔγραφον χιλίας καὶ τετρακοσίας γυναῖκας, αἳ μάλιστα πλούτῳ διέφερον· καὶ αὐτὰς ἔδει, τὰ ὄντα τιμωμένας, ἐσφέρειν ἐς τὰς τοῦ πολέμου χρείας, ὅσην ἑκάστην οἱ τρεῖς δοκιμάσειαν. Ἐπέκειτό τε ταῖς ἀποκρυψαμέναις τι τῶν ὄντων, ἢ τιμησαμέναις κακῶς, ἐπιτίμια, καὶ τοῖς ταῦτα μηνύουσιν ἐλευθέροις τε καὶ δούλοις μήνυτρα. Αἱ δὲ γυναῖκες ἔκριναν, τῶν προσηκουσῶν τοῖς ἄρχουσι γυναικῶν δεηθῆναι. Τῆς μὲν δὴ Καίσαρος ἀδελφῆς οὐκ ἀπετύγχανον, οὐδὲ τῆς μητρὸς Ἀντωνίου· Φουλϐίας δὲ, τῆς γυναικὸς Ἀντωνίου, τῶν θυρῶν ἀπωθούμεναι, χαλεπῶς τὴν ὕϐριν ἤνεγκαν. Καὶ ἐς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τὸ βῆμα τῶν ἀρχόντων ὠσάμεναι, διισταμένου τοῦ τε δήμου καὶ τῶν δορυφόρων, ἔλεγον, Ὁρτησίας ἐς τοῦτο προκεχειρισμένης· « Ὃ μὲν ἥρμοζε δεομέναις ὑμῶν γυναιξὶ τοιαῖσδε, ἐπὶ τὰς γυναῖκας ὑμῶν κατεφύγομεν· ὃ δὲ οὐχ ἥρμοζεν ὑπὸ Φουλϐίας παθοῦσαι ἐς τὴν ἀγορὰν συνεώσμεθα ὑπ' αὐτῆς. Ὑμεῖς δ' ἡμᾶς ἀφείλεσθε μὲν ἤδη γονέας τε καὶ παῖδας καὶ ἄνδρας καὶ ἀδελφούς· ἐπικαλοῦντες, ὅτι πρὸς αὐτῶν ἠδίκησθε. Εἰ δὲ καὶ τὰ χρήματα προσαφέλοισθε, περιστήσετε εἰς ἀπρέπειαν ἀναξίαν γένους, καὶ τρόπων καὶ φύσεως γυναικείας. Εἰ μὲν δή τι καὶ πρὸς ἡμῶν, οἷον ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἠδικῆσθαί φατε, προγράψατε καὶ ἡμᾶς ὡς ἐκείνους. Εἰ δὲ οὐδένα ὑμῶν αἱ γυναῖκες οὔτε πολέμιον ἐψηφισάμεθα, οὔτε καθείλομεν οἰκίαν, ἢ στρατὸν διεφθείραμεν, ἢ ἐπηγάγομεν ἕτερον, ἢ ἀρχῆς ἢ τιμῆς τυχεῖν ἐκωλύσαμεν· τί κοινωνοῦμεν τῶν κολάσεων, αἱ τῶν ἀδικημάτων οὐ μετασχοῦσαι;

XXXIII. Τί δὲ ἐσφέρομεν, αἱ μήτε ἀρχῆς, μήτε τιμῆς, μήτε στρατηγίας, μήτε τῆς πολιτείας ὅλως, τῆς ὑμῖν ἐς τοσοῦτον ἤδη κακοῦ περιμαχήτου, μετέχουσαι; Ὅτι φατὲ πόλεμον εἶναι; Καὶ πότε οὐ γεγό-

sicut erat, compeditus, seque transeuntibus centurionibus prodidit; atque ita denique obtruncatus est.

XXXI. Dum hæc geruntur, Lepidus de Hispanis triumphavit, et edictum hujusmodi est propositum : Quod felix faustumque sit; edicitur universis, ut sacris atque epulis celebrent hunc diem : qui contra fecerit, inter proscriptos esto. Et ille quidem triumphalem pompam egit in templa; omnibus hilari specie, infenso animo, deducentibus. Proscriptorum vero ædes diripiebantur; prædia autem non multos inveniebant emtores, quod puderet alieno infortunio insultare, idque eo magis, quod inauspicata sibi hujusmodi lucra fore quisque putaret, ac ne tutum quidem esset omnino cum auro argentoque conspici, et adeo periculosum augere possessiones, ut ne præsentes quidem in tuto viderentur. Soli nonnulli, qui per audaciam accedere solebant, vilissimo pretio, quia soli erant, emebant. Unde accidit, ut Triumviris, qui hæc ad apparatum belli speraverant suffectura, in rem suam opus adhuc esset HS. octies millies.

XXXII. Id pro concione præfati Triumviri, edictum ediderunt; quo MCCC mulieres ditiores jubebantur bona sua profiteri, et in sumtus belli conferre pro Triumvirorum arbitrio. Si quæ aut celassent quidquam, aut non recte æstimassent, iis mulcta est decreta; indicibus vero horum, tam ingenuis, quam servis, præmium. Mulieres vero statuerunt, cognatas Triumvirorum deprecatrices adhibere. Ac sororem quidem Cæsaris facilem, itemque matrem Antonii, nactæ sunt. Sed a Fulviæ foribus, uxoris Antonii, repulsæ, moleste tulerunt eam contumeliam. Itaque progressæ in forum, per mediam turbam usque ad Triumvirorum penetrarunt tribunal, decedente tam plebe quam satellitibus : ibique, verba faciente Hortensia, ita disseruerunt : « Quod nos, tales mulieres, decebat, opis vestræ egentes, ad mulieres vestras confugimus : quod vero minime decuit passæ a Fulvia, coactæ sumus ejus importunitate forum uno agmine petere. Vos vero nobis jam parentes et liberos et maritos et fratres ademistis; uno omnium crimine, quod injuria ab eis sitis affecti. Quod si facultates etiam auferetis, adigetis nos ad ea, quæ nec genus nostrum, nec mores, nex sexum decent. Si a nobis, æque ac a viris, vos affectos injuria dicitis, nos quoque, sicut illos, proscribite! Quod si nemo vestrum a mulieribus hostis est judicatus; si non ædes cujusquam diruimus, non exercitum concidimus, aut alium exercitum contra vos duximus, si nemini, quominus magistratu honoreve potiretur, obstitimus; cur in pœnarum partem, expertes culpæ, vocamur?

XXXIII. « Cur tributa conferemus nos, quæ nec magistratus, nec dignitatem, nec præfecturas, nec partem omnino ullam tractationis reipublicæ, de qua jam usque eo mali depugnatis, vobiscum communem habemus? An,

νασι πόλεμοι; καὶ πότε γυναῖκες συνήνεγκαν; ἃς ἡ μὲν φύσις ἀπολύει παρὰ ἅπασιν ἀνθρώποις. Αἱ δὲ μητέρες ἡμῶν ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐσήνεγκάν ποτε ἅπαξ, ὅτε ἐκινδυνεύετε περὶ τῇ ἀρχῇ πάσῃ καὶ περὶ αὐτῇ τῇ πόλει, Καρχηδονίων ἐνοχλούντων. Καὶ τότε δὲ ἐσήνεγκαν ἑκοῦσαι, καὶ οὐκ ἀπὸ γῆς, ἢ χωρίων, ἢ προικὸς ἢ οἰκιῶν, ὧν χωρὶς ἀβίωτόν ἐστιν ἐλευθέραις, ἀλλ' ἀπὸ μόνων τῶν οἴκοι κόσμων, οὐδὲ τούτων τιμωμένων, οὐδὲ ὑπὸ μηνυταῖς ἢ κατηγόροις, οὐδὲ πρὸς ἀνάγκην ἢ βίαν, ἀλλ' ὅσον ἐβούλοντο αὐταί. Τίς οὖν καὶ νῦν ἐστιν ὑμῖν περὶ τῆς ἀρχῆς ἢ περὶ τῆς πατρίδος φόβος; Ἴτω τοίνυν ἢ Κελτῶν πόλεμος, ἢ Παρθυαίων, καὶ οὐ χείρους ἐς σωτηρίαν ἐσόμεθα τῶν μητέρων. Ἐς δὲ ἐμφυλίους πολέμους μήτε ἐσενέγκαιμέν ποτε, μήτε συμπράξαιμεν ὑμῖν κατ' ἀλλήλων. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ Καίσαρος ἢ Πομπηίου συνεφέρομεν, οὐδὲ Μάριος ἡμᾶς, οὐδὲ Κίννας ἠνάγκασεν, οὐδὲ Σύλλας ὁ τυραννήσας τῆς πατρίδος· ὑμεῖς δὲ φατὲ καὶ καθίστασθαι τὴν πολιτείαν. »

XXXIV. Τοιαῦτα τῆς Ὁρτησίας λεγούσης, οἱ τρεῖς ἠγανάκτουν, εἰ γυναῖκες, ἀνδρῶν ἡσυχαζόντων, θρασυνοῦνταί τε καὶ ἐκκλησιάσουσι, καὶ τὰ δρώμενα τοῖς ἄρχουσιν ἐξετάσουσι, καί, τῶν ἀνδρῶν στρατευομένων, αὐταὶ οὐδὲ χρήματα ἐσοίσουσιν. Ἐκέλευόν τε τοῖς ὑπηρέταις ἐξωθεῖν αὐτὰς ἀπὸ τοῦ βήματος· μέχρι, βοῆς ἔξωθεν ἐκ τοῦ πλήθους γενομένης, οἵ τε ὑπηρέται τὸ ἔργον ἐπέσχον, καὶ οἱ ἄρχοντες ἔφασαν ἐς τὴν ὑστεραίαν ἀνατίθεσθαι. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ, τετρακοσίας μὲν ἀντὶ χιλίων καὶ τετρακοσίων προύγραφον ἀποτιμᾶσθαι τὰ ὄντα· τῶν δὲ ἀνδρῶν, πάντα τὸν ἔχοντα πλείους δέκα μυριάδων, ἀστὸν ὁμοῦ καὶ ξένον, καὶ ἀπελεύθερον, καὶ ἱερέα, καὶ πανταεθνῆ, μηδενὸς ἀφιεμένου, καὶ τούσδε μεθ' ὁμοίου φόβου τῶν ἐπιτιμίων, καὶ ὑπὸ μηνύμασιν ὁμοίοις· ἵνα πεντηκοστὴν μὲν τῶν ὄντων αὐτίκα δανείσαιεν αὐτοῖς, ἐνιαυτοῦ δὲ φόρον ἐς τὸν πόλεμον ἐσενέγκαιεν.

XXXV. Ἐκ μὲν δὴ τῶν προσταγμάτων τοιαῦτα Ῥωμαίους ἐπεῖχεν· ὁ δὲ στρατὸς, σὺν καταφρονήσει, χείρονα ἐποίουν. Ὡς γὰρ τῶν ἀρχόντων ἐπὶ τοιοῖσδε ἔργοις ἐν σφίσι μόνον τὸ ἀσφαλὲς ἐχόντων· οἱ μὲν αὐτοὺς ᾐτοῦντο τῶν δεδημευμένων οἰκίαν, ἢ ἀγρὸν, ἢ ἔπαυλιν, ἢ ὅλον κλῆρον· οἱ δ' αὖ, παῖδας ἀνδράσι θετοὺς γενέσθαι· οἱ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν ἕτερα ἔδρων, κτιννύντες τε τοὺς οὐ προγεγραμμένους, καὶ οἰκίας οὐδὲν ὑπαιτίων διαφοροῦντες· ὥστε καὶ τοὺς ἄρχοντας προγράψαι, τῶν ὑπάτων τὸν ἕτερον ἐπιστροφήν τινα ποιήσασθαι τῶν ὑπὲρ τὸ πρόσταγμα γιγνομένων. Ὁ δὲ τῶν μὲν ὁπλιτῶν ἔδεισεν ἅψασθαι, μὴ σφᾶς ἐφ' ἑαυτὸν τραχύνῃ· τῶν δὲ θεραπόντων τινὰς, οἳ σχήματι στρατιωτῶν συνεξημάρτανον ἐκείνοις, λαβὼν ἐκρέμασε.

XXXVI. Καὶ τὰ μὲν ἐς τέλος τῶν συμφορῶν τοῖς προγεγραμμένοις ἀπαντῶντα, τοιάδε μάλιστα ἦν. Ὅσα δὲ ἐκ παραλόγου τισὶν ἐγίγνετο ἔς τε τὴν σωτηρίαν αὐτίκα, καὶ ἐς ἀξίωσιν ὕστερον, ἐμοί τε ἥδιον εἰπεῖν, καὶ τοῖς ἀκούουσιν ὠφελιμώτερον, ἐς μηδὲν ἀπο-

quia bellum instare dicitis? At quando defuerunt bella? Quando tributa a mulieribus exacta sunt, quæ sexus immunitatem habent communi jure gentium? Majorum quidem seculo, supra conditionem sexus, semel contribuerunt nostræ progenitrices, tum quum de universo imperio ac de ipsa patria, Pœnis prementibus, ageretur. Et tunc quidem contribuerunt ultro, idque non ex rusticis urbanisve prædiis, non ex dotalibus pecuniis, sine quibus non potest ingenuam vitam degere mulier; sed ex solo muliebri mundo, neque eo ad certum censum æstimato, positis indici præmiis, neque vi et necessitate imposita, sed quantum ipsis visum est. Nunc quid imperio timetis aut patriæ? Veniant Galli aut Parthi hostes; non erimus deteriores in tuenda patria nostris progenitricibus. Ad civilia vero bella absit ut vobis contribuamus, aut opem feramus, inter vosmet dimicantibus. Neque enim C. Cæsare aut Pompeio imperium obtinente exactiones ullas contulimus : nec Marius nobis, nec Cinna, hanc necessitatem imposuit : ne Sylla quidem, oppressor reipublicæ, quam vos constituere profitemini. »

XXXIV. Hæc Hortensiæ verba moleste tulere Triumviri : mulierum audaciam, viris cessantibus, usque conciones procedere, a magistratibus rationem reposcere; viris militiæ labores perferentibus, ipsas gravari pecuniæ sumtum facere. Itaque apparitoribus præcipiunt, ut per vim eas a tribunali submoveant. Sed mox exortus a circumstante multitudine clamor cohibuit apparitores; et Triumviri rem in crastinum differendam dixerunt. Posteroque die, pro mille quadringentis, tantum quadringentarum bona ut censerentur proscripta sunt : edictumque, ut viri, quicunque in censu plus quadringentis millibus H S. haberent, cives, exteri, liberti, sacerdotes, cujuscunque gentis homines, nemine excepto, facultates suas profiterentur; propositis eisdem pœnis, si quis contra faceret, et indicibus eorum eisdem præmiis; ut eorum bonorum quinquagesimam statim partem ad usuram darent, et unius anni reditus quisque ad bellum contribueret.

XXXV. Hujusmodi calamitatibus quum Romani ex Triumvirorum mandato affligerentur, eodem tempore milites, imperia parum curantes, pejora etiam per se perpetrabant. Hi enim, quum scirent, in se solis sitam esse Triumvirorum, talia agentium, securitatem omnem, petebant ab illis alii domos proscriptorum, aut agros, aut villas, aut census integros, alii, ut ab opulentis civibus adoptarentur pro liberis : alii, non exspectato assensu magistratuum, occidebant non proscriptos, diripiebant ædes insontium, aliaque ejusdem generis multa patrabant. Eoque res devenit, ut a Triumviris quoque alter consulum jussus sit nimiam eorum corrigere licentiam. Qui, non ausus ipsos milites, ne eos in se irritaret, attingere, servos nonnullos, qui militari cultu cum illis peccare consueverant, comprehensos in crucem egit.

XXXVI. Et adhuc quidem exempla protulimus extremorum casuum, qui proscriptos magno numero oppresserant. Quæ autem ex insperato aliis contigerunt, ut vel salvi evaderent, vel ad honores quoque deinde pervenirent; ea quoque memorare, cum mihi jucundius est, tum lectoris utilius,

κάμνοντας ἐλπίζειν περιέσεσθαι. Αἱ μὲν οὖν φυγαὶ τοῖς δυναμένοις ἦσαν ἐς Κάσσιον ἢ Βροῦτον ἢ ἐς Λιβύην ἐπὶ Κορνιφίκιον, καὶ τόνδε τῆς δημοκρατίας μεταποιούμενον. Ὁ δὲ πολλὸς ἐς Σικελίαν ᾔει, γειτονεύουσαν τῆς Ἰταλίας, καὶ Πομπηΐου σφᾶς προθύμως ὑποδεχομένου. Λαμπροτάτην γὰρ δὴ σπουδὴν ἐς τοὺς ἀτυχοῦντας ὁ Πομπήϊος ἐν καιρῷ τότε ἔδειξε, κήρυκάς τε περιπέμπων, οἳ πάντας ἐς αὐτὸν ἐκάλουν, καὶ τοῖς περισώζουσιν αὐτοὺς ἐλευθέροις τε καὶ θεράπουσι προλέγων διπλάσια τῶν διδομένων τοῖς αἱροῦσι. Λέμβοι τε αὐτοῦ καὶ στρογγύλα ὑπήντα τοῖς πλέουσι, καὶ τριήρεις τοὺς αἰγιαλοὺς ἐπέπλεον, σημεῖά τε ἀνίσχουσαι τοῖς ἀλωμένοις, καὶ τὸν ἐντυγχάνοντα περισώζουσαι. Αὐτός τε τοῖς ἀφικνουμένοις ἀπήντα, καὶ ἐσθῆτος, αὐτίκα καὶ κατασκευῆς ἐμερίζετο· τοῖς δὲ ἀξίοις καὶ ἐς στρατηγίας ἢ ναυαρχίας ἐχρῆτο. Σπονδῶν τέ οἱ πρὸς τοὺς τρεῖς γιγνομένων ὕστερον, οὐ συνέθετο, πρὶν τούσδε τοὺς ἐς αὐτὸν διαφυγόντας ἐς ταύτας περιλαβεῖν. Ὁ μὲν δὴ χρησιμώτατος οὕτως ἀτυχούσῃ τῇ πατρίδι ἐγίγνετο, καὶ δόξαν ἐκ τοῦδε ἀγαθήν, ἴδιον ἐπὶ τῇ πατρῴᾳ, καὶ οὐχ ἥσσονα τήνδε ἐκείνης, προσελάμβανεν. Ἕτεροι δὲ ἑτέρως φυγόντες ἢ κρυπτόμενοι, μέχρι τῶν σπονδῶν, οἱ μὲν ἐν χωρίοις ἢ τάφοις, οἱ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ ἄστει, σὺν ἐπινοίαις οἰκτραῖς διεγένοντο. Φιλανδρίαι τε παράδοξοι γυναικῶν ὤφθησαν, καὶ παίδων ἐς πατέρας εὔνοιαι, καὶ θεραπόντων ὑπὲρ φύσιν ἐς δεσπότας. Καὶ τῶνδε ὅσα παραδοξότατα, ἀναγράψω.

XXXVII. Παῦλος, ὁ ἀδελφὸς Λεπίδου, τῶν λοχαγῶν αὐτόν, ὡς ἀδελφὸν αὐτοκράτορος, αἰδουμένων, ἐπὶ ἀδείας ἐξέπλευσεν ἐς Βροῦτον, καὶ ἐς Μίλητον μετὰ Βροῦτον· ὅθεν οὐδέ, εἰρήνης ὕστερον γενομένης, καλούμενος ἐπανελθεῖν ἠξίωσε. Λεύκιον δέ, τὸν Ἀντωνίου θεῖον, ἡ Ἀντωνίου μήτηρ, ἀδελφὸν ὄντα, εἶχεν, οὐδ' ἐπικρύπτουσα· αἰδουμένων ἐς πολὺ καὶ τήνδε τῶν λοχαγῶν, ὡς μητέρα αὐτοκράτορος. Βιαζομένων δ' ὕστερον, ἐξέθορεν ἐς τὴν ἀγοράν, καὶ προκαθημένῳ τῷ Ἀντωνίῳ μετὰ τῶν συνάρχων ἔφη· Ἐμαυτήν, ὦ αὐτοκράτορ, μηνύω σοι Λεύκιον ὑποδεδέχθαι τε, καὶ ἔχειν ἔτι, καὶ ἕξειν, ἕως ἂν ἡμᾶς ὁμοῦ κατακάνῃς· τὰ γὰρ ὅμοια καὶ τοῖς ὑποδεδεγμένοις ἐπικεκήρυκται. Ὁ δέ, αὐτὴν ἐπιμεμψάμενος, ὡς ἀδελφὴν μὲν ἀγαθήν, μητέρα δὲ οὐκ εὐγνώμονα (οὐ γὰρ νῦν χρῆναι περισώζειν Λεύκιον, ἀλλὰ κωλύειν, ὅτε σου τὸν υἱὸν εἶναι πολέμιον ἐψηφίζετο), παρεσκεύασεν ὅμως Πλάγκον ὑπατεύοντα κάθοδον τῷ Λευκίῳ ψηφίσασθαι.

XXXVIII. Μεσσάλας δέ, ἐπιφανὴς καὶ νέος, ἐς Βροῦτον ἔφυγε. Καὶ αὐτοῦ δείσαντες οἱ τρεῖς τὸ φρόνημα, προὔγραψαν οὕτως· Ἐπεὶ Μεσσάλαν ἀπέφηναν ἡμῖν οἱ προσήκοντες αὐτῷ μηδὲ ἐπιδημεῖν ὅτε Γάϊος Καῖσαρ ἀνῄρητο, ἐξῃρήσθω τῶν προγραφέντων ὁ Μεσσάλας. Ὁ δὲ τὴν μὲν συγγνώμην οὐκ ἐδέξατο· Βρούτου δὲ καὶ Κασσίου περὶ Θρᾴκην πεσόντων, καὶ τοῦ στρατοῦ πολλοῦ τε ἔτι ὄντος, καὶ ναῦς καὶ χρήματα καὶ ἐλπίδας ἔχοντος οὐκ ἀσθενεῖς, ἄρχειν σφῶν

ne quis unquam in rebus adversis despondeat animum, spemque salutis abjiciat. Igitur qui effugere poterant, ad Cassium profecti sunt, aut ad Brutum, aut in Africam ad Cornificium, qui pariter a partibus stabat reipublicæ. Sed plerique in Siciliam, Italiæ vicinam, se receperunt; ubi promtissime Pompeius profugos omnes excipiebat. Is enim egregium officium miseris commode tunc temporis præstitit; dimissis præconibus, qui omnes ad eum vocarent; propositoque servatoribus, cum ingenuis, tum servis, præmio duplo ejus quod percussores accipiebant. Lembos quoque et onerarias obviam mittebat navigantibus : triremesque oras legebant, attollentes signa errantibus, et servantes quotquot nancisci poterant. Et ipse Pompeius venientes excipiebat obvius, et vestes statim et utensilia eis impertiebat : idoneos vero præfecturis ornabat, tam pedestribus, quam navalibus : nec postea cum Triumviris fœdus iniit, nisi quo servati profugi simul continerentur. Sic ille duris temporibus optime de patria meritus, paternam laudem non minori propria cumulavit. Alii denique, quum variis modis, sive fuga, sive latebris, evasissent, partim in agrestibus tuguriis, aut sepulcris, partim in ipsa Urbe, continuo in metu misere vixerunt, donec pacatiora redierunt tempora. Et interim pietatis uxorum erga maritos, liberorumque erga parentes, mirifica exstiterunt documenta; imo servorum quoque erga dominos, supra quam fert ea conditio. Ex quibus nonnulla, quæ præ cæteris mira videntur, commemorabo.

XXXVII. Paulus, Lepidi frater, centurionibus eum reverenter, ut imperatoris sui fratrem, elabi conniventibus, securus ad Brutum navigavit : post cujus obitum Miletum se contulit, unde ne pace quidem facta, quamvis invitatus, redire dignatus est. Lucium vero, Antonii avunculum, soror nec dissimulanter apud se habuit, centurionibus et hanc diu reveritis, ut matrem imperatoris. Tandem quum illi pararent irrumpere, mulier in forum se proripuit, et sedenti pro tribunali cum collegis Antonio, Me ipsa, inquit, Imperator, indico, quæ Lucium apud me receptum habeo, et habebo, donec simul nos ambos interimas : quandoquidem eadem pœna indicta est recipientibus. Eam objurgans Antonius « Bonam quidem sororem esse, respondit, sed matrem parum piam : debuisse enim non nunc servare Lucium, sed tunc ei obstare, quum ipsius filium hostem judicaret : » effecit tamen, ut Plancus consul de illo restituendo referret.

XXXVIII. Messala, nobilis adolescens, quum ad Brutum fugisset, magnum ejus acremque animum timentes Triumviri, edictum tale proposuerunt : « Quoniam Messala, quemadmodum ex ipsius cognatis cognovimus, ne in Urbe quidem fuit, quum C. Cæsar occisus est, exemtus esto e proscriptorum numero. » At ille hac venia noluit uti. Deinde vero, postquam, Bruto Cassioque in Thracia cæsis, non contemnendæ illius exercitus reliquiæ, classe pecunia que ad bene sperandum subnixæ, ducem eum sibi opta

τὸν Μεσσάλαν αἱρουμένων, οὐκ ἀνασχόμενος, ἔπεισεν αὐτούς, ἐνδόντας ἐπιβαρούσῃ τῇ τύχῃ, μεταστρατεύσασθαι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀντώνιον. Οἰκειότερος δὲ ὢν Ἀντωνίῳ, συνῆν· μέχρι, κρατούσης Ἀντωνίου Κλεοπάτρας, ἐπιμεμψάμενος, ἐς Καίσαρα μετῆλθεν. Ὁ δὲ αὐτὸν ὕπατόν τε ἀπέφηνεν ἀντὶ αὐτοῦ Ἀντωνίου, ἀποχειροτονηθέντος ὅτε αὖθις ἐψηφίζετο εἶναι πολέμιος· καὶ περὶ Ἄκτιον ναυαρχήσαντα κατὰ τοῦ Ἀντωνίου, στρατηγὸν ἔπεμψεν ἐπὶ Κελτοὺς ἀφισταμένους καὶ νικήσαντι ἔδωκε θριαμβεῦσαι. Βίβουλος δὲ ἐσπείσατο ἅμα τῷ Μεσσάλᾳ, καὶ ἐναυάρχησεν Ἀντωνίῳ, διαλλαγάς τε πολλάκις Ἀντωνίῳ καὶ Καίσαρι ἐς ἀλλήλους ἐπόρθμευσε, καὶ στρατηγὸς ἀποδειχθεὶς Συρίας ὑπὸ Ἀντωνίου· καὶ στρατηγῶν ἔτι αὐτῆς, ἀπέθανεν.

XXXIX. Ἀκίλιος δὲ ἔφευγε μὲν τῆς πόλεως λαθών· οἰκέτου δ' αὐτὸν ἐμφήναντος ὁπλίταις, τοὺς ὁπλίτας ἔπεισεν ἐλπίδι χρημάτων πλεόνων, πέμψαι τινὰς ἀπὸ σφῶν πρὸς τὴν γυναῖκα μετὰ συμβόλων, ὧν αὐτὸς ἐδίδου. Ἡ δὲ τοῖς ἐλθοῦσι τὸν κόσμον αὐτῆς ἅπαντα προθεῖσα, ἔφη, διδόναι μέν, ὡς ἀντιδώσουσιν ἃ ὑπέσχοντο· οὐκ εἰδέναι δέ, εἰ ἀντιδώσουσιν. Οὐ μὴν ἐψεύσθη τῆς φιλανδρίας· οἱ γὰρ ὁπλῖται καὶ ναῦν ἐμίσθωσαν τῷ Ἀκιλίῳ, καὶ προὔπεμψαν ἐς Σικελίαν. Λέντουλος δέ, ἀξιούσης αὐτῷ συμφεύγειν τῆς γυναικός, καὶ ἐς τοῦτο αὐτὸν ἐπιτηρούσης, οὐκ ἐθέλων αὐτὴν συγκινδυνεύειν ἑαυτῷ, λαθὼν ἔφυγεν ἐς Σικελίαν. Στρατηγὸς δὲ ἀποδειχθεὶς ὑπὸ Πομπηΐου, ἐσήμηνεν, ὅτι σώζοιτο καὶ στρατηγοίη. Ἡ δ' ὅποι γῆς ἐστιν ὁ ἀνὴρ ἐπιγνοῦσα, τὴν μητέρα φυλάσσουσαν ἐξέφυγε καὶ ᾔει, σὺν θεράπουσιν δύο· μεθ' ὧν ὥδευεν ἐπιμόχθως καὶ εὐτελῶς, οἷα θεράπαινα, μέχρι διέπλευσεν ἐς Μεσσήνην ἀπὸ Ῥηγίου περὶ ἑσπέραν. Καὶ οὐ δυσχερῶς τὴν στρατηγίδα σκηνὴν μαθοῦσα, εὗρε τὸν Λέντουλον οὐχ οἷα στρατηγόν, ἀλλ' ἐν χαμευνίῳ καὶ κόμῃ καὶ διαίτῃ πονηρᾷ, πόθῳ τῆς γυναικός.

XL. Ἀπουληΐῳ δὲ ἠπείλησεν ἡ γυνὴ καταμηνύσειν αὐτόν, εἰ μόνος φεύγοι. Καὶ ὁ μὲν ἄκων αὐτὴν ἐπήγετο· συνήνεγκε δὲ ἐς τὴν φυγὴν αὐτῷ τὸ ἀνύποπτον, ἅμα γυναικὶ καὶ θεράπουσι καὶ θεραπαίναις ὁδεύοντι φανερῶς. Ἄντιον δὲ ἡ γυνὴ στρωματοδέσμῳ κατείλησε, καὶ ἐπέθηκε τοῖς μισθοῦ φέρουσι, καὶ διήνεγκεν ἀπὸ τῆς οἰκίας ἐπὶ θάλασσαν, ὅθεν ἔφυγεν ἐς Σικελίαν. Ῥηγῖνον δὲ ἡ γυνὴ νυκτὸς ἐς ὑπόνομον λυμάτων καθῆκεν, ἐς ὃν ἡμέρας οὐχ ὑποστάντων ἐμβῆναι τῶν ὁπλιτῶν διὰ δυσοσμίαν, νυκτὸς ἄλλης εἰς ἀνθρακέα ἐσκεύασε, καὶ ὄνον ἄνθρακας φέροντα ἐλαύνειν ἔδωκεν· αὐτὴ δὲ ἐκ βραχέος διαστήματος ἡγεῖτο, φορείῳ φερομένη. Τῶν δὲ ἀμφὶ τὰς πύλας ὁπλιτῶν τινος τὸ φορεῖον ὑπονοήσαντός τε καὶ ἐρευνωμένου, δείσας ὁ Ῥηγῖνος ἐπέδραμε· καί, ὡς ὁδῷ χρώμενος, ἠξίου τὸν ὁπλίτην φείδεσθαι γυναικῶν. Ὁ δὲ αὐτὸν ὡς ἀνθρακέα μετ' ὀργῆς ἀμειβόμενος, ἐγνώρισεν (ἐστρατεύετο γὰρ ὑπ' αὐτῷ ποτε ἐν Συρίᾳ), καί, Ἄπιθι χαίρων, εἶπεν, αὐτοκράτορ· τοῦτο γάρ μοι προσήκει καὶ νῦν καλεῖν σε. Κοπώνιον

runt, detrectans illum honorem Messala, persuasit eis, ut fortunæ prægravanti cedentes, transirent ad militiam Antonii. Et Antonio posthac familiariter adhæsit, donec offensus, quod Cleopatræ imperio totus ille se permitteret, migravit ad Cæsarem. A quo consul in ipsius Antonii locum suffectus, quando ille iterum hostis judicatus est, navali quoque prælio ad Actium inter duces fuit Cæsaris contra Antonium. Ac deinde contra Gallos rebelles missus, victor triumphum meruit. Bibulus quoque simul cum Messala in gratiam receptus est; et, classi dein præfectus ab Antonio, conditionum pacis inter Antonium Cæsaremque sæpius fuit internuncius; denique Syriæ provinciæ ab Antonio præfectus, in Syria mortuus est.

XXXIX. Acilius, ex Urbe profugus, a servo indicatus militibus, persuasit eis majore præmio proposito, ut aliquot ex ipsis cum symbolo, quod eis tradebat, ad uxorem mitterent. Illa, venientibus omnem suum mundum proferens, ait, « se eis hæc dare, ut quod polliciti sint recipiat, quamvis dubitet, an receptura sit. » Neque tamen fefellit eam sua pietas : nam milites navim etiam conduxerunt Acilio, in qua deduxerunt eum in Siciliam. Lentulus, quum observaretur ab uxore, ne sine ea profugeret, nolens illam periculi comitem, clam aufugit in Siciliam. Ibi prætor a Pompeio factus, uxorem per literas certiorem fecit de salute simul et honore. Quæ postquam ubi terrarum esset maritus cognovit, frustrata matris custodiam, cum duobus servulis, vili cultu victuque, quasi et ipsa ancilla, iter laboriosum peregit; donec a Rhegio Messanam transfretavit sub vesperam. Ubi haud difficulter invento prætorio, reperit Lentulum non prætoris habitu, sed in cubili humi strato squalidum, promisso capillitio, et misero victu, afflictantem se uxoris desiderio.

XL. Apuleio interminata est uxor, indicaturam se eum, si solus fugeret : atque ita invitus uxorem secum duxit. Eique id ipsum ad evitandam fugæ suspicionem profuit, quod uxore, servis, ancillis comitatus, per publicam viam iter institueret. Antium uxor, stragulis involutum et bajulis impositum e domo ad mare curavit transportandum; unde in Siciliam profugit. Rheginum vero sua conjux noctu primum in cloacæ colluviem demissum, ubi sequenti die propter fœtorem tutus fuit a militibus, altera nocte induit habitu carbonarii, jussitque ut asinum carbonibus onustum præ se ageret; ipsa non longo intervallo in lectica præcedebat. Quumque ad portam miles quidam, suspicione motus, lecticam scrutaretur, Rheginus timens acceleravit gradum, et, veluti forte hac via delatus, monuit militem, ne molestus esset mulieribus. Ille primum, ut carbonario, irate respondit : mox autem agnito (militaverat enim sub eo in Syria), Perge, inquit, lætus, Imperator! sic enim te a me nunc quoque decet appellari. Coponio vitam uxor impetravit ab

δὲ τὸ γύναιον ᾔτησε παρὰ Ἀντωνίου, σώφρων μὲν οὖσα τέως, ἀτυχήματι δὲ τὸ ἀτύχημα ἰωμένη.

XLI. Γέταν δὲ ὁ υἱὸς ἐν εὐρυχώρῳ τῆς οἰκίας ἔδοξε καίειν, ὡς ἀπαγξάμενον· καὶ λαθὼν ἐν ἀγρῷ νεωνήτῳ κατέλιπεν, ἔνθα ὁ πρεσβύτης μεταμορφῶν ἑαυτὸν, ἐπεδήσατο διφθέραν ἐς τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν. Καὶ τῶν σπονδῶν γενομένων, ἔλυσε τὴν διφθέραν, καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ὑπὸ τῆς ἀργίας δεδαπάνητο. Ὄππιον δὲ ὁ υἱὸς, ὑπὸ γήρως ἀσθενεστάτου μένειν ἐθέλοντα, ἔφερεν ἐπὶ τοῦ σώματος, ἕως ἐξήγαγέ τε διὰ τῶν πυλῶν· καὶ τολοιπὸν μέχρι Σικελίας ἄγων ἢ φέρων ἐκόμισεν, οὐδενὸς ἄρα τὸ σχῆμα ὑπονοήσαντος, ἢ ἐνυβρίσαντος· οἷόν που καὶ τὸν Αἰνείαν γράφουσιν αἰδέσιμον τοῖς πολεμίοις γενέσθαι, φέροντα τὸν πατέρα. Καὶ τὸν νεανίαν ὁ δῆμος ἐπαινῶν ὕστερον, ἀπέφηνεν ἀγορανόμον· δεδημευμένης δ' αὐτῷ τῆς οὐσίας οὐκ ἔχοντι τῆς ἀρχῆς τὸ δαπάνημα, οἵ τε χειροτέχναι τὰ ἐς τὴν ἀρχὴν ἀμισθὶ συνειργάσαντο, καὶ τῶν θεωμένων ἕκαστος ἐπὶ τὴν ὀρχήστραν ὅσον ἐβούλετο νόμισμα ἐῤῥίπτει, ἕως τὸν ἄνδρα κατεπλούτισαν. Ἀῤῥιανοῦ δὲ καὶ ἐν τῇ στήλῃ κεκόλαπτο ἐκ διαθηκῶν· Τὸν ἐνθάδε κείμενον υἱὸς, οὐ προγραφεὶς, προγραφέντα ἔκρυψέ τε καὶ συνέφυγε καὶ περιέσωσε.

XLII. Μετέλλω δὲ ἤστην, υἱός τε καὶ πατήρ· καὶ αὐτοῖν ὁ μὲν πατὴρ στρατηγῶν Ἀντωνίῳ περὶ Ἄκτιον, αἰχμάλωτος ἑάλω, καὶ ἠγνοεῖτο· ὁ δὲ υἱὸς τῷ Καίσαρι συνεστρατεύετο, καὶ ἐστρατηγήκει καὶ ὅδε περὶ τὸ Ἄκτιον. Ἐν δὲ Σάμῳ διακρίνοντι τῷ Καίσαρι τοὺς αἰχμαλώτους, ὁ μὲν παῖς συνήδρευεν· ὁ δὲ πρεσβύτης ἤγετο, κόμης τε ἔμπλεως καὶ δύης καὶ ῥύπου, καὶ τῆς ἐκ τῶνδε μεταμορφώσεως. Ὡς δὲ ἐν τῇ τάξει τῶν αἰχμαλώτων ὑπὸ τοῦ κήρυκος ἀνεκλήθη, ἀνέθορεν ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ μόλις ἐπιγνοὺς τὸν πατέρα, ἠσπάζετο σὺν οἰμωγῇ. Ἐπισχὼν δέ ποτε τοῦ θρήνου, πρὸς τὸν Καίσαρα ἔφη· Οὗτος μέν σοι πολέμιος γέγονεν, ὦ Καῖσαρ, ἐγὼ δὲ σύμμαχος· καὶ χρὴ τοῦτον μέν σοι δοῦναι δίκην, ἐμὲ δὲ γέρας εὑρέσθαι. Αἰτῶ δή σε, τὸν πατέρα σώζειν δι' ἐμὲ, ἢ δι' ἐκεῖνον ἐμὲ συγκατακανεῖν. Οἴκτου δὲ ἐξ ἁπάντων γενομένου, μεθῆκε σώζεσθαι τὸν Μέτελλον ὁ Καῖσαρ, καίτοι πολεμιώτατον αὐτῷ γενόμενον, καὶ δωρεῶν πολλῶν, εἰ μεταθοῖτο πρὸς αὐτὸν ἀπ' Ἀντωνίου, πολλάκις ὑπεριδόντα.

XIII. Μάρκον δὲ οἱ θεράποντες σὺν εὐνοίᾳ καὶ τύχῃ πάντα τὸν τῆς προγραφῆς χρόνον διεφύλαξαν ἔνδον ἐπὶ τῆς οἰκίας· μέχρι, τῆς ἀδείας δοθείσης, ὁ Μάρκος ἐξῄει τῆς οἰκίας ὡς ἀπὸ φυγῆς. Ἵρτιος δὲ, σὺν τοῖς οἰκέταις ἐκφυγὼν τῆς πόλεως, διώδευε τὴν Ἰταλίαν, ἐκλύων τε δεσμώτας, καὶ συνάγων τοὺς ἀποδιδράσκοντας, καὶ πολίχνια δῃῶν, ὀλίγα πρῶτον, εἶτα καὶ μείζω, μέχρι χειρὸς ἱκανῆς ἐκράτησε, καὶ τὸ Βρεττίων ἔθνος ἐχειρώσατο· καὶ στρατοῦ πεμφθέντος ἐπ' αὐτὸν, ἐς Πομπήϊον μεθ' ὅσων εἶχε διέπλευσε. Ῥεστίωνι δὲ, οἰομένῳ μόνῳ φεύγειν, οἰκέτης εἵπετο λαν-

Antonio, pudica hactenus, sed tunc malum malo medicans.

XLI. Getam filius in area domus se finxit exurere, quasi præfocatum laqueo : qui dolus ubi successit, ruri, quod nuper emerat, eum reliquit. Ibi senex, quo mutaret oris speciem, pelliculam inducit alteri oculo : deinde pace reddita, amota pellicula, oculus longo otio redditus erat inutilis. Oppium, propter ætatem decrepitam fugere nolentem, filius sublatum humeris ex Urbe extulit; indeque in Siciliam cum eo, modo manu ducens, modo cervice bajulans senem, pervenit; nemine vel speciem eam suspectam habente, vel molestante : quemadmodum et Æneas, patrem gestans, reverendus hostibus fuisse perhibetur. Juveni populus postea, in pietatis præmium, ædilitatem detulit : et quia, publicatis bonis, non erat unde ludos ederet, opifices juverunt eum gratuitis operis, et ex spectatoribus quisque quot libuit nummos in orchestram conjecit, ita ut homo inde ditatus sit. Arrianus testamento mandavit incidi suo sepulcro : « Hic situs est, quem, proscriptum, filius non proscriptus celavit, fugæque comes et salutis auctor fuit. »

XLII. Metelli duo fuere, pater et filius. Pater, Actiaco bello dux Antonianarum partium, captus fuit, nec agnitus : filius eodem bello Cæsarem erat secutus, et sub illo pariter ipse ordines duxerat. Sami quum Cæsar captivos inspiceret, filius in ejus consessu aderat : productus est senex promissa coma, ærumnis confectus, et reliquis deformatus sordibus. Ut vero ex ordine, quo inter captivos stabat, per præconem nominatim citatus est, filius e consessu prosiliit, vixque agnitum patrem cum lamento complexus est. Cohibito deinde fletu : Tibi Cæsar, inquit, hic hostis fuit, ego socius. Hic pœnam meretur, ego præmium. Postulo igitur, ut aut patrem propter me serves incolumem, aut propter illum me simul interimas. Quumque omnibus mota esset miseratio, Cæsar servari Metellum permisit, quamvis sibi infensissimum : qui multis sæpe muneribus, ut ad illum ab Antonio deficeret, invitatus, cum contemtu eum semper rejecerat.

XLIII. Marcum servi, pietatem eorum fortuna juvante, per totum proscriptionis tempus domi suæ servarunt; donec, securitate reddita, sic ex ædibus suis prodiit, quasi ab exilio. Hirtius, cum famulis elapsus ex urbe, obibat Italiam, vinctos solvendo et colligendo fugitivos; vastans oppida parva primum, mox majora etiam; donec, valida manu comparata, subegit Brutios. Misso deinde contra eum exercitu, cum suis ad Pompeium trajecit. Restionem, solum, ut putabat, fugientem, servus clam secutus est, vernacu-

θάνων, ἀναθρεπτὸς μὲν αὐτοῦ Ῥεστίωνος, καὶ πολλὰ πρότερον εὖ παθὼν, διὰ δὲ μοχθηρίαν ὕστερον ἐστιγμένος. Ἀναπαυομένῳ δὲ ἐν ἕλει τῷ Ῥεστίωνι ἐπιστὰς ὁ θεράπων, ἐξέπληξε μὲν αὐτίκα ὀφθεὶς δεδοικότι, δὲ ἔφη, Οὐ τῶν παρόντων στιγμάτων αἰσθάνεσθαι μᾶλλον, ἢ μνημονεύειν τῶν πρότερον εὐεργετημάτων. Καὶ, αὐτὸν εἴς τι σπήλαιον ἀναπαύσας, εἰργάζετο, καὶ τροφὰς αὐτῷ συνέλεγεν ὡς ἐδύνατο. Ὑπονοίας δέ τινος ἀμφὶ τὸ σπήλαιον τοῖς ἐγγὺς ὁπλίταις περὶ τοῦ Ῥεστίωνος γενομένης, καὶ χωρούντων ἐπ' αὐτὸν, ὁ οἰκέτης εἵπετο συνεὶς, καί τινα πρεσβύτην προοδεύοντα προδραμὼν ἀπέκτεινε, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμεν. Ἐκπλαγέντων δὲ τῶν ὁπλιτῶν, καὶ ὡς ἀνδροφόνον ὁδοιπόρου περισχόντων· Ῥεστίωνα, ἔφη, ἔκτεινα, τὸν ἐμαυτοῦ δεσπότην, τάδε μοι τὰ στίγματα ἐγχαράξαντα. Οἱ μὲν δὴ, τὴν κεφαλὴν αὐτὸν ἀφελόμενοι διὰ τὸ γέρας, ἠπείγοντο μάτην ἐς τὸ ἄστυ· ὁ δὲ, τὸν δεσπότην ἀναστήσας, διέπλευσεν εἰς Σικελίαν.

XLIV. Ἄππιον δὲ ἀναπαυόμενον ἐν ἐπαύλει, τῶν ὁπλιτῶν ἐπιθεόντων, οἰκέτης τὴν ἑαυτοῦ ἐσθῆτα ἐνέδυσε, καὶ αὐτὸς εἰς τὴν εὐνὴν οἷα δεσπότης ἀνακλιθεὶς, ἑκὼν ἀπέθανεν ἀντὶ τοῦ δεσπότου, παρεστῶτος ὡς οἰκέτου· Μεννηνίου δὲ τὴν οἰκίαν καταλαβόντων ὁπλιτῶν, θεράπων ἐς τὸ τοῦ δεσπότου φορεῖον ἐνέβη, καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοδούλων συνεργούντων ἐξεφέρετο· ἕως ὅδε μὲν, ὡς Μενήνιος, ἑκὼν ἀνῄρητο, Μενήνιος δὲ ἐς Σικελίαν διέφυγεν. Ἰούνιον δὲ ἀπελεύθερος αὐτοῦ Ἰουνίου, Φιλήμων, οἰκίαν κεκτημένος λαμπρὰν, ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς οἰκίας ἔκρυψεν ἐν λάρνακι, ἃς ἀπὸ σιδήρου ἐς χρημάτων ἢ βιβλίων ἔχουσι φυλακήν· καὶ νυκτὸς ἔτρεφε μέχρι τῶν σπονδῶν. Ἕτερος δὲ ἀπελεύθερος, τάφον δεσπότου φυλάσσων, τὸν δεσπόσυνον προγραφέντα ἐφύλασσεν ἐν τῷ τάφῳ μετὰ τοῦ πατρός. Λουκρήτιος, ἀλώμενος σὺν δυσὶ θεράπουσιν ἀγαθοῖς, ὑπὸ ἀπορίας τῶν τροφῶν ᾔει πρὸς τὴν γυναῖκα, φορείῳ φερόμενος ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, οἷά τις ἄρρωστος, ἐς τὴν πόλιν. Ἑνὸς δὲ τῶν φερόντων τὸ σκέλος συντριβέντος, τῷ ἑτέρῳ τὴν χεῖρα ἐπιθεὶς, ᾔει. Παρὰ δὲ ταῖς πύλαις γενόμενος, ἔνθα αὐτοῦ καὶ ὁ πατὴρ, ὑπὸ Σύλλα προγραφεὶς, ἑαλώκει, εἶδε λόχον ὁπλιτῶν ἐκτρέχοντα· καὶ πρὸς τὸ σύγκυρημα τοῦ τόπου καταπλαγεὶς, συνεκρύφθη μετὰ τοῦ θεράποντος ἐν τάφῳ. Τυμβωρύχων δὲ τοὺς τάφους ἐρευνωμένων, ὁ θεράπων ἑαυτὸν τοῖς τυμβωρύχοις παρέσχεν περιδύειν, μέχρι Λουκρήτιον ἐπὶ τὰς πύλας διαφυγεῖν. Ἐκεῖ δὲ αὐτὸν ὁ Λουκρήτιος περιμείνας τε, καὶ τῆς ἑαυτοῦ μερισάμενος ἐσθῆτος, ἧκε πρὸς τὴν γυναῖκα, καὶ ὑπ' αὐτῆς ἐκρύπτετο ἐπὶ διπλῆς ὀροφῆς μεταξύ· μέχρι τινὲς αὐτὸν ἐῤῥύσαντο παρὰ τῶν προγραψάντων. Καὶ ὕστερον ἐπὶ εἰρήνης ὑπάτευσε.

XLV. Σέργιος δὲ ἐκρύφθη παρ' αὐτῷ Ἀντωνίῳ, μέχρι Πλάγκον ὑπατεύοντα ὁ Ἀντώνιος ἔπεισε κάθοδον αὐτῷ ψηφίσασθαι. Καὶ ἐπὶ τῷδε ὁ Σέργιος ὕστερον, ἐν τῇ Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου στάσει, τῆς βουλῆς ψηφιζομένης εἶναι πολέμιον τὸν Ἀντώνιον, μόνος τὴν ἀπο-

lus et multis prius affectus beneficiis, deinde stigmatibus notatus ob nequitiam. Hic quiescenti in palude hero subito adstans, primo conspectu eum conterruit. Quod ut sensit servus, ait, non plus se moveri præsentibus stigmatis, quam præteritorum beneficiorum memoria : moxque illum in speluncam quamdam abscondit, et quotidianis operæ mercedibus aluit ut poterat. Deinde quum propinqui milites, nonnihil suspicati de spelunca, eo tenderent, servus senem quemdam viatorem invadens obtruncavit. Stupentibus vero id factum militibus, et, ut viatoris homicidam, detinentibus hominem, Restionem, inquit ille, occidi, herum meum, qui me his notavit stigmatibus. Illi, erepto ei capite, frustra in Urbem properarunt, præmium petentes : servus, abducto inde hero, in Siciliam cum eo trajecit.

CVII. Antonius interim cum exercitu raptim iter faciebat, ut Amphipolim occuparet, quam sedem belli erat facturus. Quam ubi jam a Norbano, ut sibi venienti esset receptaculo, munitam invenit, gavisus, apparatum in ea reliquit, cum una legione præsidaria præfectoque Pinario : ipse, admodum audenter multum progressus, castra metatus est in plano, diremta ab hoste mille tantum passuum spatio. Statimque apparuit, quanto potior esset Cassianorum quam Antonianorum castrorum conditio. Illi in colle erant, hi in planitie : lignabantur illi e montibus; hi e palustribus : illi aquabantur e fluvio, hi et puteis quos statim effoderant : commeatus illi a propinqua Thaso advehebant, hi ab Amphipoli per viam amplius XL [XXX?] millium passuum. Videtur tamen necessitate coactus fecisse id Antonius, præoccupatis jam ab hoste collibus, reliqua vero planitie humili, et stagnante interdum aquis fluvii; quapropter etiam in effossis puteis fontes copiosi aquæ dulcis inveniebantur. Sed ea audacia certe, quamvis a necessitate profecta, terruit hostes, castra ex itinere statim tam propinquo loco contemtim posita considerantes. Castris positis, Antoniani castella plurima excitarunt, ex summa celeritate fossis, muris, vallis omnia communierunt. Simul hostes quidquid munitionum needum omnino perfectum erat, absolvebant : et Cassius, insanum videns Antonii impetum, spatium angustum inter paludem et sua castra, quod solum adhuc supererat, ob ipsam angustiam neglectum, muro intersepit, ne quid immunitum esset. Itaque quum a latere castra Bruti rupibus, Cassiana vero palude marique deinceps essent protecta, cætera in medio omnia fossa valloque et muris ac portis intersepta erant.

CVIII. Hæc fuere utrinque castrorum ad Philippos munitiones : in quibus absolvendis dum occupantur, velitationibus tantum et equitum excursionibus utrinque faciebant virtutis periculum. Ut vero suprema operibus manus est imposita, et Cæsar quoque advenit, nondum quidem ad pugnam satis validus, sed ita tamen ut lectica circumferri circa ordines posset, Cæsariani statim explicarunt aciem. Ex adverso Brutus Cassiusque suos instruxerunt quidem in editiore loco, sed non descenderunt : non placebat enim prælio decernere, quod sperarent, hostem inopia commeatuum posse confici. Erat autem numerus copiarum, legiones pariter utrinque undeviginti; sed in Bruti quidem Cassiique exercitu, non satis illæ suis numeris completæ, in Cæsaris vero et Antonii abundantes etiam numero. Equitum vero, adjunctis utrinque Thracum auxiliis, Antonius cum Cæsare habebat XIII millia : Brutus et Cassius XX M. Itaque multitudine virorum, audacia virtuteque [illegible].

καὶ παρασκευῇ, λαμπροτάτην ἑκατέρων παράταξιν ὀφθῆναι· ἄπρακτον δὲ ἐς πολλὰς ἡμέρας, οὐκ ἐθελόντων συμπλέκεσθαι τῶν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, ἀλλὰ ταῖς ἀγοραῖς προεκτρύχειν τοὺς πολεμίους· αὐτοὶ μὲν ἔχοντες Ἀσίαν χορηγὸν, καὶ ἐκ ἐγγίονος πάντα διὰ θαλάσσης πορίζόμενοι, τοῖς δὲ πολεμίοις οὐδὲν ὂν δαψιλὲς οὐδὲ οἰκεῖον· οὔτε γάρ τι δι' ἐμπόρων ἀπ' Αἰγύπτου λαβεῖν εἶχον, ὑπὸ λιμοῦ τῆς χώρας δεδαπανημένης· οὔτε ἐξ Ἰβηρίας ἢ Λιβύης, διὰ Πομπήϊον, οὔτε ἐκ τῆς Ἰταλίας, διὰ Μοῦρκον καὶ Δομίτιον. Οὐκ ἐς πολὺ δ' αὐτοῖς ἔμελλον ἀρκέσειν Μακεδονία τε καὶ Θεσσαλία, μόναι σφίσιν ἐν τῷ τότε χορηγοῦσαι.

CIX. Ὧν οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον ἐνθυμούμενοι μάλιστα, διέτριβον. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, αὐτὰ δεδιὼς, ἔγνω βιάσασθαι τοὺς ἄνδρας ἐς μάχην· καὶ ἐπενόησεν εἰ δύναιτο βάσιμον τὸ ἕλος ἐργάσασθαι λαθὼν, ἵνα, κατόπιν τῶν ἐχθρῶν ἔτι ἀγνοούντων γενόμενος, τὴν ἀγορὰν σφᾶς ἀφέλοιτο τὴν ἀπὸ τῆς Θάσου κομιζομένην. Ἐκτάσσων οὖν αὖθις ἑκάστοτε ἐς μάχην τὰ σημεῖα τοῦ στρατοῦ πάντα, ἵνα ὅλος ἐκτετάχθαι νομίζοιτο, μέρει τινὶ νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἔκοπτεν ἐν τῷ ἕλει δίοδον στενὴν, κείρων τε τὸν δόνακα, καὶ χῶμα ἐπιβάλλων, καὶ λίθους ἑκατέρωθεν, ἵνα μὴ τὸ χῶμα διαπίπτοι, τὰ δὲ βαθέα διεσταύρου καὶ ἐγεφύρου μετὰ σιωπῆς βαθυτάτης. Ἀφήρητο δὲ τὴν ὄψιν τοῦ ἔργου τοὺς πολεμίους ὁ πεφυκὼς ἔτι δόναξ ἀμφὶ τῇ διόδῳ. Δέκα δ' ἡμέρας ἐργασάμενος ὧδε, ἐσέπεμψε λόχους ὀρθίους νυκτὸς ἄφνω, καὶ τὰ ἐρυμνὰ τῶν ἐντὸς κατέλαβε, καὶ ἐχαράκωσε φρούρια ὁμοῦ πολλά. Ὁ δὲ Κάσσιος κατεπλάγη μὲν τοῦ ἔργου τὴν ἐπίνοιάν τε καὶ κλοπήν· ἀντεπινοῶν δὲ ἀποτεμέσθαι τὰ φρούρια τὸν Ἀντώνιον, διετείχιζε καὶ αὐτὸς ἐπικάρσιον τὸ ἕλος ἅπαν, ἀρχόμενον ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου μέχρι τῆς θαλάσσης, κόπτων ὁμοίως, καὶ γεφυρῶν, καὶ τὸν χάρακα τοῖς στεριφώμασιν ἐπιτιθεὶς, καὶ τὴν ὑπὸ Ἀντωνίου γεγενημένην δίοδον ἀπολαμβάνων, ἵνα μήτε ἐκδραμεῖν ἐς αὐτὸν οἱ ἔνδον ἔτι δυνηθεῖεν, μήτε ἐκεῖνος αὐτοῖς ἐπιβοηθεῖν.

CX. Ταῦτα δὲ ὁ Ἀντώνιος ἰδὼν περὶ μεσημβρίαν, ὡς εἶχεν αὐτίκα σὺν ὁρμῇ τε καὶ ὀργῇ τὸν στρατὸν ἴδιον, ἐπὶ θάτερα τεταγμένον, ἦγεν ἐπιστρέφων ἐς τὸ διατείχισμα τοῦ Κασσίου, μεταξὺ τοῦ ἕλους καὶ τοῦ στρατοπέδου, σιδήρια φέρων καὶ κλίμακας, ὡς ἐξελὼν αὐτὸ, καὶ παροδεύσων ἐς τὸ τοῦ Κασσίου στρατόπεδον. Γιγνομένου δὲ αὐτῷ τοῦ δρόμου σὺν τόλμῃ πλαγίου τε καὶ πρὸς ἄναντες, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ μεταίχμιον τῶν στρατιῶν ἑκατέρων, περιήλγησαν οἱ τοῦ Βρούτου στρατιῶται ἐπὶ τῇ ὕβρει, ὧδε μάλα θρασέως αὐτοὺς ὄντας ἐνόπλους ἐχθρῶν διαθεόντων· καὶ ἐπέδραμον αὐτοῖς αὐτοκέλευστοι, πρό τινος ἐκ τῶν ἡγεμόνων ἐπιτάγματος, καὶ ἔκτεινον οἷα πλαγίους ἀθρόως οὓς καταλάβοιεν. Ἀρξάμενοι δ' ἅπαξ ἔργου, καὶ τῷ Καίσαρος στρατῷ, τεταγμένῳ μάλιστα κατὰ σφᾶς, ἐπέδραμον· καὶ τρέψαντες ἐδίωκον, μέχρι καὶ τὸ στρατόπεδον ἐξεῖλον, ὃ κοινὸν ἦν Ἀντωνίῳ τε καὶ Καίσαρι· Καίσαρος αὐτοῦ δι'

rum, armis et apparatu, pulcherrimum utraque acies spectaculum præbuit : sed utraque per multos continuos dies otiosa stabat, Cassianis prælium detrectantibus, et difficultate annonæ hostem fatigare cupientibus; quum ipsis ex Asia omnia suppeterent, et ex propinquo per mare subveherentur, hostes in regione infesta laborarent inopia. Hi enim neque per mercatores accipere ex Ægypto quidquam poterant, fame tunc oppressa : neque ex Hispania aut Africa Pompeius, neque ex Italia Murcus et Ahenobarbus sinebant commeatus advehi; Macedonia vero Thessaliaque non diu sufficere poterant, quæ tum solæ alebant exercitum.

CIX. Id maxime respicientes Cassius Brutusque, bellum ducebant. Idemque ipsum Antonius veritus, statuit eos ad pugnam cogere : cogitavitque, num posset clam per paludem viam efficere, ut hostibus a tergo commeatuum ex Thaso subvectionem intercluderet. Productis igitur rursus quotidie in aciem signis omnibus, ut videretur adesse totus exercitus, deducta inde parte, noctes atque dies aperiebat in palude angustum transitum : detondens arundines, et aggerem excitans, lapidibus utrimque ne dilaberetur munitum, profundiora sternens subliciis pontibus, per summum silentium; conspectum enim hostibus adimebant arundines relictæ circa transitum. In hoc opus insumtis decem diebus, noctu cohortes ordinibus in longitudinem directis, misit intro : quæ, occupatis ulterioribus locis aliquot natura munitis, complura castella ibi eodem tempore vallarunt. Ad id commentum, tam bene dissimulatum, Cassius obstupuit : et ut arte artem illuderet, exclusurus ab eis castellis Antonium, transversum septum egit per totam paludem a castris usque ad mare; ad imitationem alterius operis cædens arundines, pontes sternens, firmum jaciens aggerem, valloque eumdem muniens; atque ita viam ab Antonio patefactam interrumpens, ut nec qui transierant recipere se possent, nec submitti possent eis auxilia.

CX. Quod ubi circa meridiem intellexit Antonius, e vestigio confestim cum impetu et ira exercitum suum, in diversa parte tunc in acie stantem, convertit, et adversus Cassii munitionem eam, quæ a castris ad paludem pertinebat, duxit; ferramentisque et scalis, quas suos secum ferre jusserat, munitionem illam expugnare, ad ipsaque Cassii castra penetrare paravit. Quibus tam insolenter adverso clivo transversim per ipsum quod utramque aciem dirimebat spatium currentibus, indignati Bruti milites, et ignominiosum rati, si viri armati adversarios ita impune præter ora sua sinerent transcurrere; proprio motu, non exspectato ducum imperio, irruerunt in eos ex latere; magnoque numero, quotquot assequi poterant, conciderunt. Commissoque semel prælio, mox Cæsaris aciem, quæ ex adverso ipsorum potissimum stabat, adorti, in fugam verterunt; persecutique castris etiam potiti sunt, quæ Cæsari communia fuerant cum Antonio : in quibus commode tunc

ἐνύπνιον ἔνδον οὐκ ὄντος, ἀλλὰ φυλαξαμένου τὴν ἡμέραν, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν ἔγραψεν.

CXI. Ὁ δὲ Ἀντώνιος ὁρῶν τὴν μάχην συνεῤῥωγυῖαν, ἥσθη μὲν ὡς ἀναγκάσας· πάνυ γὰρ ἐπὶ ταῖς ἀγοραῖς ἐδεδίει· ἀναστρέφειν δὲ εἰς τὸ πεδίον οὐκ ἔκρινε, μὴ τὴν φάλαγγα ἀνελίσσων ταράξειεν. Ὡς ἀρξάμενος δ' εἶχεν ὁρμῆς, ἐχεῖτο δρόμῳ, καὶ ἀνέβαινε, βαλλόμενός τε, καὶ χαλεπῶς· μέχρι βιαζόμενος ἐνέκυρσε τῇ φάλαγγι τῇ Κασσίου, τὴν τάξιν τὴν δεδομένην φυλασσούσῃ, καὶ τὸ γιγνόμενον ὡς ἄλογον καταπεπληγμένῃ. Ῥήξας δ' αὐτὴν ὑπὸ τόλμης, ἐπὶ τὸ διατείχισμα ὥρμα τὸ μεταξὺ τοῦ τε ἕλους καὶ τοῦ στρατοπέδου, τόν τε χάρακα ἀνασπῶν, καὶ τὴν τάφρον ἐγχωννύς, καὶ τὸ οἰκοδόμημα ὑπορύσσων, καὶ τοὺς ἐν ταῖς πύλαις καταφονεύων, καὶ τὰ ἐπιπίπτοντα ἐκ τοῦ τείχους ὑπομένων· ἕως αὐτὸς μὲν ἐσήλατο διὰ τῶν πυλῶν ἔνδον, ἕτεροι δὲ ταῖς ὑπωρυχίαις ἐσῆλθον, οἱ δὲ καὶ τοῖς πεπτωκόσιν ἐπανέβαινον. Καὶ πάντα οὕτως ἐγίγνετο ὀξέως, ὥστε τοῖς τὸ ἕλος ἐργαζομένοις ἐπιβοηθοῦσιν ὑπήντων, ἑλόντες ἤδη τὸ διατείχισμα. Τρεψάμενοι δὲ καὶ τούσδε σὺν ὁρμῇ βιαίῳ, καὶ ἐς τὸ ἕλος κατώσαντες, ἐπανῄεσαν ἐς αὐτὸ ἤδη τὸ στρατόπεδον τοῦ Κασσίου, μόνοι σὺν τῷ Ἀντωνίῳ, ὅσοι τὸ διατείχισμα ὑπερῆλθον, τοῦ ἄλλου πλήθους ἑκατέρων ἐκτὸς ἀλλήλοις μαχομένου.

CXII. Τὸ δὲ στρατόπεδον, ὡς ἐρυμνὸν, ὀλίγοι πάμπαν ἐφύλασσον· ὅθεν αὐτῶν εὐμαρῶς ἐκράτησεν ὁ Ἀντώνιος. Ἤδη δὲ καὶ ὁ ἔξω τοῦ Κασσίου στρατὸς ἡσσᾶτο, καὶ τὴν κατάληψιν ἰδὼν τοῦ στρατοπέδου, διεσκίδνατο ἀκόσμως. Καὶ τὸ ἔργον ἦν ἐντελὲς ἑκατέροις καὶ ὅμοιον· Βροῦτός τε γὰρ τὸ λαιὸν τῶν πολεμίων ἐτέτραπτο, καὶ τὸ στρατόπεδον ᾑρήκει· Ἀντώνιός τε, Κασσίου κρατῶν, σὺν ἀμηχάνῳ τόλμῃ τὸ στρατόπεδον ἐπόρθει. Φόνος τε ἦν ἑκατέρων ποικίλος· ὑπὸ δὲ μεγέθους πεδίου τε καὶ κονιορτοῦ τὰ ἀλλήλων ἠγνόουν, μέχρι ποτὲ ἐπύθοντο, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνεκάλουν. Οἱ δὲ ἐπανῄεσαν, ἀχθοφόροις ἐοικότες μᾶλλον ἢ στρατιώταις· καὶ οὐδὲ τότε ἀλλήλων ᾐσθάνοντο, οὐδὲ καθεώρων· ἐπεὶ ῥίψαντές γε ὅσα ἔφερον οἱ ἕτεροι, μέγα ἂν εἰργάσαντο κατὰ τῶν ἑτέρων, ἀσυντάκτως ὧδε ἀχθοφορούντων. Τὸν δ' ἀριθμὸν τῶν ἀποθανόντων εἰκάζουσι, τῶν μὲν ἀμφὶ τὸν Κάσσιον, ἐς ὀκτακισχιλίους σὺν τοῖς παρασπίζουσι θεράπουσι γενέσθαι, τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Καίσαρα διπλασίονα.

CXIII. Κάσσιος δὲ ἐξ οὗ τῶν διατειχισμάτων ἐξέωστο, καὶ οὐδὲ ἐσελθεῖν ἔτι εἶχεν ἐς τὸ στρατόπεδον, ἀνέδραμεν ἐς τὸν Φιλίππων λόφον, καὶ τὰ γιγνόμενα ἐφεώρα· οὐκ ἀκριβῶς δὲ αὐτὰ διὰ τὸν κονιορτὸν, οὐδὲ πάντα, ὁρῶν, ἀλλ' ἢ τὸ στρατόπεδον ἑαυτοῦ μόνον εἰλημμένον, ἐκέλευσε Πινδάρῳ τῷ ὑπασπιστῇ προσπεσεῖν οἱ καὶ διαφθεῖραι. Διαμέλλοντος δ' ἔτι τοῦ Πινδάρου, προσέθει τις ἀγγέλλων οἱ, Βροῦτον ἐπὶ θάτερα νικᾶν, καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων πορθεῖν. Ὁ δὲ τούτῳ μὲν τοσόνδε ἀπεκρίνατο· Νικώσης, λέγε αὐτῷ, παντελῆ νίκην. Ἐς δὲ τὸν Πίνδαρον ἐπιστραφείς, Τί

Cæsar non aderat, somnio monitus, ut caveret illum diem, quemadmodum ipse scriptum in suis Commentariis reliquit.

CXI. Tum Antonius, ut commissum vidit prælium, gavisus est, quod hostem eo compulisset; quandoquidem de commeatu valde timuerat. Reverti autem jam in planitiem parum sibi commodum judicavit; ne, convertens aciem, turbaret ordines. Itaque continuato quo cœperat cursu, in adversum clivum evasit, contemtis telis superne volantibus; donec in Cassii aciem impegit, loco se non moventem, et attonitam necopinata audacia. Quam ubi insigni ausu perrupit, munitionem inter paludem et castra transversim exstructam magno impetu invasit, vallum convellens, fossam opplens, murum suffodiens, stationem pro porta opprimens, missiliaque contemnens e muro conjecta. Quibus simul factis, ipse per portam irrupit, alii per cuniculos murorum penetraverunt, alii per ruinas ascenderunt. Et ea omnia tanta celeritate facta sunt, ut succurrentibus, qui in palude operabantur, ipsi jam expugnata munitione occurrerent, et, his quoque atroci impetu profligatis, in paludemque compulsis, reverterentur jam ad ipsa castra Cassii, soli hi qui cum Antonio per murum irruperant, reliquis extra murum cum hoste confligentibus.

CXII. Castra, utpote satis firma, a perpaucis custodiebantur: quo facilius capta sunt. Jamque etiam extra Cassiani vincebantur: et, expugnata conspicati castra, incondita fuga dispersi sunt. Atque ita similiter utrimque luculenta reportata victoria est: profligato per Brutum sinistro cornu hostium, et castris captis; diversa parte Antonio, post devictos Cassianos, incredibili audacia castra quoque diripiente. Itaque et utrinque pariter multiplex cædes edita est. Sed, quoniam latis in campis multum erat pulveris excitatum, diu ignorabant alteri, quo pacto res ab altera parte gesta esset. Quo tandem cognito, utrique suos revocarunt. Qui a victoria redeuntes, bajulis similiores erant quam militibus; ac ne tum quidem aspectu vel sensu ullo dignoscebant se invicem: alioquin alterutri, projectis sarcinis, facile adversarios, præda onustos, ac sine ordine discurrentes, oppressissent. Desiderata sunt, quantum conjecturis assequi licuit, Cassianorum octo millia, cum servis armigeris; duplo plura in exercitu Cæsaris et Antonii.

CXIII. Cassius, castris exutus, quum receptum in ea nullum haberet, in Philipporum tumulum cursu se recepit; indeque, quid fieret, prospectabat. Sed quoniam prospectus adumbratus pulvere, ut neque accurate, neque omnia, perspicere posset, castra saltem utique amissa videns, Pindarum armigerum suum jussit, ut percussoris sibi præstaret officium. Qui dum adhuc cunctatur, accurrit alius quidam nuncians, Brutum in altero cornu vincere, et castra diripere hostium. Cui hoc tantum Cassius respondit: Refer ei, me precari illi absolutam victoriam. Tum rursus ad Pindarum conversus, quid cessas? Inquit: Cur non me ab

βραδύνεις; ἔφη· τί τῆς ἐμῆς αἰσχύνης με οὐκ ἀπαλλάσσεις; Πίνδαρος μὲν δὴ δεσπότην, ὑπέχοντα τὴν σφαγὴν, διεχρήσατο. Καί τισιν οὕτως ἀποθανεῖν δοκεῖ Κάσσιον. Ἕτεροι δὲ αὐτὸν οἴονται, προσιόντων ἐς εὐαγγέλιον ἱππέων Βρούτου, νομίσαντα εἶναι πολεμίους, πέμψαι τὸ ἀκριβὲς εἰσόμενον Τιτίνιον· τὸν δὲ τῶν ἱππέων, ὡς Κασσίου φίλον, περισχόντων τε σὺν ἡδονῇ, καὶ ἐπὶ τῷδε καὶ ἀλαλαξάντων μέγα, τὸν Κάσσιον, ἡγούμενον ἐς ἐχθροὺς ἐμπεσεῖν Τιτίνιον, τοῦτο φάναι· Περιεμένομεν φίλον ἁρπαζόμενον ἰδεῖν; καὶ ἔς τινα σκηνὴν ὑποχωρῆσαι μετὰ τοῦ Πινδάρου, καὶ τὸν Πίνδαρον οὐκ ἔτι φανῆναι. Διὸ καὶ νομίζουσί τινες, οὔπω κεκελευσμένον ἐργάσασθαι. Κασσίῳ μὲν δὴ τέλος ἦν τοῦ βίου κατὰ τὴν αὐτοῦ Κασσίου γενέθλιον ἡμέραν, ᾗδε τῆς μάχης γενέσθαι συμπεσούσης, καὶ Τιτίνιος, ὡς βραδύνας, ἑαυτὸν ἔκτεινε.

CXIV. Βροῦτος δὲ, Κασσίου τὸν νέκυν περικλαίων, ἀνεκάλει τελευταῖον ἄνδρα Ῥωμαῖον, ὡς οὔ τινος ἔτι τοιοῦδε ἐς ἀρετὴν ἐσομένου· ταχυεργίας τε αὐτῷ καὶ προπετείας ἐνεκάλει· καὶ ἐμακάριζεν ὁμοῦ φροντίδων καὶ ἀνίας ἀπηλλαγμένον, αἳ Βροῦτον ἐς ποῖον ἄρα τέλος ὁδηγοῦσι; Παραδοὺς δὲ τὸ σῶμα τοῖς φίλοις, ἔνθα λαθραίως θάψειαν, ἵνα μὴ καταδακρύσειε τὸν στρατὸν ὁρῶντα, αὐτὸς ἄσιτός τε καὶ ἀτημέλητος ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν τὸ τοῦ Κασσίου στρατόπεδον καθίστατο. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῶν πολεμίων τὸν στρατὸν παρατασσόντων ἐς μάχην, ἵνα μὴ δοκοῖεν ἡλασσῶσθαι· συνεὶς τοῦ ἐνθυμήματος, Ὁπλισώμεθα, ἔφη, καὶ ἡμεῖς, καὶ ἀνθυποκριθῶμεν ἐλάσσονα παθεῖν. Ὡς δὲ παρέταξεν, οἱ μὲν ἀνεχώρουν· ὁ δὲ Βροῦτος ἐπιτωθάσας, ἔφη τοῖς φίλοις· Οἱ μὲν δὴ προκαλούμενοι ἡμᾶς ὡς κεκμηκότας, οὐδὲ ἀπεπείρασαν.

CXV. Ἡ δὲ ἡμέρᾳ τὴν μάχην ἐν Φιλίπποις συνέβαινεν εἶναι, καὶ ἐν τῷ Ἰονίῳ τοιόνδε πάθος ἄλλο ἐγίγνετο μέγα. Δομίτιος Καλουῖνος ἐπὶ ὁλκάδων ἦγεν ὁπλιτῶν δύο τέλη Καίσαρι, καὶ τὸ διώνυμον ἦν αὐτῶν τὸ Ἄρειον, ὃ ἐπὶ τιμῇ τῆς ἀλκῆς ὠνόμαζον. Ἦγε δὲ καὶ στρατηγίδα σπεῖραν ἐς δισχιλίους ἄνδρας, ἱππέων τε ἴλας τέσσαρας, καὶ ἕτερον πλῆθος ἐπειλεγμένον· καὶ τριήρεις αὐτοὺς παρέπεμπον ὀλίγαι. Μοῦρκος δ' αὐτοῖς καὶ Ἀηνόβαρβος ἑκατὸν καὶ τριάκοντα μακραῖς ὑπήντων. Καὶ αὐτοὺς αἱ ὁλκάδες ἱστίῳ μὲν αἱ πρῶται διέφυγον ὀλίγαι· αἱ λοιπαὶ δὲ, χαλάσαντος ἄφνω τοῦ πνεύματος, ἐν γαλήνῃ σταθερᾷ κατὰ τὸ πέλαγος ἠλῶντο, ὑπό του θεῶν ἐκδιδόμεναι τοῖς πολεμίοις. Ἐνέβαλον γὰρ ἀδεῶς ἑκάστῃ, καὶ ἀνερρήγνυον· οὐδὲ αἱ παραπέμπουσαι σφᾶς τριήρεις ἐπικουρεῖν ἐδύναντο, διὰ τὴν ὀλιγότητα κυκλούμεναι. Ἔργα δ' ἦν τῶν κινδυνευόντων πολλὰ καὶ ποικίλα, ὅτε μὲν τὰ πλοῖα συναγόντων ἀπὸ κάλων σπουδῇ, καὶ κοντοῖς ἁρμοζόντων ἐς ἄλληλα, ἵνα μὴ διεκπλεῖν αὐτὰ ἔχοιεν οἱ πολέμιοι. Ὅτε δὲ τούτου κρατήσειαν, ὁ μὲν Μοῦρκος αὐτοῖς ἐπέβαλλε τοξεύματα πυρὸς, οἱ δὲ τοὺς συνδέσμους ἀνέλυον ὀξέως, καὶ ἀπέφευγον ἀλλήλων διὰ τὸ

hac ignominia liberas? Simulque jugulo ferrum, adigente Pindaro, excepit. Sic quidem nonnulli de Cassii morte memoriæ prodiderunt. Alii referunt, advenientibus eminus equitibus Bruti, qui lætum nuncium de ejus victoria afferent, Cassium, existimantem hostes esse, obviam misisse Titinium, qui exacte rem cognosceret : quem quum equites, ut amicum Cassii, recepissent in medium, conclamantes præ gaudio, Cassium, qui crederet in hostes illum incidisse, hoc tantum profatum, Exspectavimus ergo, dum abreptum videremus amicum! in tentorium quoddam secessisse cum Pindaro, et Pindarum nusquam posthac visum. Quamobrem opinantur nonnulli, injussum etiam tum illum occidisse dominum. Obiit Cassius natali suo die, in quem ipsum forte prælium illud incidit, ad Philippos commissum. Titinius morarum pœnas a se ipse spontanea morte exegit.

CXIV. Brutus flens super Cassii cadavere, ultimum hunc appellavit Romanorum; intelligi volens, neminem posthac fore huic virtute similem. Simul vero et properationem ejus accusavit et præcipitantiam; simul felicem prædicavit, qui jam curis solicitudinibusque esset exemtus; quæ me, inquit, ad quem tandem exitum perducent! Tradito deinde amicis cadavere, ut clam sepeliretur, ne exercitus ex aspectu provocaretur ad lacrymas, ipse, cibo cæteraque corporis cura abstinens, totam noctem in colligendis Cassiani exercitus reliquiis exegit. Mane deinde hostibus progressis in aciem, ne pro victis haberentur, mentem eorum intelligens Brutus : « Sumamus, inquit, nos quoque arma, et pari simulatione cladem tegamus. » Ut vero instruxit aciem, retrocesserunt hostes. In quos Brutus ad amicos sic est cavillatus : « Isti, qui nos ut fessos provocarunt, ne experiri quidem ausi sunt. »

CXV. Cæterum quo die in campis Philippicis pugnatum est, eodem etiam in Ionio mari memorabilis clades accidit. Domitius Calvinus onerariis navibus duas legiones transvehebat ad Cæsarem; quarum altera celebris illa erat, ex virtutis laude Martia legio cognominata. Vehebat etiam cohortem prætoriam duorum millium, et quatuor alas equitum, aliamque selectam multitudinem, paucis triremibus deducentibus. His Murcus et Ahenobarbus cum centum triginta longis navibus occurrerunt. Quos onerariæ paucæ, quæ priores fuerant, velis plenis effugerunt : reliquæ vero, repente vento vim remittente, in tranquillo mari errabant, deorum alicujus ira hostibus traditæ. Invadebant enim illi secure singulas, perfringebantque : nec a prosequentibus triremibus ullum erat auxilium, quod propter paucitatem circumvenirentur. Ibi tum multa atque varia fortiter facta exstiterunt periclitantium : qui passim naves celeriter contis funibusque, ne hostis perrumperet, conjungebant. Quod quum succederet, Murcus ignita eis jacula immittebat; et illi pari celeritate solvebant vincula, et diffugiebant metu

πῦρ, αὖθίς τε ἐγίγνοντο ταῖς τριήρεσιν ἐς περίπλουν καὶ ἐμβολὴν ἕτοιμοι.

CXVI. Ἀγανακτοῦντες δὲ οἱ ἄνδρες, καὶ μάλιστα αὐτῶν οἱ Ἄρειοι, ὅτι κρείττους ὄντες ἀλκὴν, δι' ἀπραξίας ἀπώλλυντο, οἱ μὲν πρὸ τοῦ πυρὸς ἑαυτοὺς ἀνῄρουν, οἱ δὲ ἐς τὰς τριήρεις τῶν πολεμίων ἐναλλόμενοι, τὰ μὲν ἔδρων, τὰ δὲ ἔπασχον. Νῆές τε ἡμίφλεκτοι μέχρι πολλοῦ περιέπλεον, ἄνδρας ἔχουσαι, τοὺς μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, τοὺς δ' ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης δαπανωμένους· οἱ δὲ καὶ ἱστῶν ἢ σανίδων ἐχόμενοι, ἐς πέτρας ἢ ἀκτὰς ἐξεφέροντο ἐρήμους· καὶ εἰσὶν αὐτῶν οἳ καὶ περιεσώθησαν ἐκ παραλόγου· τινὲς δὲ καὶ ἐς πέντε διήρκεσαν ἡμέρας, λιχμώμενοι τὴν πίσσαν, ἢ ἱστίων ἢ κάλων διαμασώμενοι, μέχρι σφᾶς ὁ κλύδων ἐξήνεγκεν ἐπὶ τὴν γῆν. Πολὺ δ' ἦν ὁ καὶ τοῖς πολεμίοις ἑαυτὸ ἐπέτρεπεν, ὑπὸ τῶν συμφορῶν ἡσσώμενον· ἐπέτρεψαν δὲ καὶ τῶν τριηρῶν ἑπτακαίδεκα· καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας οἱ περὶ Μοῦρκον ἐς ἑαυτοὺς μεθώρκουν, ὁ δὲ στρατηγὸς αὐτῶν Καλουῖνος ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ νεὼς ἐπανῆλθεν ἐς τὸ Βρεντέσιον ἡμέρᾳ πέμπτῃ, δόξας ἀπολωλέναι. Τοιοῦτο μὲν δὴ πάθος τῆς αὐτῆς ἡμέρας τῇ περὶ Φιλίππους μάχῃ κατὰ τὸν Ἰόνιον ἐπεγίγνετο, εἴτε ναυάγιον, εἴτε ναυμαχίαν ὀνομάσαι χρή· καὶ ἐξέπλησσε τὸ συγκύρημα τῶν ἔργων, ὕστερον ἐπιγνωσθέν.

CXVII. Ὁ δὲ Βροῦτος τὸν στρατὸν ἐς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ἔλεξεν ὧδε· Οὐδέν ἐστιν, ὦ συστρατιῶται, παρὰ τὸν ἐχθὲς ἀγῶνα, ἐν ᾧ μὴ κρείσσους ἐγένεσθε τῶν πολεμίων. Τῆς τε γὰρ μάχης ἤρξατε προθύμως, εἰ καὶ χωρὶς παραγγέλματος· καὶ τὸ τέταρτον τέλος, ὃ περιώνυμον αὐτοῖς ὂν ἐπεπίστευτο τὸ κέρας, διεφθείρατε ἅπαν· καὶ τοὺς ἐπιτεταγμένους αὐτῷ, μέχρι τοῦ στρατοπέδου· καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτὸ εἵλετε πρότερον, καὶ διηρπάσατε· ὡς προύχειν τάδε παρὰ πολὺ τῆς ἐπὶ τοῦ λαιοῦ βλάβης ἡμῶν. Δυνηθέντες δ' ἂν ὅλον ἐργάσασθαι τὸ ἔργον, ἁρπάσαι μᾶλλον εἵλεσθε, ἢ κτείνειν τοὺς ἡσσωμένους· οἱ γὰρ πλέονες ὑμῶν τοὺς πολεμίους παροδεύοντες, ἐπὶ τὰ τῶν πολεμίων ὥρμων. Καὶ ἐν τῷδε αὖ πάλιν, οἱ μὲν διήρπασαν δύο τῶν ἡμετέρων στρατοπέδων ὄντων τὸ ἕτερον, ἡμεῖς δὲ ἐκείνων ἅπαντα ἔχομεν, ὡς καὶ τῷδε τὴν ἐπίκτησιν τῆς βλάβης διπλασίονα εἶναι. Καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ μάχῃ πλεονεκτήματα, τοσαῦτα. Ὅσα δὲ ἕτερα προύχομεν αὐτῶν, ἔξεστε καὶ παρὰ τῶν αἰχμαλώτων μανθάνειν, περί τε ἀπορίας σίτου, καὶ ἐπιτιμήσεως αὐτοῦ, καὶ κομιδῆς κακοπαθοῦς, καὶ παρ' ὀλίγον ἤδη σαφοῦς ἐπιλείψεως. Οὔτε γὰρ ἐκ Σικελίας ἢ Σαρδόνος ἢ Λιβύης ἢ Ἰβηρίας ἔστιν αὐτοῖς λαβεῖν, διὰ Πομπήϊον καὶ Μοῦρκον καὶ Ἀηνόβαρβον, ναυσὶν ἑξήκοντα καὶ διακοσίαις ἀποκλείοντας αὐτοῖς τὸ πέλαγος· Μακεδονίαν τε ἐξαναλώκασιν ἤδη, καὶ ἐκ μόνης ἄρτι Θεσσαλίας ἔχουσιν· ἣ ἐς πόσον αὐτοῖς ἔτι ἀρκέσει;

CXVIII. Ὅταν οὖν αὐτοὺς ἐπειγομένους ἐς μάχην μάλιστα ἴδητε, τότε ἡγεῖσθαι διωκομένους ὑπὸ λιμοῦ τὸν ἐν χερσὶ θάνατον αἱρεῖσθαι. Ἡμεῖς δ' ἀντιμη-

incendii; atque ita rursus triremium ictibus ac perruptioni exponebantur.

CXVI. Tum indignati milites, præsertim Martii, quod, quum præstarent fortitudine, inulti perirent, alii seipsos interficiebant, non exspectato incendio: alii, triremes hostium insilientes, multa faciebant ac ferebant fortiter. Naves quoque semiustæ diu jactabantur cum vectoribus: quorum alii igne, alii fame sitique peribant. Quidam malis tabulisve hærentes, in scopulos aut deserta littora ejecti sunt: et eorum nonnulli etiam ex insperato servati, quos inter fuere, qui et ad quintum diem, picem interim lingentes, aut vela funesve mandentes, perdurarunt, donec undis ad terram appellerentur. Multi deditionem fecerunt, quum non possent tot calamitatibus resistere. In his fuerunt triremes XVII: quarum milites ad Murci sacramentum transierunt. Calvinus, dux earum, cum sua navi quinto die Brundusium revenit, periisse creditus. Hujusmodi igitur calamitas, sive naufragium dicendum est, sive navale prælium, in eumdem diem incidit, quo Philippensis pugna commissa est. Quod postquam est cognitum, obstupuerunt omnes duorum talium casuum in eumdem temporis articulum concursionem.

CXVII. Brutus autem, advocata concione militum, sic eos allocutus est: « Hesterno prælio, commilitones, nulla in re non superiores fuistis hostibus: nam et pugnam incepistis alacriter, quamvis injussi; et quartam legionem, propter opinionem virtutis in opposito cornu locatam, totam concidistis, aliosque deinceps usque castra; castraque ipsa capta diripuistis: ut hæc victoria longe præponderet damno in sinistro cornu accepto. At quum eadem victoria totum conficere negotium potuissetis, res hostium diripere maluistis, quam victos delere: nam plerique vestrum, præteritis hostibus, in eorum bona fecerunt impetum. Sed et in hoc ipso rursus nos prævaluimus: illi ex binis nostris castris ceperunt altera, nos universa illorum occupavimus: atque ita hac quoque ex parte acquisitio nostra duplo major quam jactura est. Hactenus igitur, ad prælium quod attinet, potiores sumus. Cæteris rebus quantum præpollemus, potestis ex captivis discere: de inopia caritateque annonæ, de laboriosa comportatione, et pæne jam confesso defectu commeatuum. Nam et Sicilia, Sardinia, Africa, Hispaniaque nihil eis petere licet per Pompeium, Murcum, Ahenobarbumque, classe CCLX navium mare illud intercludentes: Macedoniam vero jam exhauserunt: et sola nunc alit eos Thessalia; quam usquequo sufficturam putatis?

CXVIII. « Ergo quum eos ad pugnam videritis properare, tum exagitatos a fame putate ferro potius emori decrevisse. Sed nos contra sedulo curemus, ut fame eos ante oppugne-

χανησώμεθα αὐτοῖς, τὸν λιμὸν ἡμῶν προπολεμεῖν, ἵν' ἀσθενεστέροις καὶ τετρυμένοις ἐντύχοιμεν ὅτε χρή· μηδ' ἐκφερώμεθα ταῖς προθυμίαις παρὰ καιρόν. Μηδὲ βραδυτῆτά τις ἡγείσθω τὴν ἐμπειρίαν, ἢ ταχυτῆτα· ἐς τὴν ὀπίσω θάλασσαν ἀφορῶν, ἣ, τοσαύτας ἡμῖν ὑπηρεσίας καὶ τροφὰς ἐπιπέμπουσα, δίδωσιν ἀκινδύνου νίκης ἐπιτυχεῖν, ἣν ὑπομένητε, καὶ μὴ ἀδοξῆτε, εἰ προσπαίζονται ἡμῖν καὶ προκαλοῦνται, οὐκ ἀμείνονες ὄντες, ὡς διέδειξε τὸ ἐχθὲς ἔργον, ἀλλὰ ἕτερον δέος ἰώμενοι. Τὴν δὲ προθυμίαν, ἧς νῦν ὑμᾶς ἀξιῶ κρατεῖν, ἀθρόαν ἀπόδοτε, ὅταν αἰτῶμεν. Ἐγὼ δ' ὑμῖν τὰ νικητήρια, ἐντελῆ μὲν, ὅταν οἱ θεοὶ κρίνωσιν, ἐπὶ ἐντελέσι τοῖς ἔργοις, διαλύσομαι· νῦν δὲ τῆς ἐχθὲς ἀρετῆς, ἀνὰ χιλίας ἑκάστῳ στρατιώτῃ δραχμὰς ἐπιδίδωμι, καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ὑμῶν ἀνάλογον. » Ὁ μὲν οὕτως εἶπε, καὶ αὐτίκα διεμέτρει τὴν δωρεὰν κατὰ τέλη. Δοκεῖ δέ τισι, καὶ Λακεδαίμονα καὶ Θεσσαλονίκην ἐς διαρπαγὴν αὐτοῖς δώσειν ὑποσχέσθαι.

CXIX. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ Ἀντώνιος, εἰδότες οὐ μαχούμενον ἑκόντα τὸν Βροῦτον, τοὺς ἰδίους συνῆγον, καὶ ὁ Ἀντώνιος ἔλεξε· « Τὸ ἐχθὲς ἔργον, ὦ ἄνδρες, τοῖς μὲν λόγοις οἶδα ὅτι καὶ οἱ πολέμιοι μερίζονται, ὡς διώξαντές τινας ἡμῶν, καὶ τὸ στρατόπεδον διαρπάσαντες· ἔργῳ δὲ ἐπιδείξουσιν ἅπαν ὑμέτερον. Ὑπισχνοῦμαι γὰρ ὑμῖν, οὔτε αὔριον, οὔτε ταῖς ἐπιούσαις ἑκόντας αὐτοὺς ἐς μάχην ἥξειν· ὃ σαφεστάτη πίστις ἐστὶ τῆς ἐχθὲς ἥσσης καὶ φόβου, ὅταν, ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς, ἀφιστῶνται τοῦ ἀγῶνος οἱ ἐλάττονες. Οὐ γὰρ ἐς τοῦτό γε στρατὸν ἤγειρον τοσόνδε, ἵνα τῶν Θρᾳκῶν ἐρημίαν οἰκῶσι διατειχίσαντες. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴν διετείχισαν μὲν ἔτι προσιόντων ὑμῶν, διὰ δέος· ἐλθόντων δὲ, ἐνοικοῦσι διὰ τὴν ἐχθὲς ἧσσαν· ἐφ' ᾗ καὶ τῶν στρατηγῶν ὁ πρεσβύτερός τε καὶ ἐμπειρότερος, πάντα ἀπογνοὺς, ἑαυτὸν διεχρήσατο· ὃ καὶ αὐτὸ μεγίστη συμφορῶν ἐστιν ἀπόδειξις. Ὅταν οὖν, ἡμῶν αὐτοὺς προκαλουμένων, μὴ δέχωνται, μηδὲ καταβαίνωσιν ἀπὸ τῶν ὀρῶν, ἀλλ' ἀντὶ τῶν χειρῶν πιστεύωσι τοῖς κρημνοῖς· τότε μοι θαῤῥοῦντες ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, συναναγκάσατε αὐτοὺς αὖθις, ὥσπερ ἐχθὲς ἠναγκάσατε, αἰσχρὸν ἡγούμενοι δεδιότων ἐλασσοῦσθαι, καὶ ὀκνούντων ἀπέχεσθαι, καὶ τειχῶν ἄνδρες ὄντες ἀσθενέστεροι γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἤλθομέν γε καὶ ἡμεῖς ἐν πεδίῳ βιώσοντες, οὐδ' ἔστι βραδύνουσιν οὐδὲν αὔταρκες. Ἀλλὰ δεῖ τοῖς εὖ φρονοῦσι τοὺς μὲν πολέμους ὀξεῖς, τὴν δὲ εἰρήνην ἐπιμήκιστον εἶναι.

CXX. Τοὺς μὲν οὖν καιροὺς, καὶ τὰ ἐς τοῦτον ἔργα, ἐπιμηχανησόμεθα ἡμεῖς, οὐ μεμπτοὶ καὶ τῆς ἐχθὲς ὁρμῆς τε καὶ μηχανῆς ὑμῖν γενόμενοι· τὴν δ' ἀρετὴν ὑμεῖς, ὅταν αἰτῆσθε, ἀποδίδοτε τοῖς στρατηγοῖς· μηδὲ ἄχθεσθε τῆς ἐχθὲς ἁρπαγῆς, μηδ' ἐπ' ὀλίγον. Οὐ γὰρ, ἐν οἷς ἔχομεν, ἐστὶ τὸ πλουτεῖν· ἀλλ' ἐν τῷ κρατεῖν ταῖς δυνάμεσιν· ὃ καὶ τὰ ἐχθὲς ἀφαιρεθέντα, ἔτι ὄντα παρὰ τοῖς πολεμίοις σῶα, καὶ τὰ πολέμια αὐτὰ ἐπ' ἐκείνοις, κρατοῦσιν ἡμῖν ἀποδώσει. Καὶ εἰ ἐπει-

mus, quo debiliores magisque exhaustos viribus invadamus, quum opus fuerit : caveamusque, ne calidiores simus quam tempus postulat. Neque vero quisquam consilium hoc, usu rerum probatum, ad ducendum potius bellum existimet pertinere, quam ad rem totam brevi conficiendam. Docere enim quisque se ipse potest, mare hoc, quod a tergo tot nobis commoditates et alimenta affatim suppeditat, victoriam nobis offerre absque ullo periculo obtinendam : modo patienter et æquo animo feratis hos vobis insultantes et provocantes, non quod virtute præpolleant (ut declaravit hesternum certamen), sed ut alteri timori afferant remedium. Cæterum istam alacritatem, quam nunc vos volo continere, abunde tunc præstate quando postulabimus. Victoriæ autem præmia ex asse, ubi diis visum fuerit, post omnino profligatos hostes persolvam : nunc, pro forti opera heri navata, millenos denarios accipietis a me singuli : ordines ducentibus pro portione numerabitur. » Hæc locutus Brutus continuo donativum legionatim distribuit : simulque, si fides est nonnullis auctoribus, Lacedæmonem et Thessalonicam diripiendas militibus se concessurum est pollicitus.

CXIX. At Cæsar et Antonius, intelligentes Brutum non pugnaturum nisi coactum, concionem advocarunt. Tum Antonius ita locutus est : « Hesternam victoriam, milites, hostes pariter sibi (satis scio) verbis quidem vindicant, ut qui nostrarum copiarum partem fuderint, castraque diripuerint. At re tamen fatebuntur, vestram esse integram. Polliceor enim vobis, nec cras, nec sequentibus diebus sponte prodituros in aciem : quod certissimum argumentum est, heri victos adhuc pavere; quum, sicut athletæ victos se confitentes, non audent amplius certamini sese committere. Non enim ideo certe tam numerosum collegerunt exercitum, ut intersepto aditu degant in Thraciæ desertis : sed quem murum vobis huc advenientibus objecerunt præ timore, intra eumdem se nunc, quum adestis, continent, clade hesterna perculsi. Quæ clades imperatorum quoque alterum, ætate majorem, et usu peritiorem, desperatione coegit necem sibi consciscere : quod et ipsum maximum est cladis indicium. Ergo quod si, nobis provocantibus, in æquum locum non descenderint, maluerintque in rupibus fiduciam collocare, quam in manibus; tum vero, ut Romanos decet, colligite robur, et, sicuti heri fecistis, rursus ad pugnandum eos cogite; turpe putantes cedere territis, abstinere a segnibus, et minoris arma virtutemque vestram quam illorum munimenta æstimare. Neque enim nobis certe pariter atque illis propositum est, in campis perpetuo degere : et morantes cuncta deficient. Imo vero, qui sapiunt, curant, ut bellum absolvant quam celerrime, et pace quam diutissime fruantur.

CXX. « Igitur opportunitates rationemque rerum gerendarum nos providebimus, quos heri non pœnitendos ardoris et conatus duces habuistis : vos contra, ubi imperatores postulaverint, virtutem exserite. Neque vero mœrore ullo vos afficiat hesterna jactura. Non enim in his quæ habemus sitæ sunt nostræ divitiæ, sed in victoria virtute parta : quæ non solum eas res, quæ heri nobis ablatæ sunt, et integræ adhuc apud hostem servantur, vincentibus nobis restituet, sed et ipsorum hostium bona nobis tradet. Quibus si

γόμεθα αὐτὰ λαβεῖν, ἐπειγώμεθα ἐπὶ τὴν μάχην. Ἱκανὰ δὲ καὶ ἐχθὲς ἀντειλήφαμεν αὐτῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων ἴσως ἱκανώτερα. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἀσίας πάνθ', ὅσα ἐβιάσαντο καὶ ἥρπασαν, ἐπήγοντο· ὑμεῖς δ', ὡς ἐκ πατρίδος ἰόντες, τὰ μὲν δαψιλέστερα οἴκοι ὑπελίπεσθε, τὰ δ' ἀναγκαῖα μόνα ἐπήγεσθε. Εἰ δέ τι καὶ δαψιλὲς ἦν, ἡμέτερον ἦν τῶν στρατηγῶν, οἳ πάντα ἐσμὲν ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας νίκης ἐπιδιδόναι πρόθυμοι. Καὶ τῆς τοιαύτης δ' ὅμως ζημίας ὑμῖν ἕνεκα ἐπιδώσομεν νικητήρια, δραχμὰς ἑκάστῳ στρατιώτῃ πεντακισχιλίας, λοχαγῷ δὲ πεντάκι τοσαύτας, χιλιάρχῃ δὲ τὸ διπλάσιον τοῦ λοχαγοῦ. »

CXXI. Τοιαῦτα εἰπὼν, τῆς ἐπιούσης πάλιν ἐξέτασσε. Καὶ οὐ κατιόντων οὐδὲ τότε τῶν πολεμίων, ὁ μὲν Ἀντώνιος ἐδαρυθύμει, καὶ ἐξέτασσεν ἀεί. Ὁ δὲ Βροῦτος τοῦ στρατοῦ τὸ μὲν εἶχε συντεταγμένον, μὴ ἀναγκασθείη μάχεσθαι, τῷ δὲ τὰς ὁδοὺς τῆς κομιδῆς τῶν ἀναγκαίων διελάμβανε. Λόφος δὲ ἦν ἀγχοτάτω τοῦ Κασσίου στρατοπέδου, δυσχερὴς μὲν ὑπὸ ἐχθρῶν καταληφθῆναι, διὰ τὴν ἐγγύτητα ἐστοξεύεσθαι δυναμένων· ὁ δὲ Κάσσιος αὐτὸν ὅμως ἐφρούρει, μὴ καὶ παρὰ δόξαν ἐπιτολμήσειέ τις. Ἐκλειφθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Βρούτου, κατέλαβον οἱ περὶ τὸν Καίσαρα νυκτὸς, τέσσαρσι τέλεσιν, ἐπαγόμενοι γέῤῥα πολλὰ καὶ διφθέρας ἐς προβολὴν τοῖς τοξεύμασιν. Ὡς δὲ κατέσχον, ἄλλα τέλη δέκα μετεστρατοπέδευον ὑπὲρ πέντε σταδίους, ἀπιοῦσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν· καὶ ὑπὲρ ἄλλους τέσσαρας, δύο· ὡς τῷδε τῷ τρόπῳ προελευσόμενοι μέχρι θαλάσσης, καὶ ἢ παρ' αὐτὴν ἄρα τὴν θάλασσαν, ἢ διὰ τῶν ἑλῶν, ἢ ὅν τινα τρόπον ἄλλον ἐπενόουν, βιασόμενοι, καὶ τὴν ἀγορὰν ἀποκλείσοντες τῶν πολεμίων. Καὶ ὁ Βροῦτος αὐτοῖς ἀντεμηχανᾶτο, ἄλλα τε, καὶ φρούρια ἀντικαθιστὰς τοῖς ἐκείνων στρατοπέδοις.

CXXII. Τὸ δὲ ἔργον ἤπειγε τοὺς ἀμφὶ τὸν Καίσαρα· καὶ λιμὸς ἦν ἤδη σαφὴς, ἔς τε μέγεθος καὶ δέος ἑκάστης ἡμέρας ἐπεγίγνετο. Οὔτε γὰρ ἐκ Θεσσαλίας αὐτοῖς ἔτι τὰ ἀρκοῦντα ἐκομίζετο· οὔτε τις ἦν ἐλπὶς ἐκ θαλάσσης, ναυκρατούντων πανταχῆ τῶν πολεμίων· τῆς τε ἔναγχος περὶ τὸν Ἰόνιον συμφορᾶς ἐξηγγελμένης ἐς ἑκατέρους ἤδη, μᾶλλον ἐδεδοίκεσαν, αὐτά τε, καὶ τὸν χειμῶνα προσιόντα, ὡς ἐν πεδίῳ πηλώδει σταθμεύοντες. Ὧν ἐνθυμούμενοι, τέλος μὲν ὁπλιτῶν ἐς Ἀχαΐαν ἐξέπεμψαν, ἀγείρειν τὰ ἐντυγχάνοντα πάντα, καὶ πέμπειν σφίσι κατὰ σπουδήν. Οὐκ ἀνεχόμενοι δὲ κινδύνου τοσοῦδε προσιόντος, οὔτε τῶν ἄλλων ἐπιτεχνήσεων, οὔτε ἐν τῷ πεδίῳ λοιπὸν ἐκτάσσειν, παρὰ τὸ τείχισμα τῶν ἐχθρῶν ἀνέβαινον μετὰ βοῆς, καὶ τὸν Βροῦτον ἐκάλουν ἐς μάχην, ἐπισκώπτοντες ἅμα καὶ λοιδοροῦντες, καὶ ἐγνωκότες οὐ πολιορκίας τρόπῳ μᾶλλον, ἢ μανιώδει φορᾷ, μὴ βουλομένῳ συμπλέκεσθαι.

CXXIII. Τῷ δὲ, αὐτῷ μὲν, ἔγνωστο τὰ ἀπ' ἀρχῆς· καὶ μᾶλλον ἔτι, πυνθανομένῳ περί τε τοῦ λιμοῦ καὶ περὶ τῆς κατὰ τὸν Ἰόνιον εὐπραξίας, καὶ τῶν πολεμίων ὁρῶντι τὴν ἐκ τῆς ἀπορίας ἀπόνοιαν. Καὶ ἡρεῖτο πο-

quamprimum potiri cupimus, ad pugnandum festinemus. Quanquam heri jam satis multa pro illis vicissim recepimus, ac fortasse plura quam amisimus : nam illi, quidquid ex Asia per vim rapuerunt, secum ferebant; vos, e patria discedentes, relictis rebus pretiosioribus, necessaria tantum vobiscum attulistis. Quod si quid tamen etiam fuit lautius, nobis imperatoribus illud erit ablatum, qui vobis pro victoria vestra omnia de nostro restituere sumus parati : neque vero obstabit ea jactura quominus vobis persolvatur victoriæ præmium, in milites singulos viginti millia HS, centurioni quintuplum, tribuno duplum ejus quod accipit centurio. »

CXXI. In hanc sententiam locutus Antonius, postridie ejus diei rursus in aciem milites produxit. Quumque hostis non descenderet, moleste id tulit, nec destitit quotidie eos producere. Brutus verò copias suas partim instructas habebat, ne cogeretur invitus pugnare; partim per viam, qua commeatus afferebantur, certis intervallis disposuerat præsidia. Erat tumulus proximus castris Cassii, quem occupare hosti erat difficile, quia sagittis e castris infestari poterat : ei tamen Cassius imposuerat præsidium, nè quis audacior eum invaderet. Hunc, a Bruto derelictum, Cæsariani occuparunt noctu quatuor legionibus, frequentibus cratibus protecti ac coriis ad arcenda missilia. Quo occupato, aliæ decem legiones moverunt castra versus mare quinque stadia; et inde porro quatuor stadiorum intervallo duæ metatæ sunt; eoque modo extensuri se erant usque ad mare, cogitantes, aut per littus, aut per paludes, aut quacunque alia ratione, perrumpere, et intercludere commeatus hostium. Huic consilio Brutus occurrit, cum aliis artibus, tum castellis ex adverso hostilium castrorum oppositis.

CXXII. At Cæsariani moras ferre non poterant, fame jam manifeste pressi, quæ in dies crescens metum augebat. Nam nec e Thessalia jam satis eis subvehebatur, nec e mari quidquam poterant sperare, classibus hostium totius maris imperium tenentibus : quin et navalis in Ionio mari pugnæ eventus, ad utrumque exercitum jam perlatus, timorem auxerat; appetente præsertim hieme, quæ in planitie cœnosa manentibus eo molestior erat futura. Quibus cogitationibus commoti, unam quidem legionem miserunt in Achaiam, quæ, quidquid nancisceretur, collectum festinæ ad exercitum mitteret. Sed instante tanto periculo anxii, quum nec reliquis artibus proficerent quidquam, et tæderet eos frustra semper in campis ostentare aciem; ad ipsam tandem munitionem hostium cum clamore ascenderunt, ad pugnam provocantes Brutum cavillis atque conviciis, paratique non tam oppugnare, quam insano impetu invitum ad prælium compellere.

CXXIII. At Brutus quidem ipse perstabat in proposito, eoque magis, quod audierat de fame, et de suorum navali victoria, videbatque hostium desperationem ex inopia natam ; et malebat oppugnationem aut aliud quidvis sustinere,

λιορκίας καὶ ἄλλου παντὸς ἀνέχεσθαι μᾶλλον, ἢ ἐς χεῖρας ἰέναι ἀνδράσιν ἐπειγομένοις ὑπὸ λιμοῦ, καὶ ἀπογιγνώσκουσιν ἐκ τῶν ἄλλων ἑαυτούς, καὶ ἐν μόναις ταῖς χερσὶ τὴν ἐλπίδα ἔχουσιν. Ὁ δὲ στρατὸς οὐχ ὁμοίως εἶχεν, ὑπὸ ἀφροσύνης· ἀλλ' ἐδυσφόρουν, γυναικῶν τρόπον ἔνδον μετὰ ἀπραξίας καὶ φόβου κατακεκλεισμένοι. Ἐδυσχέραινον δὲ καὶ οἱ ἡγεμόνες αὐτῶν, ἐπαινοῦντες μὲν τὸ ἐνθύμημα τοῦ Βρούτου, νομίζοντες δὲ καὶ θᾶσσον ἐπικρατήσειν τῶν πολεμίων μετὰ προθύμου στρατοῦ. Αἴτιον δὲ τούτων ἦν αὐτὸ τὸ Βροῦτον ἐπιεικῆ καὶ φιλόφρονα ἐς ἅπαντας εἶναι, καὶ ἀνόμοιον Κασσίῳ, αὐστηρῷ καὶ ἀρχικῷ περὶ πάντα γεγενημένῳ. Ὅθεν ἐκείνῳ μὲν ἐξ ἐπιτάγματος ὑπήκουον, οὐ παραστρατηγοῦντες, οὐδὲ τὰς αἰτίας μανθάνοντες, οὐδὲ εὐθύνοντες ὅτε καὶ μάθοιεν· Βρούτῳ δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ συστρατηγεῖν ἠξίουν, διὰ πραΰτητα. Τέλος δὲ τοῦ στρατοῦ φανερώτερον ἤδη κατὰ ἴλας καὶ κατὰ συστάσεις διαπυνθανομένου· Τί κατέγνωκεν ἡμῶν ὁ στρατηγός; τί ἔναγχος ἡμάρτομεν, οἱ νικήσαντες, οἱ διώξαντες; οἱ τοὺς καθ' ἡμᾶς πολεμίους κατακανόντες, οἱ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν ἑλόντες; Βροῦτος ἑκὼν ἠμέλει, καὶ ἐς ἐκκλησίαν οὐ συνῆγε, μὴ ἀπρεπέστερον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀλογίστως ἐκβιασθείη, καὶ μάλιστα μισθοφόρων, οἷς ἐστιν ἀεὶ (καθὰ καὶ τοῖς εὐχερέσιν οἰκέταις ἐς ἑτέρους δεσπότας) ἐλπὶς ἐς σωτηρίαν ἡ ἐς τὸ ἀντίπαλον μεταβολή.

CXXIV. Ἐνοχλούντων δὲ αὐτῷ καὶ τῶν ἡγεμόνων, καὶ κελευόντων νῦν μὲν ἀποχρήσασθαι τοῦ στρατοῦ τῇ προθυμίᾳ, τάχα τι λαμπρὸν ἐργασομένου· ἢν δ' ἀντιπίπτῃ τι παρὰ τὴν μάχην, ἐπανιέναι πάλιν ἐς τὰ τείχη, καὶ προβάλλεσθαι τὰ αὐτὰ χαρακώματα· χαλεπήνας ὁ Βροῦτος τοῖσδε μάλιστα, ἡγεμόσιν οὖσι, καὶ περιαλγήσας, ὅτι τὸν αὐτόν οἱ κίνδυνον ἐπικείμενοι συμφέρονται τῷ στρατῷ κουφόνως, ἀμφίβολον καὶ ὀξεῖαν τύχην προτιθέντι νίκης ἀκινδύνου, εἶξεν ἐπ' οἰκείῳ καὶ σφῶν ἐκείνων ὀλέθρῳ, τοσόνδε ἐπιμεμψάμενος αὐτοῖς· Ἐοίκαμεν ὡς Πομπήϊος Μάγνος πολεμήσειν, οὐ στρατηγοῦντες ἔτι μᾶλλον, ἢ στρατηγούμενοι. Καί μοι δοκεῖ τόδε μόνον ἐξειπεῖν, ἐπικρύπτων ὃ ἐδεδοίκει μάλιστα, μὴ ὁ στρατὸς, οἷα τοῦ πάλαι Καίσαρος γεγονὼς, ἀγανακτήσειέ τε καὶ μεταβάλοιτο· ὅπερ ἐξ ἀρχῆς αὐτός τε καὶ Κάσσιος ὑφορώμενοι, ἐς οὐδὲν ἔργον αὐτοῖς πρόφασιν ἀγανακτήσεως ἐπὶ σφίσιν ἐνεδίδουν.

CXXV. Ὧδε μὲν δὴ καὶ ὁ Βροῦτος ἐξῆγεν ἄκων, καὶ ἐς τάξεις διεκόσμει πρὸ τοῦ τείχους, καὶ ἐδίδασκε μὴ πολὺ προύχειν τοῦ λόφου, ἵνα αὐτοῖς ἥ τε ἀναχώρησις, εἰ δεήσειεν, εὐχερὴς εἴη, καὶ τὰ ἐς τοὺς πολεμίους ἀφιέμενα ἐπιδέξια. Ἦν δὲ ἑκατέρωθεν παρακέλευσίς τε πάντων ἐς ἀλλήλους, καὶ φρόνημα ἐπὶ τῷ ἔργῳ μέγα, καὶ θρασύτης ὑπὲρ λόγον ἀναγκαῖον· τοῖς μὲν, ὑπὸ δέους λιμοῦ· τοῖς δὲ ὑπὸ αἰδοῦς δικαίας, βιασαμένοις τὸν στρατηγὸν ἀναβαλλόμενον ἔτι, μὴ χείροσιν ὧν ὑπέσχεντο ὀφθῆναι, μηδὲ ἀσθενεστέροις ὧν ἐθρασύνοντο, μηδὲ προπετείας ὑπευθύνοις μᾶλλον, ἢ

quam confligere cum viris fame pressis, qui, desperatis cæteris rebus omnibus, totam fiduciam in armis haberent. Sed exercitus aliter sentiebat, per imprudentiam; moleste ferens, mulierum more in castris se otiosos præ metu concludi. Indignabanturque ductores quoque ordinum, non quod improbarent Bruti consilium, sed quod, alacritate militum freti, putarent citius parari posse victoriam. In causa autem erat ipse Brutus, mitis ac comis erga omnes; dissimilis Cassio, severo et imperioso per omnia: quapropter Cassii imperata omnes e vestigio exsequi consueverant; nullam imperii partem sibi adrogantes, nec rationem requirentes jussorum, nec, si scirent, redarguentes unquam. At Bruto, propter ipsam viri mansuetudinem, non parere, sed ex æquo cum eo imperare, volebant. Tandem, quum apertius jam in militum circulis, turmatim coeuntium, voces jactarentur hujusmodi: Quo nostro merito imperator nos condemnat? quid peccavimus nuper, qui hostes fudimus et fugavimus? qui oppositum nobis cornu concidimus? qui castra expugnavimus hostium? consulto dissimulavit Brutus, nec concionem advocavit, ne magis etiam indecore ab ipsa multitudine rationis experte cogeretur, præsertim a mercenaria turba, quæ semper in transitione ad partem adversam, sicut inconstantes servuli in mutatione dominorum, nescio quam spem salutis ponere solet.

CXXIV. Sed legatis quoque tribunisque instantibus, monentibusque « utendum præsenti alacritate militum; fortassis enim effecturos aliquid egregium: quod si quid adversum acciderit, redeundum intra vallum, et easdem munitiones hosti objiciendas: » his quidem maxime indignatus Brutus; dolensque, quod, pari periculo cum ipso obnoxii, pari levitate abriperentur cum militibus, dubiam citamque fortunam anteponentibus tutæ victoriæ; cessit tandem, in suam et ipsorum perniciem, his tantum verbis conquestus: « Videor ut Pompeius Magnus bellum gesturus; non tam imperator, quam imperata faciens. » Et, quantum ego intelligo, ideo non plura dixit, quia dissimulabat id quod metuebat maxime, ne exercitus, C. Cæsaris militiam olim secutus, nunc indignatione commotus ad hostem signa transferret: quod ipsum jam inde ab initio et ipse Brutus et Cassius veriti, sedulo caverant, ne ullam materiam stomachandi adversus sese militibus præberent.

CXXV. Ita Brutus quoque suos produxit invitus, et ante munitiones struxit aciem: subinde admonens, ne longius a tumulo procederent; ut et receptus, si res id posceret, esset facilis, et eo commodius in hostem e superiore loco possent tela conjicere. Erat autem in utrisque aciebus mutua cohortatio, et summa pugnandi cupiditas, audaciaque modum necessarium excedens; quod alteros fames urgeret, alteros justus pudor, qui imperatorem cunctantem adhuc coegerant ad prælium; quibus tunc curæ erat, ut re appareret fortitudo et audacia, quam verbis præ se tulerant; ne temeritatem magis secuti viderentur, quam laudabile consilium. Quod

ἀξιεπαίνοις εὐβουλίας. Ἃ καὶ ὁ Βροῦτος αὐτοῖς, ἐπὶ ἵππου παραθέων, σοβαρῷ τῷ προσώπῳ προενέφαινε· καὶ δι' ὀλίγων ὑπεμίμνησκεν, ὅσον ὁ καιρὸς ἐδίδου· « Ὑμεῖς ἠθελήσατε μάχεσθαι· ὑμεῖς με, ἑτέρως ἔχοντα, νικᾷν ἐβιάσασθε· μὴ δὴ ψεύσησθε τῆς ἐλπίδος μήτε ἐμὲ μήτε αὐτούς. Ἔχετε καὶ λόφον σύμμαχον, καὶ τὰ κατὰ νώτου πάντα ἴδια. Οἱ πολέμιοι δ' εἰσὶν ἐν ἀμφιβόλῳ· μεταξὺ γάρ εἰσιν ὑμῶν τε καὶ λιμοῦ. » Ὁ μὲν τοιαῦτα λέγων διετρόχαζε, καὶ αὐτὸν αἱ τάξεις ἐπήλπιζον, καὶ μετὰ βοῆς παρέπεμπον εὐφήμου.

CXXVI. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ ὁ Ἀντώνιος τοὺς ἰδίους περιθέοντες, τήν τε δεξιὰν ὤρεγον ἐφ' οὓς παραγένοιντο, καὶ σοβαρώτερον ἔτι οἵδε ἐπέσπερχον αὐτούς, καὶ τὸν λιμὸν οὐκ ἐπέκρυπτον, ὡς εὔκαιρον ἐς εὐτολμίαν προφέρειν· « Εὕρομεν, ὦ ἄνδρες, τοὺς πολεμίους· ἔχομεν οὓς ἐζητοῦμεν ἔξω τείχους λαβεῖν. Μὴ δή τις ὑμῶν τὴν ἰδίαν πρόκλησιν καταισχύνῃ, μηδὲ τῆς ἀπειλῆς ἐλάττων γένηται· μηδὲ λιμόν, ὄλεθρον ἀμήχανόν τε καὶ ἐπώδυνον, ἕληται μᾶλλον, ἢ πολεμίων τείχη καὶ σώματα, ἃ καὶ τόλμαις ἐνδίδωσι καὶ σιδήρῳ καὶ ἀπονοίᾳ. Ἔχει δὲ ἡμῖν ἐπείξεως ὧδε τὰ παρόντα, ὡς μηδὲν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἀνατίθεσθαι, ἀλλὰ σήμερον περὶ ἁπάντων διακριθῆναι μέχρι νίκης ἐντελοῦς, ἢ εὐγενοῦς θανάτου. Νικῶσι δ' ἔστι λαβεῖν, διὰ ἡμέρας καὶ δι' ἑνὸς ἔργου, τροφὰς καὶ χρήματα καὶ ναῦς καὶ στρατόπεδα, καὶ τὰ νικητήρια παρ' ἡμῶν. Ἔσται δὲ ταῦτα, ἢν πρῶτον μὲν ἐμβαλόντες αὐτοῖς μνημονεύωμεν τῶν ἐπειγόντων· εἶτα παραρρήξαντες, εὐθὺς ἀποκλείωμεν ἀπὸ τῶν πυλῶν, ἐς δὲ τοὺς κρημνοὺς ἢ τὰ πεδία περιωθῶμεν· ἵνα μὴ ὁ πόλεμος αὖθις ἀναφύοιτο, μηδὲ ἐς τὴν ἀργίαν πάλιν οἱ ἐχθροὶ διαδιδράσκοιεν, οἳ δι' ἀσθένειαν, μόνοι δὴ πολεμίων, οὐκ ἐν τῷ μάχεσθαι τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν, ἀλλ' ἐν τῷ μὴ μάχεσθαι. »

CXXVII. Οὕτως μὲν ὁ Καῖσάρ τε καὶ ὁ Ἀντώνιος παρώτρυνον, ἐφ' οὓς παραγένοιντο. Καὶ πᾶσιν ἦν αἰδώς, ἀξίοις τε φανῆναι τῶν στρατηγῶν, καὶ τὴν ἀπορίαν ἐκφυγεῖν, ὑπεραυξηθεῖσαν ἐκ παραλόγου διὰ τὰ ἐν τῷ Ἰονίῳ γενόμενα. Ἡροῦντό τε, ἐν ἔργῳ καὶ ἐν ἐλπίσιν, εἰ δέοι, τι παθεῖν, μᾶλλον, ἢ ὑπὸ ἀμηχάνου κακοῦ δαπανώμενοι. Ὧδε δὲ ἐχόντων αὐτῶν, καὶ πρὸς τὸν ἐγγὺς αὐτὰ ἐκφέροντος ἑκάστου, ὁ θυμὸς ἀμφοτέρων ηὔξετο μάλιστα, καὶ ἐνεπίμπλαντο τόλμης ἀκαταπλήκτου. Οὐδέν τε ἐν τῷ παρόντι, ἀλλήλων ὅτι ἦσαν πολῖται, οὐδὲ ἐπεμέμνηντο· ἀλλ' ὡς ἐκ φύσεως καὶ γένους ἐχθροῖς ἐπηπείλουν. Οὕτως ἡ παραυτίκα ὀργὴ τὸν λογισμὸν αὐτοῖς καὶ τὴν φύσιν ἔσβεσεν. Ἐπεμαντεύοντο δὲ ὁμαλῶς ἑκάτεροι, τήνδε τὴν ἡμέραν ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ πάντα τὰ Ῥωμαίων πράγματα κρινεῖν. Καὶ ἐκρίθη.

CXXVIII. Ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας ἀμφὶ τήνδε τὴν παρασκευὴν ἐς ἐνάτην ὥραν δεδαπανημένης, αἰετοὶ δύο ἐς τὸ μεταίχμιον συμπεσόντες ἀλλήλοις ἐπολέμουν· καὶ ἦν σιγὴ βαθυτάτη. Φυγόντος δὲ τοῦ κατὰ Βροῦτον, βοή τε παρὰ τῶν πολεμίων ὀξεῖα ἐγέρθη, καὶ τὰ

et Brutus, obequitans ordines, severo vultu eis ingerebat, paucis pro tempore admonens : « Vos pugnare voluistis : vos me, aliter sentientem, vincere cogitis : cavete, ne vel meam vel vestram spem frustremini. Et tumulus vos protegit, et a tergo vestra omnia tuta habetis. Hostes in ancipiti sunt periculo, inter vos et famem positi. » Talia monens discurrebat, ordinibus acclamantibus et fausta ominantibus.

CXXVI. Cæsar vero et Antonius, suos uterque obequitans, dextramque proximis porrigens, severioribus etiam gravioribusque verbis concitabant; neque famem dissimulabant, opportunum momentum ad accendendam audaciam : « Invenimus hostem, Milites; adepti sumus extra munitiones quos quæsivimus. Cavete ne quis vestrum suam provocationem dehonestet, ne minis facta parum respondeant! Cavete, ne malitis cum fame, acerbo malo et inexpugnabili, conflictari, quam cum hostium munimentis corporibusque, ferro vestro et audaciæ atque adeo desperationi cessuris. Sunt vero eo in statu res nostræ, ut in crastinum non liceat differre : hodie de rerum summa decernendum est, et aut vincendum omnino, aut generose cadendum. Vincentibus autem, uno die, uno labore, alimenta et pecuniam et classes et castra licet obtinere, et insuper a nobis victoriæ præmia. Vincemus autem, si primo congressu memores necessitatis fuerimus; deinde si, perruptis hostium ordinibus, confestim reditum ad portam eis intercluserimus, et aut in prærupta eos aut in plana propulerimus; ne bellum rursus renascatur, neve inimici ad otium refugiant : qui, imbecillitatis suæ conscientia, soli hostium non in pugnando spem collocant, sed in abstinendo a pugna. »

CXXVII. His tunc adhortationibus Cæsar et Antonius, quacumque se verterent, utebantur. Et pudor omnes incesserat, cupiditasque dignos se præstandi exspectatione imperatorum, et effugiendi famem ex nec opinato supra modum auctam per cladem in Adriatico mari acceptam. Malebantque in acie cum bona spe cadere, si ita res ferret, quam absumi malo inexpugnabili. Hoc modo affectis militibus, et hujusmodi cogitationes inter se mutuo conferentibus, mirum in modum utrique exercitui aucti sunt animi, et audacia repleti sunt nullum formidante periculum. Neque subibat in præsenti cogitatio, esse inter se jure civium conjunctos : sed, veluti natura hostes fuissent et gentilitio quodam odio exagitati, sic minas alteri in alteros jactabant. Adeo præsens ira plus, quam ratio naturaque, valuit. Utrique autem pariter divinabant, hoc ipso die, eodem hoc prælio, de summa rerum Romanarum decerni. Et decretum est.

CXXVIII. Jam dies, dum se parant, ad nonam horam processerat, quum coortæ duæ aquilæ pugnare secum cœperunt inter utramque aciem, intentam summo silentio. Quarum postquam fugata est ea, quæ a Bruto steterat, conclamarunt hostes, et signa utrimque collata sunt. Fuitque

VIII. In Cilicia Cleopatram, ad se venientem, incusavit quidem, quod non fuisset proximo bello laborum particeps, ulciscendi Cæsaris causa susceptorum. Sed postquam illa non tam se excusavit, quam, quæ a se facta essent, ultro illis imputavit : « quatuor legiones, quæ apud se fuissent, sine mora ad Dolabellam missas; tum aliam classem paratam se habuisse, quæ tempestatibus esset retenta, et calamitate Dolabellæ, citius opinione victi; Cassio vero, bis minaciter postulanti, non tulisse suppetias; denique medio bello ipsam cum classe instructissima, contemto periculo quod a Cassio et a Murci stationibus imminebat, versus mare Ionium vela dedisse, donec et classis tempestatibus afflicta et ipsa morbo fuisset correpta, cujus morbi causa nec postea se reversam in mare, parta præsertim jam ab illis victoria : » tum vero Antonius, præter formæ speciem, ingenii etiam lumen Cleopatræ admiratus, juvenili statim amore mulieris exarsit, annum licet agens quadragesimum. Sed quum ingenio semper ad hæc flexili perhibeatur fuisse; tum in hanc jam olim, puellam etiam tum, petulantius conjecisse oculos fertur, quum Gabinium ducem juvenis secutus esset Alexandriam præfectus equitum.

IX. Mox igitur remissa pristina in omnibus rebus Antonii industria, ex voluntate Cleopatræ omnia agebantur, nullo jam respectu humani juris aut divini. Nam et sororem Cleopatræ Arsinoen, Mileti in Dianæ Leucophrynes æde supplicem, immissis percussoribus Antonius sustulit : et Serapionem præfectum Cypri, quia auxilia Cassio miserat, Tyri supplicem, Tyrios jussit Cleopatræ dedere : similiter et Aradios alium quemdam supplicem dedere jussit, qui, quum Ptolemæus Cleopatræ frater, navali prælio in Nilo victus a Cæsare, nusquam comparuisset amplius, se Aradiis venditarat pro Ptolemæo : quin et sacerdotem Ephesiæ Dianæ, quem Megabyzum appellant, quoniam Arsinoen tanquam reginam exceperat hospitio, duci jussit; sed, Ephesiis ipsi Cleopatræ pro eo supplicantibus, dimisit hominem. Tam cito mutatus est Antonius : qui affectus initium ei et finis secutorum malorum fuit. Reversa autem domum Cleopatra, Antonius equites Palmyram misit, urbem non longe ab Euphrate sitam, ut eam diriperent, levi crimine in speciem objecto, quod, quum essent in Romanorum et Parthorum confiniis, callido consilio cum utrisque facerent; quippe qui, negotiationibus dediti, e Perside Indicas Arabicasque merces ad Romanos deportatas divendunt : re autem vera id Antonius fecit, ut hoc modo ditaret equites. Id quia

προμαθόντων, καὶ τὰ ἀναγκαῖα ἐς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ μετενεγκάντων τε, καὶ ἐπὶ τῆς ὄχθης, εἴ τις ἐπιχειροίη, σκευασαμένων τόξοις, πρὸς ἃ πεφύκασιν ἐξαιρέτως· οἱ ἱππεῖς, τὴν πόλιν κενὴν καταλαβόντες, ὑπέστρεψαν, οὔτε ἐς χεῖρας ἐλθόντες, οὐδέ τι λαβόντες.

X. Καὶ δοκεῖ τόδε τὸ ἔργον Ἀντωνίῳ τὸν μετ' οὐ πολὺ Παρθυϊκὸν πόλεμον ἐξάψαι, πολλῶν ἐκ Συρίας τυράννων ἐς αὐτοὺς συμφυγόντων. Ἡ γὰρ Συρία μέχρι μὲν ἐπ' Ἀντίοχον τὸν Εὐσεβῆ, καὶ τὸν τοῦ Εὐσεβοῦς υἱὸν Ἀντίοχον, ὑπὸ τοῖς ἐκ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἐβασιλεύετο, ὥς μοι περὶ Σύρων λέγοντι εἴρηται· Πομπηΐου δ' αὐτὴν Ῥωμαίοις προσλαβόντος, καὶ στρατηγὸν αὐτῇ Σκαῦρον ἀποδείξαντος, ἡ βουλὴ μετὰ Σκαῦρον ἔπεμψεν ἑτέρους, καὶ Γαβίνιον, τὸν Ἀλεξανδρεῦσι πολεμήσαντα· ἐπὶ δὲ Γαβινίῳ Κράσσον, τὸν ἐν Παρθυαίοις ἀποθανόντα, καὶ Βύβλον ἐπὶ τῷ Κράσσῳ. Παρὰ δὲ τὴν Γαΐου Καίσαρος ἄρα τελευτὴν καὶ στάσιν ἐπ' αὐτῇ, κατὰ πόλεις ὑπὸ τυράννων εἴχετο, συλλαμβανόντων τοῖς τυράννοις τῶν Παρθυαίων. Ἐσέβαλον γὰρ δὴ καὶ ἐς τὴν Συρίαν οἱ Παρθυαῖοι μετὰ τὴν Κράσσου συμφορὰν, καὶ συνέπραξαν τοῖς τυράννοις. Οὓς ὁ Ἀντώνιος ἐξελαύνων, ὑποφεύγοντας ἐς τὴν Παρθυηνὴν, καὶ τοῖς πλήθεσιν ἐπιβάλλων ἐσφορὰς βαρυτάτας, καὶ ἐς Παλμυρηνοὺς τάδε ἁμαρτὼν, οὐδ' ἐπέμεινε συστῆσαι τὴν χώραν θορυβουμένην· ἀλλὰ τὸν στρατὸν ἐς τὰ ἔθνη διελὼν χειμάσοντα, αὐτὸς ἐς Αἴγυπτον ᾔει πρὸς Κλεοπάτραν.

XI. Ἡ δὲ αὐτὸν ὑπεδέχετο λαμπρῶς· καὶ ὁ μὲν ἐχείμαζεν ἐνταῦθα, ἄνευ σημείων ἡγεμονίας, ἰδιώτου σχῆμα καὶ βίον ἔχων· εἴθ' ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ τε ἀρχῇ, καὶ βασιλευούσῃ πόλει, εἴτε τὴν χειμασίαν ὡς πανήγυριν ἄγων. Ἐπεὶ καὶ φροντίδας ἀπετέθειτο καὶ ἡγεμόνων θεραπείαν, καὶ στολὴν εἶχε τετράγωνον Ἑλληνικὴν ἀντὶ τῆς πατρίου, καὶ ὑπόδημα ἦν αὐτῷ λευκὸν Ἀττικὸν, ὃ καὶ Ἀθηναίων ἔχουσιν ἱερεῖς καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ καλοῦσι Φαικάσιον. Ἔξοδοί τε ἦσαν αὐτῷ, ἐς ἱερὰ, ἢ γυμνάσια, ἢ φιλολόγων διατριβαὶ μόναι· καὶ δίαιτα μεθ' Ἑλλήνων ὑπὸ Κλεοπάτρᾳ, ᾗ δὴ καὶ μάλιστα τὴν ἐπιδημίαν ἀνετίθει. Καὶ τὰ μὲν περὶ Ἀντώνιον ἦν τοιάδε.

XII. Καίσαρι δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἐπανιόντι ἥ τε νόσος αὖθις ἤκμαζεν ἐν Βρεντεσίῳ μάλιστα ἐπικινδύνως, καὶ φήμη διήνεγκεν αὐτὸν καὶ τεθνάναι. Ῥαΐσας δ' ἐσῆλθεν ἐς τὴν πόλιν, καὶ τοῖς Ἀντωνίου τὰ γράμματα ἐδείκνυε τὰ Ἀντωνίου. Οἱ δὲ Καληνόν τε προσέτασσον ἀποδοῦναι τὰ δύο τέλη τῷ Καίσαρι, καὶ ἐς Λιβύην ἐπέστελλον Σεξστίῳ, Λιβύης καὶ αὐτὸν Καίσαρι ἀποστῆναι. Καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐποίουν. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐδὲν ἀνήκεστον ἁμαρτεῖν δόξαντι Λεπίδῳ Λιβύην ἀντὶ τῶν προτέρων ἐθνῶν ἐνήλλασσε· καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπὶ ταῖς προγραφαῖς δεδημευμένων διεπίπρασκε. Καταλέγοντι δ' αὐτῷ τὸν στρατὸν ἐς τὰς ἀποικίας, καὶ τὴν γῆν ἐπινέμοντι, δυσεργὲς ἦν. Οἵ τε γὰρ στρατιῶται τὰς πόλεις ᾔτουν, αἳ αὐτοῖς ἀριστίνδην ἦσαν ἐπειλεγμέναι πρὸ τοῦ πολέμου· καὶ αἱ πόλεις ἠξίουν, τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν

præsenserant Palmyreni, trans flumen sua transtulerunt, dispositis in ulteriori ripa ad arcendos, si qui trajicere conarentur, sagittariis, quo genere excellunt plurimum. Itaque equites, vacua inventa urbe, inanes, et ne manu quidem conserta cum hostibus, reversi sunt.

X. Videntur que res hæc Parthico bello ortum dedisse, quod paulo post conflatum est Antonio, quum multi ex Syria tyranni ad Parthos confugissent. Syria quippe, postquam usque ad Antiochum Pium, ejusque filium Antiochum (quemadmodum in rebus Syriacis diximus) sub regibus fuerat Seleuci Nicatoris posteris, redacta deinde a Pompeio in Romanam provinciam, Scaurum ab illo acceperat præsidem; cui senatus successores misit alios, et in his Gabinium, qui Alexandrinis bellum intulit. Gabinio successit Crassus, a Parthis post interemptus: et huic deinceps Bibulus. Post obitum autem C. Cæsaris, motis seditionibus, oppidatim tyranni exorti sunt, quos Parthi opibus suis juvarunt. Jam enim et in Syriam, oppresso Crasso, penetrarunt, a tyrannis illis invitati. Quibus tyrannis nunc expulsis, et ad Parthos fugere coactis, gravissimoque tributo populis Syriæ imperato, et Palmyrenis ea ratione, quam diximus, offensis, ne tantisper quidem substitit Antonius, donec compositæ essent turbæ illius provinciæ: sed diviso per hiberna exercitu, in Ægyptum ad Cleopatram profectus est.

XI. Ibi splendide exceptus, hiemem apud reginam transegit Antonius, depositis insignibus imperatoriis, habitu et more privati; sive quod in alieno imperio versaretur civitateque regia, sive ut in hibernis festos dies celebraret. Sepositis enim curis, et semotis ducum officiis, pro habitu patrio stolam sumsit Græcanicam quadratam, et calceamentum album Atticum, quo Atheniensium et Alexandrinorum sacerdotes utuntur, vocantque Phæcasium: et ad templa tantum, aut ad gymnasia progrediebatur, aut ad philosophorum consessus; cum Græcis consuetudinem habens, in obsequiis Cleopatræ; cui nimirum uni potissimum totam hanc peregrinationem consecratam voluerat. Hæc igitur tunc agebat Antonius.

XII. Interea Cæsar in itinere, quo Urbem repetebat, gravius laborabat ex adversa valetudine, periculosissime vero Brundusii; ita ut rumoribus jactaretur etiam, mortuum eum esse. Remittente se morbo, Urbem ingressus Cæsar, necessariis Antonii literas ab illo datas exhibuit. Qui mox et Calenum jusserunt duas legiones reddere Cæsari, et in Africam scripserunt Sextio, ut et ille eidem Africa decederet. Atque ita utrumque factum est. Tum Cæsar Lepido, quoniam nihil gravius ab eo peccatum deprehenderat, Africam vice ademptarum provinciarum tradidit: et, quod ex bonis proscriptorum adhuc supererat, divendidit. Describenti autem milites in colonias, et agros dividenti, magna difficultas objecta est: milites enim petebant optimam quamque urbem in tota Italia, ut ante bellum selectæ fuerant: contra civitates illæ postulabant, ut universa Italia hoc onus

ἐπινείμασθαι τὸ ἔργον, ἢ ἐν ἄλλαις διαλαχεῖν, τῆς τε γῆς τιμὴν τοὺς δωρουμένους ᾔτουν· καὶ ἀργύριον οὐκ ἦν. Ἀλλὰ συνιόντες ἀνὰ μέρος ἐς τὴν Ῥώμην οἵ τε νέοι καὶ γέροντες, ἢ αἱ γυναῖκες ἅμα τοῖς παιδίοις, ἐς τὴν ἀγορὰν, ἢ τὰ ἱερὰ, ἐθρήνουν· οὐδὲν μὲν ἀδικῆσαι λέγοντες, Ἰταλιῶται δὲ ὄντες ἀνίστασθαι γῆς τε καὶ ἑστίας, οἷα δορίληπτοι. Ἐφ' οἷς οἱ Ῥωμαῖοι συνήχθοντο καὶ ἐπεδάκρυον· καὶ μάλιστα, ὅτε ἐνθυμηθεῖεν, οὐχ ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἀλλὰ ἐπὶ σφίσιν αὐτοῖς καὶ τῇ μεταβολῇ τῆς πολιτείας τόν τε πόλεμον γεγονότα, καὶ τὰ ἐπινίκια διδόμενα· καὶ τὰς ἀποικίας συνισταμένας, τοῦ μηδ' αὖθις ἀνακύψαι τὴν δημοκρατίαν, παρῳκισμένων τοῖς ἄρχουσι μισθοφόρων, ἑτοίμων ἐς ὅ τι χρῄζοιεν.

XIII. Ὁ δὲ Καῖσαρ ταῖς πόλεσιν ἐξελογεῖτο τὴν ἀνάγκην, καὶ ἐδόκουν οὐδ' ὡς ἀρκέσειν. Οὐδ' ἤρκουν· ἀλλ' ὁ στρατὸς καὶ τοῖς γείτοσιν ἐπέβαινε σὺν ὕβρει, πλέονά τε τῶν δεδομένων σφίσι περισπώμενοι, καὶ τὸ ἄμεινον ἐκλεγόμενοι· οὐδὲ, ἐπιπλήσσοντος αὐτοῖς καὶ δωρουμένου πολλὰ ἄλλα τοῦ Καίσαρος, ἐπαύοντο· ἐπεὶ καὶ τῶν ἀρχόντων, ὡς δεομένων σφῶν ἐς τὸ ἐγκρατὲς τῆς ἀρχῆς, κατεφρόνουν. Καὶ γὰρ αὐτοῖς ἡ πενταετία παρώδευε, καὶ τὸ ἀσφαλὲς ἡ χρεία συνῆγεν ἀμφοτέροις παρ' ἀλλήλων· τοῖς μὲν ἡγεμόσιν, ἐς τὴν ἀρχὴν παρὰ τοῦ στρατοῦ· τῷ στρατῷ δὲ, ἐς τὴν ἐπικράτησιν ὧν ἔλαβον, ἡ τῶν δεδωκότων ἀρχὴ παραμένουσα. Ὡς γὰρ αὐτῶν οὐ βεβαίως * ἄρχοιεν οἱ δόντες, ὑπερεμάχουν ἀπ' εὐνοίας ἀναγκαίου. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοῖς ἀπορουμένοις αὐτῶν ἐδωρεῖτο, δανειζόμενος ἐκ τῶν ἱερῶν, ὁ Καῖσαρ. Ὅθεν τὴν γνώμην ὁ στρατὸς ἐς αὐτὸν ἐπέστρεφε· καὶ πλείων ὑπήντα χάρις, ὡς γῆν ἅμα καὶ πόλεις καὶ χρήματα καὶ οἰκήματα δωρουμένῳ, καὶ καταβοωμένῳ μὲν ἐπιφθόνως ὑπὸ τῶν ἀφαιρουμένων, φέροντι δὲ τὴν ὕβριν ἐς χάριν τοῦ στρατοῦ.

XIV. Ταῦτα δὲ ὁρῶν ὅ τε ἀδελφὸς ὁ τοῦ Ἀντωνίου Λεύκιος Ἀντώνιος, ὑπατεύων τότε, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ Ἀντωνίου Φουλβία, καὶ ὁ τῆς ἀποδημίας ἐπιτροπεύων τῷ Ἀντωνίῳ Μάνιος, ἵνα μὴ Καίσαρος δόξειε τὸ ἔργον ἅπαν εἶναι, μηδὲ μόνος αὐτοῦ τὴν χάριν ἀποφέροιτο, μηδ' ἔρημος ὁ Ἀντώνιος εὐνοίας στρατιωτῶν γένοιτο, τὰς κατοικίσεις ἐτέχναζον ἐς τὴν ἐπιδημίαν Ἀντωνίου διατρίβειν. Οὐ δυνατοῦ δὲ φαινομένου διὰ τὸν στρατὸν ἐπείγοντα, τοὺς οἰκιστὰς τῶν Ἀντωνίου τελῶν ἠξίουν Καίσαρα παρὰ σφῶν λαβεῖν· τῆς μὲν συνθήκης Ἀντωνίου μόνῳ Καίσαρι διδούσης, ἐπιμεμφόμενοι δὲ ὡς οὐ παρόντι τῷ Ἀντωνίῳ. Καὶ ἐς τὸν στρατὸν αὐτοὶ τήν τε Φουλβίαν παράγοντες, καὶ τὰ παιδία τὰ Ἀντωνίου, μάλα ἐπιφθόνως ἱκέτευον, μὴ περιιδεῖν Ἀντώνιον, ἢ δόξης ἢ χάριτος ἣ ἐς αὐτοὺς ὑπηρεσίας ἀφαιρούμενον. Ἤκμαζε δὲ ἐν τῷ τότε μάλιστα τὸ κλέος τὸ Ἀντωνίου καὶ παρὰ τῷ στρατῷ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασι· τὸ γὰρ ἔργον τὸ ἐν Φιλίπποις, διὰ τὴν τότε Καίσαρος ἀῤῥωστίαν, ἅπαν ἡγοῦντο Ἀντωνίου γεγονέναι. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐκ ἠγνόει μὲν ἀδικούμενος ἐς τὰ συγκείμενα, εἶξε δὲ ἐς χάριν Ἀντωνίου. Καὶ οἱ μὲν τοὺς οἰκιστὰς

participaret, aut ut inter se sortirentur civitates; et agrorum pretium repetebant ab imperatoribus : nec suppetebat pecunia. Conveniebantque agminatim in urbem promiscue juvenes pariter ac seniores, mulieresque cum parvulis, et per fora templaque cœtus faciebant lamentabundi; conquerentes, nullo suo peccato se, Italici nominis homines, pelli agris focisque, tanquam jure belli captos. Itaque et populus condolebat, et illacrimabat eorum calamitatibus; præsertim dum reputabat « non pro republica, sed contra se ipsum evertendæque reipublicæ causa, et gestum illud bellum esse, et nunc reddi victoriæ præmia; et colonias has eo consilio deduci, ut nunquam posthac caput attollere queat respublica; quoniam coloni, hac mercede obstricti parati semper ad omne obsequium futuri sint principibus. »

XIII. At Cæsar civitatibus necessitatis rationem exponebat, intelligens etiam, ne sic quidem satis fore. Nec fuit satis : et milites vicinorum etiam prædia contemtim invadebant; et plura, quam quæ illis attributa fuerant, ad se rapiebant, optima quæque præripientes. Neque objurgationibus Cæsaris movebantur : neque aliis ejusdem largitionibus, quas multas eis faciebat, adducebantur ut ab injuriis desisterent. Nam et principum imperia, quippe sua ope ad confirmandam dominationem egentium, contemtim habebant. Decurrebat enim illis quinquennium, et utrisque ad securitatem opus erat favore mutuo : imperatoribus, u per milites principatum confirmarent : militibus, ut accepta retinerent, opus erat ut manerent penes auctores ejus donationis imperium; itaque necessitate coacti favebant illorum potestati, quoniam, ea nutante, ne ipsis quidem præmiorum acceptorum firma futura erat possessio. Sed Cæsar, quum alias quoque multas largitiones, pecunia e fanis mutuo sumta, egenis militibus faceret, animos illorum sibi conciliavit omnium, et præcipuam ab illis gratiam iniit; quippe cui agros, urbes, pecunias, domos acceptas ferebant, invidiose occlamantibus qui spoliabantur, illo vero fortiter contumeliam eam ferente in gratiam militum.

XIV. His animadversis, Antonii frater, Lucius Antonius Consul, et uxor Antonii Fulvia, et qui absentis Antonii res procurabat Manius; ne Cæsaris videretur totum hoc beneficium, neve soli illi haberetur gratia, et Antonius fraudaretur favore militum; vaframentis agebant, ut coloniarum deductio differretur in adventum Antonii. Quod quum fieri tamen non posse videretur, propter festinationem militum; postularunt a Cæsare, ut Antonianas legiones amicis Antonii in colonias traderet deducendas : quod munus quanquam ex pacto Antonius soli Cæsari cesserat, conquerebantur tamen illi de Antonii absentia; productaque in conspectum exercitus Fulvia cum parvis Antonii liberis, invidiose supplicabant militibus, ne Antonium paterentur meritorum in ipsos collatorum honore gratiave spoliari. Erat autem tunc maxime inclytum Antonii nomen et apud milites et apud ceteros : nam Philippensis victoria, propter adversam Cæsaris valetudinem, tota videbatur ad unum Antonium referenda. Itaque Cæsar, quamvis non ignarus injuriam sibi fieri pactaque violari, cessit tamen, in gratiam Antonii : atque ita ab Antonii necessariis nominati sunt,

ἐπὶ τοῖς Ἀντωνίου τέλεσιν ἀπέφαινον. Οἱ δὲ οἰκισταὶ τοῖς στρατιώταις, ἵνα τι καὶ δοκοῖεν εὐνούστεροι τοῦ Καίσαρος ἐς αὐτοὺς εἶναι, συνεχώρουν ἔτι πλέον ἀδικεῖν. Ἄλλο δὴ πλῆθος ἦν ἑτέρων πόλεων, αἳ ταῖς νενεμημέναις γειτονεύουσαί τε, καὶ πολλὰ πρὸς τῶν στρατιωτῶν ἀδικούμεναι, κατεβόων τοῦ Καίσαρος· ἀδικωτέρας εἶναι τὰς ἀποικίσεις τῶν προγραφῶν· τὰς μὲν γὰρ ἐπὶ ἐχθροῖς, τὰς δὲ ἐπὶ μηδὲν ἀδικοῦσι γίγνεσθαι.

XV. Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐκ ἠγνόει μὲν ἀδικουμένους, ἀμήχανα δ' ἦν αὐτῷ. Οὔτε γὰρ ἀργύριον ἦν ἐς τιμὴν τῆς γῆς δίδοσθαι τοῖς γεωργοῖς, οὔτε ἀναβάλλεσθαι τὰ ἐπινίκια διὰ τοὺς ἔτι πολέμους· Πομπηίου μὲν ἐν τῇ θαλάσσῃ κρατοῦντος, καὶ τὴν πόλιν κλείοντος ἐς λιμόν· Ἀηνοβάρβου δὲ καὶ Μούρκου στρατὸν καὶ ναῦς ἄλλας ἀγειρόντων· ἀθυμοτέρων δὲ ἐς τὰ ἐσόμενα ὄντων, εἰ μὴ τὰ πρότερα ἐπινίκια λάβοιεν. Πολὺ δ' ἦν καὶ τὸ παροδεύειν σφίσιν ἤδη τὴν τῆς ἀρχῆς πενταετίαν, καὶ χρῄζειν αὖθις εὐνοίας στρατοῦ. Διόπερ αὐτῶν καὶ τῆς ὕβρεως ἢ καταφρονήσεως ἐν τῷ τότε ἑκὼν ὑπερεώρα. Ἔν γέ τοι τῷ θεάτρῳ, παρόντος αὐτοῦ, στρατιώτης ἀπορῶν οἰκείας ἕδρας, παρῆλθεν ἐς τοὺς καλουμένους ἱππέας· καὶ ὁ μὲν δῆμος ἐπεσημήνατο, καὶ ὁ Καῖσαρ τὸν στρατιώτην ἀνέστησεν. Ὁ δὲ στρατὸς ἠγανάκτησε· καὶ, περιστάντες αὐτὸν ἀποχωροῦντα τοῦ θεάτρου, τὸν στρατιώτην ἀπῄτουν, οὐχ ὁρώμενον ἡγούμενοι διεφθάρθαι. Ἐπελθόντα δὲ, ἐνόμιζον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου νῦν προαχθῆναι· ἀρνούμενόν τε, καὶ τὰ γεγονότα διηγούμενον, ψεύδεσθαι διδαχθέντα ἔλεγον, καὶ ἐλοιδόρουν ὡς τὰ κοινὰ προδιδόντα. Καὶ τὸ μὲν ἐν τῷ θεάτρῳ γενόμενον, τοιόνδε ἦν.

XVI. Κεκλημένοι δ' ἐπὶ νέμησιν τότε γῆς ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον, ὑπὸ σπουδῆς ἔτι νυκτὸς ἀφίκοντο· καὶ βραδύτερον αὐτοῖς τοῦ Καίσαρος ἐπιόντος, ἠγανάκτουν. Νώνιος δὲ λοχαγὸς ἐπέπλησσεν αὐτοῖς σὺν παῤῥησίᾳ, τό τε πρέπον τοῖς ἀρχομένοις ἐς τὸν ἄρχοντα προφέρων, καὶ τὴν Καίσαρος ἀσθένειαν, οὐχ ὑπεροψίαν. Οἱ δὲ αὐτὸν τὰ μὲν πρῶτα ἔσκωπτον, ὡς κόλακα· πλέονος δὲ ἑκατέρωθεν τοῦ διερεθίσματος γενομένου, ἐλοιδόρουν τε καὶ ἔβαλλον, καὶ φεύγοντα ἐδίωκον, ἔς τε τὸν ποταμὸν ἐξαλόμενον, ἐξειρύσαντες ἔκανον, καὶ ἔῤῥιψαν ἔνθα παροδεύσειν ὁ Καῖσαρ ἔμελλεν. Οἱ μὲν δὴ φίλοι τῷ Καίσαρι παρῄνουν, μηδὲ ἐπελθεῖν ἐς αὐτοὺς, ἀλλ' ἐκστῆναι μανιώδει φορᾷ. Ὁ δ' ἐπῄει μὲν, ἀναθρέψειν ἔτι αὐτῶν μᾶλλον ἡγούμενος τὸ μανιῶδες, εἰ μὴ ἀφίκοιτο. Καὶ τὸν Νώνιον ἰδὼν, ἐξέκλινεν. Ὡς δὲ ὀλίγων ταῦτα δρασάντων, ἐπεμέμφετο, καὶ ἐς τὸ μέλλον ἀλλήλων φείδεσθαι παρῄνει, καὶ τὴν γῆν διένεμε, καὶ δωρεὰς αἰτεῖν τοῖς ἀξίοις ἐπέτρεπε, καὶ τῶν οὐκ ἀξίων ἐνίοις ἐδίδου παρὰ γνώμην· μέχρι τὸ πλῆθος ἐκπλαγὲν αὐτοῦ τῆς βαρύτητος μετενόει καὶ ᾐδεῖτο, καὶ κατεγίνωσκον αὑτῶν, καὶ τοὺς ἐς τὸν Νώνιον ἁμαρτόντας ἠξίουν ἀνευρόντα κολάσαι. Ὁ δὲ, καὶ γιγνώσκειν αὐτοὺς, ἔφη, καὶ κολάσειν αὐτῷ τῷ συνειδότι σφῶν μόνῳ, καὶ

qui Antonianas legiones in colonias deducerent. Et deductores illi, ut viderentur melius etiam quodam modo, quam ipse Cæsar, affecti in milites, eo majorem etiam injuriarum licentiam colonis suis concesserunt. Itaque alia rursus multitudo ex aliis civitatibus, vicinis harum coloniarum, multas injurias a militibus passa, clamores jactabat in Cæsarem « iniquiores coloniarum deductiones nunc esse, quam proscriptiones ante fuissent : tunc enim inimicos mulctatos, nunc vero innoxios. »

XV. Et intelligebat quidem Cæsar, fieri eis injuriam, sed mederi non poterat : nam neque pecuniam habebat, unde pretium agrorum veteribus possessoribus redderet; neque victoriæ merces differri, propter instantia etiam nunc bella, poterat; Pompeio maria tenente, et Urbi interclusis commeatibus famem intentante; Ahenobarbo vero et Murco classem aliam et exercitum colligentibus : militibus vero ad reliqua segniorem operam præbituris, nisi prioris victoriæ præmia accepissent. Neque vero illud exigui erat momenti, quod jam progressum ipsis erat imperii quinquennium, ut mox nova rursus opus eis esset exercitus benevolentia. Quamobrem ultro tum dissimulabatur militaris insolentia. Certe quum miles in theatro, Cæsare præsente, vacuam loco suo sedem non inveniens, ad subsellia equitum transiisset; postquam, acclamante populo, Cæsar excitari de illis subselliis militem jussit; exercitus rem indigne ferens, principem e theatro discedentem circumstitit, et militem, quem, quoniam nusquam apparebat, interemtum erant suspicati, sibi coram sisti postularunt. Ubi vero supervenit miles, rati productum e carcere, quum id negaret, remque ut erat narraret, mentiri subornatum aiebant, et ut proditorem communium commodorum conviciabantur. Et tale quidem fuit insolentiæ specimen in spectaculo admissæ.

XVI. Iisdem vero diebus ad divisionem agrorum in campum Martium vocati, præpropere ante lucem convenerunt; et Cæsare tardius adveniente, indignari tumultuose cœperunt. Quos quum Nonius centurio libere objurgaret, admonens reverentiæ imperatori debitæ, et in Cæsaris valetudinem, non ipsorum contemtum, moræ causam rejiciens : hunc illi, ut adulatorem, cavillis adorti, mox aucta utrinque irritatione conviciis et saxis petierunt, et fugientem persecuti sunt; denique quum fuga se in flumen projecisset, aquis extractum necarunt, projeceruntque qua transeundum erat Cæsari. Quamobrem monebant Cæsarem amici, ne se furentibus committeret. Sed ille, veritus ne per absentiam suam illorum insaniam aleret, tamen prodiit : conspectoque Nonii cadavere, paulisper de via deflexit. Tum vero, veluti ad paucos auctores pertineret illud facinus, hortatus est milites, ut posthac sibi invicem parcerent, et agros eis divisit, et militaria dona meritis petere permisit : deditque nonnullis immeritis etiam, præter ipsorum opinionem; donec stupefactam tandem multitudinem pœnitentia cepit suæ importunitatis, pudorque incessit, postularuntque ut ad supplicium quærerentur qui Nonium interfecissent. Sed Cæsar nosse se illos, ait, et sola conscientia ipsa criminis condemnationeque commili-

τῇ παρ' ὑμῶν καταγνώσει. Οἱ δὲ, συγγνώμης τε ὁμοῦ καὶ τιμῆς καὶ δωρεῶν ἀξιωθέντες, εὐθὺς αὐτὸν εὐφήμουν ἐκ μεταβολῆς.

XVII. Καὶ δύο μὲν εἰκόνες ἐκ πλεόνων αἵδε ἔστων τῆς τότε δυσαρχίας. Αἴτιον δ' ἦν, ὅτι καὶ οἱ στρατηγοὶ ἀχειροτόνητοι ἦσαν οἱ πλείους, ὡς ἐν ἐμφυλίοις, καὶ οἱ στρατοὶ αὐτῶν οὐ τοῖς πατρίοις ἔθεσιν ἐκ καταλόγου συνήγοντο, οὐδ' ἐπὶ χρείᾳ τῆς πατρίδος, οὐδὲ τῷ δημοσίῳ στρατευόμενοι μᾶλλον, ἢ τοῖς συνάγουσιν αὐτοὺς μόνοις, οὐδὲ τούτοις ὑπὸ ἀνάγκῃ νόμων, ἀλλ' ὑποσχέσεσιν ἰδίαις, οὐδὲ ἐπὶ πολεμίους κοινοὺς, ἀλλὰ ἰδίους ἐχθροὺς, οὐδὲ ἐπὶ ξένους, ἀλλὰ πολίτας καὶ ὁμοτίμους. Τάδε γὰρ πάντα αὐτοῖς τὸν στρατιωτικὸν φόβον ἐξέλυεν, οὔτε στρατεύεσθαι νομίζουσι μᾶλλον, ἢ βοηθεῖν οἰκείᾳ χάριτι καὶ γνώμῃ, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἡγουμένοις ὑπὸ ἀνάγκης αὐτῶν ἐς τὰ ἴδια ἐπιδεῖσθαι. Τό τε αὐτομολεῖν, πάλαι Ῥωμαίοις ἀδιάλλακτον ὄν, τότε καὶ δωρεῶν ἠξιοῦτο· καὶ ἔπρασσον αὐτὸ οἵ τε στρατοὶ κατὰ πλῆθος, καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἔνιοι, νομίζοντες οὐκ αὐτομολίαν εἶναι τὴν ἐς τὰ ὅμοια μεταβολήν. Ὅμοια γὰρ δὴ πάντα ἦν· καὶ οὐδὲ ἕτερα αὐτῶν ἐς ἔχθραν κοινὴν Ῥωμαίοις ἀπεκέκριτο· ἥ τε τῶν στρατηγῶν ὑπόκρισις μία, ὡς ἁπάντων ἐς τὰ συμφέροντα τῇ πατρίδι βοηθούντων, εὐχερεστέρους ἐποίει πρὸς τὴν μεταβολὴν, ὡς πανταχοῦ τῇ πατρίδι βοηθοῦντας. Ἃ καὶ οἱ στρατηγοὶ συνιέντες ἔφερον, ὡς οὐ νόμῳ μᾶλλον αὐτῶν ἄρχοντες, ἢ ταῖς δωρεαῖς. Οὕτω μὲν ἐς στάσεις τότε πάντα, καὶ ἐς δυσαρχίαν τοῖς στασιάρχαις τὰ στρατόπεδα ἐτέτραπτο.

XVIII. Τὴν δὲ Ῥώμην λιμὸς ἐπίεζεν, οὔτε τῆς θαλάσσης τι αὐτοῖς φερούσης διὰ Πομπήϊον, οὔτε τῆς Ἰταλίας διὰ τοὺς πολέμους γεωργουμένης. Ὃ δὲ καὶ γένοιτο, ἐς τοὺς στρατοὺς ἐδαπανᾶτο. Ἐκλώπευόν τε οἱ πολλοὶ νυκτὸς ἐν τῇ πόλει, καὶ κλοπῆς ἔτι βιαιότερον ἠνώχλουν, καὶ ἠνώχλουν ἀδεῶς, καὶ ἡ δόξα ἐς τοὺς στρατιώτας ἐφέρετο. Ὁ δὲ λεὼς ἀπέκλειε τὰ ἐργαστήρια, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐξανίστη, ὡς οὔτε ἀρχῶν οὔτε τεχνῶν χρήζοντες ἐν ἀπορούσῃ καὶ λῃστευομένῃ πόλει.

XIX. Λευκίῳ δὲ ὄντι δημοτικῷ, καὶ δυσχεραίνοντι τῇ τῶν τριῶν ἀρχῇ, οὐδὲ ἐπὶ τῷ χρόνῳ παύσεσθαι νομιζομένῃ, προσκρούσματα ἐς τὸν Καίσαρα ἐγίγνετο καὶ διαφοραὶ μείζους. Τούς τε γεωργοὺς, ὅσοι τῆς γῆς ἀφῃροῦντο, ἱκέτας γιγνομένους τῶν δυνατῶν ἑκάστου, μόνος ὑπεδέχετο, καὶ βοηθήσειν ὑπισχνεῖτο, κἀκείνων ὑπισχνουμένων ἀμύνειν ἐς ὃ κελεύοι. Ὅθεν αὐτὸν ὁ στρατὸς ὁ Ἀντωνίου κατεμέμφετο καὶ ὁ Καῖσαρ, ὡς ἀντιπράσσοντα Ἀντωνίῳ· καὶ Φουλβία, ὡς πολεμοποιοῦντα ἐν ἀκαίρῳ. Μέχρι τὴν Φουλβίαν ὁ Μάνιος πανούργως μετεδίδαξεν, ὡς, εἰρηνευομένης μὲν τῆς Ἰταλίας, ἐπιμενεῖν Ἀντώνιον Κλεοπάτρᾳ· πολεμουμένης δ', ἀφίξεσθαι κατὰ τάχος. Τότε γὰρ δὴ γυναικός τι παθοῦσα ἡ Φουλβία, τὸν Λεύκιον ἐπέτριβεν ἐς τὴν διαφοράν. Ἐξιόντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἐς τὰ λοιπὰ τῶν κατοικίσεων, ἔπεμπεν ἑψομένους αὐτῷ τοὺς

tonum illos puniturum. Sic milites, venia simul et præmiis donisque dignati, ad faustas acclamationes subito versi sunt.

XVII. Hæc duo contumaciæ, quæ tunc erat militum, specimina, e multis selecta, sufficiant. Cujus rei causa hæc fuit, quod et duces plerique, ut consentaneum est in bellis civilibus, non essent legitimis suffragiis creati; et exercitus eorum non essent more majorum delectibus conscripti, neque in usum patriæ, neque sub auspiciis senatus populique Romani stipendia facerent; sed his tantum militarent, qui eos collegissent; ac ne his quidem legitima quadam conditione, sed privatis inducti pollicitationibus; nec adversus hostes publicos, sed adversus eos qui privatim essent ducibus inimici; nec contra exteros, sed contra cives et dignitate pares. Hæc sunt, quæ militarem disciplinam pessum dederunt; dum quisque non tam militare se putabat, quam privata gratia privatoque consilio partes defendere ducis sui; quem privatorum commodorum causa, cogente necessitate, indigere opera sua quisque arbitrabatur. Itaque et transfugium, quod apud priscos Romanos crimen fuerat inexpiabile, ea temporum iniquitate præmiis etiam remunerabatur: et integri exercitus signa transferebant, et cum eis illustres nonnulli viri; neque transfugium hoc esse existimabant, si ad similes ex adverso partes transirent. Erant enim partes omnibus rebus similes, et neutra eorum in communem Romani populi inimicitiam secessionem fecerat. Et una eademque imperatorum simulatio, quum pro patria et pro republica arma ferre cuncti vellent videri, leviores efficiebat ad transitionem milites, quippe ab utraque parte pro republica pugnaturos. Quas res bene intelligentes imperatores, multa ferre in militibus cogebantur; quippe non tam lege, quam largitionibus, imperium in eos consecuti. Atque adeo, ad seditionem spectantibus omnibus, ne principes quidem factionum in suis quisque exercitibus disciplinam militarem potuerunt obtinere.

XVIII. Roma interim fame laborabat, impeditis per Pompeium frumentationibus maritimis, in Italia vero propter continua bella agricultura neglecta, et, si quid agri ferrent, absumente id milite. Et in ipsa Urbe permulti furtis nocturnis atrocioribusque aliis violentiæ generibus, et impune quidem, grassabantur, eorumque facinorum milites vulgo auctores sunt habiti. Plebs vero officinas clausit, et magistratus loco movit; neque artibus opus esse, dictitans, neque magistratibus, in urbe fame pressa et latrociniis impune infestata.

XIX. Cæterum Lucio Antonio, bene affecto erga rempublicam, et infenso Triumvirorum potentiæ, ultra præfinitum tempus (ut videbatur) mansuræ, graviores subinde offensiones contentionesque cum Cæsare exoriebantur. Nam veteres agrorum possessores, bonis suis exutos, et suppliciter nunc ad optimatium fidem confugientes, solus Lucius excipiebat, opem suam pollicens; et illi vicissim ad quidvis ei suam operam promittebant. Quo factum est, ut eum et Antoniani milites et Cæsar incusarent, tanquam adversantem Antonio; itemque Fulvia, ut bellum excitantem alieno tempore. Sed Fulvia quidem mox mutavit consilium, monita a Manio; « pacata Italia, moraturum Antonium apud Cleopatram; bello vero turbata, adventurum propere. » Tunc enim Fulvia, muliebri quodam affectu commota, magis etiam incitare cœpit Lucium ad discordiam. Et quum Cæsar proficisceretur ad deducendas

Ἀντωνίου παῖδας ἅμα τῷ Λευκίῳ, ὡς μηδὲν ἐκ τῆς ὄψεως ὁ Καῖσαρ ἐν τῷ στρατῷ πλέον ἔχοι. Ἱππέων δὲ Καίσαρος ἐκτρεχόντων ἐπὶ τὴν Βρουττίων ἠϊόνα, πορθουμένην ὑπὸ Πομπηΐου, δόξας ὁ Λεύκιος, ἢ ὑποκρινάμενος, ἐφ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς Ἀντωνίου παῖδας τόδε τὸ ἱππικὸν ἀπεστάλθαι, διέδραμεν ἐς τὰς Ἀντωνίου κατοικίας, συλλεγόμενος φρουρὰν τῷ σώματι, καὶ τὸν Καίσαρα τῷ στρατῷ διέβαλλεν ἐς ἀπιστίαν πρὸς Ἀντώνιον. Ὁ δὲ ἀντεδίδασκεν αὐτοὺς, ὅτι αὐτῷ μὲν καὶ Ἀντωνίῳ πάντα εἶναι φίλια καὶ κοινά· Λεύκιον δὲ ὑφ' ἑτέρας γνώμης αὐτοὺς πολεμοποιεῖν ἐς ἀλλήλους, ἀντιπράσσοντα τῇ τῶν τριῶν ἀρχῇ, δι' ἣν οἱ στρατευόμενοι τὰς ἀποικίας ἔχουσι βεβαίους· καὶ τοὺς ἱππέας εἶναι καὶ νῦν ἐν Βρουττίοις, τὰ ἐντεταλμένα φυλάσσοντας.

XX. Ὧν οἱ ἡγεμόνες τοῦ στρατοῦ πυνθανόμενοι, διῄτησαν αὐτοῖς ἐν Τεάνῳ, καὶ συνήλλαξαν ἐπὶ τοῖσδε· Τοὺς μὲν ὑπάτους τὰ πάτρια διοικεῖν, μὴ κωλυομένους ὑπὸ τῶν τριῶν ἀνδρῶν· μηδενὶ δὲ γῆν ὑπὲρ τοὺς στρατευσαμένους ἐν Φιλίπποις ἐπινέμεσθαι· τά τε χρήματα τῶν δεδημευμένων καὶ τιμὰς τῶν ἔτι πιπρασκομένων καὶ τὸν στρατὸν Ἀντωνίου τὸν περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐπ' ἴσης διανέμεσθαι· καὶ μηδέτερον αὐτῶν ἔτι καταλέγειν ἐκ τῆς Ἰταλίας· στρατεύοντι δὲ ἐπὶ Πομπήϊον τῷ Καίσαρι δύο συμμαχεῖν τέλη παρὰ Ἀντωνίου· ἀνεῷχθαι δὲ τὰς Ἄλπεις τοῖς ὑπὸ Καίσαρος πεμπομένοις ἐς τὴν Ἰβηρίαν, καὶ μὴ κωλύειν αὐτοὺς ἔτι Ἀσίνιον Πολλίωνα· Λεύκιον δὲ, ἐπὶ τοῖσδε συνηλλαγμένον, ἀποθέσθαι τὴν φρουρὰν τοῦ σώματος, καὶ πολιτεύειν ἀδεῶς. Τάδε μὲν ἦν ἃ συνέθεντο ἀλλήλοις διὰ τῶν ἡγεμόνων τοῦ στρατοῦ. Ἐπράχθη γε μὴν αὐτῶν δύο μόνα τὰ τελευταῖα· καὶ Σαλβιδιηνὸς ἄκων αὐτῷ*** συμπεριῆλθε τὰς Ἄλπεις.

XXI. Οὐ γιγνομένων δὲ τῶν ἄλλων, ἢ βραδυνόντων, ἐς Πραινεστὸν ἀνεχώρει Λεύκιος, δεδιέναι λέγων Καίσαρα, διὰ τὴν ἀρχὴν δορυφορούμενον, αὐτὸς ἀφρούρητος ὤν. Ἀνεχώρει δὲ καὶ Φουλβία πρὸς Λεύκιον, ἤδη λέγουσα περὶ τοῖς τέκνοις τὸν Λέπιδον δεδιέναι· τοῦτον γὰρ ἀντὶ τοῦ Καίσαρος προυτίθει. Καὶ τάδε μὲν ἐγράφετο παρ' ἑκατέρων Ἀντωνίῳ, καὶ φίλοι μετὰ τῶν γραμμάτων ἐς αὐτὸν ἐπέμποντο, οἳ διδάξειν ἔμελλον περὶ ἑκάστων. Καὶ οὐχ εὗρον, ἐρευνώμενος, ὅ τι σαφῶς ἀντεγράφετο αὐτοῖς. Οἱ δὲ τῶν στρατῶν ἡγεμόνες, συνομόσαντες κρινεῖν τοῖς ἄρχουσιν αὖθις ὃ δοκοίη δίκαιον εἶναι, καὶ τοὺς ἀπειθοῦντας ἐς αὐτὸ συναναγκάσειν, ἐκάλουν ἐπὶ ταῦτα τοὺς περὶ Λεύκιον. Οὐ δεξαμένων δ' ἐκείνων, ὁ Καῖσαρ ἐπιφθόνως αὐτοὺς ἔν τε τοῖς ἡγεμόσι τοῦ στρατοῦ, καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίων ἀρίστοις, ἐμέμφετο. Οἱ δὲ ἐξέθεον ἐς τὸν Λεύκιον, καὶ παρεκάλουν, οἰκτεῖραι μὲν ἐπὶ τοῖς ἐμφυλίοις τὴν πόλιν καὶ τὴν Ἰταλίαν, δέξασθαι δὲ κοινωνόν, ᾧ τὴν κρίσιν ἢ ἐπὶ σφῶν ἢ ἐπὶ τῶν ἡγεμόνων γενέσθαι.

XXII. Αἰδουμένου δὲ τοῦ Λευκίου τά τε λεγόμενα καὶ τοὺς λέγοντας, ὁ Μάνιος μάλα θρασέως ἔφη· Τὸν μὲν Ἀντώνιον οὐδὲν ἀλλ' ἢ χρήματα μόνα ἀγείρειν ἐν

reliquas colonias, misit illa filios Antonii una cum Lucio, qui sequerentur Cæsarem, ne potior Cæsar haberetur ab exercitu, si illum solum conspicerent. Quumque Cæsaris equites excurrissent in Bruttiorum littora, a Pompeio infestata; Lucius, sive timens, sive fingens se timere, ne contra se et contra liberos Antonii equitatus ille missus sit, ad]colonias Antonianorum se proripuit, satellitium sibi collecturus, calumniando Cæsarem, ut perfidum erga Antonium. Sed Cæsar eos contra docebat « integram sibi cum Antonio manere amicitiam : Lucium vero alia de causa bellum inter ipsos serere ; nimirum quod infensus sit Triumvirorum potentiæ, per quam novi coloni firmam possessionem habeant : equites vero etiam tum in Bruttiis esse, et mandata sua exsequi. »

XX. His intellectis, duces legionum Teani convenerunt; ibique, tanquam arbitri disceptantes controversiam, his conditionibus L. Antonium cum Cæsare reduxerunt in gratiam : « Ut consulibus non obstent Triumviri, quominus illi rempublicam administrent more majorum : agri dividantur nemini præter defunctos Philippensi militia : de pecuniis proscriptorum, et de pretiis eorum quæ etiam nunc venderentur, illæ quoque ex Antonianis legionibus, quæ in Italia mansissent, partem suam ex æquo ferant : neuter imperatorum posthac delectus militum instituat in Italia : Cæsari in expeditione contra Pompeium duæ legiones Antonii militent : Alpes missis a Cæsare in Hispaniam pateant, nec Asinius Pollio eos amplius prohibeat : denique ut his conditionibus Lucius pacatus amoveat satellitium, et securus administret rempublicam. » Hæ tum fuere conditiones renovati fœderis opera ductorum exercitus : quarum duæ tantum postremæ ratæ fuerunt; et Salvidienus *** Alpes superavit.

XXI. Quum vero reliqua non præstarentur, aut differrentur, Lucius Præneste secessit, dicens « se Cæsarem timere, pro magistratu munitum satellitibus, quum ipse nullis stipatus sit. » Ad eumdemque se recepit Fulvia quoque ; « liberis suis a Lepido jam se timere, » dictitans : hunc enim, loco Cæsaris, nunc commemorare malebat. Ac de his rebus utrique literas scripserunt ad Antonium, easque perferendas ad eum dederunt amicis, qui certiorem erant facturi de singulis. Quid vero his literis ab Antonio fuerit responsum, quærens licet, liquido invenire non potui. Tum utriusque exercitus proceres conjurarunt, se rursus ex æquo dicturos hanc litem imperatorum, et coacturos parere eum qui noluisset : ad eamque rem conficiendam Lucium cum suis invitarunt. Qui postquam venire renuerat, Cæsar invidiose eos cum apud primores exercitus, tum apud urbanos optimates incusabat. Moxque concursus optimatum ex Urbe ad Lucium factus est, deprecantium « ut misereretur Italiæ, afflictæ bellis civilibus; permitteretque, ut in commune lis ista, arbitrio vel ad se vel ad militum præfectos delato, disceptaretur. »

XXII. Quumque Lucius tum ipsos loquentes revereretur, tum ea quæ ab his dicebantur, Manius præfracte admodum respondit : « Antonium pecunias tantum colligere

ξένοις ἀνδράσι, τὸν δὲ Καίσαρα καὶ τὴν στρατιὰν καὶ τὰ ἐπίκαιρα τῆς Ἰταλίας ταῖς θεραπείαις προκαταλαμβάνειν· τήν τε γὰρ Κελτικὴν Ἀντωνίῳ πρότερον δεδομένην ἐλευθεροῦν μετ' ἐξαπάτης Ἀντωνίου, καὶ τὴν Ἰταλίαν σχεδὸν ἅπασαν ἀντὶ μόνων ὀκτωκαίδεκα πόλεων τοῖς ἐστρατευμένοις καταγράφειν· τέσσαρσί τε καὶ τριάκοντα τέλεσιν ἀντὶ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τῶν συμμαχησάντων ἐπινέμειν οὐ γῆν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἱερῶν χρήματα, συλλέγοντα μὲν ὡς ἐπὶ Πομπήϊον, ἐφ' ὃν οὐδέ πω παρατάττεται, λιμωττούσης ὧδε τῆς πόλεως· διαιροῦντα δὲ τοῖς στρατοῖς ἐς θεραπείαν κατὰ Ἀντωνίου, καὶ τὰ δεδημευμένα οὐ πιπράσκοντα μᾶλλον ἢ δωρούμενον αὐτοῖς. Χρῆναι δὲ, εἰ τῷ ὄντι εἰρηνεύειν ἐθέλοι, τῶν μὲν ἤδη διῳκημένων ὑποσχεῖν λόγον· ἐς δὲ τὸ μέλλον, ἃ ἂν κοινῇ βουλευομένοις δοκῇ, μόνα πράσσειν. Οὕτω μὲν θρασέως ὁ Μάνιος ἠξίου, μήτε τὸν Καίσαρά τινος εἶναι κύριον ἔργου, μήτε τὴν Ἀντωνίου συνθήκην βέβαιον· ὡρισμένον, τῶν ἐγκεχειρισμένων ἑκάτερον αὐτοκράτορα εἶναι, καὶ τὸ πρασσόμενον ὑπὸ ἀλλήλων εἶναι κύριον. Πανταχόθεν οὖν ὁ Καῖσαρ ἑώρα πολεμησείοντας αὐτούς· καὶ παρεσκευάζοντο αὐτῶν ἑκάτεροι.

XXIII. Δύο δὲ στρατοῦ τέλη τὰ ἐς Ἀγκῶνα πόλιν ᾠκισμένα, Καίσαρί τε ὄντα πατρῷα, καὶ ἐστρατευμένα Ἀντωνίῳ, τῆς τε ἰδίας παρασκευῆς αὐτῶν πυθόμενοι, καὶ τὴν εἰς ἑκάτερον σφῶν οἰκειότητα αἰδούμενοι, πρέσβεις ἔπεμψαν ἐς Ῥώμην, οἳ ἔμελλον ἑκατέρων ἐς διαλύσεις δεήσεσθαι. Καίσαρος δ' αὐτοῖς εἰπόντος, οὐκ Ἀντωνίῳ πολεμεῖν, ἀλλ' ὑπὸ Λευκίου πολεμεῖσθαι, συμβαλόντες οἱ πρέσβεις τοῖς ἡγεμόσι τοῦδε τοῦ στρατοῦ, κοινῇ πάντες ἐς Λεύκιον ἐπρέσβευον, ἀξιοῦντες αὐτὸν ἐς δίκην Καίσαρι συνεισελθεῖν· δῆλοί τε ἦσαν ὃ πράξειν ἔμελλον, εἰ μὴ τὴν κρίσιν ὑποδέχοιτο. Δεξαμένων δὲ τῶν ἀμφὶ τὸν Λεύκιον, χωρίον τε ὥριστο τῇ δίκῃ Γάβιοι πόλις ἐν μέσῳ Ῥώμης τε καὶ Πραινεστοῦ, καὶ συνέδριον τοῖς κρίνουσιν ἐγίγνετο, καὶ βήματα ἐν μέσῳ δύο τοῖς ἐροῦσιν, ὡς ἐν δίκῃ. Πρότερος δ' ὁ Καῖσαρ ἐλθὼν, ἱππέας ἔπεμψεν ἐς τὴν πάροδον τοῦ Λευκίου, ἐρευνησομένους ἄρα, μή τις ποθὲν ὁρῷτο ἐνέδρα. Καὶ οἱ ἱππεῖς οἵδε ἑτέροις ἱππεῦσι τοῦ Λευκίου, προδρόμοις ἄρα, ἢ καὶ τοῖσδε κατασκόποις, συμβαλόντες, ἔκτεινάν τινας αὐτῶν. Καὶ ἀνεχώρησε δείσας ὁ Λεύκιος, ὡς ἔλεγεν, ἐπιβουλήν· καλούμενός τε ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων τοῦ στρατοῦ, παραπέμψειν αὐτὸν ὑπισχνουμένων, οὐκ ἔτι ἐπείθετο.

XXIV. Οὕτω μὲν ἦσαν αἱ διαλύσεις ἄπρακτοι, καὶ πολεμεῖν ἐγνώκεσαν, καὶ διαγράμμασιν ἤδη πικροῖς κατ' ἀλλήλων ἐχρῶντο. Στρατὸς δὲ ἦν, Λευκίῳ μὲν, ὁπλιτῶν ἓξ τέλη, ὅσα αὐτὸς ἐς τὴν ὑπατείαν ἐλθὼν ἐστράτευσε, καὶ τὰ Ἀντωνίου ἕνδεκα ἕτερα, ὧν ἐστρατήγει Καληνὸς, σύμπαντα ταῦτα ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν· Καίσαρι δὲ ἐν μὲν Καπύῃ τέσσαρα ἦν τέλη, καὶ περὶ αὐτὸν αἱ στρατηγίδες, ἓξ δὲ ἕτερα Σαλβιδιηνὸς ἦγεν ἐξ Ἰβηρίας. Καὶ χρήματα ἦν Λευκίῳ μὲν ἐξ ἐθνῶν τῶν ὑπὸ τὸν Ἀντώνιον οὐ πολεμουμένων. Καί-

ab exteris; Cæsarem vero et exercitus favorem, et opportuna loca Italiæ, conciliatis sibi hominum studiis, præoccupare : nam et Galliam, quæ prius obvenerat Antonio, nunc in fraudem illius liberari; et Italiam propemodum universam, pro octodecim civitatibus, attribui veteranis; præterea, pro legionibus XXVIII, quæ pugnæ interfuissent, XXXIV legionibus non solum agros dividi, verum etiam pecuniam distribui e fanis desumtam : eam pecuniam prætextu quidem Pompeiani belli colligi a Cæsare; quod tamen bellum, in tanta licet Urbis fame, nondum ne instruatur quidem; sed revera Cæsarem pecuniis illis uti ad parandum largitionibus favorem militum adversus Antonium; atque bona etiam proscriptorum non tam vendere, quam donare militibus. Quod si pacem quærat serio, debere eum prius actorum rationem reddere, et in posterum nihil agere, nisi de communi sententia. » Hæc arrogans Manii postulatio, ut neque Cæsar quidquam posset arbitratu suo facere, neque rata manerent ea de quibus cum Antonio fuerat conventum : quandoquidem inter illos diserte convenerat « ut absolutum imperium uterque haberet in commissis sibi rebus atque provinciis, utque alter alterius acta rata haberet. » Tum vero Cæsar, videns eos bellum omnino cupere, se quoque pariter atque illi parabat.

XXIII. Cæterum duæ legiones Anconam in coloniam deductæ, quæ et patri Cæsaris et post Antonio militaverant, postquam bellum ab his privatim parari audiverunt, pro affectu quo utrumque imperatorem prosequebantur, legatos miserunt Romam, qui utrosque precarentur, ut pacem mallent. Quibus quum Cæsar respondisset, se non Antonium impugnare, sed impugnari a Lucio, legati cum præfectis illarum legionum congressi sunt, et communem omnes legationem miserunt ad Lucium, postulantes ab eo « ut controversiam quam habebat cum Cæsare, sineret decerni judicio : » nec occultabant, quid facturi essent, si admittere nollet judicium. Conditionem autem postquam accepit Lucius, locus judicio definitus est Gabii, urbs Romam inter et Præneste media. Ibi paratum arbitris consistorium, et in medio suggesta duo posita sunt verba facturis, velut in justo judicio. Cæsar, qui prior advenerat, equites misit qua transiturus erat Lucius, dispecturos num quæ struantur insidiæ : hi in Antonianos inciderunt equites, sive præcursores Lucii, sive speculatores pariter; consertisque manibus, occiderunt ex illis aliquot. Tum Lucius retrocessit, metu insidiarum ut dicebat : revocatusque a præfectis exercitus, deducturos se eum pollicentibus, persuaderi amplius non potuit.

XXIV. Itaque frustrato pacificatorum consilio, bello et armis rem decernere Cæsar Luciusque statuerunt; statimque amarulenta edicta alter contra alterum edere cœpit. Erant autem Lucio sex legiones, ex delectu quem consul creatus habuerat, præter easque Antonianæ XI sub Caleno duce, omnes hæ in Italia. Cæsar Capuæ quatuor legiones habebat, et circa se cohortes prætorias. Sex alias legiones Salvidienus adducebat ex Hispania. Pecuniæ Lucio suppetebant e provinciis pacatis Antonii. Sed Cæsar, quoniam

σαρι δὲ, ἃ εἰλήχει πάντα, χωρὶς Σαρδοῦς, ἐπολεμεῖτο· ὅθεν ἐκ τῶν ἱερῶν ἐδανείζετο, σὺν χάριτι ἀποδώσειν ὑπισχνούμενος, ἀπό τε Ῥώμης ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ ἀπὸ Ἀντίου καὶ Λανουβίου καὶ Νεμοῦς καὶ Τίβυρος, ἐν αἷς μάλιστα πόλεσι καὶ νῦν εἰσι θησαυροὶ χρήματα ἱερῶν δαψιλεῖς.

XXV. Τετάρακτο δὲ αὐτῷ καὶ τὰ τῆς Ἰταλίας ἔξω. Πομπήϊος γὰρ, ἐκ τῶν προγραφῶν, καὶ κατοικίσεων τοῦ στρατοῦ, καὶ τῆσδε τῆς Λευκίου διαφορᾶς, ἐπὶ μέγα δόξης καὶ δυνάμεως ἦρτο. Οἱ γὰρ περὶ σφῶν δεδιότες, ἢ τὰ ὄντα ἀφαιρούμενοι, ἢ τὴν πολιτείαν ὅλως ἀποστρεφόμενοι, ἐς αὐτὸν ἐχώρουν μάλιστα· καὶ ἡ ἄλλη νεότης ὡρμημένη στρατεύεσθαι διὰ τὰ κέρδη, καὶ οὐδὲν ἡγούμενοι διαφέρειν ὑφ' ὅτῳ στρατεύσονται, Ῥωμαίοις πανταχοῦ συστρατευόμενοι, μᾶλλον ἐς τὸν Πομπήϊον ἐχώρουν, ὡς δικαιότερα αἱρούμενον. Γεγένητό τε πλούσιος ἐκ τῆς θαλασσίου λείας, καὶ ναῦς εἶχε πολλὰς, καὶ πληρώματα ἐντελῆ. Μοῦρκός τε ἀφῖκτο αὐτῷ, δύο ἄγων στρατοῦ τέλη, καὶ τοξότας πεντακοσίους, καὶ χρήματα πολλὰ, καὶ ναῦς ὀγδοήκοντα· καὶ τὸν ἄλλον στρατὸν ἐκ Κεφαληνίας μετεπέμπετο. Ὅθεν τισὶ δοκεῖ τότε ὁ Πομπήϊος ἐπελθὼν εὐμαρῶς ἂν τῆς Ἰταλίας κρατῆσαι, ὑπό τε λιμοῦ καὶ στάσεως διεφθαρμένης, καὶ ἐς αὐτὸν ἀφορώσης. Ἀλλὰ Πομπηΐῳ μὲν, ὑπὸ ἀφροσύνης, οὐκ ἐπιχειρεῖν, ἀλλὰ ἀμύνεσθαι μόνον, ἐδόκει· μέχρι καὶ τοῦδε ἥσσων ἐγένετο.

XXVI. Ἐν δὲ Λιβύῃ Σέξστιος, ὕπαρχος Ἀντωνίου, παρεδεδώκει μὲν ἄρτι τὸν στρατὸν, ὑπὸ Λευκίου κεκελευσμένος, Φάγγωνι τῷ Καίσαρος· ἐπισταλεὶς δὲ αὖθις ἀναλαμβάνειν αὐτὸν, οὐκ ἀποδιδόντι τῷ Φάγγωνι ἐπολέμει, συναγαγών τινας τῶν ἀπεστρατευμένων, καὶ Λιβύων πλῆθος ἄλλο, καὶ ἑτέρους παρὰ τῶν βασιλέων. Ἡττηθέντων δὲ τῶν κερῶν ἑκατέρων, καὶ ληφθέντων τῶν στρατοπέδων, ὁ Φάγγων ἡγούμενος ἐκ προδοσίας τάδε παθεῖν, αὑτὸν διεχρήσατο· καὶ Λιβύης μὲν αὖθις ὁ Σέξστιος ἑκατέρας ἐκράτει. Βόκχον δὲ, τὸν Μαυρουσίων βασιλέα, Λεύκιος ἔπεισε πολεμεῖν Καρρίνᾳ τῷ τὴν Ἰβηρίαν ἐπιτροπεύοντι τῷ Καίσαρι. Ἀηνόβαρβός τε, ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ στρατοῦ δύο τέλεσι καὶ τοξόταις καὶ σφενδονήταις τισὶ καὶ ψιλοῖς καὶ μονομάχοις περιπλέων τὸν Ἰόνιον, ἐπόρθει τὰ τοῖς τρισὶν ἀνδράσιν ὑπήκοα· ἔς τε τὸ Βρεντέσιον ἐπιπλεύσας, τῶν Καίσαρος τριηρῶν τὰς μὲν εἷλε, τὰς δὲ ἐνέπρησε, καὶ τοὺς Βρεντεσίους ἐς τὰ τείχη κατέκλεισε, καὶ τὴν χώραν προὐνόμευεν.

XXVII. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς τὸ Βρεντέσιον στρατιωτῶν τέλος ἔπεμπε, καὶ Σαλβιδιηνὸν κατὰ σπουδὴν ἐκ τῆς ἐς Ἰβηρίαν ὁδοῦ μετεκάλει. Τούς τε στρατολογήσοντας σφίσιν ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν ὁ Καῖσαρ καὶ ὁ Λεύκιος περιέπεμπον· πεῖραί τε τούτων τῶν ξεναγῶν ἦσαν ἐς ἀλλήλους, βραχύτεραι καὶ μείζους, καὶ ἐνέδραι πολλάκις. Ἡ δὲ εὔνοια τῶν Ἰταλῶν ἐς τὸν Λεύκιον παρὰ πολὺ ἐποίει, ὡς ὑπὲρ σφῶν τοῖς κληρουχουμένοις πολεμοῦντα. Καὶ οὐχ αἱ καταγραφόμεναι τῷ στρατῷ

provinciæ omnes, quas sortitus fuerat, excepta Sardinia, bello tunc erant infestatæ, e fanis accipiebat mutuo, promittens, cum gratia se redditurum; videlicet e Romano Capitolio, ex Antio, Lanuvio, Nemore, Tibure; quibus maxime locis hodieque sunt copiosi sacrarum pecuniarum thesauri.

XXV. Interea Cæsari extra Italiam quoque tumultibus commota erant omnia. Namque Pompeius cum ex proscriptionibus Triumvirorum, tum ex exercituum in colonias deductionibus, et ex hac ipsa Lucii contentione multum et existimatione et viribus creverat. Qui enim saluti suæ metuebant, aut bonis fuerant spoliati, aut præsentem rerum statum omnino non probabant, ad ipsum accedebant maxime: simulque alia manus juvenum, militiæ lucrique cupida, nihil referre putans cujus ductu stipendia faciat, quoniam ab utraque parte Romani et duces et exercitus essent, Pompeium sequi malebant, cujus causa videbatur justior. Quin et ex maritimis prædis ditatus fuerat, navesque habebat cum supplemento permultas. Tum Murcus quoque duas ei legiones adduxerat, et quingentos sagittarios, et pecunias multas, navesque octoginta: et reliquum exercitum acciebat e Cephalenia. Quapropter sunt qui putent, si tum Pompeius invasisset Italiam, facile potiturum eæ fuisse; quæ, fame simul et intestinis dissensionibus afflicta, illum respiciebat. Sed is, per imprudentiam, sua solum defendere maluit, quam aliena invadere; donec tandem hac quoque facultate excidit.

XXVI. In Africa Sextius, legatus Antonii, nuper exercitum, ex Lucii mandato, Fangoni Cæsaris legato tradiderat: mox vero rursus eumdem exercitum recipere jussus, cum Fangone reddere nolente bellum gerebat, collecta emeritorum manu et Afrorum multitudine, regulorumque auxiliis. Et quum in utroque cornu profligatus castra quoque amisisset Fango, ratus id proditione sibi accidisse, se ipsum interemit. Ita Sextius iterum utraque Africæ provincia potitus est. Bocchus item, rex Maurorum, a Lucio persuasus, Carinati, Hispaniam pro Cæsare curanti, bellum intulit. Ahenobarbus vero, cum septuaginta navibus et duabus legionibus, adjuncta etiam sagittariorum funditorumque manu, et nonnullis velitibus ac gladiatoribus, vagando per mare Ionium, vastabat regiones agnoscentes Triumvirorum imperium: et, quum appulisset Brundusium, triremes Cæsarianas partim cepit, partim cremavit, et Brundusinorum intra mœnia compulsorum agros deprædatus est.

XXVII. Itaque Brundusium Cæsar unam legionem misit; et Salvidienum ex itinere in Hispaniam propere revocavit. Certatim vero et Cæsar et Lucius per totam Italiam, qui delectus militum haberent, circummiserunt: inter quos ipsos subinde minoribus quibusdam prœliis, atque etiam majoribus, cum aperto Marte, tum sæpius ex insidiis, pugnatum est. Italorum vero favor erga Lucium erat multo propensior; quod hic pro ipsis, contra novos colonos, bellum gerere videretur. Nec solum civitates, quarum agri

πόλεις ἔτι μόναι, ἀλλ' ἡ Ἰταλία σχεδὸν ἅπασα ἀνίστατο, φοβουμένη τὰ ὅμοια· τούς τε τῷ Καίσαρι χρωμένους ἐκ τῶν ἱερῶν χρημάτων ἐκβάλλοντες ἐκ τῶν πόλεων ἢ ἀναιροῦντες, τὰ τείχη σφῶν διὰ χειρὸς εἶχον, καὶ πρὸς τὸν Λεύκιον ἐχώρουν. Ἐχώρουν δὲ καὶ οἱ κατοικιζόμενοι τῶν στρατιωτῶν ἐς τὸν Καίσαρα· ὡς ἐς οἰκεῖον ἤδη πόλεμον ὑπὲρ σφῶν, ἑκάτεροι διαιρούμενοι.

XXVIII. Καὶ τῶνδε γιγνομένων, ὁ Καῖσαρ ὅμως ἔτι τήν τε βουλὴν καὶ τοὺς καλουμένους ἱππέας συναγαγών, ἔλεγεν ὧδε· « Καταγιγνώσκομαι μέν, εὖ οἶδα, ὑπὸ τῶν περὶ Λεύκιον, οὐκ ἀμυνόμενος αὐτούς, εἰς ἀσθένειαν ἢ ἀτολμίαν, ἃ καὶ νῦν μου καταγνώσονται διὰ τήνδε τὴν σύνοδον ὑμῶν. Ἐμοὶ δὲ ἔρρωται μὲν ὁ στρατὸς, ὅσος τέ μοι συναδικεῖται, τὴν κληρουχίαν ἀφαιρούμενος ὑπὸ Λευκίου, καὶ ὁ ἄλλος ὃν ἔχω. Ἔρρωται δὲ καὶ τὰ λοιπὰ, πλὴν τῆς γνώμης μόνης. Οὐ γὰρ ἡδύ μοι πολεμεῖν ἐμφυλίους πολέμους χωρὶς ἀνάγκης βαρείας, οὐδὲ καταχρῆσθαι τῶν πολιτῶν τοῖς ἔτι λοιποῖς κατ' ἀλλήλων· καὶ μάλιστα, τοῦδε τοῦ ἐμφυλίου οὐκ ἐκ Μακεδονίας ὑμῖν ἢ Θράκης ἀκουσθησομένου, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ Ἰταλίᾳ γενησομένου· ἣν πόσα χρὴ, χωρὶς τῶν ἀπολλυμένων ἀνδρῶν, κακοπαθῆσαι, γιγνομένην στάδιον ἡμῖν; Ἐγὼ μὲν δὴ διὰ τάδε ὀκνῶ. Καὶ νῦν ἔτι μαρτύρομαι, μηδὲν ἀδικεῖν Ἀντώνιον, μηδὲ ἀδικεῖσθαι πρὸς Ἀντωνίου. Ὑμᾶς δὲ, ἐλέγξαι τοὺς ἀμφὶ τὸν Λεύκιον τάδε δι' ὑμᾶς αὐτοὺς, καὶ συναλλάξαι μοι, παρακαλῶ. Καὶ εἰ μὴ πείθοιντο μηδὲ νῦν, ἐκείνοις μὲν αὐτίκα δείξω τὰ μέχρι νῦν εὐβουλίαν, οὐ δειλίαν, οὖσαν. Ὑμᾶς δὲ, καὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς καὶ πρὸς Ἀντώνιον, ἀξιῶ, μάρτυρας εἶναί μοι, καὶ συνίστασθαι διὰ τὴν ὑπεροψίαν Λευκίου. »

XXIX. Ταῦτ' εἶπεν ὁ Καῖσαρ. Καὶ τούτων οἱ μὲν δὴ πάλιν εἰς τὸν Πραινεστὸν ἐξέτρεχον· καὶ ὁ Λεύκιος τοσόνδε εἶπεν, ὅτι καὶ τῶν ἔργων ἤδη προειλήφασιν ἀμφότεροι, καὶ ὁ Καῖσαρ ὑποκρίνεται, τέλος ἄρτι πέμψας ἐς τὸ Βρεντέσιον, κωλύειν Ἀντώνιον ἐπανιόντα. Ὁ δὲ Μάνιος καὶ ἐπιστολὴν ἐδείκνυε τοῦ Ἀντωνίου, εἴτε πλασάμενος, εἴτε ἀληθῆ, πολεμεῖν, ἐάν τις αὐτοῦ τὴν ἀξίωσιν καθαιρῇ. Ἐρομένων δὲ τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς, εἰ καθαιροῖτό τι τῆς ἀξιώσεως Ἀντωνίου, καὶ προκαλουμένων ἐς δίκην περὶ τοῦδε, ἕτερα αὖ πολλὰ ἐσοφίζετο ὁ Μάνιος· ἕως οἱ μὲν ἀπῆλθον ἄπρακτοι· καὶ οὐ συνῆλθον ἐς τὴν ἀπόκρισιν τῷ Καίσαρι, εἴτε καθ' ἑαυτὸν ἀπαγγείλας ἕκαστος, εἴτε δι' ἑτέραν γνώμην, εἴτε ὑπὸ αἰδοῦς. Ὁ δὲ πόλεμος ἀνέῳκτο, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπ' αὐτὸν ἐξῄει, φύλακα τῆς Ῥώμης Λέπιδον σὺν δύο τέλεσι καταλιπών. Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἐπιφανῶν τότε μάλιστα ἐπεδείκνυον, οὐκ ἀρέσκεσθαι τῇ τῶν τριῶν ἀρχῇ· ἐς γὰρ τὸν Λεύκιον ἐχώρουν.

XXX. Καὶ ἦν τὰ κεφάλαια τοῦ πολέμου τοιάδε. Λευκίου μὲν δὴ δύο τέλη περὶ Ἄλβην ἐστασίασε, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐκβαλόντα, ἐς ἀπόστασιν ἐχώρει. Ἐπειγομένων δὲ ἐς αὐτὰ Καίσαρός τε καὶ Λευκίου, φθάσας τὸν Καίσαρα ὁ Λεύκιος, ἀνεσώσατο αὐτὰ χρήμασί τε

militibus divisi fuerant, sed Italia ferme universa commota erat, dum quisque sibi similem calamitatem timebat: ejectisque aut occisis qui pro Cæsare sacram ex templis pecuniam mutuabantur, servabant sua mœnia, et ad Lucium accedebant. E diverso novi coloni adjungebant se Cæsari. Adeo utrique in diversas partes, velut ad bellum quisque pro sua re susceptum, discindebantur.

XXVIII. Quæ dum fiunt, interim tamen etiam tum Cæsar, convocato senatu et equestri ordine, hujusmodi ad eos verba fecit: « Scio me a Lucii factione, eo quod vim eorum non repello, contemni, ut parum fortem aut viribus meis parum confidentem, et eum contemtum auctum nunc iri propter hunc ipsum vestrum conventum. Ego vero exercitum validum habeo, tum eum qui una mecum injuste læditur, cui debita victoriæ præmia a Lucio eripiuntur, tum eum qui alias meis auspiciis militat: nec minus valida sunt cætera, nisi quod ipsum bellandi consilium nondum satis mihi firmum sit. Non enim delector bellis civilibus, præter urgentem necessitatem susceptis: nec abutendum censeo his qui supersunt civibus in mutuam perniciem; præsertim quum hujus civilis belli facinora non e Macedonia nobis aut e Thracia nuncianda, sed in ipsa Italia spectanda forent; quæ si hujus belli campus fuerit, quantas calamitates, præter hominum etiam jacturam quos ferrum absumet, patiatur necesse est? Hoc est, cur me priorem incipere pigeat. Et nunc quoque protestor, me nec de Antonio queri, nec facere quidquam cur ille de me queri debeat. Sed vos hortor, ut vestra etiam causa coarguatis Lucium cum suis instigatoribus, eosque mecum in gratiam reducatis. Qui si nunc quoque perstabunt in sua pervicacia, protinus illis ostendam, me hactenus non timore cunctatum esse, sed consilio. A vobis autem postulo, ut non solum apud vosmet ipsos, sed etiam apud Antonium, testes mihi sitis: et meæ causæ faveatis, propter insolentiam Lucii. »

XXIX. Hæc Cæsar. Illi rursus propere legatos Præneste mittunt: quibus Lucius hoc tantum respondit: « sero nunc hæc jactari; utrimque rem ad manus jam venisse: Cæsarem vero ficte agere omnia, qui nuperrime Brundusium legionem miserit, quæ Antonium prohibeat reditu in Italiam. » Manius vero etiam epistolam ostendebat Antonii (veram, an fictam, incertum), quæ jubebat vel armis tueri dignitatem ipsius, si quis eam convelleret? Legatis autem senatus porro quærentibus, ecquis dignitatem Antonii convelleret? et ad judices ea de re provocantibus, Manius rursus multa comminiscebatur, donec abierunt rebus infectis. Neque vero dein ad Cæsarem se contulerunt lega ti, ut responsum ad eum perferrent: sive quod privatim singuli rem ei renunciarent, sive alio consilio, sive ob pudorem. Jamque manifestum bellum erat: et Cæsar in expeditionem profectus est, præside Romæ Lepido cum duabus legionibus relicto. Quo tempore præsertim magnus nobilium numerus, ad Lucium se conferentes, declaraverunt, sibi non placere Triumvirorum potestatem.

XXX. Id bellum, ut summa rerum momenta exponam, sic gestum est. Duæ Lucii legiones, apud Albam exorta seditione, tribunis expulsis, ad defectionem spectabant: ad quas quum et Cæsar properaret et Lucius, prior hic eo pervenit, et multis largitionibus pollicitationibusque reti-

πολλοῖς καὶ ὑποσχέσεσι μεγάλαις. Φουρνίου δ' ἄλλον στρατὸν ἄγοντος τῷ Λευκίῳ, ὁ Καῖσαρ ἐξήπτετο τῆς οὐραγίας· ἐς δὲ λόφον ἀναδραμόντι τῷ Φουρνίῳ, καὶ νυκτὸς ἐς ὁμογνώμονα πόλιν ἐπειγομένῳ Σεντίαν, νυκτὸς μὲν οὐχ ἕσπετο ὁ Καῖσαρ, ἐνέδρας ὑποπτεύων· ἡμέρας δὲ, τήν τε Σεντίαν ὁμοῦ καὶ τὸ τοῦ Φουρνίου στρατόπεδον ἐπολιόρκει. Λεύκιος δὲ, ἐς Ῥώμην ἐπειγόμενος, τρεῖς μὲν τάξεις προὔπεμψεν, αἳ νυκτὸς ἔλαθον ἐς τὴν πόλιν ἐσδραμοῦσαι· αὐτὸς δὲ σὺν πολλῷ στρατῷ καὶ ἱππεῦσι καὶ μονομάχοις εἵπετο. Καὶ αὐτὸν Νωνίου τοῦ φύλακος τῶν πυλῶν δεξαμένου τε, καὶ τὸν ὑφ' αὑτῷ στρατὸν ἐγχειρίσαντος, ὁ μὲν Λέπιδος ἐς Καίσαρα ἔφευγεν, ὁ δὲ Λεύκιος Ῥωμαίοις ἐδημηγόρει· Καίσαρα μὲν καὶ Λέπιδον αὐτίκα δώσειν δίκην ἀρχῆς βιαίου, τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτὴν ἑκόντα ἀποθήσεσθαι, καὶ ὑπατείαν ἀλλάξεσθαι, νομιμωτέραν ἀρχὴν παρανόμου, καὶ πάτριον ἀντὶ τῆς τυραννικῆς.

XXXI. Καὶ ὁ μὲν τάδε εἰπὼν, ἡδομένων ἁπάντων, καὶ ἡγουμένων ἤδη λελύσθαι τὴν τῶν τριῶν ἀρχὴν, αὐτοκράτωρ ὑπὸ τοῦ δήμου προσαγορευθεὶς, ἐπὶ τὸν Καίσαρα ἐχώρει, καὶ στρατὸν ἤθροιζεν ἄλλον ἐκ τῶν ἀποικίδων Ἀντωνίου πόλεων, καὶ αὐτὰς ἐκρατύνατο. Αἱ δὲ δι' εὐνοίας μὲν ἦσαν Ἀντωνίῳ· Βαρϐάτιος δὲ, ὁ Ἀντωνίου ταμίας, Ἀντωνίῳ τι προσκρούσας, καὶ διὰ ταῦτ' ἐπανιὼν, ἔλεγε πυνθανομένοις, τὸν Ἀντώνιον χαλεπαίνειν τοῖς πολεμοῦσι τῷ Καίσαρι κατὰ τῆς κοινῆς σφῶν δυναστείας. Καὶ οἱ μὲν, ὅσοι μὴ τῆς ἐξαπάτης ἤσθοντο τῆς Βαρϐατίου, ἐς τὸν Καίσαρα ἀπὸ τοῦ Λευκίου μετετίθεντο. Ὁ δὲ Λεύκιος ὑπήντα Σαλϐιδιηνῷ, μετὰ στρατοῦ πολλοῦ πρὸς Καίσαρα ἐκ Κελτῶν ἐπανιόντι· καὶ εἵποντο τῷ Σαλϐιδιηνῷ Ἀσίνιός τε καὶ Οὐεντίδιος, Ἀντωνίου στρατηγοὶ καὶ οἵδε, κωλύοντες αὐτὸν ἐς τὸ πρόσθεν ἰέναι. Ἀγρίππας δὲ, φίλτατος Καίσαρι, δείσας περὶ τῷ Σαλϐιδιηνῷ μὴ κυκλωθείη, Σούτριον κατέλαϐε, χωρίον τι χρήσιμον τῷ Λευκίῳ· νομίσας, τὸν Λεύκιον ἀπὸ τοῦ Σαλϐιδιηνοῦ περισπάσειν ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ οἷ τὸν Σαλϐιδιηνὸν βοηθήσειν, κατόπιν τοῦ Λευκίου γενόμενον. Καὶ τάδε μὲν, ὡς προσεδόκησεν ὁ Ἀγρίππας, ἐγίγνετο ἅπαντα. Ὁ δὲ Λεύκιος, ἀποτυχὼν ὧν ἐπενόει, πρὸς Ἀσίνιον καὶ Οὐεντίδιον ᾔει, ἐνοχλούντων αὐτὸν ἑκατέρωθεν Σαλϐιδιηνοῦ τε καὶ Ἀγρίππου, καὶ φυλασσόντων ὅτε μάλιστα περιλάϐοιεν ἐν τοῖς στενοῖς.

XXXII. Ἐκφανείσης δὲ παρ' αὐτὰ τῆς ἐπιϐουλῆς, ὁ Λεύκιος οὐ θαῤῥῶν ἀμφοτέροις ἑκατέρωθεν οὖσιν ἐς χεῖρας ἰέναι, ἐς Περυσίαν παρῆλθεν, ὀχυρὰν πόλιν, καὶ παρ' αὐτὴν ἐστρατοπέδευσε, τοὺς περὶ τὸν Οὐεντίδιον περιμένων. Ὁμοῦ δ' αὐτόν τε καὶ τὴν Περυσίαν ὁ Ἀγρίππας καὶ ὁ Σαλϐιδιηνὸς, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπελθὼν, τρισὶ στρατοπέδοις ἐκυκλώσαντο· καὶ τὸν ἄλλον στρατὸν ὁ Καῖσαρ ἐκάλει πανταχόθεν κατὰ σπουδὴν, ὡς ἐπὶ τοῦτο δὴ κεφάλαιον τοῦ πολέμου, ἐν ᾧ Λεύκιον εἶχε περιειλημμένον. Προὔπεμπε δὲ καὶ ἑτέρους, ἐμποδὼν εἶναι τοῖς ἀμφὶ τὸν Οὐεντίδιον ἐπιοῦσιν. Οἱ

nuit eas in officio. Furnio deinde adducente illi alium exercitum, Cæsar postremum agmen invasit, et Furnium in tumulum quemdam compulit. Proxima nocte abeuntem in oppidum suæ factionis Sentiam, persequi noluit, metuens insidias; sed postero die oppidum obsedit et exercitum. At Lucius, Romam properans, tribus præmissis cohortibus, quæ clam noctu Urbem sunt ingressæ, ipse cum numeroso exercitu et equitatu gladiatoribusque subsecutus est : exceptusque a Nonio portæ custode, milites ejusdem in fidem recepit. Lepidus evasit ad Cæsarem. Lucius, advocato in concionem populo, spem fecit « fore ut mox Cæsar et Lepidus pœnas dent eorum quæ in magistratu violenter egissent; frater vero ipsius sponte deponat potestatem illegitimam, consulatum pro ea recepturus, legitimum magistratum et a majoribus traditum, pro dominatione tyrannica. »

XXXI. Hæc locutus Lucius, omnibus lætis, et Triumviratum jam antiquatum existimantibus, Imperator a populo consalutatus, profectus est contra Cæsarem, et alium exercitum ex Antonianis colonis collegit, oppidaque eorum communivit. Erantque coloniæ illæ bene erga Antonium affectæ : sed quum per id tempus Barbatius, Antonii quæstor, ab offenso nescio qua causa imperatore dimissus, sciscitantibus colonis respondisset « irasci Antonium eis, qui contra Cæsarem atque adeo contra communem ipsorum potentiam arma ferrent; » factum est, ut, quotquot dolum Barbatii non senserunt, a Lucio deficerent ad Cæsarem. Lucius vero Salvidieno profectus est obviam, cum magnis copiis revertenti ad Cæsarem ex Gallia : et Salvidienum a tergo sequebantur Asinius et Ventidius, Antoniani duces, vetantes ne ulterius procederet. Tum Agrippa, Cæsari amicissimus, veritus, ne Salvidienus circumveniretur, Sutrium occupavit, oppidum opportunum Lucio; sperans fore, ut Lucius a Salvidieno in se averteretur; quo facto Salvidienus, qui a tergo erat Lucii, copiis suis sibi posset subvenire. Et sicut speraverat Agrippa, sic res cecidit. Tum Lucius, cœpto frustratus, cum Asinio et Ventidio se conjungere constituit; utrinque semper eum infestantibus Salvidieno et Agrippa; et tempus maxime, quo in angustiis eum circumvenire possent, observantibus.

XXXII. Lucius, ubi insidias sibi parari cognovit, non ausus cum utrinque imminente hoste manus conserere, ad Perusiam deflexit, urbem munitam; ibique castra metatus est, Ventidium Asiniumque exspectaturus. Moxque Agrippa et Salvidienus, ipseque Cæsar, ad illos accedens, et Lucium et Perusiam tribus simul exercitibus obsederunt. Ac ceteras quoque copias Cæsar ad eamdem urbem, tanquam ad sedem belli, in qua clausum Lucium teneret, undique convocavit : et alios misit, qui adventantibus Ventidio Asinioque se opponerent. Quanquam illi ne per se quidem ad

δὲ καὶ αὐτοὶ διὰ σφῶν ὤκνουν ἐπείγεσθαι, τόν τε πόλεμον ἀποδοκιμάζοντες ὅλως, καὶ τὴν Ἀντωνίου γνώμην οὐκ ἐπιστάμενοι, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τῆς στρατιᾶς οὐ παριέντες ἀλλήλοις κατὰ ἀξίωσιν οὐδέτερος. Ὁ δὲ Λεύκιος οὔτ᾽ ἐς μάχην ᾔει τοῖς περικαθημένοις, ἀμείνοσι καὶ πλέοσιν οὖσι καὶ γεγυμνασμένοις, νεοστράτευτον ἔχων τὸ πλέον, οὔτε ἐς ὁδοιπορίαν, ἐνοχλησόντων αὐτὸν ὁμοῦ τοσῶνδε. Μάνιον δὲ ἐς τὸν Οὐεντίδιον καὶ Ἀσίνιον ἔπεμπεν, ἐπείγειν αὐτοὺς βοηθεῖν πολιορκουμένῳ Λευκίῳ· καὶ Τισιηνὸν μετὰ τετρακισχιλίων ἱππέων, λεηλατεῖν τὰ Καίσαρος, ἵνα ἀνασταίη. Αὐτὸς δὲ παρῆλθεν ἐς τὴν Περυσίαν, ὡς ἐν ὀχυρᾷ πόλει χειμάσων, εἰ δέοι, μέχρι τοὺς περὶ τὸν Οὐεντίδιον ἀφικέσθαι.

XXXIII. Καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτίκα μετὰ σπουδῆς ἅπαντι τῷ στρατῷ τὴν Περυσίαν ἀπετείχιζε χάρακι καὶ τάφρῳ, πεντήκοντα καὶ ἓξ σταδίους περιιὼν, διὰ τὸ τῆς πόλεως λοφῶδες, καὶ σκέλη μακρὰ ἐπὶ τὸν Τίβεριν ἐκτείνων, ἵνα τι ἐς τὴν Περυσίαν μὴ ἐσφέροιτο. Ἀντεπονεῖτό γε μὴν καὶ ὁ Λεύκιος, ἑτέροις ὁμοίοις χαρακώμασι καὶ τάφροις τὴν πέζαν ὀχυρούμενος τοῦ λόφου. Καὶ Φουλβία Οὐεντίδιον καὶ Ἀσίνιον καὶ Ἀτήϊον καὶ Καληνὸν ἐκ τῆς Κελτικῆς ἤπειγε βοηθεῖν Λευκίῳ· καὶ στρατὸν ἄλλον ἀγείρασα, Πλάγκον ἔπεμπεν ἄγειν Λευκίῳ. Πλάγκος μὲν δὴ τέλος τοῦ Καίσαρος, ἐς Ῥώμην ὁδεῦον, διέφθειρεν. Ἀσινίου δὲ καὶ Οὐεντιδίου, σὺν μὲν ὄκνῳ καὶ διχονοίᾳ τῆς Ἀντωνίου γνώμης, διὰ δὲ Φουλβίαν ὅμως καὶ διὰ Μάνιον, ἐς τὸν Λεύκιον ἰόντων, καὶ τοὺς ἀποκλείοντας βιαζομένων, ὁ Καῖσαρ ὑπήντα σὺν Ἀγρίππᾳ, φυλακὴν τῆς Περυσίας καταλιπών. Οἱ δὲ, οὐδέ πω συμβαλόντες ἀλλήλοις, οὔτε σὺν προθυμίᾳ χωροῦντες, ὁ μὲν αὐτῶν ἐς Ῥάβενναν, ὁ δ᾽ ἐς Ἀρίμινον, ὁ δὲ Πλάγκος ἐς Σπωλήτιον συνέφυγον. Καὶ ὁ Καῖσαρ αὐτῶν ἑκάστῳ στρατὸν ἐπιστήσας, ἵνα μὴ πρὸς ἀλλήλους συνέλθοιεν, ἐς τὴν Περυσίαν ἐπανῆλθε· καὶ μετὰ σπουδῆς τὰς τάφρους προσεσταύρου, καὶ ἐδιπλασίαζε τὸ βάθος καὶ πλάτος, ὡς τριάκοντα πόδας ἀμφότερα εἶναι· τό τε περιτείχισμα ὕψου, καὶ πύργους ἐπ᾽ αὐτοῦ ξυλίνους δι᾽ ἑξήκοντα ποδῶν ἵστη χιλίους καὶ πεντακοσίους· καὶ ἐπάλξεις τε ἦσαν αὐτῷ πυκναὶ, καὶ ἡ ἄλλη παρασκευὴ πᾶσα διμέτωπος, ἔς τε τοὺς πολιορκουμένους, καὶ εἴ τις ἔξωθεν ἐπίοι. Ἐγίγνετο δὲ ταῦτα σὺν πείραις πολλαῖς καὶ μάχαις, ἀκοντίσαι μὲν ἀμεινόνων ὄντων τῶν Καίσαρος, συμπλέκεσθαι δὲ τῶν Λευκίου μονομάχων· καὶ πολλοὺς ἔκτεινον συμπλεκόμενοι.

XXXIV. Ὡς δὲ ἐξείργαστο πάντα τῷ Καίσαρι, λιμὸς ἥπτετο τοῦ Λευκίου, καὶ τὸ κακὸν ἤκμαζεν ἀγρίως, ἅτε μηδὲν αὐτοῦ μηδὲ τῆς πόλεως προπαρεσκευασμένης. Ὧν ὁ Καῖσαρ αἰσθανόμενος, ἀκριβεστέρας τὰς φυλακὰς ἐποίει. Νουμηνίας δὲ ἔτους ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν οὔσης, φυλάξας ὁ Λεύκιος τὴν ἑορτὴν, ὡς ἀμελείας τοῖς πολεμίοις αἰτίαν, ἐξέθορε νυκτὸς ἐπὶ τὰς πύλας αὐτῶν, ὡς διεκπαίσων αὐτοὺς, καὶ στρατιὰν ἐπαξόμε-

modum properabant; quod nec bellum id probarent, et incerti essent de mente Antonii : quo accedebat inter ipsos duces æmulatio, dignitate pares, ut neuter alteri cedere imperio totius exercitus vellet. Lucius interim, obsessus, nec prælio se committebat, impar hosti non numero solum, sed et genere militum; frustraque tirones, cujus generis major pars erat suorum, objecturus veteranis : neque vero iter ingredi audebat, a tam multis undique infestatus. Quapropter Manium misit ad Ventidium et Asinium, qui urgeret eos ad subveniendum obsessis : simulque Tisienum jussit cum quatuor equitum millibus e Cæsarianorum agris prædas agere, ut Cæsar ab obsidione abstraheretur. Ipse vero intra Perusiæ mœnia se recepit; ut, si opus esset, in urbe munita hiemaret, donec Ventidius cum Asinio advenisset.

XXXIII. At Cæsar, universis copiis propere opus facere jussis, Perusiam fossa atque aggere, circuitu VII millium passuum, propter tumulum in quo urbs sita est, cinxit; brachiaque longa ad Tiberim usque duxit, ne quid in urbem importaretur. E diverso Lucius simili vallo fossaque radices tumuli muniebat. Et Fulvia quoque Ventidium Asiniumque, tum Ateium et Calenum hortata est, e Gallia properarent in auxilium obsessi; simulque alium exercitum, recens nunc collectum, Planci ductu misit ad Lucium. Plancusque legionem Cæsarianam, quæ Romam petebat, concidit in itinere. Quum autem Asinius Ventidiusque, segniter quidem, ut incerti voluntatis Antonii, irent tamen ad Lucium propter Fulviam et Manium, et vi erumpere per eos, qui ad aditum illis præcludendum missi erant, conarentur; tum Cæsar cum Agrippa, relicta Perusina obsidione, obviam eis profectus est. At illi, quum nondum ne copias quidem suas conjunxissent, ac cæteroquin non nimis promta voluntate essent progressi, contulerunt se alter Ravennam, alter Ariminum; Plancus vero Spoletium se recepit. Cæsar, opposita cuique parte sui exercitus, ne inter se conjungerentur, Perusiam rediit : ibique celeriter fossas vallo præmunivit, earumque cum altitudinem tum latitudinem duplicavit, ut utraque pedum esset triginta; tum murum circumcirca altiorem fecit, et turres in eo ligneas MD, spatio LX pedum inter se distantes, erexit, densisque propugnaculis murum instruxit, denique omnes munitiones ancipites effecit, tam contra obsessos, quam contra impetus qui extrinsecus fieri possent. Interim non semel eruptiones a Lucio tentatæ sunt, pugnæque commissæ; in quibus Cæsariani melius missilibus rem agebant, quum ex adverso gladiatores Lucii audacius consererent manus, multosque cominus trucidarent.

XXXIV. Postquam vero perfectum est opus a Cæsare, fame premebatur Lucius; atque eo ferocius ingruebat malum, quod nec oppidani, nec ipse, ullos commeatus præparaverant. Quod intelligens Cæsar, diligentiores adhibuit custodias. Nocte autem, quæ præcessit Calendas Januarias, Lucius, ratus id solenne allaturum hostibus negligentiam, in ipsam portam eorum fecit impetum; sperans, se per hostium munimenta erumpere, et alias copias, quas multas

νος ἑτέραν· πολλὴ γὰρ ἦν αὐτῷ πολλαχοῦ. Ταχὺ δὲ τοῦ πλησίον ἐφεδρεύοντος τέλους καὶ τοῦ Καίσαρος αὐτοῦ σὺν ταῖς στρατηγίσι σπείραις ἐπιδραμόντων, ὁ Λεύκιος μάλα προθύμως ἀγωνιζόμενος ἀνεώσθη. Τῶν δ' αὐτῶν ἡμερῶν ἐν Ῥώμῃ, τοῦ σίτου τοῖς στρατευομένοις φυλασσομένου, τὸ πλῆθος τῷ πολέμῳ καὶ τῇ νίκῃ φανερῶς ἐπηρῶντο, καὶ ἐς τὰς οἰκίας ἐστρέχοντες ἐπὶ ἐρευνῃ σίτου, ὅσα εὕροιεν ἥρπαζον.

XXXV. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Οὐεντίδιον, αἰδούμενοι λιμῷ κάμνοντα Λεύκιον περιορᾶν, ἐχώρουν ἐς αὐτὸν ἅπαντες, βιαζόμενοι τοὺς Καίσαρος, πανταχόθεν αὐτοὺς περικειμένους καὶ ἐνοχλοῦντας. Ὑπαντώντων δ' αὐτοῖς Ἀγρίππου τε καὶ Σαλβιδιηνοῦ μετὰ δυνάμεως ἔτι πλείονος, ἔδεισαν μὴ κυκλωθεῖεν, καὶ ἐς Φουλκίνιόν τι χωρίον ἐξέκλιναν, ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους τῆς Περυσίας διεστηκός· ἔνθα αὐτοὺς τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀγρίππαν περικαθημένων, πυρὰ πολλὰ ἤγειραν, σύμβολα τῷ Λευκίῳ. Καὶ γνώμην ἐποιοῦντο Οὐεντίδιος μὲν καὶ Ἀσίνιος, βαδίζειν καὶ ὡς μαχούμενοι· Πλάγκος δὲ, ἔσεσθαι μέσους Καίσαρός τε καὶ Ἀγρίππου, χρῆναι δ' ἔτι καραδοκεῖν τὰ γιγνόμενα· καὶ ἐκράτει λέγων ὁ Πλάγκος. Οἱ δ' ἐν τῇ Περυσίᾳ, τὰ μὲν πυρὰ ἰδόντες, ἥδοντο· τῶν δ' ἀνδρῶν βραδυνόντων, εἴκασαν καὶ τούσδε ἐνοχλεῖσθαι, καὶ παυσαμένου τοῦ πυρὸς διεφθάρθαι. Ὁ δὲ Λεύκιος, τοῦ λιμοῦ πιέζοντος, ἐνυκτομάχησεν αὖθις ἐκ πρώτης φυλακῆς ἐς ἕω, περὶ ἅπαν τὸ περιτείχισμα· καὶ οὐ δυνηθεὶς, ἀνέθορεν αὖθις ἐς τὴν Περυσίαν, καὶ τὰς ὑπολοίπους συλλογισάμενος τροφὰς, ἀπεῖπε δίδοσθαι τοῖς θεράπουσι, καὶ ἐφύλασσεν αὐτοὺς, μηδ' ἐκφυγεῖν, ἵνα μὴ γνωριμώτερον γένοιτο τοῖς πολεμίοις τὸ δεινόν. Ἠλῶντο οὖν οἱ θεράποντες κατὰ πλῆθος, καὶ κατέπιπτον ἔν τε αὐτῇ τῇ πόλει καὶ μέχρι τοῦ σφετέρου διατειχίσματος, πόαν εἴ τινα εὕροιεν, ἢ φυλλάδα χλωρὰν, νεμόμενοι. Καὶ τοὺς ἀποψύχοντας ὁ Λεύκιος ἐς τάφρους ἐπιμήκεις κατώρυσσεν· ἵνα μήτε καιομένων, ἐπίδηλον τοῖς ἐχθροῖς γένοιτο, μήτε σηπομένων, ἀτμὸς καὶ νόσος.

XXXVI. Ἐπεὶ δὲ οὔτε τοῦ λιμοῦ τι τέλος ἦν οὔτε τῶν θανάτων, ἀχθόμενοι τοῖς γιγνομένοις οἱ ὁπλῖται, παρεκάλουν τὸν Λεύκιον αὖθις ἀποπειράσαι τῶν τειχῶν, ὡς διακόψοντες αὐτὰ πάντως. Ὁ δὲ, τὴν ὁρμὴν ἀποδεξάμενος, Οὐκ ἀξίως, ἔφη, πρῴην τῆς παρούσης ἀνάγκης ἠγωνισάμεθα· καὶ νῦν ἢ παραδιδόναι σφᾶς, ἢ, τοῦτο χεῖρον ἡγουμένους θανάτου, μάχεσθαι μέχρι θανάτου. Δεξαμένων δὲ προθύμως ἁπάντων, καὶ, ἵνα μή τις ὡς ἐν νυκτὶ πρόφασις γένοιτο, κατὰ φῶς ἄγειν σφᾶς κελευόντων, ὁ Λεύκιος ἦγε πρὸ ἡμέρας· σίδηρόν τε τειχομάχον εἶχον πολὺν, καὶ κλίμακας ἐς εἴδη πάντα διεσκευασμένας. Ἐφέρετο δὲ καὶ τάφρων ἐγχωστήρια ὄργανα, καὶ πύργοι πτυκτοὶ σανίδας ἐς τὰ τείχη μεθιέντες, καὶ βέλη παντοῖα, καὶ λίθοι, καὶ γέρρα τοῖς σκόλοψιν ἐπιρρίπτεσθαι. Προσπεσόντες δὲ μεθ' ὁρμῆς βιαίου, τὴν τάφρον ἐνέχωσαν, καὶ τοὺς σταυροὺς ὑπερέβησαν· καὶ τοῖς τείχεσι προσελθόντες, οἱ μὲν ὑπώρυσ-

multis locis habebat, adducere posse. Sed celeriter excita legione e proximis excubiis, et Cæsare ipso cum prætorianis cohortibus succurrente, Lucius post acre certamen repulsus est. Per eosdem dies Romæ, quum frumentum omne asservaretur in usum militum, plebs, palam imprecationes jactans contra bellum et contra nuperam victoriam, discurrit per privatas ædes, frumentum quærens; et quidquid invenit, diripuit.

XXXV. Jam vero Ventidius reliquique earum partium duces, ignominiosum rati, non subvenire laboranti fame Lucio, omnes ad eum proficisci instituerunt, rejectis Cæsarianis, qui undique eos obsederant presserantque. Sed, Agrippa Salvidienoque adventantibus cum majoribus copiis, veriti ne circumvenirentur, deflexerunt Fulginium, oppidum XX M. P. a Perusia distans. Ubi ab Agrippa obsessi, nocturnis ignibus multis accensis signum dabant Lucio. Ibi dum inter se deliberant, Ventidio Pollionique placuit, ut vel sic proficiscerentur, prælioque decernerent: sed Plancus amplius exspectandum censebat, ne ingererent se periculose medios inter Agrippam et Cæsarem: quæ sententia visa est potior. Qui Perusiæ obsidebantur, ad primum conspectum ignium gavisi, tardantibus sociis, conjectabant premi eos ab hostibus: ubi vero cessarunt ignes, deletos socios putabant. Lucius autem, fame pressus, rursus alia nocte a prima vigilia usque diluculum eruptionem tentavit locis omnibus: sed et tunc, irrito conatu, in urbem rejectus est. Jamque, subducta ratione quantum cibariorum esset reliquum, servis porro præberi victum vetuit: ipsos autem custodivit, ne transfugiendo magis patefacerent hostibus mali gravitatem. Errabant igitur agminatim servi, passim humum sese projicientes vel in urbe vel in pomœriis, et herbam, sicubi invenirent, depascentes aut frondes virides. Exanimes autem Lucius in altis foveis defodiebat, ne rogos hostis animadverteret, neve ex cadaverum exhalatione pestis gigneretur.

XXXVI. Quum vero nec famis finis appareret, nec funerum, milites pertæsi orabant Lucium, ut rursus tentaret erumpere, quasi munimenta hostium omnino nunc perfracturi. Ille, comprobato eorum ardore: « Nuper, inquit, non tam strenue, quam necessitas postulabat, certavimus: nunc aut deditio facienda, aut, si hæc morte videtur deterior, usque ad mortem pugnandum est. » Accipientibus promte conditionem omnibus, et ne nox ullam præberet occasionem ignaviæ, clara luce signum sibi dari postulantibus; Lucius duxit eos sub diluculum, instructos affatim ferramentis, et scalis variarum formarum, machinisque quibus fossæ complentur aggere, et turribus plicatilibus, ex quibus pontes jaciuntur in mœnia: ad hæc telorum omne genus accedebat, lapidesque, et crates quas palis injicerent. Itaque connixi totis viribus, repleta fossa, vallum transcenderunt: subeuntesque murum, alii

σον, οἱ δὲ τὰς κλίμακας ἐπῆγον, οἱ δὲ τοὺς πύργους ἐνεχείρουν τε ὁμοῦ, καὶ ἠμύνοντο λίθοις καὶ τοξεύμασι καὶ μολιβδαίναις, σὺν πολλῇ θανάτου καταφρονήσει. Καὶ τάδε ἐγίγνετο κατὰ μέρη πολλά· ἐπειδὴ δέ τινας * ἐς πολλὰ διαιρουμένοις τοῖς πολεμίοις ἀσθενέστερα πάντα ἦν.

XXXVII. Ἐκταθεισῶν δέ που τῶν σανίδων ἐς τὸ τεῖχος, βία τότε μάλιστα ἐπικίνδυνος ἦν τῶν Λευκιανῶν ἐπὶ ταῖς σανίσι μαχομένων, καὶ βέλη πλάγια πάντοθεν ἦν ἐς αὐτοὺς καὶ ἀκόντια. Ἐβιάσαντο δὲ ὅμως, καὶ ἐς τὸ τεῖχος ἐξήλαντο ὀλίγοι, καὶ αὐτοῖς εἵποντο ἕτεροι· καὶ τάχα ἄν τι ἐξείργαστο αὐτοῖς μετὰ ἀπονοίας, εἰ μὴ, γνωσθέντος οὐ πολλὰ εἶναι τὰ τοιαῦτα μηχανήματα, οἱ ἄριστοι τῶν Καίσαρος ἐφεδρειῶν ἀκμῆτες ἐπήγοντο κεκμηκόσι. Τότε γὰρ δὴ τῶν τειχῶν αὐτοὺς κατήρειψαν, καὶ τὰ μηχανήματα συνέτριψαν, καὶ ἔβαλλον ἄνωθεν ἤδη σὺν καταφρονήσει. Τοῖς δὲ τὰ μὲν ὅπλα καὶ τὰ σώματα ὅλα συνεκέκοπτο, καὶ βοὴ σφᾶς ἐπελελοίπει· παρέμενον δ' ὅμως τῇ προθυμίᾳ. Ὡς δὲ καὶ τὰ νεκρὰ τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους ἀνῃρημένων ἐσκυλευμένα κάτω διεῤῥιπτεῖτο, τὴν ὕβριν οὐκ ἔφερον, ἀλλὰ ἀνετρέποντο ὑπὸ τῆς ὄψεως, καὶ μικρὸν ἔστησαν ἀποροῦντες, ὥσπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οἱ διαναπαυόμενοι. Ὧδε δὲ αὐτοὺς ἔχοντας ἐλεῶν ὁ Λεύκιος ἐκάλει τῇ σάλπιγγι ἀναχωρεῖν. Ἡσθέντων δὲ τῶν Καίσαρος ἐπὶ τῷδε, καὶ τὰ ὅπλα παταγησάντων οἷον ἐπὶ νίκῃ, ἐρεθισθέντες οἱ τοῦ Λευκίου, τὰς κλίμακας αὖθις ἁρπάσαντες (οὐ γὰρ ἔτι πύργους εἶχον) ἔφερον ἐς τὰ τείχη μετὰ ἀπονοίας, οὐδὲν ἔτι βλάπτοντες· οὐ γὰρ ἐδύναντο. Περιθέων δ' αὐτοὺς ὁ Λεύκιος, ἐδεῖτο μὴ ψυχομαχεῖν ἔτι, καὶ οἰμώζοντας ἀπῆγεν ἄκοντας.

XXXVIII. Τὸ μὲν δὴ τέλος τῆσδε τῆς τειχομαχίας, ἐκθυμοτάτης γενομένης, ἐς τοῦτο ἐτελεύτα. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἵνα μὴ αὖθις ἐπιτολμήσειαν οἱ πολέμιοι τοῖς τείχεσι, τὴν στρατιὰν, ὅση μὴ τοῖς γιγνομένοις ἐφήδρευε, παρ' αὐτὸ τὸ τεῖχος ἵδρυσε, καὶ ἐδίδαξεν ἀναπηδᾷν ἐς τὸ τεῖχος ἄλλους ἀλλαχοῦ κατὰ σύνθημα σάλπιγγος. Συνεχῶς τε ἀνεπήδων, οὐδενὸς ἐπείγοντος· ἵνα διδαχή τε σφίσι, καὶ φόβος εἴη τοῖς πολεμίοις. Ἀθυμία δὲ ἐπεῖχε τοὺς τοῦ Λευκίου· καὶ, ὅπερ ἐν τοῖς τοιούτοις εἴωθε γίγνεσθαι, τῆς φυλακῆς οἱ φύλακες ἠμέλουν· ἐκ δὲ τῆς ἀμελείας αὐτομολίαι πολλῶν ἐγίγνοντο, καὶ οὐχ οἱ ἀφανέστεροι τοῦτο μόνοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡγεμονικῶν τινες, ἔδρων. Ἐνεδίδου τε ὁ Λεύκιος ἤδη πρὸς διαλύσεις, ἐλέῳ τοσοῦδε πλήθους ἀπολλυμένου. Ἐχθρῶν δέ τινων Καίσαρος περὶ σφῶν δεδιότων, ἔτι ἐπεῖχεν. Ὡς δὲ ὁ Καῖσαρ ὤφθη τοὺς αὐτομόλους φιλανθρώπως ἐκδεχόμενος, καὶ πλείων ὁρμὴ πᾶσιν ἐς τὰς διαλύσεις ἐγίγνετο, δέος ἥπτετο τοῦ Λευκίου μὴ ἀντιλέγων ἐκδοθείη.

XXXIX. Γενομένης οὖν τινος ἐς τοῦτο πείρας καὶ ἐλπίδος οὐκ ἀηδοῦς, τὸν στρατὸν συναγαγὼν, ἔλεξεν ὧδε· « Γνώμη μὲν ἦν μοι, τὴν πάτριον ὑμῖν ἀποδοῦναι

eum suffodiebant, scalas alii applicabant, alii turres admovebant : simulque operi erant intenti, simul dimicabant saxis, sagittis, glandibus, cum multo mortis contemtu : eaque omnia multis simul locis agebantur. Ita hostes in diversa distracti resistebant segnius.

XXXVII. Postquam vero alicubi jam pontes injecti sunt in mœnia, tum maxime summa et ferocia et summo periculo ex ipsis pontibus pugnabant Luciani, a lateribus undique telorum omni genere petiti. At perruperunt tamen, et in mœnia prosilierunt nonnulli, quos mox plures sunt secuti. Et fortassis, ut desperati, effecissent aliquid, ni, cognito non multas esse tales machinas, fortissimi Cæsarianorum fessis recentes ex subsidiis essent objecti : qui tum deturbarunt hos e mœnibus, et, confractis machinis, jam contemtim e sublimi feriebant reliquos. Illi, perfossis scutis, totoque corpore consauciati, voce quoque jam deficiente, durabant tamen acriter. Ut vero cadavera etiam eorum, qui in muro cæsi erant, spoliata viderunt dejici; non tulerunt contumeliam : sed horrore ejus spectaculi resilientes, constiterunt paulisper dubii, sicut athletæ inter certamen interquiescentes. Ita affectos miseratus Lucius, receptui cecinit. Sed quum Cæsariani læti complođerent arma, tanquam in victoria, irritati Lucii milites, rursus arreptis scalis (turres enim nullas amplius habebant) cum desperatione denuo in muros hostium ruebant; sed irrito conatu, nec enim quidquam amplius lædere poterant. Itaque Lucius, circumcursans eos, orabat, ne amplius de vita pugnarent; et gementes ac invitos reduxit.

XXXVIII. Hic fuit acerrimæ illius oppugnationis exitus. Tum Cæsar, ne rursus hostes muros tentarent, milites, quotquot jam non in ipsis stationibus essent, post murum collocavit; docuitque signo tuba dato alios alibi in murum prosilire. Atque id continue illi faciebant, nemine etiam urgente; exercitantes se pariter, et hostem territantes. Lucii vero milites occupavit mœstitia; et, quod in tali statu rerum fieri solet, custodiæ remissius agebantur; atque inde crebra fiebant transfugia, non vulgarium tantum militum, sed et præfectorum aliquot. Jamque etiam Lucius ad pacem flectebatur, pereuntium multitudinem miseratus : sed unum hoc eum remorabatur, quod Cæsaris inimici sibi timebant. Ubi vero clementer a Cæsare excipi transfugas apparuit, et majus jam pacis desiderium omnes incessit; tum vero timere cœpit, ne, si solus obstaret, dederetur Cæsari.

XXXIX. Quapropter, postquam prætentanti spes haud ingrata ostensa est, convocatis militibus, Lucius sic apud eos concionatus est : « Erat mihi quidem animus, commi-

πολιτείαν, ὦ συστρατιῶται, τυραννίδα τὴν τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἀρχὴν ὁρῶντι, καὶ οὐδ' ἐφ' ᾗ συνέστη προφάσει, Κασσίου καὶ Βρούτου τεθνεώτων, διαλυθεῖσαν. Λεπίδου γὰρ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς ἀφῃρημένου, καὶ Ἀντωνίου πορρωτάτω χρήματα συλλέγοντος, εἷς οὗτος ἅπαντα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διῴκει, τὰ δὲ πάτρια Ῥωμαίοις πρόσχημα μόνον ἦν καὶ γέλως. Ἅπερ ἐγὼ μεταβάλλειν ἐς τὴν ἄνωθεν ἐλευθερίαν τε καὶ δημοκρατίαν ἐπινοῶν, ἠξίουν, τῶν ἐπινικίων διαδοθέντων ἐκλυθῆναι τὴν μοναρχίαν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθον, ἐπειρώμην ἐπὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς καταναγκάσαι. Ὁ δέ με τῷ στρατῷ διέβαλλε, κωλύειν τὰς κληρουχίας ἐλέῳ τῶν γεωργῶν· καὶ τὴν διαβολὴν ἐγὼ τήνδε ἠγνόησα ἐπὶ πλεῖστον· ἀλλ' οὐδὲ ἐπιγνοὺς, ἐπίστευσά τινα πιστεύσειν, ὁρῶντα τοὺς οἰκιστὰς καὶ παρ' ἐμοῦ δεδομένους, οἳ μεριεῖν ἔμελλον ὑμῖν τὰς κληρουχίας. Ἀλλὰ ἐδημαγώγησε γάρ τινας ἡ διαβολὴ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ᾤχοντο, πολεμήσοντες ἡμῖν, ὡς νομίζουσι· σὺν χρόνῳ δ' εἴσονται, στρατευσάμενοι καθ' ἑαυτῶν· Ὑμῖν δ' ἐγὼ μαρτυρῶ μὲν, ἑλομένοις τὰ ἀμείνονα, καὶ ὑπὲρ δύναμιν κακοπαθήσασιν. Ἡττήμεθα δὲ οὐχ ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ τοῦ λιμοῦ, ᾧ δὴ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν ἐγκαταλελείμμεθα. Ἐμοὶ μὲν δὴ καλῶς εἶχεν ἀγωνίσασθαι μέχρι τοῦ τελευταίου δαίμονος ὑπὲρ τῆς πατρίδος· καλὸν γάρ μοι τὸν ἔπαινον ἐπὶ τῇ γνώμῃ καὶ τὸ τέλος ἐποίει. Οὐχ ὑφίσταμαι δὲ δι' ὑμᾶς, οὓς τῆς ἐμῆς προτίθημι εὐκλείας. Πέμψω δὴ πρὸς τὸν κεκρατηκότα, καὶ δεήσομαι, ἐμοὶ μὲν ἀντὶ πάντων ὑμῶν εἰς ὃ θέλει καταχρήσασθαι μόνῳ· ὑμῖν δὲ ἀντ' ἐμοῦ ἀμνηστίαν δοῦναι, πολίταις τε οὖσιν αὐτοῦ, καὶ στρατιώταις ποτὲ γενομένοις, καὶ οὐδὲ νῦν ἀδικοῦσιν, οὐδὲ πολεμήσασιν ἄνευ καλῆς αἰτίας, οὐδὲ ἡσσημένοις πολέμῳ μᾶλλον, ἢ λιμῷ. »

XL. Ὁ μὲν οὕτως εἶπε, καὶ εὐθὺς ἔπεμπε τρεῖς ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν ἀρίστων. Ἡ δὲ πληθὺς ἀνῴμωζον, οἱ μὲν ἑαυτῶν χάριν, οἱ δὲ τοῦ στρατηγοῦ, γνώμῃ μὲν ὁμοῦ σφίσιν ἀρίστου καὶ δημοκρατικοῦ φανέντος, ὑπὸ δ' ἐσχάτης ἀνάγκης ἡττημένου. Οἱ δὲ τρεῖς, ἐντυχόντες τῷ Καίσαρι, ἀνεμίμνησκον τοῦ γένους τῶν στρατῶν ἑνὸς ἑκατέροις ὄντος, καὶ στρατειῶν ὁμοῦ γενομένων, καὶ φιλίας τῶν ἐπιφανῶν, καὶ ἀρετῆς προγόνων, οὐκ ἐς ἀνήκεστον τὰς διαφορὰς προαγαγόντων· ὅσα τε εἰκὸς ἦν ἄλλα ἐπαγωγὰ, τούτοις ὅμοια, ἔλεγον. Ὁ δὲ Καῖσαρ, εἰδὼς τῶν πολεμίων τοὺς μὲν ἀπειροπολέμους ἔτι, τοὺς δὲ κληρούχους γεγυμνασμένους, ἔφη τεχνάζων, τοῖς ὑπ' Ἀντωνίῳ στρατευσαμένοις διδόναι τὴν ἀμνηστίαν, ὡς χάριν ἐκείνῳ φέρων· τοὺς δ' ἄλλους ἐπιτρέπειν σφᾶς ἑαυτῷ προσέτασσε. Ταῦτα μὲν εἶπεν ἐν ἅπασιν· ἰδίᾳ δὲ ἕνα τῶν τριῶν ἀπολαβὼν, Φούρνιον, ἐς μείζονα φιλανθρωπίαν ἐπήλπισε τοὺς περὶ Λεύκιον καὶ τοὺς ἄλλους, χωρὶς τῶν ἰδίων ἐχθρῶν ἑαυτοῦ.

XLI. Οἵδε οὖν οἱ τοῦ Καίσαρος ἐχθροὶ, τὴν ἰδίᾳ γενομένην ἔντευξιν τοῦ Φουρνίου ὑπονοοῦντες ἐπὶ σφίσι

titiones, rempublicam vobis restituere a majoribus acceptam, quum Triumviratum vidissem in tyrannidem versum, neque post Brutum et Cassium sublatos, qui prætextus constituendæ illius potestatis fuerat, cessantem. Lepido enim amoto a collegio, Antonio in remotissimis provinciis colligente pecunias, unus hic arbitratu suo gerebat omnia : populi Romani instituta a majoribus accepta ludibrio habebantur, et vix vana eorum species relinquebatur. Quibus malis ego remedium quærens, et pristinam libertatem remque publicam restituere cogitans, postulaveram, ut, redditis militibus victoriæ præmiis, abrogaretur unius dominatio. Quod postquam precibus non impetravi, conatus sum pro potestate magistratus mei vel vi efficere. Tum iste me apud exercitum falso accusavit, quasi deductioni coloniarum ac distributioni agrorum me opponerem in veterum possessorum gratiam. Quam calumniam quum diu ipse ignorassem, ne tum quidem, quum audivi, fidem apud quemquam inventuram putavi; quandoquidem a me quoque designatos videre licuit, qui in colonias vos deducerent, agrosque vobis dividerent. Verum decepti nonnulli crediderunt tamen calumniæ, profectique sunt ad eum, ut bellum contra nos gererent; comperturi tandem, susceptam contra sese hanc expeditionem. Sed vobis ego testis sum, potiores partes vos esse secutos, et laborasse pro eisdem supra vires etiam. Victi sumus autem non ab hostibus, sed a fame; in qua nimirum et ab nostris ducibus fuimus deserti. Jam me quidem sane, pro patria pugnantem, extremam decebat experiri fortunam; ut honestissimi consilii laudem gloriosa morte cumularem. Sed non sustineo propter vos, quorum ego incolumitatem meæ gloriæ antepono. Mittam igitur legatos ad victorem, rogaboque, ut a me uno pœnas, vobis omissis, quas vult expetat; vobis vero, quam mihi non peto, det veniam, civibus suis et quondam etiam militibus, ac ne nunc quidem peccantibus, sed honestas belli causas habentibus, et ne bello quidem victis, sed fame. »

XL. Hæc locutus Lucius, continuo misit tres electos ex optimatibus. Reliqua vero multitudo in lamenta effundebatur; aliis suam vicem dolentibus, aliis vicem imperatoris, qui, quum et fortissimum consilium secutus et optime in rempublicam animatus esse videretur, ultimæ tandem necessitati succumberet. Legati, ad Cæsarem admissi, commemorabant apud eum communem omnium patriam, communemque etiam olim militiam; tum amicitias virorum utriusque partis nobilium; moremque majorum, abhorrentium a lethalibus dissensionibus; denique alia his similia, ad flectendum victoris animum comparata. Cæsar, non ignarus hostium exercitum compositum esse partim e tironibus, partim e veteranis exercitatisque, arte usus, ait, se Antonii veteranis veniam dare in imperatoris gratiam; ceteros jussit, ut ipsius potestati sese permitterent. Hæc publice: seorsim autem Furnio, uni legatorum, ostendit spem clementiæ in Lucium et in reliquos, exceptis duntaxat propriis inimicis.

XLI. Jam illud quum privatum Furnii colloquium suspectum haberent inimici Cæsaris, convicis Furnium rede-

γενέσθαι, αὐτόν τε τὸν Φούρνιον ἐλοιδόρουν ἐπανελθόντα, καὶ τὸν Λεύκιον ἠξίουν, ἢ σπονδὰς αὖθις αἰτεῖν ὁμοίας ἅπασιν, ἢ πολεμεῖν μέχρι θανάτου· οὐ γὰρ ἴδιόν τινι τὸν πόλεμον, ἀλλὰ κοινὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, γεγονέναι. Καὶ ὁ Λεύκιος ἐπῄνει μὲν, ἐλεῶν ἄνδρας ὁμοτίμους, καὶ πέμψειν ἔλεγεν ἑτέρους· οὐδένα δὲ εἰπὼν ἀμείνονα ἔχειν ἑαυτοῦ, εὐθὺς ἄνευ κήρυκος ᾔει, προθεόντων αὐτοῦ δρόμῳ τῶν ἀπαγγελούντων Καίσαρι κατιέναι Λεύκιον. Ὁ δὲ αὐτίκα ὑπήντα. Ἑωρῶντο οὖν ἀλλήλοις ἤδη μετὰ τῶν φίλων, καὶ περιφανεῖς ἦσαν ἀπὸ τῶν σημείων καὶ τῆς στολῆς, οὔσης ἑκατέρῳ στρατηγικῆς. Καὶ ὁ Λεύκιος, ἀποθέμενος τοὺς φίλους, ᾔει σὺν δύο ῥαβδούχοις μόνοις ἐπιδεικνὺς ἅμα τὴν γνώμην ἀπὸ τοῦ σχήματος· καὶ ὁ Καῖσαρ, συνιεὶς, ἀντεμιμεῖτο ἐς δεῖγμα καὶ ὅδε τῆς εἰς τὸν Λεύκιον εὐνοίας ἐσομένης. Ὡς δὲ σπεύδοντα εἶδε τὸν Λεύκιον παρελθεῖν ἐς τὸ Καίσαρος χαράκωμα, ἵνα καὶ τῷδε φαίνοιτο ἑαυτὸν ἐπιτρέπων ἤδη, προλαβὼν ὁ Καῖσαρ ἐξῆλθε τοῦ χαρακώματος, ἵνα ἐλεύθερον εἴη τῷ Λευκίῳ βουλεύεσθαί τε καὶ κρίνειν ἔτι περὶ αὐτοῦ. Τοιάδε ἀλλήλοις, προσιόντες, ἀπό τε τῆς στολῆς καὶ τῶν σχημάτων προαπεδείκνυντο.

XLII. Ὡς δὲ ἐπὶ τὴν τάφρον ἀφίκοντο, προσηγόρευσάν τε ἀλλήλους, καὶ ὁ Λεύκιος ἔφη· « Εἰ μὲν ξένος ὢν ἐπολέμησα, ὦ Καῖσαρ, αἰσχρὰν ἂν τὴν τοιαύτην ἧσσαν ἡγούμην, καὶ αἰσχίονα ἔτι τὴν παράδοσιν· καὶ τῆσδε τῆς αἰσχύνης εἶχον ἀπαλλαγὴν εὔκολον παρ' ἐμαυτοῦ. Ἐπεὶ δὲ πολίτῃ διηνέχθην, καὶ ὁμοτίμῳ, καὶ ὑπὲρ τῆς πατρίδος, οὐκ αἰσχρὸν ἡγοῦμαι, μετὰ τοιᾶσδε προφάσεως ὑπὸ τοιοῦδε ἡσσῆσθαι. Καὶ τάδε λέγω, οὐ παραιτούμενος παθεῖν ὅ τι θέλοις· (διὰ γάρ τοι τοῦτο ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ σὸν ἄνευ σπονδῶν ἵέμην), ἀλλ' ἵνα τοῖς ἄλλοις αἰτήσω συγγνώμην, δικαίαν τε, καὶ τοῖς σοῖς πράγμασι συμφέρουσαν. Δεῖ δέ με, τοῦτο ἐπιδεικνύντα, διελεῖν τὸν λόγον, ὑπέρ τε ἐκείνων, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ· ἵνα, μόνον ἐμὲ τῶν γεγονότων αἴτιον ἐπιγνοὺς, εἰς ἐμὲ τὴν ὀργὴν συναγάγῃς, μὴ νομίσῃς δὲ ἐλεγχθήσεσθαι μετὰ παρρησίας (ἄκαιρον γάρ), ἀλλὰ μετὰ ἀληθείας, ἧς οὐκ ἔνι μοι χωρὶς εἰπεῖν.

XLIII. Ἐγὼ τὸν πρός σε πόλεμον ἠράμην, οὐχ ἵνα σε καθελὼν διαδέξωμαι τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀριστοκρατίαν ἀναλάβω τῇ πατρίδι, λελυμένην ὑπὸ τῆς τῶν τριῶν ἀρχῆς, ὡς οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀντείποις. Καὶ γὰρ ὅτε συνίστασθε αὐτὴν, ὁμολογοῦντες εἶναι παράνομον, ὡς ἀναγκαίαν καὶ πρόσκαιρον ἐτίθεσθε, Κασσίου καὶ Βρούτου περιόντων ἔτι, καὶ ὑμῶν ἐκείνοις οὐ δυναμένων συναλλαγῆναι. Ἀποθανόντων δὲ ἐκείνων, οἳ τὸ τῆς στάσεως κεφάλαιον ἦσαν, καὶ τῶν ὑπολοίπων, εἴ τινα λείψανά ἐστιν, οὐ τῇ πολιτείᾳ πολεμούντων, ἀλλὰ ὑμᾶς δεδιότων, ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ τῆς πενταετίας παριούσης· ἀνακύψαι τὰς ἀρχὰς ἐπὶ τὰ πάτρια ἠξίουν, οὐ προτιμῶν οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν τῆς πατρίδος, ἀλλ' ἐλπίζων μὲν ἐπανελθόντα πείσειν ἑκόντα, ἐπειγόμενος δὲ ἐπὶ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς γενέσθαι. Καὶ εἰ κατῆρξας σὺ, μόνος ἂν καὶ

untem exceperunt; postularuntque a Lucio, ut aut eamdem omnibus pacem peteret, aut ad internecionem bellum persequeretur : » non enim propter privatas inimicitias susceptum hoc bellum esse, sed pro republica. » Lucius viros dignitate pares miseratus laudavit, promisitque se aliam missurum legationem : et, præfatus neminem se invenire seipso magis idoneum, mox ipse absque feciali profectus est; præcurrentibus qui nunciarent Cæsari, descendere Lucium. Et confestim Cæsar ivit obviam. Jamque in mutuum conspectum, stipati amicis, venerant, et uterque insignibus cultuque imperatorio inter cæteros conspicuus erat : quum Lucius, semotis amicis, duobus tantum lictoribus comitatus, prodiit, gestu simul vultuque sententiam animi significans. Intellexit Cæsar, et imitatus est ejus exemplum, ut signum daret futuræ benevolentiæ. Ut vero Lucium vidit accelerare gradum, et intra vallum parare introgredi, ut nimirum hoc ipso jam declararet, se Cæsaris potestati permittere se velle; tum vero ipse Cæsar prior extra vallum prodiit, ut liberum etiam nunc esset Lucio rebus suis consulere. Hæc illi, dum se invicem accedunt, ipso habitu gestuque sibi mutuo significabant.

XLII. Ut vero ad fossam perventum est, post mutuam salutationem, sic Lucius exorsus est : « Si cum externo hoste bellum hoc gessissem, Cæsar, vinci turpe putarem, turpius etiam deditionem facere : et ab hac ignominia memet ipsum eximendi facilis ratio patebat. Quoniam autem et cum cive mihi res fuit, et cum pari dignitate prædito, idque pro republica, turpe mihi non existimo, talem causam postquam defendi, a tali viro me vinci. Atque hoc a me dictum sit, non quod recusem pati quidquid volueris, quippe qui ob id ipsum sine feciali ad tua castra profectus sum : sed ut aliis petam veniam, justam illam quidem, et tuis simul rebus utilem. Quod ut apertius declarem, separabo causam illorum a mea; ut, postquam me solum fuisse belli auctorem intellexeris, in me iram effundas, neque vero putes velle me invehi in te licentius (quod intempestivum sane fuerit), sed vere tantum eloqui velle quæ dissimulare nec possum nec debeo.

XLIII. « Ego hoc bellum contra te suscepi, non ut, te sublato, in principatum ipse succederem, sed ut reipublicæ moderationem ad optimates revocarem, quæ sub hac triumvirali potestate sepulta jacet; quod ne ipse quidem negaveris. Quum enim hanc potestatem induxistis, fassi non esse legitimam, constituistis eam ut ad tempus necessariam, quoad Cassius Brutusque superstites forent, quibuscum in gratiam redire nunquam possetis. Jam sublatis illis, qui dissensionis caput fuerant; reliquis vero, si quæ tamen sunt reliquiæ, non contra rempublicam arma ferentibus, sed quod a vobis sibi metuant; decurrente etiam præterea, quod præfinistis, quinquennio; postulavi, ut magistratibus oppressis caput rursus attollere liceret : et ne fratris quidem rationem magis, quam patriæ, habui; sperans, me idem ei persuasurum quamprimum reverterit, et properans rem absolvere magistratus mei tempore. Ejus rei si tu initium fecisses, solus abstulisses gloriam. Verum quo-

δόξαν εἶχες. Ἐπεὶ δὲ δή σε οὐκ ἔπειθον, ὤμην, ἐλθὼν ἐπὶ Ῥώμην, καὶ ἀναγκάσαι, πολίτης τε ὤν, καὶ γνώριμος, καὶ ὕπατος. Αἱ μὲν αἰτίαι, δι' ἃς ἐπολέμησα, αὗται μόναι· καὶ οὔτε ὁ ἀδελφὸς, οὔτε Μάνιος, οὔτε Φουλβία, οὔτε ἡ κληρουχία τῶν ἐν Φιλίπποις πεπολεμηκότων, οὔτε ἔλεος τῶν γεωργῶν τὰ κτήματα ἀφαιρουμένων. Ἐπεὶ κἀγὼ τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ τέλεσιν οἰκιστὰς ἔδωκα, οἳ τὰ τῶν γεωργῶν ἀφαιρούμενοι τοῖς στρατευσαμένοις διένεμον. Ἀλλά με σὺ τήνδε τὴν διαβολὴν αὐτοῖς διέβαλλες, τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου μεταφέρων ἐπὶ τὴν κληρουχίαν ἀπὸ σαυτοῦ· καὶ τῷδε μάλιστα αὐτοὺς ἑλὼν, ἐμοῦ κεκράτηκας. Ἀνεπείσθησαν γὰρ, πολεμεῖσθαί τε ὑπ' ἐμοῦ, καὶ ἀμύνεσθαί με ἀδικοῦντα. Τεχνάζειν μὲν δή σε ἔδει, πολεμοῦντα· νικήσαντα δὲ, εἰ μὲν ἐχθρὸς εἶ τῆς πατρίδος, κἀμὲ ἡγεῖσθαι πολέμιον, ἃ ἔδοξα συνοίσειν αὐτῇ, βουληθέντα, οὐ δυνηθέντα δὲ διὰ λιμόν.

XLIV. Λέγω δὲ ταῦτα ἐγὼ, ἐγχειρίζων μὲν ἐμαυτόν σοι, καθάπερ εἶπον, εἰς ὅ τι θέλοις· ὑποδεικνὺς δὲ, οἷα καὶ πρότερον καὶ νῦν ἐφρόνησα περὶ σοῦ, καὶ φρονῶν ἔτι μόνος ἀφικόμην. Καὶ περὶ μὲν ἐμοῦ τοσαῦτα. Περὶ δὲ τῶν φίλων καὶ τοῦ στρατοῦ παντὸς, εἰ μὲν οὐχ ὑποπτεύσεις με λέγοντα, συμβουλεύσω τὰ σοὶ μάλιστα ὠφελιμώτατα, μηδὲν δεινὸν αὐτοὺς ἐργάσασθαι διὰ τὴν ἐμὴν καὶ τὴν σὴν φιλονεικίαν· μηδὲ, ἄνθρωπον ὄντα, καὶ τύχῃ χρώμενον, οὐ βεβαίῳ πράγματι, κωλῦσαι τοὺς κινδυνεύειν ἐν τύχαις ἢ χρείαις ἐθελήσοντάς ποτε ὑπὲρ σοῦ, μαθόντας ἐκ τοῦδε τοῦ σοῦ νόμου, δυσέλπιστον σώζεσθαι μὴ κατορθοῦσιν. Εἰ δὲ ὕποπτος ἢ ἄπιστος ἐχθροῦ πᾶσα συμβουλὴ, οὐκ ὀκνῶ καὶ παρακαλεῖν σε, μὴ τοὺς φίλους τίννυσθαι τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας καὶ τύχης, ἀλλ' εἰς ἐμὲ συναγαγεῖν πάντα, τὸν πάντων αἴτιον. Ἀφ' ἧς δὴ γνώμης αὐτοὺς ὑπελιπόμην, ἵνα μὴ δόξαιμι, σοὶ τάδε λέγων ἐκείνων ἀκουόντων, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ τεχνάζων εἰπεῖν. »

XLV. Τοιαῦτα δὲ εἰπόντος τοῦ Λευκίου καὶ σιωπήσαντος, ὁ Καῖσαρ ἔλεξεν· « Ἄσπονδον μέν σε κατιόντα πρὸς ἐμὲ ὁρῶν, ὦ Λεύκιε, ὑπήντησα τῶν ἐμῶν ἐρυμάτων ἔτι ἐκτὸς ὄντα κατὰ σπουδὴν, ἵνα ἔτι κύριος ὢν σεαυτοῦ βουλεύοιο, καὶ λέγοις καὶ πράττοις ἃ νομίζεις σοι συνοίσειν. Ἐπεὶ δ', ὅπερ ἐστὶ τῶν ἀδικεῖν ὁμολογούντων, σαυτὸν ἡμῖν ἐπιτρέπεις, οὐδὲν ἔτι δέομαι διελέγχειν ὅσα σὺν τέχνῃ μου κατεψεύσω· ἐξ ἀρχῆς δέ με βλάψειν ἑλόμενος, καὶ νῦν ἔβλαψας. Σπονδὰς γάρ μοι τιθέμενος, ἔτυχες ἂν ἠδικημένου, καὶ νενικηκότος· ἄσπονδον δὲ σαυτόν τε καὶ τοὺς φίλους ἐπιτρέπων ἡμῖν καὶ τὸν στρατὸν, ἀφαιρῇ μὲν πᾶσαν ὀργὴν, ἀφαιρῇ δὲ καὶ τὴν ἐξουσίαν, ἣν σπενδόμενος ἂν ἔδωκας ὑπ' ἀνάγκης. Συμπέπλεκται γὰρ οἷς ἄξιον ὑμᾶς παθεῖν, τὸ προσῆκον ὧν ἐμὲ δίκαιόν ἐστι ποιεῖν· ὃ δὴ προτιμήσω, διά τε τοὺς θεοὺς, καὶ δι' ἐμαυτὸν, καὶ διὰ σὲ, ὦ Λεύκιε· καὶ οὐ ψεύσω σε τῆς προσδοκίας, ἣν ἔχων περὶ ἐμαυτοῦ κατελήλυθας. » Ταῦτα μὲν ἔλεξαν ἀλλήλοις, ὡς ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ἦν ἐς τὸ δυνατὸν

niam persuadere tibi non potui, ad Urbem cum exercitu profectus, putavi vel vi id me effecturum, qui et civis essem, et nobilis, et consul etiam. Hæ solæ sunt hujus belli, a me suscepti, causæ; non frater, non Manius, non Fulvia, non agri divisi victori ad Philippos militi, non miseratio veterum colonorum, suis ejectorum possessionibus; nam me quoque auctore assignati sunt agri fratris legionibus, spoliatis possessoribus pristinis. Sed hanc calumniam tu in me commentus es, ut causam, cur hoc bellum a me susceptum sit, transferres a te in agrorum distributionem. Eaque maxime arte conciliatis veteranorum animis, victoriam de me obtinuisti. Persuasum enim illi habent, se a me bello peti; atque adeo injurias, a me ipsis intentatas, armis sibi esse propellendas. Sed his nimirum artibus utendum tibi fuit, quoad bellum gerebas : nunc, victoriam adeptus, si es hostis reipublicæ, me quoque hostem judices necesse est, qui, quum reipublicæ quocumque modo possem consulere voluerim, fame tantum sum prohibitus.

XLIV. « Atque hæc dum dico, trado me ipsum (ut jam ante declaravi) tibi, ut de me quidquid volueris statuas. Ostendere autem tibi volui, quid et prius de te senserim, et etiam nunc sentiam quum solus ad te veni. Sed hæc hactenus de meipso. Quod autem ad amicos et ad universum exercitum attinet, nisi suspectum tibi est, consilium utilissimum dedero : ne quid durius in eos animadvertas propter meam tuamque contentionem : et, quum homo sis, fortunæ obnoxius (quæ instabilis semper res est), ne eos, qui in aliis fortunæ casibus temporibusque propugnatores fortasse tui erant futuri, deterreas, si a teipso exemplum editum viderint, nihil de salute sperandum nisi victoribus. Quod si omne consilium ab hoste profectum suspectum est atque infidum , non piget me precibus etiam tecum agere, ne ab amicis meis pœnas exigas mei sive peccati sive infortunii; sed in me potius omnia conferas, qui causa sum horum omnium. Quamobrem consulto etiam illos post me reliqui, ne, si illis audientibus hæc ad te verba facerem, meam simul causam callide viderer agere velle. »

XLV. Postquam finem dicendi Lucius fecit; Cæsar in hanc sententiam respondit : « Quum viderem te, Luci, sine feciali ad me descendere, extra munimenta mea festinus occurri, ut libere etiam nunc rebus tuis consuleres, eaque dicere facereque posses, quæ tibi putes conducere. Quoniam autem (quod facere ii solent, qui se peccasse profitentur) in potestatem meam te tradis, non opus est amplius, ut, quæ mihi scite sed falso objecisti, coarguam. Sed, sicut inde ab initio consilium mihi nocendi cepisti, sic etiam nunc mihi noces. Quodsi enim de pacis conditionibus mecum egisses, tum in victorem merito infensum incidisses : nunc, quum absque ullis conditionibus te et amicos tuos et exercitum nostræ fidei permittis, non solum iram omnem eximis, sed et potestatem aufers, quam, si pactiones intervenissent, necessario eras concessurus. Etenim mihi non solum, quid meriti vos sitis, respiciendum est, verum etiam, me quid deceat. Atque hanc equidem partem præfero, vel propter deos, vel propter me ipsum, vel propter te, Luci : nec fallam hanc tuam de me exspectationem, quæ huc te adduxit. » Talis fuit utriusque oratio, qualem nos ex Commentariis sententiam dictorum agnoscere et in hujus ser-

τῆσδε τῆς φωνῆς μεταβαλεῖν τεκμαιρομένῳ τῆς γνώμης τῶν λελεγμένων. Καὶ διεκρίθησαν, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐν ἐπαίνῳ καὶ θαύματι τὸν Λεύκιον ἔχων, οὐδὲν (ὡς ἐν συμφοραῖς) ἀγεννὲς οὐδὲ ἀσύνετον εἰπόντα· ὁ δὲ Λεύκιος τὸν Καίσαρα, τοῦ τε ἤθους καὶ βραχυλογίας. Οἱ λοιποὶ δ' ἐτεκμαίροντο τῶν εἰρημένων ἐκ τῆς ὄψεως ἑκατέρων.

XLVI. Καὶ ὁ Λεύκιος ἔπεμπε τοὺς χιλιάρχους, τὸ σύνθημα τῷ στρατῷ ληψομένους παρὰ τοῦ Καίσαρος. Οἱ δὲ ἔφερον αὐτῷ τὸν ἀριθμὸν τοῦ στρατοῦ· καθὰ καὶ νῦν ἔθος ἐστὶ, τὸν αἰτοῦντα τὸ σύνθημα χιλίαρχον ἐπιδιδόναι τῷ βασιλεῖ βιβλίον ἐφήμερον τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ παρόντος. Οἱ μὲν δὴ τὸ σύνθημα λαβόντες, τὰς φυλακὰς ἔτι διὰ χειρὸς εἶχον· οὕτω κελεύσαντος αὐτοῦ Καίσαρος, νυκτοφυλακεῖν ἑκατέρους τὰ ἴδια. Ἅμα δὲ ἡμέρᾳ ὁ μὲν Καῖσαρ ἔθυεν, ὁ δὲ Λεύκιος αὐτῷ τὸν στρατὸν ἔπεμπε, τὰ μὲν ὅπλα φέροντα, ἐσκευασμένον δ' ὡς ἐν ὁδοιπορίᾳ. Οἱ δὲ τὸν Καίσαρα πόῤῥωθεν ὡς αὐτοκράτορα ἠσπάσαντο, καὶ ἔστησαν ἐν μέρει κατὰ τέλος οὗ προσέταξεν ὁ Καῖσαρ, ἐφ' ἑαυτῶν, οἵ τε κληροῦχοι, καὶ οἱ νεοστράτευτοι, κεχωρισμένοι. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐκτελεσθείσης τῆς θυσίας, στεψάμενος δάφνῃ, συμβόλῳ νίκης, προὐκάθητο ἐπὶ βήματος, καὶ προσέταξε μὲν ἅπασι θέσθαι τὰ ὅπλα, ἔνθα εἱστήκεσαν. Θεμένων δὲ, τοὺς κληρούχους ἐκέλευσεν ἐγγυτέρω προσελθεῖν, διεγνωκὼς ἄρα ὀνειδίσαι τῆς ἀχαριστίας, καὶ φοβῆσαι. Προέγνωστο δὲ μέλλων ὧδε ποιήσειν, καὶ ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Καίσαρος, εἴτε ἐξεπίτηδες, οἷα προδιδάσκονται πολλάκις, εἴτε ὑπὸ πάθους, ὡς πρὸς οἰκείους ἄνδρας, ἀκρατεῖς δεδομένης σφίσι τάξεως γενόμενοι, προσιοῦσι τοῖς Λευκιανοῖς οἷα συνεστρατευμένοις ποτὲ περιχυθέντες, ἠσπάζοντο καὶ συνέκλαιον, καὶ τὸν Καίσαρα ὑπὲρ αὐτῶν παρεκάλουν, καὶ οὔτε βοῶντες ἔτι ἐπαύοντο οὔτε συμπλεκόμενοι, κοινωνούντων ἑκατέροις τοῦ πάθους ἤδη καὶ τῶν νεοστρατεύτων· οὐδὲ ἦν τι διακεκριμένον ἔτι οὐδ' εὔκριτον.

XLVII. Ὅθεν οὐδὲ ὁ Καῖσαρ ἔτι τῆς γνώμης ἐκράτει, ἀλλὰ, μόλις τὴν βοὴν καταπαύσας, εἶπε τοῖς ἰδίοις· « Ὑμεῖς μὲν, ὦ συστρατιῶται, οὕτως ἀεί μοι προσενήνεχθε, ὡς μηδενὸς ἀτυχῆσαι παρ' ἐμοῦ δύνασθαι. Ἐγὼ δὲ τοὺς μὲν νεοστρατεύτους ὑπ' ἀνάγκης ἐστρατεῦσθαι Λευκίῳ νομίζω· τουτωνὶ δὲ, τῶν συνεστρατευμένων τε πολλάκις ὑμῖν, καὶ νῦν ὑφ' ὑμῶν σωζομένων, ἐπενόουν πυθέσθαι, τί παθόντες ἐξ ἡμῶν, ἢ τίνος χάριτος οὐκ ἀξιωθέντες, ἢ τί μεῖζον παρ' ἑτέρου προσδοκῶντες, ἐναντία ὅπλα ἤραντο ἐμοὶ, καὶ ὑμῖν, καὶ ἑαυτοῖς; Ἃ γὰρ ἔκαμνον ἐγὼ, πάντα ἦν ὑπὲρ τῆς κληρουχίας, ἧς τοῦ μέρους καὶ τούτοις μετῆν. Καὶ, εἰ συγχωρεῖτέ μοι, καὶ νῦν πεύσομαι. » Οὐκ ἐπιτρεπόντων δὲ, ἀλλὰ ἀπαύστως παρακαλούντων· « Συγχωρῶ ὑμῖν ὅσα βούλεσθε, ἔφη, καὶ ἀφείσθωσαν ἀπαθεῖς τῶν ἡμαρτημένων, ἂν ἐς τὸ μέλλον ὑμῖν ὅμοια φρονῶσιν. » Ὑπισχνουμένων δ' ἑκατέρων, βοαί τε καὶ χάριτες ἦσαν ἐς τὸν Καίσαρα· καί τισιν αὐτῶν ἐπέτρεψέ τινας καὶ ὑποδέξασθαι, τὸ δὲ

monis vim licuit transferre. His dictis, a se invicem discesserunt : Cæsar miratus Lucium, quod nullum ei (sicut in calamitatibus fieri fere solet) vel humile verbum vel inconsideratum excidisset; Luciusque vicissim, laudans Cæsaris clementiam et in dicendo concinnam brevitatem. Reliqui ex utriusque vultu de orationum sententia conjecturam fecerant.

XLVI. Tum Lucius tribunos misit, qui tesseram a Cæsare acciperent. Iidemque simul matriculam ei attulerunt; sicut hodieque mos est, ut tribunus, quum tesseram petit, simul imperatori exhibeat libellum diurnum, in quo præsentium militum numerus est consignatus. Accepta tessera, non intermiserunt tamen excubias; ita enim jusserat Cæsar, ut ea nocte seorsim uterque excubaret exercitus. Postridie vero, prima luce Cæsar sacra peregit; Luciusque ad eum misit exercitum, arma gestantem, sed iter facientium habitu : qui Cæsarem e longinquo imperatorem consalutarunt, et legionatim constiterunt quo loco Cæsar mandaverat, veterani discreti a tironibus. Cæsar, peractis sacris, laurea ceu victoriæ symbolo redimitus, sedit pro tribunali, jussitque omnes in vestigio arma deponere. Quo facto veteranos propius jussit accedere; constitueratque ingratitudinem exprobrando terrorem eis incutere. Sed quum ante cognitum fuisset hoc Cæsaris consilium; milites ejus, sive ex composito, quemadmodum sæpe in hujusmodi occasionibus præmonentur, sive suopte affectu moti erga homines necessarios, ordinem quo stare jussi erant deserentes, in progredientium Lucianorum, commilitonum quondam suorum, complexus effundebantur, collacrimantesque rogabant pro eis Cæsarem, nec ab eorum amplexu divellebantur, nec desinebant occlamare interim. Jamque etiam tirones utrinque simili affectu erant commoti, et erat confusus omnium discursus clamorque.

XLVII. Quamobrem ne Cæsar quidem perstitit in sententia; sed, ægre sedato clamore, sic suos allocutus est : « Ita vos, commilitones, semper erga me gessistis, ut nihil frustra a me petere possitis. Ego vero tirones quidem necessitate coactos militasse puto auspiciis Lucii. Ex his autem vestræ prius militiæ non semel sociis, qui nunc vestris servantur precibus, constitueram quærere : quanam tandem nostra injuria, aut qua frustrati gratia, aut quid majus exspectantes ab alio, arma tulerint contra me, et vos, et seipsos? Nam quos labores pertuli, eos omnes pro agrorum sustinui divisione, cujus et isti fuere participes. Et nunc etiam ex illis equidem, si modo sinitis, id quæram. » Non sinentibus vero militibus, sed indesinenter eum deprecantibus : « Concedo, inquit, vobis quidquid petitis : dimittantur impune, dummodo posthac eadem vobiscum sentiant. » Id utrique sunt polliciti; et acclamationibus gratiarumque actionibus omnia resonabant. Tum Cæsar nonnullis e suis permisit etiam hospitio excipere quosdam;

πλῆθος ἐκέλευε σκηνοῦν ἔνθαπερ εἱστήκεσαν ἄποθεν, ἕως ὁ Καῖσαρ αὐτοῖς πόλεις τε ἐς χειμασίαν, καὶ τοὺς ἀπάξοντας ἐς τὰς πόλεις δοίη.

XLVIII. Καθεζόμενος δ' ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐκάλει τὸν Λεύκιον ἐκ τῆς Περυσίας μετὰ τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων. Καὶ κατῄεσαν πολλοὶ μὲν ἀπὸ τῆς βουλῆς, πολλοὶ δὲ ἀπὸ τῶν καλουμένων ἱππέων, ἐν ὄψει πάντες οἰκτρᾷ καὶ ὀξείᾳ μεταβολῇ. Ἅμα δὲ ἐξῄεσαν οὗτοι τῆς Περυσίας, καὶ φρουρὰ τὴν πόλιν περιέστη. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο, Λεύκιον μὲν ὁ Καῖσαρ ἑαυτῷ παρεστήσατο· τῶν δὲ ἄλλων τοὺς μὲν οἱ φίλοι Καίσαρος, τοὺς δὲ οἱ λοχαγοὶ διέλαβον, προδεδιδαγμένοι πάντες, ἐς τιμὴν ἀπάγειν ἅμα καὶ φυλακὴν ἄσημον. Τοὺς δὲ Περυσίους, ἀπὸ τοῦ τείχους παρακαλοῦντας, ἐκέλευσεν ἥκειν, ἄνευ τῆς βουλῆς μόνης· καὶ ἐλθοῦσι συνέγνω. Οἱ δὲ βουλευταὶ τότε μὲν φύλαξι παρεδόθησαν, μετ' οὐ πολὺ δὲ ἀνῃρέθησαν, χωρὶς Αἰμιλίου Λευκίου, ὃς ἐν Ῥώμῃ δικάζων ἐπὶ τῷ φόνῳ Γαΐου Καίσαρος, τὴν καταδικάζουσαν ἤνεγκε φανερῶς, καὶ πάντας φέρειν ἐκέλευεν, ὡς ἐκλυομένους μύσος.

LXXXIX. Μηνόδωρος μὲν οὖν, ἀρχόμενον τὸ δεινὸν ἐλπίσας πλεονάσειν, ἐς τὸ πελαγιώτερον ἀνήχθη, καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν διεσάλευεν· ἀσθενέστερον δὲ ἔχων τὸ κῦμα διὰ τὸν βυθὸν, εἰρεσίᾳ ὅμως καὶ πρὸς τόδε ἐνίστατο καρτερᾷ, μὴ παραφέρεσθαι. Καί τινες αὐτὸν ἐμιμοῦντο ἕτεροι. Τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, οἰόμενοι ταχέως τὸ πνεῦμα ἐνδώσειν, ὡς ἐν ἔαρι, τὰς ναῦς ἑκατέρωθεν ἀγκύραις ἔκ τε τοῦ πελάγους καὶ ἀπὸ τῆς γῆς διεκράτουν, καὶ κοντοῖς ἐξεώθουν ἀπ' ἀλλήλων. Τραχυτέρου δὲ τοῦ πνεύματος γενομένου, συνεκέχυτο πάντα, καὶ συνετρίβοντο αἱ νῆες, τὰς ἀγκύρας ἀποῤῥηγνύουσαι, καὶ ἐς τὴν γῆν ἐπ' ἀλλήλαις τινασσόμεναι. Βοή τε ἦν παμμιγὴς, δεδιότων ὁμοῦ καὶ οἰμωζόντων, καὶ παρακελευόντων ἀλλήλοις ἐς ἀνήκοον· οὐ γὰρ ἐφικνοῦντο ἔτι τῶν λεγομένων, οὐδὲ κυβερνήτης ἰδιώτου διέφερεν οὔτε κατ' ἐπιστήμην, οὔτε προστάσσων. Ἀλλ' ὁ φθόρος ἦν ὅμοιος, ἔν τε ταῖς ναυσὶν αὐταῖς, καὶ ὅτε τις αὐτῶν ἐκπέσοι, κύματι καὶ κλύδωνι καὶ ξύλοις ἀρασσομένων. Ἔγεμε γὰρ ἡ θάλασσα ἱστίων, καὶ ξύλων, καὶ ἀνδρῶν, καὶ νεκρῶν. Εἰ δέ τις καὶ τάδε διαφυγὼν ἐκνήχοιτο ἐπὶ τὴν γῆν, συνηράσσοντο καὶ οἵδε ἐπὶ τὰς πέτρας ὑπὸ τοῦ κύματος. Ὡς δὲ καὶ τὸ σπάσμα τὴν θάλασσαν ἐλάμβανεν, ὃ συνήθως ἐπιγίγνεται τῷδε τῷ πορθμῷ, τοὺς μὲν ἀήθεις καὶ τόδε ἐξέπλησσε, τὰ δὲ σκάφη τότε μάλιστα περιφερόμενα συνέπιπτεν ἀλλήλοις. Καὶ τὸ πνεῦμα ἐς νύκτα χαλεπώτερον ἐγίγνετο, ὥστε μηδὲ κατὰ φῶς ἔτι, ἀλλ' ἐν σκότῳ διόλλυσθαι.

XC. Οἰμωγαί τε ἀνὰ τὴν νύκτα πᾶσαν ἦσαν, καὶ τῶν οἰκείων μετακλήσεις, ἀνά τε τὴν γῆν διαθεόντων καὶ τοὺς ἐν τῇ θαλάσσῃ καλούντων ἐξ ὀνόματος, καὶ θρηνούντων ὅτε μὴ ἐπακούσειαν, ὡς ἀπολωλότας· ἔμπαλίν τε ἑτέρων ἀνὰ τὸ πέλαγος ὑπερκυπτόντων τὸ κῦμα, καὶ ἐς βοήθειαν τοὺς ἐν τῇ γῇ παρακαλούντων. Ἀμήχανα δὲ πάντα ἦν ἑκατέροις· καὶ οὐχ ἡ θάλασσα μόνη τοῖς ἐς αὐτὴν ἐσελθοῦσι καὶ ὅσοι τῶν νεῶν ἐπεβεβήκεσαν ἔτι, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ τοῦ κλύδωνος οὐχ ἧσσον ἦν ἀπορωτέρα, μὴ σφᾶς τὸ κῦμα συναράξειεν ἐπὶ τὰς πέτρας. Ἐμόχθουν τε χειμῶνι τῶν πώποτε μάλιστα καινοτρόπῳ, γῆς ὄντες ἀγχοτάτω καὶ τὴν γῆν δεδιότες, καὶ οὔτε ἐκφυγεῖν αὐτὴν ἔχοντες ἐς τὸ πέλαγος, οὔτε ὅσον ἀλλήλων διαστῆναι. Ἡ γὰρ στενότης ἡ τοῦ χωρίου, καὶ τὸ φύσει δυσέξοδον αὐτοῦ, καὶ κλύδων ἐπιπεσὼν, καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τῶν περικειμένων ὀρῶν ἐς θυέλλας περικλώμενον, καὶ ὁ τοῦ βυθοῦ σπασμὸς ἐπὶ

præsidii causa collocata, reparabat ea quæ præsens remedium maxime requirebant, obliquo cursu interim juxta oram navigans. Et otium tunc erat ab hostibus, sive quod eos tum demum rursus, quum in altum forent provecti, aggredi constituissent. In hoc rerum statu auster exortus meridie vehementes fluctus movit in freto augusto et suapte natura rapido. Ac tum Pompeius quidem in Messanensi portu erat : Cæsarianæ vero naves rursus circa littus asperum et importuosum quatiebantur, et cum in saxa tum in se invicem illidebantur; carentes etiam supplemento nautico, eoque gubernatu difficiliores.

LXXXIX. Menodorus igitur, simul atque incepit malum, veritus ne in horas cresceret, longius recessit a littore, jactisque in salo ancoris fluitavit : et quum in profundo leniores essent fluctus, etiam contra hos remorum vi contendebat, ne transversus ad terras ageretur. Idque ejus exemplum nonnulli quoque ex aliis imitabantur. Sed reliqua multitudo, rati ventum cito remissurum, ut solet verno tempore, utrinque naves infrenaverunt ancoris, tam ab alto, quam a littore; contisque protrudebant, ne inter se colliderentur. Sed vento sæviente amplius, conturbata sunt omnia : abruptisque ancoris naves collidebantur, et in terram aliæ super alias excutiebantur. Itaque clamores varii miscebantur, paventium, ejulantium, frustra surdos cohortantium; nemo enim exaudiri præ tanto strepitu poterat : nec inter gubernatorem et vulgarem nautam quidquam intererat; non artes, non mandata proderant : sed par erat omnium clades, quum alii in ipsis navibus perirent, alii, qui navibus exciderant, inter fluctus undasque et fragmina navium eliderentur. Fluitabant enim toto mari naufragia navium ac virorum, partim virorum, partim exstinctorum : et quod si ex illis aliquis ad terram enatasset, ibi quoque ad saxa allidebatur a fluctibus. Ut vero æstus etiam accessit, familiaris huic freto, insuetos novus terror occupavit, et navigia tum maxime hac illac raptata inter sese arietabant. Denique sub noctem increbrescebat etiam ventus; ut jam ne in luce quidem amplius, sed in tenebris perirent.

XC. Itaque per totam noctem ejulatus audiebantur clamoresque cum eorum, qui, in littore discurrentes, suos in mari luctantes invocabant nominibus, eosdemque, si non audirent, ut defunctos complorabant; tum rursus aliorum, extra fluctus caput attollentium, et opem eorum, qui in terra essent, flagitantium. Verum utrique pariter nil proficere poterant : nam non mare solum intractabile erat sive intrantibus sive his qui in navibus adhuc manebant; sed in ipso etiam littore non minus, quam mediis in undis, periculum erat, ne quis a fluctibus correptus saxis illideretur. Adeoque inaudito tempestatis genere vexabantur, ut terræ proximi terram tamen timerent, neque vero in altum ab ea refugere ne tantillum quidem, quantum ad vitandam collisionem sufficeret, valerent. Namque loci angustia, alioquin etiam difficilis permeantibus, exortaque tempestas, et ventus a circumsitis montibus in turbines refractus, simulque verticosus profundi maris æstus, nec

πάντα εἱλούμενος, οὔτε μένειν, οὔτε φεύγειν ἐπέτρεπε. Τό τε σκότος ἠνώχλει νυκτὸς μάλιστα μελαίνης. Ὅθεν ἔθνησκον, οὐδὲ καθορῶντες ἀλλήλους ἔτι, οἱ μὲν θορυβούμενοι καὶ βοῶντες, οἱ δ' ἐφ' ἡσυχίας παριέμενοι, καὶ τὸ δεινὸν ἐκδεχόμενοι, καὶ συνεργοῦντες ἐς αὐτὸ ἔνιοι, ὡς ἀπολούμενοι πάντως. Γενόμενον γὰρ τὸ κακὸν κρεῖσσον ἐπινοίας, καὶ τὴν ἐκ τῶν παραλόγων αὐτοὺς ἐλπίδα ἀφῃρεῖτο· μέχρι ποτὲ ἄφνω τὸ πνεῦμα, προσιούσης ἡμέρας, διελύετο, καὶ μεθ' ἡλίου ἐπιτολὴν πάμπαν ἐμαραίνετο. Καὶ τὸ κῦμα ὅμως καὶ τότε, τοῦ πνεύματος ἐκλυθέντος, ἐπὶ πολὺ ἐτραχύνετο· καὶ τὸ δεινὸν οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ποτὲ τηλικοῦτον ἐμνημονεύετο γενέσθαι. Γενόμενον δὲ ἔθους τε καὶ νόμου κρεῖσσον, διέφθειρε τῶν Καίσαρος νεῶν καὶ ἀνδρῶν τὸ πλέον.

XCI. Ὁ δὲ, καὶ τῆς προτεραίας ἡμέρας πολλὰ τῷ πολέμῳ βλαβεὶς, καὶ δύο τοῖσδε συμπτώμασιν ὁμοῦ συνενεχθεὶς, ἐπὶ τὸ Ἱππώνειον εὐθὺς ᾔει διὰ τῶν ὀρῶν νυκτὸς αὐτῆς ἐκείνης κατὰ σπουδὴν, οὐχ ὑφιστάμενος τὴν συμφορὰν, ἐν ᾧ μηδὲν εἶχεν ἐπικουρεῖν. Καὶ φίλοις καὶ στρατηγοῖς ἐπέστελλε πᾶσι, διὰ χειρὸς εἶναι, μή τις αὐτῷ καὶ ἑτέρωθεν, ὡς ἐν κακοπραγίᾳ, γένοιτο ἐπιβουλή. Περιέπεμπε δὲ καὶ ἐς τὴν ἀκτὴν ἅπασαν τῆς Ἰταλίας τὰ παρόντα πεζὰ, μὴ ἐπιτολμήσειε καὶ τῇ γῇ διὰ τὴν εὐτυχίαν ὁ Πομπήϊος. Ὁ δὲ οὔτε περὶ τῆς γῆς ἐνενόησεν, οὔτε τοῖς λειψάνοις τοῦ ναυαγίου παροῦσιν, ἢ ἀπιοῦσι καταστάντος τοῦ κλύδωνος, ἐπεχείρησεν. Ἀλλ' ὑπερεῖδεν ἐκ τῶν δυνατῶν διαζωννυμένους τὰ σκάφη, καὶ ἀνέμῳ διαπλέοντας ἐς τὸ Ἱππώνειον· εἴτε τὴν συμφορὰν ἀρκεῖν οἱ νομίζων, εἴτ' ἄπειρος ὢν νίκην ἐπεξελθεῖν, εἴθ' (ὥσπερ εἴρηταί μοι καὶ ἑτέρωθι) ἐπιχειρεῖν ὅλως μαλακὸς ὢν, καὶ μόνον ἐγνωκὼς ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιπλέοντας.

XCII. Καίσαρι δὲ οὐδ' ἐς ἥμισυ τῶν νεῶν περιεσώθη, καὶ τοῦτο σφόδρα πεπονηκός. Καταλιπὼν δ' ὅμως αὐτοῦ τινας ἐπιμελεῖσθαι, ἐπὶ Καμπανίαν ᾔει δυσφορῶν· οὔτε γὰρ ἄλλας ναῦς εἶχε, δεόμενος πολλῶν, οὔτε χρόνον ἐς ναυπηγίαν, ἐπειγόμενος ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, καὶ τοῦ δήμου περὶ συμβάσεων αὖθις ἐνοχλήσαντος, καὶ τὸν πόλεμον ἐπιτωθάσαντος ὡς παράσπονδον. Χρημάτων τ' ἔχρῃζε, καὶ ἠπόρει, Ῥωμαίων οὔτε εἰσφερόντων, οὔτε τοὺς πόρους ἐώντων, οὓς ἐπινοήσειε. Δεινὸς δὲ ὢν ἀεὶ τὸ συμφέρον συνιδεῖν, ἔπεμπε Μαικήναν ἐς Ἀντώνιον, μεταδιδάξοντα περὶ ὧν ἔναγχος ἐπεμέμφοντο ἀλλήλοις, καὶ ἐς συμμαχίαν ὑπαξόμενον. Εἰ δὲ μὴ πείσειεν, ἐπενόει, τοὺς ὁπλίτας ὁλκάσιν ἐπιβήσας ἐς Σικελίαν περαιοῦν, καὶ, τὴν θάλασσαν μεθεὶς, κατὰ γῆν τὸν πόλεμον συνίστασθαι. Οὕτω δ' ἀθύμως ἔχοντι αὐτῷ, ἀγγέλλεται ὁ Ἀντώνιος συνθέμενος συμμαχήσειν, καὶ νίκη κατὰ Κελτῶν τῶν Ἀκυϊτανῶν ἐπιφανὴς, ἣν Ἀγρίππας ἄγων ἐφάνη. Οἵ τε φίλοι, καὶ τῶν πόλεων τινες, αὐτῷ ναῦς ὑπισχνοῦντο καὶ ἐποίουν. Ὁ μὲν δὴ καὶ τῆς λύπης ἀνίη, καὶ λαμπροτέραν τῆς προτέρας παρασκευῆς συνεπήγνυτο.

manere sinebat nec fugere. Eaque omnia gravabantur tenebris noctis obscurissimæ. Quapropter moriebantur homines, ne conspicui quidem invicem; alii tumultuantes clamantesque, alii silentio remissi et necem exspectantes, quidam etiam accelerantes sibi perniciem, cujus effugium nullum omnino cernebant. Nam magnitudo mali, cogitationem superans, omnem etiam fortuitæ salutis spem adimebat: donec tandem, appetente jam luce, repente ventus remisit, et sole reverso plane elanguit. Attamen, quiescente licet vento, diu etiam tum sævierunt fluctus : ac tantam undarum sævitiam ne indigenæ quidem unquam fuisse meminerant. Ea igitur tempestas, modum omnem moremque transgressa, majorem partem navium virorumque Cæsaris absumsit.

XCI. Cæsar, quum superioris diei prælio magnam jam cladem esset passus, accedente continuo altera hac calamitate, impatiens infortunii, cui opem ferre nullam poterat, eadem illa nocte per montes Vibonem properavit. Inde missis ad omnes amicos ducesque suos epistolis, hortatus eos est, ut in promtu essent, ne, ut in rebus adversis, aliunde etiam novæ contra ipsum exorirentur insidiæ. Pedestres autem copias, quas circa se habuit, dimisit per Italiæ littora; ne Pompeius, hoc successu elatus, continentem auderet invadere. Sed ille nec de Italia quidquam cogitavit, nec reliquias naufragii, vel præsentes, vel abeuntes sedata tempestate, aggressus est. Itaque Cæsariani, succinctis utcunque poterant navibus, secundo vento Vibonem delati sunt, nil impediente Pompeio; sive quod satis afflictos putaret, sive nesciret uti victoria; sive, ut alias dixi, omnino ad aliena invadenda segnis, contentus esset sua defendere.

XCII. Cæsaris autem navium ne dimidium quidem superfuit, et id ipsum vehementer quassatum. Relictis tamen nonnullis curæ navium præfectis, ipse in Campaniam abiit, ægre animo affectus. Nam neque naves alias habebat, quum multis opus esset, neque tempus ad fabricam suppetebat, urgente fame, et populo rursus importunis verbis pacem flagitante, bellumque hoc ut contra fœdera susceptum vituperante. Pecuniis quoque opus erat, quarum in magna Cæsar fuit inopia; populo Romano neque conferente quidquam, neque sinente uti illis artibus, quas ad exigendam pecuniam ille excogitaverat. Tum Cæsar, ingeniosus semper ad perspicienda quæ rei suæ conducerent, Mæcenatem misit ad Antonium, qui melius edoctum de recens exortis inter ipsos controversiis, ad belli ejus societatem pertraheret. Id si minus successisset, cogitaverat legiones oneratis in Siciliam trajicere, omissoque mari, in terra bellum gerere. His curis anxio nuncius perfertur, Antonium societatem non recusare, simulque victoria nunciatur de Aquitanis egregia, Agrippæ auspiciis parta. Amici etiam nonnullæque civitates ei naves pollicebantur, et fabricabant. Sic Cæsar animum recepit, magnificentioremque classis apparatum, quam qui prius illi fuerat, faciebat.

XCIII. Ἀρχομένου δ' ἦρος, ὁ μὲν Ἀντώνιος ἐξ Ἀθηνῶν ἐς Τάραντα διέπλει ναυσὶ τριακοσίαις, τῷ Καίσαρι συμμαχήσων, ὡς ὑπέσχητο. Ὁ δ' ἐνήλλακτο τὴν γνώμην, καὶ ἐς τὰς ἔτι γινομένας αὐτῷ ναῦς ἀνεβάλλετο. Καλούμενος δὲ αὖθις, ὡς ἐπὶ ἕτοιμα καὶ ἀρκοῦντα τὰ Ἀντωνίου, ἑτέρας ἀσχολίας προὔφερε· καὶ δῆλος ἦν ἢ αὖθις ἐπιμεμφόμενός τι τῷ Ἀντωνίῳ, ἢ τῆς συμμαχίας διὰ τὴν εὐπορίαν τὴν οἰκείαν ὑπερορῶν. Χαλεπαίνων δ' ὁ Ἀντώνιος, ἐπέμενεν ὅμως, καὶ αὖθις αὐτὸν ἐκάλει. Τῇ τε γὰρ χορηγίᾳ τοῦ ναυτικοῦ κάμνων, καὶ στρατοῦ χρῄζων ἐπὶ Παρθυαίους Ἰταλοῦ, Καίσαρι τὰς ναῦς ἐπενόει διαλλάξαι· εἰρημένον μὲν ἐν ταῖς συνθήκαις, ἑκάτερον ξενολογεῖν ἐκ τῆς Ἰταλίας, δυσχερὲς δ' ἐσόμενον αὐτῷ, Καίσαρος τὴν Ἰταλίαν εἰληχότος. Ὀκταουΐα οὖν ἐχώρει πρὸς Καίσαρα, διαιτήσουσα αὐτοῖς. Καὶ ὁ μὲν, ἐγκαταλελεῖφθαι τοῖς κινδύνοις ἔλεγε τοῖς ἐν πορθμῷ καταλαβοῦσιν. Ἡ δὲ, ἐκλελύσθαι τοῦτο διὰ Μαικήνα. Ὁ δὲ, τὸν Ἀντώνιον ἔφη καὶ Καλλίαν ἀπελεύθερον ἐς Λέπιδον ἐκπέμψαι, συντιθέμενον τῷ Λεπίδῳ κατὰ Καίσαρος. Ἡ δὲ, συνειδέναι Καλλίαν περὶ γάμων ἀπεσταλμένον· βουληθῆναι γὰρ Ἀντώνιον πρὸ τῶν Παρθυϊκῶν ἐκδεδόσθαι τὴν θυγατέρα τῷ παιδὶ Λεπίδου, καθάπερ ὡμολόγητο. Καὶ τάδε μὲν ἡ Ὀκταουΐα· Ἀντώνιος δὲ καὶ τὸν Καλλίαν ἔπεμπεν, ἐς βάσανον τῷ Καίσαρι διδούς· ὁ δὲ οὐκ ἐδέξατο μὲν, ἀφίξεσθαι δὲ ἔφη, καὶ συμμίξειν Ἀντωνίῳ μεταξὺ Μεταποντίου καὶ Τάραντος, μέσον ἔχων ποταμὸν τὸν ἐπώνυμον.

XCIV. Κατὰ δαίμονα δ' ἀμφοτέρων προσιόντων τῷ ῥεύματι, Ἀντώνιος ἐκ τῆς ἀπήνης καταθορὼν, ἔς τι τῶν παρορμούντων σκαφῶν ἐσήλατο μόνος, καὶ ἐπέρα πρὸς τὸν Καίσαρα, πιστεύων ὡς φίλῳ. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἰδὼν, ἀντεμιμεῖτο, καὶ ξυμβάλλουσιν ἀλλήλοις κατὰ τὸ ῥεῦμα, καὶ διήριζον, ἑκάτερος ἐκβῆναι βουλόμενος ἐς τὴν ὄχθην τοῦ ἑτέρου. Ἐνίκα δὲ ὁ Καῖσαρ, ὡς καὶ πρὸς τὴν Ὀκταουΐαν ἥξων ἐς Τάραντα· ἐπί τε τῆς ἀπήνης Ἀντωνίου συνήδρευεν αὐτῷ, καὶ ἐν Τάραντι ἐς τὴν καταγωγὴν αὐτοῦ παρῆλθέ τε ἀφύλακτος, καὶ τὴν νύκτα ὁμοίως ἀνεπαύετο χωρὶς δορυφόρων παρ' αὐτῷ. Τὰ δ' ὅμοια καὶ παρ' Ἀντωνίου τῆς ἐπιούσης ἐπεδείκνυτο. Οὕτως αὐτοῖς ἦν συνεχὴς ἡ μεταβολὴ, πρός τε τὰς ὑπονοίας, διὰ φιλαρχίαν, καὶ ἐς τὰς πίστεις, ὑπὸ χρείας.

XCV. Τὸν μὲν οὖν ἐπίπλουν τὸν ἐπὶ Πομπήϊον ὁ Καῖσαρ ἐς νέωτα ἀνεβάλλετο· ὁ δ' Ἀντώνιος ἐπιμένειν διὰ Παρθυαίους οὐ δυνάμενος, ἀντέδοσαν ὅμως ἀλλήλοις, Καίσαρι μὲν ὁ Ἀντώνιος ναῦς ἑκατὸν εἴκοσιν, ἃς αὐτίκα πέμψας ἐς Τάραντα παρέδωκεν, Ἀντωνίῳ δὲ ὁ Καῖσαρ δισμυρίους Ἰταλοὺς ὁπλίτας, οὓς ἐπιπέμψειν ὑπισχνεῖτο. Ἐδωρήσατο δὲ καὶ Ὀκταουΐα τὸν ἀδελφὸν, αἰτήσασα παρ' Ἀντωνίου, δέκα φασήλοις τριηρετικοῖς, ἐπιμίκτοις ἔκ τε φορτίδων νεῶν καὶ μακρῶν· καὶ τὴν Ὀκταουΐαν ὁ Καῖσαρ, χιλίοις λογάσι σωματοφύλαξιν, οὓς ἐπιλέξαιτο Ἀντώνιος. Ἐπεὶ δὲ ὁ

XCIII. Ineunte autem vere Antonius ex Athenis Tarentum cum trecentis navibus appulit, Cæsari auxilium laturus, ut promiserat. Sed Cæsar jam mutaverat consilium, exspectandumque aiebat, dum nova classis esset perfecta. Rursusque invitatus, ut Antonii apparatu, suffecturo ad id bellum, uteretur, excusabat se, distineri aliis negotiis : ut satis appareret, aut rursus aliquid querelarum eum habere contra Antonium, aut ejus auxilia contemnere contentum propriis facultatibus. Id indigne ferens Antonius, tamen eodem loco mansit, denuoque illum vocavit. Nam, quum gravatim sumtus in classem faceret, et ad Parthicum bellum opus haberet Italicis legionibus, commutare classem cum parte legionum Cæsaris cogitabat. Quanquam enim ex fœdere utrique potestas erat delectus habendi per Italiam, difficile hoc Antonio erat futurum, quia Italiam Cæsar sorte tenebat. Quamobrem Octavia profecta est ad Cæsarem, arbitra inter fratrem maritumque futura. Cui Cæsar dixit, desertum se ab Antonio in illis periculis fuisse, quæ in freto Siculo subiisset. Retulit illa, crimen hoc jam in colloquio cum Mæcenate fuisse dilutum. Rursus conquestus est Cæsar, Calliam libertum ab Antonio ad Lepidum esse missum, ut fœdus contra Cæsarem inirent. Cui Octavia respondit, scire se, Calliam missum ut de connubiis ageret : voluisse enim Antonium, antequam contra Parthos expeditionem susciperet, elocare filiam filio Lepidi, quemadmodum promisisset. Hæc asseverante Octavia, Calliam quoque Cæsari misit Antonius, ut tormentis veritatem exprimeret : quem ille non accepit, dicens, in colloquium se venturum cum Antonio inter Metapontium et Tarentum, quo loco fluvius ejusdem nominis medius interfluit.

XCIV. Ad eum fluvium quum eodem forte tempore uterque advenisset, Antonius e carpento desiliens, in lintrem ibi stantem solus insiliit : trajiciebatque ad Cæsarem, credens ut amico. Id Cæsar ubi vidit, imitatus est. Itaque in ipso flumine sibi obvii, contendunt inter se, et uterque in ripam alterius vult exscendere. Vicit Cæsar, quippe Octaviam quoque conventurus Tarenti : conseditque in eodem carpento cum Antonio, et Tarenti in ejus diversorium concessit absque satellitio, et sic pernoctavit apud eum, nullos corporis custodes secum habens. Eadem omnia sequenti die fecit Antonius. Ita continenter levi momento mutabantur, vel ad suspiciones, propter imperandi cupiditatem, vel ad mutuam fiduciam, quoties usus postularet.

XCV. Cæterum expeditionem contra Pompeium Cæsar in annum sequentem distulit : Antonius vero, quum diutius morari propter Parthos non posset, permutationem tamen cum Cæsare instituit. Cæsari Antonius CXX naves continuo Tarentum missas tradidit : pro quibus Cæsar illi viginti legionariorum millia pollicitus est missurum se ex Italia. Octavia quoque fratrem donavit impetratis ab Antonio decem phaselis triremibus : quod navis genus medium est inter longas et onerarias. Cæsar vicissim Octaviam mille selectis donavit satellitibus, Antonio delectu eorum

χρόνος αὐτοῖς ἔληγε τῆς ἀρχῆς, ἣ τοῖς τρισὶν ἐψήφιστο ἀνδράσιν, ἑτέραν ἑαυτοῖς ὥριζον πενταετίαν, οὐδὲν ἔτι τοῦ δήμου δεηθέντες. Οὕτω μὲν οὖν διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ὁ Ἀντώνιος εὐθὺς ἐς τὴν Συρίαν ἠπείγετο, τὴν Ὀκταουΐαν παρὰ τῷ ἀδελφῷ καταλιπὼν μετὰ θυγατρὸς ἤδη γενομένης αὐτοῖς.

XCVI. Μηνόδωρος δὲ, εἴτε τις ὢν φύσει παλιμπροδότης, εἴτε δείσας τήν ποτε ἀπειλὴν Ἀντωνίου, ἀπάξειν αὐτὸν εἰπόντος ὡς ἀνδράποδον πολεμοποιὸν, εἴτε ἐλασσόνων ἀξιοῦσθαι νομίζων παρ' ἃ προσεδόκησεν, εἴτε τῶν ἄλλων αὐτὸν ἐξελευθέρων τοῦ Πομπηΐου συνεχῶς ὀνειδιζόντων ἐς ἀπιστίαν δεσπότου, καὶ παρακαλούντων ἐπανελθεῖν· Μενεκράτους ἀποθανόντος, πίστιν αἰτήσας καὶ λαβὼν, ηὐτομόλησε πρὸς Πομπήϊον σὺν ἑπτὰ ναυσὶ Καλουΐσιον τὸν ναύαρχον τοῦ Καίσαρος διαλαθών. Ἐφ' ᾧ τὸν Καλουΐσιον ὁ Καῖσαρ ἀπέλυσε τῆς ναυαρχίας, καὶ ἀντικατέστησεν Ἀγρίππαν. Ἐπεὶ δ' ἕτοιμος ἦν ὁ στόλος, ἐκάθαιρεν αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ὧδε· οἱ μὲν βωμοὶ ψαύουσι τῆς θαλάσσης, καὶ ἡ πληθὺς αὐτοὺς περιέστηκε κατὰ ναῦν, μετὰ σιωπῆς βαθυτάτης· οἱ δὲ ἱερουργοὶ θύουσι μὲν ἑστῶτες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ τρὶς ἐπὶ σκαφῶν περιφέρουσιν ἀνὰ τὸν στόλον τὰ καθάρσια, συμπεριπλεόντων αὐτοῖς τῶν στρατηγῶν, καὶ ἐπαρωμένων, ἐς τάδε τὰ καθάρσια, ἀντὶ τοῦ στόλου, τὰ ἀπαίσια τραπῆναι· νείμαντες δὲ αὐτὰ, μέρος ἐς τὴν θάλασσαν ἀποῤῥίπτουσι, καὶ μέρος ἐς τοὺς βωμοὺς ἐπιθέντες ἅπτουσι, καὶ ὁ λεὼς ἐπευφημεῖ. Οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι τὰ ναυτικὰ καθαίρουσιν.

XCVII. Ἔμελλε δ' ὁ μὲν Καῖσαρ ἐκ Δικαιαρχείας, ὁ δὲ Λέπιδος ἐκ Λιβύης, Ταῦρος δ' ἐκ Τάραντος ἐπιπλευσεῖσθαι τῇ Σικελίᾳ, ὡς ἂν αὐτὸν ἐξ ἠοῦς ὁμοῦ καὶ δύσεως καὶ μεσημβρίας περιλάβοιεν. Καὶ τῆς ἀναγωγῆς τοῦ Καίσαρος ἡ ἡμέρα προείρητο πᾶσι, καὶ ἦν δεκάτη τροπῶν θερινῶν, ἥντινα Ῥωμαῖοι νουμηνίαν ἔχουσι τοῦ μηνὸς, ὃν ἐπὶ τιμῇ τοῦ Καίσαρος τοῦ προτέρου Ἰούλιον ἀντὶ Κυϊντιλίου καλοῦσι. Τήνδε μὲν ὁ Καῖσαρ ὥρισε τὴν ἡμέραν, αἰσιούμενος ἴσως διὰ τὸν πατέρα, νικηφόρον ἀεὶ γενόμενον. Ὁ δὲ Πομπήϊος Λεπίδῳ μὲν ἀντέταττε Πλέννιον ἐν Λιλυβαίῳ, τέλος ὁπλιτῶν ἔχοντα, καὶ ἄλλο πλῆθος ἐσκευασμένον κούφως· τὴν δὲ πρὸς ἕω καὶ δύσιν ἀκτὴν τῆς Σικελίας πᾶσαν ἐφρούρει, καὶ νήσους μάλιστα Λιπάραν τε καὶ Κοσσύραν, ἵνα μήτε Κοσσύρα Λεπίδῳ, μήτε Λιπάρα Καίσαρι, ἐνορμίσματα ἢ ναύσταθμα γένοιτο εὔκαιρα ἐπὶ τῇ Σικελίᾳ. Τὸ δ' ἄριστον τοῦ ναυτικοῦ ἐν Μεσσήνῃ συνεῖχεν, ἐφεδρεῦον ὅπῃ δεήσειεν. Οὕτω μὲν ἑκάτεροι παρασκευῆς εἶχον.

XCVIII. Γενομένης δὲ τῆς νουμηνίας, ἀνήγοντο πάντες ἅμα ἠοῖ· Λέπιδος μὲν ἐκ Λιβύης χιλίαις ὁλκάσι, καὶ μακραῖς ἑβδομήκοντα, καὶ τέλεσι στρατοῦ δυόδεκα, καὶ ἱππεῦσι Νομάσι πεντακισχιλίοις, καὶ ἑτέρᾳ παρασκευῇ πολλῇ· Ταῦρος δ' ἐκ Τάραντος, ταῖς Ἀντωνίου ναυσὶν ἐξ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα δύο μόναις καὶ ἑκατὸν, ἐπεὶ τῶν λοιπῶν οἱ ἐρέται χειμῶνος ἐτεθνήκεσαν· ὁ δὲ

permisso. Et quoniam Triumviratus tempus, senatusconsulto præscriptum, exierat, prorogarunt sibi ipsi potestatem in aliud quinquennium, nihil morati plebis suffragia. Atque ita discesserunt : et Antonius recta properabat in Syriam, Octavia apud fratrem relicta, cum filiola quæ jam ipsis nata erat.

XCVI. Cæterum Menodorus, sive quod natura esset reciprocus proditor; sive minas Antonii veritus, qui, ad supplicium se eum, ut turbulentum mancipium, rapturum, aliquando dixerat; sive minora spe consecutus præmia; sive permotus continuis cæterorum Pompeii libertorum opprobriis, perfidiam objectantium, et ad officium revocantium ; exstincto Menecrate, fide impetrata, ad Pompeium rursus transfugit, cum septem navibus, non sentiente præfecto classis Calvisio. Quam ob causam Calvisio classis præfecturam Cæsar abstulit, et in Agrippam transtulit. Absolutam deinde classem lustravit hunc in modum : Altaria stant in extremo littore : naves plenæ classiariis ordine circumstant cum altissimo silentio : sacrifici, stantes ad mare, mactant victimas, moxque in scaphis ter circum classem lustralia exta circumferunt, navigantibus una et ducibus, comprecantibusque, ut in ea lustramina a classe avertantur infausta omnia : divisis deinde lustralibus extis, partem in mare projiciunt, partem adolent in altaribus, fausta ominante multitudine. Hoc modo Romani classes suas lustrare solent.

XCVII. Statutum autem erat, ut Cæsar a Puteolis, Lepidus ex Africa, Taurus a Tarento, diversis classibus Siciliam invaderent; ut hostem ab oriente pariter et occidente meridieque circumvenirent : et prædictus omnibus est dies, quo soluturæ essent classes. Is dies fuit decimus post æstivum solstitium, quo Romani Calendas agunt mensis ejus qui in superioris Cæsaris honorem Julius appellatur, quum prius Quintilis vocaretur. Hunc diem Cæsar præstituit, faustum ratus fortasse propter patrem, perpetuo victorem. Pompeius vero Lepido opposuit Plennium ad Lilybæum, cum legione una et alia leviter armatorum multitudine. Orientale autem occidentaleque Siciliæ latera præsidiis munivit et insulas præsertim Liparam et Cossyram, ne vel Cossyra Lepido, vel Lipara Cæsari, portus aut stationes opportunas præberent contra Siciliam. Robur autem classis Messanæ continebat, quæ in omnes occasiones esset intenta. Hi fuerunt utriusque partis apparatus.

XCVIII. Postquam autem Calendæ venere, prima aurora omnes solverunt : Lepidus ex Africa mille onerariis, longis septuaginta, cum legionibus duodecim, et equitum Numidarum quinque millibus, multoque alio apparatu : Taurus Tarento ex Antonianis CXXX navibus duas tantum supra centum eduxit, quum reliquarum [illegible] demortui essent. Cæsar Puteolis solvit, [illegible].

Καῖσαρ, ἐκ Δικαιαρχείας, θύων ἅμα καὶ σπένδων ἀπὸ τῆς ναυαρχίδος νεὼς ἐς τὸ πέλαγος ἀνέμοις εὐδίοις, καὶ Ἀσφαλείῳ Ποσειδῶνι, καὶ ἀκύμονι Θαλάσσῃ, συλλήπτορας αὐτῷ κατὰ ἐχθρῶν πατρῴων γενέσθαι. Πρόπλοι δ' αὐτῷ τινες τοὺς μυχοὺς τῆς θαλάσσης διηρεύνων, καὶ Ἄππιος μετὰ πλήθους νεῶν ὀπισθοφυλάκων εἵπετο. Τρίτῃ δὲ τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρᾳ νότος ἐμπεσὼν, Λεπίδου μὲν ὁλκάδας ἀνέτρεψε πολλάς· ὡρμίσθη δὲ ὅμως ἐς Σικελίαν, καὶ Πλέννιον ἐν Λιλυβαίῳ πολιορκῶν, τινὰς τῶν πόλεων ὑπήγετο, καὶ ἑτέρας ἐβιάζετο. Ταῦρος δὲ, ἀρχομένου τοῦ πνεύματος, ἐς Τάραντα ἐπαλινδρόμει. Ἀππίου δ' ἄρτι τὸ Ἀθηναῖον ἄκρον περιπλέοντος, αἱ μὲν συνετρίβοντο τῶν νεῶν ἀμφὶ ταῖς πέτραις, αἱ δ' ἐς τέλματα ἐξώκελλον ὑπὸ ῥύμης, αἱ δὲ καὶ διερρίφησαν οὐκ ἀσινεῖς. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἀρχομένου μὲν τοῦ χειμῶνος, ἐς τὸν Ἐλεάτην κόλπον ἐρυμνὸν ὄντα συμπεφεύγει, χωρὶς ἑξήρους μιᾶς, ἣ περὶ τῇ ἄκρᾳ διελύθη. Λιβὸς δὲ τὸν νότον μεταλαβόντος, ὁ κόλπος ἐκυκᾶτο, ἐς τὴν ἑσπέραν ἀνεῳγμένος· καὶ οὔτε ἐκπλεῦσαι δυνατὸν ἦν ἔτι πρὸς ἐναντίον τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα, οὔτε κῶπαι κατεῖχον, οὔτε ἄγκυραι, ἀλλ' ἐς ἀλλήλας ἢ ἐς τὰς πέτρας ἐνηράσσοντο αἱ νῆες· καὶ νυκτὸς ἦν ἔτι τὸ δεινὸν ἀτοπώτερον.

XCIX. Ἐνδόντος δέ ποτε τοῦ κακοῦ, τὰ νεκρὰ ἔθαπτεν ὁ Καῖσαρ, καὶ τοὺς τραυματίας ἐθεράπευε, καὶ τοὺς ἐκνέοντας ἐνέδυε, καὶ ὥπλιζεν ἑτέροις ὅπλοις, καὶ τὸν στόλον ἅπαντα ἐκ τῶν ἐνόντων ἀνελάμβανε. Διεφθάρατο δ' αὐτῷ νῆες, βαρεῖαι μὲν ἓξ, κουφότεραι δὲ ἓξ καὶ εἴκοσι, λιβυρνίδες δὲ ἔτι πλείους. Καὶ ἐς τάδε διορθούμενα τριάκοντα ἡμέρας ἀναλώσειν ἔμελλεν, ἤδη τοῦ θέρους προκόπτοντος. Ὅθεν ἦν ἄριστον αὐτῷ τὸν πόλεμον ἐς τὸ μέλλον θέρος ἀναβαλέσθαι. Ἐνοχλουμένου δὲ τοῦ δήμου ταῖς ἀπορίαις, ἐπεσκεύαζε τὰς ναῦς ἐς τὴν γῆν ἀνέλκων μετὰ ἐπείξεως, καὶ τὰ πληρώματα τῶν διεφθαρμένων ἐς τὰς παρὰ Ταύρῳ ναῦς κενὰς ἐξέπεμπεν. Ὡς δὲ ἐπὶ συμφορᾷ μείζονι, Μαικήναν μὲν ἐς Ῥώμην ἐξέπεμπε διὰ τοὺς ἐπτοημένους ἔτι πρὸς τὴν μνήμην Πομπηίου Μάγνου· οὐ γὰρ αὐτοὺς ἐξέλιπεν ἡ δόξα τοῦ ἀνδρὸς τούτου. Τοὺς δὲ κληρούχους αὐτὸς ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν ἐπέτρεχε, καὶ ἐκ τοῦ φόβου τῶν γεγονότων ἀνελάμβανε. Διέδραμε δὲ καὶ ἐς Τάραντα, καὶ τὸ ναυτικὸν εἶδε τὸ ὑπὸ Ταύρῳ, καὶ ἐς Ἱππώνειον ἦλθε, καὶ τὰ πεζὰ παρηγόρησε, καὶ τὴν τῶν νεῶν ἐπισκευὴν ἐπέσπερχε· καὶ πλησίον ἦν ἤδη καὶ ὁ δεύτερος ἐς Σικελίαν ἐπίπλους.

C. Ὁ δὲ Πομπήϊος οὐδ' ἐπὶ τοιᾶσδε εὐκαιρίᾳ τοσοῖσδε ναυαγίοις ἐπιχειρεῖν ἠξίου· ἀλλ' ἔθυε μόνον Θαλάσσῃ καὶ Ποσειδῶνι, καὶ υἱὸς αὐτῶν ὑφίστατο καλεῖσθαι, πειθόμενος, οὐκ ἄνευ θεοῦ δὶς οὕτω θέρους πταῖσαι τοὺς πολεμίους. Φασὶ δ' αὐτὸν ὑπὸ τῶνδε χαυνούμενον, καὶ τὴν συνήθη τοῖς αὐτοκράτορσι χλαμύδα ἐκ φοινικῆς ἐς κυανῆν μεταλλάξαι, εἰσποιούμενον ἄρα τῷ Ποσειδῶνι. Ἐλπίσας δ' ἀναζεύξειν τὸν Καίσαρα, ὡς ἐπύθετο ναυπηγούμενόν τε καὶ ἐπιπλευσούμενον αὖθις

et ex prætoria navi in mare libans Ventis serenis, tutelari Neptuno, et tranquillo Mari, ut propitii sibi contra paternos inimicos faverent. Præcursoriæ nonnullæ, ab illo præmissæ, sinus maris scrutabantur : postremum navium agmen Appius cogebat cum præsidio. Tertio vero die postquam solverant, exortus Auster multas onerarias Lepidi subvertit : tenuit tamen Siciliam, et Plennium intra Lilybæum oppugnavit, oppidaque aliquot partim vi, partim deditione, in fidem recepit. Taurus, mox ubi reflare ventus cœpit, Tarentum reversus est. Appio vero circa Minervæ promontorium navigante, pars navium illisa est scopulis, pars in brevia magno impetu impegit, reliquæ non sine damno disjectæ sunt. Cæsar, oriente tempestate, in Eleatem natura tutum confugit, excepta una hexere, quæ circa promontorium fecit naufragium. Quum vero Austro successisset Africus, sinus ad occidentem apertus turbabatur fluctibus : et reflante jam vento neque exire sinu, neque aut remis aut ancoris sisti naves poterant, sed vel ad saxa vel inter se collidebantur : quod malum adventu noctis auctum est.

XCIX. Tandem sedato infortunio, Cæsar mortuos sepeliit, vulneratos curavit, enatantes vestivit aliisque armis instruxit, et universam classem pro præsentibus viribus reficere instituit. Perierant autem naves graviores sex, leviores sex et viginti, liburnicæ plures etiam. His incommodis sarciendis opus erat triginta dierum spatio; et vergebat jam æstas. Unde optimum fuerat, differre bellum in æstatem proximam. Sed quum populus laboraret inopia, subductas naves Cæsar reparavit celeriter, et socios navales recollectos ex naufragiis Tauro in supplementum vacuarum navium transmisit. Simul post hunc tanti momenti casum Mæcenatem Romam misit, propter consternatos ob nondum abolitam ex animis civium Pompeii Magni memoriam. Novos autem colonos ipse, magna festinatione Italiam obeundo, recreabat a pavore. Pari celeritate Tarentum quoque accurrit, ut Tauri classem inviseret; indeque Vibonem profectus, legiones allatus, bono esse animo jussit; et apparatum navium acceleravit, brevi Siciliam denuo invasurus.

C. Pompeius, ne hac quidem tot naufragiorum occasione usus, tantum Salo Neptunoque sacra fecit : quorum etiam filium appellari se sustinuit, persuasus, non sine deo bis ita per æstivos menses hostem adversis tempestatibus afflictum. Ferturque eum, his successibus inflatum, mutasse paludamentum quoque imperatorium, cæruleumque sumsisse pro coccineo, adoptatum a Neptuno scilicet. Quum vero Cæsarem omnino nunc quieturum sperasset, ut audivit, instaurata classe rediturum eadem æstate in Siciliam,

αὐτοῦ θέρους, ἐξεπλήσσετο μὲν, ὡς ἀμάχῳ γνώμῃ καὶ παρασκευῇ πολεμῶν· Μηνόδωρον δὲ μετὰ νεῶν ἑπτὰ, ὧν ἤγαγεν, ἔπεμπε κατασκεψόμενον τὰ νεώλκια τοῦ Καίσαρος, καὶ δράσοντα ὅ τι καὶ δύναιτο. Ὁ δὲ, καὶ τέως ἀχθόμενος οὐκ ἀποδοθείσης αὐτῷ τῆς ναυαρχίας, καὶ τότε αἰσθόμενος ὅτι σὺν ὑποψίᾳ μόνων ἠξίωτο ὧν ἤγαγε νεῶν, ἐπεβούλευεν αὖθις αὐτομολίαν.

CI. Ἐπινοῶν δὲ πρότερον, ὡς ἐς πάντα οἱ συνοῖσον, ἀνδραγαθίσασθαι, διέδωκε τοῖς συμπλέουσιν ὅσον εἶχε χρυσίον, καὶ διέπλευσεν εἰρεσίᾳ τρισὶν ἡμέραις πεντακοσίους ἐπὶ χιλίοις σταδίους, καὶ τοῖς προφύλαξι τῶν ναυπηγουμένων Καίσαρι νεῶν, οἷα σκηπτὸς ἀφανῶς ἐμπίπτων, καὶ ἐς ἀφανὲς ἀναχωρῶν, ᾕρει κατὰ δύο καὶ τρεῖς ναῦς τῶν φυλακίδων· καὶ τὰς ὁλκάδας, αἳ τὸν σῖτον ἔφερον, ὁρμούσας ἢ παραπλεούσας, κατέδυεν ἢ ἀνεδεῖτο ἢ ἐνεπίμπρη. Θορύβου δὲ πάντα μεστὰ διὰ Μηνόδωρον ἦν, Καίσαρος ἀπόντος ἔτι καὶ Ἀγρίππα· καὶ γὰρ οὗτος ἐπὶ ὕλην ἐπεπόρευτο. Γαυρούμενος δὲ ὁ Μηνόδωρος, ἐξώκειλέ ποτε τὴν ναῦν ἑκὼν ἐς ἕρμα γῆς ἁπαλὸν σὺν καταφρονήσει, καὶ ὑπεκρίνετο αὐτὴν ὑπὸ τοῦ πηλοῦ κατέχεσθαι· μέχρι, τῶν πολεμίων ἐκ τῶν ὀρῶν καταθορόντων, ὡς ἐπὶ Μηνοδώρου θήραν ἕτοιμον, ἀνακρουσάμενος ᾤχετο σὺν γέλωτι, καὶ τὸν στρατὸν τοῦ Καίσαρος ἀνία κατεῖχε σὺν θαύματι. Ὡς δὲ ἱκανῶς ἐπεδέδεικτο, οἷος ἐχθρός τε καὶ φίλος εἴη, Ῥέβιλλον μὲν ἑλὼν, ἄνδρα ἀπὸ βουλῆς, μεθῆκε, μνώμενος ἤδη τὸ μέλλον.

CII. Μινδίῳ δὲ Μαρκέλλῳ, τῶν ἑταίρων τινὶ τῶν Καίσαρος, φίλος ἐν τῇ προτέρᾳ γεγονὼς αὐτομολίᾳ, τοῖς μὲν ἀμφ' αὐτὸν ἔφη, τὸν Μίνδιον βουλεύειν αὐτομολίαν καὶ προδοσίαν, τοῖς δὲ πολεμίοις προσπελάσας, ἠξίου Μίνδιον αὐτῷ συνελθεῖν ἔς τινα νησῖδα, ἐπὶ λόγοις συνοίσουσι. Καὶ συνελθόντι ἔλεγεν, οὐδενὸς ἀκούοντος ἑτέρου, φυγεῖν μὲν ἐς Πομπήϊον, ὑβριζόμενος ὑπὸ τοῦ τότε ναυάρχου Καλουϊσίου· τὴν δὲ ναυαρχίαν Ἀγρίππου μεταλαβόντος, ἐπανελεύσεσθαι πρὸς Καίσαρα οὐδὲν ἀδικοῦντα, εἰ πίστιν αὐτῷ κομίσειεν ὁ Μίνδιος παρὰ Μεσσάλα, τοῦ τὴν ἀποδημίαν Ἀγρίππα διοικοῦντος. Ἔφη δ', ἐπανελθὼν μὲν, ἰάσεσθαι λαμπροῖς τὸ ἁμάρτημα ἔργοις· μέχρι δὲ τῶν πίστεων, λυμανεῖσθαί τινα τῶν Καίσαρος ὁμοίως, ἐς τὸ ἀνύποπτον. Καὶ ὁ μὲν αὖθις ἐλυμαίνετο. Μεσσάλας δ' ἐνεδοίασε μὲν, ὡς ἐπὶ αἰσχρῷ· ἐνέδωκε δ' ὅμως, εἴτε πολέμου ταῦτ' εἶναι νομίζων ἀνάγκας, εἴτε καὶ τῆς Καίσαρος γνώμης τι προμαθὼν ἢ τεκμηράμενος. Καὶ Μηνόδωρος μὲν αὖθις ηὐτομόλει, καὶ τὸν Καίσαρα ἐλθόντα προσπίπτων, ἠξίου συγγνῶναι μὴ λέγοντι τὰς αἰτίας τῆς φυγῆς. Ὁ δὲ ἐς μὲν σωτηρίαν αὐτῷ συνεγίνωσκε διὰ τὰς σπονδὰς, καὶ ἀφανῶς ἐφυλάσσετο· τοὺς δὲ τριηράρχους αὐτοῦ μεθίει χωροῦντας ὅποι θέλοιεν.

CIII. Ἑτοίμου δὲ τοῦ στόλου γενομένου, αὖθις ὁ Καῖσαρ ἀνήγετο, καὶ ἐς Ἱππώνειον παραπλεύσας, δύο τέλη μὲν πεζῶν Μεσσάλαν ἔχοντα περᾶν ἐκέλευσεν ἐς Σικελίαν ἐπὶ τὸ Λεπίδου στρατόπεδον, καὶ σταθμεύειν

perculsus est, quod adversus inexpugnabilem et animum et apparatum sibi esset bellum gerendum; Menodorumque cum septem quas adduxerat navibus speculatum misit ad navalia Cæsaris, damnum simul illaturum quantum posset. Sed Menodorus, jam ante dolens non redditum sibi classis imperium, tum vero sentiens, propter suspicionem solas quas adduxerat naves sibi creditas, rursus transfugiendi cepit consilium.

CI. Quoniam autem in quemvis eventum utile fore cogitabat, si prius virtutis aliquod specimen edidisset; sociis navalibus quidquid auri habebat distribuit, remigatisque intra triduum cxc passuum millibus, in præsidiarias navium quæ Cæsari fabricabantur, fulminis in morem, repentinus irruit, earumque jam duas, jam tres, protinus in occultum se rursus proripiens, opprimebat; et onerarias quoque frumentum vehentes, vel in stationibus vel in cursu deprehensas, alias mergebat, alias capiebat, alias incendebat. Itaque terrore Menodori repleta erant omnia : et nec Cæsar aderat, nec Agrippa, qui in sylvas ad parandam materiam fuerat profectus. Aliquando etiam jactantius illudens hostibus Menodorus, contemtim in brevia impegit navem ubi mollius solum erat, in luto se hærere fingens : tum vero, velut ad paratam prædam e monte decurrentibus hostibus, retro acta navi cum risu abiit, mœrentibus æque ac stupentibus Cæsarianis. Postquam vero satis ostendit, quantum rebus momentum vel hostis afferre posset vel socius, Rebilum senatorem captum dimisit, ad futura parans initium.

CII. Moxque de Mindio Marcello, Cæsaris familiari, cujus amicitiam in priori transfugio sibi quæsiverat, sparsit rumorem apud suos, proditionem eum moliri et transfugium. Tum ad hostes ipse appellens propius, postulavit, cum Mindio in parva quadam insula sibi permitti colloquium de rebus utrique parti profuturis. Quo impetrato colloquio, semotis arbitris, ait : « se prius ad Pompeium refugisse, coactum injuriis illatis sibi a Calvisio, classis præfecto : nunc præfectura in Agrippam translata, rediturum ad Cæsarem, non male de se meritum; modo Mindius fidem sibi afferret a Messala, Agrippæ absentis vicario. » Promisitque « se post reditum resarturum peccatum suum egregiis facinoribus : sed usque dum fidem accepisset, infestaturum etiam nunc Cæsarianos ut antea, ob cavendam suspicionem. » Digressus deinde, infestus fuit more solito. Messala vero dubitavit aliquantisper, ut de re parum honesta : tandem concessit tamen, sive has belli necessitates existimans, sive de Cæsaris mente præmonitus conjecturamve faciens. Sic Menodorus rursus transfugit, accidensque ad genua Cæsaris oravit, ut veniam sibi daret, nec fugæ causas requireret. Ille, propter datam fidem, incolumitatem ei donavit, sed occulte sibi cavit ab homine; triremium vero ejus præfectos, quocumque vellent abire permisit.

CIII. Parata deinde classe, Cæsar solvit iterum : appulsusque Vibonem, Messalam duas legiones transjicere in Siciliam jussit, quæ cum Lepidi exercitu conjunctæ, transi-

ἐς τὸν κόλπον διελθόντα τὸν εὐθὺ Ταυρομενίου· τρία δ' ἔπεμπεν ἐπὶ Στυλίδα καὶ πορθμὸν ἄκρον, ἐφεδρεύειν τοῖς ἐσομένοις· Ταῦρον δ' ἐς τὸ Σκυλάκιον ὄρος, ὃ πέραν ἐστὶ Ταυρομενίου, περιπλεῖν ἐκ Τάραντος ἐκέλευε. Καὶ ὁ μὲν περιέπλει, διεσκευασμένος ἐς μάχην ὁμοῦ καὶ εἰρεσίαν· καὶ τὰ πεζὰ αὐτῷ παρωμάρτει, προερευνώντων τήν τε γῆν ἱππέων, καὶ λιβυρνίδων τὴν θάλασσαν. Καὶ ὁ Καῖσαρ ὧδε ἔχοντι, ἐξ Ἱππωνείου ἐπιδραμὼν, ἐπιφαίνεται κατὰ τὸ Σκυλάκιον, καὶ τὴν εὐταξίαν ἀποδεξάμενος, ἐπανῆλθεν ἐς τὸ Ἱππώνειον. Ὁ δὲ Πομπήϊος, ὥς μοι προείρηται, τάς τε ἐς τὴν νῆσον ἀποβάσεις ἐφύλασσεν ἁπάσας, καὶ τὰς ναῦς ἐν Μεσσήνῃ συνεῖχεν, ὡς βοηθήσων ὅποι δεήσειε.

CIV. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτῳ παρασκευῆς ἦσαν. Λεπίδῳ δ' αὖθις ἐκ Λιβύης ἦγον αἱ ὁλκάδες τὰ λοιπὰ τοῦ στρατοῦ τέλη τέσσαρα· καὶ αὐταῖς ὑπήντα πελάγιος ἐκ Πομπηΐου Παπίας, καὶ διέφθειρεν ὡς φιλίους δεχομένας· ᾤοντο γὰρ σφίσι τὰς Λεπίδου συναντᾶν. Αἱ δὲ βραδέως τε ὑπὸ τοῦ Λεπίδου καθείλκοντο, καὶ ὕστερον αὐτὰς προσιούσας αἱ ὁλκάδες ὡς καὶ τάσδε ἄλλας πολεμίας ἐξέκλιναν· ἕως αἱ μὲν ἐκαύθησαν, αἱ δ' ἐλήφθησαν, αἱ δ' ἀνετράπησαν, αἱ δ' ἐς Λιβύην ἀνέπλευσαν. Τοῦ δὲ στρατοῦ δύο μὲν τέλη διώλετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ εἴ τινες αὐτῶν ἐξενήχοντο, καὶ τούσδε Τισιηνὸς, ὁ τοῦ Πομπηΐου στρατηγὸς, ἐκνέοντας ἐπὶ τὴν γῆν διέφθειρεν· οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς Λέπιδον κατήχθησαν, οἱ μὲν αὐτίκα, οἱ δ' ὕστερον. Καὶ Παπίας ἀπέπλευσε πρὸς Πομπήϊον.

CV. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς μὲν Στρογγύλην, ἣ τῶν πέντε νήσων ἐστὶ τῶν Αἰόλου, παντὶ τῷ στόλῳ διέπλευσεν ἐξ Ἱππωνείου, προερευνωμένης αὐτῷ τῆς θαλάσσης. Στρατὸν δὲ ἐπὶ μετώπου τῆς Σικελίας πλέονα ἰδὼν ἔν τε Πελωριάδι καὶ Μύλαις καὶ Τυνδαρίδι, εἴκασεν αὐτὸν παρεῖναι Πομπήϊον· καὶ τὰ μὲν ἐνθάδε Ἀγρίππᾳ διαστρατηγεῖν ἐπέτρεψεν, αὐτὸς δὲ ἐς τὸ Ἱππώνειον αὖθις ἀπέπλει, καὶ ἐς τὸ τοῦ Ταύρου στρατόπεδον ἐξ Ἱππωνείου σὺν τρισὶ τέλεσι μετὰ Μεσσάλα διετρόχαζεν, ὡς Ταυρομένιον αἱρήσων ἀπόντος ἔτι τοῦ Πομπηΐου, καὶ τὰς ἐμβολὰς αὐτῷ διχόθεν παρέξων. Ἀγρίππας μὲν οὖν ἀπὸ Στρογγύλης εἰς Ἱερὰν διέπλει, καὶ, τῶν Πομπηΐου φρουρῶν αὐτὸν οὐχ ὑποστάντων, εἷλε τὴν Ἱερὰν, καὶ τῆς ἐπιούσης ἔμελλεν ἐπιχειρήσειν ἐς Μύλας Δημοχάρει τῷ Πομπηΐου, τεσσαράκοντα ναῦς ἔχοντι. Ὁ δὲ Πομπήϊος τὸ βίαιον ὑφορώμενος τοῦ Ἀγρίππα, ἔπεμπε τῷ Δημοχάρει ναῦς ἄλλας πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἀπὸ Μεσσήνης ἐξελεύθερον ἄγοντα Ἀπολλοφάνη, καὶ αὐτὸς ἐφείπετο ἄλλαις ἑβδομήκοντα.

CVI. Ἀγρίππας δ' ἔτι νυκτὸς ἐξ Ἱερᾶς ἀνήγετο ταῖς ἡμίσεσι τῶν νεῶν, ὡς Παπίᾳ μόνῳ ναυμαχήσων. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰς Ἀπολλοφάνους εἶδε, καὶ τὰς ἑβδομήκοντα ἑτέρωθι· Καίσαρι μὲν αὐτίκα ἐδήλου Πομπήϊον ἐπὶ τῶν Μυλῶν εἶναι σὺν τῷ πλέονι ναυτικῷ, τὰς δὲ βαρείας αὐτὸς ἦγε κατὰ μέσον, καὶ τὸν ἄλλον στόλον ἐξ Ἱερᾶς ἐκάλει κατὰ σπουδήν. Ἐσκεύαστο δ' ἀμφοτέροις πάντα λαμπρῶς, καὶ πύργους ἐπὶ τῶν νεῶν

in sinum qui prope Tauromenium est, ibique stationem agerent. Tres vero alias legiones ad Columnam Rheginam misit in extremum fretum, occasionem exspectaturas. Taurum ad Scylacium montem, qui est ex adverso Tauromenii, e Tarenta circum navigare jussit. Id ille fecit, paratus cum ad remigationem tum ad prælium, prosequentibus terrestri itinere copiis pedestribus, et præmissis equitibus, qui terram, liburnicisque, quæ mare explorarent. Ad eum sic iter facientem Cæsar Vibone accurrit, et prope Scylacium eum offendit: approbatoque ordine, Vibonem rediit. At Pompeius, ut diximus, dispositis circa loca omnia ad exscendendum in insulam opportuna præsidiis, classem Messanæ continebat, succursurus quocunque opus foret.

CIV. Dum ea sic utrimque parantur, Lepido rursus ex Africa reliquæ quatuor legiones transportabantur onerariis. Quibus in alto factus obviam Pompeianus dux Papias, easdem oppressit, quum tanquam amicus ab illis fuisset exceptus; putaverant enim, a Lepido missas naves sibi occurrere. Sed tardius suas deduxerat Lepidus: quas ipsas deinde advenientes declinarunt onerariæ, quod hostiles has quoque crederent. Ita ex onerariis aliæ captæ sunt, aliæ cremæat submersæve; nonnullæ in Africam reversæ sunt. Ex legionibus duæ perierunt in mari, et si qui militum enatarunt, eos Tisienus Pompeii legatus terram prensantes confecit: reliquus exercitus ad Lepidum delatus est, vel tunc, vel postea. Tum vero Papias ad Pompeium abnavigavit.

CV. Cæsar, in Strongylen, unam e quinque insulis Æoliis, Vibone cum tota classe trajecit. Quumque præmissis per mare exploratoriis liburnicis cognovisset, frontem Siciliæ multis copiis circa Pelorum et Mylis et Tyndaride præsideri, conjectavit ipsum adesse Pompeium. Itaque relicto ibi Agrippa, qui rebus gerendis præesset, ipse Vibonem reversus, mox inde in castra Tauri transcurrit cum Messala et tribus legionibus; cogitans Tauromenium præripere per Pompeii absentiam, eumque adeo a duobus lateribus aggredi. Agrippa igitur a Strongyle Hieram trajecit, camque cepit, pulsis Pompeii præsidiariis; sequenti die Mylas tentaturus, et Democharem invasurus, qui stationem ibi cum triginta Pompeii navibus habebat. Pompeius, timens Agrippæ ferociam, alias quadraginta quinque naves a Messana misit Demochari, duce liberto Apollophane, quem ipse cum aliis septuaginta sequutus est.

CVI. Agrippa ante lucem ex Hiera solvit cum dimidia parte navium, quasi cum solo Papia [Demochare?] pugnaturus. Ubi vero et Apollophanis classem vidit, et illam aliam septuaginta navium; continuo significavit Cæsari, Pompeium cum majore classis parte esse ad Mylas; ipseque cum gravibus navibus medium agmen tenuit, et reliquam classem celeriter ex Hiera advocavit. Erat autem utrinque apparatus magnificus. impositis a prora

εἶχον κατά τε πρῴραν καὶ κατὰ πρύμναν. Ὡς δὲ αὐτοῖς αἵ τε παρακελεύσεις, οἵας εἰκὸς ἦν, ἐγεγένηντο, καὶ τὰ σημεῖα κατὰ ναῦς ἦρτο, ἐξώρμων ἐπ' ἀλλήλους, οἱ μὲν κατὰ μέτωπον, οἱ δ' ἐς περικύκλωσιν, σύν τε βοῇ καὶ ῥοθίῳ νεῶν καὶ καταπλήξει ποικίλῃ. Ἦν δὲ καὶ τὰ σκάφη Πομπηΐῳ μὲν βραχύτερα καὶ κοῦφα καὶ ὀξέα ἐς τὰς ἐφορμήσεις τε καὶ περίπλους· Καίσαρι δὲ μείζω καὶ βαρύτερα, καὶ παρ' αὐτὸ καὶ βραδύτερα, βιαιότερα δὲ ὅμως ἐμπεσεῖν, καὶ τρωθῆναι δυσπαθέστερα. Τῶν τε ἀνδρῶν, οἱ μὲν, ναυτικώτεροι τῶν Καίσαρος ἦσαν· οἱ δὲ, σθεναρώτεροι. Καὶ κατὰ λόγον οἱ μὲν οὐκ ἐμβολαῖς, ἀλλὰ μόναις περιόδοις, ἐπλεονέκτουν, καὶ ταρσοὺς τῶν μειζόνων ἢ πηδάλια ἀνέκλων, κώπας ἀνέκοπτον, ἢ ἀπεχώριζον ὅλως τὰ σκάφη, καὶ ἔβλαπτον ἐμβολῆς οὐχ ἥσσονα· οἱ δὲ τοῦ Καίσαρος αὐταῖς ἐμβολαῖς ὡς βραχυτέρας ἀνέκοπτον ἢ κατέσειον ἢ διεῤῥήγνυον, καὶ, ὅτε συμπλακεῖεν, ἔβαλλόν τε ὡς ταπεινοτέρας ἀφ' ὑψηλοῦ, καὶ κόρακας ἢ χεῖρας σιδηρᾶς εὐκολώτερον ἐπεῤῥίπτουν. Οἱ δὲ, ὅτε βιασθεῖεν, ἐξήλλοντο ἐς τὸ πέλαγος· καὶ τούσδε μὲν τὰ ὑπηρετικὰ τοῦ Πομπηΐου περιπλέοντα ἀνελάμβανεν.

CVII. Ὁ δὲ Ἀγρίππας ἵετο μάλιστα εὐθὺ τοῦ Παπίου, καὶ αὐτῷ κατὰ τὴν ἐπωτίδα ἐμπεσὼν, κατέσεισε τὴν ναῦν, καὶ ἐς τὰ κοῖλα ἀνέῤῥηξεν· ἡ δὲ τούς τε ἐν τοῖς πύργοις ἀπεσείσατο, καὶ τὴν θάλασσαν ἀθρόως ἐδέχετο καὶ τῶν ἐρετῶν οἱ μὲν θαλαμίαι πάντες ἀπελήφθησαν, οἱ δ' ἕτεροι τὸ κατάστρωμα ἀναῤῥήξαντες, ἐξενήχοντο. Παπίας δὲ ἐς τὴν παρορμοῦσαν ἀναληφθεὶς, αὖθις ἐπῄει τοῖς πολεμίοις. Καὶ ὁ Πομπήϊος, ἐξ ὄρους ἐφορῶν τὰς μὲν ἰδίας μικρὰ ἐπωφελούσας, καὶ ψιλουμένας τῶν ἐπιβατῶν ὅτε συμπλακεῖεν, Ἀγρίππᾳ δὲ τὸν ἕτερον στόλον ἐξ Ἱερᾶς προσπλέοντα, ἀναχωρεῖν ἐσήμηνε σὺν κόσμῳ· καὶ ἀνεχώρουν ἐπιόντες τε καὶ ἀναστρέφοντες ἀεὶ κατ' ὀλίγον. Ἀγρίππα δ' ἐπιβαρήσαντος αὐτοῖς, ἔφευγον, οὐκ ἐς τοὺς αἰγιαλοὺς, ἀλλ' ὅσα τῆς θαλάσσης οἱ ποταμοὶ τεναγώδη πεποιήκεσαν.

CVIII. Καὶ Ἀγρίππας, κωλυόντων αὐτὸν τῶν κυβερνητῶν μεγάλαις ναυσὶν ἐς ὀλίγον ὕδωρ ἐπιπλεῖν, πελάγιος ἐπ' ἀγκυρῶν ἐσάλευεν, ὡς ἐφορμιούμενος τοῖς πολεμίοις, καὶ νυκτομαχήσων εἰ δέοι. Τῶν φίλων δ' αὐτῷ παραινούντων, μὴ ἀλόγῳ θυμῷ συμφέρεσθαι, μηδὲ τὸν στρατὸν ἐκτρύχειν ἀγρυπνίᾳ καὶ πόνῳ, μηδὲ πιστεύειν πολυχείμονι θαλάσσῃ, μόλις ἑσπέρας ἀνεζεύγνυε. Καὶ οἱ Πομπηϊανοὶ ἐς τοὺς λιμένας παρέπλεον, τριάκοντα μὲν τῶν σφετέρων νεῶν ἀπολαβόντες, πέντε δὲ καταδύσαντες τῶν πολεμίων, καὶ βλάψαντες ἄλλα ἱκανὰ καὶ βλαβέντες ὅμοια. Καὶ αὐτοὺς ὁ Πομπήϊος ἐπαινῶν ὅτι τηλικαύταις ναυσὶν ἀντέσχον, τειχομαχῆσαι μᾶλλον ἔφασκεν ἢ ναυμαχῆσαι, καὶ ὡς νενικηκότας ἐδωρεῖτο· καὶ ἐπήλπιζεν, ἐν τῷ πορθμῷ διὰ τὸν ῥοῦν, κουφοτέρους ὄντας, περιέσεσθαι, καὶ αὐτὸς ἔφη τι προσθήσειν ἐς τὸ τῶν νεῶν ὕψος. Τοῦτο μὲν δὴ τῆς ναυμαχίας τέλος ἦν τῆς περὶ Μύλας Ἀγρίππᾳ καὶ Παπίᾳ γενομένης.

puppique turribus. Ut vero, post solitam cohortationem, signum per singulas naves elatum est, committitur prælium: et alteri in frontem faciebant impetum; alteri circumvenire hostem tendebant, magno cum virorum tum navium strepitu, terroreque multiplici. Erant autem naves Pompeii minores, leves, et ad incursandum circumveniendumque hostem agiles: Cæsaris vero majores gravioresque, et ob id ipsum tardiores; sed ad ictus cum inferendos validiores, tum sustinendos firmiores. Milites vero hinc robore præstabant; illinc rei navalis peritia. Proinde Pompeiani non concurrendo, sed circumcursando, superabant; ac majorum navium jam palmas vel gubernacula refringebant, jam remos plane detergebant, aut etiam omnino separabant navigia, nec minus detrimenti illis, quam si rostris percussissent, afferebant. At Cæsariani ipsis rostrorum ictibus hostiles naves, utpote minores, retundebant, aut quassabant, aut diffringebant; et quoties colluctabantur cominus, missilibus e superiori loco humiliores obruebant, injectisque corvis aut ferreis manibus retinebant eas facilius. Quorum impetum quoties non ferebant amplius illi, in pelagus exsiliebant, et a scaphis Pompeianorum, in hoc ipsum discursantibus, recolligebantur.

CVII. Agrippa autem in Papiæ navium maxime impetum direxit: ictamque sub prora et concussam perfregit ad carinam usque; ut et qui in ejus turribus ad propugnandum constiterant, intercluderentur, et mare, copiose in navem admissum, remigum infimum ordinem totum obrueret, reliqui perfracta contabulatione natando evaderent. Papias, in proximam navim receptus, rursus in prælium rediit. Tum Pompeius, e monte conspicatus suas parum proficere, et, quoties cominus res gereretur, socios navales amittere, Agrippæ vero jam reliquam partem classis ex Hiera succurrere signum suis dedit, ut servatis ordinibus se reciperent. Idque illi fecerunt; et simul pugnando etiam tum, simul paulatim recedendo, subduxerunt se e prælio. Agrippa vero acrius instante, refugerunt, non ad proxima quæque littora, sed qua limo fluviis illato vadosum erat solum.

CVIII. Tum Agrippa, a gubernatoribus vetitus ne magnas naves locis vadosis committeret, in alto jactis ancoris constitit, imminens hostibus; et noctu quoque, si opus esset, prælium redintegraturus. Monentibus autem amicis, ne iram magis quam rationem sequeretur, nec militem nimis divexaret vigiliis ac laboribus, neve mari crederet frequentibus tempestatibus obnoxio, vix sero se retro recepit. Tum Pompeiani portus suos petierunt, amissis triginta navibus, submersis quinque hostilibus, aliisque multis acceptis pariter ac illatis incommodis. Quos Pompeius collaudans, quod tam magnis restitissent navibus, sibi, ait, hanc non tam navalem pugnam visam quam oppugnationem mœnium: nec aliter quam victores donavit; spem faciens, in freto propter fluxum classem suam, ut leviorem, ita superiorem fore; promittensque, additurum se etiam aliquantum ad suarum navium altitudinem. Hic eventus fuit navalis circa Mylas pugnæ inter Agrippam et Papiam [V. Democharem].

CIX. Τὸν δὲ Καίσαρα ὁ Πομπήϊος, ὥσπερ ἦν, ὑπολαβὼν ἐς τὸ Ταύρου στρατόπεδον οἴχεσθαι, καὶ ἐπιχειρήσειν τῷ Ταυρομενίῳ, μετὰ δεῖπνον εὐθὺς ἐς Μεσσήνην περιέπλει, μέρος ἐν ταῖς Μύλαις ὑπολιπὼν, ἵνα αὐτὸν ὁ Ἀγρίππας ἔτι παρεῖναι νομίζοι. Ἀγρίππας μὲν δὴ διαναπαύσας τὸν στρατὸν ἐς ὅσον ἤπειγεν, ἐς Τυνδαρίδα ἐνδιδομένην ἔπλει· καὶ παρῆλθε μὲν εἴσω, μαχομένων δὲ λαμπρῶς τῶν φρουρῶν, ἐξεώσθη. Προσεχώρησαν δ' ἕτεραι πόλεις αὐτῷ, καὶ φρουρὰς ἐδέξαντο καὶ αὐτὸς ἐπανῆλθεν ἐς ἑσπέραν. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἤδη μὲν ἐς Λευκόπετραν ἐκ τοῦ Σκυλακίου διεπεπλεύκει, μαθὼν ἔτι ἀκριβέστερον ὅτι ὁ Πομπήϊος ἐκ Μεσσήνης ἐς Μύλας οἴχοιτο δι' Ἀγρίππαν· ἐκ δὲ Λευκοπέτρας ἔμελλε νυκτὸς περᾶν ὑπὲρ τὸν πορθμὸν ἐς τὸ Ταυρομένιον. Πυθόμενος δὲ περὶ τῆς ναυμαχίας, μετέγνω, μὴ κλέπτειν ἔτι τὸν διάπλουν νενικηκὼς, ἀλλὰ κατὰ φῶς θαρροῦντι τῷ στρατῷ περαιοῦσθαι· καὶ γὰρ ἔτι πάντως ἡγεῖτο Πομπήϊον Ἀγρίππᾳ παραμένειν. Κατασκεψάμενος γοῦν ἡμέρας τὸ πέλαγος ἐκ τῶν ὀρῶν, ἐπεὶ καθαρὸν ἔγνω πολεμίων, ἔπλει στρατὸν ἔχων ὅσον αἱ νῆες ἐδέχοντο, Μεσσάλαν ἐπὶ τοῦ λοιποῦ καταλιπὼν, ἕως ἐπ' αὐτὸν αἱ νῆες ἐπανέλθοιεν. Ἐλθὼν δ' ἐπὶ τὸ Ταυρομένιον, προσέπεμψε μὲν, ὡς ὑπαξόμενος αὐτό. Οὐ δεξαμένων δὲ τῶν φρουρῶν, παρέπλει τὸν ποταμὸν τὸν Ὀνοβάλαν, καὶ τὸ ἱερὸν τὸ Ἀφροδίσιον, καὶ ὡρμίσατο ἐς τὸν Ἀρχηγέτην [Ναξίων τὸν θεὸν], ὡς χάρακα θησόμενος ἐνταῦθα, καὶ ἀποπειράσων τοῦ Ταυρομενίου. Ὁ δὲ Ἀρχηγέτης Ἀπόλλωνος ἀγαλμάτιόν ἐστιν, ὃ πρῶτον ἐστήσαντο Ναξίων οἱ εἰς Σικελίαν ἀπῳκισμένοι.

CIX. At Pompeius, ratus, id quod erat, Cæsarem in Tauri castra profectum, Tauromeniumque invasurum; mox a cœna Messanam revectus est, Mylis relicta parte navium, ut Agrippa ipsum ibi etiamnum adesse putaret. Agrippa, milite refecto pro tempore, navigavit Tyndaridem, dedentem se : ubi receptus ab oppidanis, rursus a præsidiariis, strenue repugnantibus, ejectus est. Sed aliis tamen oppidis, pariter ad Agrippam deficientibus, recepta sunt ejus præsidia : et ipse vespere ad stationem suam rediit. Interea Cæsar Scylacio Leucopetram fuerat devectus, certior factus Pompeium Messana Mylas profectum propter Agrippam : quumque statuisset e Leucopetra noctu trajicere Tauromenium, postquam audivit de navali prælio, mutavit sententiam ; honestius victori existimans, non clam, sed clara luce, navigare cum fiducia. Persuasum enim plane adhuc habebat, prope Agrippam etiamnum versari Pompeium. Quumque exorta die prospexisset in altum e montibus, nusquam apparente hoste, navigavit, imposito quantum classis capiebat, milite; reliquis Messalæ commissis, donec ad eum naves redirent. Tauromenium vero delatus, misit ad urbem, qui deditionem poscerent : et quum præsidiarii eum non admitterent, præternavigato flumine Onobala et fano Veneris, ad Archegetam [Naxiorum deum] appulit, castra ibi positurus, et inde aggressurus Tauromenium. Est autem Archegeta Apollinis parva statua, quam olim dedicaverant Naxii coloni, missi in Siciliam.

CXXX. Romam reverso Cæsari senatus immodicos honores decrevit; ipsi permittens, ut arbitratu suo vel omnes, vel quotquot placerent, acciperet : itumque est obviam quam longissime a coronatis tam senatoribus quam cetero populo : qui eum ad templa primum, deinde domum, deduxerunt. Sequenti vero die tam apud senatum quam pro concione populi oratione habita, res a se gestas Cæsar ordine recensuit, administrationemque reipublicæ, jam inde ex quo ad eam admotus est usque ad illum diem, exposuit : quas orationes a seipso conscriptas in vulgus deinde edidit multis exemplaribus : denunciavitque pacem et tranquillitatem, post sublata funditus bella civilia; et tributa nondum reddita condonavit debitoribus; pariterque publicanorum debita remisit, et mercedes nondum persolutas pro locationibus publicis. Ex honoribus autem per senatusconsultum oblatis accepit ovationem, et annua solennia diebus victoriæ, auratamque in foro statuam, triumphali habitu, quo urbem esset ingressus, insistentem columnæ rostris navium cinctæ. Ac posita est statua hoc titulo : PACE POST DIUTURNAS TURBAS TERRA MARIQUE RESTITUTA.

CXXXI. Quum vero pontificatum maximum populus a Lepido in eum vellet transferre, nemini vivo more majorum adimi solitum, recusavit : et quum Lepidum, ut hostem, necari juberent, non sustinuit. Ad omnes vero exercitus obsignatas misit literas, præcepitque, ut uno die aperirentur omnes, protinusque jussa peragerentur. Ea jussa pertinebant ad servos, qui dissensionum intestinarum tempore aufugerant et militiæ erant adscripti; quibus, poscente Pompeio, senatus ex fœdere libertatem concesserat. Quos uno die comprehensos, et in Urbem adductos, Romanis Italisque dominis Cæsar restituit aut eorumdem hæredibus : Siculisque pariter fugitivos suos remisit. Si quos autem

ἦν ὁ ληψόμενος, ἔκτεινε παρὰ ταῖς πόλεσιν αὐταῖς ὧν ἀπέδρασαν.

CXXXII. Τοῦτο μὲν δὴ τῶν τότε στάσεων ἐδόκει τέλος εἶναι. Καὶ ἦν ὁ Καῖσαρ ἐτῶν ἐς τότε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι· καὶ αὐτὸν αἱ πόλεις τοῖς σφετέροις θεοῖς συνίδρυον. Λῃστευομένης δὲ κατὰ συστάσεις τῆς τε Ῥώμης αὐτῆς καὶ τῆς Σικελίας περιφανῶς, καὶ τῶν γιγνομένων ἁρπαγῇ μετὰ τόλμης, ἢ λῃστείᾳ λανθανούσῃ, μᾶλλον ἐοικότων· Σαβῖνος ὑπὸ Καίσαρος αἱρεθεὶς ἐς διόρθωσιν, πολὺν μὲν εἰργάσατο φθόρον τῶν ἁλισκομένων, ἐνιαυτῷ δ' ὅμως εἰς εἰρήνην ἀφύλακτον ἅπαντα περιήγαγε. Καὶ ἐξ ἐκείνου φασὶ παραμεῖναι τὸ τῆς στρατιᾶς τῶν νυκτοφυλάκων ἔθος τε καὶ εἶδος. Θαυμαζόμενος δὲ ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῷδε, ὀξέως οὕτως ἐξ ἀδοκήτου διωρθωμένῳ, πολλὰ τῆς πολιτείας ἐφίει τοῖς ἐτησίοις ἄρχουσι διοικεῖν κατὰ τὰ πάτρια· καὶ γραμματεῖα ὅσα τῆς στάσεως σύμβολα ἔκαιε, καὶ τὴν ἐντελῆ πολιτείαν ἔλεγεν ἀποδώσειν, εἰ παραγένοιτο ἐκ Παρθυαίων Ἀντώνιος· πείθεσθαι γὰρ, κἀκεῖνον ἐθέλειν ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, τῶν ἐμφυλίων καταπεπαυμένων. Ἐφ' οἷς αὐτὸν, εὐφημοῦντες, εἵλοντο δήμαρχον ἐς ἀεὶ, διηνεκεῖ ἄρα ἀρχῇ προτρέποντες τῆς προτέρας ἀποστῆναι. Ὁ δὲ ἐδέξατο μὲν καὶ τήνδε· Ἀντωνίῳ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπέστελλεν. Ὁ δὲ καὶ Βύβλον ἀπιόντα πρὸς αὐτὸν ἐντυχεῖν ἐδίδασκεν· ἐς δὲ τὰ ἔθνη τοὺς ἡγεμόνας αὐτὸς ὁμοίως ἔπεμπε, καὶ ἐς Ἰλλυριοὺς ἐπενόει συστρατεύειν.

CXXXIII. Πομπήϊος δ' ἐκ μὲν Σικελίας ἄκρᾳ Λακινίᾳ προσέσχε, καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἥρας πλουτοῦν ἀναθήμασιν ἐσύλησε, φεύγων ἐς Ἀντώνιον. Ἐς δὲ Μιτυλήνην καταχθεὶς, διέτριβεν, ἔνθα αὐτὸν ἔτι παῖδα μετὰ τῆς μητρὸς ὑπεξέθετο ὁ πατὴρ, Γαΐῳ Καίσαρι πολεμῶν, καὶ ἡττηθεὶς ἀνέλαβεν. Ἀντωνίου δὲ πολεμοῦντος ἐν Μηδίᾳ Μήδοις τε καὶ Παρθυαίοις, γνώμην ὁ Πομπήϊος ἐποιεῖτο, ἑαυτὸν ἐπανελθόντι ἐπιτρέψαι. Ἐπὶ δ' ἐπύθετο ἡσσῆσθαι Ἀντώνιον, καὶ τὸ συμβὰν ἡ φήμη ὁμοίως μετέφερεν, αὖθις ἦν ἐν ἐλπίσιν, ὡς ἢ διαδεξόμενος Ἀντώνιον, εἰ τέθνηκεν, ἢ μεριούμενος ἐπανελθόντι· ἐνθύμιός τέ οἱ συνεχὲς ἦν Λαβιηνὸς οὐ πρὸ πολλοῦ τὴν Ἀσίαν ἐπιδραμών. Ὧδε δὲ ἔχοντι ἀγγέλλεται Ἀντώνιος εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθών. Καὶ τεχνάζων ἔτι ἐπ' ἀμφότερα, διεπρεσβεύετο πρὸς αὐτὸν, ἐπιτρέπων ἐκείνῳ, καὶ φίλον εἶναι διδοὺς καὶ σύμμαχον, ἔργῳ δὲ τὰ Ἀντωνίου κατασκεπτόμενος. Ἔς τε Θρᾴκην καὶ ἐς τὸν Πόντον ἔπεμπεν ἑτέρους κρύφα πρὸς τοὺς ἑκατέρων δυνάστας· ἐπινοῶν, εἰ μὴ κρατεῖ τῶν ἐνθυμουμένων, διὰ τοῦ Πόντου φυγεῖν ἐς Ἀρμενίαν. Ἔπεμπε δὲ καὶ ἐς Παρθυαίους, ἐλπίσας, ἐς τὰ λοιπὰ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀντώνιον αὐτοὺς δέξασθαι προθύμως στρατηγὸν Ῥωμαῖόν τε καὶ παῖδα Μάγνου μάλιστα. Τάς τε ναῦς ἐπεσκεύαζε, καὶ τὸν ἐν αὐταῖς στρατὸν ἐγύμναζεν, ὑποκρινόμενος ἢ δεδιέναι Καίσαρα, ἢ Ἀντωνίῳ τάδε παρασκευάζειν.

CXXXIV. Ὁ δὲ Ἀντώνιος πυθόμενος μὲν εὐθὺς

nemo in servitutem asserebat, hos juxta ipsa oppida, unde quisque aufugerat, capite multavit.

CXXXII. Itaque jam dissensionum illorum temporum finis advenisse visus est. Et Cæsar, annum tunc ætatis agens vicesimum octavum, oppidatim inter deos tutelares est consecratus. Sed quum Urbs ipsa Siciliaque palam infestaretur a latronibus, catervatim tanta audacia grassantibus, ut prædonibus similiores essent, quam occultis latronibus; Sabinus ad id corrigendum electus a Cæsare, multos comprehensos affecit suppliciis : et intra annum securam pacem reddidit omnibus. Ex illoque tempore institutas aiunt cohortes militares nocturnorum vigilum, ea forma rationeque quæ ad hunc diem obtinet. Id tam opportunum et opinione citius remedium Cæsari egregiam existimationem peperit. Idemque jam multa quoque ad rempublicam pertinentia more majorum annuis magistratibus administranda permisit : et, crematis literis actisque omnibus, quæ dissensionum præteritarum documenta essent, pollicitus est « se integram populo restituturum rempublicam, quam primum rediisset Antonius : persuasum enim se habere, velle et illum deponere magistratum, sublatis bellis civilibus. » Tum faustis exceptum acclamationibus Cæsarem tribunum plebis crearunt in perpetuum, invitantes eum perpetuo hoc magistratu ad priorem deponendum. Et accepit eum honorem Cæsar : cæterum privatim ad Antonium de magistratu et imperio scripsit. Antonius vero Bibulo quoque, a se discedenti, mandata ad Cæsarem dedit : et in provincias præsides ipse misit similiter, cogitavitque socius expeditionis Illyricæ fieri.

CXXXIII. Pompeius, e Sicilia fugiens, primum ad Lacinium promontorium appulerat, ibique fanum Junonis votivis donariis dives spoliaverat. Eum Antonium petens, delatusque Mitylenen, egit ibi aliquantisper, ubi eum olim cum matre, puerum adhuc, deposuerat pater bellum gerens cum Cæsare, victusque inde receperat. Jam quum bellum in Media cum Medis Parthisque Antonius gereret, Pompeius statuerat reverso in fidem se committere. Sed ubi victum audivit, et constans fama idem ferebat, rursum spem concepit, aut successurum se in universam Antonii, si periisset, potentiam; aut saltem in partem illius, si salvus rediisset Antonius, iri receptum : et obversabatur semper animo ejus recens Labieni exemplum, qui Asiam incursaverat. His consiliis occupato nunciatur Antonius rediisse Alexandriam. Proinde ad utrumque viam sibi muniens, per legationes offerebat se illi amicum et socium : revera quidem hoc tantum agens, ut res ejus exploratas haberet. Interim ad Thraciæ Pontique dynastas alios legatos clam mittebat cogitans, si ea, quæ cupiebat, ab Antonio non impetrasset, per Pontum fugere in Armeniam. Quin et ad Parthos misit, sperans, illos ad bellum nondum confectum adversus Antonium libenter se duce usuros, non solum Romano homine, sed et Magni Pompeii filio. Simul vero naves reficiebat, et socios navales exercebat, nunc metum a Cæsare simulans, nunc parari hæc in usum Antonii.

CXXXIV. Sed Antonius, quamprimum audivit de Pom

ἀμφὶ τοῦ Πομπηίου, στρατηγὸν ἐπ' αὐτὸν Τίτιον ᾕρητο, καὶ, ναῦς καὶ στρατὸν ἐκ Συρίας λαβόντα, ἐκέλευε, πολεμοῦντι μὲν τῷ Πομπηίῳ πολεμεῖν κατὰ κράτος, ἐπιτρέποντα δὲ αὑτὸν Ἀντωνίῳ, μετὰ τιμῆς ἄγειν. Ἐλθοῦσι δὲ τοῖς πρέσβεσιν ἐχρημάτιζεν, ἀγγέλλουσιν οὕτως· « Ἡμᾶς Πομπήϊος ἔπεμψεν, οὐκ ἀπορῶν μὲν ἐς Ἰβηρίαν, εἰ πολεμεῖν ἐγνώκει, διαπλεῦσαι, φίλην οὖσαν αὐτῷ πατρόθεν, καὶ συλλαβοῦσαν ἔτι ὄντι νεωτέρῳ, καὶ καλοῦσαν ἐπὶ ταῦτα καὶ νῦν· αἱρούμενος δὲ εἰρηνεύειν τε σὺν σοὶ, καὶ πολεμεῖν, εἰ δεήσειεν, ὑπὸ σοί. Καὶ τάδε οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' ἔτι κρατῶν Σικελίας, καὶ τὴν Ἰταλίαν πορθῶν, ὅτε σοι τὴν σὴν μητέρα περισώσας ἔπεμπε, προὔτεινε. Καὶ εἰ ἐδέξω, οὔτ' ἂν ὁ Πομπήϊος ἐξέπεσε Σικελίας (οὐ γὰρ ἂν Καίσαρι τὰς ναῦς κατ' αὐτοῦ παρέσχες), οὔτ' ἂν σὺ ἡττήσο ἐν Παρθυαίοις, Καίσαρός σοι τὸν στρατὸν οὐ πέμψαντος ὃν συνέθετο· ἐκράτεις δ' ἂν ἤδη, πρὸς οἷς εἶχες, καὶ τῆς Ἰταλίας. Οὐ δεξάμενον δέ σε ταῦτα, ἐν καιρῷ τότε μάλιστα ἄν σοι γενόμενα, ἀξιοῖ καὶ νῦν, μὴ πολλάκις ὑπὸ Καίσαρος ἐνεδρευθῆναι λόγοις τε καὶ τῷ γενομένῳ κήδει· μνημονεύοντα, ὅτι Πομπηίῳ τε κηδεύων μετὰ συνθήκας ἐπολέμησεν ἄνευ προφάσεως, καὶ Λέπιδον κοινωνὸν ὄντα τῆς ἀρχῆς τὸ μέρος ἀφείλετο, καὶ οὐδέτερα αὐτῶν ἐνείματό σοι.

CXXXV. Λοιπὸς δ' ἐς τὴν περιπόθητον αὐτῷ μοναρχίαν σὺ νῦν ὑπολείπῃ. Ἤδη γάρ σοι καὶ ἐν χερσὶν ἦν, εἰ μὴ Πομπήϊος ἔτι ἦν ἐν μέσῳ. Καὶ τάδε εἰκὸς μὲν καὶ σὲ προορᾶν ἐπὶ σεαυτοῦ· προφέρει δέ σοι καὶ Πομπήϊος ὑπὸ εὐνοίας, αἱρούμενος ἄνδρα ἄκακον καὶ μεγαλόφρονα ἀντὶ ὑπούλου τε καὶ δολεροῦ καὶ φιλοτέχνου. Οὐδὲ ἐπιμέμφεταί σοι τῆς δόσεως τῶν νεῶν, ἃς ἐπ' αὐτὸν Καίσαρι ἔδωκας ὑπ' ἀνάγκης, ἀντιλαβεῖν στρατὸν ἐς Παρθυαίους δεόμενος· ἀλλ' ὑπομιμνήσκει, τὸν οὐ πεμφθέντα στρατὸν προφέρων. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, Πομπήϊος ἑαυτὸν ἐπιτρέπει σοι μετὰ τῶν νεῶν ἃς ἔτι ἔχει, καὶ τοῦ στρατοῦ, πιστοτάτου γε ὄντος αὐτῷ, καὶ οὐδ' ἐν τῇ φυγῇ καταλιπόντος· εἰρηνεύοντι μὲν, μέγα κλέος, εἰ τὸν Μάγνου παῖδα περισώζοις· πολεμοῦντι δὲ, μοῖραν ἱκανὴν ἐς τὸν ἐσόμενον πόλεμον, ὅσον οὔπω παρόντα. »

CXXXVI. Τοιαῦτα τῶν πρέσβεων εἰπόντων, ὁ Ἀντώνιος τὰς ἐντολὰς αὐτοῖς ἐξέφερεν, ἃς ἐντείλαιτο Τιτίῳ· καὶ εἰ τῷ ὄντι ταῦτα φρονοίη Πομπήϊος, ἥξειν αὐτὸν ἔφασκε παραπεμπόμενον ὑπὸ Τιτίου. Ἅμα δὲ ταῦτα ἐγίγνετο, καὶ οἱ πεμφθέντες ἐς Παρθυαίους ὑπὸ τοῦ Πομπηίου, ἐλήφθησαν ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατηγῶν, καὶ ἐς Ἀλεξάνδρειαν ἤχθησαν. Καὶ ὁ Ἀντώνιος ἕκαστα μαθὼν, ἐκάλει τοὺς τοῦ Πομπηίου πρέσβεις, καὶ τοὺς ληφθέντας αὐτοῖς ὑπεδείκνυεν. Οἱ δὲ καὶ ὡς παρῃτοῦντο νέον ἄνδρα, ἐν συμφοραῖς ἐσχάταις, ὑπὸ δέους, εἰ ἄρα μὴ προσοῖτο φιλίως αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος, ἀναγκασθέντα καὶ τῶν ἀεὶ Ῥωμαίοις ἐχθίστων ἀποπειρᾶσαι· δηλώσειν τ' αὐτὸν αὐτίκα, ὅτε μάθοι τὰ Ἀντωνίου, μηδὲν ἔτι πείρας ἢ μηχανῆς ἑτέρας δεόμενον.

peii adventu, ducem adversus eum designavit Titium; cui mandavit, ut, classe et exercitu accepto e Syria, Pompeium bellum molientem vi reprimeret; quod si in fidem Antonii mallet recipi, adduceret eum honorifice. Tum legati advenerunt Pompeii, qui, ad Antonium admissi, hujusmodi verba fecerunt: « Misit nos ad te Pompeius: non quod in Hispaniam, si bellum placeret, non pateat cursus, provinciam ei conjunctam paterna amicitia; quæ, juniorem olim favore prosecuta, nunc quoque pollicetur operam: sed quia vel tecum frui pace mavult, Antoni, vel tuis auspiciis (si res ita ferat) bellum gerere. Quod consilium non nunc demum cepit Pompeius: sed jamdudum, quum obtineret Siciliam, et popularetur Italiam, matre tibi servata remissaque, tibi illud significavit. Cujus amicitiam si tu admisisses, nec Pompeius ejectus esset e Sicilia (non enim classem Cæsari præbuisses contra eum), nec tu victus fuisses in Parthia, Cæsare non mittente exercitum ex fœdere: imo, præter ea quæ nunc tua sunt, etiam Italiam sub tuam potestatem redegisses. Verum tamen, quamtumvis a te neglectus opportuno tunc maxime tibi tempore, nunc quoque abs te petit, ne toties verbis et contracta affinitate illudi tibi a Cæsare patiaris et insidias fieri; memor, Pompeium quoque post fœdus, et post affinitatem contractam, sine causa bello ab eodem esse petitum; et Lepidum, imperii consortem, portione sua spoliatum; nec ad te quidquam ex utraque illa victoria rediisse.

CXXXV. « Nunc solus tu, Antoni, superes, qui obstes, quominus ille potiatur dudum concupita monarchia. Jam nunc enim inter vos quoque digladiaremini, si Pompeius non fuisset in medio. Hæc quum ipse per te providere debeas, tamen Pompeius te monet, pro ea qua te prosequitur benevolentia; mavultque viri simplicis et magnanimi amicitiam, quam subdoli, fucati, versipellisque. Neque vero exprobrat tibi naves Cæsari adversus se commodatas; quas necessitate coactus dedisti, quum opus haberes contra Parthos exercitu: sed admonet, quantum obfuerit tibi non missus ab illo exercitus. Et, ut compendiorem audias, Pompeius se in tuam fidem, Antoni, committit cum navibus quas adhuc habet, et cum fidissimo exercitu, qui ne fugientem quidem destituit: in pace allaturus tibi egregiam laudem, si Magni filium servaveris; quod si bellum, quod instare videtur, gerendum sit, futurus non aspernanda tuarum partium accessio. »

CXXXVI. Antonius, his auditis, aperuit legatis mandata, quæ Titio dedisset: responditque, si ex animo hæc offerat Pompeius, venturum ipsum, deducente Titio. Sed dum hæc fiunt, interim, qui a Pompeio ad Parthos missi erant, comprehensi ab Antonianis ducibus, perducuntur Alexandriam. Ex quibus postquam singula cognovit Antonius, accitis Pompeii legatis, captos illos eis ostendit. Qui etiam tum excusabant hominem juvenem, in extrema calamitate constitutum, metuentem ne repulsam ab Antonio pateretur, eoque coactum vel infensissimarum populi Romani gentium tentare animos: quod si compertam ille habuerit mentem Antonii, statim etiam Pompeii animum cognitum iri, neque ullis aliis sollicitationibus artibusve eum porro esse usurum

Οἷς ὁ Ἀντώνιος ἐπίστευσεν, ὢν καὶ τὰ ἄλλα ἀεὶ τὸ φρόνημα ἁπλοῦς καὶ μέγας καὶ ἄκακος.

CXXXVII. Ἐν τούτῳ δὲ Φούρνιος, ὁ τῆς Ἀσίας ἡγούμενος Ἀντωνίῳ, τὸν Πομπήϊον ἐλθόντα μὲν καὶ ἀτρεμοῦντα ἐδέχετο, οὔτε κωλύειν ἀξιόμαχος ὤν, οὔτε πω τὴν γνώμην εἰδὼς τὴν Ἀντωνίου. Γυμνάζοντα δὲ τὸν στρατὸν ὁρῶν, κατέλεγέ τινας ἐκ τῶν ὑπηκόων· καὶ Ἀηνόβαρβον ἄρχοντα γείτονος στρατοῦ, καὶ Ἀμύνταν, ἑτέρωθεν ἐκάλει κατὰ σπουδήν. Συνελθόντων δ' ὀξέως, ὁ Πομπήϊος ἐμέμφετο, εἰ πολέμιον ἡγοῦνται τὸν πρέσβεις ἐς Ἀντώνιον ἀπεσταλκότα, καὶ τὰ παρ' ἐκείνου περιμένοντα. Καὶ ταῦτα λέγων, Ἀηνόβαρβον ὅμως ἐπενόει συλλαβεῖν, ἐκ προδοσίας Κουρίου τινὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀηνόβαρβον· ἐλπίζων, ἐς ἀντίδοσιν αὐτοῦ μεγάλην ἕξειν μοῖραν Ἀηνόβαρβον. Γνωσθείσης δ' οὖν τῆς προδοσίας, Κούριος μὲν, ἐν τοῖς παροῦσι Ῥωμαίων ἐλεγχθεὶς, ἀπέθανε· Πομπήϊος δὲ Θεόδωρον ἐξελεύθερον, ὃς μόνος οἱ συνῄδει τὸ βούλευμα, ὡς ἐξειπόντα ἔκτεινεν. Οὐκέτι δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Φούρνιον λήσειν ἐλπίσας, Λάμψακον ἐκ προδοσίας κατέλαβεν, ἣ πολλοὺς εἶχεν Ἰταλοὺς ἐξ ἐποικίσεως Γαΐου Καίσαρος, καὶ μισθοῖς μεγάλοις εὐθὺς ἐστράτευε τοὺς Ἰταλούς. Ἤδη δὲ ἔχων ἱππέας τε διακοσίους, καὶ πεζοὺς τρία τέλη, ἐπεχείρησε Κυζίκῳ κατά τε γῆν καὶ διὰ θαλάσσης. Οἱ δὲ αὐτὸν ἑκατέρωθεν ἀπεκρούσαντο· καὶ γάρ τις ἦν ἐν τῇ Κυζίκῳ στρατὸς οὐ πολὺς Ἀντωνίῳ, φύλακες τῶν ἐκεῖ τρεφομένων αὐτῷ μονομάχων. Ἐς δὲ τὸν Ἀχαιῶν λιμένα ἐπανελθὼν, ἐσιτολόγει.

His fidem habuit Antonius, vir et alias minime malitiosus, et ingenio simplex ac magnanimus.

CXXXVII. Interea Furnius, ab Antonio Asiæ præfectus, Pompeium pacate venientem exceperat, nec ad arcendum satis validus, necdum compertam habens Antonii sententiam. Postquam vero vidit exerceri ejus milites, delectum habuit ex provincialibus, et Ahenobarbum, ducem vicini exercitus, Amyntamque alia ex parte, propere vocavit in auxilium. Qui ubi celeriter convenerunt, conquestus est Pompeius, haberi se pro hoste, quum missis legatis responsum exspectet ab Antonio. Attamen per idem tempus captivum prehendere Ahenobarbum cogitavit, prodente ejus familiari Curio; sperans, in Ahenobarbo magnum fore momentum, si incidisset permutatio. Sed proditione detecta, Curius, præsentibus Romanis, qui ibi aderant, coargutus, dedit supplicium: Pompeius vero Theodorum libertum, solum ejus consilii conscium, quasi id effutiisset, interfecit. Et quia jam desperabat, a se falli posthac Furnium posse, Lampsacum per proditionem occupavit, ubi multi habitabant nominis Italici, in coloniam deducti a C. Cæsare; moxque magnis stipendiis ad militiam pelliciebat Italos. Jamque ducentos equites et tres legiones habebat, quum Cyzicum terra marique aggressus, utrimque repulsus est: erat enim ibi aliqua, non magna quidem, manus Antonianorum militum, gladiatores custodientium, quos ibi Antonius alebat. Reversus igitur ad Achæorum Portum, frumentabatur.

CXXXVIII. Φουρνίου δὲ οὐκ ἄρχοντος μὲν χειρῶν, ἀεὶ δ' αὐτῷ παραστρατοπεδεύοντος σὺν ἱππεῦσι πολλοῖς, καὶ σιτολογεῖν οὐκ ἐῶντος, οὐδὲ προσποιεῖσθαι τὰς πόλεις· ὁ Πομπήϊος, ἱππέας οὐκ ἔχων, ἐπεχείρησε τῷ τοῦ Φουρνίου στρατοπέδῳ κατὰ μέτωπον καὶ κατόπιν ἐκ περιόδου λαθών. Ὅθεν ὁ Φούρνιος, ἐς τὸν Πομπήϊον ἐπεστραμμένος, ὑπὸ τῶν ὄπισθεν ἐξεβλήθη τοῦ στρατοπέδου· καὶ φεύγοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ Σκαμανδρίου πεδίου διώκων ὁ Πομπήϊος, ἔκτεινε πολλούς· καὶ γὰρ ἦν τὸ πεδίον ὑγρὸν ἐξ ὄμβρων. Αἱ δὲ περισωθέντες τότε μὲν ὑπεχώρουν, οὐκ ὄντες ἀξιόμαχοι. Προσδεχομένων δὲ ἀπό τε Μυσίας καὶ τῆς Προποντίδος καὶ ἑτέρωθεν, οἱ πενόμενοι διὰ τὰς συνεχεῖς εἰσφορὰς ἐμισθοφόρουν ἀσμένως τῷ Πομπηΐῳ, κατὰ δόξαν μάλιστα τῆς ἐν Ἀχαιῶν λιμένι γενομένης νίκης. Ἱππικοῦ δ' ἀπορῶν ὁ Πομπήϊος, καὶ παρ' αὐτὸ βλαπτόμενος ἐν ταῖς προνομαῖς, ἐπύθετο, ἴλην ἱππέων Ἰταλικὴν ἐς Ἀντώνιον χωρεῖν, ὑπὸ Ὀκταουίας χειμεριζούσης ἐν Ἀθήναις ἀπεσταλμένην· καὶ εὐθὺς ἔπεμπέ τινας ἐς διαφθορὰν τῆς ἴλης μετὰ χρυσίου. Ἀλλὰ τούσδε μὲν ὁ τῆς Μακεδονίας ἡγούμενος Ἀντωνίῳ συνέλαβε, καὶ τὸ χρυσίον τοῖς ἱππεῦσι διένειμεν.

CXXXVIII. Quumque Furnius, abstinens a pugna, semper castra castris ejus admoveret cum multis equitibus, nec frumentari sinens, nec oppida sollicitare; Pompeius castra Furnii a fronte adortus est, circummissis clam qui a tergo idem facerent Quamobrem Furnius in eum versus, captis a tergo castris ejectus est. Fugientesque per Scamandrios campos Pompeius multos occidit; madebat enim campus ab imbribus: qui evaserunt, receperunt se in tutum, impares instaurando prælio. Qui dum supplementum exspectant ex Mysia, et Propontide, aliisque locis, egeni illarum regionum homines, exhausti exactionibus, libenter mercede militabant Pompeio, celebri præsertim propter partam ad Achæorum Portum victoriam. Sed quum egeret equitatu, ac proinde male mulctaretur in pabulationibus, præmonitus, alam equitum Italicorum ad Antonium iter facere, missam ab Octavia hiemante Athenis, misit propere qui auro equites illos corrumperent. Sed hos proprætor, Macedoniæ ab Antonio præfectus, comprehendit, et aurum equitibus distribuit.

CXXXIX. Ὁ δὲ Πομπήϊος Νίκαιάν τε καὶ Νικομήδειαν καταλαβὼν, ἐχρηματίζετο λαμπρῶς, καὶ ἐς μεγάλα ταχέως αὐτῷ πάντα ηὔξετο παρ' ἐλπίδα. Φουρνίῳ δὲ οὐ μακρὰν παραστρατοπεδεύοντι, πρῶται μὲν

CXXXIX. Pompeius vero, occupatis Nicæa Nicomediaque, pecunias luculente colligebat, magnis per omnia et insperatis usus successibus. Sed Furnio, non longe ab eo castra habenti, primum e Sicilia ineunte vere advenere na-

ἦχον ἐκ Σικελίας, ἦρος ἀρχομένου, νῆες ἑβδομήκοντα, ὅσαι περιεσώθησαν ἐξ ὅσων Ἀντώνιος ἐκεχρήκει κατὰ Πομπηΐου Καίσαρι· μετὰ γὰρ τὸ Σικελικὸν ἔργον, αὐτὰς ὁ Καῖσαρ ἀπέλυσεν. Ἧκε δὲ καὶ ἐκ Συρίας Τίτιος ἑτέραις ἑκατὸν εἴκοσι ναυσὶ, καὶ στρατῷ πολλῷ, καὶ κατῆραν ἅπαντες εἰς Προκόννησον. Δείσας οὖν ὁ Πομπήϊος, τὰς ναῦς ἐνέπρησε, καὶ τοὺς ἐρέτας ὥπλισεν, ὡς ἄμεινον ὁμοῦ πᾶσι κατὰ τὴν γῆν συνοισόμενος. Κάσσιος δὲ ὁ Παρμήσιος, καὶ Νασίδιος, καὶ Σατουρνῖνος, καὶ Θέρμος, καὶ Ἀντίστιος, ὅσοι τε ἄλλοι τῶν ἀξιολόγων ἔτι τῷ Πομπηΐῳ παρῆσαν φίλοι, καὶ ὁ τιμιώτατος αὐτῶν Φάννιος, καὶ ὁ κηδεστὴς αὐτοῦ Πομπηΐου Λίβων, ὡς εἶδον αὐτὸν οὐδὲ Τιτίου παρόντος, ὅτῳ τὰ περὶ αὐτὸν Ἀντώνιος ἐπιτρέπει, παυόμενον τοῦ πρὸς τὸν ἀμείνονα πολέμου, ἀπέγνωσαν αὐτοῦ, καὶ πράξαντες ὑπὲρ ἑαυτῶν πίστιν, ἐς Ἀντώνιον μετῆλθον.

CXL. Ὁ δ', ἔρημος ὢν ἤδη φίλων, ἐς τὰ μεσόγαια τῆς Βιθυνίας ἀνεχώρει, λεγόμενος ἐς Ἀρμενίους ἐπείγεσθαι. Καὶ αὐτὸν, νυκτὸς ἀναζεύξαντα ἀφανῶς, ἐδίωκεν ὅ τε Φούρνιος καὶ ὁ Τίτιος, καὶ ἐπ' ἐκείνοις Ἀμύντας. Συντόνῳ δὲ δρόμῳ περὶ ἑσπέραν καταλαβόντες, ἐστρατοπέδευσαν ἕκαστος ἐφ' ἑαυτοῦ περὶ λόφῳ τινὶ, ἄνευ τάφρου καὶ χάρακος, ὡς ἐν ἑσπέρᾳ καὶ κόπῳ. Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσιν ὁ Πομπήϊος νυκτὸς ἐπέθετο πελτασταῖς τρισχιλίοις, καὶ πολλοὺς ἔκτεινεν, εὐναζομένους ἔτι καὶ ἀναπηδῶντας· οἱ δὲ, καὶ γυμνοὶ πάμπαν, αἰσχρῶς ἔφευγον. Καὶ δοκεῖ τότε ὁ Πομπήϊος, ἅπαντι τῷ στρατῷ νυκτὸς ἐπελθὼν, ἢ τῆς γε τροπῆς γενομένης ἐπαγαγὼν, τάχ' ἂν αὐτῶν ἐντελῶς ἐπικρατῆσαι. Νῦν δ' ὁ μὲν καὶ ταῦτα, θεοῦ βλάπτοντος, ὑπερεῖδε, καὶ οὐδὲν ἐπ' ἔργῳ τοιῷδε πλέον, ἢ αὖθις ἐς τὸ μεσόγαιον ἐχώρει. Οἱ δ', ἁλισθέντες, εἵποντο, καὶ σιτολογοῦντα ἠνώχλουν· ἕως κινδυνεύων ὑπὸ τῆς ἀπορίας, ἠξίωσεν ἐς λόγους ἐλθεῖν Φουρνίῳ, φίλῳ τε Μάγνου γεγενημένῳ, καὶ ἀξιώσει προὔχοντι τῶν ἄλλων, καὶ βεβαιοτέρῳ τὸν τρόπον.

CXLI. Ποταμὸν δ' ἐν μέσῳ λαβὼν, ἔλεγε μὲν, ὅτι πρεσβεύσαιτο πρὸς Ἀντώνιον· ἐπετίθει δ', ὅτι τροφῶν ἐν τοσούτῳ δεόμενος, καὶ ἀμελούμενος ὑπὸ αὐτῶν, τάδε ἐργάσαιτο. « Ὑμεῖς δὲ εἰ μὲν Ἀντωνίου γνώμῃ πολεμεῖτέ μοι, κακῶς ὁ Ἀντώνιος ὑπὲρ ἑαυτοῦ βουλεύεται, τὸν ἐπιόντα πόλεμον οὐ προορῶν· εἰ δὲ τὴν Ἀντωνίου γνώμην φθάνετε, μαρτύρομαι καὶ παρακαλῶ, περιμεῖναι τὴν πρεσβείαν μου τὴν ἐς Ἀντώνιον ἀπεσταλμένην, ἢ λαβόντας ἄγειν ἤδη πρὸς αὐτόν. Ἐπιτρέψω δ' ἐμαυτὸν ἐγὼ σοὶ μόνῳ, Φούρνιε· τοσοῦτον ἐς πίστιν αἰτήσας, ὅτι με σῶον ἄξεις ἐς Ἀντώνιον. » Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν, Ἀντωνίῳ τε θαρρῶν, ὡς ἀγαθῷ τὴν φύσιν, καὶ μόνα τὰ ἐς μέσῳ δεδιώς. Ὁ δὲ Φούρνιος αὐτὸν οὕτως ἠμείψατο· « Ἐπιτρέποντος μὲν ἦν ἑαυτὸν Ἀντωνίῳ, χωρεῖν ἐς αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς, ἢ περιμένειν ἀτρεμοῦντα ἐν Μιτυλήνῃ τὰς ἀποκρίσεις· πολεμοῦντος δὲ, ἃ πεποίηκας ἅπαντα· τί γὰρ αὐτὰ δεῖ πρὸς εἰδότα λέγειν; Εἰ δὲ νῦν μετέγνωκας, μὴ συγκρούειν μὲν

ves septuaginta, quæ ex Antonii classe Cæsari contra Pompeium commodata superfuerant : finito enim bello Siculo, Cæsar eas dimisit. Advenit etiam e Syria Titius, cum aliis centum viginti navibus, et copioso exercitu : omnesque appulerunt Proconnesum. Territus igitur Pompeius, naves suas incendit, remigesque armavit, utpote in terra meliore eventu cum omnibus simul pugnaturus. At Cassius Parmensis, Nasidius, Saturninus, Thermus, Antistius, aliique quotquot ex honoratioribus adhuc aderant Pompeio, et nobilissimus illorum Fannius, ipse denique Libo, socer Pompeii, postquam viderunt eum ne post adventum quidem Titii, cui Antonius totam rem commiserat, desinere cum potentiore bellum gerere, desperarunt de eo pactique sibi ipsis fidem, transierunt ad Antonium.

CXL. Tum Pompeius, ab amicis jam omnibus destitutus, secessit in mediterranea Bithyniæ; petens, ut ferebatur, Armeniam. Eumque, castris clam noctu egressum, persequebantur Furnius et Titius, et cum eis Amyntas : peractoque magna contentione itinere, circa vesperam assecuti, singuli seorsim castra posuerunt circa tumulum quemdam, absque fossa valloque, ut sero diei fessique. In eo statu Pompeius, MMM cetratis, noctu eos invasit; multosque interfecit, cubantes aut prosilientes e cubilibus : cæteri plane etiam nudi, fugerunt turpiter. Potueratque Pompeius, si eadem nocte omnibus copiis eosdem invasisset, aut fugatos persecutus saltem fuisset, absolvere victoriam. Nunc ille quidem, fortuna irata, rem parum animadvertit; nihil ex tanto commodo lucratus, nisi quod perrexit mediterranea petere. Hostes vero conjuncti sequebantur, et frumentantem impediebant : donec inopia pressus Pompeius petiit colloquium Furnii, amici quondam Magni Pompeii, et dignitate præstantis, moribusque gravioris quam cæteri.

CXLI. Stans igitur in ripa interlabentis fluvii, aiebat, legatos se misisse ad Antonium : interim, quum alimentis opus habuisset, nemine suppeditante, ausum esse talia. « Vos autem, inquit, si ex Antonii sententia me bello persequimini, male sibi ille consulit, imminens sibi bellum non prospiciens. Quod si non exspectato ejus jussu rem geritis, oro obtestorque vos, exspectetis dum legati mei ab illo redeant, aut in fidem me acceptum jam nunc ad eum ducatis. Committam autem me tibi soli, Furni : hoc unum rogans, ut bona fide incolumem sistas me Antonio. » Hæc ille, Antonio fretus, ut natura bono, et tantum timens, ne quid in itinere sibi accideret. Ad quæ sic respondit Furnius : « Si te Antonii fidei committere volebas, debueras illum accedere ab initio, aut Mytilenæ quietus responsum exspectare. Sed quia bellum maluisti, fecisti hæc omnia : de quibus nil attinet dicere, quum ipse, qualia sint, scias.

ἡμᾶς τοὺς στρατηγοὺς ἐς ἀλλήλους, Τιτίῳ δὲ σαυτὸν ἐπιτρέπειν. Τιτίῳ γὰρ ἐπιτέτραπται τὰ περὶ σὲ ὑπὸ Ἀντωνίου· καὶ πίστιν, ἣν αἰτεῖς παρ' ἡμῶν, ἔνι σοι καὶ Τίτιον αἰτεῖν. Κεκέλευσται δ' ὑπὸ Ἀντωνίου, πολεμοῦντα μέν σε κατακανεῖν, ἐγχειρίζοντα δὲ πέμπειν ἐς αὐτὸν ἐντίμως. »

CXLII. Ὁ δὲ Πομπήϊος Τιτίῳ μὲν ἀχαριστίας ὠργίζετο, τὸν πόλεμον τόνδε ὑποδεξαμένῳ πολεμήσειν πρὸς αὐτόν· ἁλόντα γὰρ αὐτὸν αἰχμάλωτον, περιεσεσώκει. Ἐπὶ δὲ τῇ ὀργῇ καὶ ἠδόξει, Πομπήϊος ὤν, ἐπὶ Τιτίῳ γενέσθαι, οὐκ ἐπιφανεῖ πάνυ ἀνδρί· καὶ ὑπώπτευεν αὐτὸν, ὡς οὐ βέβαιον, ἔς τε τὸν τρόπον ὑπονοῶν, καί τινα συγγινώσκων ἐς αὐτὸν ὕβριν παλαιὰν πρὸ τῆς εὐεργεσίας. Φουρνίῳ δ' αὖθις ἑαυτὸν ἐπέτρεπε, καὶ δέξασθαι παρεκάλει. Ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ὅδε καὶ Ἀμύντᾳ ἔλεγεν ἑαυτὸν ἐπιτρέψειν. Τοῦ Φουρνίου δὲ φήσαντος, οὐδ' Ἀμύνταν ἂν δέξασθαι τόδε, ὕβριν ἔχον ἐς τὸν ἐξ Ἀντωνίου τὸ πᾶν ἐπιτετραμμένον, διελύθησαν. Καὶ τοῖς μὲν ἀμφὶ τὸν Φούρνιον δόξα ἦν, ὅτι ὁ Πομπήϊος ἐξ ἀπορίας τῶν παρόντων ἑαυτὸν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐκδώσει τῷ Τιτίῳ. Ὁ δὲ νυκτὸς τὰ συνήθη πυρὰ καίεσθαι καταλιπὼν, καὶ τοὺς σαλπιγκτὰς σημαίνειν τὰ διαστήματα τῆς νυκτὸς, ὥσπερ ἦν ἔθος, ἔλαθε μετὰ τῶν εὐζώνων ὑπεξελθὼν τοῦ στρατοπέδου, οἷς οὐδὲ αὐτοῖς προεῖπεν οἷ χωρήσειν ἔμελλεν. Ἐπενόει δ', ἐπὶ θάλασσαν ἐλθὼν ἐμπρῆσαι τὸ τοῦ Τιτίου ναυτικόν· καὶ τάχα ἂν ἔδρασεν, εἰ μὴ Σκαῦρος, αὐτομολήσας ἀπ' αὐτοῦ, τὴν μὲν ἔξοδον ἐμήνυσε, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν ἐφέρετο· τὴν δ' ἐπίνοιαν οὐκ ᾔδει. Τότε δὴ χιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἱππεῦσιν Ἀμύντας ἐδίωκε τὸν Πομπήϊον, ἱππέας οὐκ ἔχοντα. Καὶ ἐς τὸν Ἀμύνταν οἱ τοῦ Πομπηΐου πλησιάσαντα μετεχώρουν, οἱ μὲν ἀποδιδράσκοντες, οἱ δὲ καὶ φανερῶς. Μονούμενος οὖν ὁ Πομπήϊος, καὶ δεδιὼς ἤδη τὰ οἰκεῖα, ἑαυτὸν ἄνευ σπονδῶν ἐνεχείρισεν Ἀμύντᾳ, ὁ Τιτίῳ μετὰ σπονδῶν ἀδοξήσας.

CXLIII. Οὕτω μὲν ἑάλω Πομπήϊος Σέξστος, ὁ λοιπὸς ἔτι παῖς Πομπηΐου Μάγνου, νεώτερος μὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀπολειφθεὶς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ μειράκιον ἤδη· λαθὼν δ' ἐπ' ἐκείνοις ἐς πολὺ, καὶ κρύφα λῃστεύων ἐν Ἰβηρίᾳ· μέχρι, πολλῶν συνδραμόντων εἰς αὐτὸν ἐπιγνωσθέντα εἶναι Πομπηΐου παῖδα, ἐλῄστευέ τε φανερώτερον καὶ μετὰ Γάϊον Καίσαρα ἐπολέμησεν ἐγκρατῶς, καὶ στρατὸν ἤγειρε πολὺν, καὶ ναῦς, καὶ χρήματα, καὶ νήσους εἷλε, καὶ θαλασσοκράτωρ τῆς ἀμφὶ τὰς δύσεις θαλάσσης ἐγένετο, καὶ τὴν Ἰταλίαν περιήνεγκεν ἐς λιμὸν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐς συμβάσεις ἃς ἤθελε. Τὸ δὲ μέγιστον, ἐπίκουρος ἐν ταῖς προγραφαῖς τῇ πόλει πανώλεθρα πασχούσῃ γενόμενος, περιέσωσεν ἄνδρας ἀρίστους τε καὶ πολλοὺς, οἳ τότε δι' αὐτὸν ἦσαν ἐν τῇ πατρίδι. Ὑπὸ δὲ θεοβλαβείας αὐτὸς οὔποτε ἐπεχείρησε τοῖς πολεμίοις, πολλὰ τῆς τύχης εὔκαιρα παρεχούσης, ἀλλ' ἠμύνετο μόνον. Καὶ Πομπήϊος μὲν τοιόσδε γενόμενος ἑαλώκει.

CXLIV. Τίτιος δὲ τὸν μὲν στρατὸν αὐτοῦ μετεστρά-

Quorum si nunc te pœnitet, noli nos duces inter nos committere : Titii te crede fidei, cui Antonius mandavit tuum negotium ; a quo licet tibi fidem petere, quam petis a nobis. Jussit autem Antonius, si hostis esse pergas, te interfici; sin te dedas, mitti ad se honorifice. »

CXLII. Iratus autem erat Titio Pompeius, ut ingrato, quod bellum hoc contra se gerendum suscepisset : captum enim aliquando servaverat. Præterea indignum sua persona ducebat, si in potestate esset Titii ; hominis non admodum nobilis. Nec non suspectam fidem ejus habebat, sive conjecturam faciens ex moribus, sive quia conscius sibi erat veteris cujusdam injuriæ, qua ante beneficium eum ipse affecerat. Quapropter iterum se tradidit Furnio, rogans ut acciperetur. Quumque id non impetraret, petiit, ut saltem ab Amynta acciperetur. Negante vero Furnio, facturum id Amyntam, quod pertineret ad contumeliam ejus cui tota illa res ab Antonio commissa esset , solutum est colloquium. Putabat autem Furnius et qui cum eo erant, fore ut Pompeius inopia coactus sequenti die se Titio dederet. At ille noctu, incensis castrensi more ignibus, et tubicinibus per consueta signa vigiliarum noctem distinguentibus, clam cum expeditis e castris se subduxit, ne ipsis quidem præmonitis quonam ituri essent. Cogitabat autem reverti ad mare, et Titii classem incendere : quod fortasse etiam perfecisset, ni Scaurus, ab eo transfugiens, abitum ejus, et quam viam ingressus sit, indicasset, quamvis ignarus propositi. Tum Amyntas cum MD equitibus eum persecutus est, carentem equitatu : ad quem appropinquantem Pompeiani transierunt, pars occulta fuga, pars propalam. Itaque Pompeius, pene solus relictus, et suos jam metuens, Amyntæ sine conditionibus se dedidit, qui Titii conditiones respuerat.

CXLIII. Sic igitur captus est Sextus Pompeius, unus adhuc reliquus Magni filius ; in tenera ætate patre orbatus, fratre vero jam adolescentulus : quibus sublatis diu latuerat, occultis latrociniis vexans Hispaniam : donec, multorum confluxu ad eum facto, postquam Pompeii filius cognitus est, apertius prædatus est : occisoque a conjuratis C. Cæsare justum bellum movit, et magnum exercitum et naves et pecunias collegit, insulasque occupavit ; et, maris occidentalis imperio potitus, fame pressit Italiam, et inimicos ad quas voluit pacis leges compulit. Quod vero præcipuum est, exitiosa proscriptione per Urbem grassante, multos ex optimatibus servavit, qui nunc patria fruebantur ipsius beneficio. Sed, deo mentem adimente, nunquam hoste aggressus est, neglectis multis occasionibus, quas percommodas illi fortuna præbuerat ; contentus parta tueri. His ergo igitur rebus gestis, nunc captus est Pompeius.

CXLIV. Tum vero Titius exercitum ejus adegit sacramen-

τευσεν Ἀντωνίῳ· αὐτὸν δὲ τὸν Πομπήϊον, τεσσαρακοστὸν ἔτος βιοῦντα, ἐν Μιλήτῳ κατέκανεν· εἴτε δι' αὐτοῦ, μηνίων ἄρα τῆς ποτὲ ὕβρεως, καὶ ἀχάριστος ἐς τὴν ἔπειτα εὐεργεσίαν γενόμενος· εἴτε καὶ ἐπιστείλαντος Ἀντωνίου. Εἰσὶ δ' οἱ Πλάγκον, οὐκ Ἀντώνιον, λέγοντες ἐπιστεῖλαι· καὶ νομίζουσιν, ἄρχοντα Συρίας, καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐπιτετραμμένον ἐς τὰ ἐπείγοντα ἐπιγράφειν τὸν Ἀντώνιον καὶ τῇ σφραγῖδι χρῆσθαι. Καὶ Πλάγκον δὲ γράψαι νομίζουσιν, οἱ μὲν, συνειδότος Ἀντωνίου, καὶ αἰδουμένου γράψαι, διὰ ὄνομα τοῦ Πομπηΐου, καὶ διὰ Κλεοπάτραν εὔνως ἔχουσαν τῷ Πομπηΐῳ, διὰ τὸν πατέρα Μάγνον· οἱ δὲ, αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ Πλάγκον, τάδε αὐτὰ συνιδόντα, καὶ φυλαξάμενον μὴ τὴν αἰτίαν Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος ἐς ἀλλήλους διδῷ Πομπήϊος, καὶ Κλεοπάτρα Πομπηΐῳ συνεργοῦσα ἀναθρέψειεν.

CXLV. Ἀλλὰ Πομπήϊος μὲν ἐτεθνήκει. Ἀντώνιος δὲ αὖθις ἐς Ἀρμενίαν ἐστράτευε· καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπὶ Ἰλλυριούς, οἳ τὴν Ἰταλίαν ἐλῄστευον, οἱ μὲν οὐχ ὑπακούσαντές πω Ῥωμαίων, οἱ δ' ἐν τοῖς ἐμφυλίοις ἀποστάντες. Καί μοι ἔδοξε τὰ Ἰλλυρικὰ, οὔτε ἀκριβῶς γενόμενά μοι γνώριμα, οὔτε συντελοῦντα μῆκος ἰδίας συγγραφῆς, οὔτε χώραν ἔχοντα ἑτέρωθι λεχθῆναι, τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἐλήφθησαν συνάγοντος αὐτὰ ἐς τέλος, προαναγράψαι, καὶ ὑποθεῖναι αὐτὰ τῇ ὁμόρῳ Μακεδονικῇ.

tum dicere Antonio : ipsum Pompeium, annum ætatis agentem quadragesimum, Mileti interfecit; sive privato consilio, veteris offensæ memor, spreta secuti beneficii gratia, sive ex Antonii mandato. Sunt qui non Antonium dicant, sed Plancum id mandasse : cui nimirum, Syriæ præfecto, commissum putant ab Antonio, ut in rebus moram nullam patientibus nomen Antonii inscriberet epistolis, et annulo ejus signatorio uteretur. Et hoc quidem scriptum a Planco putant nonnulli sciente Antonio, quum ipse id facere vereretur propter nomen Pompeii, et propter Cleopatram faventem ei ob patris Magni memoriam : alii Plancum ipsum per se, eadem hæc reputantem, fecisse illud arbitrantur, caventemque simul, ne mutuam Antonii et Cæsaris incusationem Pompeius et cum Pompeio faciens Cleopatra refricarent.

CXLV. Mortuo Pompeio, Antonius rursus expeditionem suscepit in Armeniam; Cæsar vero contra Illyrios, Italiam populationibus infestantes, qui aut numquam paruerant populo Romano, aut per bella civilia defecerant. Res autem Illyricas, quoniam nec satis mihi compertæ sunt, nec materiam præbent justo volumini, nec alio loco commodius poterant exponi, ab eo tempore quo primum a Romanis susceptæ sunt ad finem usque persecutus, supra perscripsi, et finitimæ subjunxi Historiæ Macedonicæ.

FRAGMENTA.

I. Apud SUIDAM.

1. Ἀνεζεύγνυ, ἀνέστρεφεν. Ἀππιανός· Ὁ δὲ μετὰ πολλῆς λείας ἀνεζεύγνυ.

2. Ἀψιμαχία, συναφὴ μάχης. Ἀππιανός· Τὸ μὲν πρῶτον ἔριδες ἦσαν καὶ ἀψιμαχίαι σμικραί· μετὰ δὲ, συμβολαί τε ἐς τὴν ἀλλήλων...

3. Διέφερον. Ἀππιανός· Οἱ δὲ Κελτοὶ ἐς Ῥωμαίους τι μήνιμα ἐκ πολλοῦ διέφερον. Ἀντὶ τοῦ εἶχον, ἐνεκότουν.

4. Ἐγχρόνων, οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου συντεθεισῶν. Ἀππιανός· Κατεφρόνουν τῶν σπονδῶν, ἔτι ἐγχρόνων οὐσῶν.

5. Ἐδοκίμαζεν, ἔκρινε.... Ἀππιανός· Ὁ δὲ ἐπὶ τὰς οἰκίας χωρῶν, συνελάμβανεν ὅσους ἐδοκίμαζεν. Ἀντὶ τοῦ, ἔκρινεν ἐτάσεως εἶναι ἀξίους.

6. Ἐπαφρόδιτος, ἐπίχαρις, ἡδύς. [Καὶ Ἐπαφροδισία.] Ἀππιανός· Καὶ μὴν ἐν πᾶσιν ἐπαφροδισίαν ὑπερεπαίρων, ἐσεμνολόγει περὶ ἑαυτοῦ.

7. Θησαυρούς. Ἀππιανός· Ὅπλα τε πολλὰ καὶ σῖτον ἡτοιμάζετο, καὶ θησαυροὺς ἐποίει.

8. Ἱλαρὸς, εὔχαρις, ἀστεῖος, ἡδύς. Ἀππιανός· Σὺν βοῇ ἱλαρᾷ καὶ θορύβῳ χρηστῷ παρέπεμπον αὐτὸν, καὶ θαῤῥεῖν ἐκέλευον.

9. Οἷ, περισπωμένως, ἑαυτῷ .... Ἀππιανός· Ἐπεὶ δὲ οἷ τὸ κακὸν τέχνης κρεῖττον, καὶ μέν τι καὶ ἐπικουρίας τῆς ἐκ θνητῶν συμμάχων δυνατώτερον.

10. Οἰστρεῖ .... Ἀππιανός· Τῷ ὄντι πᾶσιν οἰστρώδης ἐνέπιπτεν ὁρμὴ καὶ προθυμία κατὰ τῶν βαρβάρων.

11. Πιθανούς .... Ἀππιανός· Ἕνα δ' αὐτῶν, πιστὸν καὶ πιθανὸν εἰς τὸ ἔργον, ἐντυχόντα τοῖς ὑπάτοις ἐν ἀποῤῥήτῳ, πίστιν αἰτῆσαι.

12. Πρόσριζα, σὺν ταῖς ῥίζαις. Ἀππιανός· Τὰ δένδρα ἔκοπτε πρόσριζα, τοῦ μὴ πάλιν φῦναι.

13. Χρηματίζει, δοτικῇ, ἀποκρίνεται, πρᾶγμα διοικεῖ. Οὕτως Ἀππιανὸς ὁ ἱστορικός· Τοῖς πρέσβεσιν ἐχρημάτιζε.

14. Ὤσατο ἑαυτόν. Ἀππιανός· Ὤσατο ἑαυτὸν, καὶ κατέβαλεν ἀπὸ τοῦ ἵππου· οὐ μὴν ἔφθασε τρῶσαι, συναρπασάντων αὐτὸν τῶν συνασπιστῶν. Ἢ, παρενέβαλλεν εἰς κίνδυνον ἑαυτόν.

1. Ille vero magna cum præda reversus est.

2. Primum quidem levia certamina et velitationes erant: postea vero acie decernere cœperunt.

3. Galli vero a longo jam tempore iram adversus Romanos fovebant.

4. Fœdera, quamquam recentia adhuc, spernebant.

5. Illè vero, domos intrans, comprehendit quoscunque inquisitione dignos judicavit. [*Fortasse* Pyrrhus Tarenti, *ut hæc sint ex Samniticis.*]

6. Et venustatem (*f.* felicitatem) suam coram omnibus extollens, magnifice sese jactabat.

7. Et arma multa frumentumque comparavit, et horrea instituit.

8. Hilari clamore et fausto applausu eum prosecuti sunt, bonoque animo esse jusserunt.

9. Quum vero ei malum omni remedio majus et auxilio humano fere potentius esset.

10. Revera omnes furiosus quidam impetus et cupido aggrediendi barbaros invasit.

11. Unum autem illorum, hominem fidum et ad rem gerendam idoneum, clam adiisse consules, fidemque ab illis petiisse.

12. Arbores cum ipsis radicibus excidit, ne repullularent.

13. Legatis responsa dabat.

14. In medios se conjecit, et de equo eum deturbavit; nec tamen interficere potuit, quod satellites eum statim eriperent.

II. Apud GRAMMATICUM

BIBLIOTHECÆ SAN-GERMANENSIS, EDITUM A BEKKERO, ANECD. P. 119 SEQQ.,

Περὶ συντάξεως, ποῖα τῶν ῥημάτων γενικῇ καὶ δοτικῇ καὶ αἰτιατικῇ συντάσσονται.

1. Ἀποδίδωμι, τὸ πιπράσκω, γενικῇ. Ἀππιανὸς β· Ἀπέδοτο εὐτελεστάτης τιμῆς.

2. Ἄρχω, γενικῇ. Ἀππιανὸς δὲ δοτικῇ· Διεχρήσατο Νέρων ὅτε ἦρχε Ῥωμαίοις.

3 Ἀμελητέα, γενικῇ τὸ πρᾶγμα· τὸ δὲ πρόσωπον δοτικῇ. Ἀππιανός· Ἀλλήλων ἠμέλουν.

4. Ἀπαντῶ. Ἀππιανὸς α'· Πᾶσιν ἀπαντῶν.

5. Ἐπιθειάσας, δοτικῇ. Ἀππιανὸς Μακεδονικοῖς· Ἐπιθειάσας δὲ καὶ τοῖσδε.

* 6. Ἐπισκήπτω, παραγγέλλω, δοτικῇ .... Ἐπὶ δὲ τοῦ παρακαλεῖν πρὸς αἰτιατικήν. Ἀππιανὸς τρίτῳ Αἰγυπτιακῶν· Ἐπισκήπτω σε τῆς ἀξιώσεως.

7. Εἰσακούει, αἰτιατικῇ. Ἀππιανὸς α'· Οὐκ εἰσακουόντων οὐδέτερα Ῥωμαίων.

8. Ἐξέδραμεν, γενικῇ. Ἀππιανός· Ἐξέδραμεν τοῦ δανειστοῦ.

9. Ἐπέλαβεν, αἰτιατικῇ. Ἀππιανὸς β'· Λιμὸς ὁμοῦ καὶ λοιμὸς ἐπέλαβε Ῥωμαίους.

10. Ἐφήδοντο, δοτικῇ. Ὁ αὐτὸς ἕκτῳ· Καὶ ἐφήδοντό μοι τῆς ὕβρεως. (*Recentior manus adjecit :* καὶ ἐπιβουλῆς.)

* 11. Ζημιῶ.... Ἀππιανὸς β'· Ἀναπείθει θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

12. Ἦν, μετὰ πληθυντικοῦ ὀνόματος. Ἀππιανὸς ἐν τῇ Βασιλικῇ· Ἔριδες ἦν.

13. Θάλλω, δοτικῇ. Ἀππιανὸς β'· Ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλοντες.

14. Κουφίζω καὶ Ἐπικουφίζω, γενικῇ. Ἀππιανός· Ὅσα δὲ ὅμως ἐπικουφιεῖ τῆς ἀνίας, αἰτεῖτε καὶ λαμβάνετε προσιόντες.

15. Μέτεισιν, ἐπέρχεται ἢ διαδέχεται. Ἀππιανὸς Παρθικῇ· Εἴ τις ἄρα νέμεσις τὰς πρόσθεν εὐτυχίας μέτεισι.

16. Πιπράσκω, γενικῇ. Ἀππιανὸς α'· Πιπράσκων χρημάτων πολλῶν. Καὶ ἐν β'· Πραθῆναι πάντα τοσοῦδε, ὅσου τὸν ἐκ τυραννίας [Τυῤῥηνίας?] ἐώνητο.

17. Πρεσβεύειν, ἀντὶ τοῦ ἱκετεύειν, μετὰ τῆς εἰς· Πρεσβεύειν εἰς Καίσαρα, Ἀππιανὸς δ'.

18. Σισίνης, ὁ Φραταφέρνου παῖς. Ἀππιανὸς Ἰλλυρίδι Σισίνου καὶ Σισίνην [l. Σισίνη] φησί.

* 19. Σπανίζω, γενικῇ. Ἀππιανὸς β'· Ὅθεν ἐσπάνιζε τροφῶν.

* 20. Συμπλεκόμενος, δοτικῇ. Ὁ αὐτός· Συμπλεκόμενος αὐτῇ.

21. Συνηδόμενοι, γενικῇ. Ἀππιανὸς τετάρτῳ Αἰγυπτίων (sic)· Συνηδόμενοι τῶν γεγονότων.

1. Vendidit vilissimo pretio. Ex libro II.

2. Interfecit Nero, quum Romanis imperabat.

3. Mutuo se negligebant.

4. Omnibus obviam veniens. Ex libro I.

5. Quum etiam his deos testes citasset. Ex Macedonicis.

* 6. Obtestor te per dignitatem. Ex libro III Ægyptiacorum.

7. Horum neutrum exaudientibus Romanis. Ex libro I.

8. Fœneratoris domo evasit.

9. Fames simul et pestis Romanos invasit. Ex libro II.

10. Et gaudebant de injuria mihi illata (deque insidiis mihi structis). Ex libro VI.

* 11. Persuadet ut capitis damnetur. Ex libro II.

12. Rixæ erant. Ex libro de Regibus. [*Conf. fr* 2 *ex Suida.*]

13. Ambobus parentibus florentes (patrimi et matrimi). Ex libro II.

14. Nihilominus quæcumque levare poterunt tristitiam vestram, petite et sumite accedentes.

15. Si qua igitur vindicta pristinam ejus felicitatem assequitur. Ex Parthica Historia [*supposititia*].

16. Magno pretio vendens. Ex libro I. — Vendita esse omnia tantidem, quanti illum ex Etruria (?) emerat. Ex libro II.

17. Oratores mittere ad Cæsarem. Ex libro IV *sive de rebus Gallicis.*

18. Sisines, Phrataphernæ filius. Appianus in Illyrica scriptione [*immo Bell. Civ.* V, 7].

* 19. Unde eum frumentum deficiebat. Ex libro II.

* 20. Ei se implicans.

21. De iis quæ facta erant congratulantes. Ex libro IV Ægyptiacorum.

22. Ὑποτοπῶ, αἰτιατικῇ. Ἀππιανὸς ἐν τῷ Κελτικῷ· Τὸ γενόμενον ὑποτοποῦντες.

23. Χρῶμαι, τὸ κατὰ χρῆσίν τι λαβεῖν, αἰτιατικῇ. Ἀππιανὸς κʹ [Bekk. ἕκτῳ]· Ἃς δὲ ἐχρησάμην παρὰ Ἀντωνίου ναῦς.

24. Χρηματίζειν. Ὁ αὐτὸς βʹ Αἰγυπτιακῶν· Πρεσβείαις ὁ Καῖσαρ ἐχρημάτισεν.

22. Suspicantes quid gereretur. Ex libro de rebus Gallicis.

23. Quas mutuo sumsi ab Antonio naves. Ex libro vigesimo [*i. e. Ægyptiacorum primo. Octavianus loqui videtur. Alii*, sexto].

24. Legationibus responsa dedit Cæsar. Ex libro II Ægyptiacorum. [*Conf. fr.* 13 *ex Suida.*]

ΠΑΡΑ ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΦΡΟΝΤΩΝΙ.

Οὐδὲ σήμερον ἐδυνήθην σε ἰδεῖν διὰ τὴν γαστέρα νυκτὸς ἐνοχλοῦσαν ἕως ἄρτι κοιμηθείς· ἃ δὲ ἀγρυπνῶν ἠπόρουν, οὐ κατέσχον οὐδ' ἀνεβαλόμην, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ὀλίγα σοι γέγραφα. Σὺ δ' εἰ μὲν δίκαιά ἐστιν, ὡς δικαίοις· εἰ δὲ σχολαστικὰ, ὡς ἁπλοῖς· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἔμοιγε ὡς λυπουμένῳ καὶ παρακαλοῦντι πείσθητι καὶ εἶξον. Εἰκὸς ἕπεσθαι τοῖς κοινοῖς τὰ ἰδιωτικά· εὐθύνομεν γοῦν τὰ ἴδια πρὸς ἐκεῖνα, καὶ ὁ νόμος οὕτω κελεύει. Πῶς οὖν αἱ μὲν πόλεις οὐκ ὀκνοῦσι λαμβάνουσαι παρὰ τῶν διδόντων ἀναθήματά τε καὶ χρήματα καὶ ἀργύριον αὐτὸ πολιτῶν τε καὶ ξένων, ἤδη δέ τινας καὶ αὐτούς [πως] ὑποδιδόντας· φίλος δὲ παρὰ φίλου λαβεῖν ὀκνεῖ παρακαλοῦντος; Καὶ οἱ θεοὶ δὲ τῷ νόμῳ τῶν πόλεων προσίενται ταὐτὰ παρὰ τῶν ἀνδρῶν, καθ' ἃ δεικνύουσιν οἱ θησαυροὶ τῶν θεῶν. Καὶ οἱ φίλιοι δὲ ἐκ τῶν διαθηκῶν λαμβάνειν οὐκ ὀκνοῦσιν. Καὶ διὰ τί οὖν ἐκ μὲν διαθήκης ἄν τις λάβοι, παρὰ δὲ τῶν περιόντων οὐ λάβοι, ὁπότε καὶ μεῖζον ταῦτ' ἔχει τὸ δεῖγμα τῆς προθυμίας; Οἱ μὲν γὰρ ἄλλον ἄλλου προτιθέασιν· οἱ δὲ περιόντες αὐτῶν τοὺς φίλους προτιθέασιν. Καὶ ἥδιον παρὰ τοῦ περιόντος λαβεῖν, ὅτι καὶ μαρτυρῆσαι περιόντι δυνατόν ἐστι καὶ ἀμείψασθαι. Πάλιν, ξένιον μὲν οὔτε θεοῖς οὔτε πόλει πέμπεται, τὰ σεμνότερα δ' ἀεὶ τοῖς σεμνοτέροις. Ἀλλ' οὐκ εἰσὶ ταῦτα βαρύτερα λαμβάνεσθαι; Τί γάρ ἐστι φιλίας καὶ τιμῆς βαρύτερον, ὧν οὐδεὶς [ἀγνοεῖ] ὥς γ' ἄρειον οὐδέν ἐστιν; Τί δὲ βαρὺ ἦν ὅλως, ἢ τί ἂν ἐγὼ βαρὺ ἔχοιμι; Οὐδ' ἂν μὲν ἐργασαίμην οὐδὲν οὐδὲ ὀναίμην οὐδέποτε [δέοι ὡς ἐν τῷ θεάτρῳ] φασὶν [ὃς μὴ] μισθὸν εἶχον, ἐξ οἴκου εἰς οἶκον μέ γε τιθεῖν. Ἐννόησον δὲ κἀκεῖνο, ὅση μὲν ἡδονὴ τῷ πέμψαντι ληφθέντων, ὅση λύπη μὴ ληφθέντων ἐγγίγνεται. Εἰ τὸ καθα[ρὸν] * * * καὶ μετὰ πο * * προσιέναι σοι. Πιστεύοις δὲ δίκαιον εἶναι τὸν νόμον τῶν τε πόλεων καὶ θεῶν καὶ φίλων * * * Φίλων δὲ οὐ τοσοῦτον ἐπιδεικνύντων θράσος εὐνοίας, ἀλλὰ κρυπτόντων ὑπὸ δέους, ἔπεμψά σοι πρὶν ἐπιτρέψῃς. Σὺ δὲ μηδὲ τιμη... ᾧγε ἔδει μηδ' ἅπαξ.

APPIANUS FRONTONI.

Ne hodie quidem videre te potui; vexatus enim per noctem ventris doloribus, usque in hanc horam decubui : quæ vero inter vigilandum me sollicitum habuerunt, ea neque mente continui neque distuli, sed pauca e multis ad te nunc scripsi. Tu vero his, si æqua erunt, ut æquis; si otiosa saltem ut sinceris; sin minus, certe mihi ipsi ut dolenti teque exoranti obsequere et morem gerito. Par est privata publicorum exemplum sequi : ad hæc certe exigimus nostra ipsorum, et lex ita jubet. Quare igitur urbes, si qua dantur aut donaria aut quævis opes, non abnuunt, pecuniamque adeo civium et peregrinorum, immo et homines ipsos, qui se tradunt, accipiunt; amicus autem ab amico orante accipere dubitat? Ac dii quoque de modo civitatium eadem ipsa dona admittunt ab hominibus, quod monstrant thesauri deorum. Amicos etiam ex testamentis aliquid accipere non piget. Cur ergo ex testamento quis accipiat, a superstitibus vero non accipiat, quandoquidem hæc majus etiam studii ac voluntatis specimen præbent? Nam morientes quidem alium alii præferunt, superstites autem sibi ipsis amicos anteponunt. Jam dulcius quoque est a vivente accipere : huic enim et testificari et referre gratiam licet. Rursus, vilia munuscula neque diis neque urbi mittuntur : verum splendidiora debentur splendidioribus. At hæc, ais, nonne gravate accipiuntur? Quid vero est, inquam, amicitia et honore gravius? quibus tamen nihil esse præstantius nemo *non videt*. Sed quo pacto demum munusculum illud grave erat? sive potius, quid tandem ego grave possideam? Aut nihil prorsus acquisiverim, aut nullum aliunde fructum perceperim ... [*sequentia valde corrupta et lacunæ infeliciter impletæ.*] . . . Illud etiam cogita, quanta voluptas, si recipiantur dona, mittenti accidat; quantus mœror, si respuantur. Si purum.... accedere ad te. Credes autem, æquam esse legem urbium et deorum et amicorum.... Amicis autem non tam hoc agentibus, ut benevolentiæ audaciam palam præ se ferant, sed ut timide celent animum suum, hæc tibi misi venia abs te non petita. Tu vero ne hono... cui oportebat ne semel quidem...

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

Pr. denotat Præfationem Appiani. *R.* librum de Regibus Romanorum. *It.* librum de rebus Italicis. *Sa.* de rebus Samniticis. *G.* historiam Gallicam. *Si.* historiam Siculam et reliquarum Insularum. *H.* Hispaniensem. *A.* Annibalicam. *Pu.* Punicam. *Nu.* fragmenta de rebus Numidicis. *Ma.* de rebus Macedonicis. *Sy.* Syriacam. *Mi.* Mithridaticam. *Il.* Illyricam. *C.* I. *C.* II. *C.* III. *etc.* Civilium Bellorum librum I. II. III. etc.

A.

C.

E.

G.

H.

I. J.

K. L.

M.

N.

Q.

R.

S.

T.

U. V.

X.

Z.